Scriptura priuata tribus teſtibus munita plenè probat, ſi per duos tantum tota recognoſcatur altero mortuo, vel abſente, tam contra principalem, quam contra tertium, 3123. 3124. 3125. & alijs ſequent. ibidem.
Scriptura priuata, quæ requirat pro ſuis extremis, num.3126. cum ſeq. ibidem.
Scriptura priuata, an eundem teſtium, numerum, requirat in recognitione, quem requirit in ſubſcriptione numero 3127. ibidem.
Scriptura priuata, nequaquam pro eius forma requirit ſubſcriptionem trium teſtium, ſed tantum remotionem præſumptę fraudis in antidata num. 3128. & 3129.ibidem.
Scriptura priuata ſi mortuis, vel abſentibus omnibus teſtibus, ſola literarum comparatione probetur, tanto fortius vno tantum mortuo, vel abſente reliquis recognoſcentibus, c.2. tit.8.num.3134. & 3135. ac 3136.
Scriptura priuata per depoſitionem vnius teſtis de veritate, iuncta depoſitione duorum aliorum deponentium ſe vidiſſe, ſcribere plenè probat, tam contra debitorem, quam contra tertium num.3137.ibidem.
Scriptura priuata debet habere teſtes deſcriptos, bonæ famæ num.3139.ibidem.
Scriptura priuata, vltra ſubſcriptionem teſtium debet habere vtriuſque partis ſubſcriptionem num.3145. declar. numero 3146.cum ſeq.
Scriptura priuata, quæ non ſit vltrocitroque obligatoria requirit ſubſcriptionem obligati tantum nu.3148.& 3149.ibid.
Scriptura, an inualidetur ob defectum vnius partis ſubſcriptionem, ſi fuerit vltrocitroque obligatoria, num.3150.ibidem.
Scriptura priuata tribus teſtibus ſubſcripta, etiam abſque debitoris ſubſcriptione, ſi fuerit per tertium de ordine ſcripta, aut ſubſcripta plenè probabit, tam contra principalem, quam contra tertium, num.3164. cum ſeq. ibidem.
Scriptura priuata, vt probet debet continere cauſam debiti nu. 3166.ibidem.
Scriptura priuata, vt probet contra tertium debet continere diem, menſem, annum, & locum num. 3167.
Scriptura priuata trium teſtium, & debitoris ſubſcriptione ſubſcripta, ſi recognoſcatur per debitorem principalem tantum, probabit contra eum, & contra tertium, numero 3171. ibidem.
Scriptura priuata ſufficit, vt debitas ſubſcriptiones habeat, ad hoc vt ſuſpicio antidatæ tollatur num.3172.ibidem.
Scriptura recognita in contumaciam debitoris eundem, probationis producit effectum num.3175.ibidem.
Scripturarum priuatarum priuilegia non ex tempore, ſed ex cauſa æſtimantur num.3186.ibidem.
Scriptura priuata debet cōtinere hipothecam cum alijs ſolemn. vt inſtrumentis præferatur num.3193.ibidem.
Scriptura priuata recognita, præfertur inſtrumentis poſterioribus à die recognitionis num. 3194. contr. num.3196.cum multis ſeq.ibidem.
Scriptura priuata operatur effectum poſt recognitionem factā, & non ſecus.c.2. tit.8.num.3195.
Scriptura priuata, & contenta in illa vires accipiunt à die, confectionis eiuſdem ſcripturæ num.3197.ibidem.
Scripturæ priuatæ recognitio hipothecam non conſtituit, ſed ipſam ſcripturam declarat num.3198.ibidem.
Scriptura priuata, carens debitis ſubſcriptionibus, ſi veritas temporis, & contentorum in illa probetur per duos teſtes producit potioritatem hipothecariam à die, quo fuit confecta, num.3203.& ſeq.
Scriptura abſque debitis ſubſcriptionibus, qualitercunque legitimè recognoſcatur, probat hipothecam contra principalem à die, quo fuit confecta num.3199.& 3203.cum ſeq.ibidem.
Scriptura ſubſcripta, iuxta terminos.l.ſcripturas.C. qui pot. in pign. hab. probat hipothecam à die celebrationis ipſius contra quoſcunque tertios inſtrumentarios nu.3203. cum multis ſeq.
Scriptura priuata, effectum operatur à die confectionis, tam pro ſorte, quam pro vſuris num.3212.ibidem.
Scriptura bancharia, probat plenè, tam pro, quam contra banchum tit.9.num.3216.ac etiam pro, & contra tertium num. 3218. ibidem.
Scriptura continens confeſsionem debiti, tantum executionem paratam non habebit num.3234.ibidem.
Scriptura, quæ numerationem non continet dicitur de confeſſione, non autem de debito num. 3235. ibidem.
Scripturæ priuatæ recognitio, quot requirat præcepta numero 3255. cum multis ſeq.
Scriptura priuata recognita per contumaciam, quando paratam non habebit executionem, & in illa morę purgatio admittatur num.3258.ibidem.
Scuti marcharum, & de ipſorum valore cap.2. tit.7. numero 1352.
Secundus creditor, cui nomen fuit obligatum habet actionem vtilem.c.4.quæſito 7.num.354.
Seminis creditor, quibus præferatur quæſito 11. numero 2009. ibidem.
Semen loco expenſarum venit, quæſito 11. num.2008.ibidem.
Semper circa magis vtilia immorandum.c.2.tit.8. num.2597.
Sententia lata inter alias perſonas facit ſemiplenam contra tertium cap.2. tit.3. numero 217. de veritate autem in ſequentibus.
Sententia facilius prodeſt, quam nocet num.225.ibidem.
Sententia inter alios lata plenè præiudicat tertio abſenti, & non citato connexitatis cauſa, num.316.cum ſeq. ibidem.
Sententia lata inter diuerſas perſonas, ſi nocet tertio tanto magis prodeſt num.376.ibidem.
Sententia lata inter litigantes prodeſt tertio cap.2.tit.3.num. 376. & 377.
Sententia inter alios lata, ſemiplenè probat contra tertium nu. 378. ſed de veritate num. ſeq.
Sententia inter alios lata facit qualequale præiudicium contra tertium num.379.ibidem.
Sententia inter alios lata tertio non citato non nocet numero 380.ibidem.
Sententia inter alios lata nocet tertio non citato num.381.
Sententia inter alios lata nocet, vel prodeſt tertio non citato iudice, ſic arbitrante, num.382.& ſeq.ibidem.
Sententia inter alios lata non nocet tertio non citato numero 384. ibidem.

Sententia lata contra vnum ex hæredibus, alijs etiam ſcientib. ſed non citatis, non nocet num. 385. ibidem.

Sententia lata contra vnum ex legatarijs, alijs non præiudicat num. 392. ibidem.

Sententia lata contra mandatarium contumacem non nocet mandanti non citato, nu. 394. de veritate autem num. 396. cum multis ſequent.

Sententia lata contra Adulterum, non nocet Adulteræ non citatæ num. 393. ſed verius num. 396. cum ſeq. ibidem.

Sententia lata pro Adultero, prodeſt Adulteræ licet non citatæ c. 2. tit. 3. num. 395.

Sententia lata contra principalem delinquentem, an noceat fideiuſſori, patri, aut alijs, num. 398. & 399.

Sententia lata contra vnum ex hæredibus, purè inſtitutis alijs non præiudicat num. 400. ibidem.

Sententia lata contra vnum ex hæredibus, quando alijs præiudicat, latè num. 401. vſque ad 406. ibidem.

Sententia lata cōtra confeudatarium, vel fideicommiſſarium, alteri etiam litem ſcienti non nocet num. 406. ibidem.

Sententia lata contra vnum reum debendi alteri non nocet, num. 407. ibidem.

Sententia lata contra principaliter intereſſatum, quando noceat ſecundariò intereſſato num. 408. ibidem.

Sententia lata contra citatum renunciantem, tertio non citato non nocebit num. 409. ibidem.

Sententia lata contra proprietarium, non nocet vſufructuario non citato litem ignoranti num. 410. ibidem.

Sententia lata ob tranſactionem, tertio non citato non nocet num. 412. declara num. 414. cum ſequent. ibidem.

Sententia lata contra vnum, etiam ius annexum habentem, non præiudicat alijs, ſi contra ius litigatoris proferatur nu. 416. ibidem.

Sententia Regis, aut ſupremi Principis iniuſta, quo ad alios nō nocet nec obſeruabitur, num. 417. ibidem.

Sententia lata vigore confeſſionis, tertio non citato non nocet num. 418. ibidem.

Sententia lata contra debitorem, poſt rem obligatam creditori litem ignoranti, eidem creditori non nocet num. 530. ampl. num. 531. ſubampl. num. 532. 533. & 534. ibidem.

Sententia lata contra creditorem, non nocet debitori litem ignoranti num. 536. ampl. num. 537.

Sententia lata contra conductorem locatori non nocet numero 538. ibidem.

Sententia lata contra venditorem in actione perſonali, non nocet emptori numero 539. ſecus in actione reali numero 540. ibidem.

Sententia lata contra principalem exequitur contra fideiuſſorem contractus num. 541. ampl. num. 542. & 543. de veritate num. 545. vſque ad 574.

Sententia lata contra vnum ex reis debendi, alijs non citatis non nocet num. 543. declara num. 544. ibidem.

Sententia lata contra principalem exequitur contra fideiuſſorem iudicialem, numero 545. cum infinitis ſeq. vbi de veritate.

Sententia lata contra principalem, quando noceat fideiuſſori latiſſimè cap. 2. tit. 3. nu. 541. vſque ad 580.

Sententia lata contra principalem nocet fideiuſſori contractus, ſcienti, & non ſe opponenti citato cap. 2. titul. 3. numero 553.

Sententia lata contra principalem nocet fideiuſſori contractus obligati in forma cameræ, aut per quamlibet obligationem paratam executionem habentem num. 554. ibidem.

Sententia lata contra principalem exequitur contra fideiuſſorem ad inſtantiam fiſci num. 556. ibidem.

Sententia lata contra fideiuſſorem, nocet principali non citato, contra quem exequitur etiam abſque nouo proceſſu numero 567. ampl. num. 568. limit. num. 569. ibidem.

Sententia lata contra fideiuſſorem negligentem, & culpoſum, non nocet principali num. 569. ibidem.

Sententia lata pro principale, aut pro fideiuſſore, quando prodeſt eidem principali, vel fideiuſſori non citato à num. 571. vſque ad 574. ibidem.

Sententia lata præiudicat tertio non citato aliqualiter, & qualequaliter tantum, num. 574. contr. num. 575. & ſeq. declar. num. 577. 578. & 579. ibidem.

Sententiam tertio non citato non nocere, intelligitur de pleno non de ſemipleno nocumento num. 576. ibidem.

Sententia lata contra victum; articulo non bene diſcuſſo; & extremis non bene probatis, tertio non citato qualequaliter tantum præiudicat num. 577. ibidem.

Sententia in contumaciam lata, tertio non præiudicat numero 578. ibidem.

Sententia detecta iniqua, & iniuſta tertio non citato, nō nocet num. 579. ibidem, etiam reſpectu qualiſqualis præiudicij.

Sententia inter alios lata non citatis, non nocet in his, quæ pluribus principaliter competunt, num. 589. ibidem.

Sententia lata contra principaliter intereſſatum nocebit ſecundariò intereſſatis non citatis num. 590. ibidem.

Sententia nocet non citatis in connexis num. 591. ibidem, ac in indiuiduis num. 592. ac in correlatiuis nu. 593.

Sententia in ſeruitutibus nocet non citatis numero 592. ibidem.

Sententia nocet non citatis in popularibus actionibus, & in alijs rebus, ob quas inſolidum ius, competit numero 594. ibidem.

Sententia lata contra vnum, ex reis credendi alteri nocet num. 595. ibidem.

Sententia lata contra primum agentem, ex duobus fideicommiſſarijs, vel legatarijs re coniunctis alteri præiudicat ca. 2. tit. 3. nu. 597. ampl. num. ſeq.

Sententia lata contra vnum ex reis credendi, tunc alteri præiudicat, quando victus fuerit actor num. 599. ibidem.

Sententia lata ſuper parentela, filiatione aut alicuius legitimitate, cum legitimo contradictore, non citatis præiudicat nu. 610. ibidem.

Sententia lata contra legitimum contradictorem coæquale ius habentem cum alijs non citatis, illis non præiudicat numero 611. & 612. ibidem.

Sententia lata in præiudicialibus, omnibus præiudicat numero 613. ibidem remiſſiuè.

Sentētia lata, quæ infamiam irrogat, tanquam lepra, quæ ſerpit omnibus nocet, num. 614. vbi ampl. ibidem.

Sententia deportationis, excommunicationis, exilij, popularium actionum, cauſæ colluſionis, ſuper matrimonio, ſuper pat. pot. centumuiralis, aut ſupremi conſilij, ſuper iure eligēdi electo patiente, ſuper ætate, ac ſuper conditione perſonæ, præiudicat num. 615. cum multis ſeq. ibidem.

Sententia lata ſuper nobilitate, alijs de genere non citatis nocet, num. 620. limit. num. 621. declar. num. ſeq. ibidem.

Sententia lata ſuper ſtatu perſonæ contra fratrem, nocet alijs num. 622. ibidem.

Sententia lata contra fratrem pro nobilitate, fratribus alijs non citatis non præiudicat num. 623. & ſeq. ibidem.

Sententia lata ſuper nobilitate pro fratre alijs prodeſt numero 627. ibidem.

Sententia lata pro fratre ob prædeceſſorum nobilitatem alijs collateralibus prodeſt, num. 628. ibidem.

Sententia lata pro fratre in Nobilitate, ob propriam fratris nobilitatem, & dignitatem, vel ob quaſi poſſeſſionem, alijs non prodeſt num. 629. idem ſi noniter fuiſſet allectus ad nobilitatem; declara num. 630. ibidem.

Sententia lata contra primum poſſeſſorem nocet ſecundo poſſeſſori lite pendente ementi num. 631. contra quem exequitur ſententia extenditur num. 632. 633. & 634. ibidem.

Sententia contra primum poſſeſſorem lata exequitur contra ſecundum, & per appellationem non ſuſpenditur num. 633. ibidem.

Sententia exequitur ſuper re, vitio litigioſi affecta contra tertium poſſeſſorem ignorantem, num. 638. cum ſequentibus ibidem.

Sen-

Sententia exequitur contra tertium lite pendente ementem venditoris,& emptoris ſcientia concurrente cap.2.tit.3.nu. 641.& qualiter exequatur num.643. cum ſeq.ac num.646. vbi quid in Regno.

Sententia qualiter exequatur contra tertium, lite pendente ementem num.642.643.& ſeq.ac 646.ibidem.

Sententia exequitur contra tertium, lite pendente ementem etiam ſi fuerit clericus numero 647. contr.num.648.& ſeq. ibidem.

Sententia iudicis ſæcularis, an exequatur contra clericum lite pendente ementem num.651.ibidem cum ſeq.

Sententia lata contra feudatarium poſsidentem feudum ex pacto, præiudicat omnibus agnatis non citatis numero 653. contr.numero 654. de veritate num.655.656.657.& 658. ibidem.

Sententia lata contra poſſeſſorem maioratus nocet agnatis non citatis, num.653.contr. num. ſeq. de veritate autem à num. 655.cum multis ſeq.ibidem.

Sententia lata contra hæredem, præiudicat ſubſtituto,& legatarijs num.659.extenditur num.660. de veritate autem in ſequentibus ibidem.

Sententia lata contra prohibitum alienare nocet fideicommiſſarijs num. 659. extenditur num. 660. de veritate autem in ſequent.

Sententia contra hæredem, aut prohibitum alienare lata non habens legitima requiſita, non nocet ſubſtitutis fideicommiſſarijs,& legatarijs num.664. ibidem.

Sententia vt noceat non citatis, plura requirit requiſita num. 665.& 683. ibidem.

Sententia requirit, vt lata ſit cum legitimo contradictore num. 665. ibidem.

Sententia vt non citato noceat, requirit quod cauſa defendatur, & non ſit lata in contumaciam citati num.668. ibidem.

Sententia vt noceat requirit, vt plenè de meritis fuerit tractatum num.669.ibidem.

Sententia vt noceat ſubſtitutis fideicommiſſarijs,& legatarijs oportet, vt hæres condemnatus appellet num.670. ac appellationem proſequatur num.671.ibidem.

Sententia vt noceat ſucceſſoribus oportet, vt feratur abſque culpa,& negligentia hæredis num. 672. & 673. ac abſque dolo,& fraude num.674.ibidem.

Sententia lata contra hæredem, ſi fuerit aliquo defectu nulla, ſucceſſoribus non nocet num. 675.

Sententia vt ſucceſſoribus noceat, oportet vt iniuſtitia,& iniquitate careat cap.2.tit.3. num.676.

Sententia vt ſucceſſoribus noceat oportet, vt careat colluſione, num.677.ibidem.

Sententia contra hæredem lata, qualiter colluſiua detegatur, vide ver.colluſio.

Sententia lata contra hæredem,& prohibitum alienare, ſi requiſita contineat, an ſucceſſoribus præiudicet, articulus difficilis diiudicatur num.684.ibidem.

Sententia lata contra hæredem, nocet fideicommiſſario vocato in caſu contrauentionis num.685. ibidem.

Sententia lata contra hæredem, non nocet fideicommiſſario, vel ſubſtituto ignoranti, quin adueniente ſcientia fideicom. non appellet, num.661.& 662.declara num.686.ibidem.

Sententia lata contra hæredem hæredis, grauati non nocet fideicommiſſario non citato num.687. ibidem.

Sententia lata contra hæredem nocet fideicommiſſario, quia valida erit durante ſpe fideicommiſsi, data ignorantia num. 688.et 689.contr.num.690.concordatur num.691.& 692. de veritate num.705. & 706.ibidem.

Sententia lata contra hæredem non nocet ſubſtituto vel fideicommiſſario ignoranti, quando appellatio denegatur per ſtatutum num.694.ibidem.

Sententia lata contra hæredem, non nocet fideicommiſſario, vel ſubſtituto in caſu mortis, niſi illis citatis numero 695. ibidem.

Sententiam nocere ſubſtituto, vel fideicommiſſario ignoranti litem,& non citato, omnes magis communiter tenent, num. 697. cum ſeq. & in praxi iudices abhorrere debent contrariam opinionem num.698. & 699. declara num. 700. cum pluribus ſeq.ibidem.

Sententiam latam contra hæredem, valere contra ſubſtitutum vel fideicommiſſarium, ſed eiſdem non nocere qualiter intelligatur num.700.cum multis ſeq.

Sententia lata contra hæredem, reſpiciens vires, & iura teſtamenti ſemper ſucceſſoribus nocet num.712.ibidem.

Sententia lata contra hæredem, quæ reſpicit vires iurium ſucceſſorum, ſucceſſoribus non nocet, num.719.ibidem.

Sententia lata contra hæredem,& primum citatum, continens publicam vtilitatem nocet ſucceſſoribus, num.720. ibidem.

Sententia, quantum ad probationem,& liquidationem factam nocet ſucceſſoribus, non autem quo ad executionem, ſuper qua executione ſucceſſores citari debent cap.2.tit.3.numero 721.& ſeq.

Sententia ſi fuerit executa contra hæredem nocet omnib. ſucceſſoribus, ſecus ſi non fuerit executa nu. 723. cum multis ſeq. ibidem.

Sententia lata contra hæredem, nocet fideicommiſſario,& ſubſtituto in poſſeſſorio tantum, non in petitorio numero 727. ibidem.

Sententia habet executionem paratam, ſed non parit hipothecam, niſi pignora in executione iudicati capta fuerint num. 3189.tit.verò 8.ibidem.

Sententiæ executio non impeditur per inſtrumentum, non continens factum principale cap.3. tit.1.num.122.

Sententia condemnatoria delicti ſufficit, vt ex ea intelligatur delinquens etiam priuatus officio, in quo deliquit & qualiter num.776.ibidem,& num.777.

Sententia lata in iudicio appellationis deuolutiuo, ſuſpenditur per appellationem num.1040. ibidem.

Sententia, ob quam inſtrumenti liquidatio declaratur nulla, aut inſtrumentum declaratur nullum, facit cauſam appellabilem num. 1042. ibidem.

Sententia contra infirmum graui morbo, dicitur nulla etiam iudice ignorante, licet non ipſo iure, num.1135. ibidem.

Sententia lata contra mortuum, dicitur ipſo iure nulla, etiam iudice ignorate num.1136.ibidem.

Sententia in iudicatum tranſacta, ſi exequatur contra principalem, citationem non requirit, ſecus contra hæredem, cap.3. tit.2.num.16.& 17.

Sententia in iudicio Saluiano, non profertur ſuper credito c.4. quæſito 7. num. 793.

Sententia in actione hipothecaria, qualiter proferatur numero 795.ibidem.

Sententia aſsiſtentiæ, quæ exequitur appellatione non obſtante, debet exequi, quo ad caput adiudicationis tantum, cap.4. quæſito 7.num.883.

Sententia reuocatoria primæ ſententiæ, in materia aſsiſtentiæ eandem exequutionem priuilegiatam conſequitur, & quare num.884.cum multis ſeq.

Sententia aſsiſtentiæ, ſub qua forma fideiuſsionis in Regno exequitur num.887.ibidem,& quis effectus ſit illius fideiuſſionis num.888.

Sententia abſolutoria pro reo, fauorabilior iudicatur, quam condemnatoria pro actore, num.899. & 903.ibidem.

Sententia aſsiſtentiæ continens, aliquid petitorij, an ſit appellabilis,& quando. c.4.in appendice num.37. verſ.in primo caſu & num.38.

Sententia non omne verbum, vim ſententiæ obtinet, numero 39. ibidem.

Sententia aſsiſtentiæ, & ſi aliquid petitorij contineat, adhuc inappellabilis redditur, & quare numero 40. & 41. ibidem.

Sententia lata ſuper reſtitutione poſſeſsionis,& fructuum perceptorum, an ſeparata capitula continere cenſeatur numero 43.ibidem.

Sententia vnū tantum, aut plura capitula annexa, vel ſeparata

continens quando tota dicatur inappellabilis, vel è contra num.44.& 47.ibidem.
Sententia lata ſuper poſſeſſorio indiuiſibiliter habente admixtam cauſam proprietatis inappellabilis dicitur numero 54. ibidem, & lata ſuper hipothecaria dicitur appellabilis num. 59.ibidem.
Sermonis rectitudo, qualiter in contractibus laudatur cap.3. tit.1.num. 245.
Seruiana vtilis datur cuilibet creditori generaliter, c.4.queſito 7. num. 765.
Seruiana actio ſingulis creditoribus, & inſolidum, ac indiſtinctè aduerſus tertios poſſeſſores conceditur, cap.4. quæſito 7. num.741.
Seruiana vtilis, & hipothecaria idem ſunt num.766.ibidem.
Serui & famuli vilia de mandato dominorum exercentes, ipſi cenſentur facere, & non domini.cap.2.tit.7. num. 2099. & 2100.
Seruitutes ruſticorum prædiorum, oppignorari poſſunt non autem vrbanorum.c.4.quæſito 7.num.305.& ſeq.
Seruitutes vrbanæ, concedi debent ſub perpetuitate num.309. ibidem.
Seruitutes vrbanæ rectè pignorarentur, ſi daretur caſus, in quo ædificia non deformarentur num.310. ibidem.
Seruitutes oppignorari non poſſe, qualiter intelligatur numero 311. ibidem.
Seruitus ſeruitutis non datur, quæ daretur, ſi eius oppignoratio concederetur num.312. ibidem.
Sfortia Oddo de fideicommiſsis, in quibus confutetur per authorem, cap.2.tit.3.num.696.
Sfortia, non benè percepit doctores per eum citatos num.708. ibidem.
Sigillum probat, ſi fuerit recognitum, qualiterque recognoſcatur cap.2.tit.6.num.1152.
Sigillum dicitur recognitum, ſi Notarius authenticauerit per eius fidem ſigillum, ſcilicet eſſe ſigillantis num.1152.ibid.
Sigilli authoritas reſtringitur ad vſum, ad quem ſigillum deſtinatum fuit num.1153.ibidem.
Sigillum apponens in charta vacua, conſentire non videtur nu. 1156. ibidem.
Sigillum, ſignum, vel marcha, denotant dominium ſigillantis, num.1157.ibidem.
Sigillum Principis plenè probat, num.1159.ibidem.
Sigillum publicum, quam fidem faciat cap.2.tit.8.num.2960. remiſsiuè.
Sigillum poſitum in apoca per debitorem, habetur loco ſubſcriptionis num.2961.ibidem & 2968.
Sigillum ponens videtur approbare, & conſentire, ſi de veritate ſigilli conſtet, ibidem.
Sigilli explicatio & declaratio num.2962.ibidem.
Sigillum poſitum in ſcriptura confecta, de re ſpectante ad ipſum ſigillantem conſtito de ſigillo, plenè probat num.2962.cum ſequent.
Sigillum alienum poſitum in ſcriptura de re ſpectante ad ſigillantem, quo in caſu plenè aut non plenè probet num.2964.
Sigillum proprium, poſitum in aliena ſcriptura, an videatur illum approbare plenè vel ſemiplenè numero 2965.2966. & 2967.ibidem.
Sigillum ponens poterit ſe deceptum dicere, & contrarium allegare num.2969. ibidem.
Sigillum iuris præſumptione probat, cum onus probandi in aduerſarium transferat num.2970. ibidem.
Sigilli vis conſiſtit in probando eius veritatem numero 2971. ibidem.
Sigilli appoſitio ſi negetur per debitorem, verificabitur etiam poſt concluſum in cauſa num.2973.ibidem.
Sigillum ponens poterit citari ad recognoſcendum, etiam poſt monitum in cauſa num.2974.ibidem.
Sigillum habens authenticam Notarij, plenè recognitum dicitur, ſi Notarius in authentica teſtificetur de illius appoſitione in ſui præſentia.c.2.tit.8. num.2975.
Sigilli appoſitio, quam probationem faciat, num.2977. ibidem remiſsiuè.
Sigillum, ſignum, vel marcham, denotant dominium ſigillantis, in Ballis, vel mercibus ſignatis.num.2978.
Signum Crucis, teſtium in inſula Siciliæ non ſeruatur cap.3. tit.1.num.400.
Sigiſmundus Scaccia laudatur cap.2.tit.3.num.208.
Sigiſmundus Scaccia enucleator veritatis legalis nuncupatur ab authore, ibidem tit.5.num.1035.
Sigiſmundi Scacciæ, dicta modificantur num.1058.ibidem.
Sigiſmundus Scaccia, ſuper cambiorum materia laudatur c.2. tit.7.num.1189.& iterum num.1797.
Sigiſmundus Scaccia, & conſiliar. Anna conciliantur, declarantur.num.2403.ibidem.
Sigiſmundus Scaccia, ſuper materia ſcripturarum plenius loquitur, quam Nicol. Genua, num.2444.ibidem, & in materia confeſsionis reſultantis ex productione ſcripturarum tit. 8. num. 2699.
Sigiſmundus Scaccia, et Proſper Farinac. non benè explicarunt articulum comparationis literarum, & in quibus numero 2889. citato tit.8.
Sigiſmundus Scaccia, & ſi particulariter ſcripſit materiam ſcripturarum, nihil dixit de executione parata conceſſa ſcripturis priuatis recognitis num.2994.ibidem.
Sigiſmundus Scaccia, vtitur medijs Couarruu.illo non citato. c.3.tit.1.num.356.
Simulatio, & fictio, conceduntur de contractu licito, ad æquè licitum, quando ex illis non reſultat iniquitas ſeu iniuſtitia, cap.2.tit.7.num.1453.
Simulatio, non admittitur, quando de veritate actus conſtat, num.1454.ibidem.
Simulatio quæ fit de licito ad alium licitum contractum iure non prohibetur num.1775.tit.7.citato.
Simulatio an admittatur vide ver. plus valere.
Sindicus adminiſtrator vniuerſitatis dicitur cap.2. tit.5.num. 1005.
Sindicis præſtatur iuramentum de legaliter exercendo num. 1004.ibidem.
Singrapha quæ dicatur cap.2.tit.8.num.2596.
Singularis ſucceſſor cauſam habens à creditore excomputat fructus perceptos ex pignore in ſortem principalem. cap.4. quæſito 8.num.990.
Singularis ſucceſſor non obſtante pacto de ingrediendo ſemper erit citandus, quæſito 11. num.2115.ibidem.
Socij liber, uide ver. liber tutoris, ſeu libro, aut in ver. tutor ſeu ver. liber ſocij.
Socij liſtæ, Manualis liber, vel bilancium inter ſocios probant cap.2.tit.4.num.870.
Socius habens lucrum poterit ex illo intereſſe petere tit. 7. nu. 1495.ibidem.
Societas datur in omni contractu, num.1928.ibidem.
Socius ponere debet lucrum, & capitale ſub fortuna, & periculo num.1931.ibidem.
Socius dominus dimidiæ partis, fundi obligati ab altero ſocio pro eius parte, poteſt prouocare ad diuiſionem creditorem, cui altera dimidia obligata fuit. cap. 4. quæſito 7. numero 379.
Socius debitor, qui partem ſuam alteri ſocio obligauit non poteſt ſocium creditorem prouocare ad diuiſionem, niſi prius hipotheca diſſoluatur num.383.
Socius an valeat totam rem communem obligare creditori ignoranti ſocietatem, qualiter & in quibus caſibus, latè diſcutitur à num.387.altero ſocio reluctante.
Socius in qualibet parte rei communis habet ſuam partem nu. 387.ibidem.
Socius durante ſocietate an valeat prouocare ad diuiſionem creditorem alterius ſocij obligatam habentem rem communem, & in quo caſu, num.388.ibidem.
Socio vendente rem communem, qui putat conſocium conſentire; venditio iudicatur valida, etiam quo ad partem ſocij

non

non vendentis num. 390. ibidem, ſed dato dolo, aut culpa ſecus num. 395.

Societate durante, & fratrum communitate, partium ſcientia dicitur incerta, & qualiter num. 392. ibidem.

Socius de re communi immobili non poteſt alienare vltra ſuam ratam num. 394. ibidem.

Socio, aut fratre vendente rem communem, ſi vnus ipſorum promittat alterius ratificationem, quando ratificatione non ſequuta, retractetur venditio num. 399. ibidem.

Socius alienabit rem communem, ſi ſibi ſit expediens, & conſocio non ſit damnum, c. 4. quæſito 7. num. 402.

Socius poteſt alienare rem communem per traditionem non autem obligare num. 403.

Socius vide ver. res communis, creditor, inter duos, credita extimatio, emptor, deciſio S. Conſ. ſocio, ſocietate, frater fratre dominium, alienatio, & fiſcus &c.

Solet verbum, quandoque & non ſemper ſignificat, c. 4. quæſito 11. num. 1911.

Solutio facta cedenti non liberat debitorem cap. 2. tit. 3. num. 439. cum multis ſeq.

Solutio facta cedenti per debitorem ſcientem ceſsionem factam, non liberat, numero 452. ibidem, ſecus ſi fiat per ignorantem num. 453.

Solutio facta cedenti, (ceſsione ad commodum cedentis principaliter facta) liberat debitorem ignorantem num. 454. & ſeq. ibidem.

Solutio facta cedenti ob ceſsionem vtriuſque commodum reſpicientem, quando liberat ſoluentem debitorem, nu. 456. cum infinitis ſeq. ibidem.

Solutio facta cedenti per debitorem ſcientem ceſsionem quando liberet, exactè author expendit, num. 459. cum ſequentibus ibidem.

Solutio facta cedenti, quando colluſiua, & gratificatiua præſumatur, & noceat aut non; numero 460. 461. & ſequent. ibidem.

Solutio facta cedenti per debitorem denunciatum, quando releuet, & denunciatio qualiter facienda, ſingulariter explicatur, num. 463. cum ſequent. ibidem.

Solutio facta cedenti per debitorem denunciatum liberat, ſi ceſsio reſpiciat commodum cedentis tantum, num. 438. declara num. 469. ibidem.

Solutio facta per debitorem ceſſum procuratori conſtituto per aſsignatarium, facta denunciatione an liberet numero 469. ibidem.

Solutionis verbum cõprehendit omnem creditoris ſatisfactionem num. 471. ibidem.

Solutio virtualis eandem affert commoditatem imò & maiorem c. 2. tit. 7. num. 1503. 1508. & 1509.

Solutio virtualis, quæ fit ſuper fide, & credito, creditoris campſoris licita eſt num. 1521. ibidem.

Solutio capitalis in pecunia numerata requiritur ad tollendum præſumptas fraudes in conſtitutione cenſus, ideo in foro conſcientiæ aliter ſeruabitur modo, vt in cap. 2. tit. 7. numero 2208.

Solutio literarum cambij poteſt fieri per quemlibet etiam ſcribente mortuo, aut decocto num. 2400. ibidem.

Solutiones in cambijs, & inter mercatores, ſemper præſumuntur paratę, num. 2519. tit. 7.

Solutio per medium banci, dicitur fieri præſenti pecunia num. 2557. ibidem.

Solutio literarum cambij, qualiter fiat cap. 2. tit. 7. num. 2566. cum multis ſeq. & num. 2585. cum multis ſeq.

Solutio cambij fit tempore conuento num. 2589. ibidem.

Solutione omne pignus ſoluitur. c. 4. quæſito 8. num. 1022.

Solutionem diuiſam nullus cogitur recipere numero 1045. ibid. cum talis ſolutio ſciſſa non minima afferat incommoda numero 1046.

Solutio dotis diuiſa & ſciſſa in pluribus quantitatibus præiudicium affert mulieri circa dotem num. 1047. ibidem.

Solutio debiti de pecunia amici patrimonium debitoris in damnum creditorum anteriorum non diminuit, cap. 4. quæſito 11. numero 1348.

Soluentes poſterioribus procurare debent cautionem de reſtituendo in forma, modo, vt in Regno paſsim ſeruatur. cap. 4. quæſito 11. num. 1368.

Soluens ſimpliciter creditori, perſonalem tantum actionem acquirit contra debitorem, nec in alio iure ſuccedit numero 1675. & in quibus iuribus ſuccedat num. ſequentibus, ibid.

Soluens fiſco non ſuccedit in iuribus fiſci, niſi expreſsè de hoc cautum fuerit 1677. ibidem.

Solemnitas ſcripturæ requiritur, vt illa fidem faciat. c. 2. tit. 8. num. 2700. in fine.

Solemnitas, quæ requiritur in confectione actus, eadem requiritur in eiuſdem actus mutatione, aut additione ad illum; ſecus verò in declaratione num. 3130. ibidem.

Solemnitas requiſita in actu non requiritur in illius reuiſione, cum eidem non adijcitur, nec idem mutatur, 3133. ibidem.

Solemnia ſi ex præſumpto dolo omittantur per Notarium, tunc etiam procedit diſpoſitio l. iubemus C. de teſtam. cap. 3. tit. 1. num. 339.

Solemnitas per legem, aut ſtatutum introducta eſt iuris publici num. 743. ibidem.

Solemnitates requiruntur in conſtitutione dotium per mulierem minorem c. 4. quæſito 7. num. 531.

Solemnitates non requiruntur in eo, quod legis authoritate fit num. 530. ibidem.

Sortem principalem recipiens ſibi non præiudicat circa fructu, vel intereſſe iure actionis debitos, aut debitum & fortius exiſtente debito iurato. c. 3. tit. 1. num. 78.

Sortis receptio præiudicat petitioni intereſſe officio iudicis debiti, etiam ſi recipiens proteſtatur reſpectu intereſſe numero 68. & 69. reſtringitur num. 70. ibidem.

Sors principalis ſemper extenuatur per fructus pignoris dato dolo, & culpa. c. 4. quæſito 8. num. 1025.

Sotus, & Caietanus confutantur cap. 2. tit. 7. numero 1430. & ſeq.

Specialia plura, circa idem concurrere non poſſunt. c. 4. quæſito 11. num. 1407. ibidem & 1502.

Specialis hipothecæ deſcriptio. cap. 4. quæſito 5. numero 205. & ſeq.

Specialis hipotheca plus afficit rem, quam generalis num. 207. ibidem.

Speciali hipotheca plus iuris conſtituitur creditori, quam generali num. 208. & ſeq. ibidem.

Specialis hipotheca pro ſui eſſentia requirit, quod res obligata ſit in bonis debitoris tempore contractæ obligationis, nec ſufficit, ſi poſt fuiſſet acquiſita num. 210. ibidem.

Specialis hipothecæ tacitæ deſcriptio, & exempla, num. 223. & ſeq.

Species ſi redigi poteſt ad pecuniam, fit compenſatio de ea ad pecuniam cap. 4. quæſito 8. num. 1018. & ſeq.

Spoliatus ante omnia reſtituendus erit. c. 4. quæſito 7. numero 662.

Sponſa pro eius dotibus, quam actionem habeat. c. 4. in appendice num. 126. verſ. 3. loco.

Statutum requirens probationem, per publica inſtrumenta probatur, ſeu verificatur, ſi probatio fiat per librum officialis cap. 2. tit. 2. num. 79. & 80.

Statutum factum pro abbreuiandis litibus, dicitur fauorabile. c. 2. tit. 8. num. 2928.

Statutum, aut lex requirens idoneitatem teſtium in celebratione inſtrumenti, tanto fortius requiri virtualiter iubet, idem in reprobatione inſtrumenti ex maioritate rationis num. 566.

Statutum, aut lex fundatum ſuper aliqua ratione, illa ceſſante ceſſabit ſtatutum cap. 3. tit. 1. num. 827. & 828.

Statutum loquens de contractu extenditur ad teſtamenta, nu. 850. ibidem.

Statutum diſponens in vno extenditur ad aliud, ſi vtrumque fuerit parificatum per ius commune per modum regulæ nu. 866. ibidem.

Statutum concedens executionem paratam inſtrumento gua-

guarentigiato dicitur conforme cum iure communi, numero 889. ibidem.
Statutum prohibens opponi exceptiones aduerſus ſcripturas habentes paratam executionem non comprehendit exceptionem adimplementi num. 1077. ibidem.
Statutum ex identitate rationis extenditur ad ſimilia. cap. 4. quæſito 7. numero 895. & 900.
Statutum loquens in vno ex correlatiuis habet locum in altero num. 902. ibidem.
Statutum loquens de dote data, procedit etiam in confeſſata in præiudicium confitentis cap. 4. quæſito 11. num. 1720.
Statutum ſecundum receptum vſum erit intelligendum cap. 4. in appendice num. 71.
Statutum de quo credito intelligatur, cap. 1. num. 16. & 17.
Stephanus Sanctus dicitur Protomartir, ideſt primus martir poſt Chriſtum Dominum Noſtrum. c. 3. tit. 1. num. 729.
Stellionatus crimen, vide in ver. argenteum.
Stilus & obſeruantia, contra ſtilum, & obſeruantiam Sacr. Conſ. Neapol. in Regno dicuntur nulli, & quare. c. 4. quæſito 11. numero 2148.
Stipendia militum non veniunt in generali obligatione cap. 4. quæſito 5. num. 95.
Stipulatio incluſa in fideinſsione pro expreſſa iudicabitur, c. 3. tit. 1. num 1012.
Strena, boni ominis gratia dari ſolet in prima die Iannarij, c. 3. tit. 1. num. 145.
Strenæ datio in die Circumciſionis Domini, ſuperſtitioſa iudicatur num. 146. ibidem.
Sublato contractu venditionis tollitur pactum de retronendendo, & quodlibet aliud, c. 4. quæſito 7. num. 507.
Supponere, & obligare, ita rebus immobilibus, ſicut & mobilibus conuenit cap. 4. quæſito 4. numero 44.
Subrogatio vide inferius hac eadem litera.
Subſcriptio chartæ vacuæ conſenſum non inducit cap. 2. tit. 6. numero 1156.
Subſcribens videtur approbare tit. 8. num. 2623. ibidem.
Subſcribens poterit negando contenta in ſcriptura per tertium ſcripta recognoſcere ſuam ſubſcriptionem tantum, dummodo aliquid mouibile, & veriſimile allegauerit, nume. 2624. ibidem aliàs ſecus.
Subſcribens in dubio, an videatur, & præſumatur legiſſe ſcripturam ſubſcriptam num. 2628. ibidem.
Subſcriptionis recognitio, vide recognitio ſubſcriptionis.
Subſcribens videtur aſſerere omnia contenta in ſcriptura ſubſcripta num. 2793. ibidem.
Subſcriptio prius facta conuincit teſtem contradicentem de falſo. c. 3. tit. 1. num. 601.
Subſcriptio facta in ſcriptura præfertur depoſitioni contrariæ ſecundo loco factæ, licet iudiciali, & iuratæ, nu. 602. et 603. ibidem.
Subſcribens deponere videtur omnia contenta in ſcriptura ſubſcripta num. 599. ibidem.
Subſtitutus quando appellat à ſententia lata contra hæredem, vide ver. fideicom. & ver. ſententia.
Subſequens ſupponit ſuum antecedens cap. 2. titu. 7. numero 1730.
Subſequentis, & antecedentis, idem eſt iudicium num. 593. c. 4. quæſito 7.
Subſidiaria hipotheca quæ ſit. c. 4. quæſito 5. num. 232.
Subſtantialia contractus non ſubintelliguntur, ſi ſcripta non apparent, quamuis ſint apponi ſolita numero 249. & 251. quæſito 6. ibidem.
Subſtantialia contractus, quæ nam ſint quæſito 11. num. 2081. & ſequent.
Subrogatio an ſicut in vniuerſalibus ſit etiam in particularibus, vt vnum corpus ſubrogetur in locum alterius alienati, quo ad obligationem. c. 4. quæſito 5. num. 190.
Subrogatio qualiter procedat circa obligationem rei ſubrogatæ exiſtentis in poſſe debitoris, vel hæredis, aut penes extraneum num. 191. ibidem. & latius num. 195.
Subrogatio facta per debitorem, quando producit obligationem rei ſubrogatæ exiſtentis penes quemlibet poſſeſſorem, num. 196. ibidem, & quando fiat per hæredem abſque ſuo facto, num. 198.
Subrogatio vide ver. merces, ver. debitor & ver. Res.
Subrogatio præſumitur facta ob temporis breuitatem, cap. 4. quæſito 11. num. 1375.
Subrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur etiã in particularibus num. 1376. ibidem.
Subrogatio quando præſumatur facta nu. 1382. & 1383. ibid.
Subrogatio requirit voluntatem ſubrogantis num. 1385. ibid.
Subrogatum eiſdem iudicatur legibus, quibus & illud, in cuius locum ſubrogatur num. 1399. ibidem.
Subrogatio ſemper cenſetur facta accedente voluntate ſubrogantis num. 1411. ibidem.
Subrogatio facta per legem, aut hominem, qualiter procedat num. 1469. ibidem.
Subrogatum diuerſo iure non iudicabitur num. 1498. ibidem.
Succeſſores quid probare, quidque producere valeant aduerſus ſententiam contra hæredem, eis non citatis, latam, cap. 2. tit. 3. num. 721. & ſeq.
Supellectilia, & vtenſilia non comprehenduntur, obligatione facta per debitorem poſsidentem alia bona. cap. 4. quæſito 5. num. 103. declara num. 104.
Suſpicio falſitatis vide falſitatis ſuſpicio.
Suſpicio falſi in ciuilibus ſufficit probari per validas probationes, vt ſuum operetur effectum cap. 2. tit. 5. num. 944.
Suſpicio falſitatis orta contra teſtes contradicentes comparationi literarum plenam non inducit probationem, cap. 2. tit. 8. num. 2896. contra num. ſequent.
Suſpicio falſitatis plenè probat in ciuilibus num. 2898. & fortius in caſu notato nu. ſeq. ibidem, & pro veritate habetur. c. 3. tit. 1. num. 640.
Suſpicio falſitatis orta ex vitio viſibili, plenè probat, ſecus ex vitio extrinſeco num. 2900. ibidem.
Suſpicio falſitatis orta ex indicio comparationis literarum contra teſtes contradicentes dicitur ex vitio viſibili numero 2901. ibidem.
Suſpicio falſitatis in ciuilibus ex vitio latente non probat plenè, num. 1903. contr. num. ſequent. at in criminalibus ſecus num. 2905.
Suſpicio falſitatis ex vitio viſibili oritur iuris determinatione; ex vitio autem intrinſeco oritur hominum præſumptione, quæ ſi non determinat, mouet tamen iudicem ad ita ſentiendum num. 2906. & 2907. ibidem.
Suſpicio falſi ex vitio intrinſeco plenè probat, & pro veritate habetur in ciuilibus, itaque in praxi ſeruatur numero 2904. & 2908. ibidem.
Suſpicione exiſtente Notarius ſemper cogitur exhibere protocollum cap. 3. tit. 1. num. 115. & 116.
Suſpicio quæ in criminalibus faceret indicium, in ciuilibus faceret plenam probationem, cum in ciuilibus habeatur pro veritate num. 552. & 553. ibidem.
Suſpicio falſi ex diuerſitate ſtili, & ex inſolitis cautelis oritur c. 4. quæſito 11. num. 1870. contr. num. 1876. & ſeq.

T

TAcitus conſenſus, quando & quomodo operetur. c. 2. tit. 3. num. 741. cum multis ſeq. & num. 760. cum ſequent.
Tacitus conſenſus præſumitur in tacente, qui poterat contradicendo impedire num. 743. & 744. ibidem.
Taciturnitas in re concupiſcibili, & honorabili inducit conſenſum nu. 742. ibid. & in fauorabilibus quæſ. 11. c. 4. nu. 1513.
Tacitus conſenſus in præiudicialibus, quæ impediri per tacentem potuiſſent operatur contra tacentem ibidem.
Tacens quando videatur conſentire, num. 341. cum pluribus ſequent. & num. 760. cum ſequent. ibidem.
Tacens in præiudicialibus non videtur conſentire cum ſciat ius ſuum durare num. 760. ibidem.
Tacens non videtur conſentire, quando tractatur de ſui patrimonij diminutione nu. 761. ibidem.

Tacens non videtur conſentire in his, quæ fieri poſſunt tacente inuito, num.762. de veritate autem num.ſeq.
Tacens videtur conſentire quando contradicendo poterat conſenſum non dare, cap.2.tit.6.num.111.verſ.quodque illa ratione.
Tacita, & contrahentium coniecturata voluntas quadrupliciter conſideratur, c.3.tit.1.nu.228.
Tacitum dicitur quando venit in neceſſariam conſequentiam expreſſi, nu.229.ibid.
Tacitum coniecturatum habetur pro expreſſo, numero 230. ibidem.
Tacitum idem, aut quandoque plus operatur, quam expreſſum, nu.231.ibid.
Tacitum dicitur, quod ex natura actus venit, nu.232.ibid.
tacitum dicitur, quod ex coniecturis legitimis deducitur, numero 233.ibid.
tacitum dicitur, quod facto demonſtratur, & potentius dicitur illo, quod verbis exprimitur, nu.236.ibid.
tacita hipotheca deſcendit ex iuris diſpoſitione, & eſt idem, quod pignus legale, c.4.quæſito 5.nu.54.
tacita hipotheca contrahitur etiam nulla partium conuentione intercedente, nu.55.ibid.
tacita hipotheca generalis continet etiam futura, numero 60. ibidem.
tacita hipotheca diuiditur in generalem, & ſpecialem, n.213. ibidem.
tacitę hipothecæ generalis definitio, nu.214.ibid.
tacita generalis comprehendit tam præſentia, quam futura, nu.215.ibid.
tacita hipotheca eundem habet effectum, quam expreſſa, num. 216.ibidem.
tacitæ hipothecæ regula ſuppoſita eaſdem patitur extenſiones, & reſtrictiones, quas expreſſa, nu.217.ibid.
tacita hipotheca pro inuectis, & illatis, &c. non extenditur ad ea, quæ ibi perpetuò manſura non ſunt, & quæ ſint, nu.220. & ſeq.ibidem.
tacita hipotheca rerum certo loco contentarum non comprehendit pecuniam, & venalia, nu.222.ibid.
tacitæ hipothecæ ſpecialis deſcriptio, & exempla, nume.223. & ſequent.
tacita generalis hipotheca continet etiam nomina debitorum futura quæſito 7.nu.340.ibid.
taxa eius, quod exigitur per cāpſores in cambijs minutis quanta erit, & qualiter facienda, vide in ver.lucrum.
taxa ſuper intereſſe lucri non ſemper dicitur vniformis, ideo pactum taxatiuum illicitum, ca.2.tit.7.num.1754.contra, nu.1755.
taxatiua dictio excludit omnes caſus præter expreſſos, cap.4. quæſito 7.nu.719.
temerarius dicitur, qui ſcienter, & ex propoſito actum prohibitum facit, qui extra ordinem punitur, quamuis non fuerit doloſus, c.2.tit.7.num.1553.
temporis omiſſio in ſcriptura magis præiudicat, quam erronea eiuſdem temporis appoſitio, nu.2341.ibid.
tempus longæuum iudicis arbitrio iudicatur, c.4.quæſito 7.numero 865.
temporis non cauſæ ratio habebitur in creditorum cōcurſu, ibidem in appendice, nu.102.contra, num.ſeq.
temporis ratio, & non cauſæ conſideratur in realibus, ſecus autem in perſonalibus, num.104. ibidem, & ētiam in perſonalibus tempus, & non cauſa attenditur, numero eodem ibidem.
tertius ſcribens ſcripturam priuatam non cogitur ſcribere, vt comparatio literarum fiat, c.2.tit.8.nume.2734.contra, & verius, nu.2735.
tertio ſcribenti ſcripturam priuatam, ſed neganti, an magis credatur, quam comparationi literarum, num.2739.ibid.
tertius poſſeſſor titulo poſſidens quæſtionem dominij refricare poteſt, c.4.quæſito 7.nu.602.
tertius verus dominus, quamuis non poſſideat opponit de ſuo dominio aduerſus creditorem agentem hipothecaria contra ſuum debitorem rem poſſidentem, nu.663.ibid.
tertius poſſeſſor ex titulo lucratiuo non repellit agentem hipothecaria de dominio non probantem, ſi id tantum probatum ſit, quod ſufficit aduerſus principalem debitorem, numero 689. ſecus ſi poſſeſſor eſſet ex titulo oneroſo, nu.690.
tertius poſſeſſor habens cauſam à debitore, ſi ipſius debitoris acceſſione vtitur, licet lucratiuum, aut oneroſum titulum habeat, non poterit agenti referre quæſtionem dominij, numero 695. ſecus ſi authoris acceſſione non vtatur, nu.696. ibidem.
tertius poſſeſſor conuictus de mendacio tenetur vti acceſſione ſui authoris cum ſuo vitio, nu.698.ibid.
tertius habens cauſam à debitore conuentus remedio recuperandæ ex l.ſi.C.de acq.poſſ.an referre valeat quæſtionem dominij, nu.917.ibid.
teſtator præſumitur generaliter loquendo non ſenſiſſe de venalibus, & contrarium allegandi incumbit onus probandi, c.4.quæſito 5.nu.120.
teſtamenti defenſio competit hæredi, c.2.tit.3.nu.713. & per hoc hæres dicitur legitimus contradictor, ibidem.
teſtamenta, & codicilla validè conficiuntur per notarium vaſallum, c.3.tit.1.nu.844.contra, nu.845.& ſeq.
teſtamentum nomine contractus non continetur, numero 849. ibidem.
teſtamentum dicitur publicum inſtrumentum, numero 861. ibidem.
teſtamentum, & inſtrumentum parificantur per modum Regulæ per legem communem, nu.867.ibid.
teſtamentum continetur appellatione ſcripturæ, numero 871. ibidem.
teſtamentum per publicum notarium conficitur cum iudicis ad contractus, & teſtium interuentu, num.873.ibid.
teſtamenta in publicam formam rediguntur, numero 877. ibidem.
teſtis in facto alieno admittitur, & in proprio facto repellitur, c.2.tit.2.nu.22.
teſtibus inuerſimilia deponentibus non creditur, nu.103.ibidem tit.3.
teſtium dicta inter alios faciunt ſemiplenam probationem inter diuerſas perſonas, ſi nouiter non poſſunt examinari, numero 216.ibidem.
teſtis in propria cauſa nullus admittitur, ibidem, titul.3.numero 327.
teſtes inter alios recepti ſemiplenè probant pro tertio, numero 336.
teſtes vide in ver.leges.
teſtes recepti in iudicio talem qualem tantum probationem faciunt contra tertium abſentem, numero 359.cum ſequent. ibidem.
teſtes recepti in iudicio ſemiplenè probant contra tertium non citatum, nu.359 cum pluribus ſeq.
teſtes recepti inter litigantes quam faciant probationem pro tertio, & contra tertium, vide verbo acta, & ver.ſententia.
teſtes recepti inter litigantes tunc probant contra tertium nō citatum, quando ſunt mortui, aut alio modo non poſſunt iterum examinari contra tertium, nume.373. & ſeq.ibid.
teſtes, aut acta inter diuerſas perſonas, ſi probent, aut non, contra tertium arbitrio iudicis committitur, numero 375. ibidem.
teſtis vnicus omni exceptione maior ſemiplene probat, numero 583.ibidem.
teſtibus, voce viua, ſine temporis expreſſione deponentibus non creditur, nu.2344.tit.7.ibid.
teſtes in tempore diſcordantes non probant, numero 2345. ibidem.
teſtis per vocem mortuam deponens tanto fortius cum tempore deponere debet, nu.2346.ibid.
teſti inhabili creditur, partium conſenſu accedente, tit.8.numero 2725.ibid.
teſti, nec citato, nec iurato non creditur, nu.2730.ibid.

teſtis deponens de facto proprio abſque ſui intereſſe qualiter probet, nu.2731.& 2733.ibid.
teſtes deponentes habere notam manum qualiter probent, nu. 2746.cum multis ſeq.
teſtes deponentes habere notam manum de facili decipiuntur, c.2.tit.8.nu.2747.
teſtes debent deponere per ſenſum corporeum,non autem per ſenſum intellectualem, vt probent, num.2748.ibid.
teſtes deponentes habere notam manum deponunt per ſenſum intellectualem;non autem de veritate, quæ per ſenſum corporeum percipitur,num.2749.ibidem,qui neque ſemiplenè probant,nu.ſeq.
teſtes deponentes vidiſſe ſcribere Apocam plenè probant,numero 2753.contra, nume.ſeq. cum de facili errare poſsint, nu.2755.& 2757.ibid.
teſtes deponentes vidiſſe ſcribere,quibus in caſibus probent, vel non probent,num.2760.2761.2762.2763.cum multis ſeq.vſque ad nu.2789.& in caſu ſingulari num.2944.cum ſequentibus.
teſtibus tantam fidem habentibus iudex credere debet, numero 2771.ibidem.
teſtes cognoſcentes ſubſtantiam caracterum literarum, & periti in quibus maiorem,quam alij fidem faciant,num.2772. ibidem.
teſtes correſpondentes vti facilius infirmati magis probant, nu.2774.ibid.
teſtes magis informati difficilius ſuper veritate decipiuntur, nu.2775.ibid.
teſtes deponentes habere notam manum qualiter probent etiã adminiculis iunctis,num.2777.& ſeq.
teſtes videntes ſcribere magis probant,quam teſtes habentes notam manum,nu.2779.ibid.
teſtes deponentes de contentis in ſcriptura, ipſi probant non autem ſcriptura,nu.2781.ibidem, & probant contractum licet non probent ſcripturam,nu.2783.
teſtes deponentes vidiſſe ſcribere plenè probant ſi adiungatur probatio per comparationem literarum,& qualiter,numero 2786.cum ſeq.
teſtes ſubſcripti in apoca qualiter deponant, vt plenè Apocam probent,c.2.tit.8.num.2789.cum ſeq.
teſtes ſubſcripti in apoca plenè probant,etiam ſi non deponant vidiſſe ſcribere, aut ſubſcribere debitorem, ſed tantum confeſſum in eorum præſentia ſcribentem, aut ſubſcribentem, nu.2790.ibid.
teſtes ſubſcripti in apoca,ſi deponant fuiſſe illam ſcriptam per tertium de voluntate partium plenè probant eam, numero 2791.extenditur,num.ſeq.
teſtes ſubſcripti in apoca debent eſſe maſculi, vt probent, numero 2804.extenditur,nu.2805.ibid.
teſtes deſcripti in apoca debent eſſe ſaltem tres, nume. 2806. ibidem.
teſtium ſubſcriptorum in apoca,ſi vnus fuerit mortuus, reliqui validè non recognoſcunt, numero 2806. ibidem remiſsiuè.
teſtes ſubſcripti in apoca tunc validè recognoſcunt,quando nouerint contrahentes,nu.2807.ibid.
teſtium adminiculum dicitur remedium viuæ vocis, ad differentiam remedij ſubſidiarij, num.2825.ibid.
teſtibus,vel ſcribente negantibus ſcripturam, tunc comparationi literarum erit locus,nu.2827.ibid.
teſtium ſubſcriptorum in ſcriptura priuata, ſi aliqui moriantur, vel omnes, vide ver. apoca, & in ver.ſcriptura priuata.
teſtibus magis creditur,quam comparationi literarum,& qua ratione, nu.2867.ſed arbitrarium iudicis erit, nume.2868. ibidem.
teſtibus quibus in caſibus magis ſtandum,quam comparationi literarum,& econuerſo,nu.2869.ibid.
teſtibus recognoſcentibus ſcripturam ſubſcriptam quando magis ſtabitur,quam literarum comparationi, numero 2870. ibidem.
teſtibus in dubio magis creditur,quam literarum comparationi,nu.2881.
teſtimonium affirmatiuũ aptius, & naturalius negatiuo dijudicatur,nu.2882.ibid.
teſtes ſubſcripti contradicentes ſcripturæ reddunt illam falſam,nu.2883.ibid.
teſtes contradicentes literarum comparationi veroſimili,ſunt ſuſpecti de falſo,c.2.tit.8.nu.2894.
teſtes, aut debitor negantes, vel confitentes aduerſus viſibilem literarum comparationem ſuſpicantur de falſo, numero 2895.ibid.
teſtes recognoſcentes ſcripturam, & deponentes vidiſse illam ſcribere, in quibus caſibus probent, aut non probent, numero 2944.cum ſequentibus ibidem.
teſtibus ſubſcriptis in apoca mortuis, qua ratione recognitio per literarum comparationem ſolam ſufficiat, num. 2989. cum ſequentibus.
teſtes deponentes de tenore ſcripturæ priuatæ non indigent probatione de eorum bona fama in terminis l.ſcripturas C. qui pot.in pign.hab.nu.3091.ibid.
teſtium numerus certus requiſitus ad ſolemnitatem actus, ille idem requiritur ad eiuſdem actus probationem num.3126. contra,nu.3127.cum ſeq.
teſtium probatio dignior reputatur literarum comparatione, nu.3133.ibid.
teſtium vox viua dignior probatione per literarum comparationem facienda,nu.3135.ibid.
teſtes ſubſcripti in ſcriptura priuata in terminis l. ſcripturas C.qui pot.in pignor.hab. debent eſſe bonę famæ, & probatæ opinionis nu.3139.ibid.
teſtium qualitas in terminis d.l.ſcripturas debet articulari, & probari,nu.3140.ſecus ſi ſaltem in genere de hoc non opponatur, & qualiter,nu.3141.ibid.
teſtes deſcripti, ſeu ſubſcripti in apoca iuxta terminos d.l.ſcripturas debent eſſe maſculi, n.3142. extenditur contra principalem,nu.3143.ibid.
18 bus,firmabo,librum hunc† pro ſcribente plenè probare; Crauett.de antiq.temp.verſ. 4.limitatur nu.68.& Bart.Ang.Socc. Curt.& alij, quorum ✱cõmunem dicit Maſcar.concl.975.nu.39.iunctis prius. num.34.35.36.& 37.ac ſpecialiter nu. 38. verſ. retenta,Becc.Rimin.Menoc. Burſat.Ferret.& alij,quos pro- ✱bat Surd.conſ.429.num. 38. & ſeq. vol.3.communem verò,& indubitatam dicunt Scaccia.d.cap.11.nu.115. Genua.d.lib.4.tit.de libr. rationum official. nu.7.cum multis ſequent.& Eſcobar de ratiocin. cap.11.num.6. & 7. prout de libris Cameræ Apoſtolicæ, Cameræ Ducalis, & aliorum publicorum officialium proſequitur M. Ant.de Amat.deciſ. Ferrar.12. tota. Secundus verò caſus notatus ſupra num. 15. allegatione non indiget, nam ſi probatum eſt hunc librum plenè pro ſcribente
19 probare, itaq; pleniſſimè † contra ſcribentem probaturum,per argumentum à fortiori, nullus negabit.

20 Fortificatur concluſio,† nam ſi inferius n.969.tit.de li.priuat.probabitur,librũ cuiuſlibet priuati plenè contra ſcribentem probare, quanto clarius, & fortius credendum erit libro officialis, cuius fides de publico probata eſt, vt ita arguendo firmat Genua proximè citato loco num.10.& 35.

In tertio autem caſu vtique ſine dubitatione reſpon-
21 debitur, hunc † ſcilicet librum facere etiam plenam probationem pro tertio, & contra tertium, ita Bart. Caſtr. & alij relati per Maſcard. concluſ.977.nu.2.qui poſt Iaſ.in l.admonendi, ff.de iur.iur. rep.2.num.132. ✱teſtatur de communi opin.itidemque Crauett.& Curt. citati per Maſcard. vbi ſupra, qui ſi bene non probent ✱communem opinionem, tamen probatiſſimam reddit Scaccia.d.cap.11,num. 116.ea pręcipuè ratione, nam ſi concluſum eſt plenè hunc librum pro ſcribente pro-
22 bare, à fortiori ideo dicendum erit librum † eundem probare pro tertio, aut contra tertium, dum ſcimus teſtem in facto alieno admitti, & in proprio ſuo facto repelli propter affectionem, & intereſſe, quæ concurrunt in propria cauſa,ideo ſi liber pro ſcribente non obſtantibus affectione,& intereſſe plenè probat,à fortiori probare debet pro tertio contra tertium, vbi non cadunt intereſſe,nec affectio,eandemq; vti veriſſimam ſequuntur Hipp. Rimin. Burſat, Peregr. Felic.& alij relati per Genuam d.col. fol.225. nu. 40. cum pluribus ſequent. at eandem probant Eſcobar loco citato, Cardin. Seraphin.deciſ.431.nu.3. & Stephan. Gratian. diſcept. Forenſ.to.4.cap.727. in fine, & dicemus iterum infra nu. 55.66.& ſequent.

Coarctatur verò concluſio ſup. num. 18. firmata in
23 primo caſu, eam tantum † procedere in re ſpectante, & pertinente ad officium ſcribentis, Maſcar.d. concluſ. 975. nu. 56. Menoch. de arbitr. caſ. 91. nu.23. ac alij, quos citat; & ſequitur Surd. conſ.151.num.85.vol.2.& latius hos,& alios congerentes; Scaccia d.cap.11.num. 123. & ſeq. ac Genua d. lib. 4. fol. 224. numer. 31. & ſequent.

Sed ſi non pertineret ad officium ſcribentis, ſed ha-
24 beret † connexitatem cum officio predicto, & correſpectiuitatem,tunc liber probaret ſuper re connexa partibus præſentibus,Maſcard.d.concluſ.977.num.5.Scaccia d.cap.11.nu.25. & Genua d.lib.4. fol.225.num.37. & 38. qui Doctor. implicant declarationem hanc, & ſubdeclarationem etiam cum tertio caſu, vt infra.

Quæ concluſio ſic declarata, & ſubdeclarata illatiuè procedit etiam pro tertio contra tertium; ſi res geſta cũ
25 ſcribente de publico deputato ſit, tertio preſente, nempe ſi in libro Gabellarij, vel ſimilis officialis deſcribitur ſolutio Gabellę ob domum Titij venditam Seio vtroq;
26 præſente, quia tunc ſtante † rei connexitate, non ſolum liber probat gabellę ſolutionem; ſed etiam contractum, ob quem ſoluta fuit gabella, vt Doctores præcitati exemplificant, & latius Scaccia d. cap. 11. num. 128. iuncto num.125. ac Genua loco citato.

27 Intelligas tamen prędicta, ſi ſcribantur † tertio præſente, quia, ſi tertio abſente ſcribantur, tunc eſſet res inter alios acta, & non probaret liber, etiam in connexis, vt precitati Doctor firmant, & præcipuè Scaccia d. cap. 11.n.117. Genua.d. num. 37. & 38.ac fol.229. nu. 39. eodem lib.4.poſt Maſc.Menoch. & infinitos citatos, & nouiſſimè tam data præſentia, quam abſentia in vtroque caſu eaſdem ſuprafirmatas concluſiones firmat Stepha.Gratian.diſcept.forenſ. tom.4. citato cap. 727.nu. 18. vſque ad finem capitis, cum rationibus per eum adductis, attamen hæc intelligenda ſunt modo, vt in modificatione, quam explanabo infra num.66.& ſequentibus,& precipuè num.75.

28 Sed quæ dicantur † connexa, quæ autem ſeparata latius habetur penes Scacciã d.cap. 11. nu. 362. vſque ad nu.381.& Genuã tit.de connexis, & ſeparatis fol. 201. vſque ad fol.205. d.lib. 4.quibus in locis ſeptem referuntur opiniones circa connexitatem.

29 Tu tamen dic, connexa † dici illa, quorum vnum ab altero pendet, & quæ ad inuicem reflectuntur, & ſimul correſpectiuitatem habent, & quæ ſecundum ſubiectam materiam poſſunt arbitrio iudicis iudicari connexa, ſi lex non aperiat, quæ nam ſint,quæ mea deſcriptio comprehendit omnes deſcriptiones per doctores adductas, quamuis doctiſſimus Scaccia ſatis ſingulariter loquatur ſuper huiuſmodi d.loco nu. 377. qui in occurrenti ſemper conſulẽdus, & nos iterum dicemus infra num.305. & ſeq. Sed alijs etiam modis dici connexa,vt in tit. de li. priuat. dicemus num.965.966.& 967.

30 Inſuper hic liber maiorem † probationem facit contra tertios abſentes,quam libri in ſequentibus ſpeciebus declarandis, eò quod hic publica fungitur authoritate, vt ſuo loco infra explanabitur,num.56.cum alijs ſeq.

Reſtringitur ſecundò concluſio firmata vt non pro-
31 cedat † contra non ſubditum, contra quem librum officialis non probare dixerunt Crauet. d.verſ.4.limitatur nu.76.cum multis ſequent.Caputaq. deciſ. 155. ſeu. 1.par. 2.num.7. latè Genua d.lib.4.tit.de lib. rationum official. fol.224.num. 19. qui pro hac opinione allegat Verall.deciſ. 155.par.2. Viui.deciſ. 184.num.5.& alios, deinde ſubiungit, huic opinioni ſubſcripſiſſe Scacciam. d.cap.11.nu. 148. Sed à Genua hoc in loco cauendum,

quia

quia Scaccia hoc non dicit. num. 148. allegato per Ge-
32 nuam, ſed tangit. nu. 128. vbi † totum contrarium fir-
mat, dicens hanc reſtrictionem retuliſſe, ſed non firmaſ-
ſe, & in vno tantũ caſu admiſit, quando ſcilicet non ſub-
ditus negaret omninò, ſe vnquam tractaſſe cum officia-
33 li ſcribente occaſione ſui officij, ſecus † quando fatere-
tur tractaſſe, quia tunc ratione loci teneretur ſtare libro.
Tu autem lector beneuole caue ab omnibus iam di-
34 ctis Doctoribus, & ſignanter à Genua, † qui dupliciter
fallitur, eò quod allegat pro hac opinione Scacciam, qui
contrarium fatetur, & Secundo loquitur contra comu-
nes regulas, nam in ſupracitato titulo, & num. tenet ſu-
pracitatam opinionem, & demum immemor de prædi-
ctis, in eodem lib. 4. titulo verò de lib. mercator. fol. 240.
num. 19. contrariam opinionem defendit, dixitque ve-
riſſimam in caſu maioris difficultatis, nempe in libro
35 mercatoris, qui minorem facit fidem, ſed omninò † te-
*neas opinionem affirmatiuam cõtra reſtrictionem, quæ
rationabilior, & receptior eſt, tum ex dictis eiuſdem Ge
*nuæ in proximo vlt. citato loco, tum etiam ex dictis cõ-
muniter per Doctores receptis, quæ congerit Crauett.
36 Sibi † contrarius in eodem verb. quarto limitatur num.
*5. vſque ad num. 9. in quo de communi teſtatur, ideo de
37 Crauett. & Genua † non curandum tanquam cõtrarijs,
contraria dicentibus, & hæc opinio euidenti ratione ful
citur, quia ratione loci contractus; quilibet ſortitur fo-
38 rum † & efficitur ſubditus, vt ex communi omnium ſen-
tentia, probat And. Gail. practicar. obſeruat. lib. 2. ob-
39 ſeru. 123. deinde in deciſorijs attenditur locus † contra-
ctus, & non locus iudicij, ſeu fori, vt ex Bar. Cin. & alijs
*communem dicit Vant. de nullitat. tit. de null. ex defec.
proceſſ. num. 56. fol. 231. in paruis, & ex Bar. Caſtrenſ.
*Alber. Cæſare, & Achill. de Graſſ. receptiſſimam dicit
Scaccia eodem tract. cap. 2. num. 655. quodque proba-
tur ex tex. l. interdum §. fin. & l. 2. §. omnes vbi Doctor.
& præcipuè ſcientiſſ. Barboſ. ff. de iudic. opinionemque
hanc affirmatiuam nonnullis alijs rationibus adductis,
probat Sigiſm. Scaccia d. cap. 11. num. 239. vſque ad 45.
qui ſic intelligendus erit in ſuperiori num. 128. eodem
capite, dum ibi dixit diſtinguendo, modo vt ſuperiori
num. 33. diximus; prout idem Scaccia ſe remittit: quam-
uis iudicio meo non bene ſaluatur, dum expreſsè d. nu.
40 128. firmauit, librum † officialis non probare contra
non ſubditum negantem, vt d. num. 33. retulimus, quia
41 ſatis contra ius loquutus fuit, nam ſufficit † non ſubditũ
negotiaſſe cum officiali alicuius ciuitatis, vt ſe foro loci
42 ſubmittat † ex ſupracitatis, & negando non negotiaſſe,
ſibi nullatenus in dubio credendum, eo quod ſi credere-
43 tur, liber officialis † in tali caſu redderetur falſus, quod
nullo pacto erit admittendum, nam pro eo, qui alicui of
44 ficio præpoſitus † eſt præſumitur, quod nec ipſe fallat,
nec fallatur, ad tex. in l. 2. C. de ponder. & aur. illat. lib.
45 10. & pro officialibus præſumitur † contra priuatas per-
ſonas Menoch. de præſump. lib. 2. præſump. 85. & ſequ.
imò ob certiorem fidem ex publico eidem datam, idem
46 liber plenè probat, quamuis † teſtium depoſitiones ha-
beret in contrarium, vt multis rationibus firmat Lanar.
conſ. 43. n. 9. quem ſequitur idem Genua d. lib. 4. & præ-
citato tit. de lib. Ration. official. fol. 224. nu. 25. cum ſe-
quent. ideo his ſtantibus in dubio magis credendum li-
47 bro officiali ſcripto, quam parti neganti, fauore † pu-
blicæ authoritatis.
Extenditur hæc opinio, contra reſtrictionem vt pro-
cedat etiamſi partitæ ſcriptæ in libro officialis diſpunge-

48 rentur extra locum officij, quia facerent fidem † in om-
*ni alio Regno, omnique alio loco, in quo oporteret di-
ſputari de prædictis partitis ſcriptis, vt communiter ab
omnibus teneri, teſtatur Maſcar. in citata concluſ. 975.
num. 20. & 21. & comprobat Eſcobar de Ratiocin. cap.
11. n. 33. idéque firmat Genua in ſuperiori citato titulo
de lib. Mercat. fol. 240. nu. 18. & ſequentibus modo vt
nos citauimus ſup. nume. 34. prout iterum dicemus in-
fra num. 126.
49 Reſtringitur tertiò ſi liber hic nõ haberet † formam,
& requiſita per legem, vel conſuetudinem datam, & cõ-
tineret quid diuerſum à ſuo miniſterio ſolito, quia non
probaret Eſcobar citato ca. 11. num. 17. & ſeq. & num.
27. liber. n. non continens requiſita dubiam veritatem
habet, Surd. conſ. 151. nume. 85. & ſeq. vol. 2. poſt Me-
50 noch. & alios per eum citatos, continere † debet com-
munia, & ſolita ſigna Surd. vbi ſup.
At in ciuitate, & Regno noſtro, in libris Regiorum
Doghaneriorum, Perceptorum Fiſcalium, Banchorum,
51 aliorumque Regia, & publica authoritate deputatorũ,
qui libros eorum officiorum conficiunt, adeſt certa, &
ſolita forma ſcribendi, imò in libris Banchorum, parti-
ta ſcribenda tranſit per manus, & libros diuerſos, taliter
52 quod vix falſificari poterit, & ſi tales † libri carerent
ſolita, & conſueta forma nullatenus probarent, & inue-
53 riſimiles, ac ſuſpecti † redderentur, Eſcobar d. cap. 11.
num. 17. & 27. Sed nos ſuo loco de inuериſimilitudine, &
ſuſpicione latius dicemus.
Sin autem modo conſueto conficiuntur libri omniũ
54 officialium præcitatorum, & præcipuè Banchorum † in
ciuitate Neapolis exiſtentium pleniſſimam facerent cir
ca partitas ſcriptas probationem, quod etiam exteris no
tum eſt modo, vt teſtantur Rot. Genuæ deciſ. 38. num.
55 3. & Eſcobar d. cap. 11. num. 4. vbi pro Bancho † contra
Banchum, & pro tertio contra tertium, libros hos pro-
bare teſtantur, quod ſatis clarum eſt, Doctores enim
contrarium tenentes loquũtur in Banchis ad libitum, &
56 priuatorum † tantum voluntate erectis, non autem in
huiuſmodi, qui ſuperiorum, & publica authoritate eri-
guntur, vt ijdem fatentur in citata. l. quædam §. fin. ff. de
57 edendo, vt diximus nu. 11. ſupra; Banchi † autem Nea-
politani aſſimilantur antiquis argentarijs, & nummu-
larijs, ita Rot. Gen. & Eſcobar locis citatis, & ſi Maſtrill.
deciſ. 135. aliqua congerat infringentia forſan hoc no-
ſtrum dictum, tamen videtur loqui de iure communi, &
in diuerſis terminis, hodie tamen tabula Panormi, &
58 Banchi Neapolitani eandem conſequuntur authorita-
tem, vt de tabulis loquuntur idem Maſtrill. & Muta ad
Pragmat. illius inſulæ tit. de Bancher. in ordine 73. tom.
1. fol. 598. in princ. & Caſtill. deciſ. 187. nu. 13. vol. 2.
59 imò fides maior † adhiberi debet libris Banchorũ Nea-
politanorum, eò quod vt diximus, quælibet partita de-
ſcribenda requirit manus, & recognitiones multorum
deputatorum ad tale officium, ideo ſemper præſumen-
60 da erit veritas † deſcriptarum partitarum dum partitæ
illæ geruntur, & communicantur cum tantis, & tot per-
ſonis, vt inter cæteros, quos omitto adnotat Farinacc. de
falſit: quæſt. 153. par. 10. nu. 216. cum ſequent. Sed in-
ſpecto iure communi in his latè ſcripſit Genua d. lib. 4.
tit. de lib. campſor. & Bancherij. fol. 255.
Verum præcitati Doctores in huiuſmodi ſpecie libri
61 ſæpius mentionem faciunt de libris Maſſarij † Gabella-
rij, & de alijs, publicas Gabellas, publicaque tributa e-
xigentibus, ac publica negotia adminiſtrantibus, tu Re-

gnicola velim intelligas de prædictis, qui publico ſala-
rio eliguntur ad prædicta omnia adminiſtrandum, &
libros conficiendum, & tunc libris prædictis datur ple-
na fides circa concernentia, aut dependentia ex officio
eorum, vt vltra Genuam, qui particulares tractatus ti-
tulos, & libros ſuper his confecit, quem interdum imò
62 ſæpè citabimus, ſatis etiam † abundanter Sigiſm. Scac-
cia d. cap. 11. num. 111. cum multis ſequent. loquutus
fuit ſuper eiſdem; at in Regno infraſcripti ſunt videlicet.
63 Perceptor † Regiæ Dohanæ Apuliæ, & aliarum Do-
hanarum (vbi non reperiuntur arrendatores, aut con-
ductores,) Perceptores penarum Regiæ Cameræ ſum-
mariæ, & M. Cur. Vicariæ. Perceptores functionum, &
tributorum fiſcalium huius Regni, Archiuarij Regij, &
deputati ad publica Bancha ciuitatis Neapolis, & om-
64 nes alij de publico † deputati ad ſcribendum, & prę cę-
teris omnibus, illi, qui præſunt in tribunalibus, Regis
ſcribæ portionis, & magni Theſaurarij, ſeu generalis
65 Theſaurarij, & qui † onus ſcribendi habent libros, eiſ-
dem libris pleniſſimam dari fidem notum eſt in eo-
dem Regno & extra, nam ad librum Theſaurarij recur-
ritur tanquam ad ſpeculum veritatis, Viui. deciſ. 184.
ſuperius citata nu. 7.
66 Sed ſi tributa fiſcalia † datia, & aliæ exactiones pu-
blicæ exigantur à conductoribus, & arrendatoribus,
qui dicta tributa datia & functiones, ac exactiones ar-
rendauerunt & conduxerunt à Regijs miniſtris, vel à
ciuitatibus, tunc libris ab iſtis confectis pro ſcribenti-
bus, & pro tertio, aut contra tertium nullatenus credi-
67 tur, duplici ratione & illa prima, quia ad ſui† proprium
commodum non creditur vulgatis terminis, & Secun-
68 da, quia de publico † ad ſcribendum nequaquam ſunt
deputati, quæ probantur in l. fin. C. de conuen. fiſc. de-
bit. lib. 10. iuncta l. exemplo. C. de probat. quibus, & ex
alijs ſic docet Regens de ponte de poteſt. proreg. tit. de
Regal. impoſit. §. 8. num. 23. cum multis ſequent. Ideo
quando penes Doctores dicitur credi libro æſtimi Ga-
bellarij, & aliorum, intelligas cum hac modificatione,
quam probat etiam Sola ad Cōſtit. Sabaudię, tit. de lib.
mercat. gloſ. 2. nu. 39. & 40. cū ſeq. quem refert Genua
d. lib. 4. titu. de lib. rationum Gabellarij nu. 18. fol. 235.
69 Sed quo ad librum æſtimi, an probet † pro ſcribente
& contra, pro tertio, an probetur rei dominium per
70 † talem librum, an poſſeſſio, an eiuſdem rei æſtimatio,
71 an quem eſſe non ſoluendo † vel econtra, an cenſus,
72 † an extrema Saluiani interdicti, an ſocietas, † & finali-
73 ter, an probetur † bonorum diuiſio, ac alia multa pe-
74 nes Genuam hunc titulum de libro æſtimi collocan-
tem in lib. 5. de ſcriptura priuata, explanantemque la-
tiſſimè has propoſitiones per 10. quæſtiones.

Denique quod diximus ſuperius num. 27. intelligen-
dum erit cum hac modificatione, quia ſi cum tertio
diſputaretur de credito, aut de ſolutione deſcriptis, vi-
delicet ſi titius ſoluiſſet tributa fiſcalia pro debitore,
75 hæc ſolutio † plene eſſet probata per librum officialis,
non ſolum contra debitorem abſentem, ſed etiam con-
tra creditorem alium dicti debitoris; vel ſi per medium
76 Banci † appareret aliquis debitor, aut creditor, hoc de-
bitum, aut creditum pleniſſimè probatur, contra alios
creditores concurrentes in terminis. l. ſcripturas. C. qui
potior. in pign. hab. etiam dictos alios creditores ab-
ſentes, prout in his à fortiori creditur ſimiliter ſcriptu-
ræ priuatim confectæ ſecundum formam dictæ l. ſcri-
pturas, quamuis ſcripturæ confectæ fuerint, abſentibus
creditoribus concurrentibus, prout in omnibus alijs
caſibus vtique libri officialium plenam faciunt proba-
tionem contra abſentes ſi dubitaretur de veritate cre-
ditorum. ibidem deſcriptorum, aut ſolutionum in eiſ-
77 dem notatarum, & tamen credita, & ſolutiones † affi-
cerent alios abſentes, illa ratione, quia in his deſcriben-
78 dis ſufficit præſentia principalium; non autem † requi-
ritur eorum, qui in deſcriptione harum partitarum
non nominantur, vt in ſimili dicemus infra, libris enim
huiuſmodi nomen publicarum ſcripturarum, & inſtru-
mentorum tribuitur à Crauett. in ſæpius citato verſic.
quarto limitatur num. 83. cum multis ſequent. notans,
79 quod ſi † ſtatuto caueretur, non recipi in aliquo caſu
probationem, niſi per publica inſtrumenta, ſatisfeciſſe
80 † ſtatuto diceretur, ſi reciperetur probatio per huiuſ-
81 modi libros, tanquam vim † publicorum inſtrumento-
rum habentes, ſequuntur Ludouic. concluſ. 29. pag. 73.
Maſcar. d. concluſ. 975. num. 37. Scaccia d. cap. 11. nu.
122. & Genua prædictos referens d. titu. de lib. official.
fol. 223. nu. 16. quid fortius de libris Banchorum, imo
82 creditur plenè etiam cedulis † extractis ex dictis libris,
quæ probant numerationem, & omnes ſolutiones
etiam in conſtitutione cenſus, vt adnotat Sigiſm. Scac-
cia de commerc. §. 2. gloſ. 5. nu. 64. & Farinac. in deci-
ſionibus inſertis in primo volum. ſuorum conſiliorum,
83 10. num. 10. & ſeq. ac per eam vocatur depoſitum † to-
taliter legitimum, Giurba deciſ. 38. nu. 10. alijque, quos
probabo inferius hoc eodem cap. titu. de Apocha Ban-
charia, num. 3220. cum ſequent. & probare librum of-
ficialis etiam in præiudicium tertij, dixerunt Burſat.
conſ. 87. num. 7. lib. 1. & M. Ant. de Amat. deciſ. Ferrar.
12. num. 7.

SVMMARIVM.

84 *Liber mercatoris inſpecto iure communi pro ſcribente, non probat.*
85 *Liber Mercatoris in partitis minutis, quomodo probet.*
86 *Liber Mercatoris, in qualibet ſumma probat, & 87. ſed de veritate nu. 88.*
89 *Liber Mercatoris attenta conſuetudine plenè probat, & ſeq.*
91 *Conſuetudo, vt libro mercatoris credatur, valet.*
92 *Conſuetudo, vt libro Mercatoris credatur articulari, & probari debet.*
93 *Liber Mercatoris probat circa ſcripta, quæ dependent à voluntate ſcribentis, modo vt expenditur & 94. cū ſeq.*
96 *Conſuetudo vt credatur libro mercatoris operatur in pertinentibus ad mercantiam tantum.*
97 *Liber mercatoris, non probat in his, quæ non concernunt mercantiam.*
98 *Conſuetudo de non concernentibus, non loquitur.*
99 *Liber mercatoris ſecūdum morem mercantilem non confectus non probat.*
100 *Conſuetudo debet eſſe diſcreta, & rationabilis, ne ſit prona ad falſum committendum, & ſeq.*
102 *Liber Mercatoris inueriſimilia continens, non probat.*
103 *Teſtibus inueriſimilia deponentibus, non creditur.*
104 *Inſtrumento inueriſimilia continenti non creditur.*
105 *Veriſimile, quod non eſt ſuſpectum dicitur de falſo, & imaginem falſitatis habet, & ſeq.*
108 *Veriſimile, quod erit committitur arbitrio iudicantis. & ſeq.*

109 Arbitrium Iudicis non debet eſſe effrenatum, ſed regulabitur ſecundum iuris certas regulas, & ſeq.

111 Veriſimile dicitur, quod conuenit iuri naturali, cum veriſimilitudo ſit cognata naturæ. & 112.

113 Veriſimile dicitur illud quod conuenit iuri communi.

114 Veriſimile dicitur illud, quod conuenit rationi.

115 Argumentum de ratione ad legem, & è contra valet.

116 Veriſimile dicitur quod aptius erit ſubiectæ materiæ.

117 Veriſimile dicitur, quod frequentius, & vt plurimum euenire ſolet.

118 Veriſimile dicitur, quod præteritorum experientia, ſuadet, & cadit in communem intellectum & opinionem hominum.

119 Liber in dubio præſumitur veriſimilia continere.

120 Veritas, & bonitas in dubio præſumitur.

121 Accuſatore non comparente præſumitur innocentia.

122 Liber mercatoris continens inueriſimilia, exẽplificatur.

123 Liber mercatoris in ſummis magnis non probat, etiam conſuetudine indiſtinctè præcedente.

124 Conſuetudo generaliter, & indiſtinctè procedens, non ſic admittenda.

125 Liber mercatoris, quando in magnis ſummis probet attenta conſuetudine, & iudice arbitrante.

126 Nicolaus Genua reijcitur.

117 Liber mercatoris veroſimilia continens, quando iudice, ſic arbitrante in magnis probet cum ſequentibus.

129 Liber mercatoris in poſtis minutis probat.

130 Liber mercatoris probat in partitis magnis veriſimilibus

131 Liber mercatoris ſi fuerit in vna partita reprobatus cenſetur in omnibus reprobatus cum multis ſeq.

132 Liber mercatoris in vna partita falſus reputabitur in alys etiam ſeparatis partitis falſus.

133 Liber verus in vna partita præſumitur verus in reliquis.

134 Liber mercatoris, ſi negaretur in aliqua partita, illaque verificaretur, tũc verus pręſumeretur in reliquis etiam ſi reliquæ fuiſſent magni momenti. ibid.

135 Liber mercatoris infamis, & vita ſuſpectæ non probat, dummodo ſit infamia publica, quia non ſufficeret priuata, ibid. num. 136.

136 Liber mercatoris infamis, ſi infamia erat nota debitori, vtique probat & quando non obſtabit infamia, nu. 138.

137 Infamia ſcribentis quando probationem edidit, & numquid remiſſa per debitorem ſcientem cenſeatur. & ſeq.

139 Liber mercatoris circa partitas illiquidas, non probat.

140 Petitio illiquida, nunquam ſubſtinebitur, niſi quantitas prius liquidabitur.

141 Illiquida obligatio, illiquidaque quantitas non producunt effectum, niſi liquidatio præcedat.

142 Liquidatio quantitatis fieri debet, parte citata, & plenè audita.

143 Liber mercatoris referens non probat, niſi relato producto.

144 Scriptura referens, non probat, niſi relata exibeatur & procedit etiam ſi notarius atteſtetur relatam per ipſum fuiſſe ſcriptam nu. 145. & etiam ſi notarius diceret eum vidiſſe, & legiſſe relatam num. 146. & etiam ſi tenor ſcripturæ relatæ inſeratur num. 147. ſed ſi ſtricta penderent à voluntate referentis, tunc ſcriptura referens probaret etiam non exhibita relata modo, vt expenditur n. 148. & 149. ac inter contrahentes ſcriptura, referẽs probat, ſi ſubſtantia referatur nu. 150. ſecus inter abſentes.

151 Liber mercatoris non matriculati non probat.

152 Conſuetudo in libris mercatorum, non matriculatorum, non operatur.

153 Liber mercatoris continere debet titulum, & inſcriptionem eius, ſub quo liber conficitur.

154 Liber continere debet data, & accepta cum expreſſionibus aliàs non probaret. & ſeq.

156 Liber mercatoris continens credita mercatoris tantum, non diceretur liber rationum, ſed ſcriptura crediti, & rationes, & computa idem ſignificant.

157 Liber rationis per neceſſe interpetratur ſcriptura continens data, & accepta vt ex eius definitione patet.

158 Liber mercatoris licet accepta non contineat, tamen ſi ad illa inſcriptionem haberet, ſed ſcripta non reperiantur, vti non entia, vtique probat, & ſequentibus pluribus, vbi eleganter expenditur.

161 Fides, quæ datur libris mercatorum inducta fuit beneficio ipſorum mercatorium & ſeq.

162 Emptores mercium, vt plurimum procurãt fidem eis adhibendam pro pretio.

163 Diſpoſitum ad vnum finem, non debet contrarium eius operari, & ſeqq.

165 Liber mercatoris ordine peruerſo ſcriptus non vitiatur.

166 Liber mercatoris debet continere mẽſem, annũ, & diem.

167 Liber mercatoris abſque conſule probat.

168 Scriptura priuata abſque die confecta probat de veritate in ſequentibus, & in loco ibidem remiſſo.

169 Liber mercatoris abſque die probat ſi de die implicitè cõſtet vbi declaratur; ſed quoniam reſultaret incertitudo, vel certitudo. nu. 170. 171. & 172. at in loco remiſſo.

173 Liber mercatoris, debet continere cauſam dati, & accepti, vt probet & ſequ. tam pro ſcribente, quam contra ſcribentem nu. 174. & ſeq.

175 Liber mercatoris de per ſe, non eſt modus conſtituendi obligationem, prout quęlibet alia ſcriptura, ſed inducit prę̃ſũptionẽ obligationis ortæ, ex cauſa ĩ ſcriptura narrata.

176 Liber mercatoris cum cauſa, neque probat ſi illa appareat obſcurè, & incertè.

176 Cauſa incerta, & obſcura non dicitur cauſa.

177 Cauſa ſatis diceretur expreſſa, ſi ex coniecturis colligeretur, & ſeq.

178 Liber mercatoris continens omnia requiſita ſatis videtur continere cauſam dati, & accepti, etiam ſi non exprimatur, & ſeq.

181 Liber tutoris, vel alterius adminiſtratoris ſatis videtur continere cauſam ſuæ adminiſtrationis circa accepta, etiam ſi illa non exprimatur, ſed circa expẽſas factas, per ſuos adminiſtratores, liber debet continere cauſam. ibid. numero 182. aliàs contra tales iuratur in litem. numero 183. cum ſeq.

185 Scriptura facta in forma ſimplicis confeſſionis, ſine cauſæ expreſſione non probat.

186 Confeſſio ſine cauſa non probat remiſſiuè.

187 Liber mercatoris debet habere cartulationem, vt probet.

188 Liber mercatoris, vt probet requirit iuramenti præſtationem.

188 Iuramentum requiritur, ex parte ſcribentis, vt liber probet ſed diuerſimodè circa mercatores, & alios ſcribentes. num. 189. & ſeq.

189 Liber mercatoris diuerſam requirit iuramenti præſtationem, quam requirunt reliqui aliorum libri, & ſeq.

189 Tutores, & reliqui adminiſtratores, vel priuati ſcribentes libros diuerſimodè iurant pro librorum probatione, & diuerſo modo, quo iurant mercatores. & ſeq.

191 Mercatores hodiernis temporibus non iurant circa probationem librorum rationum confectorum per eos. & ſeq.

192 *Liber mercatoris probat hodiernis temporibus, etiam ſine iuramento.*

193 *Liber mercatoris continere debet veriſimilia, vt probet.*

194 *Liber mercatoris carere debet falſitate, omnique alia mala ſuſpicione, vt probet.*

195 *Liber mercatoris debet eſſe candidus, & carere omni inductione, & ſuperinductione, omnique quauis additione inter lineam, & lineam, ac repugnantia, non continere nu. 196. & ſeq. aliàs non diceretur fideliter tentus, & contra ſcribentem iuraretur in litem.*

199 *Liber mercatoris probat etiam ſine requiſitis ſi probaretur conſuetudo, ex qua librum hanc fidem habere diſpeneretur.*

200 *Conſuetudo poterit diſponere, vt libro mercatoris credatur, etiam ſine requiſitis confecto.*

201 *Liber mercatoris plenè probat contra ſcribentem, quia concurrit tacitum mandatum nu. 202.*

203 *Liber mercatoris probat contra ſcribentem, etiam ſi careat requiſitis.*

204 *Liber mercatoris contra ſcribentem, non probat ſi ille cauſam non contineat, & de veritate nu. 205. & 206.*

207 *Nicolaus Genua arguitur de confuſione; ſed laudatur, prout & alio modo arguitur nu. ſeq. ac nu. 212.*

208 *Sigiſm. Scaccia laudatur ibidem. & alibi.*

209 *Liber mercatoris contra tertium nullam probationem inducit, & ſeq. de veritate nu. 211. & ſeq. vbi diſtinguitur præſentia, & abſentia tertij, vſque ad nu. 213. incluſiuè.*

214 *Liber mercatoris contra tertium abſentem facit ſemiplenam, tanquam res inter alios acta.*

215 *Inſtrumentum inter duos fratres, quorum vnus aſſerat ſe accepiſſe à Titio mutuo centum pro communi ſeruitio ſemiplenè probat pro Titio abſente, ſed contra nu. 118. de veritate in ſeq. nu. & præcipuè nu. 237. & ſeq.*

216 *Teſtium dicta inter alios, faciunt ſemiplenam probationem, ſi de nouo non poſſunt examinari inter diuerſas perſonas, de verit. vt ſupra.*

217 *Sententia lata inter duas perſonas facit ſemiplenã contra tertium, de veritate in ſequen. nu.*

DE LIBRO MERCATORVM Tit. 3.

HÆc ſecunda ſpecies libri rationum latiori explicatione indiget, ideo quo ad primum caſum collocatum ſupra num. 14. dico eum habere duplicem inſpectionem; vnam ſcilicet de iure communi, alteram autem de iure conſuetudinario, aut ſtatutario.

✱ Attento iure communi, penes omnes Doctores com-
84 muniter habetur, hunc librum † Mercatoris non probare pro ipſo Mercatore ſcribente, de quo communi te-
✱ ſtatur Iaſ. in allegata. l. admonendi in 2. repet. nu. 131. ac Burſat. Pacian. Surd. & alij relati per Genuam lib. 4. de ſcript. priuat. tit. de libris Mercatorum. fol. 245. n. 1. 2. 3. & ſeq. idemque teſtatur Maſcard. de probat. citata concluſ. 975. nume. 9. & 11. indubitatamque ſupponit eam, Sigiſm. Scaccia d. c. 10. de iudic. cauſ. ciuil. n. 147.
85 limitatur hæc communis opinio, in partitis † minutis ſcriptis in hoc libro, qui continere habeat requiſita inferius num. 153. & ſequent. notata, quo in caſu, ſi mercator ſit fide dignus, liber plenè probat, Crauett. de antiq. temp. ver. vidimus abundè num. 2. & Iaſ. Abb. Aufrer. Tiraq. & alij, quos ſequitur Maſcard. d. concl. 975. nu. 13. alijque citantur per Genuam loco proximè citato num. 12. fol. 246. ſed de hac limitatione latiùs dicetur infra.

86 Alijs modis limitatur hæc communis † concluſio, vt eſt videre penes Viui. deciſ. 445. lib. 3. Surd. deciſ. 199. & per alios, quos prætereo, ex quo latius de his habebitur ſermo inferius ſuis locis.

Limitatur eadem concluſio per Genuam d. lib. 4. & d. titulo de lib. mercatorum quæſt. 1. num. 11. in om-
87 ni † ſumma, ad quam limitationem firmãdam allegat Sigiſm. Scacciam d. c. 11. num. 129. & 130. concurrentibus tamen his, quæ idem Genua congerit citato loco fol. 246. Sed caue, quia Scaccia citatus per Genuam loquitur in terminis proximè ſequentis inſpectionis, eo
88 quod inſpecto † iure cõmuni aliter ſentit, vt penes eundem eſt videre eodem cap. 11. nu. 147. Circa ſecundam inſpectionem, & ſic attenta generali conſuetudine, promptualiter reſpondebitur, librum hunc plenam
89 † pro ſcribente facere probationem, vt eſt videre pe-
✱ nes Bart. & omnes communiter in d. l. Admonendi, ac penes Canoniſtas in c. 2. de fid. inſtr. alioſque innumeros, quos congerunt Mandell. conſ. 95. toto Couar. Practicar. cap. 22. nu. 8. Viui. opin. 309. Menoch. de arbitr. caſ. 91. nu. 16. Maſcard. d. concluſ. 975. nume. 16. Paul. Fuſc. Sing. 21. lit. l. Foller. ad Maran. par. 6. actu 6. ſub num. 37. qui ex Socino refert hodie eſſe de hoc genera-
90 lem † conſuetudinem totius Italiæ, vt libris mercatorum plenè credatur pro ſcribente, idemq; fatetur apertius Flam. Cartar. deciſ. 127. num. 3. & Burſat. Turrett. Enriquez Piagg. Aufrer. Roland. Berous, Ludouic. & infiniti, quos ſequitur Genua d. loco fol. 239. num. 12. & omnium ſingulariſſimè Scaccia d. nu. 129. cum multis ſeq. & ſignanter nu. 134. ac Eſcobar de ratiocin. d.
91 cap. 11. num. 14. quam conſuetudinem † valere dixerunt præcitati Doctor. & ſignanter Viui. Genua d. loco num. 14. & Scaccia vbi ſupra.

92 Obſeruandum tamen erit, hanc cõſuetudinem † debere articulari, & probari cum ſuis requiſitis, vt docuerunt Turrett. Brun. Herculan. Pacian. & alij relati per Genuam d. tit. fol. 241. num. 46. idemque Stephan. Gratian. diſcept. Forenſ. to. 1. cap. 171. nu. 2. quodque habetur penes eoſdem ſupracitatos Authores probat nouiſſimè M. Ant. de Amat. deciſ. Ferrar. 13. nume. 3. & ſequent.

93 Extenditur concluſio, vt fortius procedat † in his, quæ dependent à mera voluntate ſcribentis, vt puta, ſi ſcribantur expenſæ factæ pro fratre, & alijs coniunctis animo repetendi, dummodo hæc proteſtatio non habeat iuris pręſumptionẽ in cõtrarium, aut ſit inueriſimilis, nam probatis expẽſis, dicitur probata repetitio, quæ
94 ex mera voluntate † ſcribentis pendebat, ita omnes relati per Maſcar. d. concl. 975. nu. 72. & Clarius Scaccia d. cap. 11. num. 139. cum multis ſequentibus, idemque ante eum Viu. deciſ. 456. nume. 10. & dicemus iterum num. 148. & ſeq.

95 Extenditur etiam concluſio omnibus modis † poſitis in limitationibus deducendis in vltima libri rationum ſpecie tit. de lib. priuat. nu. 899. cum ſequentibus, illum locum conſulas.

Omiſſo enim ordine, quo in huiuſmodi vtitur Genua, confundens vtramque inſpectionem; declaratur tamen concluſio, vt ſupra ampliata, & primo, vt ope-
96 retur conſuetudo † Statutum, aut priuilegium ſolummodo in pertinentibus ad mercaturam, quam merca-

tor

tor ſcribens exercet, quia ſi in libro ſcriberentur, quæ
non concernunt mercantiam, liber non probaret vi-
97 gore † conſuetudinis priuilegij, aut ſtatuti, ita Doctor.
omnes citati ſupra in primâ ſpecie libri nu. 23. idemq;
firmant Stracha de mercat. Cranet. Menoc. Gail. Franc.
Marc. & alij, quos ſequitur Maſcard. d. concluſ. 975. nu.
28. alijque longe plures relati per Scacciam d. cap. 11.
num. 148. cum multis ſequent. ac Surd. Borrell. Rimin.
Mazol. Marcabr. Burſat. Turrett. Viui. Bec. & alij citati
per Genuam d. tit. fol. 240. num. 30. & ſeq. quodque in-
dubitatum refert Stephan. Gratian. diſcept. Forenſ. d. c.
171. num. 9. cum ſequent.

Comprobatur declaratio multis rationibus conge-
ſtis per Scacciam loco citato, latiuſque per Genuam vbi
ſupra, & ſatisfacit, quod pro ratione adducit Gratian.
loco proximè citato verſ. tamen hoc; nempe cum ſta-
tutum priuilegium, vel conſuetudo loquatur, de libro
mercatoris, neceſſariò debet intelligi ſecundum ſubie-
ctam materiam, & ſic de concernentibus cauſam mer-
caturæ, hæc ille, & rō rationis, quæ ab eadem ſumitur,
98 † quia conſuetudo de non concernentibus nō loquitur.
99 Declaratur ſecundo, ſi liber non eſſet † factus ſecun-
dum morem mercantilem, & lòci conſuetudinem, quo
caſu non probaret; quia ſine requiſitis eſſet confectus,
& per hoc rationes deſcriptæ faciliter, & probè conſo-
lidari non valerent, Foller. ad Marant. ſuperius addu-
ctus num. 35. in fine, Bald. Iaſ. Strach. & alij relati per
Ludouic. concluſ. 29. citata, verſic. 2. requiritur, Scaccia
d. cap. 11. num. 152. & alibi, Genua eodem citato titu-
lo, fol. 244. num. 97. & ſeq. & Gratian. eodem allegato
cap. 171. num. 6. & 7. pro ratione ſubdens, quod, aliàs,
100 conſuetudo † eſſet indiſcreta per quam cuique ſcri-
pturæ mercatoris crederetur pro ſcribente, & ſic eſſet
prona ad falſum committendum, & proinde contra cō-
ſuetudinem, contraque ſuum eſſe, cuius eſſentia medul-
101 laris eſt, vt ſit rationabilis, † quodque Gratianus fir-
mat citatis Bal. Abb. Alex. Crauet. & alijs; ſolemni a ve-
rò huiuſmodi libri pro omni ſui ſpecie inferius collo-
cabuntur.

Declaratur Tertiò eadem concluſio vt procedat ſi li-
102 ber † veroſimilia contineat, alias eidē non crederetur,
Dec. in l. 1. C. de edend. Iaſ. & Rip. in d. l. admonendi, &
alij relati per Crauet. de antiq. temp. d. ver. quarto limi-
tatur n. 24. & ſeq. Strach. de ſtat. mercat. part. 2. nu. 62.
Maſcar. in ſimilibus num. 82. eadem ſæpius citata concl.
975. Surd. d. deciſ. 199. & magis in ſpecie. Viui. deciſio.
445. numer. 21. verſ. poſtremò, Genua dict. titulo, lib. 4.
fol. 243. num. 70. vbi plures relati, Eſcobar de ratiocin.
d. cap. 11. num. 23. & longè latius Scaccia d. cap. 11. nu-
mer. 153. cum multis ſequent. & poſt hos Neguſant. iu-
nior conſil. 423. num. 5. & 6.

103 Prout nec teſtibus inuериſimilia † deponentibus cre-
dendum dixerunt Abb. & Felin. in cap. quia veriſimile,
de præſumpt. ac Doct. in l. ob carmen §. final. ff. de teſt.
Rolan. Crauett. Deci. Tiraq. Maſcard. & alij, quorum
* communem opinionem dicit Scaccia d. cap. 11. num.
159. latius tamen in hac comprobatione, Farinacc. de
oppoſit. contra dicta teſt. quæſtio. 65. par. 3. num. 128.
cum multis ſequent.

Comprobatur Secundò nam nequaquā creditur in-
104 ſtrumento † publico, inueriſimilia continenti Abb.
conſ. 99. lib. 1. nu. 4. in fin. Soc. conſ. 28. lib. 3. n. 9. Neuiz.
conſ. 46. nu. 14. citati per Scacc. d. loco n. 160. adde Me-
noch. de præſump. quæſt. 99. num. 17. & lib. 5. præſump.
30. num. 12. Maſcar. concl. 740. num. 35. & 36. & infi-
nitis citatis Farinacc. de falſit. & ſimulat. quæſt. 153. p.
9. num. 176. & ſeq. illis rationibus, quia quod non eſt
105 † veriſimile, ſuſpectum dicitur de falſo, & quod inue-
106 riſimile eſt imaginem falſitatis † habet. Affl. dec. 345.
num. 2. in fine, Maſcar. Tiraq. & alij relati per Scacciam;
& Farinac. locis citatis.

107 Quæ autem dicatur inueriſimilitudo habetur penes
eundem Scacciam loco allegato num. 167. vſq. ad nu.
175. & quia materia eſt vtilis, ac practicabilis, vir ille
ſcientiſſimus ſatis ſingulariter fuit loquutus, & præ ma-
nibus omnium nō facile reperitur; ideo pro commodi-
tate ſtudioſi, & curioſi lectoris amatiſſimi referam hoc
in loco omnia, quæ doctiſſimus ille vir in huiuſmodi
congerit.

108 Id enim quod veroſimile † erit, aut inueriſimile co-
mittendum eſſe arbitrio iudicantis, reſpondit ex multis
Menoch. de arbitr. caſ. 85. num. 4. tamen arbitrium non
109 debet † eſſe effrenatum, ſed debet habere ſemper quaſ-
dam certas iuris regulas, à quibus veluti à proprijs ha-
benis diſcedere non licet ideo iudex videbit ſcripta in li-
bro, ſi ea ſint veroſimilia, aut èconuerſo, vt idem Me-
noch. de arbitr. caſ. 93. num. 2. verum tenetur Iudex cō-
110 ſiderare certas † regulas veroſimilitudinis, vt idem
Scaccia d. cap. num. 294. primò enim dicitur veriſimi-
111 le, quod † conuenit iuri naturali, quia veroſimilitudo
112 dr̄ cognata naturæ, † Cranett. conſ. 8. num. 5. & conſ.
28. num. 1. in fine Tiraq. in l. ſi vnquam. num. 57. ver. &
cum his. C. de reuoc. donat. Bal. Odofr. Rolan. Ceph. &
alij relati per Scacciam loco citato, num. 168.

113 Secundò dicitur veroſimile illud quod conuenit † iu-
ri communi, Innoc. in c. auditis de præſcript. num. 4. Io.
Andr. in c. ad noſtram. num. 6. Ant. de Butr. num. 7. de
teſt. Tiraq. loco citato nu. 60. verſ. deniq. Crauett. conſ.
75. nu. 24. Menoch. dicto caſ. 85. Becci. Papien. Curt. &
alij citati per Scacciam vbi ſup. num. 170.

114 Tertiò dicitur, veriſimile quod conuenit † rationi, eò
quòd Doctor. ſupracitati promiſcuè loquuntur de iure,
& ratione, vt Scaccia num. 171. quod ego comprobo,
115 nam valet argumentum de ratione † ad legem, & è
contra, vt docet Euerard. in huiuſmodi argumentis.

116 Quartò dicitur illud quod aptius † eſt ſubiectæ ma-
teriæ Scaccia, num. 172.

117 Quintò dicitur, quod vt plurimum † euenire ſolet, &
quod frequentius contigit Cran. de antiq. temp. ver. ma-
teria ſingularitatis num. 118. & Scaccia vbi ſup. nu. 173.

118 Sextò dicitur illud, quod præteritorum † experien-
tia ſuadet, & cadit in communem intellectum, & opi-
nionem hominum, Scaccia nu. 174.

His enim regulis adhibitis, & conſideratis, poterit
iudex veroſimiles, aut inueroſimiles partitas libri diju-
dicare: verum ſi de his non opponatur, præſumitur liber
119 potius veroſimilia † continere, & per hoc probabit, vt
concludit Scaccia citato loco n. 175. quāuis nihil ad hoc
vltimum probandum alleget, quia euidēter veriſſimum
120 iudicatur, nam nemine opponente ſemper veritas † &
bonitas præſumitur, ad notata per Alciat. de præſumpt.
reg. 3. præſump. 4. num. 2. & per Menoch. de præſumpt.
lib. 5. præſump. 4. in principio, adducentem exemplum
121 Redemptoris abſoluentis adulteram, quia † nullus ac-
cuſabat.

122 Exemplificantur inueriſimilia ſcripta † per mercato-
rem in libro, vt puta ſi Lælius mercator ſcripſerit in li-
bro ſe in tali die, menſe & anno dediſſe Titio tot vlnas
panni

pannú numero plures aſcendentes ad valorem ducatorum ducentorum in circa pro faciendis veſtibus eiuſdẽ Titij, & demum in partitis receptorum ſcribat recepiſſe in partem pretij à Titio carolenos quinq; vel aliam modicam ſimilem ſummam, & adde quod Titius ſolebat vti veſtibus modici valoris, & quod fides mercatoris nõ ſit notoriè approbata, tunc liber contineret inueroſimile, tam reſpectu dati, quam accepti, ita Scaccia loco citato, num. 157.

Declaratur quartò vt procedat concluſio in ſummis modicis, & paruis in libro deſcriptis, quia in magnis li-
123 ber † non probaret, etiam ſtante dicta generali conſuetudine, Tiraq. de iudic. in reb. exig. num. 4. ver. confirmantur hæc, & de communi ſcribentium opin. teſtatur Maſcar. de prob. citata concl. 975. num. 15. idemq; innumeri, quos congerit Scaccia d. cap. 11. num. 175.

124 Extenditur declaratio, etiam ſi conſuetudo † diſponeret, quod credatur libro mercatoris in magnis ſummis, nempe ſi diceret, quod indiſtinctè omnibus mercatorum libris credatur, quia hoc in caſu conſuetudo eſſet indiſcreta, & prona ad malum, & vti irrationabilis nõ ſubſiſteret, Bal. in l. vnica n. 13. C. de confeſſ. Abb. in cap. bonæ memoriæ il ſecondo ſub nu. 3. de poſtul. prelator: ac Alexan. Roch. Rolan. Crauett. Tiraq. Strach. Maſcard. Dec. Felin. & alij, quos citat, & ſequitur Scaccia d. c. 11. num. 196. & vltra hos Marſil. ſingular. 458.

Reſtringitur extenſio, vt ea tantum procedat, quan-
125 do conſuetudo † excluderet, vel arctaret iudicis arbitrium ad omninò his libris credendum; quia ſi conſuetudo, aut ſtatutum ſe ſubmitterent iudicis arbitrio, vt eo accedente, mandarent credi libro, tunc libro crederetur, iudice ſic; inſpectis qualitate ſcribentis, & cauſæ quantitate; arbitrante; Iaſ. in d. l. admonendi in 2. repet. num. 120. ff. de iur. iur. Foller. ad Marant. d. par. 6. actu 6. ſub n. 37. Tiraq. vbi ſup. & Menoc. ac Maſcar. locis citatis per Scacciam d. cap. 11. num. 198. & ante hos Marſ. citato ſing. 458. idemque ſequutus eſt Genua dicto titulo, lib. 4. fol. 240. nu. 26. & 27. licet allegat Marſ. Triuiſ. & Andr. Siculum, qui loquuntur in terminis extenſionis, & reſtrictionis huiuſmodi, non autem ſuper
126 declaratione explicitè; ideo cauendum † ab eodem authore in eodem libr. 4. eodemque titulo de lib. mercator. quæſt. prima num. 18. contrarium, tenente, quia Doctores per eum citati, & ſignanter Maſcar. per quem ipſe mouetur, nihil de hoc dixit, niſi in loco ſupra proximè citato noſtram opinionem communem dicens.

Nec dubitabilis redditur declaratio poſita ſupra nu. 123. ex in contrarium allegatis per Crauett. d. ver. 4. limitatur num. 28. ac per alios, & in ſpecie per Menoch.
127 citato caſu 91. nu. 18. diſtinguentem, quod libro † rationum mercatoris in noſtris terminis credatur, etiam in magnis ſummis, ſi concurrat veroſimilitudo inſpecta qualitate perſonarum, & negotiationis, quia ſingulariter, & punctualiter reſpondit Scaccia d. ca. 11. num. 179. cum ſeq. omninò conſulendus, ex quibus reſponſionibus pleno folio declaratis, dicas, procedere contraria adducta per Crauett. & Menoch. quando con-
128 currit † arbitrium iudicis, iudicantis magnã, aut modicam ſummam, data perſonarum qualitate, vel iudicãtis ſummas magnas eſſe veroſimiles, quibus in caſibus non eſt liber, qui probat, ſed ſunt circumſtantiæ, aut veroſimilitudo, ita Scaccia loco citato num. 181. ac 179. &
129 180. at in poſtis † minutis, & modicis abſque his, quæ dicunt Crauett. & Menoch. ſemper librum probare dixerunt omnes relati per Maſcar. d. concluſ. 975. nu. 13. & per Scacciam d. loco nu. 176. & 181. & nos latius dicemus infra.

Ideo Eſcobar ſequutus Menoch. loco citato, dicit li-
130 brum † facere fidem etiam in magnis ſummis veroſimilibus, & in inueroſimilibus non probare in vim conſuetudinis, tanquam indiſcretę, ita Eſcobar in d. cap. 11. num. 16.

Declaratur quinto concluſionem non procedere in
131 libro †, qui fuerit in vna partita reprobatus, quia cenſetur reprobatus etiam in reliquis omnibus; nam vtique
132 in capitulis ſeparatis, ſi vnum ſit falſum † reliqua falſa reputantur, ad pleniſſimè notata per Maſcar. de probat. concluſ. 742. tota, libro enim ſic de falſo ſuſpecto fidem non adhibendam, poſt Iaſo. & alios reſpondit Eſcobar d. cap. 11. nu. 22. in ſpecie, ſed latiſſimè Scaccia d. cap. 11. num. 183. & nos ex profeſſo dicemus infra numer. 903. 904. cum infinitis ſequentibus.

Comprobatur declaratio, nam ſi augetur fides libri,
133 eo quod verificãtur aliquæ partitæ † illus taliter, quod in omnibus partitis etiam non verificatis liber probat, vt poſt Caſtrenſ. Ang. Iaſ. Crauet. Foller. Strach. Corn. Pariſ. Bertr. Gramat. & alios, quos citant, & ſequuntur, ac de communi ſcribentium opinione teſtantur Gabr. comm. concl. tit. de præſump. concluſ. 5. nu. 1. in fine, & Maſcar. d. concluſ. 975. n. 75. quos etiam alijs allegatis refert, & ſequitur Scaccia d. c. 11. nu. 184. & his cirrumſcriptis, idem firmauerunt Surd. d. deciſ. 199. nu. 12. Stephan. Gratian. allegato cap. 171. num. 11. 12. & 13. & confutatis contrarium tenentibus, idem adnotat Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 63. tota, magiſque communem dicit Farinac. conſ. 13. nu. 6. imo omnibus contrarijs reiectis, & præcipuè Ioſeph. Ludouic. com. concluſ. concluſ. 29. dicit Addit. ad Farinac. citato conſ. Rotam ſemper hanc magis communem opin. ſequutã, idemq; veriſſimum dicit Flam. Cartar. deciſ. 127. num. 5. ita &, e conuerſo.

134 Exenditur comprobatio quando debitor † negaſſet vnam ex parcellis ſcriptis, & illa deinde fuiſſet verificata, & probata per ſcribentẽ, quia tunc ſine controuerſia liber probaret quo ad reliquas parcellas, etiam magni momenti ad pęnam negantis, vt ſingulariter notat idẽ Menoch. loco proximè citato nu. 12. Sed de his iterum habebitur ſermo infra.

135 Declaratur ſexto, quando mercator ſcribens † eſſet infamis, & vitæ ſuſpectæ, quia tunc eius liber non probaret Bal. in l. Caſſius nu. 10. ff. de ſenator. Iaſ. Strach. Gramat. & alij, quos citat, & ſequitur Maſcar. de probat. allegata concluſ. 975. nu. 30. Foller. ſępius citatus d. nu. 37. Crauet. Roland. & alij relati per Scacciam d. cap. 11. nu. 186. Farinac. conſ. 20. nu. 1. & Genua d. tit. nu. 49. & ſeq. fol. 242.

136 Reſtringitur declaratio in infamia † publica, qua, ſi mercator eſſet notatus, liber non probaret, ſecus ſi eſſet notatus infamia non publica, quia tunc probaret, ita Doctor. ſuperius allegati.

137 Reſtringitur ſecundo, quando infamia † ſcribentis erat nota aduerſario, quo in caſu liber probaret, ex quo fides ſcribentis eſſet approbata per contrahentẽ, & macula infamiæ remiſſa ob eius ſcientiam, dum ea non obſtante contraxit, ita multis medijs allegatis ſingulariter docet Scaccia d. cap. 11. nu. 189. & ſequent.

138 Subdeclaratur reſtrictio ſi tractaretur † cum tertio, quia ille non teneretur ſtare approbationi factæ per contra-

contrahentem, ita Scaccia eodem loco nu. 193. & 245.
vbi aliæ plures ſubdeclarationes, ipſum conſulas.

Declaratur ſeptimo, non procedere in partitis illi-
139 quidis † in libro deſcriptis, quæ per librum non pro-
bantur, niſi eis prius liquidatis, Becc. conſ. 5. nu. 5. & 6.
lib. 1. quam declarationem tanquam indubitatam
(Beccio tantum allegato) adducit Scaccia d. cap. 11.
140 nu. 200. dicens, in omni genere † probationis requiri
liquidationem quantitatis, vt quantitas validè petatur;
quodque in qualibet obligatione procedere dixit ocu-
141 latiſſimus Preſes de Franch. deciſ. 292. n. 3. & liquida-
142 tio fieri debet † parte citata, & plenè audita, Bart. in l.
creditores quæſt. 3. nu. 14. C. de pignor. quem referun-
tur, & ſequuntur Menoch. de adipiſcend. remed. 5. num.
59. & ſeq. ac Stephan. Gratian. diſceptat. Forenſ. tom.
4. cap. 633. nu. 7. & 8.

Declaratur octauo, non procedere in partitis relatis
143 ad alium librum, quia tunc liber referens † non pro-
baret, niſi libro relato exhibito, hanc declarationem
refert ex eodem Beccio ſupracitato conſ. Scaccia d. loco
nu. 201. Sed eam non probat, dicens de hoc aliàs in alio
loco ſcripſiſſe, quod adhuc in ſuo toto opere non inue-
ni, tamen declaratio tanquam veriſſima probatur, ex
auth. ſi quis in aliquo. C. de edendo vbi Doctor. ad tex.
in l. in teſtamento la prima ff. de condit. & demonſtr.
& in l. Titiæ textores ff. de leg. primo, quodque procedit
144 etiam in publica † ſcriptura referente ſe ad aliam, &
145 quamuis in ea Notarius atteſtaretur † ſcripturam re-
latam fuiſſe à ſe confectam; quia vtique relata exhiberi
146 deberet, idemque ſi Notarius diceret † vidiſſe, & legiſ-
147 ſe, aut ſi tenor † inſeratur, nam adhuc exhiberi debe-
ret; prout ſic ab omnibus communiter teneri teſtatur
Oſaſc. deciſ. 166. nu. 1. & alijs innumer. adductis idem
firmant Surd. conſ. 419. nu. 1. lib. 3. & poſt Magonum,
M. Ant. de Amat. deciſ. Ferrar. 12. nu. 18. cum ſequent.
148 Reſtringitur declaratio in his, quæ non † pendent à
voluntate ſcribentis, ſeu referentis, quia ſi penderent à
referentis voluntate, de qua voluntate apertè, & expli-
citè, in ſcriptura referente appareret, tunc etiam non
exhibita ſcriptura relata crederetur ſcripturæ referen-
149 ti, quamuis tenor non eſſet inſertus dummodo † in
ſubſtantia relatum referatur, & explicetur, vt docet
Stephan. Gratian. diſceptat. Forenſ. lib. 2. c. 501. nu. 17.
ſed longè latius Surd. citato conſ. 419. num. 22. & 23. &
Riminal. Iun. conſ. 42. num. 5. cum ſeq. vol. 1. magis au-
tem notabiliter idem Gratian. diſcept. Forenſ. eod. lib.
ca. 508. nu. 34. & 35. referens Surd. & Riminal. idemq;
M. Ant. citata deciſ. 12. num. 21.

150 Reſtringitur ſecundo reſpectu † abſentium, qui
non contraxerunt, ex quo inter contrahentes narrata
in ſcriptura probant etiam ſine exhibitione ſcripturæ
relatæ, quando ſubſtantiæ contentorum in relata ſcri-
ptura narrantur in referente, Alex. in l. ſciendum nu. 9.
ff. de verb. obligat. Natta Conſ. 40. in fine, & commu-
niter omnes ſcribentes, vt refert Galleſ. de obligat. Ca-
mer. p. 3. tit. de præamb. ipſius proceſſ. ver. amplius no-
ta nu. primo, quibus, ac alijs citatis, idem teſtatur Gra-
tian. diſcept. Forenſ. tom. 4. cap. 693. nu. 1. 2. 3. 4. & 5.
& in his omnibus videndus Mareſcott. variar. reſolut.
lib. 2. cap. 107. toto. De his iterum dicetur c. 3. tit. 1. nu.
167. cum ſeq.

Vltimò declaratur ſupracitata eadem concluſio, vt
151 non procedat † in libris mercatorum non matricula-
torum, Menoch. in citato caſ. 91. nu. 9. Eſcobar d. c. 11.
in principio alijque relati per Mut. Siculum in pragm.
Regni Siciliæ tit. 73. tom. 1. pragm. 6. num. 3. idemque
Turrett. conſ. 47. nume. 2. volum. 2. illa ratione, quia in
152 libris mercatorum † non matriculatorum requirun-
tur requiſita iuris communis, & conſuetudo non ope-
ratur.

Pro ſupplemento itaque eorum, quæ diximus ſupra
in 2. decl. nume. 99. & pro obſeruatione promiſſorum
ibidem num. 101. ſubnectam requiſita, & ſollemnia li-
brorum ſecundum formam debitam, vt moris, & iu-
ris erit.

153 Primò enim liber cōtinere debet titulum libri † ſeu
inſcriptionem declarantem ea, ſuper quibus liber confi-
citur, nempè ſi dicatur liber talis &c. in quo &c. ita Bar.
& Bal. in l. ſi patruus. C. commun. vtriuſq. iudic. ac om-
nes relati per Menoch. in additionibus ad Bar. ibi, nu.
5. & 6. litera g, Straccha de mercat. par. 2. num. 53. Scac-
cia d. cap. 11. num. 267. Ludouic. in citata concl. 29. nu.
18. Genua d. lib. 4. & d. tit. de lib. mercat. fol. 244. nu. 95.
& 96. ac Eſcobar. de ratiocin. cap. 10. num. 41.
154 Secundò continere debet apertè, ac diſtinctè data, †
& accepta, & vt nominatim ſcribatur, dicatur, cui da-
tur, & à quo accipitur Crauett. de antiqu. temp. d. ver. 4.
limitat. num. 44. Straccha dicta par. 2. nu. 56. & Rolan.
Menoch. Maſcard. & alij, quos congerit Scaccia d. capit.
11. num. 268. & ſequent. Ludouic. Burſat. Turrett. ac alij
relati per Genuam dicto loco proximè citato num. 88.
& latius ac magis diſtinctè Eſcobar d. cap. 10. num. 42.
cum ſequentibus, aliàs ſi tantùm data ſint ſcripta, liber
155 non probaret † pro ſcribente, nec pro tertio, aut con-
tra tertium, vt Scaccia, Crauett. Genua & Eſcobar locis
citatis explicant, ac Maſcard. d. concluſ. 975. num. 7. &
Adrian. Neguſant. reſponſ. 423. num. 8. & num. 23.

Sed velim prędicta intelligas procedere quando mer-
cator ſcripſerit librum ſimpliciter ſuper creditis ſuis abſ-
156 que inſcriptione receptorum, quia † tunc non vocare-
tur liber rationū, ſed ſcriptura crediti, vt poſt Bal. Caſtr.
& alios notatur ex dictis Iaſon. in d. l. admonendi. ff. de
iure iur. num. 120. nam rationes & computa idem ha-
bent ſignificatum, & dicere librum rationum eo ipſo di-
157 citur ſcriptura continens data † & accepta, vt expreſ-
sè notauimus in diffinitione ſupra num. 1. & clarius ha-
betur per Iureconſult. in allegata l. ſi quis ex argentarijs.
§. rationem. ff. de edendo; meritò infertur, quod ſi liber
158 contineret data tantum, ſed haberet inſcriptionem †
datorum, & acceptorum, & tamen recepta non eſſent
ſcripta, quia nihil receptum fuit, non per hoc liber mā-
cus eſſet, & non probaret, eo quod ſufficeret, vt ſit con-
fectus ad inſcribēdum data, & accepta cum debita for-
159 ma, quamuis † recepta nō ponantur ob defectum non
entis, quo in caſu non vocaretur ſimplex ſcriptura con-
tinens credita tantum ſcribentis, ſed liber, qui formali-
ter paratus eſt ad vtrumque ſcribendum, itaq. intelligē-
da ſunt dicta in ſupradicto ſecundo requiſito, quæ notā-
160 da ſunt, quia non inuenies penes alium, nam † ſufficit
deſcribi capitula per ordinem in libro, vt puta in princ.
vnius folij ponitur capitulum de rebus datis, & in princ.
alterius folij aliud capitulum de rebus receptis, vt in li-
bro adminiſtratoris docet Eſcobar d. cap. 10. num. 69.
161 his enim poſitis dicit quo ad accepta, & data † formali-
ter compoſitus liber, quamuis accepta demum non re-
periātur explicata, quia nihil fuerit receptū, ſed tm̄ data
fuerint modo, vt continuo euenire ſolet, eo quod ſępe ſę-
pius procurant emptores mercium fidem ſibi habendā
de pre-

162 de precio, finis † ob quem datur fides libris mercato-
rum principaliter concernit beneficium mercatorum
163 † ſcribentium, & conſignantium merces, vt valeant
mercaturam ſine damno exercere; ideo diſpoſitum ad
164 vnum finem non debet contrarium † eius operari, ad
tex. in l. legata inutiliter ff. de adim. legat. cum alijs con
cordant. congeſtis per Euerard. in ſuis locis, loco ab or-
dinat. 57. fol. 188. Exercendo itaque mercator ſua ne-
gotia vendendo merces, & de pretio habendo fidem, nō
facta demum ſolutione pretij operaretur hoc contrariā
iuſtitiæ fini diſpoſitionē, & ſuum nō valeret recuperare.

Declaratur ſecundo hoc ſecundum requiſitum, illud
non procedere, ſi rationes malè fuiſſent ordinatæ, eo
165 quod peruerſo † ordine prius accepta, quam data in
libro fuiſſent conſcripta, vel è conuerſo; quia ordinis
peruerſio in huiuſmodi non vitiat, cum facilè reducitur
ad ordinem intellectus, Eſcobar d. capit. 10. num. 68.

166 Tertio requiritur, quod liber contineat † menſem
annum, & diem. Marſil. Sing. 429. vbi etiam additio, &
poſt Ang. Alex. & Iaſ. notat Stracha de Mercat. par. 2.
num. 61. Crauet. de antiq. temp. d. ver. quarto limitatur
num. 45. Maſcar. d. concluſ. 975. nu. 66. Roland. & alij,
quos citat Scaccia d. cap. 11. nu. 281. Sequitur Genua d.
lib. & tit. fol. 243. num. 76. quorum Doctor. ſi aliqui
167 dicant requiri † etiam conſulem, tamen in praxi non
ſeruari teſtatur. Scaccia d. loco num. 283.

Contrarium probatur per tex. clarum in l. cum ta-
bernam §. idem quæſiuit ff. de pignor. vbi habetur, ſcri-
168 pturam † priuatam facere fidem, & probare debitum,
ſine die confectam, ad alium tex. in l. argentarius §. edi
vbi Doctor. §. de edend. idemque probauerunt Bal. Ab.
Plot. Menoch. Io. Garci. & Bonadil. relati per Eſcobar
d. cap. 11. num. 53. 54. & ſeq. dicentem d. num. 54. in
fine, hanc tenentium opinionem magis æquitati, & bo-
næ fidei congruam.

Verum idem Eſcobar nu. 57. eaſdem contrarias con-
ciliat opiniones, nempe ſi ex omiſſione temporis non
169 reſultaret partitarum incertitudo † in libro deſcri-
ptarum, nec emerſerit ambiguitas, & de tempore im-
plicitè conſtaret, vt puta conſtito de anno diceretur
tempore vindemiarum, vel meſſium, aut alio ſimili
modo, tunc procedere dicit hāc ſecundam opinionem.
170 Aut verò reſultaret incertitudo † taliter, quod expli-
citè rationes explicari non poſſunt, & tunc procedit
✱ prima opinio, quæ communi Doctorum calculo rece-
pta eſt, & teſtatur Couarrun. practicar. quæſtio. cap. 20.
num. 2. ver. 4. eadem, idcirco oportet ſemper deſignari
171 tempus, † vt ex eo certæ deſignentur partitæ, nempe
ſi dicatur in die Sancti Io. Baptiſtæ, Natiuitatis Domi-
ni, paſchatis, vel aliorum ſanctorum, certificato verò
172 anno; Liber verò † rationum ſine tempore continere
non poterit certam rationum redditionem circa data,
& accepta, ad text. in l. 1. §. rationes ff. de edend. & an-
notauerunt Stracca, alijque ſuperius citati, nam confuſa
✱ diceretur redditio, vt ſic ex mente omnium communi-
ter teneri dicit Stephan. Gratian. diſceptat. Forenſ. to. 3.
cap. 563. num. 32. & ſeq. De his etiam latius habebitur
ſermo infra, qui ſupracitati Doctores reſpondent iu-
ribus citatis in contrarium.

173 Quarto requiritur quod liber contineat † cauſam
dati, & accepti, vt poſt Iaſ. & alios repet. in allegata. l.
admonendi, docent Stracca d. par. 2. nu. 60. Crauet. d.
ver. 4. limitatur nu. 46. Maſcard. dicta concluſ. 975. nu.
64. Viu. in citata deciſ. 445. nu. 21. & infiniti, quos con-
gerunt Scaccia d. cap. 11. num. 271. & ſeq. & Genua d.
tit. fol. 242. num. 60. quæ opinio procedit tam pro ſcri-
174 bente, † quam contra ſcribentem, vt ex Abb. in c. 2.
ſub num. 12. de fid. inſtrum. & Iaſ. in d. l. admonendi
repet. 2. num. 115. verſ. limita iſtam, ac ex alijs firmat
Scaccia d. cap. 11. dictoque loco; illa ratione, quia liber
175 de per ſe † non eſt modus conſtituendi obligatio-
nem, prout quælibet alia ſcriptura, ſed inducit præſum-
ptionem obligationis ortæ ex cauſa in ſcriptura nar-
rata, igitur ſi de cauſa non conſtat deficit præſumptio
prędicta, & non inducitur probatio, ita Iaſ. & omnes
ſupracitati Doctores, relati per Scacciam, & Genuam
locis citatis; idemque probauerunt Viu. citata deciſ.
445. nu. 21. verſ. 4. debet, & Becc. allegato conſ. 5. nu. 9.

Extenditur requiſitum, vt procedat etiam ſi appa-
176 reat † de cauſa, ſed ea videtur obſcura, aut incerta, eo
quod paria ſunt, non eſſe expreſſam vel incertè, & ob-
ſcurè expreſſam cauſam, & non intelligibiliter, ita Bar.
in l. quicquid adſtringendæ ff. de verbor. obligat. Alex.
conſ. 182. nu. 5. lib. 2. Stracca de mercat. par. 2. nu. 60.
Marſ. & Becc. quos citant Scaccia, & Genua locis cita-
177 tis; & ſatis † diceretur expreſſa cauſa, quę colligeretur
ex coniecturis, in libro ſcripto in forma rationum, con-
tinente ſcilicet data, & accepta, quia forma ipſarum ra-
178 tionum ſatis cauſam demonſtraret, † aliaque expreſ-
ſio neceſſaria non erit, vtputa ſi Fabius mercator ſcri-
beret pannorum tot vlnas datas Vincentio, & poſtea
179 ſcripſiſſet à Vincentio recepiſſe ſcutos tot, nam † hæc
forma, cauſam ſatis expreſſam indicaret, prout ſatis in-
180 dicaret, ſi diceretur, quendam ſcripſiſſe † eum po-
ſuiſſe mille in Banco, & demum notaſſe in pluribus
181 partitis recepiſſe tot, aut ſi tutor † vel quilibet ad-
miniſtrator in libro adminiſtrationis ſcriberet in in-
troitu recepiſſe centum, nam forma hæc indicaret cau-
ſam, illum recepiſſe occaſione tutelæ, & adminiſtra-
tionis, vt penes Scacciam d. capit. 11. nume. 275. eſt
videre, quod breuius notatur per Bald. in Rubr. C. de
fid. inſtrum. nu. 60. verſ. ſed quæro, ſi in lib. mercatoris.

Reſtringitur, verò dictum circa tutorem, vel alium
182 adminiſtratorem † ſcribentes libros, ſeu expenſas in
libris, qui non ſatis dicuntur probare expenſas ſcriptas,
ſi non probaſſent eas fuiſſe vtiles, & neceſſarias, ideo li-
ber iſtorum in expenſis ſcriptis continere debet cau-
ſam ad hoc, vt cognoſcatur de vtilitate, vel neceſſitate
expenſarum prædictarū, ita Scaccia d. loco num. 277.
poſt Bald. in d. rub. num. 62. & 63. idemque probaue-
runt Guttier. Bouadil. Gregor. Lopez Menoch. Plot. &
innumeri citati per Eſcobar. in d. cap. 10. num. 47. 48.
183 & ſeq. aliàs contra eos † iuraretur in litem, vt idem
probat ex eiſdem Doctor. num. 49. idcirco circa rece-
184 ptas partitas pro introitu creditur † libro admini-
ſtratoris abſque alia cauſa, & circa expenſas non credi-
tur, vt expreſſius aperit Bald. loco citato.

Secunda aſſignatur vtique ratio, qua dicitur, librum,
185 vel ſcripturam † ſine cauſa non probare, nempe quia
ſcriptura facta in forma vnius ſimplicis confeſſionis
nunquam probat ſine cauſæ expreſſione, vt poſt Bal. d.
num. 60. dictoque verſiculo, notauerunt Bec. & Scaccia
ſuperius adducti.

186 Quando verò cōfeſſio ſine † cauſa probat latiſſimè
Maſcar. concl. 344. tota Steph. Grat. diſcept. Forenſ. ca.
280. n. 6. to. 2. & longè latiùs Seraph. de priuileg. iuram.
priuileg. 94. Mancin. de iuram. p. 4. effect. 24. & latiſſi-
mè etiam D. Pirr. Maur. Aret. de fideiuſſor. Section. 8.

cap.

cap.47. fol.477. de quibus omnibus ſuo particulari ca-
pite, & titulo dicemus.
187 Quintò requiritur, quod liber habeat † cartulatio-
nem, ad effectum, vt inde aliqua carta detrahi, aut addi
non poterit Bal.conſ.152.lib.3.Pet.de Vbald.& Strac-
ca, quos citat Sigiſm.Scaccia d.cap.11.nume.285. Lu-
douic.in citata concluſ. 29. verſic.2.requiritur Decian.
Iaſ.& alij relati per Genuam d.lib. & tit.fol.244. num.
98.99.& 100.
188 Sextò requiritur † iuramentum; Crauet.d.ver.4.li-
* mitatur nu.47. Maſc.d.conclu.975.nu.69.qui de com-
muni teſtatur Bal.Alex.& alij citati per Scacciam d.lo-
co nume.286.Menoch.& Pacian. citati per Genuam d.
titulo de lib.mercatorum num.89.& 90.cum ſeq.
Verum iuramentum hoc præſtandum per ſcriben-
189 tem ſuper veritate ſcriptorum in libro, † diuerſimodè
exigitur, nam ſi tractabitur de tutoribus, & alijs admi-
niſtratoribus, aut de alijs priuatum conficientibus li-
brum, tunc tales tenentur iurare ſuper veritate côten-
torum in libro poſt ortam litem, & controuerſiam cir-
ca ſcripta in eodem libro, ſi preſentauerint librum ad
probandum eorum intentionem, ita ſupracitati Do-
ctor.& in ſpecie Genua lib.4.tit.de lib.tut.nu.23.Scac-
cia d.cap.11.nume.255. & clarius Guttierez de tutelis
par.3.cap.1.num.158.
190 Sin autem tractabitur de mercatoribus † conficien-
tibus librum, & ſic in terminis noſtris, & tunc, eo quod
iurant tempore matriculæ de fideliter exercendo, vt ad-
notant Bart. in l.nuda ratio nume.8.ff.de donat. & Iaſ.
Felin.ac alij, quos in vtroque hoc caſu citat Scaccia d.
c.11.nu.286.& 287.qui teſtatur hodiernis temporibus
191 mecatores † non prẹſtare hoc iuramentũ, ſed ad libi-
tum exercere mercaturam, vt hoc notat nu.188.quod-
192 cunque ipſe etiam vidi, & in tali caſu non † exigeretur
aliud iuramentum, vt exigitur in prædictis alijs caſibus.
193 Septimò requiritur, vt liber côtineat † veriſimilia, &
non repugnantia, vt latius de veriſimilitudine diximus
ſupra nu.102. cum pluribus ſequent. declarat.tertia ex
inferius iterum dicemus.
194 Octauò requiritur, vt liber careat † falſitate, & om-
ni alia ſuſpicione mala, vt latius etiam ſuperius demô-
ſtratum fuit declarat.5. nu.131.cum ſeq. nam liber hic
195 debet † eſſe candidus, & carere omni inductione, &
196 ſuperinductione, ac oĩ quauis additione † inter lineã
& lineã, & repugnantia nô debet côtinere, vt poſt Bal.
Strach. Plot.& alios, docet Farinacc.conſ.18.nume.14.
volu. 1. liber enim mercatoris non dicitur fideliter ten-
197 tus, ſi repugnantia, † aut ſuſpiciones contineat, imò
198 poterit contra † ſcribentem hoc in caſu iurari in litem
Plot. de in lit.iur.§.5.nu. 28. & Farinacc. loco proximè
citato, ac in conſ.158.vol.2.& in deciſ.110.n.3.Genua
d.tit.de lib.mercat.nu.86.& ſeq. & Eſcob.d.c.10.n.65.
199 Limitantur, & declarantur requiſita adducta, † ea
non eſſe neceſſaria in aliquo loco, in quo probaretur cô-
ſuetudo, vt crederetur libro mercatoris, aut alterius ſcri
200 bẽtis etiam ſine requiſitis, † non probata tali conſue-
tudine, liber plenam faceret fidem, Scaccia d.ca.11.nu.
290. quando autem cum requiſitis, aut ſine, & aliqui-
bus deficiẽtibus probet, vel non probet liber, habebitur
reſolutio infra num.203. ac pluries inferius.
Quo verò ad ſecundum principalem caſum poſitum
ſup. num.15. liber huiuſmodi plenam facit contra ſcri-
201 bentem, probationem, † gl.in l.quidam §. nummula-
rios, ff. de eden. vbi Bart. & alij, notaturq; in d.l.admo-
nendi, ff.de iur.iur. vbi in ſpecie Lanfra. Curt. Iaſ. Ripa
Caccialup.& alij relati per Crauett.de antiq.temp.ver.
Vidimus n.26. Gabr.com.concl.tit.de confeſſ.concl.1.
nu.57.& ſeq. Couarr.practicar.reſolut.cap.22.num.8.
Farinac.conſ.13.nu.15.Maſcard.concl.976.nu.4.cum
ſeq.& nu.1.Scaccia d.ca.11.nu.84.& 282.& Genua d.
lib.4.dictoque titulo de lib.mercat.quæſt.2.
Comprobatur concluſio nam inferius in vltima ſpe-
cie libri probabitur librum priuati contra eundem ple-
nam facere fidem, quid fortius in huiuſmodi libro ad
202 quem conficiendum concurrit † tacitũ, mandatũ vt
ſic arguendo docet Maſcar. loco proximè citato nu.4.
Ampliatur concluſio, etiam ſi liber careat requiſi-
203 tis † adductis, quia eum contra ſcribentem proba-
re etiam, dixerunt Iaſ.in d.2.repet.l.admonendi num.
115.alijque relati per Maſcard.concluſ.citata num.11.
Surd.conſ.489.num.20. volum.4. per Scacciam d.cap.
11.nu.282.& nu.291. ac Genuam d.lib.4.tit.1.nume.
103.& d.quæſt.2.num.5.
204 Reſtringitur ampliatio, ſi liber non côtineat † cau-
ſam dati, & accepti modo, vt ſuperius nume. 173.cum
multis ſequentibus declaratũ fuit, quia nec contra ſcri-
bentem probaret liber ex allegatis in dicto loco, & in-
ferius iterum dicemus.
205 Declaratur autem reſtrictio, quia talis liber † ſine
cauſa probat ſemiplenè contra ſcribentem, Crauett.d.
num.46. Maſcard.d.concluſ.975. nume.65. Scaccia d.
cap.11.num.279. Ludouic.d.concluſ.29.ver.4. requi-
ritur, & Pirr. Maur.de fideiuſſ.citato cap.47.nu.13. de
quibus inferius iterum dicemus.
206 Reliquas ampliationes, & limitationes † ſubne-
ctam in ſeq.tit.de lib. priu.num. 969. cum ſequentibus
locum illum conſulas ad pleniorem intelligentiam.
Quo autem ad tertium principalem caſum Doctor.
non parũ intricatè loquuntur, vt eſt videre penes Maſc.
concl.977.& ante eum penes Felin. in c.2.n.32. & ſeq.
207 de fid. inſtru. & articulum magis † dubitabilem red-
dit Genua d.tit.de lib.mercat.q.3.allegãs diuerſas opi-
niones, & terminos articuli confundens non diſtincta
præſentia, aut abſentia tertij, quamuis intelligẽdus erit
ſecundum Doctores per eundem allegatos, quia re ve-
ra vir ille alioquin copioſiſſimus, & doctiſſimus iudicã-
dus. Nos autem ſequuti ordinẽ Sigiſm. Scacciæ d.c.11.
n.202.cum pluribus ſeq. prout, & Genua ſequitur nihil
208 addito, nec diminuto ſibi laborem † tribuens; vide-
bimus de veritate concluſionum notatarum per Scac-
ciam, quæ ſummopere conſiderari, & memorari debẽt.
Omiſſa itaque opinionum controuerſia, duo adnô-
tantur modi, ex quibus controuerti poterit de proba-
tione libri mercatoris contra tertium.
Primus modus eſt qñ liber mercatoris contineat ali-
quid ſcriptũ, quod non eſt pro ſcribente, nec côtra ſcri-
bentem, vt puta duo vadunt ad mercatorẽ rogantes, vt
in ſuo libro de communi conſenſu ſcribat, quod vnus
ipſorum mutuo dedit altero centum vtroque preſente,
vt ex Bar. & Iaſ.in d.l.admonendi deducit Crauetta de
antiq.temp.d.ver. vidimus num.29.
Secundus modus eſt, quando liber continet aliquid
ſcriptum, quod actum, & geſtum eſt principaliter inter
mercatorem, & negotiantem cum eo, ex qua negô-
tiatione ſcripta oriatur aliquod intereſſe alicuius ter-
tij, vt in exemplo poſito ſupra num.25.& 26.
Circa primum modum, quamuis penes innumeros
209 Doctor. habeatur, librum contra tertium nullam † fa-

cere probationem, illa precipuè ratione, quia cum ſcripta in libro non reſpiciant mercatoris negociationem, & conſequenter non ſpectant ad mercaturam, ceſſat in libro qualitas, quæ dat vim probandi iuxtà ſuperius dicta nu. 23. & latius, ac in terminis ſup. nu. 96. & 97. ideo ceſſante hac qualitate remanet ſimplex ſcriptum, quod
210 neque † ſemiplenam facit probationem, tanquã continens depoſitionem non iuratam, vt probant Felin. d. c. 2. nu. 32. & 33. Scaccia d. c. 11. nu. 203. ver. capio primum, quorum veriſſimam opinionẽ dicit addit. ad Farinac. citata deciſ. 110. firmant idem denique Menoch. Verall. Burſat. Mancin. Farinacc. Eſcobar, & alij innumeri relati per Genuam d. lib. 4. tit. de libr. mercat. q. 3. num. 4. 5. & ſeq.

Attamen contrariam opinionem, ex qua Doctores
211 firmauerunt hunc librum contra tertium † ſemiplenã
* facere probationem, eſſe magis communem, vt teſtatur Maſcar. concluſ. 977. num. 8. ac etiam de conſuetudine ſeruari dixit Felin. loco citato, & ab ea ideo non recedẽdum; firmat Scaccia d. c. 11. num. 204.

Citati verò per Genuam loco proximè citato, vel dicunt veriorem opinionem contra hanc ſecundam magis communem, ſed in praxi non ſeruandam, vel autem
212 loquũtur in tertio † abſente, prout ſic expreſsè loquitur Munnoz Eſcobar de ratiocin. c. 11. nume. 29. ac alij ex allegatis per Genuam; ideo ab eo cauendum tanquã generaliter, & non fideliter loquuto, prout cauendum erit ab eodem in d. q. 3. nu. 9. & 11. contraria firmante, dum modo vnam, modo aliam amplectitur opinionem incontinenti allegans Scacciam, & Maſcar. dicentes cõtrarium, aut diuerſum ab his, pro quibus à Genua allegantur, motus ob copioſas eius allegationes miro numero congeſtas.

* Reſtringitur tamen communis opinio in mercatore matriculato, & iurante artem fideliter exercere modo,
213 vt ſuperius diximus nu. 190. & ſeq. & in libro † habẽte, & continente omnia relata requiſita, nam aliàs non probaret ſemiplenè, ita poſt Iaſ. Crauett. & alios, Maſc. d. concluſ. 977. nu. 9. alijque relati per Genuam d. q. 3. nu. 10. nam his non concurrentibus liber ſemiplenam contra tertium non faceret probationem.

In ſecundo modo tres conſiderantur caſus, quorum primus eſt, quando tertius, contra quem producitur liber mercatoris fuit abſens.

Secundus quando fuit præſens.

Tertius quando eſt controuerſia, quia in libro apparet ſcriptum, quod fuit præſens, attamen tertius negat fuiſſe preſentem.

214 In primo autem caſu quando tertius † fuit abſens, videtur concludẽdum hunc librum facere ſemiplenam probationem; tanquam res inter alios acta; quodque firmatur à Bart. in l. admonendi, ff. de iure iurando duplici dicto nempe nu. 32. vbi dicit inſtrumentum ſtipu-
215 latum † inter duos fratres ſemiplenè probare in fauorem tertij, à quo dicat vnus frater accepiſſe mutuo pecuniam pro communi ſeruitio, & hoc Bart. dictum ſequitur Maſcar. concluſ. 1274. nu. 3. & idem Bar. nu. 45. vbi dicit, quod ſi dicta teſtium fuerint recepta, & exa-
216 minata † inter alias perſonas faciũt ſemiplenam probationem, ſi de nouo examinari non poterint, quia for-
217 ſan ſunt mortui prout ſententia lata † inter alias perſonas facit ſemiplenam probationem contra tertium, & Bar. in hoc vltimo dicto ſequuntur Ant. de Butrio in c. fin. nu. 13. ver. quid ſi recepti, & ibidem Abb. in §. ſanè de iur. iur. & additio ad eum, Alex. conſ. 156. num. 7. lib. 2. & in l. ſępè num. 71. ff. de re iudic. Dec. conſ. 172. num. 3. lib. 1. Corn. conſ. 319. num. 15. lib. 3. Felin. in c. quamuis de ſent. & re iudic. num. 1. ibidemque additio, Rom. conſ. 443. num. 17. Soccin. conſ. 149. nu. 8. lib. 1.
* quorum communem opinionem dicit Deci. in l. 2. nu. 50. in fi. C. de edendo, & Natta, conſ. 160. nu. 44. lib. 1.

Et ſi Scaccia dicto cap. 11. num. 206. cum multis ſequent. his relatis, contrariam firmauerit opinionem, di-
218 cens † contra Bart. tenere Bald. in l. 2. nume. 17. C. de edend. Aret. in c. cauſam, quæ nu. 10. & ſequentibus de teſtibus, & in conſ. 165. col. 2. Curt. Seniorem conſ. 72. num. 4. Crauett. de antiquit. temp. ver. ex præmiſſis nu. 49. alioſque relatos per eundem Scacciam d. c. nu. 210. dicentem ex Curt. citato conſ. hanc communem con-
* tra Bart. eſſe opinionem, & Scacciam ſimpliciter ſequitur Genua d. q. 3. nume. 18. at ego addo Couarr. idem tenentem practic. q. c. 13. nu. 1. verſ. cęterum cum alijs ibidem adductis, alijſque infra nu. 358. adducendis.

219 Attamen ego latius explicando † vtrunque Bartoli dictum; inconueniens non dijudicabo digreſſum per vtilem quodammodo facere, vt perfectior, & clarior prædictorum intelligentia habeatur, conſiderabo, inquam, quatuor articulos ad opus inceptũ omninò neceſſarios.

220 Primus enim erit, inſtrumentum † inter alios ſtipulatum quam faciat probationem pro tertio, aut contra tertium data abſentia.

221 Secundus articulus; teſtes † inter alios examinatos, quam pro tertio, quam verò contra tertium facere probationem data vtique abſentia?

222 Tertius articulus; ſententia † inter alios lata, quam pro tertio abſente probationem inducat, & quomodo tertio abſenti noceat.

223 Quartus, & vltimus articulus erit in terminis † noſtris examinandus videlicet liber mercatoris quam pro, q̃ verò contra tertium fidem faciat, data vtiq; abſentia.

SVMMARIVM.

224 *Confeſſio emanata in inſtrumento parte abſente ſemiplenam facit probationem contrarium nu. 227. de verit. num. 237. cum multis ſeq.*

225 *Res inter alios acta facilius prodeſt, quam nocet alijs. Sententia facilius tertio prodeſt, quàm noceat ibid.*

226 *Confeſſio extraiudicialis parte abſente contra confitentem, ſemiplenam inducit probationem.*

227 *Confeſſio emanata in inſtrumento plenam pro tertio facit probationem, de veritate num. 237. cum ſeqq.*

228 *Depoſitum probatur per confeſſionem in inſtrumento emanatam, depoſitante abſente.*

229 *Inſtrumentum dicitur probatio probata, & in dubio illi ſtandũ, ac illud habens dicitur habere intentionem probatam, facitq; inſtrumentum rem notoriam, & quod ab illo apparet dicitur certum, & manifeſtum cum ſeqq.*

233 *Confeſſio extraiudicialis abſente parte emanata in ſcriptura plenè probat cum non ſoleat emitti, niſi cum præmeditatione.*

234 *Confeſſio emanata in ſcriptura ſemper loquitur, ideo probat.*

235 *Confeſſio extraiudiciales iurata cenſetur facta Deo, Ideò probat, & 236.*

237 *Confeſſionem emanatam in inſtrumento ſemiplenè tantum probare concluditur.*

Confeſ-

238 Confeſſio in ſcriptura emanata parte abſente, aditionem inducit.
239 Confeſſio emanata in libro appretij non præiudicat confitenti in beneficium abſentis.
240 Confeſſio extraiudicialis in inſtrumēto emanata de fundo emphiteotico, illum emphiteoticum non facit.
241 Inſtrumentum probat inter contrahentes tantùm, qui Notarium rogauerunt, non autem inter abſentes, aliàs non diceretur inſtrumentum.
242 Confeſſio extraiudicialis abſente parte facta plenariam probationem non inducit.
243 Confeſſio non acceptante parte emanata, non tenet.
244 Obligatio omnis ſumit initium a perſona, cum qua contrahitur.
245 Tex. in l. deſiderium C. depoſ. explicatur, ac in ſpecie numero 248. & ſeq.
245 Confeſſio extraiudicialis fauore depoſiti, etiam abſente parte in ſcriptura emanata plenè probat, & 246.
247 Depoſitum pluribus fulcitur priuilegijs.
248 Scripturam approbare videtur, qui eam allegauerit.
249 Debitor confitendo ſcripturam, videtur confiteri debitum, in illa contentum; & 250.
251 Inſtrumētum quoad diſpoſitiua, inter contrahentes, dicitur probatio probata, & gaudet priuilegijs citatis, ſed in enunciatiuis reſpicientibus diuerſas perſonas inſtrumentum nullam præſumptionem habet, & 252.
253 Inſtrumentum dicitur ſolummodo inter contrahentes, ſecus quoad alios.
Confeſſio facta in inſtrumento, reſpectu abſentium dicitur obiter, & non præmeditatè emanata.
254 Verba enunciatiua, quoad alios non probant ibidem.
255 Scriptura priuata plenè probat etiam pro abſente, quia ſemper loquitur, ſecus in inſtrumento, ibidem nu. 256. & 257. ac pleniùs num. 289. & 290.
258 Confeſſio iurata in beneficium abſentis, non operatur.
259 Promiſsio iurata in beneficiū abſentis principaliter emanata, operatur contra promittētē, & de ratione n. 260.
261 Iuramentum dicitur præſtitum ſuper his, quæ concernūt commodum contrahentium præſentium, & num. 262.
263 Iuramentum dicitur limitatum ad certas promiſſiones, ideo ad alias non extenditur tanquam ſtricti iuris propter periculum periurij, & 264.
264 Iuramentum preſtitum ad inſtantiam vnius, non trahitur ad alium.
265 Confeſſio iurata in beneficium abſentis facta per confitentem eſſe vera omnia contenta in inſtrumento, plenè probat.
265 Debitor confitendo omnia contenta in inſtrumento eſſe vera, tenetur ex illa confeſſione, etiam reſpectu abſentis, ſecus vt num. 266.
267 Iuramentum aſſertorium pleniùs, & fauorabilius iudicatur iuramento promiſſorio, 268. & 269.
270 Confeſſio emanata in ſcriptura pro exoneratione conſcientiæ plenam probationem facit pro abſente, ſed quo modo id intelligatur nu. 271. cum multis ſeqq. vſque ad num. 280.
272 Qualitas requiſita ad actum ſpecificè erit probanda, & quomodo hoc amplietur num. 274.
274 Bonus quilibet præſumitur.
275 Bonus nullus præſumitur, in his, quæ concernunt ſalutem animæ.
276 Qualitas requiſita à lege erit probanda, quidquid præſumatur.
277 Creditoris cōfeſſio de re ſibi pignorata plenè probat pro abſente, & num. 278.
279 Confeſsio pro exoneratione conſcientiæ in præiudicium tertij non probat.
280 Confeſsio extraiudicialis in inſtrumento emanata pro abſente plenè probat fauore dotis contra num. 281. de veritate, 282. & ſeqq. vſque ad num. 286.
287 Confeſsio extraiudicialis in inſtrumento emanata principaliter tendens ad probandum pleniſsimè probat, ſecus ſi ad obligandum, ſed quomodo, hoc intelligatur, eleganter author expendit, & 288.
291 Confeſsio emanata in inſtrumēto plenè probat etiam pro abſente, ſi ad liberandum fuerit emanata.
291 Confeſsio geminata in inſtrumentis plenè probat, etiam pro abſente.
292 Inſtrumentum in facto antiquo in enunciatiuis, etiam probat, ibid. & 293.
294 Confeſsio abſente parte facta in inſtrumēto iuncta cum facto antiquo plenè probat. 295. & 296.
297 Res inter alios acta facilius tertiò prodeſt, quàm nocet, & fortius in facto antiquo.
298 Tempus antiquum dicitur excedens centum annos.
299 Tempus antiquum, quod dicatur remittitur arbitrio iudicis declaratur num. 300.
300 Arbitrium iudicis contra antiquitatem temporis operatur poſt triginta annos.
300 Tempus antiquum dicitur annorum 50. 60. 70. & plurium, aut minorum, 301. & 302. cum ſeq. prout facti qualitas expoſcit.
305 Confeſsio in inſtrumento emanata plenè probat pro abſente in connexis, & dependentibus.
Connexorum, & dependentium idem iudicium ibidem.
306 Res inter alios acta contra tertium, quandoque plenam, quandoq; ſemiplenā inducit probationē, & n. 307. 308.
309 Res inter alios acta pro tertio maiorem producit fidem.
310 Res inter alios acta in connexis maiorem producit fidem, & 311.
312 Connexitas quam faciat probationem, & num. 313.
314 Argumentum à minori, ſeu à fortiori frequens vtile, & neceſsarium dicitur, ac nunquam fallit, & nu. ſeqq.
316 Sententia inter alios lata plenè præiudicat tertio abſenti, & non citato ratione connexitatis num. 317.
318 Confeſſio emanata in inſtrumento plenè probat pro abſente, ſi ille abſens habet vtilitatem in contractu celebrato in illo inſtrumento, vſque ab initio.
Inſtrumentum pro abſente probat quando abſens habet vtilitatem, vſque ab initio, ibidem.
319 Confeſsio emanata in ſcriptura plenè probat pro abſente in exiguis, & leuis præiudicij, ſicut etiam liber mercatoris, adminiſtratoris nu. 320.
321 Confeſsio emanata in duobus inſtrumentis plenè probat pro abſente.
322 Verba enunciatiua poſita in duobus inſtrumentis diſpoſitionem, & probationem inducunt, ſi antiquitas temporis concurrat, & num. 323.
324 Probationes duæ ſemiplenę iunguntur, & num. 325.
326 Confeſsio emanata in inſtrumento cōtra tertium abſentem nullam producit probationem.
327 Teſtis in propria cauſa nullus admittitur.
328 Confeſſio emanata in duobus inſtrumentis in facto antiquo plenè probat contra tertium abſentem.
329 Confeſsio emanata in vno inſtrumento in facto antiquo contra tertium plenè probat, in re de ſui natura difficilis,

lis probationis modici præiudicij, & vbi concurrat longa poſſeßio confitentis.

333 *Confeßio emanata in inſtrumento contra tertium iudicis arbitrio adhibito plenè probat in connexis.*

334 *Confeßio, procuratoris, præpoſiti, inſtitoris, & aliorum ſimilium in ſcripturis emanata probat contra Dominum abſentem, & de veritate in loco ibi remiſſo.*

335 *Confeßio in ſcripturis emanata plenam inducit probationem contra tertium abſentem, ſi fuerit veriſimilis, vel adminiculata.*

ARTICVLVS I.

QVO ad primam inſpectionem, huius primi articuli, videlicet quam faciat inſtrumẽtũ pro tertio
abſente, probationem; dico dictum Bart. in d. l. admo-
*nendi nu. 32. eſſe communiter ab omnibus receptum,
& in ſe ex omni ſui parte veriſſimum, nam cõfeſſio ab-
224 ſente † parte ſemiplenam inducit probationem, & re-
ceptiſſimam hanc eſſe opinionem, dicunt Franc. Cremenſ. ſingular. 105. & additio ad eum, Dec. conſil. 407.
nu. 4. Ruin. conſ. 40. nu. 5. & conſ. 141. nu. 9. lib. 5. Menoch. conſ. 39. nu. 12. vol. 1. & Maſcar. d. concluſ. 1274.
nu. 3. & ante hos Iaſ. in d. l. admonendi repet. 2. n. 158.
*verſ. extra caſum dotis, ac de communi teſtatur additio
ad Mandell. Albenſ. in conſil. 425. litera. B. & alij, quos
citabo infra num. 237. & ſeq.

Idque duplici fundamento comprobatur, & illo pri-
225 mo, nam res inter alios † acta facilius prodeſt alijs,
quã noceat gl. in l. denunciaſſe §. quæritur verſ. vltra. ff.
ad l. Iuliam de adulter. & Crauett. conſ. 45. nu. 8. prout
his adductis fatetur idem Scaccia d. c. 11. nu. 215. & vt
de ſententia dicitur, quæ facilius prodeſt tertio, quã nocet Fabius de Anna conſ. 89. vol. 1. & conſ. 99. vol. 2. &
nos latius in 3. art. dicemus num. 376. & 4. art. nu. 572.
& alibi pluries.

226 Secundò, quia confeſſio extraiudicialis † parte abſente ſemiplenam inducit probationem contra confi-
*tentem, vt Bart. notat dicto num. 32. & de receptiſſima
teſtãtur Gabriel. com. concluſ. tit. de confeſſ. concluſ. 1.
& latius Maſcard. de probat. concluſ. 347.

Contra hanc primam huius articuli inſpectionem,
& ſic contra hanc receptam opinionem reſponderunt
infra citandi per infraſcripta media non omninò ſpernenda, nam ſcientiſſimus Mandell. Albenſ. conſil. 425.
ſuperius citato; quem Nicol. Genua de verb. enunciat.
lib. 2. q. 45. num. 7. cum pluribus ſequentibus ſequitur;
dicit quod ſi celebretur inſtrumentum inter Mevium,
& Pamphilum, & in eo enunciatiuè ſit inſertum, me accepiſſe fundum Tuſculanũ à prefato Mevio in emphiteuſim, dicitur probata mea intẽtio contra Mevium ex
illo inſtrumento, & ſic dicit, & ſupponit confeſſionem
227 † hanc extraiudicialem plenam, non autem ſemiplenam inducere probationem.

Ad quod dictum iuſtificandum Genua loco citato
tranſcriptis omnibus congeſtis in d. cõſ. Albenſ. primo
probat per tex. expreſſum, & ſatis ſingularem in d. l. deſiderium. C. depoſit. vbi per inſtrumentum celebratum
inter Caium, & Titium, in quo continetur quod Caius
Titio centum mutuo dedit, quos penes eundem Caium
228 Antonius depoſuerat plenè probatur depoſitum † inter Antonium abſentem & Caium ſtipulãtem, qui text.
ad hoc ſingulariter allegatur per Cremẽſ. citato ſingular. 105. & opinionem Doctorũ ſic text. d. l. deſiderium
*intelligentium eſſe communem teſtatur Genua ex Bal.
& Salic. in eadem l.

Demum & ſecundo probat Genua, aut potius Albẽ-
229 ſis, quia inſtrumentũ † dicitur probatio probata, & in
230 dubio † illi ſtandũ, habenſq; pro ſe inſtrumẽtum dicitur habere intentionem probatam, & inſtrumentum
231 facit † rem notoriam, & quod ex inſtrumẽto apparet
232 dr̃ certũ † & manifeſtũ, Oſaſc. deciſ. 117. & deciſ. 72.
Ludouic. Rot. Lucẽſ. 54. & Peruſina 50. Gramat. deciſ.
45. & 103. Verall. deciſ. 421. parte 2. Rot. Genu. deciſ.
122. & 229. & 213. & Preſes de Franc. deciſ. 276. quibus,
& alijs mouetur Genua vbi ſupra rũdẽdo cũ Albẽſe ad
cõtrariæ opinionis fundamẽta; q̃uis iudicio meo nullatenus tangant vim rationis, in qua cõſiſtat opinio cõis.

At ego pro opinione Albenſis, & Genuæ addo quod
233 cõfeſſio † extraiudicialis emanata in ſcriptura etiam
abſente parte plenè probat, ob duplicem rationẽ, quarum illa erit prima, quia non ſolet emitti niſi cum premeditatione, vt notant Doctor. in citata l. deſiderium,
quos ad hanc ſignandã rationem citat Surd. conſ. 151.
234 nu. 44. vol. 2. ſecunda ratio erit, quia confeſſio † emanata in ſcriptura ſemper loquitur, ideo probat pro abſente, eo quod tempore, quo ab abſente producitur, illo
tunc vtique loquitur ſcriptura præſente producente, vt
ex Iaſ. & alijs refert Surd. cõſ. 60. nu. 21. & 22. vol. 1. &
eſt originale dictum Bar. in l. nuda ratio, nu. 4. verſ. non
obſtat d. §. ſi quis abſentem, quem exornat Alex. conſ.
61. vol. 2. & conſ. 92. vol. 4.

Denique ex alio cõfeſſionem hãc plenè probare habebitur; nam ſtãte iuramento in eodem inſtrumẽto in-
235 terpoſito † confeſſio in eo emanata plenè probat pro
abſente, quia ob iuramentum vr̃ facta Deo, qui eſt præ-
236 ſens vbiq; † Affl. deciſ. 164. n. 4. Marſ. ſing. 202. Gabr.
citata concl. 1. de cõfeſſ. nu. 41. Seraph. de priuileg. iura.
*priuileg. 93. n. 4. de magis communi teſtantur Gabriel.
vbi ſupra nu. 42. in fine, & Maſcard. in concluſ. 347. nu.
74. verſ. prior tamẽ opinio, ac Thobias, Burſat. Menoc.
& alij, quos congerit Mancin. de iuram. p. 4. effect. 213.

Verũ re melius pẽſata, & diſcuſſa predictis omnibus
nõ obſtantibus dico, vt dixi, citatã Bar. opinionẽ in d. l.
*admonẽdi n. 32. eſſe magis cõem, magiſque receptam,
237 ac omninò veriſſimam, † prout vltra allegata ſuperius
*nu. 224. & ſeq. cõem dicunt etiã Rip. in d. l. admonendi
nu. 154. Iaſ. n. 158. Felin. poſt Butr. Abb. & Imol. in c. ſi
cautio de fid. inſtr. Ruin. & alij citati per Surd. conſ. 60.
lib. 1. n. 10. 20. cum alijs ſequent. & deciſ. 10. n. 6. & nouiſſimè eandem cõprobat opinionem Steph. Grat. diſcept. Forenſ. to. 4. c. 739. num. 19. eandemq; ſequuntur
Preſ. de Franc. deciſ. 694. vbi Sac. Conſ. declarauit, con-
238 feſſionẽ in ſcriptura † emanatã non operari inter diuerſas, & alias perſonas, q̃uis aditionem operari dixit,
Doctiſſimus Rouit. in Rub. de appretio in nouiſſimis
commentarijs ad regias pragm. nu. 20. & ſeq. vbi dicit
239 confeſſionem emanatam in libro † appretij, continẽtem creditum in fauorem tertij abſentis, nõ preiudicare confitenti, ac eruditiſſimus Surd. demum conſ. 277.
num. 26. lib. 4. deciſ. 250. num. 6.

240 Imò in terminis qñ in inſtrõ aſſeritur † de fundo aliquo emphiteutico, & ſi contra allegata per Mandell. &
Genuam, deciſum dicit Surd. citata deciſ. 10. num. 5. &
6. quodue idem Genua immemor ſuarum opinionum
deſuper firmatarum, vti veriſſimam hanc etiam ſequitur opinionem tam in eadem citata quæſt. 45. nu. 37.
quam & apertius lib. eodem 2. q. 1. num. 26. & reſpon-

dendo

* dendo huic magis communi ſaltim facere ſemiple-
nam probationem.
* Quæ magis communis opinio his fulcitur rationi-
241 bus, nempe quia inſtrumentum † ſolummodo pro-
bat inter eos, qui notarium rogauerunt, eo quod nõ di-
citur inſtrumentum id, de quo partes non rogauerunt
Notarium Bal. in Rub. C. de fid. inſtrum. nu. 6. Couarr.
pract. quæſt. cap. 20. in fine, Iaſ. Barbatia, Gnid. Papa &
alij citati per Surd. d. conſ. 60. n. 21. & d. deciſ. 10. n. 2.
242 Secundò, quia extraiudicialis confeſſio † abſente
parte facta plenariam probationem non inducit ex ſu-
* perius adductis; prout nouiſſimè hoc magis commu-
niter receptum, & in practica ſeruari dicit Adrian. Ne-
guſant. conſ. 416. num. 17. & 18.
Tertiò, & fortius, quia nullo iure reperitur cautum,
243 valere † confeſſionem parte non acceptante, eo quia
244 regula iuris tritiſſima eſt, quod omnis † obligatio de-
bet ſumere initium à perſona, cum qua contrahitur, ad
text. in l. quæcunque gerimus, ff. de act. & oblig. quodq;
* ex magis communi opinione procedere etiam de iure
canonico firmat Neguſant. dicto conſ. 416. nu. 12. ideo
in his nunquam ſumit initium obligatio, niſi præſente
parte.
Fundamenta verò pro cõtraria opinione facili nego
245 tio tolluntur, & illud primũ de tex. in d. l. deſideriũ, †
* cum quo communiter concurrere Doctores teſtantur
Ripa d. l. admonendi num. 154. & Surd. dict. conſ. 151.
nu. 43. & 44. non afficere noſtram receptiſſimam opi-
nionem, eo quod tractatur de depoſito, cuius cauſa pri-
uilegiata dicitur, taliter quod confeſſio parte abſente
extraiudicialiter, & enunciatiuè prolata, plenam con-
246 tra † depoſitarium confitentem pro depoſitante ab-
ſente inducit probationem text. in l. Publia §. fin. ff. de-
poſit. & l. cum de indebito, ff. de probat. c. ſi cautio de
247 fid. inſtr. vbi Doctor. quia pluribus depoſitum † gau-
det priuilegijs ad notata latius per Cardinal. Mantic.
de tacit. lib. 10. titul. 10. toto, & per Criuell. deciſ. Do-
land. 85. tota, & in terminis, ac in ſpecie Viuius deciſ.
191. num. 2. 3. & ſeq. quodque procedere dicit nu. 11.
etiam inter alias, & diuerſas perſonas, per tex. d. l. deſi-
derium.
Secundò, & melius reſpõdetur, quia in caſu d. l. deſi-
derium vtraq; pars illud inſtrumentũ allegabat illudq;
248 † allegatione approbabat, ita reſoluendo reſponde-
runt Cin. & Bald. ibi idemque notauit Ripa in l. admo-
nendi, ff. de iur. iur. num. 155. Ruin. conſil. 152. nu. 16.
vol. 5. & in terminis Surd. allegato conſ. 60. nume. 19.
quodq; ratione comprobatur, quia allegando ſcriptu-
ram videtur fateri cõtenta in ſcriptura, vt latius de hoc
dicemus inferius ſuo loco.
249 Nam depoſitarius confitendo inſtrumẽtum † nul-
lo modo poterit negare debitum, vt ſingulariter decla-
rat in terminis, Cardin. Mantica de tacit. lib. 10. tit. 10.
num. 32. tom. 1. in caſu autem d. l. deſiderium, depoſi-
tarius allegabat inſtrumentum, illudque confitebatur,
ideo negare non poterat debitum depoſitatum, quia
250 dicendo † verum inſtrumentum implicitè declararur
verum depoſitum.
Reliqua in contrarium adducta ſuperius nu. 229. &
ſeq. vnica reſpõſione tolluntur, quia procedunt in ver-
251 bis † diſpoſitiuis inſtrumenti inter contrahentes, non
autem circa verba enunciatiua reſpiciẽtia diuerſas per-
252 ſonas, quo in caſu † inſtrumentum nullam præſum-
ptionem habet, nec probatio probata dicitur, ita ex-

preſsè ijdem Doctor. allegati per Genuam ſentiunt, &
expreſſius Menoch. de præſumpt. libr. 2. præſumpt. 44.
num. 5. Auditor Peruſin. deciſ. 82. num. 4. & 5. & Hon-
ded. conſ. 31. num. 24. cum multis ſequent. vol. 2.
Nec tertium obſtat per nos oppoſitum ſupra num.
233. quia id procederet reſpectu contrahentium tan-
253 tum † reſpectu quorũ præſumitur præmeditatio ver-
borum in ſcriptura prolatorum, eo quod ſolummodo
inter eos vocatur inſtrumentum, nam reſpectu aliorum
abſentium non dicitur inſtrumentum; & propterea cõ-
fitens dicitur obiter; & non præmeditatè fateri ſciens
talem confeſſionem non probare Surd. d. conſ. 60. nu-
me. 21. præmeditauerunt partes ea, quæ principaliter
fuerint inter eos conuenta, non quæ incidenter emiſſa
254 reſpectu aliorum ſint; ideo leges dixerunt, † verba
enunciatiua quo ad alios non probare, vt ſuperius nu.
143. & ſeq. demonſtrauimus.
Inſuper quartum obiectum propoſitum ſupra num.
234. vtique non obſtat, quia procedit in ſcriptura pri-
uata facta ab eodem, qui confitetur in ea in beneficium
abſentis, vt puta ſi aliquis fateatur ſe debitorem Titij
abſentis in aliquo rationum libro, Apocha, Albarano,
vel in quauis altera ſcriptura priuata ſcripta, vel ſub-
255 ſcripta ab eodem confitẽte † tunc confeſſio ibi ema-
nata plenam facit fidem, ſecus autem quando quis nu-
da voce confiteretur in fauorem abſentis, & confeſſio
256 † hæc in ſcriptis redigatur per notarium, quia talis
257 confeſſio non dicitur facta † in ſcriptura, ſed voce,
modo vt inf. in 4. limitatione num. 290. dicemus.
Vltimum neque afficit concluſionem noſtram, eo
quod procedit reſpectu contrahentium tantum, & non
aliorum non nominatorum in inſtrumento, cum qui-
258 bus † iuramentũ pro confeſſione non operari reſpõ-
derunt Decian. conſ. 35. nu. 28. lib. 3. Rimin. ſen. conſ.
93. nu. 26. lib. 1. Crauett. & Purpur. quos citat, & de cõ-
muni opinione teſtatur Mancin. de iuram. effect. 110.
num. 7. ac Maſcard. concluſ. 360. num. 3. & 4.
259 Reſtringitur tñ hoc quando fieret promiſſio † inter
contrahentes in inſtrumento de ſoluendo tertio abſenti
aliquam pecuniarũ ſummam, nam tunc operaretur iu-
ramentum pro abſente, qui contra promiſſorem agere
poſſet Alex. conſ. 31. nu. 13. lib. 6. Felin. Ruin. & alij re-
lati per Gabr. com. concl. tit. de verb. oblig. concl. prima
nu. 69. Rimin. iun. Simon de Præt. Burſat. & cęteri citati
per Mancin. de iuram. effect. 59. nu. 3. illa ratione, quia
260 hoc in caſu † principaliter, & diſpoſitiuè ſtipularetur,
& diſponeretur ꝓmiſſio, de qua Notarius fuit Rogat⁹.
Extenditur verò rñſio facta ſup. n. 258. quæ extenſio
deſeruit pro alia rñſione, vt procedãt dicta ibi, etiamſi
in inſtrumẽto promiſsũ ſit vni per alterũ obſeruare cõ-
261 tenta in eo, & attẽdere † cum iuramẽto, quia ſemper
262 iuramentũ intelligitur præſtitũ ſuper his, quæ † con-
cernunt cõmodũ contrahentis præſentis, & acceptãtis,
reſpectu cuius fuit iuratũ, & promiſſum; non autem re-
ſpectu tertij enũciati aſſertiuè in eodẽ inſtrumento iu-
263 ramentum enim dicitur † limitatũ ad certas promiſ-
ſiones, ideo ad alias non extenditur tanquã ſtricti iuris
264 propter periculum † periurij, & præſtitum ad inſtan-
tiam vnius non trahitur ad alium, ex quo in his termi-
nis habet locũ regula inter alios acta, &c. ita ex Feder.
de Sen. Crauett. Inn. Butrig. Alex. Ruin. Becc. & ex alijs
probat in terminis noſtris Surd. citato conſ. 60. nu. 24.
& 25. ac Rip. Tiraq. Rim. Gramat. Decia. Menoc. & alij
relati per Mancin. in citato ſuperius effect. 110. & ante

cum idem probat Carroc. de iuram. deciſ. quæſt. 15.
principal.num.2.& ſeq.
Tertiò reſpõdetur, procedere allegata circa iuratam
confeſſionem reſpectu abſentis in iuramẽto aſſertorio,
265 vt puta quando contrahens confitendo † pro abſente
iuraſſe omnia contenta in inſtrumẽto eſſe vera, tunc ta-
le iuramentum conualidaret omnia contenta in dicto
inſtrumento, & ſignanter cõfeſſionem in fauorem ter-
tij abſentis emanatam vt ex ea cogatur confeſſus, ſecus
266 autem in iuramento † promiſſorio exemplificato ſu-
pra nu. 261. prout ſic in caſu noſtro docet Surd. citato
conſ.60.nu.25. qui ſi nihil allegat, tamen fauorabilius
267 ſuſtinetur iuramentum † aſſertorium, quam promiſ-
ſorium, & magis pro eo prçſumitur Alciat. in c.cũ con-
tingat nu.203. de iur. & ex eo oritur præſumptio iuris,
& de iure Pariſ.conſ.97.nu.113.lib.1. imo hoc aſſerto-
268 rium † iuramentum nullam recipit ſubauditionem,
269 & conditionẽ † gl. in c.quẽadmodũ ſuper verbo cõdi-
tio de iur.iur. alijq; relati p Mancin. de iura.p.2.art.12.
Concluſio autẽ hæc firmata circa primã inſpectionẽ
primi articuli notata ſupr.nu.224.& 237. limitatur, &
270 reſtringitur primo, vt non procedat in † confeſſione
emanata in ſcriptura pro exoneratione conſciẽtię, quia
tunc plenam ea faceret probationem, etiam pro tertio
abſente, Rot. deciſ.685.nu.7. Affl.d.deciſ.164.num.5.
Maranta in ſuo ſpeculo p.6.actu 5.n.17.fol.293. Viui.
deciſ.486.n.3.lib.3. Tiraq. de priuileg. Piæ cauſ. priuil.
117. Hipp. & alij relati per Gabr.com.concluſ.d.tit.de
confeſſ.concluſ.1.num.68. latius Maſcar. concluſ.347.
nu.99.& concluſ.1176.num.68. Cotta in memor. ver.
confeſſio reuocari in fine, Franc.Marc.deciſ.460.nu.2.
p.1. Petra de fideicommiſſ.q.13.nu.293. quos, & alios
congerit, & ſequitur Carroc.deciſ.90.
271 Declaratur reſtrictio, eam procedere quñ † cõfitens
expreſſerit velle reſtituere pro exoneratione conſciẽtię,
vt puta centũ Caio pro vſuris extortis, aut depoſito, vel
ſimile, vt exemplificat Marant. citato loco, quẽ ſequitur
Maſcar.d.concl.347.nu.100. illa ratione, quia qualitas
272 † exonerationis cõſcientiæ requiritur ad actũ confeſ-
ſionis extraiudicialis, vt ea plene operetur pro tertio ab
273 ſente, & qualitas requiſita † ad actũ ſpecificè erit pro-
banda, Bart. in l.1.§.quod autem ait, in quo ineſt §. ait
pretor. ff. ne in flum.pub. & Maſcar. de prob. cõcl.468.
nu.25. & procedit hoc etiã ſi dicatur hanc qualitatem
præſumi in quolibet confitẽte veritatem in tertij bene-
274 ficium, eo quod quilibet bonus † præſumitur Menoc.
de præſump.lib.5.præſump.1.& 2. quamuis in his, quæ
275 † cõcernunt ſalutem animæ nullus preſumitur bonus
ex traditis per eundem Menoch. d.præſumpt.1.nu.29.
Tamen data, & nõ conceſſa hac præſumptione, vtiq;
276 probari debet hæc qualitas exonerationis † conſcien-
tiæ, quãuis præſumeretur (quod negatũ fuit) illa ratio-
ne, quia hæc qualitas à lege profertur, & per legem cõ-
ſideratur, vt ſingulariter poſt Bart. in proximo citato
loco docet Menoc. ibi in additionibus ad eundem Bar.
litera.a. ideo exprimenda erit hæc qualitas per confi-
tẽtem per ſuperius adducta.
277 Extenditur autẽ limitatio poſita ſupra nu.270.† ſi
aliquis confiteretur tenere loco pignoris aliquam rem
278 abſentis, & in omni confeſſione reſpiciente † ſalutem
animæ, modo vt paulo ante declaratum fuit, Maſcard.
d.concluſ.347.num.100.& 101.
Secundò ſublimitantur limitatio, & extenſio ſupe-
rius citatæ, quando confeſſio pro exoneratione reſulta-
279 ret † in beneficium tertij abſentis, ſecus verò quando
reſultaret in præiudicium; quo in caſu nullatenus pro-
baret, Maſcard.concluſ.359.num.25.30.& 31.cũ ſeq.
& Carroc.citata deciſ.90.num.10.
Limitatur ſecundo principaliter ſupracitata conclu-
280 ſio fauore dotis, cuius fauore † confeſſio in inſtrumẽ-
to emanata inter diuerſas perſonas plenã inducit pro-
bationem pro tertio abſente Bart. conſ. 173. quem ſe-
quitur Maſcard.d.concluſ.1274.n.11. alijs etiã citatis.
281 Contrarium † verius dixerunt idem Bar. citato cõſ.
nu.2. verſ. præterea poſito, Roman. ſing.540. Caſtrenſ.
conſ.92.nu.2. ad finem lib.2. Bal. Nouell. latè diſputa-
to articulo tract. de dot. p.6. priuileg.78.nu.2. vſque ad
nu.5. alijſque adductis reſoluit Caputaque deciſ. 338.
p.3. duplicata par.1.deciſ.228. aut 238. dicentes, ſemi-
plenam tantum facere probationem.
✳ Sed tene limitationem magis communiter receptã,
282 † quam probant Maſcar. & allegati per eum d.concl.
347.num.95.& Caſtrenſ. Iaſ. Roman. Rimin. ſen. Bapt.
de ſant. Blaſio Camill. Vrſitarin. Paul. pic. Anguiſciol.
Ioan. de Amic. Pancirol. Scotus, Raudenſ. Maſc. Card.
Tuſc. Card. Mantica Peregr. Boer. Affl. Benintend. Pute.
Trentacinq. & plures Rotæ deciſiones, quos congerit
Nicol. Genua de enunciat. verb. lib.2. quæſt.32.num.1.
cum multis ſequent.
283 Et ſi Genua more ſuo † allegat, & miſcet inter Do-
ctores allegatos etiam eos, qui contrariam firmauerũt
opinionem, nempe Bart. Caſtrenſ. Roman. & nõnullos,
✳ tamen vtique hæc opinio magis communiter tenetur,
vt referunt Marſ. ſing.442. Surd.d.conſ.60.nu.23. verſ.
Et eſt ſpeciale in dote; & poſt hos, ac poſt omnes ſupe-
rius citatos expreſſius, articulo pleniſſimè diſputato, te-
ſtatur Steph. Gratian. diſcept. Forenſ. c.739. toto dicens
pluries, & ſepius ſic deciſum fuiſſe in Rota plures addu-
284 cens deciſiones, reſpondens demum † quod licet ali-
qui ex allegatis per eum dicant requiri iuramentũ mu-
✳ lieris, tamen eos nõ recedere ab hac magis recepta opi-
nione, ſed potius loquutos fuiſſe per modum facilioris
probationis, dicit, & inter alios citat ad hoc Bart. in ci-
tato conſ. & Cardinal. Mantic. de tacit. tom.1. lib.2. tit.
6.num. 15. ac reſpondet vtique ad Menoch. conſil.81.
nu.20. vſque ad num.24. dicens, Doctores per eum al-
legatos non loqui in cauſa dotis, extenditur limitatio,
285 etiam contra † hęredes, & ſucceſſores cõfitentis, Surd.
deciſ.10.num.9.& Stephan. Gratian. d.c.739.num.20.
vbi expreſſius, & latius.
Reſtringitur, & limitatur tertio eadem concluſio nõ
286 procedere quo ad probationem † inducendam, quia
ſi confeſſio extraiudicialis tendat principaliter ad pro-
bandum ſemper pleniſſimè nocet, quãuis ad obligandũ
nequaquam; ideo concluſio procedit tantum in confeſ-
ſionibus emanatis in inſtrumẽto ad obligandum prin-
cipaliter contentis, quia ſi tenderent confeſſiones ad
probandum, tunc pleniſſimè probarẽt, ita Gabriel. co-
mun.concl.d.tit. de confeſſ. concluſ.1. ſępius citata nu.
51. Maſcard.d.concluſ.347.num.31. & Genua d.q.45.
de enunciat.verb.num.27. ac alij plerique.
Sublimitatur limitatio, eaq; declaratur procedere tñ
quñ confitens approbaſſet debitũ per prius cõſtitutum,
aut ſcripturã de debito per prius confectam dicẽdo eſſe
287 verũ, aut verã, quia ſi confeſſio non † emanaret per viã
approbationis preteriti cõtractus non probaret, ſed in
ea haberet locũ cõcluſio ſuperius nu.237. firmata, itaq;
loquuntur oẽs Doctores citati per Gabr. & Maſc. prout
apertius

apertiùs in eis eſt videre, & ſignanter penes Crauet. de
antiq. temp. ver. Viſo de verbis enunciatiuis num. 45. &
penes Maſcard. citato loco; nam ſi aliàs intelligeretur
limitatio deſtrueret concluſionem totaliter poſtquam
283 confeſſio extraiudicialis † rarò emanat pro debito
tempore confeſſionis promiſſo, ſed vt plurimum ema-
nat pro præterito facto, ideo requiritur approbatio,
quæ vice geminatæ confeſſionis iudicaretur; imò ſi
aliàs intelligeretur limitatio, ſemper tenenda erit con-
cluſio tanquam magis communiter recepta.

Limitatur, quartò non procedere in confeſſione
289 emanata † in libro, aut quauis ſcriptura priuata verifi-
cata, ſcripto, & ſcripta, vel ſubſcripta per confitentem,
Gabriel. com. concluſ. d. concluſ. 1. nu. 56. & 57. in 8.
& 9. limitat. Ripa Salyc. Rom. Marſil. Gramat. & alij
quos congerunt ex communi ſententia; Maſcar. d.
concluſ. 347. nume. 104. 117. & 118. & Surd. citato
conſil. 60. num. 6. & 7. & alijs adductis eandem opinio-
nem vti receptiorem probat Stephan. Gratian. tom. 4.
ſuarum forenſium diſceptationum num. 16. cap. 739.
290 illa ratione quia † ſcriptura hæc ſemper loquitur, vt
Doctores omnes ſupracitati dicunt, & nos iterum dixi-
mus ſupra num. 256. & ſeq.

291 Limitatur quintò in confeſſionibus geminatis, † &
in confeſſionibus ad liberandum emanatis modo, vt
ſuo particulari confeſſionum loco, dicemus.

292 Limitatur ſextò in facto antiquo, in quo † confeſſio
pro tertio abſente plenè probat contra confitentem,
ex quo in his inſtrumentum etiam circa enunciatiua
293 verba probare † plenè, reſponderunt omnes citati
per Maſcard. concluſ. 106. ac Mandell. Cæph. Burſat.
Purpurat. Prete. Pancirol. & alij relati per Genuam de
enunciatiu. verb. libro 2. quæſt. 1. num. 38. cum multis
ſequent.

Comprobatur limitatio, nam ſuperius ex receptiſ-
294 ſima opinione probauimus, confeſſionem † emana-
tam in publico inſtrumento inter contrahentes in fa-
uorem tertij abſentis ſemiplenè probare contra confi-
tentem, ideo iuncta hae ſemiplena cum facto antiquo,
295 quod ex ſe probationem † inducit, vt Doctores præci-
tati probant, omninò confeſſio hoc in caſu plenè pro-
bat, modo vt inferius iterum habebitur de facto an-
tiquo, ſermo, & in ſpecie Honded. conſil. 17. vol. 1. &
ſpecialius Genua d. q. 1. nu. 55.

Comprobatur ſecundo, nam ſi ſuperius nume. 227.
vſque ad num. 237. & demum num. 245. relatum fuit
per communes regulas ex tex. l. deſiderium ibi allegato
296 & ex alijs dictis num. 234. confeſſionem † in ſcriptura
emanatam plenam facere fidem, quid inquam fortius
iuncto facto antiquo?

Comprobatur tertio, nam regula iuris quod res in-
297 ter † alios acta &c. facilius tertio prodeſt, quam no-
cet, vt probatum fuit ſupra num. 225. ideo in his, iuncta
temporis antiquitate, plena reſultat ex hac confeſſio-
ne probatio.

Et ſi penes noſtrates, variæ referantur opiniones
circa temporis antiquitatem, quæ nam ſit, & quot re-
quirantur anni ad tale tempus perficiendum, prout re-
ferunt Crauet. de antiq. temp. in principio ver. circa
primam fol. 4. Menoch. de arbitr. caſ. 3. Maſcar. conſil.
103. Honded. conſ. 17. ſupra citato Barz. Pedroch. &
alij citati per Genuam d. quæſt. 1. de enunciat. verb. nu.
42. & ſeq. penes quos habetur magis communem Do-
298 ctor. opinionem eſſe, vt exceſſus † centum annorum
requiratur ad perficiendum tempus antiquum, & de
hoc nullus dubitat, vt aduertit Cæſar Barz. deciſ. Bo-
299 non. 2. nume. 36. tamen hoc iudicantis † arbitrio, &
religioni remittendum dixerunt Menoch. d. caſ. 3.
Honded. d. conſ. 17. num. 58. Burſat. conſ. 235. nu. 48.
lib. 3. num. 4. & conſ. 151. num. 4. in 2. Pedroch. & alij
relati per eundem Genuam loco citato num. 44. idem-
que dicit Barz. d. deciſ. 2. num. 35. dummodo excedat
numerum 30. annorum, quo elapſo arbitrium iudicis
300 operari docet † idem Genua citato loco ex Gilkeno
de vſucap. ideo apud nonnullos Senatus, & ſupremas
301 Rotas † fuit iudicatum tempus antiquum eſſe anno-
302 rum 50. 60. 70. & plurium † aut minorum, prout fa-
303 cti † qualitas expoſcebat, vt idem Genua citato loco
304 adnotat deciſiones, cuius † ſcriptis nihil ſuperſcribe-
re in his terminis valui niſi Præſid. de Franch. deciſ.
357. & Amendol. in addit.

Limitatur ſeptimò in connexis, & dependentibus,
305 † nam in his confeſſio in inſtrumento emanata ple-
nam pro tertio inducit probationem, eo quod conne-
xorum, & dependentium idem dicitur iudicium Can-
cer. lib. 3. variar. reſolut. capit. 13. de iur. caſt. numero
387. cum ſeq. Maſtrill. deciſio. 286. num. 34. & 45.
volum. 3. Monach. deciſ. Lucenſ. 37. num. 53. & ante
hos Crauet. conſil. 275. nume. 4. adnotatur hoc ex text.
cap. ſi quis obiecerit & cap. ſi quis probandas. 1. q. 3.
& cap. quando vbi Dec. de iudic. 3. notab. ac ad tex. l.
quod conclaue ff. de damn. infect. & in terminis libri
mercatoris notat Eſcobar de ratiocin. cap. 13. nu. 11.
& 12.

306 Iuſtificatur limitatio, nam res inter alios acta † quan-
doque contra tertium ſemiplenam quandoque plenam
307 inducit † probationem, vt notauerunt Bal. in l. 2. ſub
num. 18. & 19. verſ. ſi contra diuerſas. C. de eden. Ant.
de Butr. in cap. quamuis verſ. proſequor num. 5. & ſeq.
308 de ſent. & re iudic. & de ſemiplena, † Dec. d. l. 2. num.
49. Iaſ. in l. ſi duo patroni num. 4. & 5. ff. de iur. iur. Me-
noch. de arbitr. caſ. 111. num. 6. & Maſcar. d. concluſ.
1274. num. 10. quid fortius in caſu noſtro & ſic pro
309 tertio † pro quo res inter alios acta maiorem produ-
310 cit fidem, vt ſuperius; & in connexis, † cum etiam ſu-
perius concluſum fuit in ſeparatis facere hanc confeſ-
311 ſionem ſemiplenam, à maiori † itaque in connexis,
quæ idem iudicium obtinent, debet facere plenam.

Comprobatur ſecundo illatiuè ad præcedentem iu-
ſtificationem, nam ſi præcitati Doctores in num. 305.
312 & alij quos citabo inferius dicunt † connexitatem
facere ſemiplenam, & nos ſuperius in hac prima inſpe-
ctione in ſeparatis ex receptiſſima probauimus, confeſ-
ſionem inducere ſemiplenam, meritò inquam iuncta
313 connexitate † inducitur pleniſſima probatio per ar-
gumentum à minori ſeu à fortiori à quo ſumptum ar-
314 gumentum † eſt fortè frequens, & vtile, imo neceſſa-
315 rium, & nunquam fallit, † ſcilicet: in l. 1. C. de iur. em-
phit. modo, vt latius docet Euerard. in loco à minori
ſeu à fortiori loc. 65. ratione enim connexitatis ſenten-
316 tiam inter alios latam † plenè præiudicare tertio non
citato, & abſenti reſponderunt Tiraq. in tract. res inter
alios act. limit. 22. numero 58. & alij quos citabo infra
in tertio articulo numero 384. cum multis ſeq. quid
317 fortius in connexis † pro tertio, cui res aliena facilius
prodeſt, vt ſupra.

318 Limitatur octauò reſpectu tertij abſentis † habentis
vtilitatem vſque ab initio in contractu celebrato per
inſtru-

inſtrumentum, in quo emanat confeſſio, & hoc eui-
denter pateat, quamuis ille tertius non ſit principaliter
nominatus in d. inſtrumento, ad tex. in l. ſeruo legato §.
ſi teſtator ff. de leg. 1. & l. fideicommiſſa §. interdum ff.
de leg. 3. ex quibus adnotat hoc Genua d. lib. 2. de
enunciat. verb. quæſt. 45. num. 39. vide enim quod nos
diximus in ſimili ſupra num. 259. & 260.

319 Limitatur nonò in rebus † exiguis, & leuis præiudi-
cij, in quibus confeſſio hæc pro tertio plenè probat,
Præſes de Franch. deciſ. 357. Superius citata; num. 6. ex
Dec. & ex Maſcar. ibi adductis, prout in ſimili diximus,
& dicemus ſuis locis librum mercatoris, & adminiſtra-
320 toris † in modicis ſummis probare, quid fortius in
confeſſione inſtrumentali probat in caſu maioris diffi-
cultatis poſt Maſcar. d. concluſ. 106. Genua. d. quæſt. 1.
num. 59.

321 Limitatur decimò ſi confeſſio hæc probaretur † per
duo inſtrumenta, quia tunc plenè probaret, tum quia
duplex ſemiplena oriretur probatio, ex quibus iunctis
plena reſultat, de quo non eſt dubium; tum etiam, ex
322 quo verba enunciatiua † poſita in duobus inſtrumẽtis
plenam inducunt probationem Præſ. de Franch. citata
deciſ. 357. nume. 5. verum circa verba enunciatiua vt
requirantur duo inſtrumenta pro plena probatione,
requiritur etiam antiquitas temporis, vt Præſes de
Franch. ibi notat, & latius cum declarationibus Genua
323 d. quæſtio. 1. num. 63. & ſeq. quorum diſceptatio † ad
noſtrum inſtitutum non ſpectat, quia in caſu noſtro ſi
duobus inſtrumentis probaretur hæc confeſſio duplici
324 medio plene probaret primo, ex quo duæ † ſemiplenæ
iungerentur ad plenam faciendam.

325 Secundo quia confeſſio geminata † plenam vtique
producit probationem, vt ſuo loco dicemus, ideo ſine
ſcrupulo in terminis noſtris procedit limitatio; Sed de
enunciatiuis videndus etiam Cardinal. Mantica inferius
allegandus.

Quo verò ad ſecundam huius primi articuli inſpe-
326 ctionem dico confeſſionem † hanc contra tertium
nullatenus probare, ex illo notabili, ſed ſatis vulgato di-
cto, quemquam ſcilicet in ſua cauſa, ex qua comodum
327 ſentit teſtem † idoneum nequaquam eſſe, vt longè la-
tius, quam alij Farinac. docet, de teſtib. quæſt. 60. tota
vbi iura, & authoritates innumeras congerit, & in ter-
minis noſtris, Tiraq. in d. tract. Res inter alios acta &c.
num. 6. apertius & latius tamen poſt Bart. Alex. Ang.
Felin. Marſil. Maſcard. & Menoch. Carroc. deciſ. citata
90. num. 10.

328 Limitatur concluſio in facto † antiquo, in quo ſi duo-
bus inſtrumentis probaretur confeſſio contra tertium
tunc plenè probaret, vt poſt Præſid. de Franch. vbi ſu-
pra, & vltra Genuam allegatum ſupra num. 323, ele-
gantius docet Cardinal. Mantica de tacit. & ambig.
lib. 2. tit. 6. nu. 21. & 22. tom. 1.

329 Extenditur limitatio etiam † ſi cum facto antiqno
concurrat confeſſio emanata in vno tantum inſtru-
330 mento, in re tamen † de ſui natura difficilis proba-
331 tionis modici præiudicij, † & vbi concurrat † longa
332 poſſeſſio pro confitente; Maſcard. d. concluſ. 106.
num. 8. 11. & 12. & Genua d. quęſt. 1. num. 58. cum plu-
ribus ſequent.

333 Limitatur ſecundo in † connexis modo, vt proba-
uimus num. 305. cum ſeq. & denuo dicetur infra num.
364. & ſeq. adhibito tamen iudicis arbitrio vt ex Bald.
& Menoch. ibi allegatis.

334 Limitatur tertio in confeſſione † Præpoſiti, Inſtito-
ris, Procuratoris, & aliorum ſimilium quæ nocet
dominis, modo vt habetur per Stephan. Gratian. tom.
4. ſuarum diſceptation. cap. 677. num. 43. vſque ad fi-
nem capitis, ſed hæc intelligas vt nos declarabimus in-
fra in tertio articulo ſuo particulari loco.

335 Limitatur quarto in omni confeſſione † in ſcripturis
emanata, quæ fuerit veroſimilis aut adminiculata, quæ
plenam producit probationem, Surd. conſ. 290. num.
46. volum. 2. & deciſ. 55. 105. 135. & 325. itaque plu-
ries deciſum nouiſſimè teſtatur Stephan. Gratian. di-
ſcept. Forenſ. tom. 4. cap. 716. num. 25. modo vt decla-
rauiſſimus ſupra num. 108. cum ſequentibus & dice-
mus infra.

SVMMARIVM.

336 *Acta facta inter alios ſemiplenè probant pro tertio non citato.*

337 *Teſtes inter alios recepti ſemiplenè probant pro tertio.*

338 *Producens teſtes, aut ſcripturas videtur fateri contenta in illis, & latiùs tit. 8. nu. 2643. ac alibi.*

339 *Producens ſcripturam aut teſtes præſupponit contenta in illis eſſe ſibi vtilia, quia aliàs ſtultè ageret producendo.*

340 *Producens calore iudicij videtur plenè confiteri contenta in actis productis.*

341 *Confeſſio, quæ oritur ex productione ſcripturarum, vel actorum dicitur ficta, ideo probationem non inducit reſpectu abſentis, & 342. contrarium nu. 343. de veritate nu. 344. & ſequentibus.*

344 *Leges, aut Doctores dicentes, confeſſionem, teſtes, vel ſcripturam, non probare in aliquibus caſibus intelliguntur de plena probatione, non autem de ſemiplena, & 345. ſi fuerit veroſimilis nu. 347.*

347 *Confeſſio ſemper præſumitur vera contra confitentem.*

348 *Confeſſio dubia ſemper contra confitentẽ interpretatur.*

349 *Confeſſio in libello aut in poſitionibus emanata plenè probat pro tertio abſente.*

350 *Confeſſio facta in precibus plenè probat pro tertio abſente.*

352 *Confeſſio reſultans ex productione ſcripturarum parti notificatarum plenè probat pro tertio abſente & 353.*

354 *Acta facta ſuper validitate teſtamenti, probant etiam inter diuerſas perſonas, & in alia cauſa, extenditur nu. 356. & 357. remiſſiuè.*

355 *Auellus Amatus laudatur.*

358 *Acta facta & teſtium depoſitiones non probant contra tertium abſentem, ſed faciunt talem qualem probationem, contra nu. 359. & ſemiplenè probant ibid.*

360 *Acta & teſtium depoſitiones contra tertium non citatum illam faciunt probationem, quam arbitrabitur Iudex, & 361. & 365.*

360 *Arbitrium Iudicis circa probationem actorum, & teſtium reſpectu tertij non citati, quomodo exercendum, & 361. & ſeq.*

363 *Probatio, quæ prouenit à teſtibus, ſeu documentis aptis ad probandum effectum producit, etiam contra tertium abſentem.*

364 *Acta, & teſtes, facta, & recepti inter diuerſas perſonas probant plenè contra tertium non citatum, ſi reſpiciant factum litigantium implicitum, & connexum cum facto tertij.*

365 *Acta,*

365 *Acta, & teſtes inter diuerſas perſonas plenè probant contra tertium in facto antiquo.*
366 *In connexis idem datur Iudicium.*
367 *Probatio lenior requiritur in antiquis.*
368 *Antiquum factum producit poobationem, in his, quæ etiam de per ſe ſolent probare, prout ſunt teſtes, & ſcriptura valida.*
369 *Probatio in antiquis eſt difficilis probationis, ideò operantur in illo coniectura, 370. & 371.*
372 *Acta, & teſtes ſuper validitate teſtamenti plene probant.*
373 *Teſtes recepti inter litigantes, tunc probant contra tertium non citatum, quando ſunt mortui, vel iterum alio modo non poſſunt examinari contra tertium et numero 374.*
375 *Teſtes, aut acta inter diuerſas perſonas probant, vel non probant contra tertium iudicis arbitrio intercedente.*

ARTICVLVS II.

HIc Articulus vtique duplicem habet inſpectionem pro tertio ſcilicet, & contra tertium; quo ad primam inſpectionem variæ penes Doctores referuntur opiniones, vt ex Præſid. de Franch. Surdo, & ex alijs infra citandis eſt videre, imo per eoſdem confunduntur inſpectiones, itaque nos quo ad primam inſpe-
336 ctionem dicimus, acta & teſtium † depoſitiones facta, & receptas inter alias partes pro tertio abſente, & non citato facere ſemiplenam probationem, quodque ineuitabili argumento probatur, nam ſi inferius concluditur ſemiplenam etiam facere probationem contra tertium abſentem, ergo à fortiori, per allegata ſupra
337 num. 314. & 315. producitur ſemiplena † pro tertio, pro quo res inter alios acta facilius prodeſt, vt ſupra probatum fuit nu. 225. & alibi.

Comprobatur concluſio, nam loquendo de probatione pro tertio contra confitentem per productionem
338 † teſtium, aut ſcripturarum, dico talem productionē operari confeſſionem, ita Felin. in c. præſentium nu. 7. quem & alios refert, & ſequitur Scaccia d. cap. 11. num. 411. & nos latius dicemus inferius tit. 8. num. 2643. & alibi, illa ratione, quia in lite, & in iudicio ſolemus fate-
339 ri, † quæ cenſemus nobis principaliter eſſe vtilia, ideo qui producit teſtes, aut aliam ſcripturam præſupponit contenta in depoſitionibus teſtium eſſe ſibi vtilia, quia alias ſtultè ageret producendo, ergo præſumitur confiteri, ita ſingulariter Scaccia d. cap. 11. num. 408. prope finem.

Si itaque ex hac productione oritur iudicialis confeſ-
340 ſio, † tunc calore iudicij plenam reſultare probationem ex ea, reſponderunt omnes relati per Maſcard. d.
* concluſ. 347. num. 5. verſ. verumtamen, qui de communi opinione teſtatur etiam fauore abſentis.
341 Contra iſtam fortificationem † loquuntur Bart. in l. eius qui delatorem, vbi Mangrella in addit. ad eum ff. de iur. fiſc. num. 5. Bald. in l. 2. num. 25. C. de edendo Gabriel. de confeſs. concluſ. 4. num. 32. Corn. Dec. & omnes relati per Honded. conſ. 78. num. 81. & ſeq. vol.
342 2. dicentes, ex productione oriri fictam † confeſſionem, quæ ad aliam non extenditur cauſam, nec ad diuerſas perſonas, ideo in his eam non probare.

Verumtamen pro comprobatione reſpondent Bald. in l. vnica. C. de confeſs. ſub num. 4. Inn. Imol. Marian. Felin. & Marſ. quos citat & ſequitur Gabr. d. concluſ. 1. de confeſs. num. 15. & Maſcard. d. concluſ. 347. num.
343 16. dicentes confeſſionem † ex ſcriptura producta operari pro tertio abſentes vt iterum inferius dicemus ſuo loco.

Sed comprobatio non debilitatur, nec amareſcit per allegata ſupra nume. 341. quo ad ſemiplenam probationem, quia præcitati Doctor. dicunt confeſſionem in citato per eos caſu non probare in alia cauſa; quod nos non negamus, dum firmauimus in illo etiam caſu face-
344 re ſemiplenam probationem, eo quia leges † & Doctores dicentes confeſſionem teſtes, aut ſcripturam non probare in aliquibus caſibus intelliguntur de plena
345 probatione, non autem de ſemiplena, † ita ex Bart. & Marſ. docet conſiliar. de Bott. ad Bart. in l. certum §. ſi quis abſente ff. de confeſs.

Secundo comprobatur, nam contra tertium abſen-
346 tem probat confeſſio † hæc, ſi fuerit veroſimilis, & adminiculata, modo vt diximus ſupra artic. 1. inſpect. 2. num. 335. limit. 4. & alibi etiam dicemus, ſi enim cum coniecturis probat, ergo ſine eis ſemiplenam producit probationem quantoque fortius pro tertio ex dictis ſupra nume. 225. nam ſemper præſumitur contra confi-
347 tentem, † tanquam probatio certa, & manifeſta ea, quæ ex confeſſione oritur, Menoch. de præſump. lib. 2.
348 præſump. 51. num. 39. & dubia ſemper † contra confitentem interpretatur ad text. in l. veteribus ff. de pact.

Extenditur autem concluſio quo ad plenam etiam
349 probationem, ſi confeſſio emanauerit in libello, † aut in poſitionibus, quæ pro tertio abſente plenam facit probationem Bart. in d. §. ſi quis abſente num. 4. Ioan. And. Bal. Speculat. Salic. Imol. Alex. Soccin. Iaſ. Decius Felin. Marſil. Anton. Abb. Ruin. Cappella Tholoſ. & alij, quos congerunt & ſequuntur Gabriel. citata concluſ. 1. de confeſs. num. 12. & Maſcar. d. concluſ. 347. num. 16. & denuò probant Menoch. conſ. 745. nu. 22. lib. 8. & Steph. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 789. nu. 3. tom. 4. loquentes Menoch. & Gratian. in confeſſione
350 † facta in precibus, idcirco acta prædicta ob dictam fi-
351 ctam confeſſionem probant † plenè.
352 Extenditur ſecundò in confeſſione emanata † per productionem cuiuslibet alterius ſcripturæ productæ in iudicio, & parti per medium iudicis notificatæ, quæ probabit plenè pro tertio abſente, ita omnes ſuperius num. 343. citati, & in ſpecie Bart. in d. §. ſi quis abſente,
353 ideo † acta cum ſcripturis prædictis plenam inducunt probationem.

Extenditur tertio in actis fabricatis ſuper validitate
354 teſtamenti, quæ plenè probant † etiam in alia cauſa, & inter diuerſas perſonas, ad text. in l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inoffic. teſtam. vbi Caſtr. & Fulgoſ. & alijs citatis deciſum, dicit Dom. Anell. Amat. (iam Aduocatorum, ſupremorum tribunalium huius Regni, facilè princeps; Demum effectus fiſci patronus omnium ſingulariſſimus in Reg. Cam. Sum. & nuper ob eius
355 † eminentem doctrinam, & eximiam integritatem erectus Præſes meritiſſimus eiuſdem ſupremi tribunalis) in conſ. 76. toto, & ego addo tex. in l. cum vnus. primo reſponſo ff. de bon. auth. iud. poſſid. magis generaliter procedentem.

Ampliatur extenſio quamuis agens proteſtaretur
356 † vt per geſta per eum ius non quæratur abſenti, quia adhuc geſtum ad abſentis beneficium traheretur, cum

veniat

veniat hoc ex facto legis, Bart. in l. à ſententia num. 6. verſic. & iſto caſu. ff. de appellat. & Dom. Anell. Amat. vbi ſupra.

357 Extenditur eadem concluſio † ad plenam probationem omnibus infraſcriptis modis inferius ad extenſionem ſequentis inſpectionis, notandis, quæ proculdubio maiorem continent difficultatem, ideo à fortiori huic inſpectioni adaptantur, ex traditis ſupra numero 314. & 315.

Circa verò ſecundam huius articuli inſpectionem dico, in hoc non parum variaſſe noſtrates; nam Curt.
358 conſil. 72. dicit acta, & teſtium depoſitiones † contra tertium abſentem, & non citatum, nullam facere probationem, niſi talem qualem præſumptionem, quod-
✱ que magis cõmuniter teneri teſtatur, ſequitur doctiſſimus Crauet. de antiquit. tempor. par. 2. ver. ex præmiſſis numero 48. & 49. alijque per eundem relati, ac deinde citati per Maſcard. concluſ. 1274. num. 5. & 9. quos refert, & ſequitur Scaccia. d. cap. 11. num. 211. eandem videtur ſequi opinionem Præſes de Franch. deciſ. 345. num. 8. Sed obſcurè, omneſque alij citati per Surd. deciſ. 103. nume. 1. Couarrun. Bald. & Aret. quos citauimus ſupra nume. 218. & Benintend. deciſ. Bonon. 67. num. 4. Put. deciſ. 61. num. 4. lib. 2. Rot. Genuæ deciſ. 166. nume. 3. & Genua citatus per nos ſuperius num. iam dicto 218.

Contrariam opinionem, nempe quod acta, & te-
359 ſtium depoſitiones † in caſu huius inſpectionis faciant contra tertium non citatum ſemiplenam probationem, ſequuti fuerunt Bart. Ant. de Butr. Abb. Rom. & omnes per nos citati ſupra num. 216. & 217. quo-
✱ rum communem opinionem dixerunt Gozad. conſil.
✱ 103. num. 10. in fine magiſque communem additionator ad Bart. in d. l. admonendi nume. 45. litera. m. Burſat. conſ. 117. num. 9. lib. 1. & conſil. 260. num. 59. lib. 3. vt his & alijs adductis teſtatur Honded. conſ. 17.
✱ num. 66. & ſeq. volum. primo, communem, & de iure veriorem dicit Surd. d. deciſ. 103. num. 2. eandemque veriſſimam profitetur Mareſcot. variar. reſolut. lib. 2. cap. 107. num. 13.

Sectantes autem tertiam opinionem dicunt magis
✱ communiter teneri, magiſque receptam apud omnes eſſe, acta, & depoſitiones in caſu prædicto contra ter-
360 tium non citatum eam facere † probationem, quam iudex arbitratus fuerit, qui conſiderato negotij ſtatu an connexitatem contineat cum tertij præiudicio, vel
361 an claræ, an dubiæ ſint † probationes, an factum ſit antiquum, an autem parti negligentia imputanda ſit, cur non examinari hos teſtes curauerit contra tertium, & alijs conſiderandis per prudentem iudicem, ex quibus quandoque minorem ſemiplena, quandoque ſemiplenam quandoque autem plenam idem iudex probationem reſultare iudicabit; ita Abb. Tiraquel. Couarrun. & alij, quos citant & ſequuntur Menoch. de arbitr. caſ. 111. & Maſcard. d. concluſ. 1274. num. 10. ac Surd. d. deciſ. 103. num. 10. 11. & 12. Honded. d. conſ. 17. nu. 70. & non videtur diſſentire Scacc. d. capit. 11. numero 214.

✱ Et hanc tertiam opinionem eſſe veriſſimam, & magis communem, non erit dubitandum, ſed eam velim
362 intelligas † concurrentibus cauſis iam dictis mouere debentibus iudicem ad arbitrandum, Verum cæteris paribus, & cauſis non concurrentibus; omninò tenendum erit iuxta ſecundam opinionem Bart. in d. l. admonendi num. 45. tanquam magis communem, & totaliter veram, dummodo plenè ſit inter litigantes pro-
363 batum, illa notabili ratione, quia probatio † hęc prouenit à teſtibus, ſeu documentis aptis ad probandum etiam contra tertium, cum quo res acta non fuit, vt ſic diſtinguendo ſingulariter reſpondit Scaccia. d. cap. 11. numero 217. licet hanc non ſequutus fuit opinionem.

Ampliatur concluſio vt ea procedat etiam ad plenam probationem contra tertium non citatum, ſi acta,
364 & teſtium depoſitiones † reſpiciant factum litigantium implicitum, & connexum cum facto tertij, modo vt ex Bald. Anton. de Butr. Dec. Iaſ. Menoch. & Maſcar. probauimus ſupra nume. 306. & ſeq. & quod ex Cancer. Maſtrill. Monach. Crauet. Dec. & Eſcobar, notauimus ſupra numero 305. & ſequitur Scaccia d. cap. 11. num. 218. limit. 1. quæ nam dicantur connexa, notata fuerunt ſupra numero 28. 29. & ſeq.

Ampliatur ſecundo ſi factum fuerit antiquum modo, vt declaratum fuit ſupra numero 298. & ſeq. quo in caſu plena oritur probatio ex actis, & teſtium depoſi-
365 tionibus † inter diuerſas partes receptis contra tertium non citatum Aret. conſil. 15. Curt. d. conſil. 72. Iaſ. in d. l. ſi duo patroni ſub numero quinto, ff. de iur. iur. Crauet. d. ver. ex præmiſſis de antiq. temp. num. 49. Surd. deciſ. 103. nume. 10. & Scaccia d. cap. 11. nume. 222. & 223.

Nec turbantur hæ duæ ampliationes ex eo, quod Doctores ibidem allegati loquantur de ſemiplena tantum probatione, & ſignanter citati in ſecunda ampliatione; quia dum ſuperius numero 359. & demum numero 362. probatum fuit, etiam in ſeparatis hæc acta, & teſtium depoſitiones facere ſemiplenam probationem, & etiam de recenti, ideo connexitas, & antiquitas operabuntur aliam ſemiplenam, modo vt de connexitate diximus ſupra num. 305. cum multis ſequentibus, & de antiquitate diximus ſupra numero 292. cum
366 multis ſequentibus, illa ratione, quia † in connexis idem datur iudicium, vt in loco citato diximus, & in
367 antiquis † leuiores probationes ſufficiunt ad plenè probandum, & de per ſe factum antiquum producit
368 plenam probationem † in his, quæ etiam de per ſe ſolent probare, prout ſunt teſtes, & ſcripturæ validæ, vt poſt Barbat. Mandell. Riminald. Burſat. Maſcard. & alios relatos per Gennam d. quæſtio. prima, libro 2. de enunciat. ver. numero 38. Singulariter, & doctiſſimè more ſuo Sigiſm. Scaccia de iudic. cauſ. ciuil. capit. 9. nu. 106. 107. & 108. probans ex Alexand. Bald. Rom. Dec. Pariſ. Nat. Caſtrenſ. Crau. Hier. de Mont. Becc. Rot. & infinitis adductis factum antiquum ſemiplenè
369 probare, † ſed hanc ſemiplenam probationem ſufficere pro plena probatione, eo quod in antiquis vt diximus, leuiores ſufficiunt probationes imo ſtatur cõ-
370 iecturis † & non mirum ſi ſtetur ſemiplenæ probationi, quia antiquum eſt difficilis probationis, modo vt ſupponunt omnes Doctor. per nos in hoc caſu pluries allegati verum circa ſupradicta omnino ſtandum erit iudicantis † arbitrio conſiderare debentis qualitatem perſonarum, & facti, modo vt ſupra num. 360. & 361. dictum fuit.

Ampliatur tertio in actis, & proceſſu fabricatis
372 † ſuper validitate teſtamenti, quæ plenam inducunt probationem, vt probauimus ſup. numero 254.

373 Limi-

Limitatur vero concluſio, eam tantum procedere, ſi
373 teſtes † examinati inter alias perſonas ſint mortui, vel aliquo alio modo non valeant examinari contra tertium citandum, vt diximus ſupra ex Bart. in d.l. admonendi numero 45. de iur. iur. quem ita ſequuntur omnes citati ſupra numero 216. 217. & 359. quia ſi iterum poterint examinari contra tertium eo vocato,
374 & non examinentur, tunc depoſitiones † eorum inter alios receptæ contra tertium non citatum nullam probationem, niſi talem qualem faciunt, vt Doctor. præcitati.

Limitatur ſecundo in omnibus illis caſibus, in qui-
375 bus arbitrium † iudicis aliud forſan legitimè ſentientis non probare acta, & teſtium depoſitiones ex cauſis iudicauerit modo vt ſupra numero 360. & 361. demonſtrauimus.

SVMMARIVM.

376 *Sententia lata inter diuerſas perſonas ſi nocet tertio, tanto magis prodeſt.*
377 *Sententia lata inter litigantes, prodeſt tertio.*
378 *Sententia inter alios lata ſemiplenè probat contra tertium, ſed de veritate inferiùs.*
379 *Sententia inter alios lata facit quale quale præiudicium contra tertium.*
380 *Sententia inter alios lata nihil nocet tertio non citato.*
381 *Sententia inter alios lata nocet tertio non citato.*
382 *Sententia inter alios lata nocet, vel prodeſt tertio non citato, Iudice ſic arbitrante, & quale debeat eſſe arbitrium Iudicis in hoc nu. 383.*
384 *Sententia inter alios lata non nocet tertio non citato.*
385 *Senten[illegible] contra vnum ex hæredibus alijs etiam ſcientibus, non nocet.*
386 *Hæres vnus poterit condemnari alijs omiſſis.*
387 *Hæredes habent coæquale ius, & hæreditatis negotium ſpectat ad quemlibet ex hæredibus pro rata.*
388 *Hæredi cuilibet competit ius de præſenti, ideò citandus in ſententia.*
389 *Contradictor legitimus ille dicitur, ad quem principaliter ſpectat cauſa, & hic citandus.*
390 *Legitimus contradictor ſemper debet citari. & numero 391.*
392 *Sententia lata contra vnum ex legatarijs, alijs non præiudicat.*
393 *Sententia lata contra adulterum, non nocet adulteræ non citatæ, de veritate numero 396. cum ſeqq.*
394 *Sententia lata contra mandatarium contumacem, non nocet mandanti, non citato. de veritate num. 396. cum multis ſeqq.*
395 *Sententia lata pro adultero prodeſt adulteræ, etiam non citatæ.*
398 *Sententia lata contra principalem delinquentem, an noceat fideiuſſori patri, aut alijs, & 399.*
400 *Sententia lata contra vnum, ex hæredibus purè inſtitutis, alijs non præiudicat.*
401 *Sententia lata contra vnum, ex hæredibus, quando alijs præiudicet, expenditur vſque num. 406.*
Hæredes quando inſtituti ſint purè, quando ſub conditione, & quando coniuncti, quando verò diſiuncti patiantur præiudicium per ſententiam contra vnum latam, expenditur, cum multis ſeqq.
406 *Sententia lata contra confeudatarium, vel fideicommiſſarium alteri non nocet etiam litem ſcienti.*
407 *Sententia lata contra vnum reum debendi alteri non nocet.*
408 *Sententia lata contra principaliter intereſſatum, quando noceat ſecundariò intereſſato.*
409 *Sententia lata contra citatum renunciantem, tertio non citato non nocebit, quia factum vnius alteri non nocet.*
410 *Sententia lata contra proprietarium non nocet vſufructuario non citato litem ignoranti, & de ratione numero 411.*
412 *Sententia lata ob tranſactionem, tertio non citato, non nocet, declaratur num. 414. cum alijs ſeqq.*
413 *Anteceſſoris factum, quando ſequentibus præiudicat.*
416 *Sententia lata contra vnum, etiam ius annexum habentem non præiudicat alijs, ſi contra ius litigatoris proferatur.*
417 *Sententia Regis, vel Imperatoris iniuſta, quoad alios, non nocet, nec obſeruabitur.*
418 *Sententia lata vigore confeſſionis tertio non citato non nocet.*
419 *Confeſſio vnius alteri non nocet.*
Ioannes Baptiſta Valenzuola Regens laudatur. ibid.
420 *Confeſſio cedentis non nocet Ceſſionario, contrarium num. 421. pro prima opinione num. 422. de veritate in pluribus ſeqq. num.*
423 *Confeſſio cedentis poſt factam ceſſionem non nocet ceſſionario, & 424.*
425 *Confeſſio cedentis non nocet ceſſionario, quoniam ceſſionarius non poteſt habere regreſſum contra cedentem, quia ceſſio facta fuit in beneficium & commodum ceſſionarij.*
426 *Confeſſio cedentis nocet ceſſionario, quando ceſſio facta fuit ad commodum cedentis, aut quando fuit facta ante ceſſionem num. 427.*
428 *Confeſſio cedentis ſuper ceſſione cum euictione nocet ceſſionario.*
429 *Cedentis confeſſio non nocet ceſſionario, quando Ceſſionarius fuit poſitus in locum cedentis, vel aliæ clauſulæ prægnantiores poſitæ fuerint in commodum Ceſſionarij, & 430. contra num. 431. de veritate num. 432.*
433 *Doctores in articulo, an Confeſſio cedentis noceat ceſſionario, confusè, & imperfectè fuiſſe loquutos, expenditur.*
434 *Confeſſio cedentis ante ceſſionem nocet Ceſſionario.*
435 *Confeſſio cedentis in ceſſione facta ad Commodum cedentis nocet Ceſſionario.*
436 *Ceſſio facta ad Commodum cedentis, non transfert vtilem actionem, ſed tantum exercitium directarum actionum.*
437 *Cedens poterit exigere quantitates ceſſas, etiam poſt ceſſionem factam, quando ceſſio reſpicit commodum cedentis tantum, & 438.*
439 *Confeſſio cedentis, qui totaliter liberatus fuit, non nocebit ceſſionario.*
440 *Solutio facta cedenti non liberat debitorem, cum multis 441. 442. 443. vbi affert rationes.*
444 *Ceſſio ad commodum cedentis tantum, quæ dicatur.*
445 *Ceſſio ad commodum ceſſionarij tantùm, quæ dicatur, & 446. & 447.*
448 *Ceſſio ad commodum cedentis, & ceſſionarij, quæ dicatur, & num. 449. & ſeqq.*

452 *Solutio facta cedenti, per debitorem ſcientem ceſsionem factam, non liberat.*

453 *Solutio facta cedenti per debitorem ignorantem, ceſsionem factam liberat.*

454 *Solutio facta cedenti, ceſſione ad commodum cedentis principaliter facta liberat debitorem ignorantem, vt auctor expendit. & num. 455.*

456 *Solutio facta cedenti ob ceſſionem, commodum, vtriuſque reſpicientem, quando liberat debitorem, latè expendit auctor & quid ſi non reſpiciat. num. 457.*

458 *Debitoris ſoluentis ſcientia de ceſſione, ſeu delegatione, quando, & quomodo requiratur pro validitate, aut inualiditate, latè diſcutitur. cum multis ſeqq. & nu. 479. cum infinitis ſeq.*

459 *Solutio facta cedenti, per debitorem ſcientem ceſsionem, quando liberet, exactè expendit auctor.*

460 *Debitoris ſcientia quando noceat, & quomodo ſingulariter traditur & ſeqq.*

463 *Solutio facta cedenti per debitorem denunciatum, quando releuet, & quomodo facienda denunciatio, ſingulariter explicatur.*

464 *Denunciatio, qualiter, & quomodo facienda, vt valeat in omni materia ſingulariter declaratur. Et nu. ſeqq.*

468 *Solutio facta cedenti per debitorem denunciatum, & ſcientem liberat, ſi ceſsio reſpiciat commodum cedentis tantùm, declaratur. num. 469.*

469 *Solutio facta per debitorem ceſſum procuratori inſtituto per aſsignatarium, facta denunciatione, an liberet.*

470 *Ceſsio per viam delegationis præſentis venditionis, vel alterius tituli, quomodo explicetur.*

471 *Solutionis verbum comprehendit omnem Creditoris ſatisfactionem.*

472 *Debitori intereſt potius per cedentem ipſo iure liberari, quàm per ceſsionarium ope exceptionis.*

473 *Pacta, confeſsiones, liberationes, & ſimilia non liberant debitorem ceſſum. cum infinitis ſeq. ac in ſpecie numero 420. ſupra de veritate verò in alijs ſequentibus num.*

474 *Pacta liberatoria, aut confeſsiones cedentis liberare, aut liberare debitorem articulum difficilem, & intricatum eſſe. Sed reſolutio habebitur num. 475. cum multis ſeq. ad num. 504.*

478 *Intellectus ad l. 3. C. de nouat. numero 478. 491. cum multis ſeq.*

504 *Confeſsio donantis, pignorantis, & vendentis, non nocet donatario, Creditori vel venditori.*

505 *Confeſsio donantis regulatur ſecundum dictos in confeſsione cedentis.*

506 *Legatarius confitendo non præiudicat emptori rei legatæ, traditur.*

507 *Legatarius repudiare nequit legatum in præiudicium alterius, in quem ius legati, tranſlatum fuit.*

508 *Confeſsio venditoris quando noceat emptori & ſeqq.*

512 *Confeſsio debitoris, quando noceat creditoribus.*

515 *Confeſsio Patris, Creditoribus filij non nocet.*

516 *Creditor poſterior habens inſtrumentum de numeratione præfertur creditori, anteriori habenti inſtrumentum de Confeſsione de recepto tantùm de veritate num. 517. cum ſeqq. & c. 4. quæſito 11. num. 1826. & ſeqq.*

517 *Mauritij, & Pompei de Alexio laus & ſeqq.*

520 *Barones, & alij Vaſallorum, & ſubditorum Superiores, quibus vti debent.*

521 *Tex. in l. Titius. ff. quæ res pignor. obligar. poſs. explicatur, & 524. & 526.*

522 *Debitor ad ſui libitum poterit recipere mutuò promiſſam quantitatem & 523.*

525 *Debitor per inſtrumentum ſub ſpecie futuræ numerationis ſtipulatum, non obligatur.*

527 *Creditor prior in tempore in praxi, potior dicitur, poſteriore etiam data reali numeratione in ſecundo credito, & confeſsione de recepto in primo.*

528 *Confeſsio de recepto probat naturalem numerationem, quando conſtat, eam non eſſe factam ſub ſpecie futuræ numerationis; de veritate, ibi in loco remiſſo.*

529 *Confeſsio mariti de dote recepta, non præcedente dotis promiſsione, & non facta renunciatione except. non numer. dotis; vel ſi non fuerint elapſa tempora opponendi talem exceptionem, creditoribus non nocet, ſed de veritate latiſsimè expendit author cap. 4. quæſit. 11. limit. 5. num. 1715. cum infinitis ſeqq.*

530 *Sententia lata contra debitorem poſt rem obligatam creditori litem ignoranti, eidem creditori non nocet, ampliatur nu. 531. ſubampliatur. nu. 532. 533. & 534.*

536 *Sententia lata contra creditorem, non nocet debitori litem ignoranti, ampliatur. num. 537.*

538 *Sententia lata contra conductorem locatori non nocet.*

539 *Sententia lata contra venditorem in actione perſonali, non nocet emptori ſecus in actione reali. num. 540.*

541 *Sententia lata contra principalem, non exequitur contra fideiuſſorem contractus, ampliatur numero 542. & 543. Sed de veritate num. 545. vſque ad numerum 574. vbi plures caſus expenduntur.*

543 *Sententia lata contra vnum ex reis debendi alijs non citatis, non nocet, declaratur num. 544.*

547 *Fideiuſsio ſtipulata penes acta continet condemnationem calore Iudicij.*

545 *Sentẽtia lata cõtra principalẽ, exequitur cõtra fideiuſſorẽ iudicialẽ cũ infinitis ſeqq. cũ declarationib. adductis.*

548 *Fideiuſsio penes acta duo continet, nempè obligationem, & exequutionem.*

549 *Fideiuſſor iudicialis non appellat à ſententia executiua lata contra principalem.*

550 *Fideiuſſor iudicialis quas opponit exceptiones.*

551 *Fideiuſſor habens principalem diuitem nullas opponit exceptiones aduerſus executionem.*

552 *Sententia lata contra principalẽ, quando noceat, vel non noceat fideiuſſori latiſsimè expẽditur; vſque ad nu. 580*

553 *Sententia lata contra principalem nocet fideiuſſori contractus, ſcienti, & non ſe opponenti.*

554 *Sententia lata contra principalam nocet fideiuſſori contractus obligati in forma Cameræ, vel per obligationem paratam exequutionem habentem contra nu. 555*

556 *Pacta exequutiua ſcilicet conſtitutum, & alia ſimilia, quomodo contra non citatum exerceantur, cum multis ſeqq. ſed latius c. 4. quæſit. 7. nu. 834. cum infinitis ſeqq.*

564 *Obligatio penes acta, an exequatur contra fideiuſſorem non incuſatum.*

565 *Creditor in praxi, quomodo vtilius agat, & rectius, contra fideiuſſorem vſque ad num. 566.*

566 *Sententia lata, contra principalem exequitur contra fideiuſſorem ad inſtantiam fiſci.*

567 *Sententia lata contra fideiuſſorem, nocet principali non citato, & contra eum exequitur etiam abſque nouo proceſſu; amplia quando fideiuſſor non eſt ſoluendo nu. 568. limitatur num. 569.*

569 *Sententia lata contra fideiuſſorem negligentem, & culpoſum, non nocet principali.*

570 Fideiuſ.

570 *Fideiuſſor contra quem ſententia lata fuit ob ſui negligentiam, nec ſumptus litis recuperat à principali.*
571 *Sententia lata pro principali, aut pro fideiuſſore, quando proderit fideiuſſori, aut principali non citato. vſque ad num. 574.*
574 *Sentẽtia lata præiudicat tertio non citato aliqualiter, & qualequaliter tantùm, contrarium n. 575. & ſeq. vbi ſemiplenè nocere adnotatur, & declaratur nu. 575. 578. & 579.*
576 *Sententiam tertio non citato, non nocere intelligitur de pleno nocumento, non autem de ſemipleno.*
577 *Sententia lata contra victum, articulo non benè diſcuſſo, & extremis non benè probatis, tertio non citato, qualequaliter tantùm præiudicat.*
578 *Sententia in contumaciam lata tertio non præiudicat.*
579 *Sententia detecta iniqua, & iniuſta, tertio non citato nõ nocet etiam reſpectu qualiſqualis præiudicij.*
580 *Probatio in paribus illa præfertur, pro qua ſtat res inter alios acta.*
580 *Res inter alios acta in pari probatione producit effectum.*
581 *Res inter alios acta plenè probat, iuramento ſuppletorio, & vno teſte concurrentibus, declaratur num. ſeq.*
582 *Iuramentum ſuppletorium ſemiplenam requirit probationem.*
583 *Teſtis vnicus omni exceptione maior ſemiplenè probat, & 586.*
586 *Probationes duæ ſemiplenè iunguntur ad plenam probationem.*
587 *Res inter alios acta transfert onus probandi in cõtrariũ.*
588 *Res inter alios acta arbitrabitur index, quando probet.*
589 *Sententia inter alios acta non citatis non nocet in his, quæ pluribus principaliter competunt.*
590 *Sententia lata contra principaliter intereſſatum nocebit ſecundario, & in futurum intereſſatis non citatis.*
591 *Sententia nocet non citatis in connexis, & in indiuiduis, num. 592. ac in correlatiuis nu. 593.*
592 *Sententia in ſeruitutibus nocet non citatis.*
594 *Sententia nocet non citatis in popularibus actionibus, & in alijs rebus, ob quas in ſolidum ius competit.*
595 *Sententia lata contra vnum ex reis credẽdi, alteri nocet.*
596 *Præoccupationis vis magna eſt, quæ etiam perem[pt]a inſtantia durat, & de ius effectu num. ſeqq.*
597 *Sententia lata contra primum agentem, ex duobus fidei commiſſarijs, vel Legatarijs, re coniunctis, alteri præiudicat, ampliatur num. ſeq.*
599 *Sententia lata contra vnum ex reis credendi, tunc alteri præiudicat, quando victus fuit actor.*
Præoccupationis eius procedit in actore, non in reo. ibid.
600 *Pactum factum ab vno, ex reis credendi in beneficium debitoris, ex cauſa onerosa, alteri correo non nocet.*
601 *Reus credendi non poteſt præiudicare correo, niſi per ſolutionem, & nu. 603.*
602 *Reus credendi exigendo tenetur correo communicare, limita, num. 604,*
605 *Reus credendi ex cauſa lucratiua, quis dicatur remiſſiuè.*
606 *Reus credendi ex cauſa lucratiua, ſocius non præiudicat paciſcendo cum debitore alteri correo ſocio, de ratione, num. ſeqq.*
607 *Reus credendi, ex cauſa lucratiua, qui non eſt ſocius paciſcendo præiudicat, de ratione. nu. ſeq.*
609 *Creditor de ſuo credito poteſt facere quidquid vult, & ſup. 604.*
610 *Sententia lata ſuper parentela filiatione, aut alicuius legitimitate cum legitimo contradictore, alijs non citatis præiudicat.*
611 *Legitimus contradictor quis dicatur, & ſup. nu. 389.*
611 *Sententia lata contra legitimum contradictorem, coequale ius habente cum alijs non citatis illis non præiudicat, & 612.*
611 *Legitimi contradictores, omnes ſunt citandi.*
613 *Sententia lata in præiudicialibus, præiudicat omnib. remiſſiuè.*
614 *Sententia lata, quæ infamiam irrogat, tamquam lepra, quæ ſerpit omnibus nocet. ampliatur eod. num.*
615 *Sententia deportationis excõcationis exilij popularium actionum cauſæ colluſionis ſuper matrimonio, ſuper patria poteſtate, centumuiralis, aut ſupremi Conſilij.*
617 *Super iure eligendi, electo patiente ſuper ætate, ac ſuper ætate, ac ſuper conditione perſonæ, ſemper præiudicat. & 618. 619.*
620 *Sententia lata ſuper nobilitate, alijs de genere non citatis nocet, limitatur n. 621. declaratur num. ſeqq.*
622 *Nobilitas fratris tranſit ad aliũ fratrẽ, ſeu Collateralẽ.*
623 *Sententia lata contra fratrem pro nobilitate, fratribus alijs non citatis, non præiudicat. & 624.*
625 *Prodeſſe facilius cõceditur & ibi Scipio Rou. declaratur.*
626 *Nobilitas in perſonam vnius fratris per quaſi poſſeſſionẽ probata in perſonam alterius fratris non præſumitur:*
627 *Sententia lata ſuper nobilitate pro fratre, alijs prodeſt, & Otalora de nobilitate declaratur.*
628 *Sententia lata pro fratre ob prædeceſſorũ nobilitatem, alijs Collateralibus prodeſt.*
629 *Sentẽtia lata, pro fratre, in nobilitate, ob propriã fratris nobilitatem, & dignitatem, vel ob quaſi poſſeſſionem, alijs non prodeſt, idem ſi nouiter fuiſſet aliectus ad nobilitatem, declara. 630.*
631 *Sententia lata contra primum poſſeſſorem nocet ſecundo poſſeſſori lite pendente ementi contra quem exequitur ſententia extenditur. nu. 632. 633. & 634.*
633 *Sententia contra primum poſſeſſorem lata exequitur cõtra ſecundum, & per appellationem non ſuſpenditur.*
634 *Vitium litigioſi quando durat, etiam perempta inſtãtia, cum multis ſeq.*
639 *Sententia exequitur ſuper re vitio litigioſi affecta cõtra tertium poſſeſſorem ignorantem.*
640 *Actorem diuerſis iudicijs defatigari iniquum iudicatur cum circuitus ſint euitandi.*
641 *Vitium litigioſi tunc operatur quando concurrit venditoris, & emptoris ſcientia.*
642 *Sententia exequitur contra tertium lite pendente ementem, ſi venditoris, & emptoris ſcientia concurrat, et quo modo exequitur num. 643. & ſeq. ac numer. 646. vbi quid in Regno.*
643 *Emptor rei litigioſæ in executione ſententiæ, contra eum citari, & ſummatim audiri debet reſtringitur, et declaratur num. 644.*
645 *Inſtãtia perempta, ſi reuiuiſcat, per reſtitutionem in integr. aut per inſufflationem ſpiritus non debilitat vitium litigioſi.*
647 *Sententia exequitur contra tertium lite pendente emẽtem, etiam ſi fuerit Clericus, contrarium n. 648. & ſeq. vbi de veritate.*
649 *Vitium litigioſi in Clerico, non conſideratur.*
650 *Iudicialis actus non exequitur contra exemptum.*
651 *Sententia Iudicis ſæcularis, exequitur contra Clericum ementem, pendente lite.*

652 *Vitium litigioſi in retractu nequaquam contrahitur.*

653 *Sententia lata contra feudatarium poſſidentem feudum ex pacto, ſeu contra poſſeſſorem maioratus, praiudicat omnibus agnatis non citatis contra nu.654. de veritate num.655. 656. 657. & 658.*

659 *Sententia lata contra hæredem, aut prohibitum alienare præiudicat ſubſtitutio, fideicommiſſarijs, & Legatarijs, extenditur n.660. De veritate verò in ſeq. n. latiſſimè.*

664 *Sententia contra heredem, aut probibitum alienare lata, non habens legitima, requiſita; non nocet ſubſtitutis fideicommiſſarijs, & legatarijs.*

665 *Sententia, vt noceat non citatis plura requirit, vt lata ſit cum legitimo contradictore.*

666 *Legitimus contradictor quis dicatur remiſſiuè.*

666 *Legitimus contradictor dicitur ille quē negotium principaliter tangit, licet in conſequentiam alios tangat.*

667 *Hæres dicitur legitimus contradictor.*

668 *Sententia vt noceat non citato requirit quod cauſa defendatur, & non ſit lata in contumaciam citati.*

669 *Sententia ne noceat requirit, vt plenè de meritis tractatum ſit.*

670 *Sententia, vt noceat ſubſtitutis fideicommiſſarijs & legatarijs, oportet, vt hæres condemnatus appellet. & appellationem proſequatur. nu.671.*

672 *Sententia, vt noceat ſucceſſoribus oportet vt feratur abſque culpa, & negligentia hæredis, & 673. & abſq. dolo, & fraude num.674.*

675 *Sententia lata contra hæredem ſi ſit aliquo defectu nulla, ſucceßoribus nocet.*

676 *Sententia, vt ſucceßoribus noceat, oportet, vt iniuſtitia, & iniquitate careat.*

677 *Sententia, vt ſucceßoribus noceat, oportet, vt careat colluſione.*

678 *Colluſio detegitur non nullis modis ſcilicet ſi hæres noluit producere iura ad cauſam facientia.*

679 *Colluſio committitur per hæredem ſi non appellat à ſententia, vel appellationem non fuiſſet proſequutus.*

680 *Colluſio committitur, ſi vnus alteri ex litigantibus expenſas ſubminiſtraſſet.*

681 *Colluſio committitur, ſi hæres nihil opponat, aut fateatur debitum, quod non erat, vel negauerit mobilia, vt ſtabilia exequerentur.*

682 *Colluſio detegitur ſi hæres minus plenè cām defendat.*

683 *Sententia non habens requiſita tanquam nulla, & iniuſtæ non nocet tertio.*

684 *Sententia lata contra hæredem, & prohibitum alienare, ſi requiſita contineat, an ſucceſſoribus præiudicet, articulus difficilis dijuditatur.*

685 *Sententia lata contra hæredem nocet fideicommiſſario vocato in caſu contrauentionis.*

686 *Hæres non dicitur contraueniſſe, ſi ſentētia coactus alienauit.*

687 *Sententia lata contra hæredem hæredis grauati, non nocet fideicōmiſſario non citato.*

688 *Sententia lata contra hæredem nocet fideicommiſſario, quia valida erit durante Spe fideicommiſſi., data ignorantia, & 689. contra num.690. concordatur nu.691. & 692. de verit. num.705. & 706.*

693 *Fideicommiſſarius, vel ſubſtitutus appellat à die habitæ notitiæ de ſententia lata contra hæredem.*

694 *Appellatio ſi denegetur, per ſtatutum, tunc fideicomm. vel ſubſtitutus ſemper erit citandus; vt ſibi ſnīa noceat.*

695 *Fideicommiſſarius, vel ſubſtitutus in caſu mortis ſemper citandus, vt ſententia eidem noceat.*

696 *Sfortia Odd. de fideicommiſſis refutatur.*

697 *Sententia nocere ſubſtituto, vel fideicommiſſario ignorāti litem, & non citato omnes tenent magis communiter, & 698. & in praxi Iudices abhorrere debere contrariam opinionem, & 699. declara nu.700. cum pluribus ſeqq.*

700 *Sententiam latam contra hæredem valere contra ſubſtitutum, vel fideicommiſſarium, ſed eiſdem non nocere quomodo intelligatur.*

705 *Fideicomm. quando appellat pro ſuo intereſſe ſingulariter contra Sfortiam expendit auctor. & nu.706. & ſeq.*

708 *Sfortia non benè percepit Doctores per eum allegatos.*

709 *Intereſſe ſperandæ ſucceſſionis, non eſt iuſta cauſa appellandi à ſententia, contrà tertium citatum lata, & fortius ſecundum ordinem datum ab homine, nu.710. conciliantur difficultates num.711.*

712 *Sententia lata contra hæredem reſpiciens vires, & iura teſtamenti ſemper ſucceſſoribus nocet.*

713 *Teſtamenti defenſio competit hæredi, & per hoc dicitur legitimus contradictor hæres defendit vim teſtamenti, num.713.*

714 *Ius ſucceſſorum à iure hæredis pendet.*

715 *Fideicomm. & ſubſtitutus prætendunt ius ſperatæ ſucceſſionis purificato fideicommiſſ. vel poſt mortem hæredis.*

716 *Hæres præſumitur diligentior in defenſione hæreditatis, quàm cæteri ſucceſſores.*

717 *Poſſeſſor perpetuò litigare non cogitur.*

718 *Iudicium ſemel benè diſcuſſum, alia diſcuſſione non indiget.*

719 *Sententia lata contra hæredem, quæ reſpicit vires iuriū ſucceſſorum, ſucceßoribus non nocet.*

720 *Sententia lata contra hæredem, & primum citatū, continens publicam vtilitatem, nocet ſucceſſoribus.*

721 *Sententia quantum ad probationem, & liquidationē factam nocet ſucceſſoribus non autem quoad exequutionē ſuper qua executione ſucceſſores citari debent.*

722 *Succeſſores quid probare, quidq. producere valeant aduerſus ſententiam contra hæredem, eis non citatis latā expendendo. & num. ſeqq.*

723 *Sententia ſi fuerit exequuta, contra hæredem nocet ſucceſſoribus, ſecus ſi non fuerit executa.*

727 *Sententia lata contra hæredem nocet fideicōmiſſ. & ſubſtituto in poſſeſſorio tantum, non autem in petitorio.*

728 *Precium rei fideicommiſſæ ſubiectæ venditæ per ſententiam ſemper debetur fideicommiſſario, & ſubſtituto, ſecus ſi hæres non eßet ſoluendo. num.729.*

ARTICVLVS III.

HIc articulus, quamuis habeat vtique duplicem aliam inſpectionem videlicet, quam faciat ſententia probationem pro tertio, quam verò contra tertium tamen in caſibus, in quibus probauimus ſententiam no-
376 cere, ſemper tāto magis prodeſſe† tertio dijudicandū erit tum ex dictis ſupra num.225. tam etiam ex text. in l. loci. §. ſi fundus, ff. ſi ſeruit. vendic. l. ſupra. §. Caſſius. ff. de aqu. pluu. arc. l. ſi qui ſeparatim. §. quod eſt reſcriptū ff. de appellat. cum pluribus alijs iuribus, quæ congerit Conſiliar. Fab. de Anna, conſ.89. vol.1. & conſ.99. vol. 2. quodque inferius pluries demonſtrabimus, ſententiā
377 plenè ſcilicet probare pro tertio † modo vt in ſuis lo-

cis explicabimus, ideo explicatio 2. inſpectionis cōtinet explicationem huius primæ per argumentum à fortiori relatum ſupra num. 336. & 337. idcirco ab explicatione 2. inſpectionis pendet explicatio primæ, & per hoc omittitur prima.

Quo ad ſecundam ideo inſpectionem ſcio Doctores, varias formaſſe opiniones adeò quod dijudicatur penes modernos, articulus, non parum intricatus & difficilis.

Nam primo loco Bar. in d. l. admonendi numero 45.
378 dixit ſententiam † inter alios latam ſemiplenè probare contra tertium non citatum, & Bar. ſequuntur Butr. in c. quamuis, numero 4. de ſent. & re iud. Abb. & idem Butr. in c. fin. §. ſanè, de iur. iur. Rom. conſil. 443. num. 17. Socin. conſil. 149. numero 8. libr. 1. Deci. conſil. 42. conſil. 109. & conſil. 272. ac in l. 2. numero 50. Cod. de eden. & de communi opinio. cum Bart. teſtatur Natta conſ. 160. lib. 1. Rota Gen. deciſio. 184. numero quarto, & ſeptimo, & alij relati per Honded. conſil. 17. numero 68. volum. 2.

Secunda opinio eſt illorum, qui dicunt nullatenus fa-
379 cere ſemiplenam, ſed tantum † quale quale præiudicium, & penes omnes citatos ſupra numer. 218. & 358. eſt videre, inter quos expreſſius firmaut Couarru. citato ibi cap. 13. practicar. ſub numero quarto, & Surd. conſil. 135. numero 45. vol. 1. qui allegant omnes Doctores in d. l. ſi duo patroni ff. de iur. iur.

380 Tertia opinio eſt eorum, qui dicunt † in nihilo nocere tertio non citato, modo vt in diſcurſu habebitur.

Quarta opinio eſt illorum, qui dicunt ſententiam
381 † omninò nocere tertio, vt inferius etiam videbitur.

382 Quinta opinio eſt eorum, qui dicunt ſententiam † prodeſſe, vel nocere eo modo quo iudex arbitrabitur inſpecta facti qualitate, ita Conarr. loco citato & omnes allegati ſuperius num. 361.

Ego autem reaſſumptis omnium opinionibus, dico quod, quamuis quinta ſupradicta opinio ſit receptior &
✶ communior, ac omnino amplectenda in iudicando, ve-
383 rum quia arbitrium † iudicis non debet eſſe liberum, & effrenatum, ſed debet habere quaſdam certas regulas iuris modo, vt relatum fuit ſuperius numero 109. idcirco proponam regulam cum infraſcriptis ampliationibus & limitationibus, quibus conſideratis iudex legitimè arbitrabitur.

384 Sententiam itaque latam † inter alios regulariter nō nocere tertio non citato probatur ex ſæpius allegata regula res inter alios acta, toto tit. C. in rubro, & in nigro, & ex tex. l. 1. & 2. C. quib. res iudic. non nocet, ac ad tex. in l. 1. ff. de except. re. iud. c. cum inter, & c. quamuis, de ſent. & re. iud. Cacher. deciſ. 157. num. 7. Port. Imol. cōſ. 28. num. 20. & conſ. 172. num. 26. ad text. in l. ſæpe, vbi Doctor. ff. de re iudic. & ſignanter Alex. & omnes Moderni, ac Azo. Imol. Bar. Bald. Dec. & reliqui, quos congerit Surd. conſ. 114. vol. 1. num. 18. & conſ. 189. num. 28. vol. 2. & nouiſſimè Maur. Aretin. tract. de fideiuſſ. ſection. 4. cap. 34. nu. 13.

385 Ampliatur illatiuè concluſio, ſi ſententia † lata fuiſſet contra vnum ex hæredibus, quæ non præiudicaret alijs cohæredibus, etiam ſcientibus litem motam, Cacher. deci. 157. num. 17. ac tota deciſione, & Pirr. Maur. loco citato, ac Carroc. de excep. rei iudic. exceptio. 123.
386 num. 21. nam vnus hæredum poterit condemnari, † alijq. nequaquam, ad tex. in l. circa vbi Ang. ff. de inoff. teſt. & l. cum duob. C. eod.

387 Comprobatur ampliatio, quia heredes † habent coæquale ius, & principaliter ad quemlibet negotium ſpectat pro rata, tam in gradu, quam in iure litigandi, Bal. & Salic. in l. 2. C. quib. re iudic. non noc. Felin. in c. quāuis de re iudic. Tiraq. de nobilit. cap. 37. num. 7. Pinel. de bon. mat. l. 1. par. 3. nu. 49. limit. 1. quos citat & ſequitur Gratian. diſcept. Forenſ. tom. 3. c. 456. num. 92. & ante eum Peregr. de fideicommiſſ. art. final. num. 40.

388 Cōprobatur ſecundo, quia cohæredi † competit ius de præſenti, ideo citandus ipſe erit vt ſibi ſententia nocere poterit, & ſic tempore iudicis, ſuper quo lata fuit ſententia cohæredi competit ius, vt plenius declarat Hōded. conſ. 28. nu. 28. 29. & 31. vol. 1. ad quæ adde, quod dicemus infra num. 400. cum ſeq.

Comprobatur tertio, nam ille dicitur legitimus con-
389 tradictor, † ad quem cauſa principaliter pertinet vt poſt Alexan. in d. l. ſæpe. ff. de re iudic. notant Couarru. practicar. citato cap. 13 ſub. num. 6. & Mohed. deciſio. 217. ac Tiraq. de nobilit. loco allegato numero 4. & alij vbique loquentes in terminis noſtris, ideo legitimo hoc contradictore non citato, quo ad eum ſententia nō no-
390 cet, † ita ex Alex. Crauett. Tiraq. Mohed. Couar. Dec. Pariſ. Gabriel. Loffred. & ex alijs, Mareſcot. variar. reſolut. lib. 1. cap. 86. num. 55. cum multis ſequent. cuilibet enim ex hæredibus negotium hæreditarium pro rata
391 competit, ideo ille citandus, † vt ſententia noceat eidem.

Infertur itaque ex hac prima ampliatione, nam ſen-
392 tentia † lata contra vnum ex legatarijs non præiudicat alijs coæquale ius habentibus, & multo minus hæredi, Soccin. in l. 1. ff. de except. rei iudic. & Carroc. eod. tract. citata except. 123. num. 20.

393 Infertur ſecundo, quod ſententia lata contra † Adulterum non nocet adulteræ non citatæ ad text. in l. denunciaſſe, §. fi. ff. de Adulter. modo, vt declarat Carroc. eodem tract. de excep. rei iudic. excep. 97. tota, prout &
394 ſententia † lata contra mandatarium contumacem non nocet mandanti non citato, ad text. in l. ſi is qui rē, la ſeconda, §. ſi tu Titium, vbi Bar. num. 2. ff. de fart. & poſt Boſſ. Menoch. & alios communiter cum Bartolo ſic teneri teſtatur Flam. Cartar. de execut. ſenten. cap. 1. num. 346. & ſequentibus, ac idem notant Burſat. Menoch. Maſcard. & innumeri, quos congerunt Honded. conſ. 107. num. 11. lib. 1. & conſil. 87. libro 2. num. 146. latius Farinacc. de inquiſit. quæſtio. 3. numero quinto, ampliat. 3.

395 Declaratur illatio nam ſi ſententia † lata fuiſſet in fauorem Adulteri, tunc prodeſſet plenè Adulteræ etiam non citatæ, vt poſt Crauet. conſ. 206. num. 7. notat Fab. de Anna conſ. 99. num. 10. ex traditis ſupra num. 225. & alibi.

396 Sed contra ſecundam hanc illationem † in practica ſeruari teſtatur Clar. §. fin. quæſt. 90. num. 6. verſic. ſcias etiam, quamuis Burſat. conſ. 146. num. 10. dicat practicam Clari nō extendendam vltra ſtatum Mediolanenſe, tamen eam vbique extendendam contra Burſat. reſponderunt Baiar. ad Clar. loco citato nu. 9. & ſequent. qui in ſtatu Eccleſiaſtico, & in Regno ſic ſeruari vidit;
397 & Farinac. citato etiam loco, aliàs † ridiculum, & pernicioſum eſſe dixerunt, quibus ego libenter aſſentio, eo quod in Regno taliter indiſtinctè practicatur, verum intelligas cum declarationibus adductis per eundem Farinacc. allegato loco, verſ. nam pro declaratione, ſatis notabiliter loquutum.

Eiſdem medijs & fundamentis deciditur, an ſenten-
398 tia † lata contra principalem delinquentem noceat,
ſeu non noceat fideiuſſori patri, aut alijs, tanquam pro
399 alterius † delicto lata, ita poſt Bar. Alex. Felin. Marſil.
& alios, Menoch. de arbitr. caſ. 349. nu. 13. & Honded.
conſ. 98. num. 19. & 20. vol. 1.

Verum eadem hæc ampliatio, vt eius intelligentia perfectius habeatur, in triplici caſu diuidenda venit, prout & communibus Doctorum traditionibus notatur.

400 Et primus caſus eſt, quando coheredes † omnes ſunt
purè inſtituti, & tunc ampliatio indiſtinctè procedit, eo quod coæquale ius ad omnes pro rata ſpectat, vt probatum fuit, & ſententia non nocebit.

Secundus caſus, cum vnus ſit purè inſtitutus, alter
401 verò ſub conditione, & erant coniuncti † re, disiuncti
verò verbis, quo caſu purè inſtitutus cẽſetur inſolidum inſtitutus pendente conditione iuſta gloſ. in d. l. 2. ff. ſi pars hæred. pet. & tunc ampliatio non procederet, quia ſententia lata contra purè inſtitutum noceret conditio-
402 naliter inſtituto, † eo quod principaliter tantum ſpe-
ctat negotium purè inſtituto & hoc in caſu coæquale ius nequaquam cohæredes haberent, itaq. intelligi debent notata in l. ſi hæres. ff. fam. erciſc.

Tertius caſus, quando cohæredes modo notato in ſecundo caſu ſunt disiuncti re, & tunc purè inſtitutus di-
403 citur hæres pro parte, & per hoc ſententia † contra
eum lata nequaquam nocebit alio cohæredi ſub conditione inſtituto, & ſic procedit ampliatio, quia vna res, ſuper qua inſtitutus fuit hæres purè nihil commune ha-
404 bet † cum altera diuiſim conſiderata, prout ex omniũ
* communi opinione, notat Alex. in d. l. ſæpe num. 15. ff. de re iudic. Altera verò dimidia hæreditatis, quæ reſpe-
405 ctu conditionis remanet in ſuſpenſo † pendente eadẽ
conditione vti iacens habebit curatorem pendẽte conditionis euentu, ita Alberic. in d. l. 2. ff. ſi pars hæreditat. pet. & Carroc. hæc omnia notans citato tract. & allegata except. 123. num. 77. cum ſequent.

Ex qua eadem ampliatione ſic diuiſa infertur tertio,
406 quod ſententia lata † contra vnum ex conſeudatarijs,
vel confideicõmiſſarijs alteri non nocebit etiam litem ſcienti, Peregr. citato art. vlt. num. 40. verſ. vnde infero, & Carroc. citata except. num. 36.

Aliæ nonnullæ cumulari poſſent illationes, ſed includuntur in ſequentib. ampliationibus, & limit. vt videri poterit.

Ampliatur ſecundo in Socio reo debendi, contra quẽ
407 lata ſententia † alteri non citato non nocebit Bart. in
l. ex duobus num. 17. ff. de duob. re. Bero. conſ. 97. nu. 6. lib. 3. Ruin. conſ. 92. num. 6. lib. 1. Felicius de ſociet. cap. 30. nu. 49. & Manent. deciſ. 15. num. 10.

Ampliatur tertio, quãdo petitum fuit declarari rem poſſeſſam per citatum ſpectare poſt mortem citati ad
408 petentem, quia tunc ſententia † ſuper his lata tertio
ſucceſſori, cui ius ſecundariò competit non preiudicabit, eo quod citatus principaliter non erat intereſſatus, & per hoc non fuit legitimus contradictor, vt ſingulariter docet Loffred. conſil. 10. quem ſequuntur Pinell. d. num. 49. limit. 5. Peregr. allegato art. vlt. nu. 45. & Carroc. d. except. num. 49.

409 Ampliatur quarto qñ fertur ſentẽtia † contra citatum
renunciantem vigore renunciationis factæ nam tũc tertio non nocebit, Bald. in d. l. 2. num. 8. C. quib. res iudic. non noc. quem ſequuntur Pinell. vbi ſupra limitat. 2. & Carroc. d. loco num. 132. quia ſi ſententia hæc noceret, ſequeretur dicendum, factum & culpam vnius alteri præiudicare in his terminis quod penes omnes falſum reputatur, vt inferius in limitationibus apparebit, ita in ſpecie Peregr. allegato art. nu. 60.

410 Ampliatur quinto in ſententia lata † contra proprie-
tarium; quæ non nocet vſufructuario non citato, & litem ignoranti Rot. nouiſs. deciſ. 1165. par. 3. Carroc. d. excep. num. 154. Franc. Marc. deciſ. 880. & magis com-
* munem Doctorum opinionem dicit Ludouic. deciſ. Lucenſ. 5. num. 16. itaque è conuerſo ſemper eum iudicaſſe teſtatur, idq. etiam probat Caualcan. de vſufruct. mulier. relict. numer. 211. citatus per eundem Ludouic. eo
411 quia † cuilibet iſtorum principaliter ius competit re-
ſpectiuè, nempe illi pro proprietate, huic pro vſufructu.

412 Ampliatur Septimo in ſententia lata † ob tranſactio-
nem factam cum citato, quæ tertio non præiudicat, Pinell. vbi ſupra num. 46. verſ. ex his confirmabitur, & nu. 49. limitat. 8. ac ante eum Bart. Bald. Natt. Rip. Ruin. & alij, quos congerit Carroc. citata excep. numero 150.
* & 151. qui de communi teſtatur, illa ratione, quia ſe-
413 quentibus facto † anteceſſorum non præiudicatur,
quæ omnia intelligenda ſunt modo, vt ſingulariter pleniori folio declarat Otalora de nobilit. 2. p. 3. par. princ. cap. 9. toto.

Reſtringitur tamen ampliatio, qñ tranſactio confir-
414 maretur † per Principẽ fauore pacis, aut ſuper ea inter-
poſita fuiſſet ſententia Supremi Tribunalis, à quo non datur appellatio, quia tunc fauore publicæ vtilitatis sẽtentia præiudicaret tertio non citato Pinell. d. limitat. 8. quod veriſſimum exiſtimo, ſi ſententia Supremi Tribunalis, aut Principis authoritas interpoſita fuerit ſuper re tranſacta, & lite omninò dubia, quia ſi proferretur,
415 † aut interponeretur vigore tranſactionis ſuper lite
non omninò dubia, ſed ex ea appareret iuſtitia ex parte tertij non citati, tunc dicerem ſententiam non nocere, ex traditis per Aemilian. conſil. 51. num. 1. Ceph. conſ. 442. nu. 49. 51. & 52. & per Surd. Menoch. & alios, quos in ſimili congerit Manent. deciſ. citata 15. nu. 21. illa ra-
416 tione, quia ſententia lata † contra vnum alteri non
præiudicat, etiam connexum ius habenti, quando cõtra ius litigatoris lata fuit, Albenſ. conſ. 386. nu. fin. alios citat Honded. conſ. 28. nu. 47. vol. 1. & in terminis, ſnĩam
417 † Imperatoris, aut Regis iniuſtam, quo ad alios non
nocere, nec obſeruandam reſpondit Menoch. conſ. 501. nu. 29. & 31. quem citat, & ſequitur Manent. citata dec. 15. num. 28. & 29. ſed de hoc latius infra ſuo loco.

Ampliatur octauo in ſententia lata vigore confeſſio-
418 nis, † quam tertio non nocere notatur in l. qui teſta-
mentum in fi. ff. de probat. vbi Bar. & in l. cum quis decedens, §. codicillis, & §. fin. ff. de legat. 3. vbi etiam Bar. Bal. Iaſ. & alij, quos citat Pinell. vbi ſup. limit. 9. Peregr. d. art. nu. 61. & Carroc. vbi ſup. num. 140.

419 Comprobatur ampliatio, quia confeſſio † vnius alte-
ri non nocet. l. duobus. §. 1. vbi Iaſ. ff. de iur. iur. Bal. cõſ. 45. vol. 1. Bero. conſ. 201. nu. 10. vol. 3. Natt. conſ. 438. num. 11. Rolan. Ceph. Cranet. & alij, quos congerit ad hoc. Carroc. d. excep. nu. 141. alia cõſimilia iura, aliaſq; authoritates latius congregat doctiſſimus dñs Regens Valenzuola inter Hiſpanos ſcientiſſimus, ac probatiſſimus, conſ. 69. nu. 182. & conſ. 86. nu. 13. & 14. & nouiſſimè Muta. dec. 100. n. 31. ante hos Surd. dec. 218. n. 4.

420 Comprobatur ſecundo, nam confeſſio † cedentis nõ
nocet ceſſionario, Cacher. deciſ. 45. poſt Bar. Caſtrenſ.

&

& alios in l.facta §.heres ff.ad Trebell.Pariſ.Tiraq.Affl.
& innumeros, quos citant & ſequuntur Menoch. de ar-
bitr.caſ.473. num.11. & Maſcard. concluſ.374. qui de
communi teſtantur opinione,& his ac Bero. Natt. Ro-
lan. Ronchegall.& alijs cōgeſtis teſtatur idem Carroc.
d.except.num.142.

* Contra verò cōprobationē, cōmuniter ab omnib. te-
421 neri teſtatur Farin.de teſt.q.60.illat.12.n.352.limi.4.
motus ex Imol.in d.§.ſi heres.d.l.facta ad Trebel.Alex.
conſ.46.lib.5.Corn.conſ.189.num.4.lib.3.Ceph.conſ.
21.num.1.lib.1.& ex Menoch.ſuperius proximè citato
num.ſeq.

422 Sed pro comprobatione, & ſic primam † opinionem
veriorem,& receptiorem eſſe poſt Affl.dec.163.nu.5.&
Cacher.citata deciſ.teſtantur Marlian. dec.21. num.5.
Surd.latè articulo diſcuſſo, conſ.22.num.29.& ſequen.
volum.1. ac conſil.82. eodem lib. num.23. & in citata
deciſio.218.numero 5.& deciſio.256. num. octauo, &
9.Steph.Gratian.diſcep.Forenſ.to.1.c.20. nu.29.& to.
2.c.287.nu.12.Monach.deciſ.Bonon.31. nu.10. Muta
vbi ſup.& ſic deciſum dixit Affl.allegata deciſ.163.

Attamen conſideratis his, quæ per Doctor.in vtraq.
opinione congeruntur dignoſcitur vtramque eſſe verā,
* & communi Doctorum calculo receptam: quodque fa-
cili negotio demonſtratur, nam quando Doctores di-
423 cunt cedentis † confeſſionem non nocere ceſſionario,
præſupponunt confeſſionem eſſe emanatam poſt factā
414 ceſſionem & quando ceſſionarius † non poterit habe-
re regreſſum contra cedentem; modo vt habetur penes
Maſcar.concl.374.nu.4.& 6. & plenius Surd. conſ.22.
allegato n.31. dummodo ceſſio facta fuerit in commo-
dum,& beneficium ceſſionarij, prout ſic ſemper ceſſio-
425 nes verè celebrantur, † & hæc dicitur magis cōmunis
* opinio, vt eſt videre poſt Corn.conſil.139.col.1.in fine
vol.3.penes Surd.d.conſ.22.nu.31.& conſentiunt Fari-
nac.& omnes ſupracitati Doctor.nu.ſup.421.& in ſpe-
cie Theſaur.deciſ.201.num.2.

Quando verò alij Doctores dicunt cedentis confeſ-
ſionem ceſſionario præiudicare ſupponunt ceſſionem
426 † eſſe factam ad cōmodum cedentis, vtputa ſi actum
eſſet, quod exigendum à ceſſionario reſtitueretur cedē-
ti, vel alio modo expenderetur in fauorem cedētis, mo-
do, vt declarat Caſtrenſ.in d.§. ſi hæres, ad Trebell. de-
claranque cęteri Doctores, aut ſupponunt confeſſionem
427 factam † ante ceſſionem, qui caſus eſt indubitabilis,
vel ſi facta fuerit ceſſio cū promiſſione euictionis, quia
tunc damnum confitentis regrederetur in eiuſdem prę-
iudicium, ideo in his caſibus confeſſio cedentis nocet
* ceſſionario, ita communiter omnes Doctores pertran-
ſeunt, vt eſt videre penes Cacheran. citata deciſ. 45.Fa-
rinacc.citato loco nu.358. vſque ad finem illationis, &
* de communi omnium opinione poſt Alexan. conſ.46.
num.4.vol.4.teſtatur Surd.d.conſ.22.num.10. Et idem
Surd.in tract.de alim.tit.8.priuil.55.num.16. ac in alijs
ferè conſil.& deciſ.idemq. refert,& ſequitur Maurit. de
Alexio in eius breuiloq. confeſſ.cap.17. author ſemper
laudandus, de quo alibi iterum mentio fiet.

Modificantur prædicta omnia,& declarantur quan-
429 do cedens † in ceſſione poneret ceſſionarium in locū
ſuum, quia tunc etiam ſi non fuerint adhibita,& ſeruata
requiſita, l.3.C. de nouat. nunquam pactum,& confeſ-
ſio cedentis pręiudicabit, ita ex Ang.& Alber.notat Ca-
cheran. d.deciſ.45.nu.7. & latius probat Surd.d.conſil.
22.num.35.& ſeq. quod ampliat Surd. fortius quando
430 in ceſſione † adſunt aliæ clauſulæ prægnantiores, nē-
pe, omnia iura, omneſq. actiones, nihil penitus in ſe re-
tinendo, ſed &c. ad quod firmandum allegat Tancred.
de Corn.Cepoll.Socin.Iaſ.& alios.

431 Contra modificationem † tenet Affl.deci.335.num.
22.& 23. vbi ſic deciſum dicit, & communem opinio-
nem eſſe in contrarium refert Vrſill. ad Afflict. ibi nu-
mero 17.

Verum data ceſſione ampla, vt ſupra in modificatio-
ne, vnà cum iuramento de non contraueniendo vt ſoli-
* tum eſt fieri receptiorem,& veriorem eſſe modificatio-
432 nem † reſponderunt Ancharan.Pariſ.Ludouic. Ron-
chegall. Crot. Curt. Gozadin. & alij, quos congerit ſe-
quendo opinionem Theſaur. d. deciſ.201.num.7. vbi
dicit ab iſta declaratione nunquam vidiſſe receſſiſſe Do
ctores, ſequitur Maurit. vbi ſupra.

Et ſic vt vides inopinatè, & incidenter ingreſſus ſum
in articulo, in quo Doctores confuſiſſimè, & imperfe-
433 ctiſſimè † loquuntur, vt teſtatur Caſtrenſ. in citato §.
ſi hæres in fine,& eſt adeo intricatus,& confuſus, quod
Cacher.deciſ.62. num.6. proteſtatus fuit potius audire
velle Doctores alios, quam in eodem articulo ſcribere,
quid inquam faciam inter tantos patres, tamen vt pro
viribus ſatisfaciam, cōſiderabo infraſcriptos caſus, vt eis
diſcuſſis clarior fiat deciſio.

Primus enim caſus eſt ille, quando cedens ante ceſ-
ſionem factam feciſſet pactum, aut emanaſſet confeſ-
ſionem, aut recepiſſet ſolutionem, vel aliquem alium
actum in beneficium debitoris ceſſi feciſſet.

Secūdus caſus, quando cedens cederet iura,& actiones
ad ſui commodum tantum abſque vlla vtilitate ceſſio-
narij, prout eſt in conſtitutione procuratoris in ampliſ-
ſima forma.

Tertius caſus eſt, quando cedens cederet in commo-
dum ceſſionarij tantum abſque periculo cedentis, ſed
ad onus ceſſionarij tantum.

Quartus caſus, quando cedens cederet ad cōmodum
vtriuſque.

Quintus & vltimus caſus eſt, quando cedens poſt cō-
feſſionem feciſſet pactum liberatorium gratuitum, aut
confiteretur in beneficium debitoris ceſſi.

Circa primum caſum nō oportet laborare, quia ille
435 caret omni difficultate, eo quod nocent ceſſionario †
indiſtinctè, prout fatentur omnes ſupracitati Doctor.&
inferius citandi dummodo ceſſet fraus, aut ſimulatio,&
pacta,& confeſſiones ſint validæ.

Secundus caſus vtique caret difficultate, eo quia cō-
muniter ab omnibus tenetur quemlibet actum factum
435 † & faciendum per cedentem hoc in caſu nocere ceſ-
ſionario illa ratione, quia potius intelliguntur manda-
tæ actiones, quā ceſſæ,& in ceſſionarium non ſunt tran-
436 ſlatę vtiles, † ſed tantū mandatum fuit exercitium dire-
ctarum, ad tex. gloſ. & alios in l. 1. C.de action. & obli-
gat. vbi in ſpecie Salicet.& in l.3.C. de nouat.n.21.cum
declaratione tamen adhibita inferius nu.469.

Ac altera ſubſequenti ratione nempe, cum tota vti-
437 litas futura ſit ipſius cedentis, poteſt vtiq. commodo †
& fauori ſuo renunciare exigendo ipſemet à debitore
ceſſo, ad text.in l.pen.Cod.de pact. potuit enim cedens
438 mandatum reuocare † ipſemet exigendo; in hoc enim
caſu conueniunt omnes Doctor.in d.l.3.& in d.§.ſi hę-
res, ac in multis ferè locis, tam antiqui, quam moderni
vt teſtatur Sfortia Odd. ad d.l.3.q.3. art.2. nec impe-
ditur cedens exigere in hoc caſu, quamuis fuiſſet adhibi

tum vnum ex illis poſitis in d.l.3. C.de nouat. modo vt
inferius num.469.dicemus.

Tertius vero caſus habet duas inſpectiones, primam
ſcilicet, quando cedens eſſet plenè liberatus, & tunc iſte
caſus vtique difficultate caret, quia cedens recipiendo
ſolutionem à debitore ceſſo ſciente ceſſionem, liberatio
439 † non contigit, nec ſolutio nocet ceſſionario, Bar. Bal.
Iacob. de Aren. Ang. Salic. & Fulg. in d.l.3. C.de nouat.
& Bart. Bal. Caſtr. & Imola in d.l. facta, §. ſi heres Bart.
Bald. Ang. & omnes in l. ſi cui emptorem, ff. de pact. vbi
ſignanter Alex. num.4. Iacobin. de Sanct. Georg. n.5. &
* 6. & Curt. Iun. limit.1. communemq. dicunt Ronche-
gall. in l.3. num.71. ff. de duob. reis, Spannoch. de oper.
nou. nunciat. lib. 9. num.281. & Sfortia Odd. in d.l.3.
C.de nouat. q.3. art.2. in ſecundo caſu, & in iſta inſpe-
ctione ſufficit debitorem quomodocunq. & qualiter-
cumque habere notitiam de ceſſione, vt eius liberatio
440 nequaquam † contingat per ſolutionem factam ce-
denti, Vrſill. ad Affl. deciſ.335. nu.18. Anna Sing.486.
ibiq. Fabius Filius in addit. Oſach. deciſ.45. & 62. Surd.
latè conſ.22. num.33. & ſeq. vol.1. Sfortia, & alij infe-
rius num.447. citandi, ac Maur. Aretin. de ſolut. cap.5.
441 nu.60. idq. ratione ſuadetur, quia ceſſio † hoc in caſu
iudicatur facta totaliter in cõmodum ceſſionarij, prout
in commodum eiuſdem diceretur facta ceſſio notata
inferius num.445. & ſeq. eandemque Vrſilli & aliorum
opinionem nouiſſimè probat M. Ant. Amat. deciſ. Fer-
442 rar.6. num.74. & ſeq. Hac itaq. occaſione antequam
ad ſecundæ inſpectionis huius tertij caſus explicationẽ
deueniamus operepretium dijudicaui declarare quan-
443 do ceſſio † cenſeatur facta ad commodum cedentis
tantum, quando autem ad commodum ceſſionarij ſo-
lummodo, & quando ad vtriuſq. commodum, eo quod
horum clarificatio non parum deſeruit tam pro intelli-
gentia dictorum, quam dicendorum.

444 Ad commodum cedentis tantum † dicitur facta ceſ-
ſio, ſi cederetur exercitium actionum tantummodò, vt
iam dictum fuit ſuperius in explicatione ſecundi caſus,
num.435. & ſequentib.

445 In cõmodum verò ceſſionarij tantum diceretur † fa-
cta ceſſio, quando cedens donat ſuum creditum, in do-
tem dat, aut vendit ceſſionario, ad notata per Preſ. de
Franch. dec.108. in principio, idemq. eſſet ſi in ſolutum
446 daretur † nomen debitoris, aut quo vis alio modo ce-
deretur, venderetur, aut aſſignaretur per cedentem ce-
dendo actiones, dummodo cedens liberetur à ceſſiona-
447 rio, taliter † quod data veritate corporis ceſſi ad ni-
hil aliud teneretur cedens, ſed periculum totum rema-
neret penes ceſſionarium, vt poſt Bald. Alex. Ronche-
gall. & alios firmat Sfortia Oddo in citata l.3. qu.3. art.
2. ver. exemplum commune; nam ſi regreſſum amplius,
ceſſionarius non habebit contra cedentem ſemper ad
commodum eiuſdem ceſſionarij ceſſio facta diceretur,
* itaq. communiter per Doctor. teneri ante Sfortiam ci-
tato loco teſtantur Corn. conſ.139. vol.1. verſ. non ob-
ſtat ſi dicatur vol.3. & Surd. d. conſ.22. nu.10. ac Maur.
Aretin. Vrſill. Anna Pater, & Filius, & omnes ſuperius
citati: & diceretur etiam facta ceſſio ad commodum
ceſſionarij tantum, ſi fieret modis illis, quos in reſtri-
ctionibus, inferius notandis dicemus.

In Commodum autem vtriuſque cenſeretur facta
448 ceſſio † dupliciter, vno ſcilicet modo principaliter ad
commodum cedentis, & in conſequentiam ad commo-
dum ceſſionarij, alio & ſecundo modo principaliter ad
commodum ceſſionarij, & in conſequentiam ad com-
modum cedentis.

449 Primus enim erit modus quando cedens † non eſſet
plenè liberatus, eo quòd ceſſionarius in caſu euictionis,
aut alterius cauſæ ſequẽdę reſeruauit ſibi regreſsũ exer-
citaturum contra cedentem per eundem ceſſionarium;
periculumq. corporis ceſſi non fuit per ceſſionarium ſu-
450 ſceptum, † ſed periculo cedentis remanſit, & tunc prin-
cipaliter commodum cedentis ceſſio reſpicit, & in con-
ſequentiam ceſſionarij, ob ſolutionem faciendã per de-
bitorem ceſſum, cedens ſcilicet liberationem, ceſſiona-
rius verò ſuum, obtinentes.

451 Secundus modus erit quando totaliter cedens † libe-
ratur modo vt diximus ſup. in ſecundo exemplo n.445.
quo in caſu principaliter ceſſio reſpicit commodum ceſ-
ſionarij eo quod ſuum conſequutus fuit, & in conſequẽ-
tiam reſpicit commodum cedentis, quia per ceſſionem
factam liberatur à ceſſionario; ita ex communi Docto-
rum diſtinctione declarat Sfortia Odd. in d.l.3. q.3. in
2. art. caſ.3. verſ. primus poſt Surd. & omnes ſuperius ci-
tatos.

Itaque redeundo ad eandem primam tertij caſus in-
ſpectionem; dico non requiri in ea ſcientiam debitoris
452 † per modos notatos in d.l.3. C.de nouat. ſed qualem-
cumque aliam ſcientiam de ceſſione, dummodo ſcien-
tia ſit certa, & non obſcura, vt per tex. in l. aut qui aliter,
§.1. ff. quod vi aut clam & per alia media, in terminis
docet Maur. Aretin. d. cap.5. de ſolut. nu.62. & ſeq. At ſi
ignoranter eſſet ſolutum per debitorem ceſſum tũc om-
453 nino per ſolutionem † cedenti ignoranter factam de-
bitor liberaretur, cedenſque autem teneretur exactum
reſtituere ceſſionario, ad text. in l. fi. vbi oẽs ff. de tranſ.
aduertit Sfortia in d.l.3. C. de nou. q.3. art.4. verſ. tu di-
cas ſic, vt latius dicemus infra nu.485. & 486. ideo non
requiri in hac inſpectione ſcientiam per modos d.l.3. vt
probarunt Surd. Neguſant. Cacheran. & omnes ſupe-
rius adducti, de quo iterum dicemus num.488.

Secunda tamen inſpectio huius tertij caſus erit quã-
do ceſſionarius in cauſis præcitatis regreſſum ſibi reſer-
uaret contra cedentem, cedenſq. plenè non eſſet libera-
454 tus & tunc quia † ceſſio hæc reſpicit principaliter cõ-
modum cedentis ex traditis ſupra in tertio exemplo
verſ.1. num... dico quòd non interueniente ſcientia per
vnum ex tribus notatis in d.l.3. C. de nouat. ſemper ſo-
lutio facta cedenti liberat debitorem ex communiter
traditis per omnes ſupracitatos authores; & hoc in caſu
455 confeſſio cedentis † nocet ceſſionario, vt magis com-
* muniter teneri dicit Surd. d. conſ.22. n.10. attamen ſu-
per hac inſpectione adaptantur, & cum ea cõmunican-
tur omnia dicenda inferius in ſequenti quarto caſu, &
quæ notantur per Scacciam de commerc. §.2. glo.5. nu.
265. cum multis ſeq. & per Doctiſs. Rouit. conſ.75.

Quartus autem caſus, magnam Doctorum contro-
456 uerſiam continet; eo quod ſi ceſſio reſpiceret † vtriuſ-
que commodum modo vt explicauimus ſupra in tertio
exemplo verſ. ſecundus modus erit, num.451. ſcilicet, ſi
principaliter cõmodum ceſſionarij reſpiceret, tunc non
cadit Doctorum aliqua controuerſia, ſed attenduntur
tradita ſuperius ſuper explicatione primæ inſpectionis
tertij caſus nu.439. cum alijs ſequentibus, ſin verò ceſ-
457 ſio † reſpiceret vtriuſq. commodum, ſed principali-
ter cedentis, vt ſuperius in eodem tertio exemplo, verſ.
primus enim erit n.449. retulimus, & tunc intrant Do-
ctorũ controuerſię, quorum aliqui dixerũt, hoc in caſu

debito-

debitorem qualitercunque ſcientem ceſſionem factam
abſque formali ſcientia requiſita per d.l. 3. C. de nouat.
nequaquam liberari per ſolutionem factam cedẽti, ſunt-
que qui hoc firmant, gloſ. in l. fin. ff. de Tranſact. Cin. in
d.l. 3. Salicet. in l. nomen. C. quæ res pignor. oblig. poſſ.
Bal. Crot. Ang. Ronchegall. & Carpan. taliter quod Bal.
* conſi. 165. poſt num. 4. lib. 3. dicit communem hanc eſſe
opinionem, pro qua communi innumeræ allegantur ra-
tiones, quas cum citatis authoribus congerit Sfortia Od-
do in d.l. 3. quæſt. 3. artic. 2. verſ. videtur.

Contrariam opinionem, vt requiratur ſcilicet forma-
458 lis ſcientia † ex illis tribus notatis in d.l. 3. amplexi fue-
runt Iacob. de Aren. Bar. Bal. Ang. Salic. Fulgoſ. & om-
nes in d.l. 3. & expreſſius, Bar. Bal. Caſtr. Ang. Alex. Iaſ.
Iac. de Sanct. Georg. & alij in l. ſi cum emptorem ff. de
pact. ac Bar. Imol. Caſtr. & alij in l. facta §. ſi heres. ff.
ad Trebell. Vrſill. ad Affl. d. deciſ. 335. poſt Affl. ibi Guid.
* Pap. deciſ. 567. num. 2. & ſingular. 592. communemque
dixerunt Pariſ. conſi. 19. num. 63. lib. 3. Surd. d. conſ. 22.
* num. 9. 10. & ſeq. magiſque communem dicunt omnes
ſuperius citati, quos probat Sfortia Odd. d. quæſt. 3. ar-
tic. 2. verſ. contrariam tenent, vbi rationes etiam con-
gerit.

Reſtringitur tamen ſupra firmata proximè magis
* communis, vt illa nullatenus procedat ſi debitor ceſſus
ſciens, citra verò ſcientiam ex d. l. 3. C. de nouat. ſolue-
459 rit † cedenti, ceſſionario non requiſito; ſeu tantũ ſpon-
tè, & voluntariè, vt cedenti gratificaret tantum, & poſt
ſolutionem damnificaretur ceſſionarius tum ob reniten
tiam forſan cedentis nolentis reſtituere exactum ceſſio-
nario, ipſi, & idem cedens non eſſet facilis ad ſoluendũ
tanquam effectus non ſoluendo, aut quo vis alio modo,
quo ceſſionarius non haberet ſecurum regreſſum contrà
cedentem, quo in caſu debitor ceſſus non eſſet liberatus,
& procederet per hoc prima opinio relata ſupra numer.
457. tanquam verior, & æquior in hoc caſu, tũ ob præ-
460 ſumptam † colluſionem, tumque ob deteriorationem
cedentis ſequutam, ita Doctiſſ. Sfortia citato loco, verſ.
aut cedens non vult quodque procedere ego exiſtimo
facta prius excuſſione cedentis, vt ex diſcurſu eiuſdem
authoris dignoſcitur.

Reſtringitur Secundo illatiuè ad præcedentem reſtri-
ctionem, vt non procedat, quando cedens poſt ceſſio-
nem, & tempore ſolutionis recipiendæ à debitore ceſſo
effectus eſſet non ſoluendo, quo in caſu ob præſumptam
colluſionem, & gratificationem, liberatio debitoris ceſ-
461 ſi non reſultaret ob ſolutionem ſcienter; citra † tamen
formalem ſcientiam d.l. 3. factam cedenti quamuis alia
ſcientia intercedente, eo quod daretur aduerſus debito-
rem ſic colluſiuè ſoluentem reuocatoria in beneficium
ceſſionarij, tanquam ſui fraude liberatum à cedente ino-
pe, Imol. in d.l. facta §. ſi heres ſub num. 5. Alex. in d.l.
ſi cum emptorem num. 6. Cin. & Alberic. in l. fin. C. de
procur. Iaſ. in d.l. ſi cum emptorem numer. 16. Corn. d.
conſi. 139. Rolan. conſi. 58. nu. 15. vol. 3. dicentes magis
* communem opinionem, vt teſtatur Sfortia. d.l. 3. quæſt.
3. artic. 7.

462 Reſtringitur tertio ſi cedens poſuiſſet ceſſionarium †
in locum ſuum modo, vt diximus ſuperius n. 429. vſq. ad
nu. 433. quicquid in contrarium dicant Affl. & Vrſill.
citati ſupra nu. 431. quia contra eos tenent hanc reſtri-
ctionem omnes allegati in dicto loco, ac probat alijs ad-
ductis Sfortia d. quæſt. 3. art. 5. & data ſcientia prædicta
* extra caſum d.l. 3. veriſſimam, & magis communem di-
cunt Iaſ. Oſaſc. Pariſ. & Riminal. quos probat Maur. A-
retin. d. cap. 5. de ſolut. num. 64. & 65.

463 Reſtringitur 4. quando fuiſſet denunciatũ debitori †
ceſſo per ceſſionarium, vt nequaquam ſolueret cedenti,
& denunciatio non eſſet certa, nempe quia fuiſſet facta
abſque debitis qualitatibus declarantibus ceſſionem fa-
ctam, ſineque oſtenſione inſtrumenti ceſſionis, quia ſi
464 fuiſſet facta cum iudicis † authoritate, & ſic iudiciali-
ter, vtique teneret, eo quod iudicis authoritas præſtabit
465 † fidem denunciationi, quia pro ea præſumitur
466 † & ſi pars denunciata inſteterit demum clarificari de-
467 nunciationem, audietur † ſed interim denunciatio iu-
467 dicialis cõſtituet † denunciantem in mora, ad tex. in l.
fin. vbi Bar. & Caſtr. ff. de lege. commiſſ. Bar. in l. non ſo-
lum §. morte num. 35. ff. de oper. nou. nunciat. Alex. in
l. de pupillo §. qui procuratorio ff. eod. & Spec. Anchar.
Rom. Bal. Salic. Natta & alij, quos ſingulariter probat
Surd. citato conſ. 22. nu. 42. verb. nam tunc, itaque in-
telligi tex. in l. ſi quis inficiatus. ff. depoſ. quæ reſtrictio fa
cit ad propoſitum pro omni denunciatione per legem
requiſita.

Reſtringitur inſuper concluſio firmata ſuperius in ſe-
cundo caſu principali num. 435. & ſeq. & ſignanter nu-
460 mero 438. vbi diximus cedentem † poſſe exigere quã-
do ceſſio reſpicit commodum cedentis tantum, quam-
uis per ceſſionarium eſſet denunciatum debitori ceſſo:
vt ea non procedat quando ceſſionarius, ſeu potius pro-
469 curator † ſentiret aliquid vtilitatis ob ceſſionem factã,
ſeu mandatum ſibi iniunctũ, prout in Regno ſunt pro-
curatores aſſignatariorum fiſcalium, aut aliorum reddi-
tuum, quibus dantur tres pro quolibet centenario exi-
gendo; quia hoc in caſu ceſſio reſpiceret vtilitatem v-
triuſque, licet in conſequentiam ceſſionarij, & meritò
procederent dicta ſuperius num. 448. cum multis ſequ.

470 Verum quomodo procedat ceſſio † per viam delega-
tionis debitoris præſentis, venditionis dationis in ſolu-
tum, vel ſimplicis ceſſionis actionum directarum, vt ceſ-
ſionarius valeat exigere, & ſibimet ipſi ſoluere, quæ per
quatuor concluſiones examinat Doctiſſ. Rouit. citato
conſ. 75. toto, dicemus ſuis particularibus capitibus.

Quo ad vltimum caſum videtur idem iuris eſſe in iſtis
pactis, aut confeſſionibus, quod eſt in vera ſolutione, &
471 exactione facta per cedentem, quia ſolutionis † verbũ
comprehendit omnem ſatiſfactionem creditoris ad tex.
in. l. ſolutionis ff. de ſolut. & liberat. & in ſpecie in mate-
ria pactorũ liberatorialiũ, & acceptilationum, vel con-
feſſionum notat Maur. Aretin. de ſolut. cap. 1. per non
nullos paragraphos ſequentes.

Nam ſi debitor ceſſus liberatur per realem ſolutionẽ
factam cedenti poſt ceſſionem, vt pro regula d.l. 3. ſupe-
472 rius firmatum fuit, quia intereſt † ceſſo potius per ce-
dẽtem ipſo iure liberari, quam per ceſſionarium ope ex-
ceptionis, vt notat Bal. d. conſ. 105. ſub num. 1. lib. 2. ea-
dem ratione liberari deberet, ſi liberaretur a cedente ex-
preſsè per pactum, per tranſactionem, confeſſionem, ac-
ceptilationem, aut per ſimilia.

473 Contrariam opinionem ſcilicet, pacta † confeſſiones,
& ſimilia, non præiudicare ceſſionario probauimus ſup.
num. 420. & 422. & nunc addo Aufrer. Cappell. Tho-
* loſ. deciſ. 119. Corn. Tiraq. & alios de magis communi
opinione teſtantes, quos congerunt Carol. de Graſſ. de
except. except. 25. numero 51. cum ſequent. & Maur.
Aretin. de ſolut. d. cap. 5. num. 66. & ſeq.

474 Sed reſolutionem hanc eſſe difficilem † & ſatis intri-
catè

catè tractatam per Doctor. reſpōdit Sfortia dicta quæſt.
3. artic. 6. ideo ille ſatis clarè ſatiſque ſingulariter reſol-
uit diſtinguendo in infraſcriptos caſus.

Primus caſus quando ceſſio reſpicit commodum ce-
475 dētis † tantum, modo vt ſuperius nu. 435. & ſeq. de-
claratum fuit, & num. 450. & tunc debitor ceſſus libera-
tus dicitur per pactum, trāſactionem, confeſſionem, aut
acceptilationem, modo vt eum liberatum diximus per
realem ſolutionem, ita ex Alex. d. l. ſi cum emptorem n.
4. Milio, Surd. & alijs probat Sfortia vbi ſupra verſ. pri-
mus eſt, eo quia tota vtilitas, & damnum ſunt cedentis,
& non ceſſionarij, cui nihil de hoc intereſt, vt ſuperius
dictum fuit.

Secundus caſus eſt, quando commodum, & periculū
476 ceſſionarij † tantum reſpicit ceſſio facta, & tunc debi-
torem ceſſum minimè liberari per pacta, confeſſionem,
& ſimilia vt ſupra & eo fortius, ſi debitor ſcienter procu-
rauit ſimilem liberationem, Ronchegall. in d. l. 3. ff. de
duob. reis num. 72. Milius & alij, quos ad hoc citat Sfor-
tia vbi ſupra verſ. Secundus caſus, qui ſine ſcrupulo hoc
477 procedere dicit, dum cedens † nullo modo liberando
debitorē ceſſum, poterit præiudicare ceſſionario, poſt-
quam in illum tranſtulit omnem vtilitatem, & commo-
dum illius crediti, modo, vt ſupra nu. 440. 442. & 451.
cum ſequent. declaratum fuit quando in commodum
ceſſionarij tantum.

Tertius caſus eſt quando ceſſio facta fuit ad commo-
dum vtriuſque, ideſt cedentis, & ceſſionarij, vti propriè
* accidit in d. l. 3. C. de nouat. ſecundum communem in-
478 tellectum † veluti quia ex ceſſione facta modo vt ſupe-
rius diximus reſultaret vtriuſque commodum, ex quo
ex ſolutione facienda per ceſſum ceſſionario reſultat par
commodum cedentis, quia liberatur a ceſſionario, &
ceſſionarij, quia cōſequitur, quòd ſibi debetur, eo quod
ceſſionarius exercet actiones ſibi demandatas, per ſuum
debitorem contra debitorem cedentis ſibi ceſſum, exi-
gendo ſibique ſatisfaciendo, itaque loqui tex. d. l. 3. do-
cet Rouit. d. conſ. 75. nu. 6. & ſic in ceſſione reſpicien-
te commodum cedentis principaliter tantum, ideo con-
ſiderandi ſunt alij duo caſus.

Primus caſus quando ceſſionarius habet regreſſum
contra cedentem, & nil perdere poterit.

Secundus caſus quando non habebit regreſſum, quia
cedens non eſſet ſoluendo.

479 Primo caſu, debitor ceſſus liberatur † per confeſſio-
nem, pactum, & ſimilia, quamuis ſcienter procuret, &
acceptet liberationem, Alex. in d. l. ſi cum emptorem, &
Affl. deciſ. 335. num. 22. 23. & 24. ita ex his probat Sfor
tia vbi ſupra in 3. caſu, illa ratione, quia ceſſionarius non
debet inuidere debitori ceſſo hanc gratioſam liberatio-
480 nem procuranti, poſtquam ſibi conſultum eſt † per re-
greſſum contra cedentem, nam ſi deſiderabat ſibi ſol-
ui, per debitorem ceſſum, debebat procurare, & adhi-
481 bere vnum ex poſitis in d. l. 3. vt Affl. vbi ſupra.
482 Secundo verò caſu, aut conſtat † de colluſione ſequu-
ta inter cedentem, & ceſſum in necem & præiudicium
ceſſionarij, & ſine dubio debitorem ceſſum non liberari
& adhuc conueniri etiam poſſe per ceſſionarium reſpō-
dit idem Sfortia loco citato ex Bal. in Rub. C. quæ in
Fraud. creditor. Curt. Inn. in d. l. ſi cum emptorem nu.
13. verſ. vlt. limitatur Alex. ad Bar. in d. §. ſi hæres, nam
483 ſcienter colludentes † doloſi reputantur, & fraudulen-
tes vulgatis terminis.
484 Verum ſi de colluſione non conſtet adhuc eam † in
hoc caſu præſumi, Reſpondit idem Sfortia d. quæſt. 3.
art. 6. verſ. aut non conſtat, ex Alberic. in l. fin. ff. de trā-
ſact. & in l. fin. C. de procurat. qui de communi teſtatur,
& Bononiæ ſic deciſum teſtatur, & ex alijs, vt per eum
dicens communem eſſe opinionem.

Attamen pro prædictorum omnium perfectiori de-
485 claratione, aduertendum erit, nam aut debitor † ceſſus
ſoluit cedenti ignoranter, & tali caſu non eſt dubium,
quod liberatur, & poterit opponere hanc exceptionem
contra ceſſionarium agentem Bar. Caſtrenſ. Iaſ. & alij
in d. l. fin. ff. de tranſact. Præſ. de Franch. deciſ. 119. nu.
486 17. & 18. & ignorātia † præſumitur. cap. præſumitur.
de reg. iur. in 6. & l. verius ff. de probat. Maur. Aretin. d.
cap. 5. de ſolut. num. 55. & 56. Sed in ſimili contrarium
verius dicit Rouit. citato conſ. 75. nu. 9. de cuius veritate
ſuo loco.
487 Aut verò debitor ceſſus notitiam habuit † de ceſſione
per vnum ex illis modis, de quibus in d. l. 3. de nouat. &
tunc non liberatur ſoluendo cedenti, ſed omninò requi-
ritur, vt ceſſionario ſoluat, vt d. l. 3. vbi gloſ. & omnes, ac
notatur in l. 1. C. de action. & obligat. vbi Bar. & Salic.

Aut & tertio debitor ceſſus ſimpliciter habet noti-
488 tiam † ceſſionis, & non per vnum ex illis modis d. l. 3.
C. de nouat. & tunc ſoluens cedenti non liberatur, quan
do ceſſio facta fuit in commodum ceſſionarij tantum,
nam tali caſu quomodocunque debitor notitiā habeat
de ceſſione, nullatenus liberatur, ſi cedenti ſoluat Alex.
d. l. ſi cum emptorem num. 4. Iaſ. nu. 7. Caſtrenſ. col. fin.
Bar. Bal. Salic. Cacher. Neguſant. Surd. & alij, quos ci-
taui ſupra nu. 439. & ſeq. Anna ſingular. 486. & Maur.
Aretin. de ſolution. cap. 5. nu. 60.

Declaratur tamen primus caſus poſitus ſupra *num.*
489 485. procedere † tantum in ſolutione vera, & reali,
quia in ſolutione ficta, vt puta in liberatione procurata
per pactum gratuitum, aut confeſſionem aliquam, non
datur diſtinctio ignorantiæ, & ſcientiæ, Paul. Caſtr. in l.
ſi cum emptorem num. 4. verſ. nunc ergo, videndum.
ff. de pact. & Bal. conſi. 105. lib. 3. num. 5. quos probat
Sfortia in d. quæſt. 3. art. 8. verſ. ſublimita ſecundo.

Declaratur inſuper caſus ſequens poſitus ſupra num.
490 487. non procedere quando ceſſio reſpiceret † tantum
commodum cedentis, ipſiuſque ſolam vtilitatem, modo
vt exemplificatum fuit ſupra num. 435. & ſeq. ac clarius
num. 444. & alibi, quo in caſu liberaretur ceſſus ſoluen-
do cedenti domino, & creditori, quamuis procurator
ceſſionarius denunciaſſet, aut alium adhibuiſſet modum
notatum in d. l. 3. rationibus adductis. d. num. 435. 436.
437. & ſeq. adhibita tamen reſtrictione, quæ notata *fuit*
ſupra num. 469.
491 Verū vt nihil omittatur, dico † tex. in d. l. 3. C. de no-
uat. loqui in ceſſione facta creditori de debitore cedētis
vt diximus ſupra num. 478. & ſic de ceſſione reſpiciente
commodum vtriuſque, ſed principaliter, commodum ce
dentis, quamuis innumeri Doct. dicant tex. in d. l. 3. lo-
qui in ceſſione facta ad commodum cedentis tantum,
492 † vt refert conſiliar. Fab. de Anna ad allegatum ge-
nitoris ſingular. 486. in addition. obiurgans Cacheran.
allegata deciſ. 45. per nos ſuperius num. 456. adductum,
eundem de errore conuincens, dum d. deciſ. hanc amplia
493 tionem tenet num. 4. quia iudicio meo † tam Fabius il-
le ſubtiliſſimus conſiliar. quam alij idem tenentes, di-
centes tex. d. l. 3. loqui in ceſſione facta in beneficium ce-
dentis tantum, & per hoc ſcientia debitoris ceſſi adhi-
benda, & probanda erit per vnum ex modis notatis in
d. tex.

494 d.tex.euidenter aberrant † pace tantorum patrum, eo
quod tex. ille expreſsè loquitur in ceſſione, quæ vtriuſq;
commodum reſpicit, cedentis,.ſ.& ceſſionarij, dum ibi
495 dicitur † (*quamuis creditori tuo*) nam ſi ceſſio fit cre-
ditori contra debitorem ceſſum, nemo negare auderet
hanc ceſſionem reſpicere vtriuſque ſcilicet cedentis,&
ceſſionarij vtilitatem, & commodum, ex quo per ſolu-
tionem faciendam per ceſſum, liberatur cedens à debi-
to, pro quo erat ceſſionario obligatus, & ceſſionarius
conſequitur, quod ſibi debetur, modo, vt declarauimus
ſupra nu.478. ac eiſdem verbis ſic declarat Sfortia Odd.
496 in d.l.3. quæſt.3.art.6.verſ.tertius caſus dicens hunc †
* intellectum communiter teneri per Doctor.licet princi-
paliter ad commdum cedentis loquatur tex. ille: & ſi
Sfortia hoc non dixiſſet,dicit hoc tamen expreſsè tex.il-
497 le, nam quando cedens † cedit ſuum debitorem credi-
tori ſuo, ad commodum vtriuſque dicitur facta ceſſio.
Salic. in eadem l.3.& in l.1.C.de act.& oblig. num. 21.
Bal.in l.1.num.7.C. quand. non pet. part. Dec. conſi.
99. num.4.& expreſſius Caccher.citata deciſ. 62.nu. 9.
& Sfortia d.l.3. quæſt.1.artic. 17. verſ. ad commodum
vtriuſque, modo vt in ſequenti comprobatione clarius
declarabitur.

Comprobantur prædicta,nam exemplum datum per
nos ſuperius de ceſſione facta in commodum,& vtilita-
tem cedentis tantum (& quod ponitur ex mente omniũ
per Sfortiam d.quæſt.1. artic.17. verſi. & quidem ſecũ-
dum communem doctorum ſententiam, vbi dicit ſic
* communiter per Doctores exemplificari, nempe ad cõ-
modum cedentis tantum dicitur ceſſio facta, quando
creditor mandat procuratori ſuo, vt pro ipſo creditore,
498 & eius nomine exigat)non adaptatur † exemplo poſi-
to per imperator.in d.l.3.in qua ceſſio fit creditori cedẽ
tis contra debitorem eiuſdem cedentis, contra quem
ceſſionarius habet actiones mandatas,vt exigat,ſibique
499 ſatisfiat, & per hoc requiritur † denunciatio, vt adno-
tat Ant.Fab.lib.12. coniect.cap.6. dicens hunc eſſe in-
tellectum d.l.3.ſed ante eum ſic reſpondiſſe Imol. Oſaſ.
& Marlian.dicit Doctiſſ.Rouit.citato conſ.75. nume.6.
500 ideo ſupracitati Doctores aberrant † dicentes tex.præ
dictum loqui quando commodum cedentis tantum ceſ-
ſio reſpicit, quia in illo caſu, ſemoto omni denunciatio-
nis requiſito, ſemper ceſſus liberatur ſoluendo cedenti,
nec erit neceſſaria denunciatio,ideo concluditur, tex. in
d.l.3. loqui in ceſſione reſpiciente commodum cedentis
principaliter, & commodum ceſſionarij ſecundario, vt
in exemplo poſito ſup.num.449.& 450.

Verum Caccheran. fallitur dicendo tex. d. l. 3. loqui
501 † in ceſſione reſpiciente commodum ceſſionarij tan-
tum,hocque dicit in d.deciſ. 45.num.4. verſ.ego tamen
dum expreſſius, & clarius patet in tex.eum loqui in ceſ-
ſione reſpiciente vtriuſque, commodum, modo, vt ſu-
pra notatum fuit, & pro vt idem Caccheran. deciſ. 62.
num.9. fatetur, quamuis, principaliter ad commodum
cedentis,vt idem Cacchera. loco proximè citato docet,
& magis clarè ex mente omnium Sfortia d.l.3. quæſt,1.
art.17.verſ.vnde ad mentem.

Quomodo autem, & qualiter ceſſio facta dicatur pe-
riculo cedentis, vel periculo ceſſionarij, & quando ce-
502 dens † teneatur de euictione, & quando nequaquam
cum nonnullis alijs vtilioribus,& cuius periculo debitor
ceſſus, aut nomen ceſſum pereat ſuo particulari capite
latius dicetur.

Limitatur tamen concluſio firmata ſuperius nu.420.
503 422. & 473. non procedere in confeſſione cedentis †
de ſimulatione contractus loquente,quia tunc illa ſemi-
plenam inducit probationem contra ceſſionarium etiã
emanata poſt ceſſionem, ita ſingulariter Marlian.deciſ.
21.num.9.

Comprobatur tertio octaua ampliatio poſita ſupe-
rius num.418.(vt ad inſtitutum ordinem reuertar)nam
504 confeſſio donantis) pignorantis, & vendentis non no
cet donatario creditori, vel venditori Caſtr.in l.Seia mu
nicipij ff. ad Velleian.Rolan.conſ.85.nu.6. vol. 2. quos
citat, & ſimpliciter ſequitur Carroc. dicta exceptione.
123.num.143.

505 Ego autem quo ad confeſſionem donantis † dico idẽ
quod ſuperius dixi circa confeſſionem cedentis, dato
commodo, dataque vtilitate ſolius ceſſionarij, vt ſupra
num.439. quia eadem concurrit ratio, quo verò ad con
feſſionem pignorantis dicam inferius circa confeſſionẽ
debitoris num.511.in materia verò comprobationis di
cam circa venditoris confeſſionem,ſuper qua Carrocius
allegauit Caſtrenſ.in l.ſi partem §.fin.ff.quemadm. ſer-
506 uit. amitt. dicentem legatarium † poſt rem legatam
venditam non poſſe confiteri aliquid in præiudiciũ em-
ptoris, id autem Caſtrenſem dicere, dicit Carrocius lo-
co citato, ſed in libro meo nihil de hoc penes Caſtren-
ſem in dicto loco reperitur,ſed tantum dicit,legatarium
507 † non poſſe repudiare legatum in præiudicium alte-
rius, in quem ius ſuum transtulit, quod ſimile reputa-
tur, deinde Carroc. contra dicit tenere Ceph. conſ. 21.
num.16.lib.1. poſt Imol. & Dec. dicentem confeſſionẽ
508 venditoris † nocere emptori, nec veritatem Carroc.a-
perit, nonnullos pro opinione Ceph. congerit Honded.
conſ.80.num.41.vol.1.

509 Tu autem diſtinguas,aut confeſſio venditoris † ema-
nat ante venditionem, & ſemper eam nocere emptori
ſucceſſori iudicandum erit ex Caſtrenſ.& ex omnibus in
d.§. ſi hæres,& ex repetentibus in l.ſi cum emptorem ff.
de pact.vbi omnes,quibus in locis notatur geſta per au-
510 thorem † nocere ſucceſſori,in ſpecie Cuman.conſ.30.
in fine & conſ.155.col.3.Socin. Sen.conſ.50. nu. 8. lib.
4. Ruin.conſ.128.numer. 16. lib.2. & Riminal. iunior
conſ.214. lib. 2. Rot.deciſ.776.num. 1. par. 1.diuerſ.
Honded. conſ.17. num.1.vol.2.& Surd.de aliment.tit.
511 9. quæſt. 42.num.27. aut verò confeſſio prædicta † e-
manat poſt venditionem, & ſecus erit,vt ex eiſdem Do-
ctor. notatur.

512 Comprobatur quarto nam confeſſio debitoris † non
nocet alijs creditoribus, niſi aliter quam per iſtam con-
feſſionem de debito conſtet, Soc. conſ.78. num. 2. vol.
4. poſt Bar.in l.poſt contractum ff. de donat. alios con-
gerit Tiraq. de retract.conuent.§.1.gloſſ.7.num. 47. &
48. citat hos Carroc. d. except.123.num. 144. ſed ean-
dem ſententiam proſequuti fuerunt Bal.in l.rogaſti §. ſi
tibi col.2. ff. ſi cert. pet. qui in confeſſione quantitatis
intereſſe debiti vni creditori loquitur,Baldum autem ſe-
quuntur Anan.in c.vltimo,nauiganti de vſur. ſub. num.
62.Alex. conſ.27.num.11.lib.4.Natta conſ.117. num.
5. & conſ. 490. num.4.Couar.variar.reſolut.cap.4.lib.
3.ſub num.5. verſ. ſeptimo eadem. Dec. conſ.119.nu.
9. Coler.de proceſſ.execut.par.1.cap.10.num. 96. Rot.
diuerſ. deciſ.325. num.3.& deciſ. 331.nu.1.& num. 3.
513 quorum opinio procedit † etiam in confeſſione iurata
Rot. diuerſ.deciſ. 372.ſub num. 8. & eadem extenditur
514 concluſio,ſi vtriuſq; partis emanet confeſſio, † prout
his,& alijs adductis probat Sigiſm.Scaccia de commerc.

§.1.

§.1. quæſt. 7. par.2. ampliat.8. num.27. & latius num.
56. & alijs etiam citatis hanc non nocere confeſſionem
probat Card. Mantica de tacit. & ambig. lib.2.tit.1.to.
1. num.9. cum multis ſequent. & ante hos Maſcar.con-
515 cluſ. 372. tota, & Surd. vbi ſupra, prout patris † con-
feſſio filij creditoribus non nocet Paſchal. de patr. pot.
par.1.cap.4. num.24. & ſeq.

Ex quibus infert Carroc. loco citato nu. 145. ad illam
ſatis notabilem quæſtionem, nempe an creditor poſte-
516 rior † habens inſtrumentum de numeratione, & reali
ſolutione præferatur anteriori habenti inſtrumentum
de confeſſione de recepto tantum, & concludit poſte-
riorem præferri per tex. in l. Titius ff. quæ res pignor.
obligar. poſſ. Sic inductum per Ang. in l. diuerſis. C. qui
pot. in pign. hab. & miratur Carroc. hanc limitationem
non reperiri penes Neguſant. articulum plenè tractan-
tem in 2. memb. 5. par. citat inſuper Cottam in ver. cre-
ditor 7. multis medijs hanc opinionem probantem &
Gratian. deciſ. 125. num.5. hæc Carrocius dicto loco.

Eandem ſupracitatam opinionem amplectuntur Ri-
pa in l. priuilegia num.23. ff. de priuileg. credit. poſt Bal.
& Ang. in d.l. diuerſis, Tiraq. de retract. Lignag. §.1. nu.
82. verſ. ideoque creditor, gloſ. 17. Gregor. Lopez in l.
27. gloſſ. 1. ad finem ver. & ſignanter nota tit. 13. par. 5.
Guttier. de iuram. confirm. par.3. cap. 15. nume. 21. ac
Maſcar. in citata concluſ. 372. num.2. Dom. Paſchal. de
virib. pat. pot. par.1. cap.8. num. 77.

Contrariam ex Regnicolis defendit opinionem Mau
517 rit. de Alexio † in ſuo Breuiloq. confeſſ. cap.6. num.6.
cum pluribus ſeq. author non ſolum non contemnẽdus,
ſed ſemper laudandus tanquam vir ſua tempeſtate do-
ctrina eruditiſſimus, ac moribus mirificus, & ſingularis,
518 † qui dum nonnullos gubernaſſet ſtatus, in eorum Gu
bernio non contentus ſe gerere circa quid iuſtitiæ con-
519 ſentaneum & rationi, congruum erat, ſed etiam † erga
ſubditos latè patuit, & excelluit ſua liberalitas, & huma
nitas, ex quibus in eo nihil inane, varium, mutabile, aut
inconſtans compertum fuit; quæ neceſſario his tempo-
ribus iucunda ſunt hominibus, eo quod hac ætate pauci
520 ſunt, qui † de iuſtitia in Gubernio, & de huiuſmodi vir
tutibus laborant, non itaque immeritò V.I.D. Pompeus
ab Alexio digniſſimus frater ſubſequutus fuit ſui Ger-
mani virtutes, taliter quod eius doctrina, ſuique mores
illuſtrior, & illuſtriores apparebant, & maiori florebat,
honore in patrocinãdis cauſis, quo in officio inter Aduo
catos Sac. conſ. & reliquorũ huius Regni ſupremorũ tri-
bunalium nemini ſecundus erat, nuper autem infelici-
ter, & infortunatè violenta morte deceſſit.

Ideo vt ad inſtitutum reuertamur cpntrariam tuetur
opinionem Maurit. loco citato reſpondens d.l. Titius, ſu-
per quã fundatur contraria opinio dicens tex. prædictũ
521 † procedere ſtante poteſtate debitoris circa pecuniæ
receptionem, ideo ibi inſpicitur tempus numerat. ad
quem intellectũ fundandum aliqua iura concordantia
congerit, concludens nunquam contrariam opinionem
in praxi vidiſſe ſeruatam, hæc ille.

Ego autem ſecluſa, & ſemota fraudis, & ſimulationis
ſuſpicione, de quibus alibi dicemus, dico opinionẽ Mau-
rit. non ſolum in praxi ſeruari, ſed veriorem de iure eſſe,
522 poſtquam tex. d. l. Titius ſupponit eſſe † in poteſtatem
debitoris nõ recipere pecuniam ſibi mutuo promiſſam,
523 & per hoc data ſui voluntate † non recipiendi, interim
potuit debitor ante primam numerationem ſperandam
obligare poſteriori per realem numerationem, idcirco
clarius reſpondendo eidem legi Titius, dicò, eam loqui
524 quando confeſſio de recepto facta fuit † ſub ſpe futuræ
numerationis, quodque cõcludenter appareat, ita gloſ.
in eadem l. Titius ver. non accipere, quæ allegat tex. in l.
qui pecuniam ff. ſi cert. pet. ex qua l. qui pecuniam nota-
525 tur, non eſſe obligatum debitorem † confitentem re-
cepiſſe, per inſtrumentum, ſub ſpe futuræ numerationis,
vt penes iure conſ. gloſ. & omnes ibi eſt videre, ſi itaque
non obligatur debitor modo prędicto confitendo, pote-
rit bona obligare ſecundo loco alio creditori realiter ſol
uenti, & meritò.

Imò per ſubſequentem numerationem in tex. d. l. Ti-
tius apparet confeſſionem primo loco emanatam non
fuiſſe veram, vt ſic reſpondendo Tiraq. loco citato nu.
91. defendit hãc noſtram opinionem, quamuis Guttier.
pro ſua opinione Tiraquellu allegauit, idcirco ex his re-
ſpõſionibus (quarum meliorem ſibi viſam oculatiſſimus
beneuolus & ſtudioſus lector ſequatur) patet hanc opi-
nionem veriorem de iure eſſe, & in puncto iuris omninò
tenendam.

* Cum qua bene fundata opinione concordat commu-
527 nis praxis, ob quam ſemper prior in tempore † etiam
per ſolam confeſſionem iudicatur in omnibus ferè tribu
nalibus, potior in iure, vt benè teſtatur idem Maurit. ci-
tato cap. 6. & vbique in praxi ſic ſeruari teſtatur etiam
Mattien. in l.7. titul. 16. lib. 5. nouæ compilat. gloſ.5.
quem ſequitur Felician. de cenſ. lib. 3. cap.5. nu.24.

Et hanc noſtram opinionẽ teneas amice lector quic-
quid pro contraria opinione ſequuti Guttier. ſuperius ci
tatus reſponderunt Ant. Pichard. in §. quædam actiones
num.80. inſt. de action. & Amator. Rodriquez. de priui-
uileg. creditor. par.2. art.1. num.16. & ſeq. nonnulla alia
iura congerentes, cum ex ſuperius adductis eorum dicta
ſoluuntur tam de iure, quam in praxi.

* Et praxis, iuribus, & authoritatibus communi calcu-
528 lo receptis, probatur, nam confeſſio de recepto † pro-
bat, naturalem numerationem quando conſtat non eſſe
factam ſub ſpe futuræ numerationis Bal. in l. pecuniæ. C.
de ſolut. num. 1. verſ. ibi rei geſtæ, ibidemque Andr. Bar-
* batia in addition. & communem opinionem dicit Bar-
boſ. in l. poſt dotem num. 26. ff. ſolut. matr. ex Bar. in l.
certi condictio §. ſi nummos nu.9. ff. ſi cert. pet. alios in-
numeros congerit Giurba deciſ. 79. nu. 44.

Sed ſuper hoc eodem articulo vide quæ nos etiam cu-
mulauimus inferius cap.4. quæſit. 11. n. 1827. reſtrict.8.
529 Comprobatur quinto nam confeſſio mariti † de dote
recepta non præcedente dotis promiſſione, & non facta
renunciatione exceptionis non numeratæ dotis, vel ſi nõ
fuerint elapſa tempora opponendi talem exceptionem,
creditoribus non nocet, vt Alex. Crauet. Surd. Gozadin.
Tiraq. Gabriel viui. Ludouic. & alij, quos citat Carroc.
d. exceptione 123. num. 146. Affl. deciſ. 402. vbi Vrſill.
ac alij relati per Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 362. num.
16. to.2. Maſcar. Cardin. Mantica, & infiniti, quos conge
ram inferius cap.4. quæſi. 11. limit.5. nu. 1715. cum ſeq.
vbi veritatem comprobationis latius demonſtrabo, ideo
de his comprobationibus, & illationibus adductis ſuper
octaua ampliatione ſatis; redeamus ideo ad inſtitutum
noſtrum.

Ampliatur 9. eadem concluſio ſuperius num. 384. fir-
530 mata in ſententia lata contra debitorẽ † poſt rem obli-
gatam creditori litem ignoranti, quæ creditori non no-
cet, ad tex. in l. ſi ſuperatus, vbi Doct. ff. de pignor. l. ſi
mater §. 1. ff. de excep. rei iudic. gloſ. & Doctor. in l. ſępè.

ff. de

ff. de re iudic. l. ab exequutore §. 1. in fine ff. de appell. ac
in l. præſes. C. de pignor. quibus in iuribus, gloſæ & Do-
ctores expreſſius notant, & de communi opinione Surd.
deciſ. 256. nu. 6.

531 Subampliatur ampliatio etiam ſi ſententia † lata fuiſ-
ſet contra debitorem, creditore ſciente, in contumaciam
verò debitoris in toto proceſſu, non autem in ſola ſenten
tia, quæ tunc vtique creditori non noceret, Bar. in d. l. ſi
ſuperatus Bal. in d. l. 2. col. 4. C. quib. res iudicat. non noc.
Gabriel com. concluſ. de ſentent. concluſ. 3. num. 4. Feli.
in c. cum Bertoldus limit. 3. num. 2. & 3. de re iudic. Mar
ſil. Singular. 4. Couarru. practicar. cap. 13. ſub nu. 5. verſ.
hæc ſanè ratiò. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt.
70. num. 11. Surd. de aliment. tit. 9. quæſt. 42. nu. 3. quo-
rum alios, & quamplurimos congerit Carroc. d. exce-
ptione 123. nu. 53.

532 Subampliatur ſecundo quando ſententia † lata fuiſſet
contra debitorem agentem, ſed non probantem ſuam
intentionem, quia tunc non noceret creditori indiſtin-
ctè, ita ex Bar. Imol. Alex. Felin. & ex alijs Neguſant. de
pignor. par. 6. memb. 3. num. 40. & ſequitur Carroc. loco
citato nu. 63.

Subampliatur tertio, & magis notabiliter, eo quod ex
hac ſubampliatione præcedentia clarificantur vna cum
533 omnibus iam dictis; nempe ſententia † lata contra de-
bitorem etiam creditore tacente, & ſciente eidem credi-
tori non nocet, quando debitor obligauit, & hipotecha-
uit rem, ſuper qua fertur ſententia; ſecus verò quando
debitor loco pignoris rem tradiderit, quo in caſu ſenten-
tia præiudicaret creditori ſcienti, & tacenti, Cuman. &
Alex. quos citat & ſequitur Neguſant. de pignor. loco
proximè citato num. 39. in 3. limit. quem ſequitur idem
Carroc. citata except. nu. 58. ratio. n. diuerſitatis reperi-
tur penes eoſdem Doct. allegatos latèque Couarru. d.
cap. 13. nu. 7. toto.

534 Subampliatur quarto in ſententia lata † contra debi-
torem in fauorem tertij præſcribentis poſſeſſionem rei
obligatæ, quæ creditori non nocet, ad tex. in d. l. Præſes.
C. de pignor. & Bal. in l. vſucapio C. eod. tit.

535 Verum de hac præſcriptione † tam contra agentem,
quam reſpectu tertij opponenda ſuo particulari capite
dicemus.

536 Ampliatur Nono in ſententia lata † contra credito-
rem, quæ non præiudicat debitori litē ignoranti modo,
vt poſt Alex. & alios modernos in allegata. l. ſæpè ff. de
re iudic. firmat Neguſant. de pignor. d. memb. 3. 6. par.
nu. 41. & ſeq. ac Carroc. citato loco nu. 64. & ſeq. quod-
que elegantius declarat Couarru. in proximè citato nu-
mero per totum omninò in hoc conſulendus.

537 Subampliatur hæc ampliatio in ſententia † lata con-
trà primum creditorem in fauorem tertij poſſeſſoris rei
obligatæ, quæ non nocebit ſecundo creditori, modo vt
articulo examinato probat Bar. in l. Claudius ff. qui po-
tior. in pignor. habeant. & alij ibidem.

538 Ampliatur decimo in ſententia lata † contra condu-
ctorem, quæ locatori non nocet, modo vt ampliando &
limitando docet Carroc. de locat. & conduct. par. 6. fol.
280 verſ. ſententia & nouiſſ. Maur. Aretin. de fideiuſſ.
par. 2. ſectione. 4. cap. 34. nu. 18. exemplo 6.

539 Ampliatur Vndecimo in ſententia lata contra † ven-
ditorem in actione perſonali, quæ non nocet emptori;
contra quem agendum erit reuocatoria, ſuper qua alte-
ra ſecunda erit ſententia proceſſu ordinariè formato,
Bar. & alij; quorum communem dicit Cacher. deciſ.
65. nu. 4. & 5. & Couarru. Duen. & alij relati per Surd.
d. deciſ. 256. nu. 7.

540 In actione autem reali, ſententia lata † contra vendi-
* torem nocet emptori, contra quem exequitur ita com-
muniter teneri teſtatur Alex. in d. l. ſæpe num. 105. refert
Carroc. deciſ. 136. nu. 10. & alij quos ante Carrocium
refert Surd. deciſ. citata num. 2.

541 Ampliatur duodecimo in ſententia lata † contra prin
cipalem, quæ non exequitur contra fideiuſſorem contra
ctus, cui non nocet, Ang. in §. pen. inſt. de fideiuſſ. Guid.
Pap. deciſ. 26. & deciſ. 215. Burſat. conſ. 203. vol. 2. Car-
pan. ad ſtat. Mediol. par. 1. cap. 72. nu. 12. & melius cap.
158. num. 67. latius Aſin. in ſua prax. iudicia. §. 32. cap.
2. ampliat. 22. nu. 2. Franc. Mar. deciſ. 157. nu. 10. par. 1.
Magon. deciſ. Florent. 94. num. 16. idem deciſ. Lucanā
92. num. 2. Hier. Gabr. conſ. 43. num. 33. vol. 1. Cardin.
Tuſc. pract. concluſ. tom. 3. concluſ. 311. & 325. Henriq.
de fideiuſſor. cap. 27. par. 5. num. 53. Pirr. Maur. eodem
tractat. citato cap. 34. num. 3. Coſta de rata, & portion.
quæſt. 222. num. 4. & ſeq. Borgnin. Caualcan. deciſ. 10.
num. 6. cum ſeq. Cardin. Seraphin. deciſ. 1477. par. 2.
Surd. deciſ. 218. num. 10. & 11. & Cardinal. Mantica to.
2. de tacit. lib. 16. tit. 22. num. 9.

542 Subampliatur hæc Ampliatio vt non ſolum † requi-
ratur nouus proceſſus, ac noua ſententia, ſed etiam in
nouo proceſſu ordinariè erit agendum, Hier. Gabriel. ci-
tato conſ. 43. & Maur. Aretin. loco citato num. 9.

543 Subampliatur ſecundo in ſententia lata † contra vnum
ex correis debendi, quorum vnus alterum fideiubere vi-
detur, quæ alijs non citatis non nocet, Caſtrenſ. conſ.
236. vol. 1. num. 1. Coſta vbi ſupra num. 7.

Reſtringitur tamen ſubampliatio proxima, ſi ſen-
544 tentia † fuiſſet lata contra vnum ex correis, qui admi-
niſtrabat nomine omnium, ſic ab illis deputatum, quo
in caſu ſententia alijs noceret pro rata, Coſta vbi ſupra
non bene intellectus a Mauro loco citato.

Limitatur verò ampliatio poſita ſupra nu. 541. non
545 procedere in ſententia lata contra principalem † quæ
nocebit fideiuſſori iudiciali ad tex. in l. fin. vbi omnes.
C. de vſur. rei iudic. Bar. in l. 1. ff. iudicat. ſolu. alijque in-
finiti, quos congerunt Præſ. de Franch. deciſ. 400. Guid.
Pap. deciſ. 26. Viui. deciſ. 120. Burſat. conſ. citato 203.
latius Marta de iuriſdict. caſ. 178. par. 4. Herculan. de
caut. de non offend. cap. 29. nu. 6. Henriq. de fideiuſſ.
loco ſuperius citato, & innumeri relati per Coſtam &
Maur. allegatis locis, Muſcatell. in prax. fideiuſſor. par.
1. modo 12. num. 21. & ſequent. Tiraq. tractat. res inter
alios act. verſ. & id quidem, Cartar. deciſ. 119. nume. 2.
Carroc. deciſ. 136. & Mareſcot. variar. reſolut. cap. 121.
547 lib. 2. nu. 9. illa ratione quia fideiuſſio † ſtipulata penes
acta continet condemnationem vigore confeſſionis ca-
lore iudicij emanatæ, alias etiam rationes congerit Bur-
ſat. allegato conſ. & inter illas efficacior iudicatur ea,
quæ adducitur per Morot. conſ. 21. numer. 4. ac toto,
548 nempe † quia in ſtipulatione de iudicatum ſoluendo
penes acta duo contrahuntur ſcilicet, obligatio & exe-
quutio, ideo ſi ſtipulatur exequutio non immeritò ſen-
tentia dependens ex hac ſtipulatione nocet fideiuſſori
ſtipulanti.

549 Extenditur limitatio, quia hic fideiuſſor † neque ap-
pellare poterit, modo vt idem Morot. citato conſ. de-
clarat.

Reſtringuntur limitatio, & eius extenſio, eo quod
hic fideiuſſor poterit proponere in iudicio exequutiuo

omnes

550 omnes exceptiones † in exequutione ſententiæ conce-
di ſolitas, notatas in l. à diuo pio §. ſi ſuper rebus ff. de re
iud. per viam tamen ſummariæ cognitionis, Ang. in d. l.
1. ff. iudic. ſolu. ac alij ibi, refert & latius explicat Morot.
citato conſ. ſequitur demum Coſta allegato loco nu. 2.

Declaratur reſtrictio, eam non procedere, ſi fideiuſ-
551 ſor † haberet principalem diuitem, quia tunc exceptio
aduerſus exequutionem ſententiæ reſpiceret intereſſe,
principalis non proprium ipſius fideiuſſoris, ideo pote-
rit fideiuſſor indemnis præſeruari Bal. Dec. Marſil. & alij
relati per Morot. eodem allegato conſ. & in hoc caſu
ſententia noceret.

Limitatur ſecundo ampliatio eadem 12. in ſententia
552 lata † contra principalem per proceſſum, in quo etiam
fideiuſſor comparendo, ſe aduerſarium fecit ad tex. in
l. ſi proluſorio §. 1. ff. de appellat. Bal. Alex. & Suarez,
quos citat, & ſequitur Pirr. Maur. Aretin. citato cap.
34. numer. 9. quo in caſu ſententia nocet etiam fide-
iuſſori.

553 Limitatur Tertio in ſententia lata † contra princi-
palem, fideiuſſore contractus tamen, ſciente cauſam
agi, nec ſe opponente, quæ eidem fideiuſſori nocet,
Couarr. practicar. capit. 15. numero 8. Peruſin. de-
ciſ. 26. numero 17. part. 1. Henrigi. de fideiuſſ. citato
capit. 27. part. 5. numero 33. & in ſpecie Coſta vbi
ſupra numero 9. ac Maur. Aretin. allegato cap. 34. nu-
mero 10.

554 Limitatur quarto quando fideiuſſor contractus † eſ-
ſet obligatus in forma Cameræ, aut per inſtrumentum
habens exequutionem paratam per ſtatutum, aut per
obligationem continentem pacta exequutiua, ita Co-
ſta d. quæſt. 222. numero 7. motus authoritate Ploti in
l. ſi quando num. 770. C. vnde vi, Burſat. in citato conſ.
203. num. 12. Alben ſ. d. conſ. 328. num. 45. cum ſeq.
& Cæſar Barz. deciſ. Bonon. 108. num. 33. ſequitur ſim-
pliciter Maur. d. cap. 34. num. 7.

Attamen ego pace tantorum virorum dijudico hanc
limitationem, vel non veram, vel ſaltem in practicabi-
lem, & nunquam ſeruari ab hominibus ſani capitis,
quod aſſumptum facili negotio probatur; nam limi-
tationem probant Doctores relati, illis medijs, quibus
vtuntur Affl. in conſt. pacis cultum numero 28. & in
deciſ. 326. ac viui. deciſ. 177. Marant. in ſpeculo par.
6. action. 3. & vltimo principali, numero 33. Marc.
Ant. Amat. deciſ. 48. numero 7. Cæſar Bar. vbi ſupra,
& innumeri alij, relati per allegatos Doctores, dicentes
556 ob pacta exequutiua †, vt puta cõſtituti, precarij & po
teſtatis capiendi, poſſe contra tertium non citatum exe-
qui, verum vt dixi de iure communi omnes præcitati
aberrant, vt eos aberrare probat per euidentiam iuriũ,
& Doctorum ſcientiſſimus Rouit. in pragm. prima de
conſeruatorijs, & ante eum Anna ſingular. 189. dicit
557 nunquam † pro contraria opinione potuiſſe obtine-
re, ſed quia inuigilaui non valens alia congerere, niſi
ſimilia, ideo de rationibus iuribus, & authoritatibus
communioribus, & receptioribus conſulas, Rouit. lo-
co citato, qui latiſſimè demonſtrat ſemper neceſſariam
citationem contra tertium, ſed de his ſuo particulari lo-
co latius dicetur, capit. 4. quæſito. 7. numero 834. cum
infinitis ſeq.

558 De iure regni vtique eos aberrare † defendit idem
Dominus Rouitus citato loco, ille idcirco conſulendus,
quem in omnibus prædictis ſequitur modernus Noua-
rius ſuper eadem prag. in ſuis collectaneis non citato
d. domino opinionis authore, ſeu potius protectore,
reliquos nouiſſimos, idem ſentientes ſciens prætereo.

In practica teſtantur Anna, & Rouitus, opinionem
contrariam receſſiſſe ab aula, ſed vt dixi ex alio iudica-
retur hæc opinio impracticabilis, & damnoſa, nam
559 † creditor habens inſtrumentum clauſulatum vt ſu-
pra & ex Ritu, Magnæ Curiæ paratã habens exequutio-
nem, ſi intenderet ſententiam obtentam contra princi-
palem exequi contra fideiuſſorem non citatum, non
tractaretur de exequutione inſtrumenti, ſed ſententiæ,
ideo priuilegia ſententiæ ſunt nota, & nihil commune
habent cum ſtatuto, & clauſulis prædictis, idcirco,
aut vigore inſtrumenti, in quo erant obligati principa-
lis, & fideiuſſor per clauſulas prædictas, lata fuit ſen-
560 tentia † contra principalem tantum non citato fide-
iuſſore, & tunc patet, non eſſe formiter agitatum, dum
potuit creditor per interloquutoriam petere exequu-
tionem inſtrumenti ſeruata forma Rit. M. C. in Re-
gno, & alibi per ſummarijſſimam cognitionem, mo-
do, vt declarant Benedict. Barz. tract. de Guarantig.
561 & Galleſ. de obligat. Cameral. & non pati † ordina-
riè eſſe actum ex traditis per Marant. diſputat. 6. A-
zeued. Caualcan. Seſſa Guttier. & alios relatos per Ro-
uit. ad pragmaticarum commentaria in Rubric. de in-
ſtrument. liquid. numero 48. & ſignanter ad allegatam
pragmat. de conſeruator. numero 4. & ſic iſto caſu ſen-
562 tẽtia exequitur per communes regulas, † & nocere nõ
poterit fideiuſſori non citato.

563 Aut cauſata fuit exequutio vigore † inſtrumenti li-
quidati contra principalem tantum, & nullo modo e-
xequitur contra fideiuſſorem non citatum ſuper teno-
re inſtrumenti, vt penes omnes Regnicolas habetur, &
alios paſſim omnes, de quo aſſumpto ſuo particulari lo-
co dicetur.

Aut Tertiò prætendat exequutionem contra fideiuſ-
564 ſorem † vigore obligationis penes acta ſtipulatæ, &
fruſtra peteret, ſi obligatio non fuerit incuſata contra
eundem fideiuſſorem, contra quem ſtatim datur exe-
quutio, ſi incuſatio fiat, quæ illicò, & abſque citatione
recipitur ſtante confeſſione iudiciali vulgatis regulis,
ideo omni caſu opinio non poterit practicari, nec reci-
pi modo, vt ex aduerſo fuerit vt ſupra allegata, quia,
vt omnia ſuperius dicta paucis reaſſumam, creditor vo-
565 lens † exequi, contra fideiuſſorem obligatum in for-
ma Camerali, aut per Guarantigiam, vel per confeſſio-
nem penes acta ſtipulatam breuius, & ſtatim agit liqui-
dando prædictas ſcripturas liquidas per modum exe-
quutiuum iam dictum omittendo exequutionem, ſen-
tentiæ obtentæ contra principalem non liquidam re-
ſpectu non citati.

Limitatur quinto ampliatio eadem, in ſententia la-
566 ta † contra principalem ad inſtantiam fiſci, quæ exe-
quitur etiam contra fideiuſſorem, Hieronym. Gabriel
conſi. 176. numer. 5. vol. 2. Maur. Aretin. d. capit. 34.
numero 12.

567 Limitatur Sexto in ſententia lata contra † fideiuſſo-
rem, quæ nocet principali, & contra eum exequitur abſ-
que nouo proceſſu, etiam ſi principalis non fuerit cita-
tus, ad tex. in leg. cum vendente. Codic. vbi cauſ. Fiſc.
vbi omnes aduertunt, Ioan. de Amic. conſi. 34. nume.
2. Aſin. in praxi iudic. §. 31. capit. 2. ampliat. 22. nu-
mero 9. Caſtrenſ. Ruin. Bertaz. & Hieronym. Gabriel
quos refert Maur. Aretin. d. capit. 34. nume. 11. & in-
568 dubitatum hoc eſſe, quando fideiuſſor † non eſſet
ſoluen-

ſoluendo, notat Aſin. vbi ſupra.
Sublimitatur & reſtringitur limitatio quando fideiuſ-
569 ſori † poſſit culpa imputari, quia tunc ſententia contra
eũ lata nõ nocebit principali, ad tex. in l. exceptione vbi
gloſ. & Bar. ff. de fideiuſſ. Alex. in l. ſi quis §. ſi is pro quo
nu. 2. ff. quod quiſq. iur. nam nec ſumptus litis hoc in ca-
570 ſu fideiuſſor petere poterit † Pariſ. conſi. 104. nu. 1. Me
noch. conſ. 212. numero 58. & ſequ. quos omnes citat
& ſequitur Cardin. Mantica de tacit. tom. 2. lib. 16. titu.
22. numero 17.
Illatiuè tamen ad prędicta omnia, quæritur èconuer-
571 ſo autem, an ſententia lata † pro principali proſit fide-
iuſſori, aut lata pro fideiuſſore proſit principali, ſuper
quo plenè articulo diſcuſſo Franc. Marc. deciſ. 518. par.
1. nihil decidit, ſed indeciſum omiſit articulum, Moder-
nus verò Maur. Aretin. de fideiuſſ. ſection. 9. par. 2. §. 15.
nu. 7. & ſeq. refert Doctores pro affirmatiua, & pro ne-
gatiua opinione, nihil deniqne firmando.
Tu autem teneas affirmatiuam, quando principa-
lis, & fideiuſſor obtinentes ſententiam in fauorem obti-
572 nuerunt † circa ius reſpiciens tam principalem quam
fideiuſſorem, ad tex. in l. loci §. ſi fundus ff. ſi ſeruit. ven-
dic. vbi victoria vnius alteri prodeſt, ibidemque gloſ. l. ſi
qui ſeparatim §. quod eſt ſcriptum ff. de appellat. & l. ſu-
pra §. Caſſius ff. de aqua pluu. arc. cum alijs iuribus con
cordant. & Doctor. relatis per Fab. Ann. conſi. 89. vol. 1.
573 toto, & conſ. 99. vol. 2. eo quod † facilius res inter alios
acta prodeſt, vt iterum ſupra num. 225. diximus, & nu-
mero 376. & ſequent.
Quæritur ſecundo, & ſi concluſum fuit ſuperius ſen-
tentiam tertio non citato non nocere, videndũ erit me-
574 ritò ſi eadem † ſententia aliquod afferat præiudicium
eidem tertio, cui aliquale, ſeu quale quale præiudicium
tantum induci, prætendenti tamen æquale intereſſe cum
principali, ex Alex. in d. l. ſæpe ff. de re iudic. num. 70. &
* ex magis communi opinione reſpondit Carroc. d. exce-
ptione 123. num. 27. reiecta Bar. opinione in d. l. admo-
nendi ff. de iur. iur. num. 45.
575 At nos, contrariam † opinionem, magis communem
* diximus ſupra num. 359. idemque hoc in loco compro-
babimus, nam dicto loco diximus acta &, teſtes inter a-
lios, tertio nocere, quid fortius ſententiam, & per hoc
eam ſemiplenè contra tertium probare firmauit Prę́ſ. de
Franch. deciſ. 158. num. 8. & ſeq. illa ineuitabili ratione
relata per nos ſupra num. 363.
Comprobatur hæc noſtra opinio, nam ibi diximus
576 acta † nocere ſemiplenè; & per hoc poſtquam ſuperius
nu. 384. firmauimus ſententiam tertio non citato non
nocere intelleximus de pleno nocumento, quia leges &
Doctor. dicentes nocere, aut non nocere loquuntur de
pleno nocumento, non autem de ſemipleno, vt ſingula-
riter ex Bar. & ex Marſil. docet Conſiliar. de Bot. in ad-
dition. ad eundem Bart. in l. certum §. ſi quis abſente ff.
de confeſſ. ideo ex prædictis concluſionibus non nega-
uimus ſententiam ſemiplenè præiudicare.
Declaratur tamen hæc magis recepta opinio, eam
577 nullatenus procedere quando ſententia lata fuiſſet †
contra victum, articulo non bene diſcuſſo, & extremis
non benè probatis, Bar. Alexan. & alij in d. leg. ſæpe, ac
cæteri relati per Neguſant. de Pignor. par. 6. memb. 3.
numero 40. & per Carroc. d. exceptione 123. numero
63. quos iterum citauimus ſupra numero 532. ſubam-
pliat. 2. quæ quale quale tantum afferret præiudicium
tertio.

578 Declaratur ſecundo quando ſententia † lata fuiſſet
in contumaciam victi, vt ex Bart. Bald. Felin. Gabriel
Couarruu. Menoch. Surd. & Carroc. firmauimus ſupra
numero 531. ſubampliat. prima, in quarum declata-
tionum caſu, procedit ſuperius citata opinio relata ſu-
pra numero 574.
Declaratur Tertiò, non procedere quando ſenten-
579 tia † detegeretur iniqua, & iniuſta, nam tunc ceſſaret
præſumptio ſententiæ, & conſequenter tertio nullo mo-
do præiudicaret, nec etiam reſpectu qualis qualis præ-
iudicij, vt ex Socino, Dec. & alijs notat Honded. con-
ſilio 28. numero 47. vol. primo & probatur per omnes
Doctor. allegatos ſupra numero 416. & ſeq. & inferius
numero 646. Marſ. ſingular. 276. & alij relati per Car-
roc. d. except. 123. num. 28.
Ex quibus omnibus infertur ad tres effectus, qui ex
probatione rei inter alios actæ reſultant.
580 Primus itaque effectus eſt, quando datur † paritas
probationis inter duos litigantes, præfertur illa proba-
tio, pro qua ſtat res inter alios acta, Iaſon. in l. ſi duo pa-
troni ff. de iur. iur. nu. 3.
581 Secundus effectus eſt, vt ſit locus † iuramento ſupple-
torio deferendo ei, qui pro ſe habet ſententiam inter a-
lios latam cum vno teſte, ita Ripa in d. l. admonendi nu-
mero 202. Curt. Sen. conſi. 72. num. 3. & Carroc. d. exce-
ptione num. 32. & 33.
In hoc autem Secundo effectu Ripa, & alij ſupracita-
ti loquuti ſunt magna cum acceſſione, nam vt deferatur
582 † ſuppletiuum iuramentum, ſufficir probatum eſſe ſe-
miplenè ad notata communiter in d. l. admonendi ff.
583 de iur. iur. & vnum teſtem omni † exceptione maio-
rem ſemiplenè probare vtique communiter haberi pe-
nes omnes in eadem l. admonendi, cuique notum eſt, &
584 ſuperius probatum fuit ſententiam † contra tertium
ſemiplenè probare, ideo Ripa, & reliqui ſupracitati re-
quiri dicunt iuramentum ſuppletorium in caſu vbi ple-
na concurrit probatio per duas ſemiplenas, quas iun-
585 gi † ad plenè probandum habetur penes eoſdem in
d. leg. admonendi, idcirco in caſu, in quo ſententia non
faceret ſemiplenam (vt in toto diſcurſu facto, & de-
mum faciendo nonnulli caſus notantur) procederet o-
pinio Ripæ ſine ſcrupulo, eo quod pluſquam ſemiplenè
586 † eſſet probatum, exiſtente etiam probatione vnius
teſtis; In caſu verò, in quo ſententia faceret ſemiplenam
delatio iuramenti eſſet ſuperflua, & inutilis ex prædi-
ctis, & per hoc iudex arbitrabitur, vt ſupra numero
360. & ſeq. notatum fuit, & paulo infra tertius effectus
587 erit, quia probatio † per hanc ſententiam inter alios
latam transfert onus probandi contrarium in aduer-
ſarium, Canalcan. deciſione 45. numero 95. par. 1. Dec.
conſi. 72. numero 3. Menoch. conſilio primo ſub nu-
mero 206. & Carroccius dict. exceptione 123. nume-
ro 34.
Finaliter conſideratis omnibus iam dictis, & inſuper
588 dicendis iudex arbitrabitur quantum † præiudicium
afferat ſententia inter alios lata tertio non citato ex tra-
ditis ſupra num. 360. & ſeq.
Imò vt dicta, & dicenda ſuper hoc articulo apertius
intelligantur, antequam deueniam ad limitationes, præ-
mittendum erit, quod ſi tempore iudicij competeret ius
589 pluribus principaliter, † tunc ſententia in eodem iu-
dicio lata noceret tantum citatis in ipſo iudicio.
Sin autem alicui principaliter, alijs verò ſecunda-
riò, & in futurum ius competeret, ſententia ideo

590 contra † principaliter intereſſatum citatum lata nõ-
ceret etiam alijs ſecundariò ius habentibus: ita Bald. &
Salic. & omnes citati ſupra in prima ampliatione in nu.
omnibus ſeq. & in ſpecie Carroc. Honded. & alij ac ante
hos Capic. deciſ. 20. numero 30. Surd. citata deciſione
356. num. 17. ver. non etiam, & nouiſſimè Stephan. Gra-
tian. diſcept. Forenſ. cap. 287. tom. 2. nume. 9. cum plu-
ribus ſequ.

Eandem verò concluſionem firmatam ſupra nu. 384.
modis prędictis ampliatam nonnullis etiam modis limi-
tari per noſtrates demonſtrabo, &

591 Primo limitatur in ſententia † lata inter alios, quæ
plenè nocet tertio non citato in rebus connexis, Dec. in
l. 2. numero 50. C. de Eden. & Beninten. deciſ. Bonon.
592 67. num. 4. idemque in indiuiduis puta † ſeruitutibus
593 & ſimilibus, ac etiam in correlatiuis, † in quibus ſen-
tentia nocet etiam non citatis, Alexan. in d. l. ſępe nu-
mero 48. ac Alberic. Caſtrenſ. & alij relati per Carroc.
d. exceptione 123. numero 29. & numero 40. & per
Peregrin. artic. fin. ſuperius citato numero 43. de fidei-
commiſſis.

594 Limitatur ſecundo in ſententia † lata contra vnum
reſpectu rei, ob quam pluribus perſonis inſolidum ius
competit, quæ alijs nocet, & præiudicat etiam non cita-
tis modo, vt in popularibus actionibus ad tex. in l. 3. ff.
de popular. act. & l. eum qui §. in popularibus ff. de iur.
iur. in terminis gloſ. in l. 2. C. quibus res iudic. non noc.
& Alex. in d. l. ſæpe ff. de re iudic. num. 33. quæ, & quos
congerit Peregrin. citato artic. nu. 41. ſequitur Carroc.
dicta except. nu. 37. nulla Peregrini facta mentione.

Limitatur tertio illatiuè ad pręcedentem, in ſententia
595 † lata aduerſus vnum ex reis credendi, qui ex eadem
cauſa inſolidum ius habent, quæ alijs præiudicat & no-
cet, vt poſt Bar. in l. ex duobus quæſt. 4. ff. de duobus reis,
Alex. in d. l. ſæpe, ac alij relati per Peregr. d. loco nu. 42.
* communem dicunt Ronchegall. in d. l. ex duobus num.
24. & Carroc. vbi ſupra num. 38. illa ratione, quia alter
ex eis agendo litem conteſtando ſibi præoccupat ius a-
ctionis ad tex. in l. fideicommiſſa §. plerumque ff. de l.
596 3. vt Peregr. ibi notat, magna † enim eſt vis præoccu-
pationis, quæ etiam perempta inſtantia durat Bart. &
Ronchegall. vbi ſupra.

Qui ſupracitati Doctores inferunt, quod ſi duo eſſent
597 fideicommiſſarij † aut legatarij coniuncti re, ſententia
aduerſus primum agentem alteri præiudicaret in vim e-
iuſdem præoccupationis, & procedere hanc limitationẽ,
tam in ſententia pro, quam contra vnum ex reis creden-
598 di † dicit Bart. in d. l. ex duobus numer. 18. & Papienſ.
in tit. de Form. Libel. contra plures reos, & c. ver. quilibet
ipſorum num. 7.

Ex prædictis ego infero, quod ſi ſententia lata fuiſſet
contra vnum ex reis credendi Reum conuentum, tunc
non procederet limitatio, eo quod tex. in d. §. plerumq;
599 verſ. vnus igitur, qui occupat agendo: loquitur † in
Correo actore, vt in d. verſ. itaque loqui Bar. & omnes ſu-
perius adductos, patet, nam agendo fit præoccupatio; in
ſententia verò lata contra vnum ex reis credendi conuen
tum procedunt ea, quę diximus ſupra num. 589. & ſupra
num. 389. 392. & alibi.

Sumpta, ex prædictis, occaſione, quæritur, an pactum
vnius ex reis credendi in beneficium debitoris, alteri reo
credendi noceat, pro reſolutione, duo penes Doctor. con
ſtituuntur caſus, quorum primus eſt, nam aut ſunt duo
600 rei credendi ex cauſa onceroſa, & tunc pactum † vnius
non nocet alteri, ex qua debitum non eſt cuiuſcumque
proprium, ſed commune, quia pecunia ab vtroque pro-
ceſſit, ad tex. in l. ſi vnus ff. de pact. illa ratione, nam
præter actum veræ ſolutionis, vel habentem vim veræ
601 ſolutionis, reus credendi † non faciet in præiudicium
aliorum, vt Doctor. in d. l. ſi vnus, eo quod ſi exigeret
602 † teneretur communicare ad tex. in l. qui hominem
§. 1. ff. de ſolut. vbi Bar. ideo ſi ſua culpa fecerit ne poſſit
603 † creditum communicare alijs non præiudicat, niſi
pecunia ab ipſo tantum profecta eſſet, quia pactum ip-
604 ſius alijs noceret † tanquam factum ſuper proprio cre
dito argument. tex. leg. ſed Iulianus §. non ſolum & §.
fin. ff. ad Maced. quilibet enim rei propriæ dicitur ad li-
bitum arbitrer, & moderator vulgatis regulis.

Aut & ſecundo caſu, ſunt duo rei ex cauſa merè lu-
605 cratiua, & lucratiua † cauſa dicitur, & denominatur ex
his, quæ notantur per Imperat. in l. 1. verſ. lucratiuas C.
de imponend. lucr. deſcription. lib. 10. & Dec. in regu-
la, in eo quod ff. de reg. iur. & tunc ſubdiſtingitur nam
606 aut ſunt ſocij, & ideo pactum vnius alteri non nocet †
d. l. ſi vnus ibidemque Doctor. aut verò non ſunt ſocij
607 & tunc vnius pactum † alteri nocet, ad tex. in l. ſi rem
§. ſi duo ff. de nouat. quorum rationem docet Bart. in
ſuperius citata leg. ex duobus nempe quando ſunt ſocij
608 † creditum dicitur commune, & per hoc vnus alteri
non præiudicat, vt ſuperius diximus, ſed quando non
ſunt ſocij debitum eſt cuiuſcunque proprium, & quili-
609 bet poteſt facere † quidquid vult, ad tex. in l. lege fal-
cidia ff. ad l. falcid. quæ omnia notat Lucas Matth. de
Apicell. in eius tract. de quinquennal. dilation. titulo 1.
num. 34. author non contemnendus.

Limitatur quarto in ſententia lata ſuper aliquibus le-
610 gitimitate † filiatione, & parentela obtenta aduerſus
legitimum contradictorem, quæ alijs præiudicat, & no-
cet ad tex. in l. 1. §. fin. & ll. ſequent. ff. de liber. agnu-
ſcend. & ita poſt alios probat Alexan. in d. l. ſæpe nu-
mero 51, 60. & 61. denique Peregrin. citato articulo
vltimo numero 44. Rot. nouiſſ. deciſione 1010. parte
3. & Carroc. allegata exceptione numero 42. & ſequ.
611 quis enim dicatur † legitimus contradictor, dictum
& notatum fuit ſupra numero 389. ideo ſi contradictor
legitimus non habuerit ipſe tantum principale inter-
eſſe, ſed alij eſſent, qui coæquale haberent intereſſe, tunc
612 ſententia noceret † ſolummodo illi citato, non alijs
prædictis, ita Alexan. Peregrin. & Carrocc. citatis locis;
conſequenter itaque limitatio procedit quando citatus
contradictor legitimus, ille tantum habuerit principa-
liter intereſſe.

613 Limitatur quintò in omnibus ſententijs † pręiudicia-
libus enumeratis in §. præiudiciales inſtitut. de action.
vbi Aretin. Iaſ. & Gomeſ. quæ ſemper præiudicant.

614 Limitatur ſextò in ſententia † quę irrogat infamiam,
nam tanquam lepra, quæ ſerpit omnes inficit ad tex. in
leg. ex ea ff. de poſtulan. imò hæc ſententia vbique præ-
iudicat, etiam extra territorium ad inſtar leproſi, qui
quocunque vadat leproſus eſt, prout ex Bart. Caſtrenſ.
& alijs firmat Carroc. d. exceptione numero 88. ac no-
uiſſimè poſt Surdum conſilio 6. vol. 1. numero 7. & alios
citatos, Monach. deciſione Bonon. 19. numero 50. 51.
& ſequ.

615 Limitatur ſeptimo in ſententia deportationis, † ex-
communicationis, exilij, popularium actionum, cau-
616 ſæ colluſionis, † ſuper matrimonio, ſuper patria
poteſtate, centumuiralis, aut ſupremi conſilij, ſuper

617 iure eligendi † electo patiente, ſuper ætate † & ſuper
618 conditione perſonæ, nempe ſi ſit laicus † aut clericus,
prout pleno folio poſt Bal. in d. l. 2. C. quib. res iudic. nõ
619 noc. Carroc. d. except. 123. num. 88. vſq. ad nu. 119.

Limitatur octauo in ſententia lata ſuper ſtatu, & con-
ditione perſonæ, prout fuit tactũ ſupra in quarta limita-
620 tione, & ſic ſuper vnius † nobilitate, quæ alijs de eodẽ
genere nocet ad tex. in l. ingenuum vbi Doctor. ff. de ſta-
tut. hom. Faber in citato §. præiudiciales num. 18. Ti-
raquell. de nobilit. cap. 37. num. 2. Otalora de nobilit.
2. part. 3. par. principal. cap. 8. toto Amatus conſil. 60.
nu. 10. & Dominus Rouit. conſ. 80. nu. 5. & ſeq.

Reſtringitur limitatio, quæ procedit circa perſonam
citatam, cui principaliter tantum intereſt, nam ſecus eſ-
621 ſet, ſi alij non citati † coæquale principaliter haberent
intereſſe, quia ſententia contra illum vnum lata, his coę-
quale ius habentibus non noceret, modo, vt ſupra ſæpius
notatum fuit, & latè Tiraquell. d. cap. 37. num. 7. Præ-
ſes de Franch. deciſ. 523. num. 18. & in ſequ. deciſ. Fa-
bius de Anna conſ. 17. num. 20. & 21. vol. 1.

Ex qua reſtrictione oritur non modica difficultas, nã
Dominus Rouit. citato conſ. admodum ſingulariter mo
622 re ſuo ſupponit, quod nobilitas † fratris tranſit ad aliũ
fratrem, ſeu collateralem ex deciſione ibi adducta, & ex
tex. l. 1. §. fin. cum tribus ſequentibus ff. de lib. agnoſc. vbi
ſententia vnius fratris nocet alijs; & tamen ex allegatis
in reſtrictione patet fratres coæquale ius fouere, & ſen-
tentiam contra vnum latam alteri non nocere, vt ibi.

Imò ſi frater in petita, & controuerſa nobilitate ſuc-
cumbat, nunquam fratribus coæquale ius habentibus
623 non citatis † ſententia præiudicat, Felin. in c. quamuis
nu. 9. in fine ſic imperfectè allegatus per Carroc. loco ci-
tato n. 45. Sed clarius Inn. Ant. Anan. & Alex. relati per
Tiraq. d. c. 37. n. 6. dicens ex prædictis ſententiam in hoc
624 caſu non nocere † tanquam obtentam contra non iu-
ſtum contradictorem, Fab. de Anna conſ. 89. vol. 1. n. 5.

Pro reſolutione autem dupliciter reſpondetur, nam &
primo, doctiſſ. Rouit. d. conſ. nu. 8. loquitur in ſententia
lata pro fratre, ideo non mirum ſi alijs fratribus proſit,
625 poſtquam prodeſſe † facilius concedi diximus ſupra
num. 225. 376. 572. & alibi.

Contra reſponſionem faciunt adducta per Otalor. d.
626 cap. 8. num. 5. & 6. probantem quaſi poſſeſſionem † v-
nius fratris obtinentis nobilitatem, quæ facti eſt, in per-
ſonam alterius fratris non præſumi, itaque limitari d. §.
fin. ff. de lib. agnoſce.

* Reſponſionem verò communi calculo Doctor. eſſe re
627 ceptam, euidenter patet nam vltra † allegatos ſup. nu.
625. ſequuti fuerunt eam, Alex. Anchar. Boer. & Tiraq.
relati per Annam ſingular. 468. ac omnes relati per An-
nam filiũ citato conſ. 89. nu. 4. & denuo deciſum in Sacr.
conſ. refert Ann. d. ſingular. & nouiter etiam deciſum di
* cit Rouit. vbi ſup. idemque profitentur communem di-
centes opinionem Bombin. conſ. 71. num. 1. Paſchal. de
iur. pat. pot. part. 4. cap. 2. numer. 69. & ante hunc Ricc.
Maſull. & Amẽdola relati per Io. Baptiſt. Toro in ſuo cõ-
pendio deciſionum, ver. ſententia fol. 501. ac nouiſſimè
Manent. conſ. 137. nu. 54. cum multis ſequ. attamen di-
ctum Otalorę, per ſequentem reſponſionem, declaratur.

Secundo reſpondetur, ſentẽtiam enim latam in fauo-
rem vnius fratris ob adſcendentium, & prædeceſſorum
nobilitatem alteri fratri prodeſſe nullus erit, qui neget,
prout idem Otalora d. loco nu. 6. notat, ſin autem fuerit
628 lata ſententia, ob propriam fratris nobilitatem, aut ob
629 eius † quaſi poſſeſſionem, tunc procedit dictum Ota-
loræ ſupra relatum; vel ſi fuerit frater nouiter electus
inter nobiles alicuius ciuitatis, tunc talis nobilitas non
tranſit ad alios collaterales, vt benè probat Dom. Paſch.
allegato loco, & cum hac diſtinctione intelligi debere
omnes ſupra citatos Doctores, aduertit idem Domin.
Paſchal. ſequent. num. 70.

Declaratur tamen, hęc ſecunda reſponſio, non proce-
dere, ſi frater fuerit electus ad nobilitatem ob ſui gene-
630 ris, & familiæ † claritudinem, quæ electionis ſententia
nullatenus prodeſſet alijs fratribus non probantibus no-
uiter eos de eadem familia eſſe, ſi familia non erit origi-
naria illius loci, in quo gaudere petitum eſt; ſeu vt me-
lius referam; non probantibus eos eſſe deſcendentes ab
eodem ſtipire illius, qui primo loco fuit nobilis declara-
tus, quod in dubio non præſumitur Regens de Ponte
conſi. 107. per totum lib. 2. ſequitur, & refert Dom. Pa-
ſchal. loco citato.

631 Limitatur Nono in ſententia † lata contra primum
poſſeſſorem, quæ nocebit 2. poſſeſſori lite pendente e-
menti ob vitium litigioſi, ad tex. in l. fin. vbi Bar. C. de li-
tigioſ. Franc. Marc. deciſ. 538. num. 4. part. 2. Mohed.
deciſ. 12. Ruin. Bero. Menoch. Aſini. Neuizan. Ludouic.
Afflict. Lancellot. Tiraquell. Couarruu. Cephal. & alij
relati per Honded. conſi. 20. vol. 1. numero 7. contra
quem ementem lite pendente ſententia exequitur, ita
precitati Doctor. rationibus adductis per eos, quos re-
fert Stepha. Gratian. diſcept. Forenſ. to. 3. c. 502. n. 22.

632 Extenditur limitatio, etiam ſi emptor † ignorauerit
rem emptã fuiſſe litigioſ[illegible], quia cõtra eũ vtique exequi
tur, Couarruu. practicar. cap. 15. ſub nume. 7. ſequitur
Mareſcott. variar. reſolut. cap. 86. num. 59. libro pri-
mo Gail. obſeruat. 118. num. 2. & Farinac. fragm. crimi-
nal. par. 2. nu. 331. verſ. litigioſa litera L, ſed contrarium
eſt verius in praxi, vt inferius num. 638. & ſeq.

Extenditur ſecundo etiam ſi emptor prædictus appel
633 lauerit, † quia appellatio prædicta nullatenus ſuſpen-
dit, quamuis deuoluat, ideo nunquam auditur, ad impe
diendam executionem, vt pluries authoritate Cin. Bal.
Caſtr. & aliorum deciſum dicit Rot. diuerſ. coram Ro-
buſterio deciſ. 100. num. 23. par. 1. quam refert Mare-
ſcott. loco citato num. 60.

634 Extenditur tertiò, etiam ſi perempta † inſtantia fue-
rit, quia adhuc durat vitium litigioſi, & ſententia exe-
quitur contra emẽtem lite pendente, dũmodo inſtantia
non ſit perempta per renunciationem litis, ſed per lap-
ſum triennij tantum, gloſ. Bar. Odofred. & Innocent.
quos ſequitur Alberic. in l. properandum numero 12.
Codic. de iudic. Gozadin. in l. 2. numero 29. Codic. de
edendo, ibidemque Ioann. de Vicomerc. numero 53.
verſ. quidam autem ſunt effectus, vbi etiam Purpurat.
* quorum communem ſentẽtiam dicit Ant. de Matth. in
tract. edition. ſub numero 78. fol. 59. Alex. Affl. Ioan.
de Amic. Menoch. & alij, quos citat Borgnin. deciſ. 13.
ſub numero 42. quos congerit, & ſequitur Andr. Mol-
feſ. conſilio 47. numero 19. & ſequent. & numero 21.
& 22. probatque pluries nouiſſimè ſic deciſum in Sa-
cro Conſ.

635 Contrariam opinionem † probauerunt Bal. in leg. 1.
ff. de litigioſ. Salic. in l. fin. Codic. eod. Iaſon in l. 2. Co-
dic. de eden. Curt. Sen. conſilio 72. & alij, quos probat,
& refert Lancell. de attentat. parte 2. capitulo 4. in prę-
fat. numero 599. 600. 602. & ſequ. Afflic. Peregrin.
Oſaſc. Viui. Scotus, Abb. & Bero. quos ſequitur Car-

dinal. Tuſc. concluſ. 386. ver. litigioſi vitium, Nat-
ta conſilio 350. numero 5. Tepat. var. iur. titulo 145.
Rubric. de litigioſ. capitulo 8. §. perempta inſtantia,
itaque deciſum bis dicit, his omnibus relatis Molfeſ.
citato conſ. num. 23.

Sed quamuis Molfeſ. citato conſilio dicat receptioré
opinionem primam, quam ipſe ſingulariter probat, ta-
636 men † hanc ſecundam receptiſſimam, & magis com-
✱ munem eſſe patet ex Doctorum numero, quia vltra al-
legatos in ſuperiori proximo numero eandem probant
Guid. Papa deciſione 337. numero 4. Crauett. conſilio
279. numero 1. lib. 2. Thobias Noni. conſi. 78. numero
9. quorum communem dicit Bero. conſi. 155. numero
42. lib. 1. Natta conſi. 2. numero 2. lib. 1. Hieronym. Ga-
briel conſi. 31. numero 16. lib. 2. Chiſan. Rot. Romana
deciſione 82. quos omnes congerit, & ſequitur Honded.
conſi. 20. num. 36. idemque probat Farinacc. Fragm.
crimin. loco citato nu. 410. vſque ad num. 427.

Verum ego conſideratis rationibus & tot deciſioni-
bus adductis per Molfeſ. citato conſ. ac reſponſionibus
ad contrariam opinionem, ſeu ad fundamenta ipſius di-
637 co omnino primam opinionem † veriorem de iure, &
✱ receptiſſimam ac magis communem computatis Do-
ctoribus exiſtentibus in Sacr. conſ. pro deciſionibus fa-
ctis, quam etiam probauerunt Crot. Ruin. Berous ſibi
contrarius Surdus & alij, quos idem Molfeſ. citat ibi nu
mero 39. Sed vt procedat hæc prima opinio benè de-
638 fenſa per Molfeſ. in dicto conſ. requiritur † ſcientia
emptoris de lite mota ſuper re empta, nam quãuis ſupra
firmatum fuit numero 632. [illegible] Couar. Mareſcot. Gail.
& Farinac. dari exequutionem ſententiæ ſuper re vitio
639 litigioſi per alienarionem affecta † contra tertium poſ
ſeſſorem etiam ignorantem, tamen ſi de iure, ac de æ-
640 quitate hoc verum ſit, eo quod iniquum eſt † actorem
diuerſis iudicijs defatigari, & circuitus ſunt euitandi,
verum in praxi contrarium ſeruari, vt requiratur ſcilicet
641 ſcientia † vtriuſque venditoris, & emptoris, vt vitium
642 litigioſi operetur exequutionem † contra tertium emẽ
tem, ita poſt Capic. deciſ. 128. numero 9. & 12. verb.
contra hanc, & Cartar. deciſione 55. numero 13. aper-
tius, & perfectius docet, & teſtatur Stephan. Gratian.
citato capit. & nu. cum multis ſequ. idcirco neceſſarium
erit, vt conſtet non ſolum de ſcientia prædicta, ſed e-
tiam ſi pendente lite facta fuerit alienatio, citari hunc
643 poſſeſſorem, † & ſummatim audiri antequam contra
eum exequatur, ita ex Franc. Marc. deciſione 76. nu-
mero 2. par. 1. Surd. conſi. 405. num. 10. lib. 3. Capic.
Cartar. Riminal. Iun. Vrſill. Bellam. Aret. Franc. Ale-
xan. Rota, Veſtr. Crauet. Lancellot. Menoch. Natta
Gabr. Corn. Bal. Bott. & ex Mandoſ. probant, Borgnin.
deciſ. 16. numero 9. Honded. conſilio 20. numer. 48. &
Stephan. Gratian. citato cap. 502. num. 33. cum ſequ.
ac ante vſque ad finem capitis.

Reſtringuntur prædicta quando ex actis conſtarent
644 prædicta, tunc † ſine citatione daretur contra tertium
exequutio vitio litigioſi, vulneratum, Butrig. Veſtr. A-
ſini. Dec. & alij quos probant Honded. allegato conſi-
lio num. 50. & Gratian. citato cap. num. 35.

Reſtringitur inſuper opinio firmata ſupra nume-
645 ro 635. vt non procedat, ſi fuerit † petita reſtitutio in
integrum aduerſus peremptam inſtantiam per inſuffla-
tionem, aut per alium modum, quia tunc vitium litigio-
ſi operatur, Farinacc. citato loco num. 427.

Reſtringitur demum praxis ſuperius citata nu. 642.
646 de iure † regni, de quo datur exequutio etiam contra
emptorem, ignorantem, vt expreſsè cauetur per cap. Re-
gni incipiens conuentus, verum praxis ſeruatur etiam in
Regno quo ad citationem requiſitam, vt ſupra numero
643. modo vt ex Capic. & ex alijs nouiſſimis eſt videre
præcipuè penes Molfeſ. ad conſuetud. Neapolit. par. 2.
tit. de perſon. quæſt. 8. num. 30.

647 Infertur ideo ex prædictis, ſententiam latam † con-
tra laicum poſſe exequi modo prædicto contra clericum
ementem rem litigioſam lite pendente, etiam per iudi-
cem laicum tanquam in ſua iuriſdictione turbatum, ita
poſt Caſſan. notat Vrſill. ad Afflic. deciſ. 331. numer. 3.
reprehendens Socin. contrarium tenentem.

648 Sed Caſſan. hoc non dixiſſe, † & Vrſill. malè fuiſſe lo-
quutum, teſtatur oculatiſſimus Præſes de Franch. deciſ.
545. tota, vbi contra Vrſill. deciſum teſtatur, & Sacr.
✱ Conſ. deciſionem pendere, & probari per communem
& magis receptam opinionem teſtatur. Molfeſ. loco cita
to vſque ad finem quæſtionis alijs Doctor. adductis, illa
649 ratione, quia in clerico † non conſideratur vitium li-
tigioſi, & fortius dum requiritur citatio, aut alius actus
650 † iudicialis, nunquã admittitur ille actus contra exem-
ptum, quam opinionem pro clerico omninò veriſſimam
dico, & eo magis exiſtente iuris remedio contra laicum
vendentem, qui tenetur ad litis æſtimationem de iur. Re
gni ne iudicium fiat eluſoriũ, modo, vt docet Molfeſ. ci-
tato loco num. 33. alias limitationes reperies amice le-
ctor penes Menoch. de præſumpr. lib. 2. præſum. vltima
& latius penes Farinacc. citato verſ. litigioſa per infini-
tos numeros.

Sententiam verò exequi poſſe contra clericum tertiũ
poſſeſſorem in his terminis deciſum fuiſſe per curiã Ar-
chiepiſcopalem Coſentinam tunc ibi ſedẽte doctiſſimo
Santorio, retulit mihi Dom. Carolus Californus in Aud.
651 Reg. ibi Auditor ille tunc, eo in † cauſa, contra clericũ
patrocinante, ſed parcat mihi ille dominus, cum ſatis
appareat ſuperiorem opinionem contrariam eſſe verio-
rem, & receptiorem, quam nouiſſimè probat Carol. de
Graſſ. de effect. clericar. effect. 1. nu. 928. cum ſeq.

Inter alias limitationes ad regulam prædictã vna eſt,
quę adducitur citra Farinac. & Menoch. admodum ſin-
652 gularis, nã vitium litigioſi nequaquam contrahitur, ſi
alienatio rei litigioſæ fiat vicinis pro executione retra-
ctus iuris congrui, ita Monach. deciſ. Florent. 24. nu. 20.

653 Limitatur Decimo in ſententia lata † contra feuda-
tarium poſſidentem feudum ex pacto, aut contra poſ-
ſeſſorem maioratus, quæ nocet omnibus agnatis, & ſuc-
ceſſoribus etiam non citatis, & ignorantibus, Alexan.
in d. l. ſæpe numero 111. & 118. ac in l. filiusfamilias
§. Diui numero 9. ff. de leg. primo, quam opinionem
ſequuntur Iacobin. in ſua inueſtitura ver. dictique Va-
ſalli numero 41. Couarruu. practicarum. cap. 13. ſub
num. 6. ante verſ. His igitur Subtiliſſ. Pinell. in l. 1. par.
3. numero 48. verſ. ſed contraria opinio Codic. de bo-
nis maternis. Ludouic. Molin. de primogen. libro 4.
cap. 8. toto Roderic. Suarez, Emanuel Suarez, Anton.
Comeſ. Padilla, & omnes Hiſpani authores, Rolan. &
Boer. quos omnes congerit Fabius Anna conſilio 18. nu-
✱ mero 18. volu. 1. dicens hanc communem opinionem
penes Hiſpanos eſſe, quam ſequutum fuiſſe Annam pa-
trem vtique teſtatur, ſingular. 474.

654 Contrariam opinionem videlicet ſententiã † ſequen-
tibus in feudo vocatis, aut in maioratu ignorantibus,
& non citatis mortuo poſſeſſore, non præiudicare, ſe-
quutus,

quintus fuit Author feudalis veritatis Iſernia in capit. 1.
§. ſi vaſſallus col. 2. Si de feudo defunct. eandéque pro-
bant Bal. ibi Aluar. & Affl. Tiraquell. de leg. connub.
gloſ. 5. numero 207. Felinus Curt. iunior. Zaſ. Capic.
Socinus Iunior Deci. Crauet. Cacheran. Freccia Marc.
Solon. & de Hiſpanis Gregor. Lopez, quos congerit, &
ſequitur Fabius Anna citato conſilio 18. numero 2.
dicens hanc ſecundam opinionem veriorem, & æquio-
rem, & præcipuè penes Regnicolas receptiſſimam, pro-
ut idem fatetur Hercul. Mareſcot. variar. reſolut. cap.
121. numer. 5. & 6. vbi bis deciſum in Rota dicit lib. 2.
655 Verum opinionem † Hiſpanorum contra Iſerniam
*eſſe receptiorem, & communiorem ſatis euidenter pa-
tet, nam eam, vltra citatos ſupra numero 653. ſequuti
fuerunt Tiraquell. de primogen. quæſt. 35. numero 17.
(qui etſi pro contraria opinione citetur de leg. connub.
gloſ. 5. nume. 17. tamen ibi obiter loquitur, & in diuer-
ſo caſu, ſed in d. quæſt. 35. loquitur ex profeſſo, & in
terminis) eandem proſequuntur infiniti alij citati per
Molin. loco citato, ex profeſſo demum proſequuntur,
Peregrin. de fideicommiſſis articulo vltimo numero 51.
verſic. ſed horum, reſpondens, & ſoluens contraria;
Roſent. de feud. capit. 9. membro 1. concluſio 28. per
totam Carroccius d. exceptione 123. numero 73. Hon-
ded. conſil. 28. vol. 1. numero 34. & ſeq. Stephan. Gra-
tian. diſceptation. Forenſ. capitulo 456. numer. 89. vbi
656 veriorem, & receptiorem dicit, † Giurba deciſione
prima, numero 15. & 16. qui infinitos alios congerit mi-
ſcendo etiam contrariam ſectantes opinionem more
ſuo, & legendo, eandem opinionem receptiſſimam di-
cit Marchio de Ponte, de ſucceſſ. Feudor. lection. 19.
numero 5. & 6. ac finaliter Domin. Paſchal. de vir. pat.
poteſt. par. 1. cap. 8. numero 199. ex quibus dignoſci-
tur hanc eſſe receptiſſimam, non ſolum Hiſpanorũ Do-
ctorum, ſed omnium ex noſtratibus, & exteris, ſcriben-
tium, nam Iſerniæ opinionem ſolum Deci. conſilio 445.
*communem dixit, quem reprehendunt Couarruuias lo-
co citato, & Honded. vt ſupra.

*Et opinio hæc ſic magis communiter approbata in-
diſtinctè procedit non obſtante diſtinctione relata per
657 Giurb. citata deciſ. numero 18. ex Otalora de nobilit.
eo quod allegati Doctor. & ſignanter Marchio de Pon-
te, & quaſi omnes ſupponunt, prout idem ſupponit Pe-
regrin. vbi ſupra, quod Feudatario a prima conceſſione
fuit conceſſa poteſtas agendi, & ſe defendendi pro feu-
do, & per hoc dicitur feudatarius poſſeſſor totaliter le-
658 gitimus contradictor † ex lege feudi, ideo non requiri-
tur qualitas hæreditaria poſita per Giurbam, quia de-
mum Otalora in libro meo nequaquã dicit id, ad quod
per Giurbam allegatur.

Limitatur Vndecimo illatiuè ad præcedentem limi-
659 tationem; in ſententia lata contra heredem, † aut con
tra prohibitum alienare, quæ nocet ſubſtituto fideicom-
miſſarijs, & legatarijs, prout contra Bart. in d. l. filius-
fam. §. Diui. numero 9. communiter concluditur penes
omnes ita Ripa, & Ferdinandus Lopez in d. §. Diui, ac
poſt Pinell. Couarru. & alios citatos ſupra numero 653.
teſtatur Carrocc. citata deciſione 136. numero 9. & la-
tius Peregrin. de fideicommiſſis articul. fin. a numero
52. vſque ad finem articuli, latiſſimè Molina de primo-
gen. capit. 8. ſuperius citato toto, qui infinitis iuribus,
infinitiſque authoritatibus receptiſſimam hanc opinio-
nem dicit, idemque firmat Giurba allegata deciſi. pri-
ma numero 15. & ſequ. veriſſimam vtique dicunt Mar-
zar. in epitom. fideicommiſſ. quæſt. 72. & Fab. Anna ci-
tato conſ. 18. num. 20. & 21.
660 Extenditur limitatio etiam † data ignorantia ſubſti-
tuti, fideicommiſſarij, vel alterius ſucceſſoris, & ſecun-
darium intereſſe habentis, ita omnes præcitati Doctor.
661 Contra extenſionem † reſponderunt Ang. in l. à ſen-
tentia ff. de appellationib. Felinus in capit. cum nuper,
& cap. tuæ nobis de appellationib. Cacheran. deciſione
157. numero 13. & Pinell. Peregrin. Crot. Soccinus iu-
nior Rolandus Curt. iun. & Ruin. relati per Carroccium
d. exceptione 123. numero 5. & 6. non aduertens, Pi-
nellum & Peregrinum ſequutos eſſe extenſionem verum
ex Ruino conſilio 202. numero 15. vol. 2. dicit hanc
*magis communem opinionem, dicentes hi allegati Do-
ctores, ſubſtitutum, aut fideicommiſſarium, & alios
poſſe appellare à ſententia lata contra hæredem, infra
decem dies numerandos à die ſcientiæ, & per hoc ſup-
ponunt ſententiam prædictam eis ignorantibus non no
cere, ſi ſuperueniente ſcientia ab eiſdem interponatur
appellatio.
662 Articulus huiuſmodi extenſionis † non parum diffi-
cilis explicationis iudicatur poſtquam opinio pro exten
*ſione magis communis dicitur, & èconuerſo contra ex-
tenſionem vtique magis recepta per noſtrates nuncu-
patur, pro Bar. in d. §. Diui, & ſic contra extenſionem
*magis communiter teneri reſponderunt nonnulli con-
ſulentes, vt teſtatur Carroc. citato loco.
663 Contra Bart. & ſic pro extenſione † magis commu-
*niter reſponderunt omnes citati ſupra numero 659. &
præcipuè Molina, ac etiam id teſtatur Cuman. Imol.
Florian. Alexand. Iaſon, Crot. Ripa, Socinus, Alcia-
tus, & innumeri relati per Sfortiam de fideicommiſſis
quæſtion. 49. articulo 10. toto, & ſignanter numero
*95. vbi hanc magis communem contra Bart. dicit, qui
cum Peregrin. ſuperius adducto congerunt iura, & ra-
tiones pro hac opinione apertè facientia, & facientes.

Ego autem vt articulus iſte pleniori diſcuſſione clari-
ficetur, dico, duas eſſe faciendas inſpectiones, quarum
664 illa erit prima quãdo ſententia † non haberet legitima
requiſita ad nocendum tertio ignoranti, & non citato.
Secunda erit ſi ſententia omnia habeat neceſſaria
requiſita.

PRIMA INSPECTIO

Quo ad primæ inſpectionis explicationem oportet
referre eiuſdem ſententiæ requiſita, quorum illud
665 primo loco refertur, ſcilicet, vt ſententia lata ſit †
cum legitimo contradictore ad text. in leg. cum non
iuſto. ff. de iudic.
666 Legitimus enim contradictor † (omiſſa inutili, ad
noſtram materiam, & longa deſcriptione, quam fa-
ciunt Menoch. de adipiſcend. remed. quarto quæſtio.
67. & longè latius Ceſar Argellus de legitim. contra-
dict.) dicitur ille, quem negotium principaliter tangit,
licet in conſequentiam alios tangat, vt vltra allegatos
ſuperius numero 389. declarant Peregrin. & alij ſupra
667 allegati dicentes heredem eſſe legitimum † contradi-
ctorem, idemque probat Otalora de nobilit. ſuperius
citato cap. 8.
668 Secundum requiſitum, quod cauſa † defendatur, &
ſententia non ſit lata in contumaciã citati ad tex. in al-
legata leg. qui repudiantis §. fin. ff. de inoffic. teſtamen.
& probant omnes Doctores allegati ſuperius nume-

531. & 532. ſubampliat. prima & ſecunda, quodque e-
tiam notant Molina d. capit. 8. numero 7. Otalora lo-
co citato numero 8. Peregrin. d. articulo vltimo nume-
ro 57. Surd. deciſ. 256. numero 13. & 14. & omnium
latius Cæſar Manent. deciſ. Mantuan. 15. numero 22.
& ſequ. & nu. 34. cum multis ſequent.

669 Tertium quod cauſa ordinariè ſit agitata †, ac de ea
plenè cognitum, quamuis ſummaria fuiſſet, quia de me-
* ritis plenè tractatum fuit, Alexan. in d. leg. Sæpe ac com
munem opinionem dicunt Maſcard. concluſi. 33. nu-
* mero 4. & in proprijs terminis communem dicit Car-
roc. d. except. 123. numero 119. ac deinde probat Ota-
lor. vbi ſupra num. 11.

670 Quartum vt hæres condemnatus † appellet, aliàs ſi
non appellaret, ſententia prædicta ſucceſſoribus non
præiudicaret, Alexan. in d. leg. ſæpe & in d. §. diui. ibi-
demque Crot. Ripa, & alij recentiores, refert & veriſſi-
mam dicit Carroccius vbi ſupra numero 124. ac nouiſ-
ſimè Manent. citata deciſ. num. 35. Imo non ſolum te-
671 netur appellare † ſed etiam appellationem proſequi,
vt pręcitati Doctores firmant, ac Peregrin. allegato lo-
672 co numero 59. quodque extenditur in omni † culpa
hæredis, ob quam ſententia lata eſſet, vt Peregrin. vbi
673 ſupra ſeu ob omnem † negligentiam Sfortia Odd. d.
artic. 10. tractat. de fideicommiſſ. numero 101. & for-
674 tius eſſet ſi cum dolo, † & fraude eiuſdem hæredis Ti-
raquell. de nobilit. citato cap. 37. in princ.

675 Quintum, vt ſententia non ſit † aliquo defectu nul-
la, quæ ſucceſſori non noceret Carroc. d. exceptione nu-
mero 127. & Manent. d. deciſ. 15. numero 29. allega-
tis per eos Afflicto, Morot. Marchiſell. & alijs.

676 Sextum vt ſententia † nequaquam contineat euiden-
tem iniuſtitiam, & iniquitatem, quia ſucceſſoribus nul-
latenus præiudicaret Honded. citato conſ. 28. numero
47. & ſeq. & infiniti, quos congerit Cæſar Manent. d.
deciſ. 15. ac omnes citati ſuperius numero 416. 417.
& 579.

Vltimum adnotandum per nos requiſitum erit, vt in
677 ſententia † & cauſa nullatenus detegatur colluſio, quo
in caſu ſucceſſoribus prædictis ſententia non noceret
Peregrin. vbi ſupra numero 58. Molina citato cap. nu-
mero 7. Carroc. vt ſupra numero 84. Sfortia allegatus
ſuperius numero 99. & 100. Otalor. eodem adducto lo-
co numero 11. Surd. eadem deciſione 256. numero 12.
Honded. d. conſi. 28. numero 45. latiſſimè Fabius An-
na conſi. 104. num. 12. 13. & 14. vol. 2.

678 Colluſio autem nonnullis coniecturis † detegitur, qui-
bus plenè probatur, & ſi hæres noluit producere iura ad
cauſam facientia.

679 Secundò ſi hæres omiſit † appellare, vel appellatio-
nem proſequi modo, vt ſupra numero 670. & 671. di-
ximus.

680 Tertiò ſi vnus alteri † de litigatoribus expenſas ſub-
miniſtraſſet.

681 Quartò ſi hæres nihil † opponat, aut fateatur debi-
tum, quod non erat, vel negauerit mobilia, vt ad ſtabi-
lia deueniatur.

682 Quintò quòd minus plenè † cauſam defendit, vt poſt
Peregrin. Molin. & alios ſuperius allegatos, & poſt Me-
noch. Alciat. Farinacc. & alios per ordinem docent Car-
roc. d. exceptione num. 55. cum ſeq. & Fab. Anna dict.
conſ. 104. quæ colluſionis capita deſumuntur ab omni-
bus ſupranotatis requiſitis.

Concluditur itaque in hac prima inſpectione, ſenten-
683 tiã † non habentem requiſita prædicta, ſeu ſi ea ali-
quem defectum circa prædicta patiatur, tanquam nul-
lam, & iniuſtam non nocere ſucceſſoribus prædictis, e-
tiam ignorantibus, & conſequenter procedit extenſio
notata ſupra n. 660. & in hoc omnes Docto. conueniũt.

SECVNDA INSPECTIO.

Quo verò ad ſecundam inſpectionem, nempe ſi ſen-
684 tentia † omnia contineat requiſita, & tunc hic labor,
hocque opus, nam oculatiſſimus, & grauis authoritatis
Sfortia Odd. in ſuperius citato artic. 10. de fideicom-
miſſ. numero 101. & 102. tres in hoc articulo diſtinguit
caſus, quorum veritate explicata, apparet articuli indu-
bitata deciſio.

Primus caſus ille conſtituitur, qñ fideicommiſſarius
685 vocatus † eſt in caſu contrauentionis tantum, & tunc
* intrepidè concluditur cum magis communi opinione
contra Bar. relata ſuperius numero 663. & procedit ex-
tenſio firmata ſupra num. 660. vt probat Sfortia d. tract.
dictoque articulo 10. quæſt. 49. nume. 102. & 103. illa
ratione, quia hæres non dicitur contraueniſſe ſi ſenten-
tia coactus, alienauit.

Secundus caſus eſt quãdo fideicommiſſarius vocatus
686 † eſt etiam in caſu mortis, & fideicommiſſum purifi-
catum erat tempore ſententiæ, & tunc concluditur cum
opinione Bart. relata ſuperius numero 661. & 662. vt
firmant Corn. conſ. 303. Alciat. in d. §. diui. nume. 26.
& Sfortia vbi ſupra numero 104. exemplum ſi ſententia
lata fuiſſet contra hæredem hæredis grauati, nam tunc
principaliter, & totaliter negotium reſpicit, & tangit fi-
687 deicommiſſarium † tantum ob fideicommiſſi purifi-
cationem, ideo ſententiam eo non citato ſibi non noce-
re, omnes in toto hoc articulo citati conueniunt & nul-
lus eſt qui negabit.

Tertius caſus, quando fideicommiſſum in caſu mor-
tis adhuc pendebat, & ius fideicommiſſario ſpem tan-
tum competebat, & hoc in caſu, Sfortia duplicem fecit
inſpectionem primam ſcilicet, an ſententia ſit valida in
ſe, licet fideicommiſſarius non ſit citatus, & concludit
ſecundum omnes, validam eſſe ſententiam, & nos pro-
bauimus ſuperius nume. 659.

Secunda inſpectio facta per Sfortiam eſt, an non ſo-
lum valeat ſententia, ſed etiam noceat fideicommiſſario
non citato, & ignoranti.

689 Affirmatiuam opinionem † dicit tenere Iaſonem d.
§. diui. numero 93. in repetit. & Corn. dicto conſi. 303.
ex tex. l. ex contractu ff. de re iudic. vbi Bart. & alij, qui
quærunt ſolummodo, ſi noceat fideicommiſſario igno-
ranti non citato.

690 Negatiuam dicit † tenere Alex. Fabr. Roman. Ro-
mul. & Ceph. qui alios etiam congerit; ex quibus aſſerit
* conſtare hanc negatiuam eſſe communem opinionem.

691 Demum Sfortia tali modo † citatas opiniones con-
ciliat, videlicet, affirmatiuam procedere quando fidei-
commiſſarius tacet, & non appellat infra decendium à
die ſcientię, & tunc ſententia tranſit in iudicatum, &
contra fideicommiſſarium exequitur.

692 Si autem fideicommiſſarius appellare † voluerit pro
ſuo iure, & intereſſe, eidem non denegabitur Alexan. d.
§. diui numero 12. Loaz. numero 128. Crot. numero 39.
& numero 40. Rip. numero 82. Socin. iun. numero 136.
Alciat. num. 25. & Romul. num. 121. quorum commu-
nem dicit Sfortia vbi ſupra num. 112.

Fina-

Finaliter dicit hanc conciliationem eſſe veriſſimam,
* & æquiſſimam, ac communiter receptam totaliter, quod ab ea recedere eſſet, iniquum, & temerarium, ex qua conciliatione infert vtique ad duo nunquam ad mentem Sfortiæ obliuiſcenda, & ad
693 Primum quod ſi fideicommiſſarius ignoret † litem, & ſententiam, tunc eidem non currit decẽdium ad appellandum, niſi à die notificationis ſententiæ ex Imol. & Alex. in d. §. Diui.
694 Secundum infert, quod ſi ab hac ſententia † appellari non poterit ex forma ſtatuti, aut alterius aliæ conſtitutionis, tunc fideicõmiſſarius omninò citandus erit, vt ſententia lata contra hæredem ſibi nocere valeat, ita ex gloſ. Rip. & Alciat. ibi.

Ex cuius eruditi authoris dictis, reaſſumitur conclu-
695 ſio, vt fideicommiſſarius † in caſu mortis ſemper citetur ad hoc, vt eidem ſententia noceat.
696 At ego miror † de tanto viro alioquin ſcientiſſimo
* ſupponente ſuam conciliationem communem, & opinionem relatam ſupra numero 693. vtique communem, poſtquam vtraque contradicit regulis iuris, & vt apertè demonſtrabo, receptiſſimam opinionem deſeruit.
696 Nam Doctores dicentes ſententiam † nocere fideicommiſſario, & alijs prædictis ſucceſſoribus, etiam non citatis, & ignorantibus, non reſtringuntur ad Corn. & Iaſonem citatos ſupra numero 692. tantum, vt Sfortia ſupponit dict. loco numero 108. quia infiniti ſunt, qui hanc amplectuntur opinionem, vt eſt videre penes Molin. Carroc. Pereg. Fab. Ann. & Giurbam, citatos ſupra numero 659. & omnium latiſſimè penes Honded. citato conſilio. 28. toto, taliter quod hæc non ſolum eſt
* communis opinio, ſed tanquam regula † ab ea non re-
698 cedendum, dixit Alciat. reſponſ. 492. numer. 33. ma-
* giſque communem dicit Marzar. citata quæſtio. 72.
699 & in practica iudices abhorrere debere contrariam † opinionem, vt ſit litium finis, dixit Gregor. Lopez in l. 20. titul. 22. parte tertia, verſic. non tamen iſta res, ver-
* bo però coſas y ha; magis etiam communem dicit D. Ant. Padilla in l. vnum ex familia, §. ſi de falcidia, ff. de legat. 2. vt his excepto Honded. & alijs infinitis relatis teſtatur Molina dicto libro 4. de primogen. capit. 8. numero 3. verſi. primo igitur, eandemq. contra fideicommiſſarios ſubſtitutos, & legatarios probant vti receptiſſimam Honded. citato conſil. Gratian. diſceptat. forenſ. tom. 3. citato cap. 456. numero 89. 90. & 91. & Gaſpar Theſaur. qui etiam deciſum dicit quæſtio. foren. 23. lib. 4. ex quibus non ſolum patet negatiuam opinionem relatam ſupra numero 693. non eſſe communem, ſed pro communi nuncupari nullatenus debet, immò Alex. & cæteri ibi allegati per Sfortiam & relati per nos, dict.
700 numero 693. ſi dicunt ſententiam † valere etiam non citato eo, de cuius præiudicio agitur, ſed non nocere nõ citato, intelliguntur quando non citatus habebat intereſſe in cauſa re ipſa, non autem ſola ſpe, dum dicunt etiam non citato eo, de cuius præiudicio agitur, nam
701 præiudicium † principale attenditur non ſecundariũ in noſtris terminis, vt per totum hunc tertium articulum ſatis demonſtratum eſt, ideo huic principaliter intereſſato non citato non præiudicat, quia in terminis. l. de vnoquoque, ff. de re iudic. condemnatus citari de-
702 bet, vt ſententia † ſibi præiudicet. Sed quando non citatus haberet intereſſe ſpe tantum & ſecundariò, ac incertè, vt in terminis noſtris, tunc omni iure procedit
* noſtra receptiſſima ſententia, itaq. intelligendos eſſe Alexan. & reliquos citatos authores eo quod ſi genera-
703 liter loquutos fuiſſe † diceretur, opinionem eorum, omninò reijciendam tanquam contra communes regulas propoſitas, reſpondit in proprijs noſtris terminis, Honded. citato conſil. 28. num. 31. 32. & in ſpecie num. 33. Immo reputarentur Alexã. Roman. & Cephal. con-
704 trarij, & ſibimetipſis contradicentes † dum ſpecificè hanc noſtrã affirmatiuã receptiſſimã ſequuti fuerunt opinionem, nempè Rom. in l. in concedendo nu. 6. ff. de aqua pluu. arc. & Alexan. in d. l. ſæpe, & in dict. §. diui, vt ſuis locis retulimus, ac Ceph. conſil. 228. num. 22. & ſeq. lib. 2. idcirco, aut prædicti Doctor. non allegandi tanquam contrarij ſibimetipſis, vulgatis regulis, & tanqua cõtra communes concluſiones loquuti, aut ad hæc euitanda modo prædicto intelligendi.

Nec idem Sfortia, citato num. 111. in 2. capite conciliationis, relatus per nos ſupra in ſecunda inſpectione, num. 692. verſiculo ſin autem fideicommiſſarius, benè
705 loquitur dum firmat, quod ſi fideicommiſſarius † velit appellare pro ſuo iure, et intereſſe ei non denegabitur allegando Alex. Loaz Rip. Crot. Romul. Soccin. iun. & Alciat. in d. §. diui, vt retulimus ſupra num. 695. & com-
* muniter ab omnibus teneri dicit, eo quia communis hæc, & dicta per allegatos Doctores nõ conueniunt in-
706 tentioni † Sfortiæ, ſed procedũt quando hæres grauatus non appellaſſet, aut appellationem non eſſet proſequutus, quibus in caſibus fideicommiſſarium, & ſubſtitutum poſſe appellare, aut appellationem proſequi, nemo eſt qui dubitat, quia ex non appellationis interpoſitione, & non proſequutione detegitur culpa, colluſio, &
707 fraus, vt probauimus † ſupra in 1. exceptione numero 670. cum multis ſeq. & nu. 677. cum multis ſequent. ita enim loquuntur præcitati Doctor. itaq. etiam allegantur, & inducuntur per Molin. d. cap. 8. nu. 10. in eiſdem locis.
708 Denique malè infert † idem Sfortia, vt retulimus ſupra nu. 696. ex dicto Doctorum prædictorum non benè per ipſum perceptorum, eo quod procedit tantum illatio quando hæres non appellauit, aut non proſequutus fuit appellationem, modo, vt ſuperius notauimus, illa
709 ratione, quia intereſſe ſperandæ † ſucceſſionis etiam ſecundum ordinationem iuris, & naturæ non eſt iuſta cauſa appellandi à ſententia lata contra tertium citatũ, vt notat in ſimili Ang. Aretin. in l. ex conſenſu §. filiuſfamilias, ff. de appellat, quid inquam fortius in intereſſe
710 † ſperandæ ſucceſſionis ſecundum ordinem datum ab homine, qui non eſt taliter neceſſarius.

Verum vt nihil intactum in hoc articulo omittatur, Carroc. de excep. rei iudic. in d. except. 123. num. 9. alijs
711 modis † nititur conciliare difficultates iam dictas, & demum cum Ant. Gabr. com. concl. tit. de citat. concl. 1. nu. 322. & 348. concludit, conciliari debere relatas intricationes, vt penes eum videre poterit amicus lector.

Nos ideo pro clariori prædictorum intelligentia ta-
712 liter diſtinguendo dicemus, nam aut ſententia † lata contra hæredem reſpiciat vires, & iura teſtamenti quæ principaliter tangunt hæredem, & tunc indiſtinctè
* procedit magis communis opinio firmata ſup. n. 659. &
713 alibi poſtea, eo quod hæredi competit principaliter † defenſio teſtamenti, & rerum hæreditariarum, ideo dicitur legitimus contradictor Alex. in d. l. ſæpe. nu. 76. & alij ſuperius adducti, conueniens idcirco erit, ſententiam contra hæredem legitimum contradictorem latam his,

qui

qui ſecundariò,& in conſequentiam ius ſperant,obeſſe,
714 quia à iure hæredis eorum omne ius † pendet, vt poſt
Bar.Dec.Rolan.Couarr.& alios adnotat Honded. dict.
conſ.28.nu.12.& ſeq.quodq. etiam per omnes ſupracitatos Doctores ſæpius admittitur.

715 Fideicommiſſarius enim,& ſubſtitutus † prætendunt
ius ſperatæ ſucceſſionis poſt mortem hæredis, vel fideicommiſſo purificato, Rom.in d.l.in concedendo, ff. de
acq.plu.arc.nu.6.Imol.in d.§.diui,n.12.& Alex.d.l.ſæpe,num.27.meritò hæres tantum citandus erit,cum ſit
præſumendum,quod ille,ad quem principaliter ſpectat
716 hæreditatis defenſio † diligentior ſit ad illam tuendã,
quia magis ſua intereſt hæreditaria bona defendere,
quorum de præſenti,& cum effectu fructus lucratur,quã
ſubſtituto, & fideicommiſſario, quorum adueniẽte caſu ſperatæ ſucceſſionis intereſt, dictam defenſionẽ fieri,
idcirco exiſtimauit legiſlator aliquando imponendũ eſ-
717 ſe finem litibus,& non cogi poſſeſſorem † perpetuo litigare de re poſſeſſa,& propterea ſatis eſſe putauit hæredem principaliter,& in prima cauſa intereſſatũ tantum
citari,modo,vt adnotat Alciat.citato reſp.492.n.33. &
latius Honded.d.conſ.& nu.citatis,concurrentib. itaq;
requiſitis ſupranotatis,his deniq. ſtantibus rationibus,
ſucceſſoribus non reſtat cauſa nouiter excitãdi iudiciũ,
718 ſic bene,† & ſemel diſcuſſum,& terminatum;ſecundũ
hoc caput diſtinctionis,itaq. intelliguntur Doctores di-
✱ centes magis communiter ſententiam latam contra hæredem præiudicare fideicommiſſario, & ſucceſſoribus,
etiam ignorantibus,& non citatis.

719 Aut ſecundo; ſententia lata reſpicit † vires fideicommiſſi,ſubſtitutionis, & legati,quia forsã de ipſorum validitate, aut de alijs ad ipſa pertinentib. iudicium factũ
fuit,& tunc quia ſententia,& iudicium principaliter reſpiciunt intereſſe prædictorum ſucceſſorum,ea itaq. non
nocebit eiſdem ignorantibus,& non citatis ad text.in l.
de vnoquoque, ff. de re iudica. & notant omnes relati
per Vant.de nullit.ex defect.citat.num.19.& in noſtris
terminis Honded.d.conſ.28. nu.37. prope finem. verſ.
quidquid igitur, & deciſum in Rota dicit Achill.deciſ.
138.ſeu 8.tit.de dolo & contumac.

Finaliter non diſcedendo à ſuperius propoſitis & iudicio meo benè declaratis,pro perfectiori omnium prędictorum intelligentia infraſcriptos alios caſus diſtinguere ſtatui, & decreui, vt penes omnes legentes facilis
huius articuli ſit inueſtigatio.

Nam aut ſententia cõtra hæredem, & primum cita-
720 tum lata † continet publicam vtilitatem, & tũc indiſtinctè præiudicat ſecundariò intereſſatis,etiam ignorãtibus, & non citatis, contra quos exequitur ſine nouo
proceſſu,adhibitis tamẽ requiſitis ſuperius citatis,vt de
mente omnium concludit Phanuc. infra citandus.

Aut verò ſententia concernit priuatorum cauſã tantũ,& tunc vtique ſeruatis requiſitis,& diſtinctionib. ſuperius adductis, præiudicat ſucceſſoribus prædictis etiã
721 ignorantibus & non citatis † quantum ad probationem,& liquidationem factam,quæ fidem faciunt cõtra
prædictos non citatos: verum ſententia non exequitur
contra illos, ſed opus erit de nouo citare eos in exequu-
722 tione prædicta,in qua poterunt contrariũ † ſummatim
probare,deducere iniquitatem ſententię & iniuſtitiam,
aut aliam colluſionis, & culpæ cauſam,vt ſententiæ ſtãdum non ſit,& ita intelligendi ſunt Doctores omnes relati per Moli.d.c.8.nu.3.& per alios ſuperius adductos,
prout latius ſic conciliat Phanuc.de inuentar.par.5.nu.
23.vſque ad num.29.cum quo ſic deciſum dicit Ioſeph
Seſſa deciſ.Arag.163.vol.2.tota.

723 Quæ modificantur procedere quando ſentẽtia † non
fuerit exequuta contra hæredem, quo in caſu benè procedunt dicta per Phanuc. quia dum prætenditur exequi
724 ſententiam † contra nouum poſſeſſorem, ſemper ille
poſſeſſor citandus erit in exequutione facienda, Capic.
dec.107. loquens in caſu maioris difficultatis nẽpe exiſtente vitio litigioſi,vt in terminis noſtris Acchil. deciſ.
138.ſeu 8.ſuperius citata,& poſt Alex.Iaſ.Ang.Tiraqu.
Burſ.& alios adnotat Honded.citato conſ.28. num.37.
725 quia ſi ſententia † fuerit exequuta contra hæredẽ,prędicta non procedere reſpondent Achill. & Honded. locis citatis de mente omnium Doctorũ, quia facta ſemel
exequutione, alia opus non erit, niſi allegare pro parte
ſucceſſorum defectum requiſitorum ſuperius notatorum,vt ibi ſup.num.665.

Et dum pluries ſuperius firmauimus,& ſignanter nu.
676. ſententiam hanc carere debere defectu euidẽtis,&
726 notoriæ iniuſtitiæ † intelligas tu Regnicola de iniuſtitia euidenti modificata per nouellam Regiam pragmaticam Comitis de Lemmos ſituata nouiſſimè in titulo
de offic.ſac.conſ.pragm.77.§.20.vbi requiritur iniuſtitia notoria in duplici tantum caſu,nẽpe quando ſententia lata fuit contra expreſſum caſum legis cõmunis, aut
municipalis; vel contra expreſſum tenorem ſcripturæ
authenticæ præſentatæ in actis ante ſententiam.

Modificãtur prędicta omnia, & præcipuè concluſio
per nos firmata ſup.n.659. & 660. & deniq. tot medijs
& fundamentis defenſa, vt procedat quo ad poſſeſſoriũ
727 † tantum,non autem quo ad petitorium,in quo demũ
fideicommiſſarij & ſubſtituti poterũt purificato fideicommiſſo,& facto caſu ſubſtitutionis per remedia petitorium reſpicientia, etiam quo ad caput iniuſtitiæ non
notoriæ,nec euidentis eorum iura deducere agendo, vt
ſic deciſum refert Honded.d.conſ.28.in fine.

Nam in fideicommiſſo tacito, vel expreſſo licito per
ſententiam ad alienãdum, ſemper fideicommiſſario, &
728 ſubſtituto † debetur pretium rei vẽditæ per ſententiã,
Rip.in d.§.diui.nu.49.ac intereſſe,& fructus,vt Rip ibi
& docet hoc Sfort.Odd.d.tract.de fideicommiſſ. q.50.
manip.4.in miſcellanea n.49.& 50.& ſi hæres non eſſet
729 ſoluendo † hoc in caſu daretur rei alienatæ recuperatio in ſubſidium,ad tex.in l.planè,§.qui rogatus,ff.de
lega.1.vbi gl.& Doct.quæ omnia diligenter notabis,eo
quod penes alium nõ reperies materiã ſic explanatam.

SVMMARIVM.

730 *Liber Mercatoris,nec plenè,nec ſemiplenè probat contra tertium abſentem.*

731 *Argumentum à fortiori, ſeù à minori probabile erit.*

732 *Res inter alios acta,tunc ſemiplenam inducit probationem, quando illa res de per ſe ſolita eſt producere probationem,ſecus in caſu noſtro, nu.733.*

734 *Liber mercatoris contra tertium abſentem ſemiplenè probat,in connexis,& in facto antiquo, num.735.*

737 *Liber mercatoris pro tertio contra tertium, quam faciat probationem.*

738 *Fides maior non datur ſcripturæ ſcriptæ,quam voci ſcribentis.*

739 *Liber Mercatoris cõtra tertium præſentem plenè probat, modo vt expenditur.& ſeqq.vbi ampliatur, & n.774. & ſeq.ac 783.cum multis ſeq.*

740 *Actus*

740 *Actus quilibet inter præſẽtes plenè probat, ſi de præſentia conſtat.*
741 *Tacitus conſenſus, quando, & quomodo operetur, cum multis ſeqq. & nu. 760. cum multis ſeqq.*
742 *Taciturnitas in re concupiſcibili, & honorabili inducit conſenſum.*
743 *Tacitus conſenſus in præiudicialibus, quæ impediri per tacentem potuiſſent, operatur contra tacentem. & 744.*
745 *Deſcriptus in libro æſtimi, ſi tẽpore inſcriptionis erat præſens, et non cõtradixit, etiamſi fuerit exẽptus, tenetur.*
749 *Liber mercatoris probat contra tertium præſentem, & non contradicentem tempore inſcriptionis, in re ſpectante ad mercaturam, etiam tertio mortuo n. 750. & 774. cum ſeq.*
751 *Liber mercatoris contra tertium præſentem probat partitam eſſe veram, quia ſufficit probare de præſentia, & ſeq. & 774. & ſeq. & 778.*
751 *Probata ſubſtantia nõ curatur de qualitate in libro mercatoris, & 752.*
752 *Liber mercatoris probat contra mulionem pro mercibus ad vecturam ſibi conſignatis circa quantitatem, accedente tamen mercatoris iuramento, & veriſimilitudine, & num. 753.*
754 *Mutuum ſi probetur in genere, & non conſtet de quantitate, tunc quantitas iuramento probatur.*
756 *Præſentia probata intelligitur factum deſcriptum in libro modo, vt notatur, & remiſſiuè, quoad ſemiplenam tantùm, vt in loco remiſſo, & melius num. 778. & 779. & ſeq.*
756 *Liber mercatoris contra tertium præſentem facit ſemiplenam probationem, adhibita declaratione, vt in nu. ac in locis remiſſis: ſecus in alio caſu ſubſequenti, vt in nu. 577. & ſeq.*
757 *Contractus incidenter enunciatus in libro mercatoris inter præſentes indiſtinctè probatur.*
758 *Pretij ſolutio probat venditionis contractum.*
759 *Acceſſorij enunciatio infert ad probationem principalis.*
760 *Tacens in præiudicialibus non videtur conſentire, cum ſciat ius ſuum durare.*
761 *Tacens non videtur conſentire, quando tractatur de ſui patrimonij diminutione.*
762 *Tacens non videtur conſentire in his, quæ fieri poſſent, tacente inuito, de veritate, num. ſeqq.*
764 *Procurator, & arbiter tacentes, quando videantur conſentire. & 765.*
766 *Liber mercatoris contra tertium præſentem, ſed negantem præſentiam ſemiplenè probat, de veritate in ſeqq. infinitis num. & præcipuè nu. 772. cum ſeq.*
766 *Liber mercatoris pro tertio contra tertiũ ſemiplenè probat, quando tertius negaret fuiſſe præſentem in inſcriptione partitarum, & 767. & 783.*
768 *Præſumptio ſi oriatur ex cauſa conſiſtente in facto, tunc in illa cauſa lex non præſumit, niſi illa probetur.*
769 *Mercatori videtur mandata poteſtas conficiendi librum per contrahentes cum illo.*
770 *Lex ſi moueatur ad præſumendum ex aliquo ſigno certo, tunc ſignum certitudinaliter probari debet.*
771 *Liber mercatoris non probat negationem, & poſteriora non producunt priora.*
772 *Liber mercatoris contra tertium præſentem ſemiplenè probat, ſi tertius negaret præſentiam.*
773 *Liber mercatoris contra abſentem, nec ſemiplenè probat.*
779 *Debitor confitendo ſe præſentẽ tempore confectionis ſcripturæ debiti, nõ poterit eodem tempore negare veritatẽ ſcripti, niſi probaret, quia eodem tempore non datur ſtare, & non ſtare & num. 780.*
782 *Præſentia confeſſata, videtur confeſſatus contractus celebratus inter præſentes.*
783 *Liber mercatoris contra tertium negantem præſentiam plenè probat data partitarum veriſimilitudine, & in connexis nu. 784. ac in facto antiquo, nu. 785. et in partitis ſolitis ſcribi inter contrahentes. num. 786.*
787 *In conſuetis, quæ facti ſunt præſumuntur.*
787 *Præſumitur id, quod in facto conſiſtit, in cõſuetis fieri.*
788 *Liber mercatoris plenè probat, quando aliqua qualitas in eo enunciata, probaretur.*
789 *Liber probat ſi vna partita ibi deſcripta probetur.*
790 *Liber mercatoris contra tertium præſentem, negantem præſentiam de conſuetudine plenè probat adhibitis requiſitis extenditur concluſio, etiam contra*
791 *Non ſubditum, & exemptum.*

ARTICVLVS IV.

QVartus verò articulus pertinens ad propriam noſtram materiam, nulla indiget indagatione, nullaq. prolixa diſceptatione; quia modicæ ſpeculationis eſt, ideo indiget tantum explicatione illorum trium caſuum propoſitorum ſup. nu. 213. qui totaliter adaptantur explicationi huiuſmodi articuli.

730 Liber ideo hic nec plenè, nec ſemiplenè probat † cõtra tertium abſentem; (& ſic quo ad primum caſũ propoſitum d. n. 213.) Dec. in c. cum cauſam, de prob. Crauet. qui loquitur in libro officialis, & ſic in caſu maioris difficultatis, tract. de antiq. temp. ver. 4. limitatur n. 71. Menoc. de arbit. caſ. 91. nu. 25. & 26. Eſcob. de ratioci. c. 11. nu. 28. & 29. Card. Seraph. dec. 450. n. 1. Card. Mãt. dec. 216. num. 2. Genua de ſcript. priuat. lib. 4. tit. de lib. mercat. q. 3. n. 16. & ſeq. & alij, quos cum nonnullis deciſionibus probat Steph. Gratian. diſcept. foren. c. 727. nu. 25. & c. 767. nu. 55. to. 4. quorum nonnulli loquuntur in libro officialis, & ſic in caſu maioris dubitationis, vt patet ſup. n. 27. vbi idem deciſum fuit, ergo à fortiori
731 procedit huiuſmodi concluſio, vulgato † argumento à minori, ſeu fortiori ſæpius ſuperius probato.

At ſingulariter etiam alio modo probatur, nam tunc
732 res inter alios acta † ſemiplenam inducit probationẽ, quando illa res de per ſe ſolita eſt plenam de ſui natura producere probationem, vt ſunt teſtes, & ſcripturæ pu-
733 blicæ, ſecus autem quando res inter alios acta † de ſui natura non producit plenam probationẽ, vt eſt partis aſſertio in libro, modo, vt notatum fuit ſupra nu. 363.
734 Reſtringitur verò concluſio in connexis, † & depen-
735 dentibus, aut in factis antiquis, in quibus liber † contra tertiũ abſentẽ facit ſemiplenã probationem, modo, vt probauimus ſup. num. 364. & 365. cũ remiſſionibus ibidem notatis.
736 Pro tertio contra ſcribentem videnda ſunt ſuperius num. 201. 255. & 289. loca prædicta conſulas.
737 Pro tertio verò contra tertium † procedunt dicta ſuperius nu. 730. quia partita ibi ſcripta reputatur depoſitio vnius non citati, nec iurati, ideo fidem non facit vul-
738 gatis regulis, nam maior fides † non datur ſcripturæ priuatæ, quam voci ſcribentis, Bar. in l. admonendi ſæpius citata num. 24. Roma. num. 56. Alex. num. 34. Iaſ. nu. 133. in repetit. Curt. n. 127. ac alij relati per Gratia. citato capit. 727. num. 10.

In

739 In ſecundo verò caſu ſcilicet, quando tertius † erat
præſens,concluditur hunc librum plenè contra tertium
probare,quando liber de per ſe fidem faceret, quia for-
ſan contineret, requiſita, modo, vt retulimus ſupra in
hac eadē ſpecie libri, & dicemus inferius in quarta ſpe-
cie de libro priuati; nam ſi probat liber videtur probata
præſentia & probatum factum,& probato facto de alio
740 opus nō erit,nam quilibet actus † inter præſentes ple-
nè probat,ſi de pręſentia conſtat,ita pro indubitato fir-
mat Scaccia de iudic.cauſ.ciuil.cap.11.num.224.

In dubium autem reuocatur, vtrum tertius tacendo
tempore inſcriptionis partitæ in libro contra eum, ſibi
741 præiudicet, & per hunc tacitum † conſenſum ſibi pręiudicare,reſpondit Scaccia,d.c.11. nu.iam notato, hoc
præcipuè fundamento; nam aut partita illa ſcripta erat
ad ſui fauorem,& tacendo videtur conſenſiſſe,quia ſola
taciturnitas in ſciente, & præſente in re concupiſcibili,
742 & honorabili,† inducit conſenſum,Inn.in c.in Geneſi
ſub nu.5.de elect. quem refert, & ſequitur Iaſ. in l. quæ
dotis num.70.caſ.2.ff.ſolut.mat.itaq. procedere, dicit,
tex.in c.qui tacet de reg.iur. in 6.

Aut partita ſcripta tendebat in tertij præſentis pręiu-
743 dicium,& tunc ſimiliter cenſetur cōſentire, † eo quod
potuit impedire ſcribentem, & non impediuit,Din. &
alij in d.regula,qui tacet,& Iaſ.vbi ſup.nu.76. & ſeq. in
4.caſu,ac etiam, quia ille tertius interuenit ad illū actū,
744 cui poterat conſentire, vel contradicere, † ideo ſi non
contradixit videtur conſentire,Abb.ſaluando Innoc.in
c.veſtra,ſub nu.6.de locat.& conduc.Iaſ.in citato loco,
num.82.caſ.13.

745 Inſuper probat, nam exemptus † ſi præſens tacuit,
quando ſcriptus fuit in libro æſtimi, & nō appellet infra
decē dies,ſibi præiudicat,quodq. multis medijs firmat.

Deinde idem Scaccia fortificat concluſionem firma-
749 tam, ſup.nu.739.& ſeq.procedere in re ſpectante† ad
mercaturam,modo,vt probauimus ſup.num.96.& 97.
750 quam ampliat etiam contra tertium † mortuum.

Secundo,& ſingulariter ampliat, etiam ſi viuus fuiſ-
ſet tertius, & ſe opponeret dicendo, partitam ſcriptam
751 non eſſe veram,quia conſtito † de præſentia, credere-
tur,de facto huic libro,nam quando ſubſtantia proba-
tur & dubitatur, de qualitate tantum tunc ſtandum eſt
libro mercatoris, & notabiliter exemplificat nempe ſi
752 mercator tradidit merces † mulioni vehendas ad ali-
quem locū,quas mulio culpa ſua perdidit oritur lis inter
eos circa quantitatem mercium,firmat Scaccia credi li-
753 bro,accedente iuramento † mercatoris, & veriſimili-
tudine, quod mercator ſcripſit ante caſum amiſſionis,
Crauett.de antiq.temp.ver.vidimus,num.9.& 10.cum
ſeq.& Maſcar.d.concl.975.num.33. illa ratione,quia ſi
754 conſtat de mutuo,†& non conſtat de quantitate,quā-
titas iuramento probatur, Dec.conſ.146. ſub nu.14. &
755 Scaccia extendit ampliationem non ſolum † pro ter-
tio contra tertium, ſed etiam pro mercatore ſcribente
contra eum,cum quo contraxit.

Prædicta autem à nu.742. formaliter tranſcripſimus
à Sigiſm.Scacc.d.c.11.nu.224.vſq. ad nu.235.eo quod
intendimus eadem ſcripta punctualiter, ſed concluſiuè
explicare,tanquam notabilia,& ſingularia.

Concluſio itaq. firmata ſup.nu.739.& ſeq.& n.755.
ſi concernat primum modum poſitum ſuperius n.208.
756 verſ.primus modus,† & tunc eadem concluſio iuſtifi-
catur, & procedit modo vt probatum fuit ſuperius nu.
209.& ſeq.ac nu.211.itaque intelligenda.

Sin autem concernat ſecundum caſum ſecundi modi
relatum,& relati per nos ſuperius nu.213.verſ.in 2.mo-
do,& verſ.ſecundus caſus,de quo caſu nos loquimur, &
ſic data præſentia,& tunc indiſtinctè procedit concluſio
757 quæ extenditur etiam ad probationem † contractus
incidenter in libro mercatoris enūciati inter pręſentes,
vt puta ſi in libro mercatoris deſcriberetur aliqua con-
ſignatio pannorum, aut aliarum mercium facta pro ſa-
tisfactione pretij domus,aut alterius rei venditæ, nam
758 contractus vēditionis † probatur per ſolutionem pre-
tij,illa ratione,quia ſolutio pretij pro vendita re, neceſ-
ſariò probat venditionem, cum ex acceſſorijs inferatur
759 ad † probationem principalis; Crauet.de antiq.temp.
ver.quarto limitatur,nu.73.& 74.alijs rationibus com-
probat Steph.Grat.diſcept.foren.tom.4.d.c.727.n.18.

Articulus verò reuocatus,in dubio,per Scacc.ſup.nu.
741.notatus, ſatis doctè per eundem doctiſſ.Authorem
probatur, quamuis ex aduerſo dici poſſet, tacentem in
760 præiudicialibus non cenſeri †conſentire,quando idem
tacens ſciebat ius ſuum durare, & per hoc tacuiſſe eum
præſumendum,vt infinitis probat Surd.conſ.45.nu.45.
& ſeq.vol.1.idem quando tractatur in diminutione pa-
761 trimonij,& iurium † tacentis, qui conſentire nō vide-
tur,Surd.dec.302.Tamen,vt moris eſt, ſentētia Scacciæ
omninò veriſſima penes omnes tenetur, vt citatis non-
nullis iurib. gl.Cyn.Din.Alex.Ceuall.Abb.Rom.Craſſ.
& alijs quāplurimis probat Steph.Grat.poſt Surd.d.cōſ.
45.diſcept.forenſ.c.68.to.1.nu.16.cum mult. ſeq.

762 Quæ autem non procedunt in præſente,& † tacente,
circa ea, quæ ipſo inuito fieri poſſent, quia non videtur
conſentire tacens,Couar.in c.Ioannes, de teſtam.nu.4.
& Grat.vbi ſup.nu.17.dummodo tacens non ſit coniū-
763 ctus † eligentis eum ad illum actum,quia non con-
tradicens videretur conſentire Bald. Rom. & alij relati
per Gratian.vbi ſup.qui nu.ſequen.infert ad Arbitrum,
764 & procuratorem † præſentes,& tacentes,qui pro non
765 conſentientib. reputantur,niſi procurator† eſſet con-
iunctus,aut amicus,vel eſſet conſtitutus apud acta.

Tertius enim caſus propoſitus ſup. nu.213. verſ. ter-
tius quando habet duplicem inſpectionem,vnam de iu-
re communi,aliam verò inſpecta conſuetudine.

Inſpecto verò iure communi, & ſic quo ad primā in-
ſpectionem,concludit Scaccia d.c.11.n.235. cum ſeqq.
librum hunc data negatione prædicta probare ſemiple-
766 nè † tantum, & Scacciam ſequitur Genua d. lib.4. de
ſcrip.priuat.tit.de lib.mercat.q.3.nu.30.& 31.& ita di-
cit intelligi Bar.in d.l.admonendi, ff.de iure iur. nu.28.
verſ.ſi verò,vbi Iaſ.in 2.repet.verſ.3.caſu principali,nu.
* 112.& communem cum Bar. dicit Iaſ.d.loco, nu.133.
verſ.cū Bar.tranſeunt,& nu.134.verſ.conclude ergo,de
qua etiam cōmuni teſtatur poſt Dec.Crauet.de antiqu.
ver.vidimus abundè,num.29.& quod hæc ſit regula,&
* omnium receptior opinio teſtatur Rot.diuer.dec.375.
nu.1.p.1.ibidemq. nu.7.& deci.544.nu.4.p.3.li.3.Ma-
ſcar.cōcl.977.tota,Foller.Caputaq. & alij, quorum cō-
* munem etiam dicit Scaccia d.c.11. nu.202. verſ.ſecus,
dicentes omnes præcitati Doctor. librū mercatoris pro
* tertio contra tertium ſemiplenè probare, quam cōmu-
nem ſententiam intelligit Scaccia d.n.235.quando ter-
767 tius † negaret eſſe præſentē; id enim ſubtilliſſimus ille
vir nonnullis argumentis probat, quib. ad literā relatis
eādem proſequitur opinionē Gen.loco proximè citato.

Illo enim primo fundamento mouetur Scaccia, ideo
dicit de iure præſtatur fides libro mercatorum,eo quod
hi,

hi, qui cum mercatore negociantur de re ſpectante ad
768 negociationem mercaturæ, videntur † mandare, vt conficiat librum rationum communium modo, vt ſuperius iterum probauimus, ergo negato hoc mandato, ſeu negato ſuppoſito negociationis per negatā tertij præſētiam, ceſſat tacitū mandatū de conficiendis rationibus.

Quam conſequentiam probat duplici argumento, &
769 primo, quando præſūptio † oritur ex cauſa conſiſtente in facto, vt in caſu noſtro, vbi præſumptio mandati ad conficiendum librum oritur ex negociatione cū mercatore, tunc in illa cauſa lex non præſumit, niſi ea probetur, Alciat. de præſump. p. 3. in princ. ſub nu. 6.
770 Secundò, quando lex mouetur ad præſumendum † ex aliquo ſigno certo, tunc ſignum certitudinaliter debet probari, Alciat. d. loco nu. 8. ſed lex mouetur ad præſumendum pro libro mercatoris, quia ille liber præſumitur factus de voluntate, & mandato eorum, qui cum mercatore contraxerunt Alciatus. vbi ſup.
771 Nec per eundem librum probatur † negociatio, quia daretur probatio impoſſibilis, dum poſteriora producerent priora, ſeu effectus produceret cauſam; Nec notabilia adnotat Scaccia dicto loco.

Ego vero omiſſis his extraneis alioquin veriſſimis, & ſubtiliſſimis fundamentis, ex alijs magis proximis, & indubitabilioribus, eandem comprobabo opinionem,
✱ & dico Bar. Iaſ. & alios communiter firmantes hunc li-
772 brum † contra tertium ſemiplenè probare, modo vt probauimus ſup. eſſe intelligendos, ſi ille tertius negaſſet præſentiam, vt Scaccia ſingulariter adnotauit. &
✱ Primò probatur nam ſi Bart. & communiter alij ſupponerent abſentiam tertij, contra quem liber, ſeu parti-
773 ta ſcripta fuit, tunc † contra iuris regulas loquuti eſſēt, quas regulas in hoc caſu ex eiſdem authoribus probauimus ſupra, num. 730. vbi concluſum fuit, nec ſemiplenè hunc librum probare.

Sin autem Bar. & ſequaces ſupponant tertij debitoris præſentiam, non negatam tunc vtiq. contra alias iuris
774 regulas loquerentur, dum † ſup. nu. 739. & ſeq. concluſum fuit, librum plenè probare contra tertium præſentē requiſitis adhibitis, quod adeo verum diximus, vt ſi ter-
775 tius † præſens tacuit vtiq. contra eum plenum inducetur præiudicium, vt d. loco n. 741. & ſeq. idque etiam
776 verum diximus, ſi ille tertius contradiceret, dicendo ſcriptum non eſſe verum.
✱ Idcirco concludendum erit Bar. & communē proce-
777 dere quando tertius negaret præſentiam ad hoc vt iuridicè Bar. & ſequaces loquutos fuiſſe dignoſcatur.

Probatur noſtra conſequentia, quia ſi tertius fatere-
778 tur præſentiam probatio libri † nullo alio probationis adminiculo indigeret, ſed pleniſſima iudicaretur, ex traditis ſup. nu. 751. & ſeq. & prout alias inferius dicemus, ex quo ſufficit ſubſtantiam eſſe probatam, nam conſtito de præſentia eo ipſo conſtitum dicitur de facto, nam ter-
779 tius † confitendo ſcriptum ſe præſente fuiſſe, non poterit eodem tempore negare veritatē ſcripti, quia eſſet
780 eodē tēpore † ſtare, & non ſtare, dum nos tractamus de præſentia in actu negociationis, et contractus ſcripti,
781 ideo incluſa præſentia includitur contractus † modo vt in ſimili declarabimus infra, niſi negatio probetur.
782 Nec obſtabunt ſuperius nu. 737. notata, quia † vltra Iaſ. in d. l. admonendi, nū. 134. benè eis ſatisfacientem, dico quod ſi tertius fateatur præſentiam, & negauerit ſcriptum in aliquibus forſan, per præſentiam confeſſatā fateretur contractus, & probato contractu, nihil aliud

reſtat probandum, vt ſupra firmauimus, ſed ſi negaret non ita eſſe negociatum, prout apparet ſcriptum tunc alterius ſpeculationis, alteriuſq. diſceptationis eſſet.

Concluſio autem hæc modo iam dicto comprobata
783 extenditur etiam ad plenam probationem data † partitarum ſcriptarum veroſimilitudine, ad quā dijudicandam implorabitur iudicis arbitrium conſiderantis, quæ notauimus ſup. nu. 102. cum plurib. ſeq. vſq. ad nu. 123.
784 Extenditur ſecundo, ſi factum haberet † connexitatē cum negociatione facta cum principali negociatore, & cum ſcribente mercatore, taliter quod partita ſcripta connexum factum haberet cum principalibus, & tertio præſente, ex dictis ſuperius nu. 305. & ſeqq. quo in caſu iudex arbitrabitur etiā ad plenam probationem, vt ibi, & alibi etiam diximus.
785 Extenditur tertiò, in facto antiquo, † quo dato daretur plena probatio ex traditis ſup. nu. 297. & ſeq. & alibi pluries.

Extenditur quarto, illatiuè ad primam extenſionem,
786 ſi in libro † poſteriori ſcriberetur, & ſcripta appareret partita negata per præſentiam, quæ ſolita erat negotiari inter ſcribentem, aut principalem creditorem cum tertio negāte præſentiam, quo in caſu iudicarem librum plenè proba-
787 re probato ſolito, illa ratione, quia in cōſuetis † ea, quæ facti ſunt præſumuntur, vt Bal. Cotta Crauet. & alijs allegatis probat Menoch. de præſump. lib. 6. præſump. 14. & ſeq. & probauimus ſup. nu. 116. verſ. quinto dicitur,
788 Extenditur quinto, quando probaretur aliqua † qualitas in partita ſcripta enunciata, quæ qualitas per neceſſe includeret præſentiam tertij, quia tunc præſentia nequaquam negari poterit, eo quod neceſſariò præſumeretur, Iaſ. in l. ſciendum nu. 2. ff. de verb. oblig. quem refert Menoc. vbi ſup. nu. 21. & id verum ego dico, etiam ſi illa qualitas non includeret præſentiam, nam probata
789 † aliqua particula, veritas aliarum dicitur probata ex traditis ſup. num. 133. & alibi.
790 Attenta verò conſuetudine, † & ſic quo ad ſecūdam propoſitam inſpectionem concludit Scaccia d. c. 11. nu. 238. librum plenè probare, dummodo concurrant omnia per eundem Scacciam relata, & per nos notata ſuperius nu. 89. vſq. ad num. 205. incluſiuè, quibus, conſideratis in factis contingentibus liber probat plenè.
791 Extenditur concluſio etiam contra † non ſubditum, ex traditis ſup. num. 35. 36. & ſeq. reliqua ſuper his adnotat Scaccia citato loco illum conſulas liber antè mercatoris, an ſola literarum comparatione probetur, vide infra num. 1088.

SVMMARIVM.

792 *Tutor, curator, ſocius, factor, & omnis alius adminiſtrator, tenetur conficere librum rationum, & quomodo conficiantur, nu. 793. remiſſiuè.*
794 *Adminiſtratores omnes tenentur conficere librum rationum, aliàs tenerentur de dolo, & punirentur, nu. 865.*
795 *Adminiſtratori neganti confeciſſe librum non creditur.*
796 *Adminiſtratoris liber plenè probat pro ſcribente, de veritate, nu. 816. & ſeq.*
797 *Libro patris, qui non erat legitimus adminiſtrator bonorum filij, creditur.*
798 *Libro matris vſufructuariæ creditur.*
799 *Libro patrui adminiſtrantis bona nepotis creditur.*
800 *Libro fratris adminiſtrantis creditur.*
801 *Libro negociorum geſtoris creditur.*

802 *Libro procuratoris ad litem, ſeu ad negotia creditur.*
803 *Libro actoris vniuerſitatis, aut alterius domini creditur.*
804 *Libro exequutoris ſententiæ creditur.*
805 *Libro exequutoris teſtamenti creditur.*
806 *Libro curatoris ad lites creditur.*
807 *Libro hoſpitalarij creditur.*
808 *Libro hæredis grauati creditur.*
809 *Libro ſerui adminiſtrantis creditur.*
810 *Libro ſociorum creditur.*
811 *Libro filij adminiſtrantis viuente patre creditur.*
812 *Libro amici adminiſtrantis creditur, omnibus prædictis datur fides, nu. 813.*
813 *Liber ratione conſanguinitatis, vel amicitiæ ſuper rationibus adminiſtratis confectus probat, nec ſuper eis requiritur ſcrupuloſa rationum redditio, accedente veriſimilitudine partitarum ſcriptarum, 814. & ſeq.*
815 *Liber egregiarum perſonarum pleniorem probationem facit.*
816 *Liber tutoris, vel alterius adminiſtratoris plenè probat pro ſcribente in modicis, ſecus in magnis ſummis.*
817 *Liber tutoris, & alterius adminiſtratoris in modicis ſolo iuramento probatur de veritate verò, numer. 825. cum multis ſeqq.*
818 *Liber tutoris pro expenſis magnis probatur per alias ſcripturas, per teſtes, per apocas de recepto, per rei, & operis euidentiam, aut per alias coniecturas iudicis arbitrio approbandas, 819. cum ſequent. ac num. 847. cum ſeqen.*
820 *Expenſæ deſcriptæ in libro tutoris, vel alterius adminiſtratoris non debent angariari, ſed debent recipi ſecundum ſubiectam materiam.*
821 *Expenſæ factæ per tutores, & alios adminiſtratores probantur per teſtes domeſticos.*
822 *Expenſæ factæ per tutores, & alios adminiſtratores in ædificijs probantur per peritos.*
823 *Expenſæ factæ per tutores, & alios adminiſtratores infra ſolidos quinque probantur ſolo iuramento expendentis, conſiderata eius qualitate, eo quod de his non facilè conficiuntur ſcripturæ; idque vſu receptum in omni materia, ibid.*
824 *Libro tutoris, vel alterius adminiſtratoris creditur in expenſis, ſi pupillus, aut dominus acceptauerit partitas introiti, cum declaratione, ibidem adducta.*
825 *Liber tutoris, aut adminiſtratoris mortui in modicis, abſque iuramento probat cum declaratione vt in numero ſequen.*
826 *Mors ſcribentis fidem tribuit libro.*
828 *Mendacium in libro morientis non præſumitur, quia declaratum fuiſſe cenſetur per morientem.*
829 *Moriens quilibet, & ſi non præſumatur Beatus Ioannes Baptiſta, tamen non præſumitur inmemor ſalutis æternæ.*
830 *Mors magis operatur, quàm iuramentum in libro rationum.*
831 *Liber mortui quandoſemiplenam, quandoque minorem faciat probationem ſingulariter expendit auctor.*
838 *Librum adminiſtratoris in magnis, aut modicis probare iudicis arbitrio, quando committatur, ſingulariter enucleatur.*
844 *Arbitrio Iudicis, nullum, aut pauciſſimum committendum erit.*
845 *Liber tutoris, aut alterius adminiſtratoris, quam faciat probationem.*
847 *Liber tutoris, aut alterius adminiſtratoris in magnis ſummis veroſimilibus conſideratis per iudicem plenè probat.*
848 *Liber tutoris, aut alterius adminiſtratoris qua veriſimilitudine probetur.*
849 *Expenſæ minutæ factæ per tutorem, vel aliud adminiſtratorem probantur ſolo iuramento abſque alia veriſimilitudine, vſque ad numer. 855. ſecus in magnis.*
850 *Liber tutoris, & alterius adminiſtratoris in minutis ſolo iuramento expendentis probatur cum in illis commodè parari aliæ probationes non poſſunt.*
851 *Iudicium adhibendum in minutis expenſis differt ab eo, quod adhibetur in magnis cum ſeq.*
855 *Liber tutoris, aut alterius adminiſtratoris pro eius probatione requirit etiam difficultatem, vt aliter non valeant deſcripta in illo probare; & difficultas hæc quomodo probetur. nu. 856. & 857.*
858 *Liber Ducis belli, alteriuſque valde egregiæ perſonæ in magnis ſummis probat, & in quibus.*
859 *Conſaluus Fernandez de Corduba magnus Capitaneus, confecit librum rationum.*
860 *Liber ſociorum probat tam in minutis, quam in magnis ſummis ſi requiſita habeat, & veriſimilitudinē, & extenditur. nu. 861.*
862 *Liber tutoris, vel alterius adminiſtratoris probat in magnis ſummis quando ſcribens erat fide dignus contrarium, nu. 863.*
863 *Fides ſcribentis adminiſtratoris cenſetur approbata per dominum.*
864 *Liber tutoris, vel alterius adminiſtratoris non debet habere rationes proprias in illo commixtas; quia præſumeretur occultatio.*
866 *Tutor, aut alter adminiſtrator non conficiens librum rationum, an valeat dicere eum velle probare rationes per alias probationes, vſque ad numer. 873. vbi ſingulariter expenditur additis, quæ notantur 888. vbi clarius.*
867 *Expenſæ tutorum, & aliorum adminiſtratorum non probantur, per liſtas, vel ſcartafacios, aut manualem, & 868. declaratur nu. 869. & 870.*
870 *Liber ſocij, aut mercatoris, etiam ſi confectus fuerit inter eos ad formam manualis, probat, cum inter illos de bono, & æquo agatur.*
871 *Tutor, vel alter adminiſtrator per quaſcumq. probationes de iure validas poterit probare expenſas factas, & 872.*
873 *Liber tutoris, vel alterius adminiſtratoris, plenè probat contra ipſum adminiſtratorem ſcribentem. ampliatur etiamſi careat requiſitis, numero 874. & ſequent. limitatur numero 879. & ſequent. declaratur limitatio 878. & 879. ac vſque ad num. 889.*
876 *Liber tutoris, aut alterius adminiſtratoris continere debet cauſam dati, & accepti, ſed quomodo hoc intelligatur, vſq. ad nu. 889.*
Cauſa quæ, & quando requiratur in libro adminiſtratorum, ibid.
880 *Liber tutoris, aut alterius adminiſtratoris probat plenè partitas introitatas, etiam ſine cauſa, & expenditur.*
883 *Actus præſumitur factus in exequutionem cauſæ præcedentis.*

884 Liber

884 *Liber pro partitis intricatè ſcriptis dicitur ſuſpectus, & pro illis iuratur in litem contra tutorem, vel alium adminiſtratorem, & ſeq. vbi quomodo probentur per pupillum, aut Dominum nu. 885. & ſeq.*

885 *Partitæ ſcriptæ per tutorem, aut alium adminiſtratorem intricatè probabuntur circa eorum veritatem ſolo iuramento pupilli, vel Domini, & ſeq. taliter, vt ſi nullus fuiſſet confectus liber.*

886 *Librum non eſſe confectum, vel ſine cauſa cōfectum, vel obſcurè, vel intricatè idem eſſe & ſeq.*

888 *Liber tutoris, aut alterius adminiſtratoris, in quo integraliter rationes non eſſent deſcriptæ, dolum, & fraudem argueret, & non probaret, ſed contra ſcribentem iuraretur in litem, nec audiretur ſcribēs dicendo aliunde ſe velle probare, cum probatio aliunde, tunc admittatur, quando nullus confectus eſſet liber, vt ibidem.*

890 *Liber ſi vitiatur, non tamen vitiantur, quæ ibi deſcripta ſunt.*

891 *Veritas geſtorum, erroribus non vitiatur.*

893 *Liber tutoris, aut alterius adminiſtratoris plenè probat contra tertium in partitis paruæ conſiderationis num. 893. dummodò ſit ſolemniter confectus.*

894 *Liber tutoris, vel alterius adminiſtratoris plenè probat pro tertio contra adminiſtratorem ſcribentem.*

DE LIBRO TVTORVM, ET ALIORVM adminiſtratorum. Tit. 4.

TERTIA ſpecies libri ſcilicet, tutorum, curatorum, factorum, ſociorū, & aliorum, qui alterius bona adminiſtrant, habebit congruam, & debitā explicationem; nam prædicti tenentur libros rationum conficere, adhoc vt adminiſtratarum rerum facilius
792 veritas, † dignoſcatur, ad text. in l. apparitores. C. de exact. tribut. lib. 10. l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ratioc. diſtrah. l. fin. §. inter cætera, vbi Bar. ff. de liberat. leg. l. ſi ita fuerit la 2. §. quæſtio ff. de manumiſſ. teſtam. quodque poſt Bar. Bal. & reliquos in dd. iuribus latiſſimè demonſtrant Caualcan. de tut. & curat. nu. 206. cum ſeq. Paul. Montan. de offic tutor. & curat c. 32. regula 8. Eſcobar de ratiocin. c. 10. Genua d. lib. 4. tit. de lib. tutor. & Guttier. de tutel. par. 3. c. 1. nu. 63.

793 Forma autem huiuſmodi libri † poſt Caualcan. examinatur latè per Eſcobar de ratiocin. c. 10. nu. 41. latius per Montan. citata regula, quem tranſcriptis verbis ſequitur Genua loco citato, latiſſimè Guttier. de iuram. confirm. p. 1. c. 40. cum ſeq. & de tutel. vbi ſup. nu. 62. & 63. ac ante hos Menoch. de arbitr. caſ. 209. nu. 20. ipſos in facti contingentia conſulas.

Qui ſi loquantur in libris tutorum, & curatorum, tamen dicta per eos procedunt etiam reſpectu omnium
794 † adminiſtratorum bonorum alterius, ita Bar. & Aretin. in d. §. officio, Stracha de mercatur. p. 2. nu. 68. Pet. de Vbald. de duob. fratr. p. 12. num. 7. Io. Garzia de expenſ. c. 20. nu. 22. Eſcobar vbi ſup. nu. 1. & Guttierez de tutelis p. 2. c. 1. num. 114 & p. 3. c. 1. nu. 31. & ſi omnes
795 prædicti adminiſtratores negarent† confeciſſe libros, adhuc eis non crederetur, eo quod per conſuetudinem mandatum cenſetur eiſdem de libris conficiendis, ita Eſcobar citato cap. 10. num. 2.

His præmiſſis redeo ad primum caſum huius libri an
796 ſcilicet, liber hic probet pro ſcribente, & librum † huiuſmodi plenè probare reſpondent ex Bar. & alijs in d. §. officio Crauet. de antiquit. temp. verſ. 4. limitatur nu. 24. cum pluribus ſequent. Caualcan. de tutor. nu. 212. ac in libro cuiuslibet adminiſtratoris idem eſſe, dixerunt Scaccia d. c. 11. de iudic. cauſar. ciuil num. 247. & Eſcobar citato c. 10. toto, ac omnes inferius citandi.

Extenditur, & fortius ampliatur concluſio in omnibus infra notandis perſonis cōficientibus libros eorum adminiſtrationis, quibus creditur pro eis, nempe libro
797 patris† adminiſtrantis bona filiorum, quorum bonorum pater non erat legitimus adminiſtrator, ad text. in l. litis §. pater vbi Bar. ff. de negoc. geſt. Soccin. conſ. 34. lib. 1. Pinell. in l. 1. p. 2. nu. 29. C. de bon. mater. & alij relati per Guttier. de tutel d. par. 3. c. 1. nu. 24.

798 Liber confectus à matre† vſufructuaria Corn Piag. & alij relati per Guttier. d. loco nu. 55.

799 Liber patrui † confectus de bonis nepotis per eum adminiſtratis, Corn. conſ. 196. lib. 3. & Alciat. in l. 1. in fine. C. de edendo.

800 Frater † conficiens librum de bonis per eum adminiſtratis aliorum fratrum, conſanguinitatis, a ut tutorio nomine, habet vtique probationem pro ſe Guttier. d. loco nu. 19. & 66.

801 Liber Negociorum geſtoris† ad tex. vbi Bar. & alij in l. 2. ff. de neg geſt.

802 Liber procuratoris † ad litem ſeu ad negocia ad text. in l. ſi remunerandi & l. ſi procurator §. 1 ff. mandat.

803 Liber actoris † vniuerſitatis, aut alterius domini ad tex. in l. 1. & l item eorum §. ſi decuriones ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom.

804 Liber exequutoris† teſtamentarij ad tex. in l. nulli. C. de epiſc. & cleric. & cap. tua nobis & c. Ioannes de teſtament. & Marlian. deciſ. 13.

805 Liber exequutoris† ſententiarum ad tex. in l. exequutorem. C. de exeq. rei iudic. & Decian. conſ. 85. ſub num. 23. volum. 2.

806 Liber Curatoris † ad lites §. fin. inſt. de auth. tutor, ac

807 liber † Hoſpitaliarij ad tex. in auth. de eccleſiaſt. tit. §. pen. & l. orphanotrophos 1. C. de epiſc. & cleric. clem. 2. §. vt autem de religioſ. Dom.

808 Liber heredis† grauati Bar. in l. cum tale ff. de condit. & demonſtr. Soccin. conſ. 24. nu. 37.

809 Liber ſerui† adminiſtrantis Soccin. vbi ſupra.

810 Liber ſociorum, † vt latiſſimè Hector Felic. de ſociet. cap. 38. toto.

811 Liber filij adminiſtratoris† viuente patre Guttier. citato cap. nu. 20.

812 Liber Amici † adminiſtrantis Guttier. d. capit. numero 56.

Omnes itaque præcitati adminiſtratores tenentur librum conficere, vt probant præallegatæ authoritates, & libris prædictorum datur fides, imo quo ad illos, qui
813 † ratione conſanguinitatis, & amicitiæ libros confecerunt, non requiritur ſcrupuloſa rationum redditio,
814 dummodo † veroſimiliter dignoſcatur vera eſſe ſcri-
815 pta, & fortius reſpectu egregiarum † perſonarum, vt reſponderunt Montan. in d. regul. 8. Guttierez d. cap. 1. num. 56. & 66. ac num. 161. cum ſeq. & Eſcobar de ratiocin. d. cap. 10. num. 64.

Reſtringitur verò concluſio firmata ſupra num. 796
816 eam tantum procedere in expenſis † modicis; quia in magnis huic libro pro ſcribente non crederetur, Bar. in d. §. officio Caſtrenſ. conſ. 301. num. 3. lib. 1. Tiraq. in tract. de iudic. in reb. exiguis verſ. ex hoc fit, Maſcar. de

probat.concluſ.975.num.60.& 61.Rot.Bon. Strachá,
& alij relati per Caualcan.d.nu.212.verſ.& hoc proce-
dit Eſcobar. dicto cap.10.num.58.cum ſeq. Scaccia d.
cap.11.num.248. latius & eleganter Guttier. d.cap.1.
num.154.Montan.d.reg.8.nu.4.5. & ſeq. Surd. de ali-
ment.tit.6.quæſt.8.num.76.Hippolit.Rimin.& alij re-
lati per Genuam de ſcript. priuat. d.lib.4.tit. de lib. tu-
tor.num.7. prout de libro mercatoris probauimus ſup.
817 num.123.& 127. expenſæ † enim minutæ ſolo admi-
niſtratoris iuramento probantur, ita prę citati Docto-
res,& in ſpecie Scaccia num.248.& 250.de veritate ve-
rò vide inferius num.825.& ſeq.

818 In expenſis verò magnis † probatio facienda erit
per ſcripturas, & teſtes, & ſic per Apochas de recepto,
819 aut per rei,& operis euidentiam,aut per alias † conie-
cturas arbitrio iudicis approbandas,Corn.poſt Bal.per
eum allegatum, in l.fin.§.in computatione col.1. C. de
iur,deliber.Eſcobar.d.cap.10.num.58.latius Guttierez
d.cap.num.147.& Garzia de expenſ.d.cap.20. nu.23.
modo,vt probationes huiuſmodi non angariantur, ſed
820 recipi debent, quæ ſecundum † ſubiectam materiam
conuenienter haberi poſſunt Guttier. d.num.147.imo
821 ad probandum hæc admittuntur † teſtes domeſtici,
822 & in ædificijs,alijſque operibus factis; periti, † vt idem
Guttier.d.loco nu.150.& per hoc infertur,quod quan-
do expenſæ ſunt infra ſolidos quinque ſufficit iura-
823 mentum eius, † qui expendit conſiderata eius qualita-
te,eo quod de his commodè non poſſunt fieri ſcriptu-
ræ, & plures adhiberi teſtes, Bald.in l.id quod pauperi-
bus ſub num. 39. C.de epiſcop. & cler. Speculat. tit.de
inſtrum. edit.§. nunc verò aliqua Plot. de in lit. iur. in
parua impreſſione §.12.nu.8.Garzia de decim.tutor.§.
21.nu.28. Garzia de expenſ. dicto num.23. Bouadigl.
in ſua politic.prætor.lib.5.cap.4.nu.3.quos,citat Eſco-
bar d.cap.19.num.59. quodque vſu receptum in omni
materia teſtatur Guttier. d.cap.1. num. 156. par.3. de
824 tutel. Imo eo magis ſtaretur libro † tutoris alteriuſque
adminiſtratoris, ſi pupillus, aut dominus acceptauerit
partitas introitatas, quo in caſu teneretur ſtare partitis
in exitu deſcriptis tanquam connexis,quorum idem eſt
iudicium, vt infinitis citatis probat Muta deciſ.84.nu.
21.& 27.quod ego verum dico, ſemota tamen inueriſi-
militudine partitarum in exitu deſcriptarum, vt infra
num,845.& ſequentibus dicemus.

Id enim quod ſuperius num.817.diximus circa pro-
bationem per iuramentum adminiſtratoris, intelligas
825 † quando eſt viuus adminiſtrator,quia ſi fuiſſet mor-
tuus, eius heres non teneretur probare, ſed huic libro
crederetur tanto magis,ſi legitimè fuerit confectus, &
826 contineret partitas veroſimiles,eo quod mors † fidem
addit,Bar.in l.admonendi nu.27.ff.de iur. iur. Bal.in l.
comparationes num.14.verſ.ſed iſta. C.de fid.inſtrum,
& in l.inter cartulas. C. de conuen.fiſci debitor.lib.10.
Caſtrenſ.conſ.131.& conſ.302. Crauet. conſ.265.nu.
5. Dec.in l,1.not.2.C.de eden. & conſ.151. Crauet. de
antiquit.temp.§. vidimus num.30, & alij, quos conge-
runt Alciat.de præſumpt.reg.3. præſumpt.4.num.5.&
828 Surd.deciſ.103.eo quia præſumendum erit † morien-
tem declaraſſe mendacium ſcriptum per eum in libro
829 ſi quod erat ſcriptum ; cum quilibet moriens † & ſi
non præſumatur Sanctus Ioann. Baptiſta, tamen non
præſumitur immemor ſalutis æternæ, vt poſt Soccin.
Crauet. Maſcard. & alios probant Eſcobar. d. cap.10.
num.60. & Guttier. d.par.3.cap.1.num.151.in fine,
Surd.conſil.245.num.20.volum.2.& conſil.543.num.
830 2.& 3.imò magis operari † in his mortem, quam iu-
ramentum reſpondit Viui. deciſ.184. num.11. & Affl.
ante eum deciſ.40. in fine; elegantius tamen Menoch.
de præſumpt.lib.5.præſumpt.5.num.4.& ſeq.innume-
ros citat Genua d.lib.4.de ſcript. priuat.tit.1. num.17.
cum multis ſeq.poſt Gratian.deciſ.94.num.10.ac mul-
tis rationibus probat Scaccia d.cap.11.num.155. cum
multis ſeq. & ſi Doctores inter ſe pugnant diſceptantes
quam faciat probationem liber mortui, dum ſemiple-
831 nam facere † reſpondit Caſtrenſ. in d.l.admonendi,
& tantum præſumptionem dicit Bar.ead.l.admonendi
* nume.27. & vtriuſque opinionem communem dixe-
runt, variatè, Doctores vt eſt videre penes Maſcard.d.
concluſ.975.num.4. & 5. quamuis ex allegatis per Ge-
832 nuam loco proximè citato, opinio † Bart.appareat
* magis communis, magiſque communem dicit Adrian.
Neguſant. conſil.423. num.18.19. & ſeq. eundemque
probat M.Ant. de Amat. deciſ. Ferrar.8.num.36. ſim-
pliciter cum Genua pertranſiens.

Verum Doctores, diſtinctione has duas conciliant
833 † opiniones, nempe opinionem Bart. procedere
quando mortuus ſcribens erat vir probus ordinaria
probitate; ſin autem probitate præexcellenti,procedere
834 † Caſtrenſis opinionem dicunt, ita Maſcard. vbi ſu-
pra numero ſexto, Honded. conſilio 39. numero 50.
cum ſeq. volum.2.& Genua d.tit.1.num.28.29.& ſeq.

Attamen diſtinctionem hanc improbat, & confutat
Adrian. Neguſant. vbi ſupra dicendo eam falſiſſimam
835 † in cauſa magni præiudicij, dum abſurdum eſſet da-
re fidem magis voci mortuæ ſcribentis, quam viuæ, &
mortuæ non iuratæ.

Ego autem dico reprehenſionem Neguſantij eſſe
inutilem in hoc caſu, poſtquam ſuperius num.123.&
836 127.& nu.817.& 818. probatum fuit † librum hunc
non facere fidem in magnis expenſis,ideo doctrina Ca-
ſtrenſ.intelligitur in modicis, aliàs eſſet contra iuris re-
gulas, vt idem Neguſant. notat & Caſtrenſem intelligi
837 † in modicis ſummis,teſtantur Pariſ.conſ.87.num.6.
lib.1.Grat.conſ.81.num.6.lib.1. Benintend. deciſ.47.
nu.12. & Eſcobar.d.c.10.nu.63.verſ.crederem, qui ci-
tat; & ita intelligendi ſunt Crauet. Boer. & Magon.
quos ſimpliciter,& malè ſequitur M.Ant. de Amat.de-
ciſ.Ferrar.3.nu.28.& 29.

Dicunt tamen Doctores nonnulli,hoc ſcilicet remit-
838 tendum † eſſe arbitrio iudicantis, ſi in magnis, aut
modicis credendum eſſet pro ſcribente, vt habetur per
Menoch.de arbitr.caſ.93.Maſcar.d.concluſ.975.nu.81.
& alij magni numeri,& in ſpecie Adrian. Neguſant.lo-
co citato. tu autem dicas,nullum ſupereſſe locum arbi-
839 trio iudicis,niſi modo infraſcripto,nam aut liber † cō-
tineat omnia requiſita cumulata per nos ſuperius in ſe-
cunda ſpecie librorum, & tunc librum probare abſque
iudicis arbitrio adhibendo ſuperius probatum fuit.

Aut verò aliquod ex requiſitis deficiat, aut plura, &
840 non probare † vtique per regulas, & declarationes
probatum,& diſtinctum fuit abſque interuentu iudicis
arbitrij, vt ſingulariter ſic docet Scaccia d.cap.11.nu.
292.artic.1.

841 Arbitrio iudicis ſolummodo committenda † ſunt,
nempe an quantitas deſcripta in libro ſit magna, an
parua inſpecta qualitate ſcribentis,vt docet Menoch.de
arbitr.caſ.91. num.18. quem in hoc ſequitur Scaccia d.
cap.11.num.181.

Secundo committendum erit, ſi capitula deſcripta
842 † in libro ſint connexa, aut ſeparata, Menoch. de ar-
bitr. caſu 95. poſt Bald. Soccin. Tiraq. & alios, quos con-
gerunt Scaccia d. cap. 11. num. 362. & 370. & in ſpecie
num. 376. cum multis ſequentibus, dummodo conne-
xum, & ſeparatum non ſit à iure deciſum, vt Scaccia d.
loco.
843 Tertiò committendum † erit quando dijudicandum
erit in libro, quod eſt veroſimile, quod autem inueroſi-
mile, vt ſuperius nu. 108. cum multis ſequentibus pro-
batum fuit.
Attamen ſingulariter docet Scaccia d. cap. 11. num.
844 297. & demum nu. 379. & 380. nullum † aut paucíſ-
ſimum committendum eſſe iudicis arbitrio.
845 Infertur itaque ex præmiſſis, librum † plenè proba-
re, aut ſemiplenè concurrente veroſimilitudine, modo
vt iudex conſideratis veroſimilitudinibus arbitratus
846 fuerit, quia tunc nō eſt liber, qui probat, ſed ſunt † cir-
cumſtantiæ, & veroſimilitudo, vt probauimus ſupra nu.
117. & 128.
Et per hoc ſublimitatur, ſeu declaratur reſtrictio po-
847 ſita ſup. num. 816. eam non procedere in libro † con-
tinente partitas magnas, ſed veroſimiles, quo in caſu li-
ber probabit, adhibito iudicis arbitrio ſuper veroſimili-
tudine, conſiderantis in libro tutoris cauſas expenſa-
rum, & viſis prædijs emptis ædificijs factis, alimentis
848 præſtitis, quorum euidentia † inducit veroſimilitudi-
nem, aut inueroſimilitudinem; ideo ex viſione prædi-
ctorum cum peritis dignoſcitur veritas ſic arbitrandi
per iudicem; vt ſingulariter docent poſt Bal. in rub. de
* fid. inſtr. C. num. 34. & poſt Bart. & communiter alios
relatos; Eſcobar d. cap. 11. nu. 63. verſ. Rurſus, vbi latiſ-
ſimè, Scaccia d. cap. 11. num. 153. cum multis ſequent.
& in ſpecie num. 178. & ſeq. idemque eleganter oſten-
dit Guttier. par. 3. de tutel. d. cap. 1. num. 157. & magis
* in ſpecie in poſtis ſcilicet magnis; Eſcobar ex communi
opinione, loco citato, & poſt Crauet. & alios, Genua d.
lib. 4. titulo de libr. tutor. num. 11. cum ſeq. dummodo
præcedant omnia requiſita poſita per Doctores citatos
ſupra num. 793. & probat Scaccia d. cap. 11. nu. 254. il-
849 la euidenti ratione, quia liber tutoris † ſolo iuramen-
to probatur in poſtis minutis abſque alia veroſimilitu-
dine, Scaccia d. cap. 11. num. 181. quamuis Maſcard. d.
concluſ. 975. num. 61. & ſeq. præſupponat veroſimili-
tudinem, tamen verior iudicatur opinio Scacciæ, eo
850 quod † in minutis aliæ non poſſunt commodè parari
probationes vt dictum fuit ſupra num. 823. & differt
851 iudicium † in magnis adhibendum à iudicio in mo-
852 dicis adhibendo, quia in primo probationes † plenæ
853 requiruntur, in altero verò ſemper deciduntur † iura-
* mento, vt ex communiter notatis per Doctores in l. ad-
monendi ff. de iur. iur. & per Bar. in l. fin. §. in computa-
* tione num. 4. vbi cæteri communiter. C. de iur. delib.
denique ſi magna ſumma veroſimilitudine probatur,
854 † non eſſet ideo differentia inter magnam, & modi-
cam ſummam, ſi vno indicio terminarentur; exiſtenti-
bus idcirco requiſitis in magnis etiam probare librum
* modo, vt ſupra, communem dicit Genua loco citato
num. 27.
855 Subdeclaratur hæc declaratio, ſi liber † aliud conti-
neat requiſitum, nempe, vt concurrat difficultas pro-
banda aliter, quam per librum rationis, ceſſante itaque
hac difficultate huic libro non crederetur, vt Bald. Iaſ.
Strach. Crauet. & alijs citatis probant Maſcard. d. con-
Tract. de Cred.

cluſ. 975. nu. 71. Scaccia. d. cap. 11. num. 153. & 256. &
Genua d. tit. de libr. tutor. nu. 26.
856 Et difficultas † hæc probandi ſatis allegata, & proba-
ta virtualiter videtur dato iuramento ſuper veritate ſcri-
ptorum in libro, vt probat Crauet. de antiquit. ver. quar
to limitatur nu. 34. quem ſequuntur Scaccia loco citato
nu. 257. & Genua vbi ſup.
857 Semper enim in his, quæ ſunt difficilis † probationis,
ſufficit veriſimilitudo, & iuramentum expendentis, ita
ex Bar. Alex. Iaſ. Dec. Guid. Pap. & Pariſio probat Eſco-
bar d. cap. 10. nu. 65. ver. quod autem dicimus, ſeu ante
num. 65.
Extenditur declaratio poſita ſupra nu. 847. eam for-
tius procedere in adminiſtratore ſcribente expenſas
magnas, qui fuerit perſona valde egregia, vt puta ſi fue-
858 rit Dux † Belli, qui ſcripſerit expendiſſe tot quam plu-
rimorum millia ducatorum, pro expugnandis hoſtibus
ciuitatibus, aut Regno, videlicet in ingenijs igneis, ex-
ploratoribus, & in alijs bellicis, & militaribus expenſis,
pro expugnatione iam dicta, & pro penetrandis arca-
nis, & conſilijs inimicorum, ita ex Bal. Guttier. & alijs,
inter quos Barbatia conſ. 46. col. 8. verſ. capio nunc, do-
cet Eſcobar. d. cap. 10. num. 63. verſ. & idem dicendum
erit, & penes Barbat. exponitur caſus Gregorij, & Fran-
859 ciſci de Conſagha, ac penes Eſcobar caſus magni † ca-
pitanei Conſalui Fernandez de Corduba Ducum Bel-
li reddentium rationes expenſarum bellicarum.
860 Extenditur ſecundo in libro ſociorum, in quo † non
fit differentia, an paruam contineat liber an magnam
ſummam expenſam, eo quod ſi liber requiſita habeat,
& veroſimiliter expenſum appareat, plenam facit fi-
dem, ita congerendo Doctor. docet Maſcard. de pro-
bat. in ſæpius citata concluſ. 975. num. 83. cum multis
ſequent. poſt Menoch. de arbitr. d. caſ. 91. & apertius
Scaccia d. cap. 11. num. 182. & 251. quodque extendi-
tur per Maſcar. citato loco num. 84. etiam ſi liber ſcri-
861 batur † ab vno ſociorum, aut à pluribus, vel ab inſti-
tore ad hoc electo, idemque notant, & latius docent
Eſcobar de ratiocin. cap. 12. toto, & Hector Felic. de
ſociet. cap. 38. etiam toto.
Reſtringitur verò eadem concluſio ſuperius num.
862 847. firmata; vt tunc † hic liber probet, quando ſcri-
bens adminiſtrator fuerit fide dignus, ita Crauet. de
antiquit. temp. d. ver. quarto limitatur num. 32. & ex
Boer deciſ. 105. ac ex alijs notat Eſcobar d. cap. 10. nu.
63. verſ. crederem.
Contra reſtrictionem tenet Scaccia d. cap. 11. num.
259. verſic. ſed nos cogimur iunctis num. remiſſis per
863 eundem ſingulariter & benè, poſtquam fides † admi-
niſtratoris fuit approbata per dominum eligentem
eum ad ſuorum bonorum adminiſtrationem.
Reſtringitur ſecundo, vt in hoc adminiſtratorum li-
864 bro nequaquam † commiſceantur rationes ipſius
eiuſdem adminiſtratoris ſcribentis, Crauet. loco citato
num. 51. Maſcar. d. concluſ. 975. nu. 70. & alijs adductis
probant Scaccia d. cap. 11. num. 260. & Genua d. tit. de
lib. tut. nu. 25. illa ratione, quia cum tali miſcellanea
præſumitur occultatio quod etiam latius probant E-
ſcobar. d. cap. 10. num. 75. & ſeq. & Guttier. d. cap. 1.
num. 58.
Sed circa prædicta quæritur, dum enim Doctores
omnes ſuperius citati, & ſignanter Montan. Eſcobar. &
alij ac in ſpecie Guttier. de tutel. par. 3. d. cap. 1. nu. 54.
865 dixerunt quemlibet adminiſtratorem † teneri ad con-
E 2 ficiendum

ficiendum librum rationum, aliàs eſſent in dolo, & iu-
raretur in litem, & forſan pęna ſtellionatus punirentur,
vt tangit Farinac. conſil. 114. numero 13. volum. 2.
866 quęritur itaque an in caſu, quo liber non fuerit † con-
fectus, valeat dicere adminiſtrator eum velle probare
expenſas factas per alias probationes.

Pro cuius quæſiti reſolutione duo ſunt diſtinguendi
caſus, primus caſus erit, ſi adminiſtrator voluerit pro-
bare per bilancium, manualem, aut per liſtas; ſecundus
caſus ſi voluerit probare per teſtes, aut ſcripturas au-
thenticas, & de iure validas.

867 In primo caſu dico probationem † non valere per il-
la ſcartafacia inuenta tantum ad conſeruandum me-
moriam pro modiciſſimo tempore, quia illum, qui te-
netur reddere rationes, oportet librum rationum oſten
868 dere, vt ſuperius probatum eſt, nec ſufficit † oſtendere
liſtas perfunctoriè ſcriptas, Soccin. conſil. 24. volum. 1.
Stracca de mercat. par. 2. num. 59. & alij, quibus probat
Eſcobar d. capitulo decimo, numero 70. cum multis
ſequent.

869 Declaratur hic caſus, nam vtique probatio † prædi-
cta procederet, ſi ab initio adminiſtrationis actum fuiſ-
ſet, vt prædictis inualidis ſcripturis credatur, vt notat
Eſcobar loco citato.

870 Declaratur ſecundò in mercatoribus † & in ſocijs,
inter quos proceditur de bono, & æquo, non autem de
apicibus iuris diſputatur, inter quos ideo admittitur
prædicta probatio, prout ex Ang. Marant. Strach. &
alijs, docet Rot. Gen. deciſ. ſecunda, numero 29. & de-
ciſ. 96. numero quinto, ac alibi, vt refert Eſcobar citato
loco.

871 In ſecundo verò caſu indiſtinctè teneas, tutorem, † &
alium adminiſtratorem, per quaſcunque probationes
de iure validas, poſſe probare expenſas, quod euidenter
probatur, nam firmatum fuit ſupra numero 855. quod
libro huic tunc credatur quando per alias probationes
difficiliter ſcripta probarentur, ideo exiſtentibus alijs
probationibus non tractatur de libro, & cuique notum
872 eſt validiores eſſe probationes † deſumptas à teſti-
bus, & à ſcripturis authenticis, & publicis, quam à li-
bris huiuſmodi; quia primæ ſunt aptæ, ac ſic ordinatæ
ad probandum per leges, ſecundæ verò regulariter non
admittuntur, vt ſuperius latius viſum eſt, ſed de his,
termini ſunt noti ideo ſatis; addo autem Maſcard. de
probat. concluſ. 345. numero 69. Phanuc. Plot. &
alios, quos in terminis citant Cardin. Tuſc. concluſ.
202. numero 24. & ſeq. & Farinac. in fragm. par. 2. ver.
iuramentum in litem, numero 1087. ſed clarius de his
inferius, num. 888. & ſeq.

Secundus principalis caſus propoſitus ſupra numero
15. paucis explicabitur, nam liber huiuſmodi pleniſſi-
873 mam fidem facit † contra eundem adminiſtratorem
ſcribentem, ex traditis ſuperius numero 201. ac pro ab-
ſoluto firmant Farinac. deciſio. 110. & additio ibi, &
Marlian. deciſ. 42. paſſimque per omnes citato loco per
nos relatos, & inferius in vltima libri ſpecie referendos
num. 969. cum ſeq.

874 Ampliatur concluſio, etiam ſi liber † careat requiſi-
tis, vt probatum fuit ſupra nu. 203. necnon & amplia-
875 tur omnibus † modis relatis inferius in vltima ſpecie
libri num. 979.

Limitatur verò concluſio ſi liber nequaquam conti-
neret cauſam dati, & accepti, quo in caſu nullatenus li-
876 ber † contra ſcribentem probaret, vt ſupra numero
173. & 204. probatum fuit, quodque fortius procedit
in huiuſmodi libro adminiſtratorum, in quo contineri
877 debet † expreſſa cauſa, & omnimodè clara, Scaccia
d. cap. 11. num. 277. cum alijs in dd. locis relatis.

Declaratur verò limitatio, quando adeſſent aliquæ
coniecturæ, de cauſa debiti, quia coniecturis exiſtenti-
878 bus liber probaret † ſine cauſa expreſſa ſcriptus, Ma-
ſcard. concluſ. 976. num. 18. & alij relati per Genuam
lib. 4. de ſcript. priuat. tit. 1. numero 118. cum ſequent.
dummodo coniecturæ & præſumptiones deducant cau
ſam neceſſariam, & vtilem, modo vt ſupponit Scaccia,
loco proximè allegato.

Declaratur ſecundo illatiuè ad primam declaratio-
879 nem, quando de cauſa † per alias probationes appa-
reret, quæ nunquam excluſę videntur ex traditis ſupra
num. 871. & ſeq. & in terminis huius declarationis Ma-
ſcard. in d. concluſ. 345. num. 69.

Declaratur tertio, nam reſpectu tutorum, & aliorum
adminiſtratorum, partitæ introitus ſcriptæ in libro
880 ſemper contra ſcribentes pleniſſimè probant † abſque
alia cauſa accepti, tum fauore pupillorum argumento
iurium, & authoritatum allegatarum per Maſcard. d.
concluſ. 345. num. 61. tum & magis generaliter reſpe-
ctu omnium, quia ſatis apparet de cauſa adminiſtratio-
nis in genere, nam adminiſtrator tenetur, & poteſt exi-
gere, & recipere partitas, eaſque introitando, ideo par-
881 titas † ſcriptas nomine introitus non erit opus
aliam habere cauſam, quia illæ ſcriptæ præſumuntur
cum cauſa priſtinæ adminiſtrationis, nam vi, & ratio-
882 ne † adminiſtrationis apparet adminiſtrator ſcribens
debitor in partitis ſcriptis, quæ cauſa ſufficit, licet aliter
non exprimatur, dum præſumitur repetita, & ſubintel-
883 lecta, actus enim præſumitur † factus in executionem
cauſæ præcedentis, prout infinitis congeſtis exemplis
probat Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 49. à
num. 2. vſque ad finem præſumptionis ſemper in huiuſ-
modi conſulendus, ac Alciat. Maſcard. & alij, quos con-
gerit Maur. Arctin. de fideiuſ. ſection. 8. cap. 47. nu. 36.
cum multis ſequent.

Declaratur quartò, per quam declarationem radici-
tus tollitur limitatio poſita ſupra nu. 876. reſpectu ad-
884 miniſtratorum, qui † ſi in eorum libris ſcripſerint par-
titas ſine cauſa contra ipſoſmet ſcribentes, vtique liber
in his partitis plenè contra eos probaret; nam pro par-
885 titis intricatè † ſcriptis contra ſcribentem iuratur in li-
tem pro dominis adultis, & pupillis, quo in caſu ſolo iu-
ramento dominorum probarentur res, qualitates re-
rum, æſtimationes, fructus, redditus, & prouentus, ita
ac ſi nullum librum adminiſtrator exhibuiſſet, idem
886 † enim eſt librum non eſſe confectum, vel ſine cauſa
887 aut obſcurè, & intricatè ſcriptum, modo † vt docet
poſt Plot. Gutier. & alios relatos Eſcobar. d. cap. 10. nu.
49. & ſic iuratur in litem pro partitis ſine cauſa, & in-
tricatè ſcriptis contra ſcribentem.

888 Vel adminiſtrator omnia non ſcripſiſſet † in libro,
tunc dolus, & fraus præſumerentur ex non integra de-
ſcriptione, nec adminiſtrator poterit dicere volo aliun-
dè probare de partitis non ſcriptis, cum talis probatio
889 tantum admittatur, quando nullus † confectus eſſet
liber; Card. Tuſc. & Farinac. quos citauimus ſuperius
num. 872. quæ notabis ad declarationem dictorum ibi
& in ſuperiorib. num.

Verum ego, ſalua pace dictorum patrum, huic opi-
nioni non adſtipulor, cum mihi illa non arrideat, eo
quod

890 quod ſi ſolemnitas libri vitiatur † per non integralem deſcriptionem, tamen actus non vitiabitur conſtito de errore, & oſtenſo errore attenditur veritas, quæ geſtorum erroribus non debet vitiari, ad text. in l. illicitas §. veritas. ff. de offic. præſid. & veritas quocunque modo
891 † appareat ſemper vireſcit, vt poſt Innoc. Bald. Rot. Auenion. & alios, ſingulariter in ſimili nos alibi notauimus cum Sigiſm. Scaccia de iudic. cauſ. ciuil. lib. 2. cap. 11. num. 436. & latius de commerc. §. 1. gloſ. 1. nu. 35. cum alijs ſequent. ideo probata veritate, adminiſtrator abſoluitur.

In tertio principali caſu relato ſup. tit. 1. num. 16. reſpectu horum adminiſtratorum concludendum eſſet hunc librum non facere fidem per arg. à fortiori, cum ſuperius tit. 3. num. 208. & ſeq. probatum fuit librum mercatoris contra tertium non facere fidem, & mercatoris fides reputatur de publico approbata, vt ſæpius adnotatum fuit, quid fortius in huiuſmodi libris publicam approbationem non habentibus.

892 Sed quia mercator in his, quę non † ſpectant ad mercaturam non habet fidem de publico approbatam, propterea ſcripta ſuperius dicto num. 208. cum infinitis ſequentibus circa tertium abſentem, aut præſentem circa non ſpectantia ad mercaturam conueniunt huic articulo, & per hoc illa loca conſulas.

893 Extenditur declaratio in partitis † paruæ conſiderationis, pro quibus liber probat pro tertio contra tertium, dummodo ſit ſolenniter confectus, Ioſeph Ludouic. deciſ. Lucenſ. 42. num. 39.

894 Extenditur ſecundo pro tertio † contra adminiſtratorem ſcribentem, quia liber probabit Stephan. Gratian. diſcept. Forenſ. tom. 4. cap. 739. num. 17.

SVMMARIVM.

895 *Liber priuati nullam pro ſcribente probationem facit, ampliatur & limitatur num. ſeq.*

896 *Scriptura, qua vnuſquiſque ſibi propria annotatione debitorem conſtituit nullam probationem producit.*

897 *Libri priuatæ perſonæ, etiam ſi plures fuerint, nihil pro ſcribente probant.*

898 *Liber priuati etiam ſi producatur per aduerſarium adhuc pro ſcribente non probat. de veritate verò tit. 8. nu. 2643. cum infinitis ſeq.*

899 *Liber priuatæ perſonæ mortuæ, quam faciat probationem, remiſſiuè.*

900 *Liber priuati habens requiſita, ac continens partitas veriſimiles modici momenti concurrente bona fama ſcribentis, & ipſius iuramento accedente plenè pro ſcribente probat; extenditur procedere etiam in ſummis magnis veroſimilibus nu. 901. declar. concurrente difficultate probationis. num. 902.*

903 *Liber rationum reprobatus in vna partita redditur ſuſpectus in reliquis, & ſic non probat. Extenditur etiam in partitis ſeparatis nu. 904. contra num. 905. conciliatio nu. 906. cum plurib. ſeq. & declar. nu. 914. et cũ ſeq.*

906 *Liber rationum redditur etiam ſuſpectus in omnibus partitis ſeparatis, ſi vna partita reprobatur culpa, aut falſitate ſcribentis. num. 906. ſecus ſi extra factum ſcribentis ſuccederet num. ſeq.*

908 *Libri fides pendet à fide ſcribentis ſicut inſtrumenti fides pendet à fide notarij.*

909 *Scribentis probitas, & fides eſt quid indiuiduum, ideo liber ſuſpectus in vno dicitur ſuſpectus in reliquis.*

910 *Liber rationum tunc non dicitur ſuſpectus facto ſcribentis, quando falſitas prouenit ex partium aſſertione, abſque dolo ſcribentis. de veritate num. ſeq.*

911 *Liber rationum habens aliquam partitam ſuſpectam de falſo, aut falſam, in totum redditur ſuſpectus, et nõ probat, quamuis falſitas commiſſa ſit abſque dolo ſcribentis, dummodò ſit de ſubſtantialibus libri de veritate ver. ſeqq. num.*

912 *Falſitas non committitur abſq. dolo.*

914 *Falſitatis ſuſpicio in ciuilibus habetur pro veritate cum plurib. ſeq. quid verò in vitio viſibili; quid autem in inuiſibili, in ſeqq. num. explicatur, & demum num. 925. cum plurib. ſeq.*

917 *Liber rationum falſus in vna partita, dicitur in omnibus falſus, quando falſitas illius partitæ, plenè probetur.*

918 *Liber rationum falſus in vna partita probat quoad reliquas, ſi aliunde appareat, illas eſſe veras, & 932. cum multis ſeq. extenditur num. 919. 920. & 921.*

920 *Falſitas ſemper euitatur, quando de veritate prius apparuit, & 921.*

922 *Liber rationum falſus in vna partita modici valoris, & tenuis, probat quoad reliquas.*

923 *Liber rationis ſi careat die, vel expreſſione cauſæ, non per hoc viſibile vitium redditur ſuſpectus, quoad reliqua; & ſeq. contra num. 925. reſolutio nu. 931.*

924 *Vtile per inutile in materia librorum rationum non vitiatur.*

930 *Scriptura vitiata in die, anno, & ſimilibus redditur ſuſpecta in omnibus.*

931 *Vitium viſibile in ſcriptura vehementiorem, & fortiorem falſitatis ſuſpicionem producit.*

935 *Inſtrumẽtum vitiatum in appoſitione diei, quoad omnia contenta in eo cenſetur vitiatum, ſed latius cap. 3. diſceptabitur de hoc.*

936 *Liber rationis vitiatus in appoſitione diei ſuper vna partita, aut aliquibus probat quoad reliqua.*

937 *Liber rationis vitiatus in vna partita, quę haberet correſpectiuitatem cum alijs, vitiatus cenſetur quoad oẽs.*

938 *Inſtrumentum vitiatum in vno capitulo non cenſetur vitiatum in alijs, ſi de illis veritas aliundè appareat.*

939 *Liber rationis falſus in vna partita falſitate viſibili, aut non viſibili ſemper dicitur falſus in omnibus, & 940. ac ſeq.*

941 *Falſitas viſibilis, aut inuiſibilis pariformiter ſuſpectum reddit librum rationis in omnibus partitis, ſi falſitas plenè probata ſit, cum plurib. ſeq.*

943 *Malus in vno in eodem genere mali ſemper malus in alijs præſumitur.*

944 *Suſpicio falſi in ciuilibus ſufficit probari per validas probationes, vt ſuum operetur effectum.*

945 *Liber rationis continens vnam partitam reprobatam circa ſubſtantialia, quæ correſpectiuitatem habent cum alijs in totum reprobatur, & 946. ac 950. ſecus ſi non haberet correſpectiuitatem. 947. & ſeq.*

946 *Inſtrumentum in vno falſum, dicitur in omnib. falſum.*

949 *Liber continens vnam partitam reprobatam, quæ non haberet correſpectiuitatem cum alijs, & reliquæ aliæ aliundè, quam per librum non apparerent veræ, & partita illa reprobaretur in ſubſtantialibus, tunc in totum liber reprobaretur. quamuis vitium ſit latens.*

951 *Liber rationis habens partitã vnam falsã circa non ſubſtantialia negotij, probat quoad alia, vbi exẽplificatur.*

952 *Vitium viſibile, aut latens quando circa ſubſtantiàlia, aut non ſubſtantialia operetur.*

954 *Liber priuatæ perſonæ, probat plenè pro ſcribente, in his, quæ pendent ex mera voluntate ſcribentis.*

955 *Liber rationis continens vnam partitam verificatam probat, quoad alias, contra num. 956. reſolutio nume. 957. extenditur num. 960. modificatur. num. 963.*

965 *Connexæ partitæ tunc dicuntur, quando liber continet data, & accepta per ordinem, eamdemque negotiationem reſpicientia.*

966 *Liber rationum continet connexa, ſi ſit ſituatus per dictionem* item, di più. *idem erit per ſolam dictionē item.*

967 *Dictio item eſt cōtinuatiua, & repetitiua præcedentium.*

969 *Liber rationum priuatæ perſonæ plenè probat contra ſcribentem, extenditur num. 971. ac 972. ampliatur extenſio num. 973. & 974. extenditur, & num. 975. reſtringitur extenſio num. 976. & extenditur 4. num. 979.*

975 *Liber probat contra ſcribentem, & eius ſucceſſores, quando in vita ſcribentis ratum fuiſſet ſcriptum per aduerſarium, & 976.*

980 *Liber priuati contra ſcribentem non probat, quando ſine cauſa confectus eſſet.*

978 *Liber priuati contra ſcribentem plenè probat, etiam ſi careat requiſitis.*

981 *Liber non probat contra ſcribentem, ſi probaretur error.*

982 *Liber rationum impugnans non poterit eodem libro iuuari.*

983 *Liber non continens data, & accepta per ordinem non probat contra ſcribentem, contra num. 984. de veritate num. 987. cum ſeq.*

985 *Confeſſio facta in qualibet ſchedula, & ſcartafacio, poterit acceptari, & probat contra confitentem.*

986 *Confeſſio emanata in libello conuentionali probat.*

990 *Liber priuatæ perſonæ non probat contra tertium. declarat num. 991. cum ſeq.*

992 *Libris mercatorum magis creditur, quàm libris priuatarum perſonarum.*

993 *Mercatores videntur exercere officium, quaſi publicum.*

994 *Liber priuatæ perſonæ probatæ vitæ cum requiſitis eamdem ſufficientiam habet, quam tenet liber mercatoris.*

995 *Liber priuati, qui adminiculo veritatis nititur, plenè probat contra tertium. declara num. 996.*

997 *Liber Monaſterii, Collegij, Eccleſiæ, Canonicorum, Congregationis, vel alterius ſimilis loci quam faciat probationem, & ſeq. remiſſiuè.*

999 *Liber Epiſcoporum fiſcalium, æſtimi, cataſtri, Ciuitatis, & aliorum, quam probationem faciant; remiſſiuè.*

1001 *Liber viſitationis Epiſcopi plenè probat, circa officium Viſitationis.*

1002 *Liber chronicorum plenè probat.*

1003 *Librorum ſpecies plures penes Genuam.*

1004 *Liber ſindici ratione ſui officij ſemiplenè probat.*

1004 *Sindicis præſtatur iuramentum de legaliter exercendo.*

1005 *Sindicus adminiſtrator vniuerſitatis dicitur.*

1007 *Libro ſindici plenè creditur. de veritate num. ſeqq.*

1010 *Liber aromatarij non probat. declara num. ſeqq. vſque ad num. 1018.*

1013 *Conſuetudo ſi introducit aliquod genus probationis, intelligitur cum ſuis extremis iuridicis.*

1016 *Nicolaus Genua reprehenditur, cum ſeq.*

1018 *Liber capitulorum vniuerſitatis, & ipſius ſtatutorum, ſi pro ſolemni, diu habitus fuerit, plenè probat.*

1019 *Liber rationum, an poſſit acceptari in vna partita, & in altera oppugnari dicitur articulus ſatis conf..ſ ſuper tractatus per auctores. verſ. quoad primum.*

DE LIBRO PRIVATI Tit. 5.

895 LIBER autem priuatæ † perſonæ
(quæ librum ſuarum rationum confecit) nullam pro ſcribente facit probationem, (& ſic quo ad primum caſum,) ad tex. in l. exemplo. l. rationes & l. inſtrumenta. C. de probat. & annotauerunt vtriuſque iuris gloſatores nempe Accurſ. in l. quædam §. nummularios, ver. decernitur ff. de edend. & alter in c. 2. de fid. inſtrum. Bart. & omnes in l. admonendi ff. de iur. iur. ac in pluribus alijs locis relatis per
* Maſcar. concluſ. 975. in principio, vbi communem opinionem dicit, ac Io. de Vico mercat. Alfan. Bolognet. Maſſin. & alij nouiſſimi in l. 1. C. de eden. Honded. Rimin. Ceph. & alij nouiſſimi conſulentes relati per Genuam d. lib. 4. tit. 1. in principio, infinitos congerens, &
896 receptiſſimum dicens; illa ratione, ne ei ſcripturæ † credatur, qua vnuſquiſque ſibi annotatione propria debitorem conſtituit, prout ad verbum docet imperator in d. l. exemplo.

Extenditur concluſio etiam ſi priuatus plures con-
897 feciſſet † libros, & in omnibus creditum reperiatur ſcriptum; adhuc pro ſcribente fidem libri non facerent Schrader. in d. l. admonendi num. 268. ac Genua loco proximè citato num. 35. eo quod nulla diuerſitatis ratio concurrit.

Extenditur ſecundo, etiam ſi aduerſarius produceret
898 † ipſe hunc librum contra ſcribentem, aut eo quomodolibet vtatur, adhuc liber pro ſcribente nullatenus probat; Bal. Alex. Abb. & alij relati per Schrader. in d. l. admonendi dicto num. 268. vt refert Genua d. tit. 1. nu. 36. Sed de veritate extenſionis latius habebitur ſermo infra tit. 8. num. 2643. cum infinitis ſequent.

Reſtringitur tamen concluſio firmata ſupra nu. 895.
899 in libro † ſcribentis mortui modo vt dictum, & declaratum fuit ſupra num. 825. cum infinitis ſequentibus.

900 Reſtringitur ſecundò, ſi liber hic haberet † omnia requiſita, & contineret partitas veriſimiles modici momenti, concurrente bona fama, & iuramento ſcribentis, quia tunc plenè pro ſcribente probaret, vt vltra Crauet. Maſcard. Viui. Surd. Strach. Scacciam Dec. Iaſ. Rip. Rolan. Rimin. Turret. Marcabr. Genuam, & Eſcobar. allegatos circa veroſimilia ſupra num. 102. ac alios, ibidem; probant etiam Vrſill. ad Affl. deciſ. 40. num. 18. Viu. deciſ. 64. num. 8. Magon. deciſ. Florent. 95. num. 5. Surd. deciſ. 105. num. 6. Carroc. deciſ. 104. num. 7. Farinac. deciſ. 845. Hondede. conſ. 91. nu. 8. vol. 1. Surd. cōſ. 543. nu. 6. lib. 4. & alij relati per Genuam d. lib. 4. tit. 1. num. 56. cum pluribus ſequent. loquentes in terminis huius reſtrictionis.

901 Extēditur reſtrictio etiam in ſummis magnis, † ſi veriſimilitudine liber fulciatur, modo vt dictum, & declaratum fuit ſuperius num. 847. & ſeq.

Subdeclarantur reſtrictio, ac extenſio procedere eas,
902 concurrente difficultate † & penuria probationis, modo vt probatum fuit ſupra num. 855. & probat Carroc. allegata deciſ. 104. num. 7.

Secundò ſublimitatur, & ſubdeclaratur reſtrictio poſita ſupra num. 900. eam nullo modo procedere ſi liber
903 fuerit reprobatus † in vna partita, quia tunc cenſere-

tur

tur reprobatus in reliquis,& vti de falſo ſuſpectus fidem
nõ faceret, modo vt probauimus ſuperius nume. 131.
& ſequent.at in terminis Baiar. ad Clarum, in §. falſum
nu. 90.& Farinac.conſ. 108.num. 14.
904 Extenditur ſublimitatio etiam in partitis † diuer-
ſis, & ſeparatis in libro deſcriptis, quia vna reprobata
reliquæ reprobatæ, vti ſuſpectæ cenſentur, Bald. & Al-
beric.in l. ex falſis. C. de tranſac. vbi Salicet. qui tutio-
rem dicit opinionem, Gabriel. libr.7. comun. concluſ.
concluſ.3.num.19.verſ.contrarium, & Maſcar. de pro-
bat.concluſ.742.num. 14.
905 Contra extenſionem † probant omnes relati per
Maſcard.d.concluſ.742. num.5. & nume.11. per Petr.
Gregor.ſintagm.iuris lib.36.c.5.num.3.& per Menoc.
de præſumpt.lib.5. præſump.21.num.42.ac nouiſſimè
omnes relati per Farinac.in fragment. criminal. par.2.
verſ.inſtrumentum num.379.
* *Extenſio* verò ſaluatur adhibita cõmuni diſtinctio-
ne, nempe contraria procedere, quando falſitas capi-
tuli, & partitæ ſeparati, aut ſeparatæ non attribuitur
906 ſcribenti, ſed quando falſitas, & reprobatio † attri-
buitur ſcribenti, tunc vna ex ſeparatis partitis, aut ca-
907 pitulis reprobata, reliquæ vti ſuſpectæ † reprobantur,
illa ratione, quia fides libri pendent à fide, & perſona
908 ſcribentis, † prout, & fides inſtrumenti pendet à fi-
de notarij cum ipſorum probitas, & fides ſit quid indi-
909 uiduum, ideo efficit, vt liber † ex parte falſus totus
præſumatur falſus ad text.in l. aliquid, C. de ſuſcept.&
arcan.lib. 10. quo text.adducto poſt Maſcard.d.concl.
742.num.5.6.& 15.ſingularius probant Menoch.dict.
præſump.21.num.3.4.& 5. Scaccia.d.cap.11.nu.185.
& 326.& Farinac.d.ver.inſtrumentum nu.380.& tunc
non attribuitur falſitas, aut mendacium ſcribenti, quã-
910 do † committitur in verbis enunciatiuis partiũ abſq;
* dolo ſcribentis, ita Maſcard.d.concluſ.742.num.6.vbi
de communi, ſed in ſpecie aſſertionis partium, Menoc.
d.loco num.20.& Farinac.eodem allegato loco, nume.
385.& ante hos Gabriel. dicta concluſ.3. nume. 14. li-
mit. 6.
Ampliatur extenſio poſita ſupra nume.904.etiam ſi
911 falſitas † illius capituli ſit commiſſa abſque dolo ſcri-
bentis, dummodo ſit commiſſa in ſubſtantialibus libri,
prout dicimus in falſitate commiſſa in ſubſtantialibus
inſtrumenti, quia nõ obſtante, quod appareat de igno-
rantia, & errore redditur totus liber, aut totum inſtru-
mentum falſum, Maſcard.d.concl.742.nume.7.& ma-
gis in ſpecie infinitis adductis Gabr. loco citato nu.16.
ver. quarta fuit opinio, quorum plurimorum Docto-
rum communem dicit Farinac. vbi ſupra num.386.
Contra hanc ampliationem inuehitur Menoc. d. lo-
912 co nu.28. & 29. dicens falſitatem nullatenus † com-
mitti abſque dolo, & ſcientia.
Verum ampliationem iuſtificat Farinacc. vbi ſupra
nu. 386. ver. licet hæc recepta ſententia, dicens ſenten-
913 tiam Menoch concludere quo ad pœnam † crimina-
lem intelligendam, non quo ad tollendam fidem ſcri-
pturæ, quam iuſtificationem ego indubitanter probo,
914 quia in ciuilibus ſuſpicio falſitatis † habetur pro veri-
tate Gabriel. commun.concl.de malefic.lib.7.concl.6.
num.12.idem Menoch.de præſumpt.quæſt.99.num.5.
Maſcard. concluſ.739.nume.4.& 5.& infiniti citati pe-
nes prædictos Doctores, imo comprobationem hanc
extendit Natta conſ.633.num.8.cum pluribus ſequen.
915 procedere, etiam ſi ſuſpicio falſitatis † in ciuilibus, &
in terminis noſtris reſultet, & oriatur ex vitio ſcriptu-
ræ latente, & inuiſibili, dummodo vitium ſit graue, &
* non leue, ac communem opinionem dicit numer.9.&
ſi contra Nattam inuehat Rimin.iun. conſ.59. nu.9.&
ſeq.lib.1.& aliquo modo Menoch.d. quæſt. 99.nu.12.
ac ante hos Boſs.tit.de falſis, num.13. verſ. vides igitur
* ex præmiſſis, & num. 14. vbi de communi teſtatur, di-
916 centes ſuſpicionem † falſi in ciuilibus haberi pro ve-
ritate tantum ob vitium ſcripturæ viſibile, & manife-
ſtum; tamen Nattæ opinionem eſſe indubitatis ratio-
nibus fulcitam, quibus non bene reſpondiſſe Riminal.
iun. reſpondit Farinacc.de falſit.& ſimulat.quæſt.152.
* num.16.& hanc extenſionem Nattæ eſſe communem,
de qua teſtatur Maſcard. concluſ.740.num.4. & ſeq.&
eam ſeruari in practica, dicit idem Farinac.vbi ſupra in
fine num.16.ſed de his latius inferius, octauo titulo, de
Apocha priuat.in ſeptimo modo recognoſcendi num.
2894.cum multis ſequentibus.
Reſtringitur verò ſublimitatio,& extenſio poſita ſu-
pra nume.903.& 904.procedere ſi falſitas,& reproba-
917 tio † vnius partitæ plenè fuerit probata, ſecus autem ſi
præſumptiuè tantum, quia aliæ non cenſerentur in hoc
ſecundo caſu reprobatæ, ſed ſola illa ſuſpecta, Maſcar.d.
concl.742.num.17.Gabr.d.concluſ.3.num.10.& infi-
niti, quos probant Gabr. & Maſcard. vbi ſupra, & Me-
noch.d.præſumpt.21.num.12.idemque aduertit Scac-
cia d.cap.11.nume.327. & latius. Farinac. vbi ſupra in
fragmentis d.ver.inſtrumentum num.394.
Reſtringitur ſecundo, vt non procedat quando per
917 confeſſionem † partis, aut per alias probationes ap-
pareat reliquas libri partitas fuiſſe veras, quia tunc fal-
ſitas vnius nullatenus afficit fidem aliarum, Gabriel.d.
concluſ.3.num.6.& 7. Menoch.d. præſumpt.21.nu.7.
8.& 9.& Farinac.vbi ſup.num.399.& nu.401.quodq;
919 etiam verum exiſtimat quando reliquæ † partitæ alijs
efficacioribus præſumptionibus appareant veræ, num.
402.idemque probat Menoch.citata præſumpt.nume-
ro 21.& 22.
Reſtringitur tertio quando falſitas commiſſa circa
partitam vnam libri, ſeu vt melius loquar quando par-
920 tita reprobata † per prius non fuiſſet vera demõſtra-
ta, quia ſi prius partita illa apparuiſſet vera, tunc eo
921 quod qualitercũq; veritas rei appareat falſitas † eui-
tatur; nullatenus reprobaretur Gabr. d. concl.3. nu.9.
& Menoch.dicta præſumpt.21.num.11.
Reſtringitur quarto, vt non procedat quando falſi-
922 tas † eſſet commiſſa in re tenui, & modica, quia tunc
in alijs partitis nõ præſumeretur eadem falſitas, Gabr.
d.concluſ.3.nume.13. Menoch.vbi ſupra nu.18.& 19.
Maſcard.d.concluſ.742.num.21, & Farinacc.in d.ver.
inſtrumentum num.390.Reliquas ampliationes,& re-
ſtrictiones poſuerunt latiſſimè Gabr. Menoch.Maſcar.
& Farinac.locis citatis.
In eodem hoc articulo eruditiſſimus Sigiſm. Scaccia
d.cap.11.nume.323. licet dicat, nullum, quem viderit
excitaſſe, & tamen excitauerunt omnes citati per Fari-
nac.& ante Scacciam, per Menoc.vbi ſupra, tamen ſin-
gulariter diſtinguit duo genera, vitiorum, nempe pri-
mum quando vitium eſt viſibile, & patens, puta quia
ſcriptura caret die, vel expreſſione cauſæ, & in his fal-
ſitas detegeretur, & tunc concludit, quod liber rema-
923 net † validus pro alijs partitis, in quibus nequaquam
detegatur eadem falſitas, ſed defectu prædicto reliquæ
partitæ careant, quia veritas appareat, illa ratione, quia
plures

plures partitæ ſunt plura capitula ſeparata, quæ dum ſe-
924 parationem recipiunt, vtile † per inutile non vitiatur
* Bart. Roman. Vant. Crauett. Tiraq. & alij de communi
teſtantes citati per Scacciam d.c.11.num.324.& ita in-
telligitur extenſio ſuperius firmata num. 904.

Contra verò hoc primum diſtinctionis caput, faciũt
ſcripta per nos ſuperius num.914.verſ.imò comproba-
tionem; & nume.916.verſ.dicentes, dum probauimus
in vitio viſibili ſuſpicionem falſitatis haberi pro veri-
925 tate, taliter, quod ſi ſuſpicio † oriatur ex viſibili, &
euidenti vitio, facit plenam probationem quo ad om-
* nia capitula contenta in ſcriptura, itaque communiter
teneri per Doctores teſtatur Farinac. de falſitat. dict. q.
152. nume. 14. Surd. conſ. 132. nu. 61. vol. 1. & deciſum
dicit Viui. deciſ. 81. nume. 3. ſed ſi oriatur falſitas ex la-
926 tente, † & intrinſeco vitio, tunc ex Boſſ. d. num. 916.
* & 915. per nos relato, habetur, communiter reſponde-
re Doctores falſitatem non præiudicare alijs capitulis
ſeparatis, ex quibus dignoſcitur, Doctores præſuppo-
927 nere ſuſpicionem falſitatis † omninò maiorem reſul-
tare ex vitio viſibili, quam ex vitio latente, & intrinſe-
co, quamuis in terminis noſtris probauimus ſuſpicio-
928 nem etiam † ortam ex vitio intrinſeco, & latente affi-
cere alias partitas, vt d. nu. 916. verum negari non po-
terit, maiorem vim inducere ſuſpicionem ortam ex vi-
929 tio viſibili, & extrinſeco † ex communiter ſupra fir-
* matis, ideo videtur male loqui Scacciam; imò contra
hoc primum diſtinctionis caput expreſſius tenent Bart.
in dict. l. ſi ex falſis in prima lectura colum. vltima verſ.
aut propter alium nume. 12. & Caſtr. Alex. Iaſ. & cęteri
omnes, vt ſequitur, & teſtatur Menoch. de præſumpt. d.
præſumpt. 21. lib. 5. nu. 27. dicentes, vitium in ſcriptura
930 conſiſtens circa diem, annum, † locum, & ſimilia, vi-
tiare omnia capitula contenta in ſcriptura.

931 Tu autem pro reſolutione † dicas ſemper vitium vi-
ſibile producere vehementiorem, & fortiorem falſitatis
ſuſpicionem, ſed Scaccia ſupponit, non ſolum vitium
patens, & euidens, ſed ſeparationem capitulorum in
ſcriptura, quæ patitur diuiſionem, vt in libro, ac etiam
932 ſupponit euidentiam † veritatis aliorum capitulorum
ſeparatorum, idcirco ſi veritas partitarum ſeparatarum
euidenter appareat, & patenter, & euidenter appareat
vitium circa diem, & ſimilia quo ad vnam tantum
partitam ſine dubio concluditur cum Scaccia illas
933 † non vitiari ob vitium vnius alterius euidenter vi-
tiatæ, non quia hoc prouenit ex vitio viſibili, & paten-
te, ſed prouenit ex veritate demonſtrata quo ad alias
partitas, quia vtrumque euidenter apparet, nam quan-
934 do veritas † aliarum partitarum apparet, falſitas vnius
non afficit alias partitas, vt probatum fuit ſupra num.
918. in ſecunda reſtrictione; At Bart. Caſtr. Alex. Iaſ. &
cęteri citati per Menoch. vbi ſupra loquuntur in vitio
935 † diei, anni, & ſimilium poſitorum pro ſolennitate
inſtrumenti, & proinde deſeruiẽtium pro omnibus ca-
pitulis contentis in eodem inſtrumento nulla apparen-
te veritate aliorum capitulorum; dies enim poſitus in
principio inſtrumenti deſeruit pro omnibus contentis
936 in eodem inſtrumento, & per hoc eo vitiato † vitian-
tur omnia capitula ibidem contenta, in libro autem
poſſunt ſeparari partitæ, & quælibet ipſarum poterit
habere particularẽ diem, particularemque cauſam, imo
idem Scaccia loco citato num. 328. dicit, quod ſi vitium
937 haberet † correſpectiuitatem quo ad omnes partitas,
vt puta ſi fuerit in inſcriptione, & in ſimilibus, vna vi-
tiata vitiantur omnes. Denique ſi in caſu Bar. & ſequa-
938 cium † appareret de veritate cuiuſlibet capituli con-
tenti in inſtrumento, tunc non obſtante vitio viſibili,
aut intrinſeco nõ vitiaretur illud capitulum verum de-
monſtratum, vt ſuperius num. 918. & 920. reſtrictione
ſecunda, & reſtrictione tertia probatum fuit.

Secundum Genus vitiorum, & ſic ſecundum caput
diſtinctionis Scacciæ ex prædictis; vtique difficultatem
939 patitur, nam vt probauimus, vitium viſibile † maio-
rem falſitatis ſuſpicionem producit, quam vitium la-
tens, & per hoc dum exemplificando dicit Scaccia lo-
co citato, vitium ſecundi generis eſſe illud latens, quod
recipit probationem extra ſcripturam, vt puta quando
partita fuiſſet falſa, tũc illa reprobata totus liber repro-
batur, non ita intelligẽdum erit, ideo vt clarificetur ar-
ticulus, & perfectius intelligatur primo præmittendum
erit, nihil in terminis noſtris referre, ſi vitium libri, aut
940 ſcripturæ † ſit patens, aut latens (quãuis, id quod pa-
tens eſt probatione nõ indigeat) eo quod ſuperius pro-
* bauimus idem in his ex communiter per Doctor. tradi-
tis dari iudicium, vt num. 914. 915. cum alijs ſequenti-
bus ſatis demonſtratum, ob rationes adductas per Nat-
tam citato conſ. 633. fuit, & pro vt iterum indubitatum
dicit Farinacc. citata quæſt. 152. num. 33. ſed opus erit
941 inueſtigare an vitium, & falſitatem † commiſſum, &
commiſſa in vna partita ſit plenè probatum, aut plenè
probata, nam data falſitate vnius partitæ per veram
probationem verificata, vel viſibiliter commiſſa, vel la-
942 tenter, & occultè, vniformiter † oritur ſuſpicio, quo
943 ad alias partitas per illum axioma, quia malus † in
vno ſemper malus in altero eiuſdem generis, & fortius
in eadẽ ſcriptura, præſumitur, vulgatis regulis, ad quod
præſumendũ in ciuilibus nõ requiritur malum primum
eſſe manifeſtum, ſed ſufficit manifeſtari per veras pro-
944 bationes, † & ita poſt Nattam citato conſ. defenditur
* hæc magis communis opinio, & comprobatur.

Sed pro perfectiori intelligẽtia quatuor ſunt conſi-
derandi caſus, & ille primus, nam aut vitiũ ſit circa ſub-
ſtantialia libri, & ſcripturæ, de quibus ſcribens, aut no-
tarius de viſu facit fidem, & ſic circa ea, in quibus con-
945 ſiſtat † vis totius ſcripturæ, pro vt eſt in loco, tempo-
re, teſtibus, & in facto principali, vel circa ſubſtantiale
aliquod libri requiſitum; de illis quæ ſuperius nu. 153.
retulimus, & tunc hic caſus ſubdiſtinguitur, nam aut
illa partita, aut particula ſubſtantialis habeat correſpe-
ctiuitatem cum alijs, aut nequaquam.

Sin autem habeat correſpectiuitatem, & tunc indi-
ſtinctè teneas, partita vna reprobata, totum reproba-
946 ri † librum, prout in inſtrumento, quod correſpectiuè
continet omnia capitula in eo contenta, ita Bart. Caſtr.
Iaſ. Alex. Menoch. & alij relati ſupra num. 929. ac Curt.
Rimin. Gabr. Felin. Fach. & innumeri citati, & quos ſe-
quitur Farinacc. in fragm. crimin. p. 2. d. ver. inſtrumen-
* tum nu. 382. vbi ex Curt. ſupra citato communem opi-
nionem dicit.

947 Sin verò correſpectiuitatem non habeat † cum alijs
partitis, prout eſſe poterit in libro, in quo in quolibet
folio diuerſificari poterit tempus, & locus, ac alia ſimi-
lia, & partitæ reliquę veræ appareant, modo vt plenius
declarauimus ſupra num. 931. vſque ad nu. 939. & tunc
teneas, prout ibi cõcluſum fuit, & hic primus caſus mo-
do prædicto ſubdiſtinctus deciditur, vt concluſum eſt;
vel quod vitium ſit viſibile, vel quod ſit intrinſecum, &
948 latens † dummodo partita vitiata plenè conuincatur,

vt de-

vt deductum fuit in prima reſtrictione in principio, nu. 917. & 941. cum ſequentibus.

Secundus caſus erit quando partita vitiata non haberet correſpectiuitatem cum alijs reliquis, & illæ reliquæ, aliunde quam per librum non appareant veræ, ſed probarentur per librum, tantum, & tunc ſi partita vitiata vitiaretur in ſubſtantialibus indiſtinctè vtique te-
949 neas reliquas † etiam vitiari, quamuis vitium commiſſum ſit viſibile, quamuis verò intrinſecum, & latens, vt omnes Doctores ſuperius num. 904. cum alijs adductis vſque ad num. 922. incluſiuè, concludunt cum ampliationibus, & reſtrictionibus ibidem notatis.

950 Tertius caſus erit ſi partita vitiata haberet † correſpectiuitatem cum alijs, & tunc abſolutè à fortiori omnes cenſentur vitiatæ ex ſuperius adductis, & vt copioſius probat Farinacc. citata par. 2. ver. inſtrumentum num. 377. & ſeq.

951 Quartus, & vltimus caſus, quando partita vna † nō eſſet vitiata in ſubſtātialibus circumſtantijs, ſeu in ſubſtantia negotij, vt puta ſi ſcribens ſcripſiſſet debitorem non eſſe de terra, & loco, de qua erant, vel ſcripſerit eſſe conſanguineum, aut filium talis, & nō erat vel aſſignaſſet locum dicendo in domo Titij, & non eſſet Titij, & ſimilia ſecundum Caſtrenſ. in d. l. ſi ex falſ. vbi Roman. Alex. Fulgoſ. Iaſ. Iacobin. Curt. iun. & innumeros relatos per Farinacc. in proximè citato loco num. 388. quibus, & in ſimilibus caſibus partitam vitiatam nō vitiare reliquas, quamuis veræ aliunde non apparerent, vt ex præcitatis Doctoribus.

Quando verò vitium viſibile, aut intrinſecum ſit cō-
952 cernens † ſubſtantialia, aut non ſubſtantialia poſt Menoch. d. præſumpt. 21. omninò videndus erit Farinacc. in d. loco proximè citato per totam quęſtionem, vbi latiſſimè ſupra hoc articulo more ſuo, in occurrenti, ideo illum cōſulas, & falſitatis ſuſpicionem, quam in crimi-
953 nalibus † quam verò in ciuilibus producat probationem Vltra Farinacc. d. q. 52. latius Ioſeph Seſſa deciſ. 118. & deciſ. 119. vol. 2. qui quamplurimos ſingulares caſus congerit, & ad materiam decidit.

Reſtringitur, & tertiò principaliter limitatur primaria concluſio firmata ſuperius nu. 895. vt non pro-
954 cedat in his, quæ dependent † ex mera voluntate ſcribentis, modo vt declaratum fuit ſuperius nu. 931. & adductis ibi addo tex. in l. Neſennius, ff. de neg. geſt. vbi Bart. & idem in d. l. admonendi. ff. de iur. iur. nume. 26. in fine ibidemque Iaſ. Curt. Caccialup. Lanfranc. Ripa, & alij innumeri, quos congerit Maſcard. ibidem adductus, & latius Scaccia ibidemque allegatus, & Peregr. Bolog. & alij relati per Genuam d. tit. 1. lib. 4. de ſcript. priuat. num. 38. cum pluribus ſequent.

Reſtringitur quartò quando aliquæ partitæ in libro
955 deſcriptæ † verificantur, quo in caſu huic libro in reliquis, & cęteris partitis aliunde non verificatis creditur plenè & reſtrictio, tali fundamento, probatī, nā ſuperius probatum fuit reddi totū librū vitiatum, ſi vna partita in eo deſcripta vitiaretur, & falſo demonſtraretur, ideo idem è conuerſo dicendum pro hac reſtrictione ad hoc vt contrariorum eadem ſit diſciplina ad tex. l. ſi contra ff. de reg. iur. vt poſt alios ſic arguendo decidit Iaſ. in d. l. admonendi repet. 2. nu. 128. limit. 5. & alij relati per Gabriel. Maſcar. Scacciam Surd. Stephan. Gratian. Menoch. Farinac. Flam. Cart. Ioſeph Ludouic. & alios per nos allegatos ſuperius num. 133.

956 Contra verò hanc † reſtrictionem, & ſic non credi * cęteris partitis, ſi aliquæ verificarentur, magis communiter teneri teſtatur Ioſeph Ludouic. commun. concl. cōcl. 29. fol. 72. & 74. ac in deciſ. Lucenſ. 42. n. 35. 36. & 37. ac deciſ. Peruſ. 88. num. 13.

957 Sed reſtrictionem receptiſſimam, ac omninò † ma-
* gis communiter teneri pęnes noſtrates patet ex numero Doctorum citatorum, & ex dictis Gabr. & aliorum
* dicentium magis receptam, imò magis communem eſſe reſtrictionem noſtram, tutiſſimamque, & maturiſſimam dixit Viui. deciſ. 445. num. 7. & 8. lib. 3. ac deciſ. 132. nume. 8. libr. 1. vbi deciſum in illis regijs tribunalibus teſtatur, ac etiam deciſum fatetur Decian. conſ. 28. & 62. lib. 3. idemq; comprobat Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 63. quos cum alijs congerit Genua d. tit. 1. nume. 47. & ſeq. vbi latè; ac vti receptiſſimam defendit ante Genuam Camill. Borrell. copioſiſſimus author ſemper laudandus, conſ. 82. nu. 20. Burſat. Turret. Farinac. M. Ant. Macerat. & alij nouiſſimi ibidem congeſti, & vti veriſſimam eandem ſequitur Rota Rom. ac
958 in practica † ſemper ſeruandam dixit additio ad Farinacc. citato conſ. 13. vol. 1. imò concluſionem etiam
959 in ſeparatis partitis † procedere, extendit ex veriori opinione Stephan. Gratian. allegatus alibi to. 1. diſcept. Forenſ. c. 171. nu. 11. 12. & 13. modo, vt declarat Surd. deciſ. 199. nume. 12. quodque probat Menoch. d. præſumpt. 63. num. 5. cum multis ſeqq.

Extenditur ſecundò reſtrictio etiam in partitis ma-
960 gnis † ſi aliquæ probatæ extrinſecus fuerint, Menoc. d. loco num. 10. cum ſeq. quamuis contrarium probent relati per Maſcard. de probat. concluſ. 975. nu. 77. quia
961 verior eſt opinio Menoch. ſtante veriſimilitudine † orta ex aliarum partitarum iuſtificatione modo, vt probauimus, & declarauimus ſupra num. 847. & ſequent. recurrendum omninò erit ad iudicis arbitrium in hoc caſu, vt ibidem dixi, & fortius ſi partitæ verificatæ eſſent modici momenti, & verificandæ eſſent magni mo-
962 menti, † ſuper quo conſideret iudex veroſimilitudinem, aut inueroſimilitudinem partitarum magni momenti, probitatem, & legalitatem ſcribentis, quibus conſideratis libro crederetur, vt ex Bal. Abb. Anan. Iaſ. & Menoch. probat Surd. citata deciſ. 199. nu. 14. quem ſequitur Stephan. Gratian. d. cap. 171. nume. 12. & 13. idemque Menoch. d. num. 10. & Genua d. tit. 1. nu. 52. & ante hos Auditor Peruſin. d. deciſ. 88. nu. 15. ſed declaratur extenſio per Menoch. vbi ſupra nu. 12. vbi ſingulariter.

Modificatur verò reſtrictio probata ſupra num. 957.
963 quando liber contineret † partitas ſeparatas, quia vna probata reliquæ non cenſerentur probatæ, Gabriel. de præſumpt. concluſ. 5. in fine Maſcard. d. concluſ. 975. num. 78. Peruſin. citata deciſ. 88. num. 10. Riminald. & Ceph. citati per Genuam d. tit. 1. libr. 4. nume. 54. quos etiam ſequitur.

Contra modificationem, & verius probauimus ſupra
964 nu. 959. alijs verò adminiculis adductis, † vel ſi eſſent partitæ veroſimiles, vt loquuntur Surd. Menoc. & Gratian. ibidem allegati, ac Peruſin. vbi ſupra nu. 13. prout in requiſitis libri demonſtratum fuit circa veroſimilitudinem.

Quæ nam ſint ſeparata, quæ autem connexa dictum fuit ſuperius numer. 28. & 29. quibus addo, quod tunc
965 partitæ † dicuntur connexæ, quando liber continet data, & accepta per ordinem, & reſpiciant eandem negotiationem, prout poſt Rip. Crauett. Menoch. & alios docent

docent Surd.conſ.543.num.5.Steph.Gratian.d.c.171. num.13.& Muta deciſ.84.nu.21.& 27.ſuperius citata in præcedenti titulo.

966 Secundò dicitur,librum continere connexa †quando partitæ ſubſequuntur cum dictione, *item,di più*, Peruſin.citata deciſ.88.num.12.

967 Tertiò dicitur,librum continere † connexa ſi partitæ ſubſequerentur per ſolam dictionem item, quia dictio hæc eſt continuatiua, & repetitiua præcedentium ad tex.in l.item,ff.de procurat.& l.item eorum,ff.quod cuiuſq; vniuerſ.nom. adnotat infinitis antiquis, & modernis adductis,Auguſt.Barboſius de diction.dict.159.

968 Alia quamplurima † pro ampliatione,& limitatione omnium ſuperius dictorum habentur penes Maſcar. d.concl.975. Bolognet.in l.1. C.de eden.latius per Genuam d.tit.1.libri 4.toto.

Quo ad ſecundum principalem caſum, nempe quãta oriatur probatio ex hoc libro contra ſcribentem; &
969 plenam † oriri in alijs ſuperioribus libri ſpeciebus diximus ſupra nu.19.& 20.& 201. cum pluribus ſequentibus, ac nu.873.cum alijs ſequentibus, inſuper in omni librorum ſpecie docẽt Grat.Rimin. Pute.Port.Honded.Caball.Maſſin. Pyrr.Alfan.Io.de Vico mercato, & infiniti repetentes, & conſulentes, quos latiſſimè congerit Genua d.lib.4.tit.1.nu.95. dicens receptiſſimam;
* & veriſſimam num. 97. & taliter etiam nouiſſimè probat Monach.deciſ.Lucenſ.36.nume.5.& 6.per text.vbi gl.l.quędam,§.nummularios,ff.de eden.ac notant omnes in d.§.nummularios,& in ſępius citata.l. admonen-
970 di;illa ſatis vuulgata ratione,quod non †eſt veriſimile,vt quis contra ſe mendacium ſcribat.

971 Extenditur concluſio ſiue liber † ſcriptus ſit præſente, ſiue abſente aduerſario, in cuius fauorem liber loquitur, Genua d.tit.1.num.98.99.& 100.

972 Extenditur ſecundò etiam ſi liber fuiſſet † ſcriptus à tertia perſona mandante debitore, idem Genua citato loco num.104. cum ſequent. & nos ex profeſſo dicemus infra num.2788.& ſeq.tit.de Apocha priuata.

973 Ampliatur extenſio etiam ſi tertius † inſtitor, factor, aut quilibet alius ſcribens de mandato, ſit ſuſpectæ vitæ, Genua vbi ſupra num.106.

974 Ampliatur ſecundò etiam ſi partitæ † reperirentur ſcriptæ in libro aduerſarij, quæ vtique contra ſcribentem plenam facerent fidem Maſcar. concl.976.nu. 10. & Genua d.loco num.109.

Extenditur tertiò principalis concluſio, vt procedat non ſolum contra ſcribentem, ſed etiam cõtra eius ſuc-
975 ceſſorem †tam vniuerſalem,quam particularem,Maſcard.vbi ſupra nume.12.Farinacc.deciſ.210. & alij relati per Genuam eodem citato loco nu.111.& Monac. citata deciſ.Lucenſ.36.

976 Reſtringitur verò hæc extenſio quando abſens † in vita ſcribentis ratum non habuit ſcriptum pro ſe in libro, quo in caſu contra ſucceſſores liber non probat,ita iuribus,& authoritatibus probat Genua d.tit.1.n.112.
977 illa ratione, quia per mortem dicitur ceſſare † voluntas, & loquela ſcribentis, & per hoc ſcriptura non lo-
978 queretur ſemper, niſi liber conficeretur † aduerſario præſente.

979 Extenditur quartò etiam ſi liber careret † requiſitis, vt probauimus ſuperius num. 203.quia vtique contra ſcribentem probaret.

Limitatur verò eadem principalis concluſio quãdo-
980 liber † confectus eſſet ſine cauſa, modo vt declarauimus ſuperius numer. 876. vſque ad finem ſecundi caſus principalis.

981 Limitatur ſecundò quando ſcribens vellet † probare partitas erroneè fuiſſe per eum ſcriptas,quia tunc errore probato,liber non probaret contra ſcribentem Iaſ. in l. error. C. de iur. & fact. ignor. & alij citati per Genuam d.tit.1.num.122.& ſeq.de quo latius dicetur tit. de Apochis num.2633.cum ſequen.ac num.2690.cum alijs ſeq.

982 Limitatur tertiò reſpectu illius, qui † librum impugnauit, quia is nõ poterit libro impugnato per eundem iuuari,Maſcard.d.concluſ.976.num.finali,& Bar.Abb. Iaſ.Beuſt.Schrader. & alij, quos probat Genua loco citato nu. 124. ſed de veritate huiuſmodi limitationis videas ſuo loco nume.2704. cum alijs ſeq. tit. de Apocha priuat.

983 Limitatur quartò in libro non continente † data, & accepta per ordinem,quia eſſet memorialis,aut ſchedula, & talis informis ſcriptura non probaret contra ſcribentem Bart.Roman.Iaſ.& alij, quos probat Maſc. d.concluſ.976.num.19. & Beuſt. Vico mercat.Alexan. Raduenſ.Rot.Rom.Buttigella, & Honded.probati per Genuam d.tit.1.num.129.& ſeq.

984 Contrarium verius dixerunt † Dec.in c.2.de fid.inſtrum.ſub num.19.Schrader.in d.l.admonendi n.266. verſ.6. concluſio, quos refert Genua.d.tit 1.nu.131.& probant ineuitabili fundamento, nam Doctores ma-
* gis communiter concludunt, confeſſionem de debito,
985 vel de alia re, quæ † in carta, vel ſchedula qualibet iudiciali, aut extraiudiciali abſente aduerſario, ſcriptam, plenam fidem contra ſcribentem facere, & ſemper ab aduerſario acceptari poſſe viuo ſcribente, concluditur, ita Iaſ.in l.cum te tranſegiſſe num.12. C.de tranſact. & in l.2. C. de inſtit.& ſubſt.nume.4.qui loquitur in con-
986 feſſione emanata † in libello conuentionali, vt idem Genua vbi ſupra refert, qui inſuper numer.133.dicit à priori opinione tanquam veriori non recedendum.

987 Tu verò duos conſiderabis caſus, & primum,ſi † illa cartula, ſeu talis liber abſque requiſitis fuiſſet confecta, & confectus, modo vt declaratum fuit ſup.nu.876.
* cum multis ſequent. & tunc procederet opinio citata per Genuam tanquam magis communem,& limitatio eſſet veriſſima.

988 Secundum caſum conſiderabis nempe,ſi liber † cõtineret cauſam obligationis, vt d.num.876.& ſequent.
* explanatum fuit,& tũc dicas opinionem Decij relatam ſupra nu.984. eſſe receptiorem,& de iure veriorem, & liber talis contra ſcribentem plenè probaret, quamuis die & alijs requiſitis careat, vt in Apocha per communes traditiones probat Genua immemor,li.1.de ſcript. priuat.q.4.num.124.cum multis ſeq.

Alias ampliationes, & reſtrictiones habebis penes
989 Doctor. Modern. in repetit. d. l. admonendi † penes Felin.in c.2.de fid. inſtrum. Maſcar.d.concl.976. Pyrr. Alfan.in l.1.C.de edend. & latius penes Genuam d.tit. primo libr.4.de ſcript.priuat.

Quo ad tertiũ principalem caſum, & ſic an liber priuati probet contra tertium;& tunc cõcluſiuè reſponde-
990 bitur, nequaquam † librum probare, ad notata in l. exemplo,& l.rationes, C.de fid. inſtrum. probat Maſc. concl.977.poſt Bart. & alios in d.l.admonendi, & in l. nuda ratio,ff.de donat.

991 Declaratur tamen concluſio † modo, vt pleniori folio diximus nume.207. cum infinitis ſequentibus, &

demum

demum nu. 889. cum alijs ſequentibus dicta loca con-
ſulenda in occurrenti erunt; ſed nõ dubitatur dari ma-
992 iorem fidem † libris mercatorum matriculatorum
etiam pro tertio contra tertium in re etiam non ſpe-
ctante ad mercaturam, quam libris priuatorum, eo
993 quod mercatores † videntur exercere officium quaſi
publicum, vt adnotat Adrian. Neguſant. reſponſ. ſæpius
allegato 423. num. 27.
994 Attamen conſtito de probitate, & legalitate † pri-
uati ſcribentis, & exiſtentibus requiſitis libri ſuperius
num. 153. & ſeq. explicatis, ſine ſcrupulo procedunt in
hac ſpecie libri omnia ſuper hoc caſu plenius diſcuſſa
ſuperius d. nu. 207. cum omnibus ſequentibus ad ma-
teriam: Imò quando in libro priuati concurrunt admi-
995 nicula veritatis † eum plenè probare, contra tertium
teſtatur Neguſant. d. conſ. 423. num. 31. & 32. adductis
nonnullis deciſionibus, quod vltimum verum dico cõ-
996 currentibus, † quæ latiſſimè notata ſunt ſupra, dicto
num. 207. & ſequentibus.
Si quid aliud particulariter lectori beneuolo, & ſtu-
dioſo vidẽdum occurrat ſuper fide librorum monaſte-
997 rij † per eius adminiſtratores ſcriptorum, vel alicuius
998 collegij, canonicorum, congregationis, Eccleſiæ, † &
aliorum ſimilium, videndi ſunt Crauet. de antiq. temp.
ver. quid in libro officialis alicuius monaſterij, & conſ.
158. num. 4. 7. & 9. Dec. in c. cum cauſam de probat. &
in conſ. 596. num. 4. latius Maſcard. d. concluſ. 975. nu-
999 me. 48. 49. & 50. ac 57. vbi idem in libro † ciuitatum,
& epiſcoporum, Caputaque deciſ. 156. ſeu 158. Marc.
deciſ. 298. & de prædictis libris, ac de fiſcalium, æſtimi,
cataſtri, & aliorum quamplurimorum latiſſimè Nico-
laus Genua lib. 5. de ſcript. priuat. per plures titulos, &
1000 per plura capita, vbi ad † ſaturitatem tota materia.
1001 Libris enim viſitationum † epiſcoporum plena ad-
hibetur fides circa officium viſitantis Caputaq. d. deciſ.
158. aut 160. ſeu 4. par. 2. Verall. deciſ. 229. p. 1. Mace-
ratenſ. variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 110. & Genua d. lib.
5. tit. de libr. viſitat.
1002 Liber Chronicorum † plenam facit fidem Scaccia
d. cap. 11. num. 265. Verall. d. deciſ. 160. par. 2. macera-
tenſ. vbi ſupra lib. 1. ca. 46. Felin. cap. ex parte il primo
circa finem de reſcript. quos probat Genua d. libr. 5. ti-
tulo de libr. Chronicor.
Denique idem Genua d. lib. 4. & libr. 5. de ſcriptur.
1003 priuat. ſeptuaginta, † aut paulo plures, vel minores
ſpecies librorum demonſtrauit per particulares titulos,
ipſum in occurrenti ſuper his, quæ nos non conſcripſi-
mus conſulas:
Verum, vt particulariter tangam tres alias ſpecies li-
brorum in forenſibus ſatis ventilatas, nempe de libro
ſindicorum, libro aromatariorum, & libro capitulorũ
vniuerſitatis, quæ inquam ex iſtis oriatur probatio, ad
quorum breuem reſolutionem dico, quo ad librum ſin-
1004 dici † continentem data, & accepta per ſindicum ra-
tione ſui officij, illum ſemiplenè probare, prout ſingu-
lariter docet Io. de Amic. conſ. 101. nume. 24. illa ratio-
ne, quia ſindicis præſtatur iuramentũ de legaliter exer-
cendo, & ſequitur Genua d. lib. 4. tit. de lib. ſindicor. fol.
261. in magnis.
Quam concluſionem velim intelligas cum declara-
tionibus, & cum omnibus iam notatis ſupra in tertia
ſpecie librorum, in qua viſum fuit de fide libri cuiuſli-
1005 bet adminiſtratoris, eo quod ſindicus † adminiſtra-
tor rerum vniuerſitatis dicitur, ad text. in l. nulli, & ad
notata ibi, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nõm. & clarius per
tex. in l. 1. §. quibus verb. ſiue ſindicum, vbi gloſſ. ff. eod.
nam in d. tertia ſpecie libri nume. 796. probauimus li-
1006 brum † cuiuſlibet adminiſtratoris plenam fidem fa-
cere, & deinde n. 813. idem firmauimus, imò in proprijs
1007 terminis librum † ſindici, & caſſerij plenam facere fi-
dem, probat Io. Paul. Montanar. ad commentar. Re-
giarum pragmaticarũ de adminiſtr. vniuerſit. pragm.
5. §. 3. num. 4. vbi de communi teſtatur; ſed vt dixi con-
ſulenda ſunt notata per nos in d. 3. ſpecie libri ſuperius
nu. 796. allegato cum omnibus ſequentibus, quia Mon-
tanar. vtitur illa communi opinione, ex qua in prima
ſpecie libri probauimus, officialium libros plenè pro-
1008 bare, quæ communis loquitur † in officiali de pu-
blico deputato ad ſcribendum, & librum conficiẽdum
ſuper rationibus, vt notauimus in dicta prima ſpecie li-
bri nume. 61. & pro veriſſimo ſupponit idem Genua d.
lib. 4. tit. de libr. official. num. 7. ampliat. prima, ſed ſin-
dicus non eſt principaliter deputatus ad conficiendum
1009 librum; verum † hunc librum ex alijs medijs plenam
facere fidem, in dicta tertia ſpecie per nos ſatis dedu-
ctum fuit.
1010 Liber verò Aromatarij † de iure communi eandem
facit probationem, quam diximus in hac vltima ſpecie
de libro priuati, quia Aromatarius priuata perſona di-
citur, & propria ſua negotia exercet.
Attamen ſatis notabiliter ſingulariter, & doctiſſimè
more ſuo limitat, & declarat hunc articulum Camillus
Borrellus vir hac noſtra tempeſtate omni laude di-
gniſſimus, & doctrina luculentiſſimus, conſ. 82. toto,
1011 dicens de conſuetudine † credi huic libro, & conſue-
tudinem articulandam, & probandam dicit.
Sed tu lector beneuole, intelligas doctrinam Domini
1012 Borrelli, concurrentibus circa conſuetudinem † pro-
bãdam omnibus notatis per nos ſuperius in libro mer-
catorum, num. 92. 99. 102. 123. cum omnibus ſequen-
tibus, faciẽtibus tamen ad declarationem terminorum
huiuſmodi conſuetudinum credendi libris, prout idem
D. Borrellus videtur aſſentire; illa ratione, quia ſi con-
1013 ſuetudo † introducit aliquem modum probationis,
tamen requirit ſua extrema iuridica in dd. locis per nos
relata, & requirit extrema illius rei probanda, cui con-
1014 ſuetudo præſtat fidem, † & ſic ſolemnia libri, cui
conſuetudo fidem adhibendam ſtatuit, alias conſuetu-
1015 do † tanquam indiſcreta præſtando fidem ſcartafa-
cijs, non admitteretur, nec hiſce libris crederetur, ita
Bald. Iaſ. Strach. & alij, quos probat Stephan. Gratiar.
deciſ. 137. numero 3. & nos latius probauimus in cita-
tis locis.
Genua verò in d. tit. de lib. Aromatar. nume. 7. lib. 4.
1016 de ſcript. priuat. tenet, quod facta probatione † per
Aromatarium de infirmitate debitoris, de ordinat. me-
dicinar. factis à phiſico, de traditionibus earundem à
ſuis agentibus, & facta exhibitione libri, & iuramento
ſuppletorio præſtito eidem Aromatario, dicitur ſatis
probata intentio eiuſdem Aromatarij.
1017 Cuius Genuæ, aut alterius aſſumptum † non pa-
rum ego irrideo, nam quis dubitat librum omnibus his
concurrentibus pleniſſimam facere probationem, imò
ſolus liber, etiam ſine requiſitis facit pleniſſimam pro-
bationem, ſi ſubſequatur extrinſecus probatio de con-
ſignatione medicinarum, quæ de per ſe ſola facit ple-
nam probationem, & demum quælibet aliarum expli-
catarum probationum inducit veriſimilitudinem libri
ſolemni-

ſolemniter cōfecti, ideo ad quid inanè congerere tot ſuperfluas probationes; ex quibus, apparet qualiter intelligendus erit d. Viſcontus inferius citandus in loco ibi citato, & qualiter intelligendi authores per eum adducti.

1018 Librum tamen † capitulorum vniuerſitatis, ſeu ſtatutorum alicuius ciuitatis plenam facere fidem ſi pro ſolemni diu ſit habitus, reſponderunt Crauett. conſil. 425. num. 44. & conſ. 701. num. 5. & Genua d. lib. 4. tit. de libr. ciuit. fol. 261. in magnis.

Librorum nonnullæ ſpecies referuntur per D. Viſcontum in ſuis concluſ. fol. 165. & 166. ex quorum dictis veritas notatorum per nos in hoc opere forſan magis eluceſcit videte eum, quem nos poſt hæc ſcripta vidimus.

Pro complemento omnium quatuor ſpecierum libri ſuperius explicatarum duo veniunt explicandi articuli nempe, & primus ſcilicet.

1019 An ſcilicet ille contra † quem producitur liber poſſit acceptare vnam, & aliam partitam negare, & reprobare, & hic explicabitur infra num. 1020. cum pluribus ſequentibus.

Secundus articulus, an, conſeruator libri indiſtinctè teneatur ad inſtantiam cuiuſlibet intereſſe prætendentis librum exhibere; qui explicabitur inferius nu. 1066. cum pluribus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1020 *Liber in partitis connexis, non poteſt in vna partita acceptari, & in reliquis reprobari, ſecus in ſeparatis.*

1021 *Liber in partitis, poterit in parte acceptari; in parte autem reprobari.*

1022 *Liber debet in totum acceptari, aut in totum reprobari, & num. ſeq.*

1024 *Scriptura, an debeat in totum acceptari, an verò in partem, arbitrio iudicis committendum.*

1025 *Liber rationum inter diuerſas perſonas, & de diuerſis negotijs, in totum debet acceptari, vel in totum reijci.*

1026 *Liber ſcriptus per inſtitorem, ſeu factorem approbatum, per eligentes debet in totum acceptari, vel in totum reprobari.*

1027 *Liber ſcriptus inter eaſdem perſonas de diuerſis negocijs, & cauſis, poteris in parte acceptari, vel reprobari; vbi expenditur, & declaratur.*

1028 *Liber tutoris, vel alterius adminiſtratoris confectus ex neceſſitate officij debet in totum acceptari, vel reprobari, contra num. 1053.*

1029 *Adminiſtratoris fides dicitur approbata.*

1030 *Liber confectus ex neceſſitate officij dicitur connexitatem continere.*

1031 *Liber poterit in parte acceptari, & in reliquis reprobari, quando adeſt diuerſitas temporis, vbi exemplificatur.*

1032 *Cauſa diuerſa facit diuerſas conſiderari parcellas.*

1033 *Liber quando poterit in vna partita acceptari, & in reliquis reprobari exemplificatur & declaratur, numero 1034.*

1035 *Sigiſmundus Scaccia veritatis legalis enucleator.*

Liber non poteſt in parte negari, & in parte acceptari, quando omnia requiſita continet, ibid. & num. ſeq.

1037 *Liber ſi probat non eſt in poteſtate partis in aliquibus acceptare, & in reliquis reprobare, & 1038.*

1038 *Probationis diuiſio non datur.*

1039 *Liber quando caret aliquibus ex requiſitis, poterit in parte acceptari, & in parte negari, cum ſeq.*

1040 *Liber poterit in parte acceptari, & in parte negari, cum multis ſeq.*

1041 *Proteſtatio, quæ fit de ſcriptura, aut libro rationum in parte, & partibus eſt iuri conformis.*

1042 *Liber probat contra ſcribentem, ſecus pro ſcribente.*

1043 *Connexorum non erit idem iudicium, quando diuerſam continet rationem.*

1044 *Liber ſi ſcribatur, & in illo omittantur debita requiſita, arguitur ex hoc dolus ſcribentis, & 1045.*

1046 *Dolus, & culpa ſuum debet tenere authorem.*

1047 *Confeſſio qualificata non diuiditur.*

1048 *Confeſſio viuæ vocis, ſeù alterius ſimplicis ſcripturæ non poteſt pro parte acceptari, & pro parte negari in connexis, & qualificatis non habentibus præſumptionem in contrarium.*

1049 *Confeſſio eſt quadruplicis ſpeciei, & in numeris ſeq. habetur, in qua ſpecie poterit pro parte accepsari, & pro parte non.*

1051 *Inſtrumentum, ſeu alia ſcriptura valida non poteſt pro parte acceptari, & pro parte non.*

1053 *Liber tutoris poteſt pro parte acceptari, & pro parte non, de veritate num. 1064. & ſeq.*

1054 *Liber mercatoris, qui continet aliquas partitas in continenti, & vnico contextu ſcriptas non poterit pro parte acceptari, & pro parte negari cum ſequent. declara num. 1056. & ſeq.*

1058 *Sigiſmundi Scacciæ dicta modificantur.*

1059 *Liber carens die, aut expreſſione cauſæ, vel altero requiſito ſine dolo ſcribentis, non poterit in parte tantum acceptari.*

1060 *Liber in parte acceptatus præſumitur verus in reliquis; concurrente tamen partitæ reiectæ veriſimilitudine videnda per iudicem 1061. cū alijs circumſtantijs.*

1063 *Liber continens aliquam partitam falſam, vel inueriſimilem in totum redditur ſuſpectus, & proinde poterit in parte tantùm acceptari.*

ARTICVLVS I.

QVO ad primum articulum ſatis confusè in eius explicatione loquuti ſunt Doctores, vt eſt videre ex infraſcriptis, quia plures reperiuntur opiniones, pluresque caſus diſtincti, at ego omnia referam, vt meum inſuper pro viribus interponam iudicium.

Prima opinio fuit Bart. in l. quædam, §. nummula-
* rios, ff. de eden. num. 2. vbi Caſtrenſ. num. 3. & commu-
nem dicit Iaſ. in d. l. admonendi num. 128. in fine limit.
6. & nume. 129. ff. de iur. iur. repet. 2. Alex. Crauett. Pa-
pienſ. Menoc. & alij, quos cōgerunt Eſcobar de ratiocin.
cap. 13. num. 1. & Scaccia d. cap. 11. nume. 298. & 300.
1020 verſ. prima enim. Dicentium, in connexis † non poſ-
ſe partitam vnam acceptari, & aliam reprobari per ad-
uerſarium, at ſecus in ſeparatis, in quibus hoc poſſe fieri,
concluditur penes allegatos Doctores.

Secunda opinio fuit Abb. in cap. 2. de fide inſtrum.
num. 12. quem ſequuntur Iaſ. Crauett. Strach. Menoch.
& Pariſ. quos citant Eſcobar d. cap. 13. num. 2. & Scac-
cia d. cap. 11. num. 282. & demum nu. 301. dicentium,
1021 indiſtinctè † acceptari poſſe partem contra ſcriben-
tem, & reijci partem pro ſcribente.

Tertia

1022 Tertia opinio eſt illorum, qui indiſtinctè † dicunt vtramque partitam acceptari debere, aut vtramque reprobari, ad inſtar confeſſionis viua voce factæ, quæ non poterit diuidi, cum connexitatem habeat crediti, & debiti, vt refert Scaccia dict. cap. 11. num. 302. vbi dicit Rotam Romanam ſic ſeruare, idemque dicit Viui. de-
1023 ciſ. 132. volum. primo, vbi concludit † confeſſionem in libro rationum factam diuidi non poſſe, & librum ob officij vnitatem probare, licet diuerſa capitula contineat, ideo debitor non poterit vnam acceptare partitam, & alteram reijcere.

Quarta fuit opinio Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 93. nume. 2. 3. 4. & ſeq. dicentis authoritate nonnullorum
1024 hoc † arbitrio iudicis relinquendum, & ad demonſtrandum modum extendendi arbitrium iudicis idem Menoch. Sex conſiderauit caſus.

1025 Quorum, illum primum, nempe, quando † agitur de integro rationum libro inter diuerſas perſonas, & de diuerſis negocijs, & tunc vna partita acceptata altera poterit reijci, itaque intelligendum Menoch. quamuis cum appareat dixiſſe contrarium, quia id fuit errore typographorum, eo quod ex allegatis per Menoch. error dignoſcitur ita Eſcobar d. cap. 13. nume. 3. verſ. primus quando.

Secundus caſus conſideratus per Menoch. eſt, ſi pluribus exiſtentibus ſocijs, vnus eligat inſtitorem, aut factorem, qui librum rationum confecerat, & tamen il-
1026 le ſocius eligens approbauit librum, tunc † ſcripta in eo præiudicant approbanti tantum, & non alijs, non eligentibus ſcribentem, ſecus ſi omnes elegiſſent, & vnus librum probaret in fauorem alicuius tertij, quia omnibus alijs ſocijs præiudicaret.

Tertius vbi agitur de integro libro rationum ex diuerſis negocijs, & cauſis inter eaſdem perſonas, nam ſi creditor vnius partitæ ſcriptæ pro ſe in vno folio di-
1027 ctam partitam acceptet, non tenetur † acceptare aliam diuerſam in alio ſeparato folio ſcriptam contra ſe, illa ratione, quia parcellæ ſunt ſeparatæ, & ſeparata cauſa, quo in caſu vna poterit acceptari, alteraque reijci, ita Bart. in dicto §. nummularios, & alij allegati in prima opinione numero 1020. niſi diuerſa parcella vera appareat iudici, vt Menoch. citato loco, numero nono.

1028 Quartus caſus quando tractatur de libro † alicuius adminiſtratoris, vt puta tutoris, & ſimilium, quia in tali caſu pupillus, aut dominus tenetur acceptare etiam exitum, ſi approbauit introitum de ſcriptis in libro, eo quia liber confectus fuit ex neceſſitate officij, ſeu miniſterij, & tunc accepta, & data in tali libro vti connexa idem habebunt iudicium, cui quarto caſui addidit Menoch. duo, primum, ſcilicet quod fides
1029 † talis adminiſtratoris ſit approbata, ad text. in l. cum quæreretur, ff. de adminiſtr. tutor. alterum per
1030 connexitatem, † & vnitatem negocij contineat liber; ſequitur Eſcobar dicto capitulo decimotertio numero decimo, & ſequent. vbi nonnullos congerit hoc tenentes.

1031 Quintus caſus eſt, quando vna parcella † inter eaſdem perſonas contineat acceptum à ſcribente, & deinde datum diuerſo tempore, & impenſum, tunc ſi ab aduerſario acceptetur receptum à ſcribente, idem aduerſarius non tenetur acceptare impenſum diuerſo tempore factum; vtputa ſi diceretur per ſcribentem, ego mutuo centum accepi à Titio hodie primo Aprilis 1623. & deinde ſubſequatur in proxima parcella, ego commodato dedi Titio prædicto torqueum aureum die 26. Aprilis eiuſdem anni, illa ratione, quia reputantur diuerſæ parcellæ ob diuerſam cauſam Rot. Gen. deciſione decimaſexta numero quarto, diuerſa
1032 itaque † cauſa, diuerſumque tempus diuerſas, & ſeparatas parcellas facit, ita Menoch. dicto loco numero 12.

Sextus caſus eſt quando tractatur de vna parcella libri inter eaſdem partes, & eodem tempore, vt puta ſi ſcribatur per ſcribentem, eum mutuo accepiſſe à Mæuio centum, & deinde ſubſequatur, quod dimidium dictorum centum reſtituit eidem Mæuio ſta-
1033 tim; quo in caſu † Menoch. dicit iudicem debere arbitrari, an aliqua coniectura reſiſtat ne credatur parcellæ illius libri, quo ad commodum ſcribentis, & coniecturis non reſiſtentibus concludit librum probare tam pro, quam contra aduerſarium, & vnam partem acceptari, alteramque reijci non poſſe, quod ſeptem firmat argumentis, & Menochium probat, & ſequitur Eſcobar de ratiocin. dicto capitulo decimotertio quaſi toto.

Quodque deinde declarat Menoch. quando aduer-
1034 ſarius † intenderet aliunde probare, parcellam contra ſe ſcriptam non eſſe veram, quia poterit, & auditur ad text. in l. Aurelius, §. idem quæſijt, ff. de liberat. leg. ſequitur Eſcobar. dicto capitulo decimotertio numero 16.

1035 Sigiſmundus Scaccia vti veritatis legum † firmiſſimus enucleator aliter difficultates clarificat, & primo antequam ad explicationem deueniat duas pro intelligentia proponit inſpectiones, quarum illa prima, nempe quando liber eſt ſolemniter confectus habens omnia requiſita, de quibus egimus in ſecunda libri ſpecie; & in hac inſpectione concludit non dari proba-
1036 tionis diuiſionem, & ſic vna parcella † acceptata non poterit alia reijci, & reprobari, quamuis capitula ſint ſeparata, modo, vt nos probauimus, ſcilicet credi libro continenti omnia relata requiſita, etiam in ſeparatis, eo quod nulla rationis diſparitas conſiderari poterit, & qui in contrarium loquuntur ſupponunt aliquem requiſitorum defectum, ratio enim eſt manifeſta, quia præſuppoſito, quod liber probet
1037 ex iuris diſpoſitione, tunc † non debet pendere à voluntate partis vnam acceptare libri partitam, alteram verò impugnare; ideo vana redditur proteſtatio, quæ ſolet fieri, veluti acceptari in parte, & partibus, &c. ac vana eſt Doctorum diſtinctio ſuper connexis, & ſeparatis, eo quod liber, qui de iure probat ſuper omnibus in eodem contentis probat, & probationis diui-
1038 ſio † non datur, idque iuribus, & infinitis medijs probat Scaccia dicto capitulo vndecimo numero 299. & alibi in locis remiſſis, quodqne ſine dubio procedit.

Secunda inſpectio ponitur per eundem Scacciam
1039 ibidem num. 300. quando liber non eſt † ſolemniter factus, ſed eſt aliquis defectus continens forſan non veriſimilia, & falſitatem in aliqua partita, & in iſta inſpectione procedit diſcuſſio omnium opinionum, & caſuum, vt ſupra relatarum, & poſitorum, in quibus Doctores non parum confusè loquutos fuiſſe dicit.

Idem itaque eruditiſſimus vir prædictis omnibus citatis,

tatis; & relatis non recedit à ſecunda opinione relata.
ſuperius numero 1021. ex qua probat indiſtinctè abſq;
1040 connexorum, & ſeparatorum diuiſione, † poſſe
vnam parcellam aduerſariorum acceptare, alteramque
reijcere, & negare, quo in caſu vtilem eſſe cautelam il-
lam proteſtandi, & acceptandi in parte, & parti-
bus, &c.

Ratio huius concluſionis eſt, quia cum ius diſpo-
1041 nat † poſſe acceptari partem contra ſcribentem, &
non acceptari partem pro ſcribente, proteſtatio præ-
dicta tanquam iuris diſpoſitioni cõformis omninò va-
lida dijudicanda.

Et quod ſic ius diſponat, ſeu conſuetudo, patet ex
his, quæ notauimus ſuperius numero *969.* & in locis
remiſſis ibidem cum ſequentibus numer. dum indiſtin-
1042 ctè, probauimus, librum † abſque etiam requiſitis
plenè probare contra ſcribentem, & non probare pro
ſcribente, modo vt expreſſius firmant Abb. in dicto ca-
pitulo ſecundo de fid. inſtrument. numero 12. Iaſ. in di-
cta l. admonendi numero 115. Crauett. de antiq. tem-
por. ver. quarto limitatur num. 45. in fine, & infiniti re-
lati ſupra num. 203. ac in alijs locis.

1043 Connexorum enim † non erit idem iudicium,
quando connexa diuerſam cõtinent rationem, & in his
1044 diuerſam conſiderari rationem, patet, quia † ſcribens
librum, & omittens debita requiſita, arguitur de do-
1045 lo, † aut ſaltem de lata culpa, quæ ex parte aduer-
ſarij non poterit conſiderari, ideo iniquum eſſet quod
1046 culpa, & dolus non teneret † ſuum authorem tan-
tum, & tranſiret ad alium, contra text. in l. Sancimus,
vbi Salicet. C. de pœn. quando verò diuerſa ratio conſi-
deratur in connexis, nequaquam erit idem iudicium,
vt diximus, & probat Scaccia dicto capitulo vndecimo
numero *309.* Vant. Clar. Albert. & alijs allegatis, refe-
rentibus connexa, quæ idem iudicium nullatenus ha-
bent.

Nec opinio iſta recipit amaritudinem ex illa com-
muni Doctorum opinione, de qua dicemus ſuo lo-
1047 co confeſſionem † qualificatam non poſſe diuidi
modo, vt ibi declarabimus; eo quod reſpondetur con-
1048 feſſionem viuæ † vocis, ſeu alterius ſimplicis ſcriptu-
ræ non poſſe pro parte acceptari, & pro parte non in
caſu, quo ſit connexa, & qualificata, & non habeat
præſumptionem in contrarium iuſta theoricam, quam
probabo in citato loco, quia nullus dolus, aut culpa
poterit allegari contra confitentem; & occaſione hu-
ius ſolutionis docet Scaccia d. cap. 11. num. 317. ſingu-
larem doctrinam circa confeſſionem; quæ eſt quadru-
1049 plicis † ſpeciei.

Prima enim eſt confeſſio viuæ vocis facta in iudi-
cio, vel extra; ſecunda facta in ſcriptura non ſolemni;
tertia facta per viam cõtractus ſtipulati inter ipſas par-
tes, & redacti in formam publici inſtrumenti, ſeu al-
terius ſolemnis ſcripturæ, quarta verò confeſſio facta
in libro rationum. In prima ſecunda, & tertia ſpecie
1050 concludit non poſſe confeſſionem pro parte † accep-
tari, & pro parte reijci; quia in prima, & ſecunda
ſpecie adeſt connexitas cum identitate eiuſdem ratio-
nis; non autem in tertia tum propter connexitatem,
tum etiam propter publicum inſtrumentum, ſeu aliam
1051 † ſolemnem ſcripturam, quæ ſcriptura, aut inſtru-
mentum ita fidem facit in vna parte, ſicut in alia; In
1052 quarta autem ſpecie poteſt † acceptari pro parte,
& pro parte nõn, propter dolum, & culpam ſcriben-
tis, vt ſupra num. 1045. probatum fuit.

Quam concluſionem extendit etiam in libro tuto-
1053 ris, & omnis alterius adminiſtratoris, quia is † po-
terit fictè connectere, & in connexis decipere domi-
num, quo abſente ſcripſit, & conſequenter potuit ſcri-
bere quid ſibi placuit, ex qua extenſione expreſsè te-
net contra Angel. Corn. Crauett. quos citat Menoch.
dicto caſu *93.* & contra eundem Menoch. & Eſco-
bar. citatos ſupra numero 1028. cum ſequentibus,
ſed de hac extenſione iterum dicetur inferius nume-
ro 1064.

Reſtringit opinionem in libro mercatoris facto vni-
co contextu, ſeu in partita ſcripta vnico contextu per
mercatorem, & eodem tempore in fauorem aduerſa-
1054 rij, & principaliter contra ſcribentem, quia † tunc
etiam ſi aliquod deficiat requiſitum libri, nihilominus
ſemper militat veroſimilitudo, & non poſſet conſide-
rari dolus, & culpa ſcribentis, eo quod ſolitum eſt ſcri-
bi præſente aduerſario, & ſic militat veroſimilitudo,
1055 & ceſſat dolus ſcribentis, ideo non poterit † in hac
vna pars acceptari, & reliqua reijci, ita ex Anchar.
Angel. Tiraquell. Crauett. & Soccin. probat Scaccia
dicto capitulo vndecimo numero *319.* cum ſequen-
tibus.

Subdeclarat reſtrictionem, vt ſcriptura, aut parti-
ta ſcripta principaliter ſit ſcripta ad fauorem aduerſa-
1056 rij, quia † ſi principaliter ſcriberetur ad fauorem
mercatoris ſcribentis, tunc poterit in vna parte tan-
tum acceptari, & in alia nequaquam, illa ratione, ex
quo de facili mercator ſcribens facere poterit ſe credi-
1057 torem in magna † ſumma cum annexione paruæ
quantitatis ſibi ſolutæ; demum omnia in contrarium
adducta ſingulariter ſoluit, & ita intelligendus erit Gra-
tian. nouiſſimè viſus in quinto tomo diſceptat. Forenſ.
capitulo 851. numero decimooctauo, & decimonono
cum ſequent.

Ego autem probando duas propoſitas inſpectiones,
dico primam indiſtinctè veram rationibus in ea addu-
ctis per Scacciam, ſed quo ad explicationem ſecundæ in-
ſpectionis, dicta per eundem doctiſſimum Scacciam in-
1058 digere nonnullis modificationibus † ob contrarias
deciſiones, ideo dum vir ille exemplificando ſecun-
dam inſpectionem dicit, quando liber non eſt ſolem-
niter factus, ſed adeſt aliquis defectus continens for-
ſan non veriſimilia, & falſitatem in aliqua partita; (hæc
ſunt verba Scacciæ) ego ſuper his, infraſcriptos duos ca-
ſus conſiderabo.

Quorum ille erit primus, nam aut liber caret die,
aut cauſæ expreſſione, vel altero alio requiſito ſine do-
lo ſcribentis, quia forſan vti incautus, & negligens
1059 omiſit requiſita adhibere, & tunc ſi † aduerſarius
vnam acceptauit partitam, non poterit aliam reijce-
re, ſi reiecta inueriſimilitudinem non haberet.

Quod probatur euidenti ratione, nam per accepta-
1060 tionem † vnius partitæ præſumitur omninò vera
altera partita reiecta, ex traditis ſupra numero *955.* &
probatis ſupra numero *957.* ſed id intelligo iudice
1061 † arbitrante, ſeu conſiderante magnitudinem, aut
paruitatem partitæ acceptante, aut reiectæ; modo
vt diximus ſuperius numero *961.* & *962.* & hoc pro-
cedere etiam in partitis ſeparatis probatum vtique fuit
ſuperius numero *959.* & *964.* ſi enim iuris præſumptio-

ne ve-

1062 ne vera † iudicatur partita reiecta, ideo aduerſarius ex ſe non poterit illam negare; diximus ſine dolo ſcribentis, quia ſi cum dolo omitterentur requiſita, procederent ſuperius num. 1044. & 1045. dicta.

Secundus erit caſus, ſi liber contineret aliquā partitam falſam, vel notoriè inueroſimilem, quia tunc vna
1063 partita vitiata redditur totus liber ſuſpectus, † ex plenius traditis ſupra numero 903. cum pluribus ſequentibus, ideo indiſtinctè procedunt omnia dicta per Scacciam in hac ſecunda inſpectione adhibito hoc ſecundo caſu, ex quibus probatum fuit poſſe vnam acceptari, & aliam libri partitam reijci.

Quo verò ad extenſionem datam per Scacciam, & per nos relatam ſupra numero 1053. dico eam proce-
1064 dere, ſi ita † iudex arbitratus fuerit viſis expenſis per adminiſtratorem factis, modo, vt declarauimus ſupra num. 847. & 848. itaque etiam procedere reſtrictionem relatam ſupra num. 1054. vt illa dijudicetur ſecundum
1065 iudicis arbitrium † circa veroſimilitudinem accepti, aut impenſi, quod proprium iudicis eſt arbitrare, vt ſuperius num. 843. diximus; ex quibus ita intelligendus erit Gratian. diſcept. Forenſ. tom. 5. cap. 851. nume. 18. & ſeq. & poſt hæc ſcripta viſus.

SVMMARIVM.

1066 *Actor tenetur exhibere omnes ſcripturas mentionatas in ſuo libello.*
1067 *Actor non tantùm tenetur exhibere, ſed etiam copiam ſcripturarum exhibendarum dare, reſtringitur numero 1068. cum multis ſeq.*
1068 *Scriptura quando præſumitur eſſe penes reum tunc nō exhibetur per actorem.*
1069 *Scripturæ copia ſi facilè haberi non poterit actor illam dare non cogitur.*
1070 *Ceſſionarius vtili actione nomine proprio agens ante litem conteſtatam non tenetur edere, ſecus verò ſi ageret nomine cedentis, vel procuratorio nomine num. ſeq. & inferius.*
1073 *Actor, an teneatur edere copiam aſſenſus Regis, & iurium allegationum.*
1075 *Reum non teneri edere actori, refertur.*
1076 *Actorem ſumere arma de domo Rei, niſi graue iudicatur.*
1077 *Liber priuatæ perſonæ non exhibetur ad inſtantiam petentis.*
1078 *Secus aliqua iuſta cauſa exiſtente.*
1077 *Reus quando teneatur edere.*
1079 *Reus tenetur edere actori, quando apparet de Mandato actoris expreſſo, vel tacito, ad conſcribendum, cum ſequent. vbi quando præſumatur mandatum 1080. & 1081. cum ſeq.*
1084 *Reus æquitate ſuadente tenetur multis modis edere actori, remiſſiuè.*
1086 *Reus mercator, aut quilibet alius, qui ratione officij ſcripſerit librum, aut ſcripturam, tenetur illam edere actori.*
1087 *Scripturæ quando exhiberi debent, remiſſiuè.*
1088 *Actorem, vel Reum ſemper de æquitate canonica, ad exhibitionem ſcripturarum in eum poſſe exiſtentium refertur.*
Liber mercatoris, an literarum comparatione probetur, verſ. liber autem.
Libri caſſatura arguit ſolutionem, & liberationem producit, ibid. verſ. finaliter.

ARTICVLVS II.

IN ſecundo autem articulo vtique duo fieri debent inſpectiones, vna reſpectu actoris, altera verò reſpectu rei conuenti.

INSPECTIO PRIMA.

Reſpectu autem actoris pauciſſimus expediar, eo
1066 quod regulariter actor † tenetur edere, & exhibere omnes ſcripturas, de quibus fecit mentionem in ſua petitione aliàs à iudicio repellitur, Bald. in l. qui ſtipendia in fine, C. de procurat. Guid. Pap. ſing. 245. latiſſimè Muſcatell. noſter in ſua prax. par. 3. gloſ. comparens ſub numero 7. & 8. ac alibi poſt Doctor. in l. edita, C. de edend.
1067 Extenditur hoc, vt actor etiam teneatur † exhibere, & copiam ſcripturarum exhibitarum dare reo ſumptibus eiuſdem actoris, Dec. in dict. l. edita numero 86. Io. Amic. conſil. 135. latè Muſcatell. vbi ſupra.

Reſtringitur tamen hoc dictum, quando præſumi-
1068 tur, † ſcripturam enunciatam eſſe penes reum, quo caſu actor non tenetur edere ad finem deliberandi, ſed demum ad finem probandi, Pacian. de probat. lib. 1. c. 66. num. 104. cum ſeq.
1069 Reſtringitur ſecundo ſi copia ſcripturæ † de facili, & in promptu haberi non poterit Minado. deciſione 40.

Reſtringitur tertio in actore ceſſionario, qui egit
1070 vtili actione nomine proprio, qui non tenetur † edere ante litem conteſtatam Marlian. deciſ. 7. Cartar. deciſ. 63. Surd. & alij, quos congerit cum iam dictis omnibus Dom. Rouit. ad commentar. Regiar. pragmatic. pragm. 5. de ordin. iudicio. nu. 1. 2. 3. 4. 5. & ſeq. & Ma-
1071 ſtrill. deciſ. 258. volum. 3. Secus eſſet ſi † ceſſionarius ageret nomine cedentis, prout, & procurator etiam te-
1072 netur exhibere † mandatum, modo vt idem Dom. Rouit. loco citato declarat num. 6. & ſeptimo, vbi etiam
1073 quid in aſſenſu † regio, de quo facta ſit mentio in li-
1074 bello, quid autem in copia † allegationum, numero octauo, & nono. Reliqua latius ſupra de ſcripturarum exhibitione reperiuntur penes Cardin. Tuſcū ver. exhibitio, & exhibere tom. 3. & ſic concluditur in hac inſpectione actorem teneri ad exhibitionē libri, vt ſupra.

INSPECTIO SECVNDA.

Reſpectu enim Rei conuenti, penes quem reperiretur forſan liber ponitur regula negatiua, nempe, Reum
1075 non teneri † edere actori ad fundandam eiuſdem actoris intentionem contra eundem Reum, ad text. in
* l. prima, & fin. C. de eden. vbi omnes communiter, de
* qua communi teſtatur Lanfranc. de Orian. ver. inſtrumentorum productiones numero 69. fol. 60. in principio, & communem regulam eſſe, quia nimis graue eſt
1076 † vt actor ſumat arma de domo rei ad tex. in l. nimis graue. C. de teſt. teſtati ſunt Menoch. de arbitr. caſ. 499. centur. 5. Scaccia d. c. 11. num. 480. & Genua d. lib. 4. de ſcriptur. priuat. tit. 1. num. 140. cum ſeq. & eodem libro quarto titul. de lib. mercator. ver. iuris eſt, fol. 251. in magnis.

Extenditur concluſio reſpectu perſonæ priuatæ, quæ
confecit librum ad ſui placitum, qui cum non tenea-
1077 tur † illum conficere, conſequenter non tenetur il-
lum exhibere, ita ex mente omnium firmat Genua d.
tit. 1. num. 141. toto.

Reſtringitur extenſio, quia etiam priuatus tenetur
1078 edere † actori librum aliqua iuſta cauſa exiſtente, ita
ex text. d. l. 1. C. de eden. adnotat Menoch. d. caſu 499.
num. 3. & inter cauſas iuſtas nonnullas citat idem Me-
noch. ibi.

Reſtringitur ſecundo qñ adeſſet mandatũ actoris ad
1079 librum conſcribendum, quo in caſu reus † teneretur
edere librum ad text. in l. ſi quis §. pertinere & l. prætor,
§. huius edicti vbi glo. ff. de edendo, late Pacian. de pro-
bat. libro primo cap. 63. ad quæ iuſtificandum non ſo-
lum ſufficit expreſſum mandatum, ſed etiam tacitum,
1080 & præſumptum, & taciti, & præſumpti † mandati
præſumptio arguitur, ſi præſente actore, aut altero ſui
1081 nomine partitæ in libro conſcriptæ fuiſſent †, Pa-
cian. dicto capitulo 63. numero ſecundo cum multis ſe-
quent. quem citando ſequitur Genua dicto titulo pri-
mo numero 143. & ſi hi Doctores non aperiunt, quo-
modo conſtare debebit de mandato, ſi liber non exhi-
beatur, ex quo apparebit de intereſſe, & de tacito man-
1082 dato. † per præſentiam prædictarum? ideo exhibi-
tione non facta qualitas intereſſe, & mandati non ap-
parebit; dico hoc in caſu ſtandum eſſe regulæ firmatæ
ſupra numero 1079. ſed ſi actor probaſſet, librum fuiſ-
ſe conſcriptum per aduerſarium præſente actore, aut
qualitercunque de negociatione inter ipſos inita, de
1083 qua ſcribatur liber, cenſerentur † probatum tam
mandatum præſumptum, quam intereſſe formatum
ex ſuperius traditis.

Reſtringitur tertiò omnibus illis modis, qui notan-
tur, & congeruntur per Menoch. d. caſ. 499. & ex qui-
1084 bus, † æquitate ſuadente reus cõuentus tenetur ede-
re actori.

1086 Reſtringitur quartò in mercatore † noſtri tempo-
ris, & in quolibet alio, qui confecerit librum ratione
officij, aut adminiſtrationis, vt latius adnotat Genua
d. lib. 4. fol. 251. ſuperius adducto toto, qui omnes te-
nentur edere ad inſtantiam actoris.

1087 Reliqua ſuper huiuſmodi exhibitione † latiſſimè
habentur per Menoch. dicto caſ. 499. & ante illum om-
nes moderni repetentes in dict. l. prima, & l. fin. C. de
eden. ac per Genuam dictis locis, illos conſulas, quia
à noſtro inſtituto ſatis nos digreſſi ſumus, prout, & fu-
ſius Cardinal. Tuſcus loco citato, & nouiſſimè M. Ant.
de Amat. deciſ. Ferrar. 11.

Pro complemento tamen huius exhibitionis adno-
tandum erit, de iure Canonico, ſeu de ipſius iuris æqui-
1088 tate quemlibet actorem, † ſiue Reum conuentum
teneri ad exhibitionem ſcripturarum, itaque ſæpius in
Rota deciſum teſtatur Scaccia dicto capitulo 11. nu-
mero 484. Super huiuſmodi exhibitione nonnulla alia
nouiſſimè congerit D. Viſcontus in concluſ. ver. inſtru-
menta fol. 124. poſt hæc ſcripa viſus.

Liber autem mercatoris, non alius, probatur ſola
literarum comparatione Bar. & omnes in dict. l. admo-
nendi, ff. de iur. iurand. vbi Iaſ. in repet. numero 112.
* ver. ſi autem negarent dicit magis communem, & de-
mum numero 135. ibidemque Ripa numero 132. ac
omnes relati per Couarru. practicar. capit. 22. numero,
octauo, & arbitrarium iudicis eſſe reſponderunt Me-
noch. de arbitr. caſ. 114. numero 23. Couarru. vbi ſu-
pra Viui. Maſcard. & alij relati per Farinacc. in fragm.
criminal. parte prima ver. comparatio numero 524. &
indiſtinctè firmat Gaſpar Theſaur. quæſt. 24. libro pri-
mo numero 22. & de veritate Scaccia dict. capitulo 11.
nume. 1022. cum ſequent. ac Genua libro ſecundo de
ſcriptur. priuat. titulo primo numero 121. cum ſequen-
tibus.

Finaliter adnotandum erit, quod ſi liber reperire-
tur caſſatus, ſeu partitæ in illo deſcriptæ reperirentur
caſſatæ, tunc caſſatura liberationem produceret, &
vim ſolutionis haberet, Surd. Gratian. & reliqui, quos
bene probat M. Ant. de Amat. deciſ. Ferrar. 12. nume-
ro nono, & 10.

SVMMARIVM.

1089 *Epiſtola quomodo definiatur, & numero ſequentibus.*

1093 *Epiſtola obligatoria, quomodo definiatur, & ſequentibus.*

1096 *Epiſtola continet contractum inter abſentes celebratum.*

1097 *Epiſtola quandoq. continet pactum expreſſum.*

1099 *Epiſtola circa duo conſiſtit, & regulariter non producit obligationem, & num. 1101.*

1100 *Epiſtola dicitur vocabulum græcum.*

1102 *Epiſtola circa contractus; qui ſolo conſenſu perficiuntur producit obligationem.*

1103 *Epiſtola probat donationem, &*
Donatio contrahitur per epiſtolam.

1104 *Epiſtola quos probat contractus, remiſſiuè.*

1105 *Epiſtola quando peruenit in poſſe eius, cui mittitur inducit obligationem.*
Epiſtolam recipiens ſtatim videtur præſtare conſenſum, ſi non reuocauit, ibid.

1106 *Epiſtola ſi non producit obligationem, tamen prius cõtracta facilius auget.*
Conſtituens pro alio, per medium epiſtolæ obligatur, ibid. & ſequent.

1108 *Epiſtola regulariter non probat; & num. 1110. ſecus verò ſi recipiens epiſtolam non contradixerit nu. 1111. quia recipiens videtur conſentire.*

1111 *Tacens videtur conſentire, quando contradicendo poterat conſenſum non dare, verſic. quodque illa ratione.*

1112 *Epiſtola ſi non legatur, aut perlegatur, nequaquam acceptata videtur, & alijs modis numero 1113. remiſſiuè.*

1114 *Epiſtola probat in connexis ſi pars acceptetur cum ſequentibus.*

1117 *Epiſtola contra ſcribentem plenè probat, declaratur 1118.*

1119 *Epiſtola quomodo probetur, & ſeq.*

1121 *Epiſtola recognita habet exequutionem paratam.*

1123 *Epiſtolæ recognitio non requirit ordinem aliarum ſcripturarum, & 1124.*

1125 *Epiſtolæ recognitio qualiter, & 1126.*

1127 *Epiſtolæ probatio per comparationem literarum qualiter fiat.*

1128 *Epiſtola per comparationem literarum plenam facit probationem contra num. 1129. de veritate nu. 1130. & ſequent.*

1132 *Epiſtola quæ datur præſenti, non probatur per ſolam literarum comparationem.*

1133 *Literæ cambij probantur per ſolam comparationem literarum, quamuis per præſentem præſenti cõſignantur; dummodò regiſtrentur in libris mercatorum num. ſeq.*

1135 *Epiſtola per ſolam literarum comparationem in criminalibus plenè non probat, ſed indicium ad torturam facit, & 1136.*

1137 *Epiſtola per ſolam literarum comparationem, non probat ſi ſua careat forma, & quæ ſit eius forma 1138.*

1139 *Epiſtola abſq. data temporis, & loci per literarum comparationem probat.*

1140 *Epiſtolæ data deſeruit ad oſtendendum anterioritatem, & poſterioritatem tantum, ideò non deſeruit.*

1141 *Epiſtola contra hæredem ſcribentis non probat, ſi non appareat in vita defuncti illam fuiße probatam.*

1142 *Epiſtola cauſam obligationis non continens, nihil probat, declaratur in epiſtola continente liberationem 1143.*

1144 *Declaratur regula. remiſſiuè.*

1145 *Epiſtola contra tertium nullam facit fidem, limita in epiſtolis, ſeu literis banci. 1146.*

1147 *Epiſtola plenam facit probationem pro tertio. concurrentibus requiſitis num. ſeq.*

1149 *Epiſtola etiam alio modo non recognita, nec confeſſata plenè probat contra ſcribentem ſi ſolito ſigillo ſcribentis fuerit ſignata, contra numero 1150. de veritate num. 1151.*

1152 *Sigillum probat ſi fuerit recognitum, quomodoq; recognoſcatur.*

1152 *Sigillum dicitur recognitum, ſi Notarius authenticauerit, per eius fidem ſigillum eſſe ſigillantis.*

1153 *Sigilli auctoritas reſtringitur ad vſum, ad quem ſigillum deſtinatum fuit.*

1154 *Epiſtola vitiata, vitiatur ſigillum, & quomodo fiat num. ſeq.*

1156 *Sigillum apponens in carta vacua conſentire non videtur.*

Subſcriptio cartæ vacuæ, conſenſum non inducit, ibidem.

1157 *Sigillum, ſignum, vel Marca denotant dominium ſigillantis, ibidem.*

1158 *Ruſticus ſi occiderit falcõnem cum fonalijs tenetur.*

1159 *Sigillum Principis probat.*

DE EPISTOLA Tit. 6.

EPISTOLAM, aut literam, itaque, ſic definiri per Bald. in l. 2. ff. de pact. relatum per Pariſ. conſil. 127. num. 29. volum. primo, eam
1089 ſcilicet eſſe, † medium organum, per quam inducitur pactum expreſſum inter abſentes, & eſt tanquam copulatio conſenſuum.

Nicolaus autem Genua in d. tract. de ſcriptur. priuat. lib. 3. titulo de epiſtola defeniendo aliter dicit, nempe
1090 epiſtolam † eſſe ſcripturam, qua quis abſenti, vel quaſi mentis ſuæ intẽtionem declarat; & demum idem Genua refert illam Bal. ſuperius notatam, ac alias duas, vnam Iuſti Lypſij, alteram Poſſeuini, quarum prima ex
1091 Lypſio dicitur, ſcriptum † animi nuncium ad abſentes, vel quaſi abſentes, & ſecunda ex Poſſeuino, di-
1092 citur † colloquium abſentis ad abſentem.

Sed quia nos intendimus deſcribere epiſtolam inducentem obligationem alicuius crediti, vt etiam ſic no-
1093 ſtrates intendunt, dico † non negari epiſtolam colloquium, aut mentis declarationem, vel nuncium ſcriptum eſſe, ſed vt comprehendatur in deſcriptione effectus epiſtolæ, oportebit addere aliqua ex definitione Bald. ideo dicas, epiſtolam eſſe colloquium nuncium,
1094 aut mentis declarationem † ſcriptum, vel ſcriptam inter abſentes, aut quaſi, ex qua inducitur quandoque pactum expreſſum.

1095 Diximus eſſe † colloquium, nuncium, aut mentis declarationem, quia hæc tria idem important, nam Iuſtus Lypſius dixit nuncium ſcriptum, Poſſeuinus colloquium, & Genua mentis declarationem, & tamen, vt patet vnumquodque iſtorum eundem producit effectum, & per hoc omnia retulimus, vt lector prudentiſſimus vtatur in definitione, vel potius deſcriptione illo melius ſibi viſo.

Diximus inter abſentes, vel quaſi, quia vt plurimum
1096 inter abſentes celebratur † hic contractus, & ſubſequitur quaſi; ex quo quandoq; fit inter præſentes, vt adnotatur per Iureconſ. in l. Titius Seio, vbi Bar. ff. de conſtit. pecun. & ſequitur Maſcard. concluſ. 626. nume. 26. modo, vt ex Iuſto Lypſio adnotat Genua dict. loco numero 5.

1097 Finaliter diximus induci quandoque pactum † expreſſum, quia dicere eſſe mentis declarationem, comprehenderentur illæ epiſtolæ tantum, ex quibus nulla oriretur obligatio, continentes ſolummodo ſimplex nuncium, ſimplexque colloquium, ex quibus nihil de
1098 nouo datur, ſed tantum ius antiquum tribuitur † ad text. in l. hæredes palam, §. ſi quid poſt, ff. de teſtam. vbi Doctor. Surd. conſil. 288. numero 10. volum. 2. vbi alia iura, & innumeros Doctores cõgerit, quem citat Steph. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 464. num. 19. tom. 3. & ad cautelam diximus quandoque, quia non ſemper ex epiſtola, ſeu non ex omni epiſtola inducitur pactum, &
1099 proinde oritur obligatio, eo quod potiſſimum † circa duo conſiſtit ius epiſtolæ, vnum eſt quod pertinet ad inducendam probationem de contentis in epiſtola, & hoc continetur in definitione prædictor. Lypſij, Poſſeuini, & Genuæ, & alterum quod pertinet ad inducendam obligationem, & id eſt, quod continetur in verbis additis in noſtra definitione, ſeu deſcriptione potius, ita Iulius Pacius in l. non epiſtolis, C. de probat. numero 17. dicens vim epiſtolæ ad hæc duo adaptari, ideo diximus quandoque, quia regulariter ex epiſtola obligatio non oritur, vt inferius num. 1101.

1100 Epiſtola enim eſt grecum † vocabulum latinè importans mittere ad abſentes Menoch. de arbitrar. caſ. 94. num. 1. idemque ſic à Calepino in verb. epiſtola explanatur ante Menech. & alios.

1101 At ſi epiſtola nullatenus † inducit obligationem ad text. in l. epiſtola, ff. de pact. l. Publia. §. fin. ff. depoſit. vt hęc & alia congerit Maſcar. de probat. concl. 626. numero ſeptimo, & ante eum Crauett. de antiquit. tempor. ver. vidimus, & abunde nu. 39. tamen hæc regula nonnullas patitur fallentias, & potiſſimum quãdo inter abſentes celebrantur contractus, qui ſolo conſen-
1102 ſu perficiuntur, tunc † per epiſtolam datur cõſenſus, & indu-

& inducitur obligatio, ad tex.in l.Titius Seio,ff.de cōſt.
pec.& l.conſenſu, ff.de act.& obligat. vt eſt in donatio-
1103 ne, quæ inducitur, † & obligationem inducit per
epiſtolam l. ſi donatio. l. nec ambigi, & l.ſi aliquid, C.
de donat.& l.etiam, ac l.abſenti, ff. eodem latè Peregr.
conſil.94.num.8. volum. primo, modo vt latiſſimè per
1104 triginta quinque † modos contrahendi docet Ge-
nua d. libr. 3. de ſcriptura priuata, diuidendo eos per
quæſtiones illum in occurrentibus conſulas poſt Do-
ctores in d.l.conſenſu.

Inſtitutum verò noſtrum erit differere, quam bre-
uius, in his in quibus obligatio inducitur, & ſignanter
vltra contractus, qui ſolo conſenſu perficiuntur adno-
tantur duo nempe, vnum quando epiſtola loquens de
aliquo contractu, & aliqua negociatione perueniſ-
1105 ſet † in poſſe eius, ad quem fuit directa, tunc obliga-
tionem inducit, Cardin. Pariſ. conſil. 127.numero 32.
& 33.volum.1. Burſat.conſil.172.nume.31. volum.2.
& Rot. Genuenſ.deciſ.80.nume.2.quos probat Genua
dict.libr.3.titulo primo num.21.nam recipiens epiſto-
lam ſtatim præſtare conſenſum videtur, ſi non reuoca-
uit, Bart. Bald. & alij in dict.l. Titius, ff. de conſtit. pe-
cun.alterum verò quando ſcribens epiſtolam conſti-
tuat ſe pro alio iam obligato ſoluturum, quia ſi obli-
1106 gatio non inducatur † per epiſtolam; de nouo ta-
men per prius contracta, extendi poterit ad perſonam
conſtituentis ad text.in l. quidam & l. Titius Seio, ff. de
conſtit.pecun. ac communiter Bar. & omnes in d.l.Ti-
tius Seio, ac in omnibus his, quæ ſolo conſenſu contra-
huntur, noſtrum erit differere, vt diximus, quam ſcili-
cet probationem faciat epiſtola, vt creditor valeat pro
credito contento in ea agere, aut in his, ſuper quibus
epiſtola non inducit obligationem, ſed tantum narra-
1107 tionem † præcedentis contractus, & obligationis ad
text.in d.l.Publia in fine, ff. depoſ. & tunc qualiter pro-
bet videndum erit.

1108 Regulariter tamen † epiſtolam non facere plenam
probationem notatur in l.inſtrumenta domeſtica.C.de
probat. ac communiter Doctor. in d. l. admonendi, ff.
de iur.iur.

Nos autem ſequuti ordinem inceptum in hoc toto
capite; explicabimus quam breuius tres caſus, primum
1109 videlicet, quam probationem † faciat pro ſcriben-
te, ſecundus caſus erit quam faciat epiſtola probatio-
nem contra ſcribentem, & tertius caſus quam proba-
tionem faciat contra tertium, vel pro tertio.

Quo ad primum caſum, dico vt diximus, regulari-
ter epiſtolam pro ſcribente nequaquam probare, ad
1110 cōmuniter notata in d.l. inſtrumēta domeſtica, † &
✱ in cap.2.de fid.inſtrum.ac in d.l.admonendi refert no-
uiſſimos Genua d.tract.de ſcript.priuat.lib.3.tit.primo
numero 117.

Reſtringitur tamen hæc concluſio, quando is, cui
1111 epiſtola † mittitur eam acceperit, & non contradi-
xerit, ſed tacuit, quia taciturnitas in hoc caſu opera-
tur conſenſum etiam in ſui præiudicium, & ſic recipiēs
literas videtur conſentire, & fateri debitum, ad text. in
l.ſi filius famil.ff.ad Maced.vbi Bart.& reliqui, ac idem
Bart.in dict.l.quidam, ff. de conſtitut. pecun.ac in alijs
ferè locis Bald.in l.ſi abſentis. C.ſi cert. pet. & in Rub.
✱ C.de fid. inſtrument. quorum opinionem communem
dicunt Alexan.in l.non ſolum. §.morte num.27. & 28.
ff.de nou.oper.nunciat. ad idem, & Iaſ.in l. quæ dotis,
✱ ff.ſolut. matrim. communiter etiam hoc adnotant Ca-
noniſtæ in clementina prima de procurat. de quibus
teſtantur Mattheſil.ſing.22. vbi additionator, Maſcar.
de probat.dict.concluſ.626.numero 10.& numero 36.
cum ſequent.Menoch.de arbitr.caſ.94.& elegantius de
præſumpt.lib.3.præſumpt.65.in primis numeris, & in-
finiti quos congerit, & probat Genua dict. titul.primo
numero 118. cum nonnullis ſequent. vſque ad nume-
rum 133.

Quodque illa ratione procedit, quia tacens potuit
contradicendo conſenſum non dare, & impedire, vt la-
tius doctum fuit ſuperius numero 744. & 760. cum ſe-
quentibus.

Subreſtringitur, & declaratur reſtrictio, quando re-
1112 cipiens literam, & epiſtolam legat, & perlegat † epi-
ſtolam, quodq; præſumitur, ſi tantum veroſimile tem-
pus effluxerit, vt iudicetur acceptantem vidiſſe, & per-
ſpexiſſe, Menoch. de præſumpt. dict.præſumpt.65. nu-
mero 13.& 14.declarat.3. Monald.conſil.161.volu.2.
& alij innumeri, quos probat Genua dicto loco n.134.
cum multis ſequent.

1113 Subreſtringitur nonnullis alijs † modis, quos re-
ferunt additionator ad Mattheſil. dict. ſingular.22. la-
tius per Menoch. dict.præſumpt.65.per Maſcard. dict.
concluſ.626. & latiſſimè per Cardinal. Tuſcū concluſ.
374. liter.l. ac & per Genuam dict. titulo primo libr.4.
nume. iam dicto 134.cum infinitis ſequent.penes quos
habebitur veritas reſtrictionis; illos in occurrenti con-
ſulas.

Reſtringitur ſecundo principalis concluſio quando
1114 epiſtola † contineret connexa, & recipiens acce-
ptaſſet vnum ex connexis, quia tunc talis acceptatio
iuuabit mittentem epiſtolam pro altero connexo, ita
ex Bart. Caſtr. & alijs Genua d.tit.1.num. 178.& con-
1115 trarium dicit in ſeparatis capitulis † contentis in
epiſtola, ex Mattheſil. ſingular. 78. quamuis cogitan-
dum dicat Genua.

1116 Tu verò ſuper his dictis † conſulas notata per nos
ſuperius nume. 1020. cum ſequentibus vſque ad finem
articuli, vbi ſatis hæc declarata fuerunt.

Quo ad ſecundum caſum, & ſic qualiter probet epi-
1117 ſtola contra ſcribentem, dico eam plenè † proba-
re, ad text. in l.Publia ſuperius citata, §. fin.ff.depoſit.
l.nec ambigi, & l. ſi per epiſtolam ſuperius citatis, C.
✱ de donat. & communiter adnotant Canoniſtæ in dicto
capitulo ſecundo, de fid. inſtrument. omneſque legiſtæ
in dict.l.admonendi, ff. de iur.iuran. referunt hoc Me-
noch. de arbitrar. caſ.94. & latius Maſcard. de probat.
dict.concluſ. 626. in principio, ac & nouiſſimè conge-
runt infinitos pro regula, Brunor.à Sol.in ſuo compen-
dio Præpoſit. in ver. epiſtola, Morla in ſuo emporio
parte prima titul. de reb. credit. quæſt.17.numero 15.
Iulius Pacius in dict. l. non epiſtolis numero 27. C. de
probat. & alij nouiſſimi, quos probat Genua dicto li-
bro 3.titulo primo nume. 59.& 61. alijque etiam, quos
citat Farinacc.fragm. criminal. par.1.ver. comparatio
num.528.

Declaratur tamen hic ſecundus caſus, eum debere
1118 procedere † dummodo epiſtola probetur ſcriptam
fuiſſe ab eo, contra quem probare diximus, ita Ma-
ſcard. dicto loco nume. ſecundo Menoch. vbi ſupra nu-
mero 9. & alij præcitati Doctores, quodque fit per re-
1119 cognitionem † faciendam per ſcribentem, qui fate-
1120 retur ſcripſiſſe, vel teſtibus videntibus † ſcribi eam,
illa comprobaretur, Burſat. conſil. 253. aliquia relati

per

per Viui.deciſ.467.numero 86. & ſeq. quo in caſu non
ſolum epiſtola ſic recognita plenam induceret proba-
1121 tionem, ſed etiam † paratam haberet executionem,
Parlador.libro 2.rer. quotidianar.capit. fin.par.1.§.5.
numero 17.poſt Bart. Abb. & alios, quem probat Ge-
nua. d.titu. primo, numero 32. & in huiuſmodi reco-
1123 gnitione nullatenus † requiritur ordo, quem doce-
bimus,titu.80.de Apocha, modo ſexto numero 2808.
illa ratione,quia non ſolent ſcribi epiſtolæ in præſentia
1124 † teſtium,prout ſæpius reſolutum in Rota,dicit Cæ-
ſar de Graſs. deciſ.113.num.7. quem probat Genua.d.
loco num. 33.

Idcirco in recognitione huiuſmodi ſufficit (prout
ſufficere in omni ſcriptura ſatis notum eſt) ſcribentem
1125 † recognoſcendo fateri ſcriptam ab eo, aut ſi neget,
id per teſtes probari, ſi poterit, ſin autem teſtes haud
1126 haberi poſſunt; tunc ſufficit † eam per comparatio-
nem literarum probare,ad text. & ibi notata per Doct.
in l.comparationes.C.de fid. inſtrum.

1127 Comparatio enim hæc fit † cum ſcriptura ex qua,
quæ producenda erit, vt ex ea fiat comparatio, ad ſcri-
pturam ad quam,quæ contra ſcribentem præſentatur,
quæ eſt epiſtola, & ſcriptura, ex qua debet eſſe talis, vt
ex ea indubitatum iudicium oriatur, vt ſit manu debi-
toris ſcripta,vel per teſtes,vel per confeſſionem, vel per
alium modum plenum, vt ſuo loco titulo de Apocha
numero 2805. & ſequen. ac alibi plenius docebi-
mus.

1128 Epiſtolam enim per comparationem † literarum
plenè probatam eſſe reſponderunt Bart. Caſtr. Fulgoſ.
Alex. Lanfranc. Coraſ. & alij in d.l.admonendi ff. de
iur.iur.Felin.in d.cap.2.de fid.inſtrum.vbi de commu-
* ni,& ſeruata opinione, ac Deci. ibidem de magis com-
* muni Vrſill.ad Affl. deciſ.181. numero 12. vbi reſolu-
tum ſic fuiſſe in Sac.Conſ.teſtatur, Crauet.de antiquit.
tempor.ver.quæritur num.64. Vin.opin.113.& Triuiſ.
deciſ.52.num.9.

1129 Contrariam opinionem † veriorem dixerunt Bart.
in auth.at ſi contractus num.10.C.de fid. inſtrum.An-
gel. in d.l.comparationes. C. eodem num.10. vbi Ca-
ſtrenſ. nume.5. in fine Bald. in d.l.admonendi num.4.
verſic. priuata autem ſcriptura, dicentes in huiuſmodi
probatione epiſtolas æquiparari Apochis, quos fortè
melius reſpondiſſe, teſtatur Iaſ.in d.l.admonendi in re-
petit.num.139. vbi etiam Franc. Curt.num.123. Abb.
in d.cap.2. num 8. de fid. inſtrum. vbi additionator li-
tera.A. & finaliter hanc veriorem dicit Couarru. pra-
cticar.capit.22.numero 7. & per hoc arbitrarium iudi-
ci eſſe, reſponderunt Menoch.de arbitrar.caſ.114.nu-
mero 24. & Maſcard. de probat. concluſ.330. numero
13.& 14. poſt Couarru. citato loco, quorum opinio-
nem amplecti videtur Farinac. fragm. criminal. par.1.
ver.comparatio,numero 527. eandemque amplectitur
opinionem Gaſpar Theſaur.quæſt.Forenſ.24.lib.1.nu-
mero 20. vbi alios hanc eandem opinionem tenentes
congerit.

* Veriorem receptiorem, & magis communem verò
1130 priorem opinionem † eſſe dixerunt, vltra Bart.Bald.
& Caſtr. ſibipſis contrarios; additio ad Felin. Boer. &
alij,quos probat Maſcard.d.concluſ.626. num.5. & ſe-
quent. & vltra Gramat. deciſ.34. num.15. & 16. Viui.
Triuiſ. & alios citatos ſupra numero 1128. idem dixe-
runt Sigiſmund. Scaccia.d.cap.11. numero 1016. qui
* hanc magis communem numero 1018. dicit, ac de
conſuetudine ſeruari; cum diuerſa ratio conſideratur
1131 † in epiſtola, in qua non imputari poterit parti,cui
mittitur, quare non curauerit fieri ſolemniter cum in-
teruentu,& ſubſcriptione teſtium, ſicut poteſt imputa-
ri recipienti Apocham, quæ ratio non fuit conſiderata
per Doctores citatos ſupra pro contraria opinione,
idemque ſequutus firmauit Genua de ſcriptur. priuat.
* libro 2. titu. primo, numero 130. magiſque commu-
nem dicunt etiam Franc. Monald.conſ.14.numero 17.
vol.1.& Card.Tuſc.concluſ.483.litera.C.

Limitatur tamen hæc receptior opinio quando epi-
ſtola daretur præſenti vt fieri quandoque poterit modo
vt ſuperius numero 1096.diximus,quo in caſu non ſuf-
1132 ficeret † ſola literarum comparatio ad probandum
epiſtolam illa ratione, quia in epiſtola eadem hoc in
caſu militat ratio, quæ militat in Apocha, modo vt ſu-
pra numero 1131. notauimus, ita Maſcard. d.concluſ.
626.numero 25.& 26.Sigiſm.Scaccia d.cap.11. nume-
ro 1019. & Genua. d.titu.1.numero 132. prout ſuffi-
cere probationem per teſtes deponentes habere notam
manum, vt Farinacio, & Seraphino allegatis probat
Viſcontus in concluſion. ver. literæ,poſt hæc ſcripta vi-
ſus,ſed de veritate inferius numero 2363. cum ſequen-
tibus, vbi de his iterum,ideo ſi epiſtola,aut literæ cam-
bij præſentibus contrahentibus conficiantur,ſola com-
paratione literarum,aut teſtium aſſertione, non verifi-
carentur,vt Granut.citato probat M.Ant. Amat.deciſ.
Ferr.2.num.19.

1133 Sublimitatur limitatio,inter mercatores † circa li-
teras cambij,quæ per ſolam literarum comparationem
plenè probantur,quamuis per præſentem præſenti con-
ſignarentur, quia bona fides inter eos dignoſcitur, ne
commercium impediatur, Gaſpar Theſaur.citata quæ-
ſtio.24.numero 22.dummodo literę cambij appareant
1134 regiſtratæ † in libris mercatorum, vt idem Theſaur.
notat,qui quamuis ad hoc alleget Marc.deciſ.Delphin.
431.par. prima, nihil de his dicentem, tamen vera eſt
ſublimitatio concurrentibus his,quæ dicemus inferius
numero 2360. cum ſequentibus, & ſignanter quæ di-
centur num.2363.

Limitatur ſecundò, receptior citata concluſio, vt
1135 non procedat in criminalibus,in quibus † ſola lite-
rarum comparatio in epiſtola non ſufficit, quamuis in-
1136 dicium ad torturam † faciat contra inquiſitum
malæ famæ, Scaccia d.cap.11. num. 1020. cum ſeq &
latius Farinac.in fragm.criminal.d.par.1.numero 446.
cum ſequent.

1137 Limitatur tertiò, ſi epiſtola non habeat † debitam
formam, & illa ſua dicitur eſſe forma ſi mittentis no-
men, & eius, cui mittitur contineat, item ſi narratio-
nem, concluſionem, & datam, quo in caſu,ſi dictam
non contineat formam literarum ſola comparatione
1138 † epiſtola non iuuatur,quia non probaret,Maſcard.
d.concluſ.626. numero 50. Menoch. de arbitr. caſ.94.
& Genua.d.tit.1.lib.3. de ſcriptur. priuat. numero 69.
& 70.

Sublimitatur limitatio quo ad datam reſpectu tem-
poris, & loci,quia verior eſt opinio,vt non ſit neceſſa-
1139 ria, † ad tex.in l.cum tabernam §. quæſiuit ff. de pi-
* gnor. vt ex communi Doctorum ſententia adnotant
Menoch.d.caſ 94.Maſcard d.concluſ.626.numero 18.
& numero 50. in fine Franc. Marc. & alij,quos probat
Genua d. libro 3. titu. primo, numero 72. quodque
euidenti ratione probatur, nam data loci, & temporis
deſeruit

1140 deſeruit ad probandam † prioritatem, vel ad oſtendendum poſterioritatem, quæ contra ſcribentem nihil tribuunt, ita præcitati doctores, & alij relati per Genuam d.loco numero 75. quicquid dixerit Viuius deciſ. 467. numero 83. lib. 3. quia indubitata eſt contra eum concluſio, vt probat Genua dicto loco numero 73. tu verò videas quę latius nos dicemus infra numero 2333 cum infinitis ſequentibus tit. ſequent.

1141 Limitatur quarto, vt non procedat † reſpectu hæredis ſcribentis, contra quem epiſtola non probabit, ſi viuo ſcribente, non fuerit præſentata ei, cui miſſa fuit, Menoch.d.caſ.94.numero 19. Maſcar. d.concluſ.626. numero 32. & 33. & Riminald. Lancellot. Grannt. Vran. & innumeri, quos congerit, & probat Genua. d.libro 3.tit. 1.numero 98. cum multis ſequentibus.

1142 Limitatur quinto, in epiſtola † non continente cauſam obligationis, quæ non probabit, prout non probare quamlibet ſcripturam, adnotauimus ſupra in omni librorum ſpecie, quod non procedere in epiſtola

1143 † continente liberationem probat Iulius Pacius in d.l.non epiſtolis num. 26.C. de probat.

* Reliquas extenſiones, & reſtrictiones † ad citatam

1144 receptiorem opinionem congerunt Maſcard. Menoch.& Genua locis citatis,& Cardinal. Tuſcu.in litera E. & litera. L ac aliqua penes Fabium de Anna conſil. 82.numero 15. & Franc. Monald. conſil. 151. numero 6.& 7.volum. 2.& penes citatos per Genuam d.loco;& qualiter epiſtola priuati probet, vel mercatoris, nouiſſimè Gabriel Pereira deciſ. Portugal. 97. tota. poſt hæc ſcripta viſus, qui iudicio meo articuli veritatem non bene aperit.

Quo verò ad tertium caſum in prima inſpectione,& ſic contra tertium, epiſtolam nullam facere fidem

1145 † reſponderunt omnes communiter in l.admonen-

* di ff.de iur.iur.Menoch.d.caſ.94.numero 22.Maſcard. d.concluſ. 626. numero 14. & omnes quos congerunt Gamma deciſ.336.numero 5. Medices deciſ. Marchiæ 8.numero 7.& Stephan. Gratian.deciſ.156. numero 3. ac Genua innumeros alios congerens d.lib. 3. titu. 1. numero 187.

Reſtringitur concluſio in epiſtolis,& literis Bancho-

1146 rum,† quæ ex more dicuntur, *fedi, o partite di bancho*, quæque ſolent fieri quandoque per literas dictas *d'auuiſo*, aut alio modo, nam vtique cōtra tertium probant, Menoch. d.caſ.94.num. 24. Maſcard. d.concluſ. 626.numero 16.& ſecundum ea, quæ diximus ſuperius in prima ſpecie libri num.75.& ſeq.

In quantum pertinet ad ſecundam inſpectionem, & ſic quam faciat probationem epiſtola pro tertio, ſi in illa appareat ſcribentem fateri debitum tertij;& conclu-

1147 ſiuè reſoluendo, dico pleniſſimam † facere probationem ex traditis per Rotam,& Crauet. quos probant Maſcard. d.concluſ.626. numero 11. & Genua d.libro 3.titu. primo numero 194. cum ſequent. vbi Strach. &

1148 alios citat, dummodo ad manus † tertij: illius perueniat, & aliud concurrat adminiculum, prout de primo requiſito teſtatur Genua d.loco numero 196. & eſt veriſſimum aſſumptum in omni hoc tertio caſu, vt epiſtola perueniat ad manus eius, pro quo cantat, ita Menoc. poſt illos, quos citat, in d.caſ.94. numero 18. & Pacius in d.l.non epiſtolis numero 11. & ſecundum requiſitum probat Maſcard. d.numero 11. addo in primo requiſito Bart. & alios in ſuperius citata l.Titius Seio de conſt.pecun.& Adrian. Neguſ.reſponſ.50.in princ.

Vnum tamen non omittam, ſuperficialiter ſaltem differere, & diſcutere; nempe epiſtolam non confeſſatam, nec alio modo recognitam, plenam vtique indu-

1149 cere probationem † contra ſcribentem, ſi illa fuerit ſignata priuato, ſolitoque ſigillo ſcribentis, Menoch.de arbitr. caſ. 113. Maſcard. concluſ. 1309. tota & Viui. deciſ.citata 467. num.87.

1150 Contrarium verius, † dixit Gaſpar Theſaur.allegata deciſ. 24.num.21. dicens ſigillum tantummodo inducere iudicem ad facilius credendum comparationi faciendæ, quodque ex Marc.deciſ.992.probare nititur, ſed Marc.in libro meo nihil de hoc loquitur, quamuis in pluribus deciſionibus de ſigillo loquatur, & ſignanter deciſ.990.& 991. lib.1.

1151 Verum prima opinio iuſtificatur † declarationibus adductis per Menoch.& Maſcard.locis citatis, & latiſſimè per Menoch. de præſumpt. lib.2. præſumpt. 57. & 58. ipſos in occurrenti conſulas, & Cardinal. Tuſcus in litera Sigillum, & omnes, quos citat Farinac.in fragm. crim.par. 1.litera comparatio num. 531.

Sigillum autem probat, ſi fuerit ab aduerſario reco-

1152 gnitum, † & recognitum etiam dicitur ſi Notarius authentichauerit per eius ſubſcriptionem idem ſigillum eſſe videlicet ſigillantis, Franc. Marc. citata deciſ. 990. nume.5.par.1. ob Bartoli doctrinam ibi allegatam, ac Dec. & alij, quos probat Menoch.d.præſumptione 57. num.15. illa ratione, quia ſi ſigillum non fuerit recognitum, vt ſupra, probationem non inducit in epiſtolis,

1153 eo quia eius authoritas,† vt probet, reſtringitur ad vſum ad quem ſigillum deſtinatum fuit, Adrian. Neguſant.reſponſ.215.num.13.cum ſequentibus, ſed de hoc latius inferius tit.de Apocha quæſt. 4. num.2957. cum infinitis ſequentibus.

1154 Sigillum epiſtolæ appoſitum, epiſtola vitiata † vitiatur ſigillum, veluti ſi in epiſtola fuiſſet celebratus contractus mutui abſque vera, & naturali numeratione, ſed tantum iuſtificaretur mutuum per ſimplicem confeſſionem de recepto, quo in caſu actio plenè non quæritur ad tradita per Bald. Alber. Alex. & alios in l. certi condictio §.ſi nummos ff.ſi cert.petat. & in l.ſi ita ſtipulatus §.Chriſogonus ff.de verb.obligat.& Cagnol. latè in l.cum principalis ff. de reg. iur. ideo ſi epiſtola

1155 † hoc modo vitiaretur, eſſet vtique vitiatum ſigillum tanquam acceſſorium ad epiſtolam, Adrian. Neguſant.reſponſ.50.num.13.14.& ſeq.

1156 Sigillum, vel ſubſcriptionem † apponens in carta vacua conſentire non videtur Stephan. Gratian. diſceptat.Forenſ.tom.1.cap.162.num.1.2.3.4.& 5.

1157 Sigillum ſignum, vel marca † denotant dominium ſigillantis, cuius præſumuntur Ballæ, aut merces ſignatæ, ſi ſuo ſigno ſigillatæ reperiuntur, Stracha de mercat. par.2.num.11. & 71. vbi nonnulla ex diuo Auguſtino notabilia docet, ac Iaſ. Dec. & alij, quos probat Surd. conſ.61. num. 28. vol.1. qui infert hoc ad Ruſticum,

1158 qui † non excuſatur, ſi occiderit Falconem cum ſonaleis,& gettis inuentum.

1159 Sigillum Principis † probat abſque alijs probationibus Maſtrill. de Magiſtrat. lib.3.cap.4. nu.266.to.1. reliqua ſuper probatione Sigilli congeruntur per Maſcar. Menoch. Adrian. Neguſant. & per omnes citatos per Farinac. loco proximè ſuperius adducto, & alij in locis vtique ſuperius Citatis, & dicemus dicto loco, quem retulimus ſup.num. 1153.

SVM-

SVMMARIVM.

1160 *Cambium, quibus nominibus deturpetur.*
1161 *Balneoli, vt plurimùm exercentur cambia:*
Cambij labyrinthus quomodo enodetur per authorem. ibid.
Cambij materia inordinatè, & non benè perpenditur per DD. vtriuſque paginæ, ibid. & 1162. nec illos deguſtaſſe hanc eandem materiam num. ſeq. & per illorum opinionem eſſe offuſcatam, ibidem, illamque penes eoſdem authores obſcuram, difficilem, & intricatam reputari, dum eandem hodierni negociantes nouis inuentionibus intricauerunt, raroſque eſſe ex præcitatis authoribus, qui intelligant ibidem taliter, quod vix veritas perpenditur, vt ibidem, per plures numeros expenditur.
1167 *Mercatores, & negociantes inuenerunt quaſdam cambiorum ſpecies ſatis ignotas, etiam ſcholaſticis, & expertis, & ibidem in ſeq.*
1169 *In cambijs quandoque vnus, et idem vicem creditoris, & debitoris gerit.*
1169 *Cambiorum negotiatio dicitur parodoxica, labyrinthus, & perplexitas inextricabilis.*
1170 *Nauarra vir peritiſs. cambiorum praxim didicit à Mercatoribus.*
1171 *Cambiorum reſolutio ignoratur, ignoraturque à Confeſſarijs concionatoribus, & doctoribus num. 1172. imò obſcuriorem eam reddunt volentes explicare num. ſeq.*
1176 *Authoris proteſtatio circa cambiorum difficultatem.*
1177 *Cauſa, qua authores licet ingenio ſublimes ignorarunt enodare cambiorum difficultates.*
1181 *Cambiorum negociatio fuit inuenta ad inſtar Alchimiæ.*
1182 *Alchimiſtæ, & cambiorum negociantes aſſimilantur.*
1183 *Alchimiſtæ, & Campſores, quibus ſubiaceant periculis.*
1187 *Melius eſt ſilere, quam tranſcribere.*
1188 *Cambiorum reſolutiones animæ ſalutem reſpiciunt.*
1189 *Sigiſm. Scaccia ſuper cambijs laudatur.*
1190 *Opus aliquod quando typis datur, omnium cenſuræ ſubijcitur.*
1191 *Hirundo ſimulacrum amici inutilis iudicatur.*
Cambiorum diuiſio. verſ. idcirco.
1192 *Cambium in ſcholis non fuit penetratum.*
Cambium non eſſe nomen tam barbarum ibid.
1193 *Cambio, & permuto, idem ſignificant.*
1194 *Verbum campſo, deſumptum fuit ex præterito verbi cambio.*
Campſores dicuntur collybiſtæ, trapezitæ, menſarij, aut nummularij ibid. & 1197.
1195 *Cambij nomen deſumptum fuit à feudorum conſuetudinibus.*
1196 *Cambium dicitur permutatio, non tantùm ſpeciei ad ſpeciem, ſed ſpeciei ad genus.*
1193 *Collybus græcè, latinè verò campſum dicitur.*
1198 *Campſo dicitur permuto.*
1199 *Collybus dicitur illa merces, quę datur campſori pro illa permutatione, aut pro perdita &c. num. 1200.*
1201 *Campſores qui dicantur, qui nam dicantur in Regno, & Romæ, ac alibi numer. ſequentib. vbi ſingulariter declaratur.*

DE LITERIS CAMBII Tit. 7.

PRO quarum literarum cambij plenio-
ri intelligentia oportebit latè differere
materiam cambij, vt ea bene diſcuſſa
literæ eiuſdem cambij perfectius di-
gnoſcantur circa ipſarum eſſentia-
lia.

Materia enim cambiorum adeo difficilis obſcura, &
intricata per noſtrates iudicatur, quod eandem his en-
1160 comijs perſtringunt, nempe cambium † dici laby-
rintum conſcientiarum, præcipitium ſalutis, conflictum
ſine concordia, pelagum ſine portu, & ædificium ſine
fundamento, vt refert Sigiſmund. Scaccia de commerc.
& camb. §. 1. quæſt. 2 ſub num 26.
1161 Ideo vt mihi metipſi degenti in loco, in quo † Vbe-
rius huiuſmodi celebrantur contractus ſatisfaciam, eo
quod appetenter exoptaui labyrintum huiuſmodi eno-
dare, pro viribus euidens eius materiam ſatis confu-
ſam, & obſcuram dum à Doctoribus ſacræ & profanæ
paginæ non admodum ordinatè illa pertractatur, &
per hoc eorum dicta non benè à nonnullis perpendun-
1162 tur, vt aduertunt †. Sot. libro ſexto de iuſt. & iur.
quæſt. 12. artic 2. in principio, & Nauarr. in cap. naui-
ganti de vſur. numero 34. ex quibus probat Io. Bapti-
ſta Lupus in eodem capit. nauiganti §. 2. numero 64.
Doctores vtriuſque ſcholæ non deguſtaſſe hanc mate-
1163 riam, † & numero 45. dicit tot Doctorum opinioni-
1164 bus eſſe hanc materiam plurimum offuſcatam † re-
putaturque itaque penes Theologos, & Iureconſultos
hæc eadem materia obſcura difficilis, & intricata, eo
quod hodierni mercatores, & negociantes nouis inuen-
1165 tionibus † negociationem hanc adeo intricant, vt in
iſto baratro cambiorum, præter eoſdem mercatores, &
negociantes, rari ſunt etiam inter iuris peritos, & ſcho-
laſticos, qui facta ipſa cambiorum intelligunt, ita Sot.
loco citato quæſtio 8. artic. primo, & latius quæſtio. 11.
artic. vnico verſ. poſtquam ac Lupus vbi ſupra quodque
his, & alijs relatis aduertit Sigiſmun. Scaccia in citata
quæſtio. 2. inuenerunt enim hodierni negociantes non-
nullas cambiorum ſpecies, quibus, euangelicæ & cano-
nicæ doctrinæ verbis tantum obſeruatis ipſi arbitran-
1166 tur † ſatisfeciſſe, ſed an illius mentem offendant non
curant, quiue adeo cauillosè in huiuſmodi ſe gerunt, vt
etiam apud doctiſs. Theologos, & Canonici iuris peritiſ
ſimos plerumque dubitari contingat, an cambia ſic ad-
1167 inuenta † licita an feneratitia ſint cenſenda, cupidi-
tas ideo excogitauit tot artes lucrandi in contractu
cambij, quæ ſuperant aciem, & acumen ingenij cuiuſ-
uis, qui cambij controuerſias velit definire, vt ex Mi-
chael. Sal. ad D. Thom. 2. 2. poſt quæſtio. 78. in diſput.
de camb. quæſtio. 4 artic. 2. controuerſ. 10. verſ. huma-
na induſtria fol. 583. & ex alijs adnotat Scaccia citato
loco num. 13.

Ex facto itaque ſic abſtruſo conciſo, & perplexo
per extraneos terminos, quibus mercatores in cambijs
1168 vtuntur difficillimam † hanc ipſam materiam ap-
pellant, Ludouic. Lopez de contract. libro ſecundo, ca-
pitulo primo in principio, & Romuald. Lucenſ. de
cambijs in epiſtola ad Lectores, difficillimamque poſt
hos dicit Scaccia d. tract. de camb. quæſtio. quinta, nu-
mero 17. 41. 42. 72. & 88. ac §. ſexto, gloſ. prima, ſub
numero ſecundo & ſeq. & elegantius in ſuperius citata
quæſtio.

quæſtio. ſecunda numero 16. Inſuper mercatores con-
fundunt cambiendo nonnullos contractus quampluri-
mis inuentionibus mixtos, quod quandoque vnus, &
idem fungitur vice debitoris, & creditoris & proinde
1169 ſequitur, quod negociatio † hæc videtur paradoxi-
ca, labyrintus quidam, & perplexitas inextricabilis tali-
ter quod docti viri ignoratis his terminis damnare aut
approbare neſciant, vt his, & alijs adductis probat
Scaccia loco citato numero 15. & 16. non mirum idcir-
co ſi difficillimus hic contractus iudicatur & quaſi in-
1170 cognitus, in tantum, quod Nauar. † vir alioquin do-
ctiſſimus, vt omnes ſciunt, & præſertim in hoc genere
peritiſſimus conſilio 31. de vſur. libro quinto, fatetur ſe
cambiorum praxim à mercatoribus didiciſſe.
1171 Facto, demum, ob tot mercatorum † inuentiones
in cambijs ignorato, ignorantur à peritiſſimis reſpon-
ſiones, Sot. in allegata quæſtio 11. allucinantur propte-
1172 rea perplexi, & confuſi redduntur confeſſarij, † præ-
lati, concionatores, Doctores, & alij patres, taliter vt in
hac materia, aut conſcientiæ craſſitudine, aut nimia
ſcrupuloſitate labuntur etiam ſi doctiſſimi ſint, cum
theoricam practicæ applicare neſcientes nimis rigoroſè
totam ferè mercaturam illicitè damnant ita Bonin-
ſign. de camb. capitulo quinto, ideo cambij naturam
1173 † nunquam fuiſſe intellectam dixerunt Soto quæſt.
12. articulo ſecundo Nauarr. vbi ſupra numero 74. Lu-
1174 pus locis citatis, denique à paucis † ſcriptoribus eſſe
intellectam, dicit Boninſign. vbi ſup. in epiſtola, & vo-
lentes poſtea has obſcuritates, & huius negociationis
1175 difficultates explicare † nonnulli tanta verborum
multiplicitate vtuntur, vt eam obſcuriorem reddide-
rint, quia proceditur de ignoto ad ignotius, volenteſque
ſoluere nodum, cuius ligamen ignorarunt, quo magis
diſſoluere nixi ſunt eo magis ſtrinxerunt, ſeu nodos
multiplicarunt, prout hæc & infinita alia congerit Si-
giſm. Scaccia. d. quæſtio. ſecunda, volui tamen prædicta
1176 tranſcribere, vt ex his moneantur † lectores, qui vi-
dentes articulum hunc tot difficultatibus nodatum, ſi
deinde noſtris ſcriptis enodatum non viderint, nequa-
quam eadem ſcripta vellicant, & exagitent, poſtquam
in hac calamitoſa tempeſtate conantur omnes, etiam
de peritiſſimorum ſcriptis non parum detrahere.
1177 Cauſam, ex qua celeberrimi, † & ingenio ſublimes
materiam iſtam nequaquam apprehenderint, ex duo-
bus medijs arbitratur Scaccia d. quæſtio. ſecunda, nu-
mero 21. & ſeq. ortam fuiſſe, primò quia Doctores
1178 † in vtraque ſchola negociorum & fori experientia
caruerunt. Secundò quia contractus cambiorum pro
1179 maiori † parte conſiſtit in pluribus ratiocinijs, vt
oſtendit idem Scaccia d. eodem tract. de commerc.
quæſtio. quinta, & inutile iudicatur, & valde laborio-
1180 ſum, vt homines † literati in ratiociniorum cauſis
occupentur, ad text. in cap. inutile 88. diſtinct. quod
mercatoribus dulce, & leue eſt, cum ex iſtis ratiocinijs
lucrum, quæſtumque hauriant cuius lucri cauſa cam-
1181 biorum negociationem † tanquam noui Alchimiſtę
inuenerunt, veri autem Alchimiſtę mendacem, & dam-
noſam ſequuntur Alchimiam, mercatores veram, &
vtilem ſectantur, illi enim ſunt pauperes ad text. in ex-
1182 trauag. Io. 22. iſti autem † ſunt, & fiunt diuites præ-
ſertim quando Regibus, & principibus noxio ſubdito-
rum caſu, arma miniſtrantur, illi Croſolis, furnis, folli-
bus, alijſque fallacibus inſtrumentis, ex vero auro, &
argento, fumum ventum, & flatum colligunt, iſti, bre-
uiſſimis circularibus literis, ex fictis marcharum ſcutis,
veros ſcutos aureos conficiunt, illi demum, dæmonum
1183 inuocatione de hæreſi † ſuſpecti redduntur, direct.
inquiſit. par. 3. titu. de ſignis, quibus necromantici hæ-
retici cognoſcantur ſub numero 115. & ibi Penia
1184 verſ. ſed donec fol. 477. Iſti verò † ſuſpecti ſunt de
vſura vt infra, Ideo vtraque citata Alchimia falſa, Al-
1185 chimiam enim cambiorum diximus ſuſpectam † de
vſura, eo quod in tali negociatione agitur de periculo
animarum propter vſuram, ad quam ex cambijs facilè
deuenitur, vt ſcribunt Michael Sal. ad D. Thom. loco
citato quęſtio. prima, artic. ſecundo, ſub numero 1. 2. &
9. fol. 527. 530. & 529. ſub num. 2. & num. 5. alijque,
quos probat, & citat Scaccia. d. quæſtio. 2. num. 26. re-
ferens prædicta omnia.

Et ſi ſatis ſingulariter Scaccia aſſignando prædictas
duas cauſas loquutus fuit; tamen ego dicerem lectorem
1186 beneuolum contentum ſe reddere † vnam tantum
inueſtigare cauſam, ob quam peritiſſimi in vtraque di-
ſciplina in hoc profundo pelago ſubmerguntur, quæ il-
la erit, nempe mundana hodierna cupidigia, ex qua
homines mercatores excogitant tot artes lucrandi in
cambijs, per quas cambiorum naturam inextricabilem
reddunt, vt diximus ſupra numero 1164. cum pluribus
ſequentibus, quodque fatetur idem Scaccia ibi allega-
tus, licet non in hoc caſu.
1187 Quæ cum ita ſint melius eſſet ſilere, † vt aduertit
idem Scaccia. d. quæſtio. 2. numero 26. & ſeq. dicens,
quod, vel qui ſcripſerunt ſuper hac materia difficultates
ſuperarunt, & hoc caſu ageret, quod iam actum fuit, vel
non ſuperarunt, & tunc nimis præſumere de ſe ipſo vi-
deretur; Verum his non obſtantibus concludit, neu-
tram conſiderationem à ſcribendi propoſito ipſum ter
ritum reddidiſſe, ſed potius animoſiorem feciſſe, dum
1188 acturus ipſe erat † de ſpectantibus ad animarum ſa-
lutem, & per hoc ſperauit, vt Redemptor noſter pro ſua
clementia eum inſtrueret reuelando eidem, quod ſa-
pientibus abſcondiſſet, hæc ille.

Ego itaque tanquam auicula inter tantos Aquileos,
ſeu homunculus, & pigmeus inter hos, harum diſcipli-
narum Gigantes, quid facere quidvè agere poſſum, ſi
nonnulli nouiſſimi peritorumque peritiſſimi inter quos
1189 † Sigiſmun. Scaccia, illorum non difficilè Princeps,
latiſſimè cambiorum materiam exornauerunt, vt vix
verbum vnum quiſpiam addere laudabiliter valeat, ve-
rum imitatus eundem Scacciam, per ſimilia, tanquam
puer in noſtra diſciplina, & loqui neſcius recurram ideo
ad Dominum Ieſum Chriſtum, cum quo precibus agā,
& cum Regio Propheta dicendo, *Statue ſeruo tuo elo-
quium tuum in timore tuo; ne auferas de ore meo verbum
veritatis vſquequaque, quia in iudicijs tuis ſuperſperaui;*
ne abſque Ieſus Chriſti mei fauore ex tot addendis, ſeu
potius tranſcribendis magis obſcura hæc materia red-
1190 datur, cumque hoc opus tipis † Deo dante dabitur,
omnium cenſuræ ſubijcietur, ante quorum oculos vix
inuenirentur ſapientiſſima ſcripta, quæ liuidus dens nō
carpſerit, quia potius ſcripta videntur, vt coarguantur,
quam vt legantur benignitate intermedia, Deo ideo,
fauente, ad hoc opus me accingere volui vt ſaltem ex
dictis tot ſcribentium veriora, & vtiliora reaſſumam,
inutilia autem deſerā, ne vti Hirundo, quæ vtilitatis nō
1191 ſunt canā, vt nō imerito Hirundo † ſimulacrū amici
inutilis iudicatur; penetrabimus inſuper per faciliora
media, ex quib. Deo protegente labyrintus diſſoluetur.

Idcirco

Ideirco proponam dicturus; primò vnde dicatur cambium, ſecūdò, quid ſit cambium, tertiò quotuplex, quartò quid ſit recambium & quotupliciter conſideretur, quintò quomodo & quando cambia, & recambia ſint licita, ſextò ſubnectentur nonnullæ quæſtiones in omni genere cambij, ſeptimò quæ dicantur literæ cambij. Vltimo ad noſtrum inſtitutum redeuntes, explicabimus tria non parum ad totum opus neceſſaria, veluti primò, quæ ex literis cambij oriatur probatio, quæque inducatur obligatio. Secundò qua actione literæ cambij exerceantur, & quomodo exequantur; Tertiò, ſolutio in vim illarum, quomodo facienda erit.

Cambium, (vt primam explicationem agam) licet in
1192 ſcholis non ſit † pertractatum, vt ex Soto aduertit Lupus in commentarijs de vſur. ſuper cap. nauiganti. §. 2. numero 45. tamen hoc nomen non eſſe tam barbarum, vt aliquibus viſum fuit, docent omnes infra citandi, & præcipuè Tiraq. qui ex Priſcian. Alciat. & alijs, di-
1193 cunt, idem eſſe † dicere cambio, quam permuto, & ex præterito verbi cambio, deſumptum fuit illud cam-
1194 pſi, vnde campſo † ſignificat permutationem, & per hoc campſores vulgo collybiſtæ, atque trapezitæ, ſiue menſarij, ſeu nummularij vocantur, de quibus penes Alciat. libro primo Parergon capit. 46. & habitum fuiſ-
1195 ſe hoc nomen à feudorum † conſuetudinibus, vt hæc & alia, cæteris omiſſis, notant Tiraquel. de retract. conſang. §. 30. in princip. & Io. Bapt. Lupus loco citato, di-
1196 centes cambium eſſe permutationem † non tantum ſpeciei ad ſpeciem, quæ tunc eſt propriè permutatio, ſed etiam ſpeciei ad genus, Iaſ. in l. prima, ff. de rer. permut.
1197 Campſores dicuntur † collybiſtæ, ita præcitati Doctores, ac latiſſimè Couarruu. de numiſmat. capitulo ſeptimo, ſub numero quarto, ita adnotante Budeo in l.
1198 vltima ff. de pignorat. act. nam græcè collybus † Latinè verò campſum dicitur, quia ex præterito verbi cambio deſumptum fuit, vt ſuperius diximus, nam dicitur campſant, idest permutant, & cambiunt, ita Couarruu. & alij ſupra citati, & collybiſtæ dicuntur à col-
1199 lybo, qui † eſt illa merces, quæ datur campſori pro illa permutatione, Stracha de mercatur. par. prima, nume. 68. Couarruu. Lupus & alij ſupracitati Boninſegn. de camb. cap. 7. & Sigiſmund. Scaccia de commerc. & camb. §. 1. quæſt. 3. num. 8. & datur collybus, ſeu mer-
1200 ces illa campſori pro detrimento † pecuniæ permutatæ; & dicitur vulgariter *perdita de gli aggi*, vt explicat Calepinus in ver. collybus, & poſt Strach. citato loco, Scaccia vbi ſupra eodem num.
1201 Campſores dicuntur, qui habebant † pecunias paratas ad permutandum, veluti maiores pro minoribus, & è contra, ſeruata tamen æqualitate compenſationis inter illas pecuniarum diuerſitates, & recipiebant paruam compenſationem, quæ vocatur collybus, ita præcitati omnes Doctores, ac etiam adnotat molina de contractibus diſput. 398. ſub numero 3. & 4. qui de publico conſtituebantur, modo vt penes citatos Doctores latius habetur.
1202 His verò temporibus in Regno † ac præſertim in ciuitate Neapolis Campſores ſunt illi, qui vulgariter dicuntur *Bancherotti*, qui modo prædicto pecuniam cum pecunia permutabant, & in pretio ſuperlucrabantur, vt tangit Molfeſ. de contract. tract. 12. capitulo ſeptimo, numero 28. in fine, ac cuique ſatis notum erat, & Romę
1203 vocantur, † his etiam temporibus eodem nomine nempe *Bancherotti*; qui exercitium prædictum exercent, modo iam dicto, vt teſtatur Scaccia de camb. §. 2. gloſ. 3. numero 101. verſic. Retenta, exercebatur ideo hoc officium antiquitus recepta dicta mercede in par-
1204 ua † tamen quantitate, ad hoc vt vtroque iure, & bona ratione probatum fuiſſet, ne fraudibus eſſet locus, ita D. Antonin. in Summa par. ſecunda titu. de vſur. capitulo 47. numero 59. & Lupus loco ſuperius citato; nouiſſimè verò in hoc Regno ob auri, & argenti
1205 † penuriam, & ob alias ſolitas huius eiuſdem Regni calamitates, propter malitiam, & inexhauſtam diuitiarum ſitim *Bancherotti* abutebantur in lucrando, aliaque omninò prohibita committendo, ideo meritò iure per Regium collaterale conſilium fuit tale officium penitus ſub grauiſſimis pœnis interdictum.

Campſor autem ad communem, & vſitatam vocem
1206 per omnes Doctores, dicitur ille, qui requiritur † ad dandum pecuniam cambio, campſarius verò, qui requirit vt ſibi pecunia cambio detur, Conrad. de contract. quæſtio. 99. in ſecundo, & ſexto ſuppoſito Scaccia de commerc. d. §. 1. quæſtio. 3. numero 7. toto, ac omnes quos latiſſimè citat Molfeſ. de contract. tract. 12. cap. 7. in pluribus locis in exemplis, quæ vox penes omnes ſcribentes modo prædicto vſitatur.

SVMMARIVM.

1207 *Cambium quid ſit, eiuſque definitiones, cum multis ſeq.*

1211 *Cambium, qui contractus dicatur. cum pluribus ſequent.*

QVID SIT CAMBIVM.

1207 AD ſecundum, Cambium eſt † commutatio vnius generis in aliud genus numiſmatum pro emendis rebus, ad vſum, & commoditatem humanæ vitæ, neceſſarijs, ita Frater Fabian. Genuenſ. de camb. par. 1. numero 1. quam deſcriptionem, ſeu definitionem ſequuntur, & amplectuntur Frater Hieron. de Lucca, tract. de camb. cap. primò, numero 4. Lelius Zecha de vſur cap. nono, numero ſexto. Leſſius de iuſt. & iur. libro 2. capit. 23. dubio 1. numero 1. 2. & 3. Azor. inſtit. moral. par. 3 libro 10. capitulo 1. licet per diuerſa verba, quos probat Genua de ſcript. priuat. libro tertio, titulo de liter. cambij numero tertio, & ſeq. dicens, hanc definitionem deſumptam fuiſſe ex communiori ſcribentium ſententia.
1208 Molina verò † de contract. diſputat. 398. in principio, ſcientiſs. Marchio Tapia, cuius laudes ſuo loco illuſtrabuntur, de camb. libro 4. numero 3. & 4. & Sigiſm. Scaccia de commerc. & camb. d. §. 1. quæſtio. quarta in proprio cambij ſumpto vocabulo definiendo, dicunt cambium eſſe pecuniæ cum pecunia permutationem.

Molfeſ. de contract. d. cap. 7. num. 20. ex dictis om-
1209 nium Doctorum dicit, cambium eſſe pecuniæ † pro pecunia lucroſam permutationem dicens, alios verò tollere illam lucroſam; vera & receptior eſt illa Moline, & ſequacium, cum qua concordant omnes citati per
1210 Molfeſ. loco allegato, eo quia licet lucrum † non interueniat vtique cambium dicitur, vt penes omnes ſcribentes eſt videre, & in diſcurſu totius materiæ notum erit.

Cambium autem genericè ſumptum comprehendit
1211 † triplicem ſpeciem permutationis, nempe primam, dum permutatur vna res cum alia differente, ſed in valore æquali, & iſta propriè permutatio dicitur, ſecunda dicitur permutatio pecuniæ cum re, iſtaque propriè dicitur emptio, & venditio; tertia, & vltima dicitur
1212 † permutatio pecuniæ cum pecunia, & iſta proprio ſumpto vocabulo dicitur cambium, quod ſuperius per
1213 Molinam & alios eſt definitum, ita ſed latius † adnotat Scaccia citata quæſt. 4. poſt Caietan. Tolet. Nauar. & alios.

Et cambium ſpecificè modo prædicto ſumptum an
1214 ſit mutuum, † an emptio, & venditio, an permutatio, an contractus innominatus, do vt des, an verò probabiliter conueniat vnicuique, diffuſiſſimè habetur per Scacciam d. quæſtio. 4. à numero 4. vſque ad 37. incluſiuè, concludens finaliter cambium eſſe emptionem, &
1215 venditionem, † & hanc magis communiter teneri teſtatur d. num. 37.

Sed quamuis idem Scaccia loco citato num. 36. dicat infraſcriptam reſolutionem ſibi non ſatisfacere, tamen ego veriſſimam puto, adnotat enim reſoluendo prædictam Molfeſ. d. capit. 7. dicens cambium licitum eſſe
1216 † vtile, & valde expediens, & neceſſarium reipublicæ, & per hoc nihil refert, ſi appelletur emptio, vel venditio, aut alius contractus nominatus, vel innominatus, eo quod quæſtio dicitur de nomine, & in effectu eſt contractus correſpectiuus, & per hanc correſpectiuitatem habet ſuum nomen cambij, & diſtinguitur à cæte-
1217 ris contractibus, quamuis maiorem habeat † affinitatem cum emptione, & venditione hæc Molfeſ. d. cap. 7. numero 19. alio vero modo Cambij partes explicat Franciſcus Fabronius Theologus in eius reſponſo inſerto in deciſ. Ferrar. penes M. Ant. de Amat deciſ. 45. à num. 44.

SVMMARIVM.

1218 *Cambiorum diuiſiones, & ſubdiuiſiones potius ſunt Confuſiones.*
Cambium quotuplex ſit latè diſſeritur. ibid. cum infinitis ſeq.
1219 *Cambium quod dicitur purum, iuſtum dicitur, quod verò impurum, iniuſtum.*
1220 *Cambium in triplici ſpecie diuidi, & 1221.*
Cambium in ſex ſpecies diuidi. ibid.
1222 *Cambium aliter per alios diuiditur, & prout diuidendum iudicatur & num. ſeqq.*
1225 *Cambium diuiditur in reale, & in ſicco.*
1226 *Cambium reale, quod dicatur, & ſeqq.*
1229 *Cambium reale diuiditur in minuto, ſeu Manuali, & in eo, quod fit per literas.*
1233 *Cambium minutum, ſeu manuale, quod dicatur. quandoque celebretur, ibidem.*
1234 *Cambium per literas quid ſit, & quomodo fiat.*
1236 *Cambium per literas ſubdiuiditur in duplici alia ſpecie.*
1237 *Cambium per literas non nundinale quod eſt, vbi exemplificatur.*
1238 *Cambium per literas nundinale quod ſit declaratur.*
1239 *Cambium nundinale ſubiacet nundinalibus ordinationibus.*
1240 *Cambium per literas nundinale diuiditur in pluribus ſpeciebus.*
1241 *Cambium ſiccum quod erit, quomodoque conſtituatur & ſeqq.*
1244 *Cambium ſiccum dicitur, quia caret iuſtitia, & ſubiecto veri cambij, ſeu quia humore caret, & ſterile eſt ad fructificandum. 1245.*
1246 *Cambium ſiccum quomodo committatur, quomodoque celebretur num. 1247. & 1248.*

QVOTVPLEX SIT CAMBIVM.

CAmbium autem multipliciter conſideratur per Doctores, qui nonnullas referunt diuiſiones, & ſubdiuiſiones, vt eſt videre penes Nauar. in c. nauiganti de vſur. num. 10. ex mente Caietan. & Medin. ſed ſunt
1218 magis † confuſionis, quam vtilitatis, vt aduertit Lupus in eodem c. nauiganti §. 2. num. 53. comentar. 3. & cum Lupo docet Scaccia d. tract de commerc. quæſt. 5. nu. 1. & exiſtimat idem Nauar. loc. cit. inter quas diuiſiones non omninò reijcienda eſſet illa Medin. Corradi
1219 & Caietan. dicentium cambium, aliud eſſe † purum, aliud verò impurum, purum appellant, in quo non admiſcetur alius contractus, vt mutui, vel alterius & ſic purum iuſtum vocant, impurum verò iniuſtum, vt poſt citatos referunt Molin. de iuſt. & iur diſput 398. num. 8. verſ. Medin. & alij paſſim, & Scaccia loc. proximo cit.

Molfeſ. de contract. tract. 12. d. cap. 7. dicit cambium
1220 † communiter diuidi in triplici ſpecie, vt eſt videre
* in 4. reſponſione in ſummario, & denium in explicatio-
* ne huius quartæ reſponſionis, refert ex communiter dictis, vt ipſe teſtatur, ſex alias cambiorum ſpecies, quæ videri poterunt prout, & omnes diuiſiones alias, ponit Scaccia citato loco; Molfeſ. itaque in d. 4. reſponſione in ſummario dicit tripliciter de communi conſenſu Do-
1221 ctorum diuidi cambium, nam aliud † eſſe Manuale, alterum reale, aliudque ſiccum dicit, ſed videnda ſunt ſuper hac diuiſione dicenda inferius nu 1229. & 1230.

Denique Doctiſſimus Sigiſm. Scaccia d. q. 5. aliter
1222 alioque modo diuidit, † qui ſi ingenioſè & ſingulariter loquatur, tamen ſatis diffuſè loquutus fuit, ſed quia natura diuiſionis hæc videtur eſſe, vt quilibet diuidat,
1223 prout conſiderat diuidendum, † vt idem Scaccia loc. cit. ante nu. 2. aduertit, ideo ego conſideraui, adhuc non
1224 eſſe formaliter, † & dilucidè cambium diuiſum.

Dico inquam cambium primo loco diuidendum eſſe, prout communi, & frequentiori. DD. calculo diuidi-
1225 tur † in reale cambium, & in ſiccum, vt teſtantur Lupus. d. numero 53. Genua de ſcriptur. priuat. libro 3. titulo de literis camb. num. 5. & Gaſpar Rodericus de Ann. redd. lib. 3. quæſtio. 5. num. 16. verſic. ex quo, ac Molin. infra citandus nu. 7. reliquos nouiſſimos ſciens omitto.

Reale cambium (vt illud meritò primo loco expli-
1226 cetur) ideo dicitur reale, quia conſtat † ex legitima cauſa permutandi, non fictè, vt Lupus. d. numero 53. ſeu quod realiter ſubiectum, & ſubſtantiam habet, & in quo nulla interuenit ratio mutui, Ambroſ. de Vignat. in cap. ſalubriter numero 281. cum ſequent. de vſur. quem probat Genua. d. tit. de liter. camb. numero 19. & reale dicitur verè cambium, & ſuaptè natura legitimū,
1227 † Molina de contract. diſput. 398. num. 7. ſeu dicitur
1228 reale, quia in legitima commutandi cauſa † conſtat Lupus d. num. 53.
1229 Quod reale cambiū diuiditur † in duplici ſpecie, nēpe in minuto, ſeu Manuali, & in eo, qđ fit per literas, ita

Genua

Genua d. titulo de liter. cambij num. 19. & 20. ac Scac-
cia d. quæſt. 5. num. 2. & 3. ex qua diuiſione patet ſu-
peruacaneè egiſſe Molfeſ. citatum ſupra nu. 1221. dum
in diuiſione poſuit cambium Manuale principaliter, ex
1230 quo † illud comprehenditur in hac ſecunda diuiſio-
ne, eo quod, illud quod formaliter manuale, & minu-
1231 tum iudicatur, id etiam † reale dicitur, vt inferius
clarificabitur, dum probabimus cambium minutum,
& manuale eſſe licitum, & conſequenter omne licitum
1232 † cambium dicitur reale, vt ſupra numero 1226. &
ſequent. dictum fuit, & latè docet Scaccia & alij ſuo lo-
co citandi.

Minutum, aut manuale cambium vltra ſuperius di-
cta numero 1197. cum pluribus ſequentibus & ſignan-
ter numero 1201. & 1202. cum alijs inſuper; dicitur
1233 illud, quod † fit in eodem loco de moneta argen-
tea cum moneta aurea, aut de moneta Neapolitana
cum Romana, vel alia, & ècontra, & alijs ferè modis
nonnullis, quibus coutebantur Bancherotti, vt la-
tius docent Cardinal. Caietan. de camb. capitulo 1.
numero primo Medin. in ſuis tractatibus titulo de reb.
per vſur. acquiſit. quæſt. 9. Sot. de iuſtit. & iur. libro
6. quæſtion. 8. articul. 2. col. penul. in 1. gener. cam-
biorum & quæſt. 9. articul. vnico, Couarruu. de veter.
coll. numiſmatum capitul. 7. ſub numero 4. Nauarr. in
manual. confeſſ. capitulo 17. de vſur. circa camb. ſub
numero 288. Ioann. Azor. inſtitut. moral. parte. 3. li-
bro 10 titul. de camb. Megal. Reginal. Malder. & alij
penes Scacciam de commerc. quæſtion. 5. §. 1. nume-
ro 19. cum multis ſequent. ac penes Molfeſ. de con-
tract. d. capit. 7. numero 28. & dicitur etiam minutum
cambium modo, vt declarabimus infra numero 1257.
& 1263. ac 1264.

1234 Cambium autem per literas † dicitur ita regulari-
ter fieri, quia quandoque ſine literis fit, veluti ſi merca-
tori fides haberetur abſque ſcriptura literarum, vel ſi
per Nuncium celebraretur, dum fieri per literas, aut
ſine non pertinet ad iuſtitiam cambij, ita Nauarr. lo-
co citato numero 289. & in c. nauiganti de vſur. nume-
ro 21. vocatur tamen per literas, quia literis vt decet
1235 efficaciter & cum effectu † perficitur, & completur,
Virg. Boccacius de interdict. vti poſſidet. cap. 18. num.
174. ideo ſemper literis celebratur.

1236 Fit enim hoc cambium per literas † de pecunia præ-
ſenti cum pecunia abſenti mediantibus literis cambij
cum fieri ſolet de loco ad locum, ideo vocatur cambium
per literas, quod rurſus ſubdiuiditur in altera duplici
ſpecie conſiderato loco, pro quo, & ex qno fit.

Prima ſpecies huiuſmodi ſubdiuiſi cambij exemplifi-
catur in cambio ſimplici ſine Nundinis, quod propte-
1237 rea vocabitur non nundinale, cum non fit de loco
ad Nundinas, nec ex nundinis ad locum, ſed fit ex vno
ad alium locum nempè fit in terra Balneoli pro ciuitate
Neapolis, & Romæ pro Venetijs, & ſimiliter, de hoc
cambio, plura congeruntur exempla per Scacciam d.
quæſt. 5. num. 36. cum multis ſequent. & penes omnes
relatos per Molfeſ. d. cap. 7. num. 31. & ſequent. ac nos
in ſequentibus ſuo loco explicabimus.

Cambium autem comprehenſum in ſecunda diuiſa
1238 ſpecie dicitur † Nundinale, quod pro Nundinis fit
ſeu ex nundinis, nam eius ſolutio deſtinatur, vel ex loco
ad aliquas Nundinas, vel ex Nundinis ad locum, aut ex
1239 nundinis ad Nundinas, quod ideo ſubiacet † nun-
dinarijs ordinationibus, & dilationibus, Azor. inſtitut.
moral. par. 3. lib. 10. tit. de camb. cap. 5. Scaccia d. quę-
ſtion. 5. num. 5. Molfes. d. cap. 7. 7. reſponſione tota, &
omnes, quos latiſſimè citant, & probant Scaccia, &
Molfes. citatis locis.

Denique idem Nundinale cambium ſubdiuiditur
in pluribus alijs infra citatis ſpeciebus, attentis eius qua-
1240 litatibus, quoddam enim dicitur *al conto*, quoddam,
al prezzo corrente, quoddam liberum, quoddam non li-
berum, prout eſt cambium *con la ricorſa*, quoddam
forzoſo, quoddam arbitrium, quoddam aliud *con l'ag-
gio*, vel *dell'aggio*, aliud verò dicitur per officium, de
quibus omnibus, videbimus in quinto quæſito, ſcilicet,
quæ cambia dicantur licita, quæ autem illicita.

1241 Cambium verò ſiccum dicitur † illud, quod ex dia-
metro reali cambio opponitur, cum re ipſa non dicatur
cambium, & dicitur illud quando Titius pecuniã Nea-
polis non habens, mutuam à campſore accipit poſt mē-
ſem illi reſtituendam, ſecundum quod valebit Venetijs
aut Lugduni, ita Doctiſſ. Marchio Regens Tapia libro
4. iur. Regni ſuper Rubrica de camb. numero 9. quem
ad literam ſequitur Muta in pragmaticis Regni Siciliæ
1242 titulo 74. numero 14. Sed propriè ſiccum † dicitur
illud, quo ſimulatur permutatio pecuniæ cū præſentis
futura abſente in nūdinis, vel in alio loco continens pal-
liatum mutuum, ita Lupus in d. capitulo nauiganti ci-
tato numero 53. & omnes, quos probat Molfes. d. cap.
1243 7. in octaua reſponſione, ſeu dicitur † quando ex eo
accipitur incrementum ob temporis dilationem expe-
ctatamue ſolutionem, Molina de contract. diſputat.
398. numero 7. quæ omnia ad idem tendunt; ſicci no-
1244 mine hoc cambium † fulcitur, qnia iuſtitia, & ſub-
iecto veri cambij caret, & debitam iuſtitiæ ſpeciem non
habet, ſed fingitur cambium cum verè ſit mutuum fra-
ter Fabian. Genuenſ. de camb. par. 1. nu. 35. Leonard.
Leſſ. & alij relati per Genuam de ſcript. priuat. d. lib. 3.
tit. de liter. camb. nu. 7. Nec dicitur ſiccū ex eo forſan,
quia nihil detur campſori pro lucro; ſed vocatur ſiccum
1245 quia † humore caret, & ſterile eſt ad fructificādum,
lucrumve, campſori afferendum; ita poſt Sotum d. lib.
6. de iuſt. & iur. quæſt. 8. artic. 2. & Lup. in d. cap. naui-
ganti num. 53. eleganter docet Molina d. diſput. 398.
nu. 7. quamuis & malè alio modo ſiccum vocari arbi-
trati ſint Rodulf. in c. conſuluit de vſur. par. 3. quæſt. 1.
& Nauarr. in d. cap. nauiganti num. 10. & 28.

Committitur enim dupliciter hoc ſiccum cambium,
modo vt deſumitur ex Bulla Pij Quinti edita ann. 1571.
1246 & primo quãdo quis † pecuniā puta Neapolis cum
cambio accipit vt eam Foggiæ, vel Luceriæ ſoluat, & co-
ficiuntur ad id literæ, quæ mittuntur ad eum locum,
vbi moneta ſit ſoluenda, quamuis verè, & realiter de-
bitor Neapoli dumtaxat, vbi cambium datum fuit, ſo-
luturus ſit.

Secundo celebratur modo ſiccum hoc cambiū, quā-
1247 do literæ cambij † remittūtur ad Nundinas alicuius
loci, vbi debitor nec pecuniam, nec factorem habet,
nec habere poſſe pecuniam ſperat, & demum procura-
tor campſoris in illis Nundinis accipit pecuniam cum
Cambio, & cum recambio remittit ſoluēdam Neapoli,
vbi eadem data fuit pecunia, ſub qua ſimulatione ſo-
luuntur vſuræ, vt ex d. conſt. adnotant Lupus in c. naui-
ganti ſuperius citato §. 2. num. 65. cum ſequ. & Genua
in proximè citato loco num. 8. & 9.

Alio & 3. modo committitur, & celebratur hoc ſiccū
1248 cambium, ſi campſor, † aut mercator det pecuniā,

vt inde ad quatuor puta menſes reſtituantur cum lucro ad rationem Cambij Nundinarum Salerni, vel alterius loci, ita Lupus d. loco numero 66. & 67. dicens hanc ſpeciē cambij iniquiorem eſſe, ſed de veritate dicemus infra in ſequenti quinto quæſito, vbi tractabimus de iniuſtitia cambij ſicci; alio modo diuidit licet ingenioſè, ſed, iudicio meo, inuolutè, & perplexè Vincent. Filliucius Ieſuita, moral. quæſt. tom. 2. tract. 35. par. 2. tit. de cenſ. & camb. cap. 4. nu. 349. & ſequ. poſt hæc ſcripta viſus.

S V M M A R I V M.

1249 *Recambium quid, & quomodo celebretur, quotupliciterque conſideretur, vſque ad num.* 1254.

Q V I D S I T R E C A M B I V M, & quotupliciter conſideretur.

AD quartum quæſitum, Recambium eſt ſecundum, ſeu nouum cambium † procedens ab ante-
1249 cedenti cambio, pro alia ſumma, pro alio tempore, & pro alio loco ſuper eodem debitore conuerſo intereſſe in ſortem, vocaturque de reditu nundinarum, vel in Nundinis proximè futuris, & dicitur nouum cambium pro Nundinis, ita Scaccia, de commerc. citato §. 1. quæſt. 4. num. 38. & 42.

1250 Secundò dicitur Recambium † quando quis nulla alia occaſione, quam negociandi dat pecunias ad cambium pro Nundinis, & eaſdem pecunias ex nūdinis pro alio loco, ac rurſus ex illo loco pro Nundinis, & ſic deinceps faciendo cambia, & recambia, vt idem Scaccia citato loco aduertit, & ego hunc modum vſitatum ſemper vidi, dicitur recambium etiam modis alijs videndis in ſequentibus conſiderationibus.

Et inſpecto intereſſe, quod ab ipſo recambio procedit triplici modo ſecundum eumdem Scacciam conſide-
1251 ratur recambium, & primo † quando Titius, qui eſt creditor Seij, in centum ex cauſa cambij cum pacto, vt Seio non ſoluente, Titius valeat accipere eandem ſummam ad cambium ab alio, & ad recambium, donec eidem Titio ſatisfiat, Seio ideo non ſoluente Titius accipit eandem ſummam ad cambium à Mæuio, vnà cum intereſſe cambij, & facit literas, quibus Seio mandat, vt eam Mæuio ſoluat, & quia Seius non ſoluit, literæ cambij redeunt proteſtatæ, quas, vt ſoluat Titius Mæuio accipit eandem partitam cambio, ſemper adiuncto intereſſe cambij, & ſimiliter ſcribit eidem Seio, vt ſoluat, & quia Seius non ſoluit, & literæ redeunt proteſtatæ, Titius contrahit nouum cambium cum intereſſe, vt ſoluat præcedens, & ſic deinceps augendo ſemper creditum in conuertendo intereſſe cambij, ſeu lucrum in ſortem contra eundem debitorem.

1252 Secundò conſideratur recambium quādo † debitor Cambij non ſoluit in loco deſtinato per literas cambij, ſed continuat recambiare eaſdem pecunias cum eodem creditore vſque ad finalem, & integram ſatisfationem, ſemper adiuncto Cambij intereſſe, quam continuationem mercatores vocant cambiū *con la ricorſa*, de quo vltra notata per Scacciam de commerc. d. quæſt. 5. numero 83. & 84. & in §. 6. gloſ. 1. numero 2. & ſequent. ponitur exemplum in noſtro inuictiſſimo Rege recipiente ad cambium, & ad recambium pecunias; vt eſt videre penes Azor. inſtituit. moral. parte 3. libro 10. titulo de camb. capitulo 11. quæſtione 8. vt de eodem nos, ſua particulari ſpecie, num.... dicemus.

1253 Tertio conſideratur quando ſine formali † cambiorum, & recambiorum cōtinuatione creditor ſolitus negociari, & tenere ſuas pecunias in cambijs, & recambijs conſtituat debitorem in mora, & eo conſtituto, doceat extitiſſe ſemper certas, & promptuarias occaſiones dandi, & accipiendi ad cambium, quo in caſu creditor declarat Recambia cū intereſſe vſque ad ſatisfactionem, modo vt idem Scaccia declarat d. tract. de camb. quæſtion. 7. ampliat. 8. num. 244. & ſeq. & nos latius infra num.... dicemus.

S V M M A R I V M.

1254 *Cambium reale eſt omninò licitum.*

1255 *Cambium manuale, ſeu minutum dicitur licitum tanquam merè reale.*

Cambium minutum dicitur Reipublicæ vtile, & quomodo nu. 1256.

1257 *Cambium minutum, ſeu manuale quod dicatur.*

1258 *Cambium minutum, per quas perſonas exercetur.*

1258 *Campſores cambium minutum exercentes dupliciter conſtituuntur.*

1259 *Campſores de pub. electi licitè exercent cambium minutum: explicatur num. ſequ. quidque ſeruetur in Regno circa hos campſores. num.* 1262. *cum ſeq.*

1264 *Bancherotti exiſtentes Neapoli exercent artem campſoriam minutam, qui quodammodo dicuntur Campſores num.* 1266. *& ſeq.*

1265 *Montes, qui pietatis cauſa erecti ſunt Neapoli, cum ſeq. & de officio, & modis, quibus huiuſmodi montes vtuntur. ibid. & nu.* 1267. *ac num.* 1424.

1268 *Cambium minutum exercetur licitè, etiam per campſores priuata authoritate electos. contra num.* 1269. *& prima verior. ibid.*

1270 *Campſorem priuatum, vti non ſolitum negociari, non poſſe vltra datæ pecuniæ æſtimationem aliquod recipere, contrarium verius. ibid. & nu. ſeq.*

1272 *Campſorem non eſſe ſolitum negociari per accidens ſe habet.*

1273 *Aequalitas dati, & accepti aliquid vltra non requirit.*

1274 *Pecunia in cambijs plus valet in vno loco, quàm in alio, aut præſens pecunia, quæ plus valet, quàm abſens, cum ſeq. & alibi.*

1276 *Argumentum inualidatur ratione ſuppoſitionis.*

1277 *Campſor priuatus in cambio minuto non poteſt exigere, quantum, exigeret publicus.*

1278 *Campſor priuatus tenuem mercedem, leueque lucrum exigere debet.*

1278 *Lucrum, ſeu collybus ad quam quantitatem aſcendat & 1279. cum multis ſeq. & quæ ſeruanda erit in taxa huiuſmodi Cambij minuti per plures num. ſeq.*

Taxa eius, quod exigitur per campſorem in Cambijs, minutis, quanta erit, & quomodo facienda.

1286 *Campſor de publico Salariatus nihil aliud exigit, & ſeq. vt ſeruatur in Hiſpania.* 1288.

1289 *Campſor in cambijs minutis, qui priuata authoritate eligitur, quique aliud exercet exercitium, nihil exigere poterit pro lucro cambij, cum nullam patiatur impenſam contrarium, & verius. nu.* 1292. *verſ. contra cum multis ſeqq. num. vbi de veritate.*

Numera-

1290 *Numeratio pecuniarum de per ſe nõ eſt actus mercenarius, ſed gratuitus contra.nu.1295.*
1291 *Campſorem quandoque minus numerare in contrahendis cãbijs videtur quàm cãpſarium, & ſeq.cõtra.1296.*
Campſario potius, quàm Campſori debetur quandoque lucrum cambij.ibidem.
1292 *Campſori debetur merces, ſeu lucrum cambij minuti reſpectu precioſioris, commodioris, & vtilioris pecuniæ, ac induſtriæ congregandi, & ſeruandi pecunias, ac alijs de cauſis.*
1293 *Obſequia, & induſtriam gerere nullus gratis tenetur.*
1294 *Cambium vltra actum numerationis alia efficaciora continet.*
1295 *Numeratio pecuniæ continet obſequium.*
1296 *Campſor, vel dando, vel recipiendo pecuniam ſemper numerat ad inſtantiam Campſarij, aut nullus numerat, ibidem.*
Campſor exercendo cambium, ceßat à negociatione altera; vers. accedit.
1297 *Lucrum quando videatur ceſſare.*
1298 *Cambium minutum ſi probiberetur exerceri, per Principem tunc cambientes peccarent, & ad reſtitutionem tenerentur.*
1299 *Cambium reale per literas ſine nundinis de loco ad locum, quomodo expleatur, & celebretur n.1300. vſq; ad nu.1305. eſt licitum, & iuſtum.nu.1305.1309.& ſeq.*
1306 *Campſor in cambio, per literas abſque nundinis recipit incrementum prout, & ſolitum eſt inter negociantes recipi, vt vulgariter dicitur,* cõforme la piazza. & 1310
1306 *Cambiũ per literas ſine nundinis eſt licitum, & in illo exigitur per Campſorem lucrum ſolitum ratione diſtantiæ periculorum, & aliarum cauſarum explicatarum.*
1307 *Cambium reale de loco ad locum, ſine nundinis eſt illicitum, & vſurarium tamquam mutuum palliatum.contra.num.1308.1309.& 1310.*
1308 *Campſor ſufficit moraliter, & virtualiter prudentum eſtimatione pecuniam transferre vt licitè contrahat.*
1311 *Cambium de vno loco ad alium in eadem prouincia, eſt illicitum.num.1312. contra.num.1313.dummodo proportionabiliter exigatur.*
1314 *Cambium minutum cum cambio de vno loco ad alium conuenit in iuſtitia, imò maior iuſtitiæ ratio in cambio de loco ad locum.ibidem.*
1315 *Cambium, in quo ſoluitur lucrum non proportionatum diſtãtię loci, vel alia cauſa iniuſtum dicitur, & illicitũ.*
1316 *Cambium reale ſine nundinis licitè contrahitur quando campſor prius recipit pecuniam, & poſtea in loco deſtinato dat.ampliatur etiam extante pragmatica probibitiua camby intra loca eiuſdem prouinciæ. 1317.de veritate.num.1321.cum ſeq.*
1318 *Cambium de loco ad locum eiuſdem Prouincię, in quo campſor prius dat, quàm recipiat eſt illicitum, 1319. & 1320.de veritate verò num.plurib.ſeqq.*
1321 *Cambium per literas de vno loco ad alium idem indicium obtinebit, vel quod campſor prius det, vel prius recipiat.cum multis ſeq. extend. etiam intra loca eiuſdem prouinciæ num.1322.& num.1328.& ſeq. exemplificantur num.1323.& 1324.eo quod virtualis transportationis, obſequiorum, laborum, & aliorum circumſtantiarum, ratio ſemper eadem concurrit.nu. 1325. & ſeq. vbi latè, & numero 1328. cum ſeq.*
1327 *Pecunia abſens minoris valoris iudicatur.*
Loci diſtantia tanta, vel non tanta non parit diuerſitatem facti, in cambijs, ſed tantùm cauſat maiorem, vel minorem ſumptum, vel induſtriam.num.1329.
1330 *Cambium per literas ſine nundinis, cum ſit reale per accidens ſe habet locorum diſtantia, ſi iuſti lucri æqualitas ſeruetur.*
1331 *Leſſius laudatur.*
Campſor poteſt lucrari, etiam ſi det ad locum intra idem Regnum, ibidem.
1332 *Cambium per literas abſque nundinis intra loca eiuſdem Prouinciæ eſſe totaliter licitum, expendit author vſque ad nu. 1339. extenditque etiam in vno, eodemque loco num.1339.remiſſiuè.*
1340 *Cambium per literas, ſine nundinis exemplificatum eodem cap. eodemque tit. nu. 1304. vale, & licitum eſſe oſtenditur & ſeqq.ob cauſas expreſſas.nu.1341. & ſeq. ſecus ſi lucrum exigatur, ad tot pro centenario ratione commodi ceſſantis dicto num.1342. cum declaratione, num.1343. remiſſiuè.*
1344 *Cambium Nundinale quod, & quomodo celebretur.*
1345 *Cambium nundinale quomodo differat à non nundinali.*
1346 *Nundinæ quare ſic vocentur, quo ordine celebrentur, & alia ad hanc materiam.*
1348 *Lucrum quantum, & quomodo exigatur in cambijs Nundinalibus.& ſeq.*
1350 *Cambium Nundinale diuiditur in octo ſpeciebus, & in omnibus ſpeciebus dicitur reale, & licitum.*
1351 *Cambium* al conto, *quod, quomodoque celebretur, & de eius iuſtitia.1352.1353. 1354.& 1355.*
1352 *Marcharum valor quantus ſit.*
Scuti Marcharum, & de ipſorum valore ibidem.
1355 *Cambiorum taxa circa lucrum, per quos fiat.*
1356 *Cambium* al prezzo corrente, *quod quomodoque celebretur, & de eius iuſtitia.*
1357 *Cambium* al prezzo corrente *ſolet celebrari cum diuitibus, vulgariter dicti.* dette buone.
1357 *Campſores facilius dant cambio pro minori pretio diuitibus, quàm pro maiori egenis. & ſeqq.*
1360 *Cambium Nundinale liberum quod, quomodoque conſtituatur, & de eius iuſtitia latè.*
1361 *Cambium nundinale liberum ſolet celebrari interueniẽtibus quatuor perſonis.*
1362 *Literæ cãbij Nundinalis habent confici inſpecto numero perſonarũ quæ in conſtitutione cambij interuenire ſolent.*
1363 *Literæ d'auuiſo quomodo requirantur in cambijs.*
1364 *Literæ cambij duplicantur, vel triplicantur, & quo ordine. & regiſtrantur.num.ſeq.*
1366 *Lucrum camby, nundinalis liberi exigitur* conforme la piazza, *ideò iuſtum.*
1367 *Cambium nundinale non liberum in triplici alia ſpecie diuiditur, exemplificatur, & de ipſius iuſtitia. cum ſeq. ſed aduerſus hæc ſingulariter reſpondetur num. 1372.*
1372 *Cambium con le contationi dicitur illicitum, quando in illo duplex prouiſio exigitur.& latius 1377.*
1373 *Cambiũ con la ricorſa eſt illicitum, quando debitor obligatur trahere ad dantem, ſeu eius correſpondentem, & 1380. cum ſeq.*
1374 *Cambium* con la ricorſa, *non diuerſificatur per ſolutionem, vnius, aut duplicis prouiſionis.*
1375 *Nauarra notatur & 1376.*
1377 *Cambium, aut recambium, ſemper dicitur illicitum, quando adeſt exceſſus in taxa lucri extra ſolitum, & non* conforme la piazza.
1378 *Salaria, & prouiſiones in cambijs quomodo taxentur.*

1379 *Recambium quando fit, nullus labor adhibetur.*
1380 *Debitor ſi obligetur ad trahendum in cambijs, illa obligatio dicitur pretio æſtimabilis,* & 1381.
1382 *Cambium* con la ricorſa, *quomodo celebretur.*
1383 *Literæ cambij* con la ricorſa, *quomodo conficiantur.*
1384 *Literæ* d'auuiſo in cambio con la ricorſa.
1385 *Literæ reſponſiuæ* in cambio con la ricorſa.
1386 *Dictio,* &c. *in literis reſponſiuis.*
1387 *Literæ alia neceſſariæ in cambio cum recurſa.*
1388 *Literæ cambij in cambio cum recurſa, quomodo ſaſſentur libro campſoris.*
1389 *Cambium cum recurſa dicitur recambium, & quando renouatur, renouantur literæ, & quomodo.*
1391 *Cambium cum recurſa, per orbiculares literas renouatas dicitur cãbium orbium redeundo ſemper ad initiũ.*
1392 *Cambium con la ricorſa, & quando fit etiam ſoluendo campſor ſibimet ipſi.*
1393 *Cambium cum recurſa, per ſolutionem ſibimet ipſi faciendam, per creditorem vſitatur in tota Italia, ac in tota Europa, & præcipuè per mercatores Ianuenſes ſeruatur, & in hoc cambio verſatur tota nummulariorum ars, & negociatio, quæ non gratia mercium fit, ſed quæſtus, & lucri.* 1394. & *ſeqq.* & *noſtris temporibus dicitur vſitatiſſimus, & ab Italis vocatur cambium con la ricorſa* 1395. & *campſor per hoc cambium dicitur cambire in ſe ipſo.num.*1396.& *ſeq.*
1397 *Cambium con la ricorſa eſt frequens, & vtile, tum propter promiſſiones, tum etiam propter celerem expeditionem,*
1398 *Cambium cum recurſa, originem trahit à reipſa.*
1399 *Creditor poterit à ſe ipſo exigere.*
Quod igitur in duabus perſonis recipitur hoc in eadem perſona recipiendum eſt, ibidem.
1400 *Cambium* con la ricorſa *alio modo contrahitur.*
1400 *Literæ cambij con la ricorſa alio etiam modo conficiuntur.*
1401 *Literæ* d'auuiſo, & *reſponſiuæ.*
1402 *Debitor in literis cambij cum recurſa videtur ſibimet ipſi loqui,*
1403 *Cambium, in quo ſeruantur extrema iuſtitiæ commutatiuæ ſemper licitum dicitur, cum multis ſequentibus per æqualitatem dati, & accepti* 1404.
1406 *Cambium non ſeruata æqualitate dicitur illicitum.*
1407 *Cambium quomodo cognoſcatur iuſtum per iuſtitiam commutatiuam cum multis ſeqq.*
1408 *Cambium in foro interno ſemper dicitur iuſtum, & licitum, ſi in illo ſeruantur extrema æqualitatis dati, & accepti, etiam ſi forma iuris in eius celebratione inobſeruetur, ſecus verò in foro externo, in quo vltra dictam æqualitatem requiritur obſeruatio formæ traditæ per legem nu.* 1409.& *ſeq.*
1411 *Lex poſitiua, vt obuiet fraudibus mouetur ex præſumptionibus, & propterea eius diſpoſitioni obtemperandũ.*
1412 *Cambium illicitum dicitur illud, in quo non ſeruantur extrema iuſtitiæ commutatiuæ.*
1413 *Cambium* forzoſo, *quod & quomodo exemplifiectur, celebretur; & de eius iuſtitia. num.* 1414.& 1415.
1414 *Cambium forzoſo eo magis dicitur iuſtum, quia in illo non exigitur, tantum, quantum in alijs.*
1416 *Cambium, quod vocant arbitrium quod, & quomodo celebretur.* & 1417. *vbi de ipſius iuſtitia.*
1418 *Cambium dell'aggio, quid, & quomodo conſtituatur, & de ipſius iuſtitia, cum multis ſeqq. ſeruatur vbique, & præcipuè in Regno, nu.*1419.
1421 *Cambium eſt licitum, quamuis maius lucrum exigatur, ſi campſor cogatur dare Cambio pro commoditate campſarij.*
1421 *Lucrum cambij exigitur ſeruata forma taxæ.*
1423 *Cambium dell'aggio, ſeu con l'aggio periculoſum, & illicitum.*
1424 *Cambium* detto per officium, *quod, & qualiter conſtituatur, ac de ipſius iuſtitia.*
1425 *Montes pietatis qui, qualiter erigantur, & de iuſtitia contractus, qui per illos celebrantur.*
1426 *Montes pietatis inuenti fuerunt ad euitandum graues, & prouocantes vſuras hebræorum.*
Mons pietatis dicitur per methaphoram, eo quod eſt pecunia in aceruum congeſta. ibid.
1427 *Montes Pietatis, quæ capitula habeant, & quid exigere valeant. num. ſeqq.*
1430 *Montes Pietatis liciti.*
1430 *Sotus, & Caietan. confutantur.* & *ſeq.*
1432 *Marcharum ſcuti, qui, & de valore latè.*
Marcharum nomen quid ſignificet. ibid.
1434 *Marcharum nomen apud peritos linguæ lattinæ non inuenitur.*
1435 *Marcharum valor nõ eſt certus in ratione cambiorum.*
Marcharum nomen eſt fictitius.
Marcharum valor imponitur per Magiſtratum mercatorum, habita ratione copiæ, & inopiæ pecuniarũ, ibid.
1436 *Marcharũ ſcuti licet in literis cambij dentur æſtimati, tamẽ fit demũ æſtimatio tpe ſolutionis, & illa attẽditur.*
1437 *Cambium* al conto *dicitur reale licitum, & iuſtum, vſque ad num.* 1439.
1439 *Cambium* al prezzo corrente, *iuſtum, & licitum.*
1440 *Literæ cambij conficiuntur in cambio* al prezzo corrente *habito reſpectu ad perſonas in illo interuenientes, & dicitur iuſtum.* & *num. ſeqq.*
1445 *Correſpondens Campſoris non poteſt repræſentare correſpondentem Campſarij in cambijs, cum videatur mutuum palliatum, contra. num.* 1447. *cum ſeq.*
Cambium cum repræſentationibus fictis prohibetur. ibid.
1446 *Fictiones ſi fuerint plures prohibentur.*
1448 *Fictiones in cambijs etiam plures admittuntur, ſic natura negotij exigente,* & 1449.& *in ſeqq.*
1450 *Perſona vna fungitur officio pluriũ, & in cãbijs. n. ſeq.*
1453 *Simulatio, & fictio conceduntur de contractu licito, ad alium æquè licitum, quando ex illis non reſultat iniquitas, ſeu iniuſtitia.*
1454 *Perſona ſi ſimulatur, actu exiſtente vero; actus tunc licitus iudicatur.*
Actus licitus iudicatur, ſi verè celebretur, quamuis perſona ſimuletur.
Simulatio non admittitur, quando de veritate actus conſtat. ibidem.
1455 *Fictio non inficit contractum, ſed iniuſtitia.*
1456 *Cambium dicitur illicitum, quando ſcitur per contrahentes literas cambij reuerti inanes, & ſeq. contra numero* 1457.& *ſeq.*
1457 *Cambium ſine literis validum.*
1458 *Lex datur rebus, & non verbis.*
Cambij ſubſtantia conſiſtit in ipſius iuſtitia, ibidem.
1459 *Cambium non improbatur, ex ſcientia contrahentium, literas ſcilicet cambij reuerſas eſſe inanes, cum mens corrupta punitur à ſolo Deo, & num.* 1485. & *ſeq.*
1459 *Contractus iuſtitia, aut iniuſtitia in foro externo non conſiſtit*

conſiſtit in bonitate & prauitate mentium, ſed in rerum & operum externorum æqualitate; & 1460. & 1461.

1462 Cambium con la ricorſa, quomodo iudicetur iuſtum, cum infra. ſeq.

1463 Cambium con la ricorſa, exercetur etiam per religioſos.

1464 Cambij con la ricorſa, plena reſolutio, cum multis ſeq. Difficultates contra cambium cum recurſa, ibidem.

1465 Vincentius Fillincius Ieſuita non deguſtauit materiam cambij con la ricorſa.

1466 Campſarius in cambio cum recurſa nundinas, & ſolutionem figurat, ideò cambium illicitum.

1467 Cambium cum recurſa, ideò illicitum, quia in illo intereſſe conuertitur in capitale per modum anatociſmi.

1468 Cambium ſi fiat in vno loco, & in eodem ſi fiat ſolutio, dicitur illicitum, & ſiccum.

1469 Cambij con la ricorſa, ſolutio fit in eodem loco, quamuis literæ diuerſitatem locorum contineant.

1470 Cambium cũ recurſa improbatur, per non nullos patres

1471 Cambium cum recurſa dicitur licitum, quando ſolutio fit de propria pecunia Campſoris, ſecus ſi de pecunia correſpondentis, ſeu agentis eiuſdem campſoris; de veritate, num. 1511. & 1513. cum ſeq.

1472 Cambium cum recurſa eſſe illicitum probabiliter poſſe teneri, eſſe verò licitum ſpeculatiuè poſſe teneri, ſed omninò diſſuadendum, difficileque permittendum, ſed de veritate alibi, & inferius.

1473 Cambium cum recurſa licitum dicitur in foro interno, ſed illicitum in foro externo de veritate inferius.

1474 Cambium cum recurſa dicitur licitum, quando tertius ſponte de mandato Campſoris ſoluit, licet duplicem repræſentet perſonam, eo quod triplex oritur valida obligatio 1475. cum multis ſeqq. vbi exemplificatur, vſque ad num. 1480.

1480 Cambium cum recurſa dicitur illicitum, quando ſolutio literarum cambij fit ex pacto nempè, vt literæ cambij ſoluantur per correſpondentem Campſoris.

1481 Obligatio debitoris, vt ſolutio literarum cambij fiat mediante perſona correſpondentis campſoris, eſt pretio æſtimabilis.

1482 Cambium, in quo fit ſolutio per miniſtrum Campſoris de pecunia campſoris ſponte aut ſecus, ſemper dicitur illicitum, contra num. 1483.

1487 Intereſſe intereſſe, debetur quando primum intereſſe eſt certum, & liquidum.

Cambij lucrum non debetur ex mora, ſed ex conuentione, ideò ex illo lucro poterit aliud peti, ibidem.

1488 Intereſſe alterius intereſſe debetur, contra num. 1489. diſtingue. num. ſeqq.

1490 Intereſſe, intereſſe non debetur quando primum intereſſe debetur ex mora, vel ratione damni, aut lucri.

1491 Intereſſe alterius intereſſe non venit, ne in infinitũ protrahatur, cum intereſſe veniat à remotis, & extra rem.

1492 Intereſſe, quod debetur, ex aliqua promiſſione ſemper parit aliud intereſſe.

1493 Promiſſum ſi erit certum, & liquidum ſemper vti ſors capitalis iudicatur.

1494 Intereſſe pmiſſũ principaliter, & nõ acceſſoriè debetur.

1495 Socius habens lucrum poterit ex illo intereſſe petere.

1496 Quantitas reducta per partes in expreſſa ſumma, parit intereſſe.

1497 Cambij lucra ſemper principaliter debentur.

1498 Annuæ præſtationes, tanquam iure promiſſionis debitæ ſemper pariunt aliud intereſſe.

1499 Campſor, tam capitale, quàm lucrum cambij poterit retinere, & nouiter dare cambio primo Campſario, vel alteri. 1500. 1501. & 1502.

1501 Annui redditus, qui vocantur tertiæ in Regno licitè conuertuntur in capitali.

1502 Intereſſe alterius intereſſe nunquam in cambijs dicitur, ſed dicitur intereſſe capitalis.

Intereſſe calculatum, poſitum in credito debetur, vt ſors. ibidem.

1503 Solutio virtualis eandem affert commoditatem, & maiorem nu. 1508. & 1509.

Campſarius poterit in Nundinis accipere cambio ab altero, vt campſori primo ſoluat. ibid.

1504 Campſarius poterit paciſci cum campſore, vt illo non ſoluente, campſor valeat nomine ſuo, ſuiſque expenſis cambio accipere.

1505 Cambium cum recurſa, ideò licitum, quia ex illo nihil maioris lucri reſpectu Campſoris, nihilque maioris intereſſe reſpectu Campſarij continetur, ſed ſolum perſona variatur.

1506 Cambire cum vno, aut cum alio pro eodem pretio, & eiſdem pactis eſt accidens remotiſſimũ, quod nihil cõmune habet cũ iuſtitia, aut iniuſtitia contractus. & 1507.

1508 Cambium cum recurſa affert maiorem commoditatem Campſario, quam reliqua cambia, & 1509.

1510 Cambium cum recurſa eſt licitum, & per bullas Pij Quinti confirmatur.

1511 Forum exterius non iudicat de mente occulta, ſed ſolus Deus.

1512 Mens deprauata applicatur omnibus contractibus in foro interno.

1513 Paria ſunt per ſe ipſum, aut per alium facere.

1514 Paria ſunt per ſe ipſũ tradere, vel ſub fideiuſſione tradi. Tradere per ſe, vel mediante fideiuſſione ſpecie non differunt, ibidem.

1515 Dando magis adiuuatur, quam fideiubendo.

1516 Cambij ſolutionem fieri mediãte pecunia propria Campſoris, aut mediantibus quibuſuis pecunijs ſuo eodem nomine ſolutis, ſemper iuſtitiam continere, affertur.

1518 Cambium licitum ob præſumptionem mutui palliati defenditur non eſſe.

1519 Vſurarum fraus præſumitur in pactis aſſecuratiuis, & quomodo.

1520 Cambium cum recurſa ideo licitum, quia in illo præſumit homo, & non lex, & conſequenter vna præſumptio hominis per aliam tollitur.

Nullus præſumitur delinquere. ibidem.

1521 Cambium, vt ſoluatur de pecunia campſoris, aut alterius non iuſtificat, aut iniuſtificat ipſius eſſentiam.

Solutio virtualis, quæ fit ſuper fide, & credito creditoris Campſoris licita eſt. ibidem.

1522 Cambium cũ recurſa quod per infinita recambia ſuſtinetur illicitum dicitur, cum ad certum tantùm honeſtum tempus ſubſtineri debet.

1523 Cambium cum recurſa perpetuò duraturum illicitum, iudicaretur, quia annuus cenſus palliaretur, ſub nomine cambij.

1524 Annuus cenſus, quando palliatur ſub nomine cambij, & iudicaretur illicitus non autem vſurarius. & 1526.

1525 Cambium cum recurſa ſine fraude, & cum iuſtitia exercendum erit, eo quod ſuſpectum iudicatur.

1526 Cambium dicitur illicitũ, & non vſurariũ, & quomodo. Cambium, in quo palliatur mutuũ, dicitur vſurariũ, ibid.

1527 *Cambium, in quo mutuum implicatur & palliatur dicitur quando ratione ſolius temporis augetur pretium, & ſeqq.*

1530 *Cambium, ſi habeat mutuum palliatum, ſed pretium augeretur ratione lucri, aut damni, an vſurarium iudicaretur remiſſiuè.*

1531 *Cambij contractu declarato nullo, vel vſurario, Campſor non perdit ſortem, & capitale pretium, & ſeq.*

1533 *Molfeſij error, cum multis, ſeqq.*

5534 *Vſurarius in foro exteriori ſi vſuras exegerit, punitur criminaliter, & ciuiliter. de veritate nume. 1539. cum multis ſeqq.*

Vſurarius ſi non exegerit vſuras, vtique punitur, ibidem explicatur nu. 1539. & ſeq. de veritate numero 1547. & ſeq. & in Regno num. 1557. & ſeq.

1535 *Vſurarius vtens tantùm in iudicio ſcriptura, ſeu inſtrumento vſuratitijs punitur.*

Vſurarius, ſi non exegerit vſuras, nec ſcripturis vſuratitijs vſus fuerit vtique punitur, ibidem cum ſeq.

Vſuræ delictum conſumatur ſola ſpe recipiendi vltra ſortem ibidem, cum ſeq. dummodo illa ſpes ſit iudicialiter manifeſta. 1536.

1536 *Vſura tunc requirit exactionem quando peteretur condemnari vſurarium ad vſuræ reſtitutionem, & 1537.*

1538 *Vſurarius in foro interiori peccat mortaliter ſola ſpe occulta lucrandi vltra ſortem.*

1539 *Cambij, cõtractus ſi iudicabitur nullus, vel vſurarius, ob aliqua pacta illicita concernentia ſubſtantialia cambij, vel idem contractus careat conditionibus requiſitis pro eius iuſtitia, tunc exactiones computabuntur in ſortem, omnibus ad priſtinum reductis, & campſor caſtigabitur in vtroque foro. 1540.*

1541 *Cambij lucrum, quod exigitur ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis, quando in cambio ficto iudicabitur iuſtum.*

1542 *Cambio nullo declarato, vel vſurario, ſi ob illud nihil exactum fuit, tunc Campſor nihil in ſorte computabit, nec reſtituere in vtroque foro aliquid tenetur, quamuis peccat mortaliter, ob illam ſpem vſurariam. num. ſeq.*

1544 *Peccatum mentale ſola confeſſione deletur.*

1545 *Creditor ſi nihil lucri, aut commoditatis recipiat in mutuo, aut cambio tenetur tantum, quia peccauit, ſi lucrum ſperauit.*

1546 *Vſurarius non exigens vſuram non punitur in foro externo, & 1547. contrarium ibidem de ueritat. in nu. ſeq.*

1548 *Vſura æquiparatur furto, & rapinæ, imò maius delictum ibidem.*

1549 *Fures ſi rem obtulerint condemnantur, etiam ad rei reſtitutionem.*

1550 *Fures ſi oſtium fregerint, vel ſcrinium, quamuis nil abſtulerint, vtique puniuntur ſaltem pœna mitiori.*

1551 *Argumentum à ſimili, ab æquipollentibus, & à proportionabilibus.*

1552 *Vſuram committere eſt facere actum prohibitum iure naturali, diuino, Canonico, & ciuili.*

1553 *Temerarius dicitur, qui ſcienter, & ex propoſito actum prohibitum facit, & extra ordinem punitur, & ſeq.*

1555 *Vſura in Regno punitur publicatione bonorum.*

1556 *Publicatio bonorum dicitur pœna infra relegationem.*

1557 *Publicatio bonorũ dicitur minor modica pęna corporali.*

Vſura in Regno non punitur, ſi non fuerit exacta. ibidem.

1558 *Affectus non punitur in leuibus, niſi realiter ſequatur effectus.*

1558 *Conatus non punitur, niſi ſequatur conſumatio delicti in leuibus.*

1559 *Cambium nullum declaratum per aliquam legem, vel conſtitutionem circa ſortem principalem, ſeruabitur illius legis diſpoſitio, prout in illa fuerit expreſſum.*

1560 *Contractus ſi improbaretur per legem, tanquàm vſurarius, & lex non vltra procederet, tunc declarato nullo contractu, & reſtitutis hinc inde datis, & acceptis alicui aliæ pœnè locus non eſſet.*

1561 *Contractu per legem annullato, & reprobato, ſi in illo recepta fuiſſent lucra ſeruata iuſtitia æqualitatis, tunc in foro interno nihil reſtitueretur.*

1562 *Lex humana iudicat præſumendo, & forum conſcientiæ differt à foro externo, & quomodo.*

1563 *Lex diuina innititur veritati.*

Veritas attenditur in foro conſcientiæ, in quo iudicat diuina lex ibid.

In foro conſcientiæ attenditur id, quod certum eſt, ibid.

1564 *Lex vel canon fundatur in præſumptionibus, ideò præualet veritas.*

1565 *Lex fundata in præſumptionibus, conſtat coram Deo.*

1566 *Pactum contra accidentalia, & naturalia tantum.*

Cambium in quo adeſt pactum illicitum, circa naturalia & accidentalia tantum ſolũmodo pactum vitiatur, ibid. & ita in quolibet contractu obſeruatur, & 1567. declara num. ſeqq.

Pacta illicita non vitiant, ſed vitiantur, & quomodo ibidem 1566.

1568 *Cambium, in quo exigitur lucrum in exceſſu circa modicum valet, & tenet, quodque quomodo intelligatur.*

1569 *Campſarius quomodo ſit mala litera.*

1570 *Debitor ſi fuerit mala litera poterit in exceſſu minimo exigi. ſed quomodo, & qualiter hoc intelligatur.*

1571 *Debitor, vel campſarius quomodo dicatur mala litera.*

1572 *Debitor in foro contentioſo, non poteſt moleſtari vltra taxam ſolitam circa cambium, aut intereſſe.*

1573 *Lex fori externi ad tollendas fraudes, & lites æqualiter exiſtimat nomen boni debitoris, vel mali.*

1574 *Creditor ſibi imputet, ſi malo, & non idoneo debitori credidit.*

1575 *Cambium, in quo non concurrunt circumſtantiæ, etiã in minimo, non datur exceſſiua exactio in vtroque foro.*

1576 *Cambium, in quo exigitur pretium in exceſſu nequaquam dicitur nullum, aut vſurarium ſed iniuſtum, & illicitum, reducendum tamen ad legitimam, & iuſtam exactionem.*

Contractus, in quo exigitur intereſſe debitum, in exceſſu, non dicitur nullus, nec vſurarius, ſed iniuſtus, & illicitus, reducendus tamen ad iuſtitiam ibid.

1577 *Pactum illicitum etiam contra ſubſtantiam contractus vitiatur, & non vitiat. cum multis ſequ. contra numero 1579. diſtinguitur num. ſeq.*

1576 *Contractus continens pacta illicita, non vitiatur, ſed pacta delentur, & ad iuſtitiam redigũtur, cum multis ſeq. ampliatur numero 1578. contra num. ſeqq. diſtinguitur 1580. cum multis ſeqq.*

1579 *Contractus ſi contineat pacta, ſine quibus non poterit ſubſiſtere vitiatis pactis vitiatur contractus.*

Pactum, ſine quo contractus non ſubſiſtit vitiat contractum. ibidem.

1580 *Contractus, in quo adeſt pactum illicitum in modicis, & in mediocri, non vitiatur, ſed pactum tantùm moderatur, & ad iuſtitiam reducitur. cum multis ſeq. ſecus ſi*

pactum

pactum fuerit immoderatum, quia tunc in totum contractus vitiatur, & exactum extenuat ſortem. 1581.

1580 *Cambium, in quo exactio in modico excedit, tenet, & valet, ſed exceſſus tantùm reijcitur, ſecus ſi exceſſus fuerit immoderatus, quia tunc ſors extenuaretur.*

Cenſus ſi excedat legitimam exactionem in modicis, non inualidatur, ſed exceſſus tantum reijcitur, ſecus ſi immoderatè exigeretur, quia tunc totaliter vitiaretur, ibidem.

1581 *Contractus, quando reducitur ad iuſtitiam ſeruantur conditiones relatæ.*

1583 *Dolus præſumitur re ipſa, et ex propoſito data enormiſſima læſione.*

1584 *Contractus, in quo læſio adeſt vltra dimidium in modico non reſcinditur, ſecus vltra modicum, & 1585.*

1586 *Cambium in quo creditor veriſimiliter credat accipientem cambio eſſe talem, qui non haberet facultatem ſoluendi in nundinis deſtinatis, dicitur illicitum, de veritate, num. ſeqq.*

1587 *Campſor, ſi non ceſſauit ab alio frugifero, & lucroſo contractu, ſciens literas non habere effectum in foro interno peccat, et vſurariè agit, ſecus ſi ceßaßet ab aliqua alia frugifera negociatione, quia in vtroque foro eſſet validum.*

Cambium, in quo campſor credit ſolutionem non fieri in Nundinis deſtinatis in foro conſcientiæ eſt illicitum, & vſurarium, ſi non ceſſauit ab altero frugifero contractu; ibid. ſecus ſi ceſſaſſet, nu. ſeq.

1589 *Cambium in quo campſor credit literas redire inanes eſt licitum in foro externo, & interno, ſi campſor ceſſauit ab alio frugifero cotractu.*

1590 *Cambium, in quo campſor credit literas redire inanes, licitum eſt in foro externo.*

1591 *Forum exterius non iudicat de occultis, quæ in corde reſident.*

1590 *Extrema intentionis vtriuſq. contrahentis, nō coniunguntur.*

1592 *Campſor ſemper dicere poterit, quod ſperabat literas non redire inanes.*

1593 *Cambium exercetur, per homines, cuiuſuis profeſſionis.*

1594 *Contractus iuſtificatur per ſolitum.*

1595 *Cambium non iuſtificatur, per locorum diſtinctionem, & 1596.*

1597 *Cambij contractus reſoluitur in contractu donationis, & quomodo.*

1598 *Campſores quando dant cambio diligenter ſe informāt de campſuario, & ſeq.*

Creditores nunquam credunt pecunias, niſi de debitoris idoneitate ſe informent ibid. & 1599.

1600 *Campſor dubitans, ignoranti æquiparatur, & 1601.*

1602 *Cambium in quo campſor credit literas redire inanes, eſt licitum, de veritate verò nu. 1603. & 1604.*

QVOMODO, ET QVANDO CAMBIA, & Recambia ſint licita.

1254 AD quintū quæſitū, firmabo regulā ſ. cambium † formaliter reale eſſe omninò licitum, quæ regula ſi explicitione indigeat incipiendum meritò erit ſecundum ſeruatum ordinem, idcirco redeundo ad primam ſpeciē cambij realis ſuperius diſtinctam, & ſic ad minutum, ſeu manuale cambium, dico, illud eſſe lici-
1255 tum, ac reipublicæ vtile, † quia homines ſæpe pecu-
nijs minutis indigent ad res quotidianas pretij vilioris
emendas, pro quibus pecuniæ magni valoris non inſer-
uiunt, Molin. de contract. diſput. 399. in princip. deſer-
1256 uit inſuper ad eiuſdem Reipublicæ † cōmoditatem;
hoc minutum cambium, ſcilicet migraturis ad extra-
neum locum, in quo pecuniæ loci, à quo migrare volunt
valorem non habent, aut minorem habent valutam,
ideo oportet commutare pecuniam præſentem pro alia
præſente, valorem habente in loco, ad quem eſt migrā-
dum, ac alia vtilia, quæ minutum cambium continent,
relata per eundem Molin. loco citato, probat nouiſſimè
Filliuc. Ieſuita, in moral. quæſt. tractat. 36. part. 2. cap. 5.
num. 358.
Verum vt prædicta perfectius explicentur, dicitur mi-
1257 nutum, † ſeu manuale cambium, quia minutim ne-
gociantes commutant monetam, &, per minutiores
monetas fit, ac manuale, quia de manu ad manum per-
agi ſolet, Caſtill. Siculus deciſ. 112. nu. 3. tomo 2. Idcirco
campſores commutantes per cambium minutum, aut
1258 ſunt de publico † electi, publicaque authoritate pro-
poſiti, aut verò ſunt priuati ex ſe ipſis hoc officium ad-
miniſtrātes, prout vterque deſcribitur per Lupum, Mo-
linam, Scacciam, & alios nouiſſimos citatos ſuperius.
1259 Si fuerint de publico electi, † illos licitè exercere hoc
cambium, illudq. licitum eſſe circa exactionem collybi,
ſeu mercedis publica etiam authoritate taxati, vel taxa-
tæ, habito reſpectu ad expenſas, quas referunt Molin.
Lup. Scaccia, Molfeſ. & alij inf a citandi, hoc enim, vltra
1260 quod pretio æſtimatur, † modo vt ſæpius inferius
1261 habebitur ſermo, realiter agitur † etiam, & nihil ha-
bet quod iuri diuino, naturali, aut poſitiuo repugnet,
quia ſatis vtile, & neceſſarium eſt reipublicæ, vt diximus
ſupra num. 1255. & probant etiam Scaccia, & alij rela-
ti per Molfeſ. d. cap. 7. num. 28. & ſequentib. vt loquen-
do in publico hoc campſore, ſcribunt Medin. in ſuis tra-
ctat. tit. de reb. per vſur. acquiſit. quæſt. 6. verſic. ſi dicas,
& quæſt. 9. in princip. Conrad. de contract. quæſtio. 99.
concluſ. 12. in 2. probatione, Silueſt. in verbo vſura, 4. 5.
7. Nauarr. in Manual. confeſſ. capit. 17. ſub nu. 288. verſ.
in 19. & 20. Couarru. de vet. collat. Numiſm. capitul. 7.
ſub num. 4. verſic. præſertim, & in hoc neminem diſſen-
tire his relatis probat Scaccia de cōmerc. §. 2. gloſ. 3. nu.
98. & communem omnium ſententiam dicit Filliucius
vbi ſup. nu. 359. & ſeq.
1262 In Regno autem non reperiuntur † campſores de pu-
blico deputati pro exercitio huiuſmodi cambij minuti,
ſed tantum exercebatur hoc officium per Bancherot-
tos, vt diximus ſuperius num. 1202. cum multis ſequen-
1263 tibus, qui de publico non erant deputati, † & meritò
vocabantur Bancherotti, & non Bancherij, quia ad mi-
nutim cambiendo deſeruiebant, & per hoc diminutiuo
nomine nominabantur, vt notat Scaccia de commerc.
1264 citata quæſt. 5. num. 23. & 24. dicitur etiam † minu-
tum, & manuale alio modo, vt per eundem authorem
citato loco; verum exercetur quodam modo hoc offi-
cium in Regno per montes pio fundamento erectos, &
1265 † in Ciuitate Neapolis reperiuntur duo vnus nuncu-
patus Mōs Pietatis, alter Mons Pauperum; vterq; diui-
tijs, & pietate decoratus, qui ratione officij poſſūt quo-
dam modo, vt dixi, vocari campſores minutum exercē-
1266 tes † cambium, ob tot commoditates exhibitas indi-
gentibus, vt in huiuſmodi ſpecie connumerauit Molfeſ.
d. cap. 7. num. 25. ſed quomodò erigantur montes, quæ

anm

1267 nam ſint montium † capitula, quod autem eius offi-
cium, qualiter dignoſcatur pietas neceſſaria montium
huiuſmodi, & alia ad materiam ſatis ſingularia, latè ha-
bentur per Scacciam d. tract. de commerc. §. 1. quæſt. 1.
num. 440. cum multis ſequentibus, & nos aliqua etiam
dicemus infra nu. 1424. & ſeq. ſuper explicatione cam-
bij per officium.

Sin autem (vt ad inſtitutum noſtrum redeamus) hi
campſores manuales fuerint perſonæ priuatæ nequa-
1268 quam de publico deputati, vtique poterunt † colly-
bum, & mercedem exigere, & erit licita exactio, quam-
1269 uis contrarium † verius dicat Caietan. in opuſculo
* de camb. tract. 7. cap. 1. & 6. eo quod magis communi-
niter, & verius ac receptius firmant, (vt nos firmaui-
mus,) Medin. Sot. Corrad. Gabriel. Nauarr. Couarru.
alijque, quos probant Molin. diſput. 399. num. 5. & ſeq.
Lupus in allegato c. nauiganti, §. 2. num. 52. Scaccia de
commerc. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampliat. 4. in ſubampliat.
Azor. & alij, quos idem Scaccia probat in §. 2. gloſſ. 3.
num. 98. alijque alij relati per Molfeſ. d. cap. 7. num. 30.
dicentes hanc receptiorem opinionem rationibus addu
ctis per Moli. Scacciam, & Molfeſ. locis citatis, poſt alios
per eoſdem adductos, adiunctis etiam congeſtis per eũ-
dem Scacciam d. tract. §. 1. quæſt. 1. nu. 424. & queſt. 7.
* par. 1. num. 44. & ſeq. & omnium communem dicit Fil-
liuc. vbi ſup. nu. 363.

Non obſtat, ſi ex aduerſo dicatur, priuatum campſo-
rem hunc vti non ſolitum negociari, non poſſe vltra
1270 † datæ pecuniæ æſtimationem aliquid recipere vul-
gatis terminis; quia pro reſolutione reſpondetur etiam
non ſolitum negociari poſſe hanc mercedem recipere,
eo quod pecunia data per hunc priuatum campſorem
1271 plus valet, ratione, & reſpectu † diuerſitatis valoris,
& commodioris vtilitatis, aut alijs ex cauſis ſingulariter
congeſtis per Molin. citata diſput. num. 8. Scacciam d.
tract. quæſt. 7. §. 1. par. 2. ampliat. 11. & per Molfeſ. dict.
num. 30. nam per accidens ſe habet, quod campſor ſit,
1272 † vel non ſit perſona ſolita negociari, Nauar. Leſſ. Sa-
las, Megal. & innumeri, quos probat Molfeſ. loco ci-
tato.

Nec etiam ex aduerſo refert dicere, quod data æqua-
1273 litate † pecuniæ, datæ & receptæ, vtputa monetę au-
reæ datæ pro argentea, & èconuerſo circa æqualem æ-
ſtimationem, ideo data æqualitate in his, aliquid vltra
non debet recipi, vt nonnulli arguunt, quia facilius tol-
1274 litur, nam † in cambio hæc æqualitas non conſide-
ratur, ex quo plus valet vna quam altera pecunia reſpe-
1275 ctu loci † mutandi, aut ex alijs cauſis congeſtis per
Molin. Scacc. & omnes ſuperius allegatos, & ſic argu-
1276 mentum † non concludit ex variatione ſuppoſitio-
nis, vt benè Molfeſ. citato loco reſpondit.

Reſtringitur autem concluſio, vt ea non procedat, ſi
hic priuatus campſor exigat mercedem, aut lucrum quē
1277 reciperet publicus campſor; illa ratione, quia priua-
tus non habet tot onera adiuncta quot habet ille, qui pu
blica hoc officium authoritate gerit; quodque arbitrio
iudicis iudicandum relinquitur, vt adnotat Molfeſ. cita-
to loco.

Reſtringitur ſecundo, vt locum tantum obtineat cō-
1278 cluſio in priuato campſore exigente tenuem † colly-
bum, modicumq. lucrum, ne fraudibus locus aperiatur,
Lupus in d. cap. nauiganti, num. 52. §. 2. verſic. quod ta-
men eſt intelligendum, idemq. firmant Sot. Couarruu.
Nauarr. & alij relati per Scacciam. d. §. 2. gloſ. 3. numer.
124. exiguum tamen, & modicum lucrum hoc exigen-
dum quantum erit, declarat Azor. inſtitut. moral. parte
3. lib. 10. tit. de camb. cap. 4. quæſt. 8. in fine, prout Na-
uarr. per eum citatum vt refert & ſequitur Scaccia in
1279 proximo allegato loco, nempe ſi campſor † dederit
auream pro argentea moneta, exigat duos nummos æ-
reos, cum verò dat æream, & recipit auream, vel argen-
team, exigat vnum, aut duos nummos ęreos arbitrio bo
ni viri iudicandos hos nummos, circa valorem moneta-
1280 rum permutatarum; alio modo † interpretatur hoc
exiguum lucrum per eundem Scacciam in citata ſæpius
quæſt. 5. num. 25. & ſeq. tu verò teneas, hoc lucrum exi-
gi debere à campſore de publico electo, prout taxatur
etiam publica authoritate, vt omnes præcitati Doctores
fatentur, & à campſore priuato exigendum erit, prout
arbitrio boni viri iudicabitur, vt ſuperius, verum in Re-
1281 gno Bancherotti exigebant illud, quod † paciſci, &
conueniri poterant, ſoluendum, cum campſarijs, & per-
mutationem petentibus, & in his conuentionibus con-
tinuò fraudabantur negociantes pecunijs permutandis
indigentes, ideo & meritò prohibiti fuerint.
1282 In taxa autem facienda † per bonum virum in hoc
cambio minuto, debet adhiberi non ſolum ratio impen
ſarum in quærendis parandis, & ſeruandis pecunijs, ſed
etiam alicuius lucri, eo quia non ſolum campſor debet
ſe ſeruare indemnem ab impenſis, & laboribus, ſed vlte-
1283 rius † debet aliquid lucrari Azor. inſt. moral. part. 3.
lib. 10. de camb. cap. 4. quæſt. 3. quod dupliciter proba-
tur, primo, vt homines ad exercitia, quæ reipublicæ vti-
1284 lia ſunt inuitentur, ſecundo, vt aliquid pro ſuis † fu-
turis neceſſitatibus, & pro conſanguineis, & amicis ac-
quirant, vt refert Scaccia de cōmerc. d. §. 2. gl. 3. n. 125.
1285 quodque in omni cambio procedere † ex omnium
ſententia probauit idem doctiſſimus author in §. 1. q. 7.
par. 1. nu. 44. & 45. & nos latius infra dicemus, ac com-
pendiariè probat Filliuc. vbi ſup. num. 362.

Reſtringitur tertio, non procedere in campſore de
1286 publico ſalariato, qui contentus † tantum erit de ſa-
lario ſibi aſſignato Romuald. de camb. cap. 4. ver. nota,
ſecundo, quem citat, & ſequitur Scaccia d. gloſſ. 3. num.
99. expedit enim reipublicæ, (vt idem Scaccia adnotat)
1287 vt aliqua † merces de publicis redditibus iſtis ſolua-
1288 tur, vt in Regnis † Hiſpaniarum ſancitum eſſe teſta-
tur Nauarr. in d. cap. nauiganti, num. 19.

Reſtringitur quartò ad mentem, & ad dicta Caieta.
1289 de camb. capit. 1. ſub num. 1. non procedere † inclu-
ſionem in campſore priuato, qui aliud faciat exercitiũ,
& qui ſi contingat quandoque cambire manualiter, &
& minutim nō poterit exigere quicquam pro illo cam-
bio, eo quod nullam patitur impenſam, nullumque ſu-
ſcipit laborem, ſequitur ſcientiſſimus Michael Sal. ad D.
Thom. 2. 2. poſt quæſt. 78. in diſput. de camb. quæſt. 3.
art. vnico, ſub nu. 11.

Mouentur præcitati Doctores, quia actus numeran-
1290 di † tantum adhibitus per hunc priuatum non eſt
mercenarius de per ſe, ſed gratuitus; immo dicit Caieta.
1291 ſæpe contingere minus numerare campſoré, † quam
campſarium, vnde potius campſario, quam campſori
parum numeranti deberetur merces, ſi attenderetur iſte
actus numerandi.

Contra reſtrictionem reſponderunt Azor. inſtit. mo-
ral. par. 3. lib. 10. tit. de camb. cap. 4. quæſt. 6. & Conrad.
Medin. & alij penes eundem Azor. dicentes prædi-
cta procedere circa ea, quę deberentur publico campſo-

ri

ri non ſalariato, circa expenſas, & circa laborem, ſed
1292 huic priuato debetur † lucrum, ſeu merces quædam reſpectu præcioſioris, cõmodioris, & vtilioris pecuniæ, quam idem priuatus daret, ac reſpectu induſtriç congregandi pecunias ſeruandi, & numerandi, & ratione illius obſequij ſponte ſuſcepti per priuatum campſorem in gratiam negociatorum, & campſariorum petentium diuerſas monetas raritate, pulchritudine, vel antiquitate precioſiores, quæ omnia ſunt digna mercede, quia
1293 † gratis nemo intendit obſequia, & induſtriam gerere, vt poſt Molin. latius citatis innumeris authoribus
* de receptiori, & magis communi opinione teſtatur Molſeſ. d. cap. 7. de contract. in quinta reſponſione tota, ſi-
* gnanter verò num. 30. prout de communi ante eum teſtatus fuit Molin. de contract. diſput. 499. num. 5. verſi. quoniam.

Soluitur enim motiuum Caietani dicentis actum numerationis de per ſe eſſe gratuitum, & non mercenariũ, tanquam non concludens ex variatione ſuppoſitionis dum ſuppoſita ſunt diuerſa, ob quæ debetur lucrum li-
1294 cet exiguum, eo quod vltra actum † numerationis concurrunt alia ſuperius enarrata, immo & actus nu-
1295 merationis † in ſe cõtinet obſequium ex eiſdem prænarratis, & quod ſubſequitur Caietan. dicens ſæpe contingere minus numerare campſorem, & alia, vt numero 1291. notauimus, vtique non concludit, dum campſor
1296 † tam eam pecuniam quam dat, quam illam, quam recipit numeret, & vtrumq. efficit ad petitionem campſarij, & per hoc vtrumq. numerandi actum eſſe pretio dignum; Molin. diſp. 390. num. 5. verſ. ratio autem eſt, Sed quandoque nullus numerat cum datio, & acceptio, fit per medium Banci, ideo ſufficit variatio ſuppoſitorum.

Accedit etiam, quod campſor hic priuatus numerãdo; tam in dando, quã in recipiendo, & alia exercendo circa hæc minuta cambia videtur quodammodo ceſſare ab alijs ſuis negociationib. & per hoc ſibi deberetur hoc lucrũ ceſſans, quia q. ceſſat ab vno negocio aliud fa-
1297 ciendo debetur ſibi illud lucrum ceſſans † ob hanc ſecundam negociationem, ita ſingulariter Scaccia dict. tract. de commerc. §. 1. quæſt. 1. nu. 438. verſ. quia replicando.

Reſtringitur quinto, vt non procedat concluſio, ſi
1298 per principem fuiſſet † interdictum hominibus hoc permutandi officium per cambia minuta, quo in caſu exercentes mortaliter peccarent, & tenerentur ad reſtitutionem lucri, Sot. libro 6. de iuſt. & iur. quæſt. 9. artic. 1. Lup. in d. cap. nauiganti, §. 2. num. 52. & Scaccia d. gl. 3. nu. 106. modo vt idem Scaccia extendit, & reſtringit, eundem conſulas vt in Regno, in quo facta eſt prædicta prohibitio.

Cambium reale, quod per literas exercetur, (vt inceptum ordinem non omittamus) dum ſuperius numero 1236. ſubdiuiſimus in altera duplici ſpecie conſiderato loco pro quo, & loco ex quo, redeundo itaque ad primã ſpeciem, ex qua cambium vocatur ſimplex ſine nundinis, quia ſine nundinis celebratur de vno ad alium
1299 locum vt puta † in Ciuitate Neapolis campſor dat pecuniam ad cambium ſoluendam Romæ, Romuald. Lucenſ. de camb. capitul. 7. in fine.

Cambium ideo hoc non nundinale expleri ſolet in-
1300 teruentu † trium perſonarum, & quandoque quatuor, vt infraſcriptis exemplis patet, nam & primo, Titius habens Neapolis ducatos centum, quos Romam petiturus ad negociandum vellet ſecum portare, ſed ne eos periculis ſubijciat, & laboribus, ac impenſis, dat Neapolis Seio campſori, vt ei Romæ ſoluat; vel Romæ eſſet acturus litem, aliudvè negocium, aut iturus eſſet ad aliam partem, aliumque locum vicinum, vel remotum, tum ad euitanda pericula incommoda, & expenſas, quæ fierent in actuali tranſportatione pecuniarum, tũ etiam ad euitandum iacturam, & damnum valoris monetæ, adeunt itaque in propria patria, vel in alio loco commodiori, vnde diſceſſuri ſunt, campſorem, qui in illis locis negociatur, & ei dant valorem pecuniarum, quas volunt ſibi ſolui in locis, ad quæ ituri ſunt, & capiunt literas cambij, vt adnotant Medin. in ſuis tractatibus tomo 2. de reb. per vſur. quçſit. quæſt. 5. colum. 3. verſ. pro quo aduertendum, Azor. inſtitut. moral. part. 3. libro 10. tit. de camb. capitul. 5. quæſtio. 1. verſicul. accedit. Molin. de contract. diſput. 403. Scaccia de commerc. & camb. in ſæpius citata quæſt. 5. nu. 36. ac cæteri alij, quos ſciens omitto; in hoc verò exemplo duæ tantum interueniunt perſonæ.

1301 Secundò, Titius habens Neapolis † ducatos mille intendit illos remittere Romæ ſoluendos Fabio, adit Antonium mercatorem, eidemque numerat dictos mille, vt eorum valutam ſolui faciat Romæ prædicto Fabio, à Siluestro; in hoc quatuor interueniunt perſonæ.

1302 Tertiò ſi Raguſeus quidam † onuſta Naui nonnullis mercibus Hiſpaniam petijt, & venditis ibi mercibus, rediturus Raguſam, vbi moneta Hiſpanica non eſt tanti valoris, & dato quod eiuſdem eſſet valoris in tranſportatione tamen ſubiret aliqua pericula, & incommoda ex ſuperius relatis, deſiderat per hoc cambire receptã monetam in Hiſpania, pro Raguſa, Hiſpanus èconuerſo habet eandem pecuniæ, vel maiorem quantitatem Raguſæ aliquo modo, vel quauis cauſa ſibi peruentam, & ideo eundem cambiendi deſiderium habens, motus eiſdem rationibus, aut alijs, vterque tamen iſtorum audito reciproco deſiderio, & agnita communi vtilitate, cambiant ad inuicem, literis de cambio mediantibus, ſeruata commutationis æqualitate, vel conuentione inter eos facta, ita exemplificat Scaccia d. quæſt. 5. numer. 37. & 38. ac non diſſimiliter ante eum Boninſegn. de camb. cap. 2.

1303 Quartò ſi Lælius habens † centum Romæ adit campſorem Neapolis, dicens velle cambire dictos centum ſoluendos de valuta ſibi in eadem ciuitate Neapolis, & campſor recepto lucro ſoluit, & Lælius conſignat literas cambij Fabio campſori directas Auguſtino degenti Romæ.

1304 Quintò ſi Inuictiſſimus, † & Catholicus noſter Monarcha, p militari expeditione aduerſus Hereticos indigeat Mediolani, aut alibi, vt puta apud Belgas, & Sicãbros, decem mi lionibus, duo, aut tres ex ditioribus Ianuenſibus negociatoribus audita Regis intentione adeunt eius miniſtros, eiſque offerunt ſe prædictam totam ſummam in certis locis, & certis temporibus ſoluturos, & èconuerſo Rex eiſdem Ianuenſibus promittit mediantibus literis certis temporibus, & locis Hiſpaniarum, ſoluere pretium, & valutam dictorum milionum, quibus literis mandat officialibus, & miniſtris dictorum locorum, vt eis aſſignent, & ſolui ſuis temporibus faciãt dictam ſummam, breuiter, & pauca ex his colligit, ſed ſatis doctè Filliuccius in citata tractatione 35. capit. 6. num. 379.

Cambium idcirco exemplificatum in primo, ſecundo,

do, tertio, & quarto, exemplis, dicitur reale vtiliſſimum
1305 neceſſarium, & iuſtum, † vt poſt Bald. Salicet. Iaſ. Io. de Anan. & infinitos, quos probat Scaccia de commerc. §. 1. quæſt. 7. par. 1. nu. 41. cum innumer. ſequent. reiectis contrarijs, hanc etiam receptam opinionem firmarunt Medin. in ſuperius citato loco, & verſ. quibus præmiſſis, ac quæſt. 9. ver. dicitur aliud, Sot. de iuſtit. & iure, lib. 6. quæſt. 8. artic. 2. poſt 5. concluſionem, Fabian. de camb. par. 1. num. 5. & par. 2. cap. 4. num. 53. in fin. Nauarr. & alij, quos congerit Boninſegn. de camb. cap. 2. & alij relati per Scacciam d. quæſt. 7. & quæſt. 5. num. 30. probantq. vtique Molin. d. diſput. 403. & Molfeſ. d. c. 7. de contract. in 6. reſponſione, quorum receptiſſimam eſſe opinionem, non erit dubitandum.

Supponunt, & expreſsè dicunt præcitati Doctores, li-
1306 citum eſſe † campſori recipere incremētum ob cambia enarrata de vno ad alium locum, prout eſt ſolitum inter mercatores campſores recipi, & vulgariter dicitur, (*conforme la piazza,*) quod licito iure exigitur ratione formalis, aut virtualis tranſportationis pecuniæ de vno ad alium locum, habita ratione diſtantiæ periculorum, laborum, expenſarum, & ſalariorum miniſtrorum, diuerſi valoris pecuniæ, ac aliarum circumſtantiarum vtputa inopiæ pecuniæ in vno dictorum locorum, & quāplurimarum aliarum cauſarum, & rationum, quas articulo ſingulariter diſcuſſo contrarijs ſolutis, congerunt, & probant Molina dicta diſputat. 403. num. 5. & ſequē. & Scaccia d. quæſt. 7. par. 1. num. 41. cum infinitis ſeqq. vbi de receptiſſima opinione, ac vt inferius num. 1309. communi Filliuc. vbi ſup. nu. 380. & 381.

Nec refert quæſtio illa, quæ in Hiſpaniarum Regnis annis elapſis ſucceſſit relata per Molfeſ. in citata 6. re-
1307 ſponſione, dum fuit dictum † hoc cambium de loco ad locum eſſe illicitum, & vſurarium tamquam mutuum palliatum, cum re vera campſor illud exercens non transferat pecuniam de loco ad locum, ſed potius campſarius expenſis proprijs ſuam transfert pecuniam, campſor autem literas tantum transfert, ideo palliatum mutuum iudicandum.

Quia ex communi omnium Doctorum opinione ſufficit campſorem moraliter, & virtualiter prudentum æ-
1308 ſtimatione pecuniam transferre, † quamuis realiter non transferat, & induſtriæ eiuſdem campſoris ſat eſt reperiri pecuniam paratam deſtinatæ ſolutioni in loco, quæ omnia ſunt pretio æſtimabilia, vt ex omnium reſolutione reſpondent Molfeſ. loco citato num. 32. & 33. & elegantius more ſuo Molin. d. diſput. 403. numero 5. ſatis enim iniuſtum iudicaretur, campſorem priuari lucris, tantis ſuis periculis fallendi, & induſtrijs quæſitis.

1309 Iudicandum itaque erit cambium hoc † omninò licitum, & iuſtum, vt teſtantur Nauarr. in d. cap. nauigāti, num. 21. ver. 15. & latius Azor. inſtit. moral. parte 3. lib. 10. de camb. cap. 5. quæſt. 5. in fine Laurent. Rodulf. D. Antonin. Hieron. de Lucca, Boninſegn. Fabia. Genu. Michael Sal. & alij, quos probat Scaccia dicens horum receptiſſimam opinionem d. quæſt. 7. par. 2. ampliat. 7. ac nouiſſimè probatur Pij V. citata conſtitutione, &
1310 propterea licitè † exigitur, quod communi mercatorum æſtimatione ſolitū eſt recipi, nullo exceſſu adhibito Molfeſ. d. cap. 7. in 12. reſponſ. & ſic illud quod exigitur, (*conforme corre la piazza,*) vt adnotat Scaccia citata quæſt. 7. par. 1. num. 43.

Dubitatur tamen an predicta procedant ſi cambium
1311 † celebratur de vno loco ad alium locum in eadem prouincia eodemq. Regno, vt puta ſi campſor dederit Neapolis vt reciperet Capuæ, aut ſi dederit Luceriæ, vt reciperet in alia vicina ciuitate.

1312 Et non procedere dixerunt † Sot. lib. 6. de iuſt. & iur. quæſt. 13. art. 1. concl. 2. Nauar. in d. cap. nauiganti, numero 8. 28. & 30. & in Manuali confeſſ. cap. 17. ſub num. 289. ac Lupus in eodem citato c. nauiganti, num. 70. & 72. §. 2. illis rationibus, quia data vicinitate, non cōcurrunt circumſtantiæ diuerſi valoris monetæ, inopiæ, laborum, expenſarum, & aliarum, & lucrum hoc reciperetur de tempore ad tempus.

1313 Contra hos reſpondit † Sigiſm. Scaccia, de commer. citata quæſt. 7. par. 3. limit. 11. numer. 6. 7. & ſeq. dicens eos confusè fuiſſe loquutos, & per hoc duos diſtinguit caſus, quorum primum dicit, quando cambium eſt verum, & reale, & pretium, ſeu lucrum quod exigitur eſt iuſtum, quia proportionatum eſt loci diſtantiæ ſecundū communem taxam, & ſic habet iuſtitiam commutatiuam, quo in caſu concludit, cambium eſſe licitum, ſiue ſit inter loca diuerſarum prouinciarum ſiue inter loca eiuſdem prouinciæ, & in hoc caſu concordare Sot. Nau. & Lup. in proximè citatis locis, dicit, ac omnes Doctor. prout ex Azor. ibid. allegato teſtatur.

Comprobat demum hunc primum caſum, eo quod
1314 in cambio † minuto per indubitatas regulas concluſum ſuperius eſt, licitè exigi mercedem, & lucrum de pecunia permutata præſenti cum præſenti in eodem loco, in quo fit cambium, ideo idem iudicādum erit in cambio de vno ad alium locum, eo quia nulla diuerſitatis ratio aſſignari poterit, dum in vtroque cambio conſiderantur rationes obſequij vtilitatis reipublicæ in conquirendis, parandiſq. pecunijs, & fortius ego addo in tranſportandis, licet virtualiter, pecunijs de vno loco ad alium, quæ ratio non tantum militat in cambio minuto, ideo difficultas remaēt tantum in tanto, aut quanto pretio, ſed non in pretio.

Secundum conſiderat caſum, Scaccia, vt puta quādo
1315 pretium cambij † eſt iniuſtum, & nullatenus proportionatum loci diſtantiæ, & multo magis quando diſſimulatur loci diſtantia ad augēdum pretium, quo in caſu cambium eſt illicitum, quamuis fieret inter loca diuerſarum prouinciarum, aut diuerſorum Regnorum, & in hoc caſu nullus ex noſtratibus contradicit.

Alij autem aliter diſtinguūt, nam aut campſor prius recipit pecuniam, & poſtea dat in loco deſtinato, & tūc
1316 licitè † procedere cambium etiam inter loca eiuſdē prouinciæ firmant, eo quod in iſto cambio vix vſuræ fraus exerceri poteſt, vt adnotant Nauarr. in d. c. nauiganti, num. 28. Lup. eod. c. num. 72. Azor. inſtit. moral. ca. 5. queſt. 6. ſuperius citata, & idem Nauar. in manual. confeſſor. cap. 17. ſub num. 290. quod adeo verum eſt, vt ſi in regno eſſet promulgata pragmatica, ex qua pro-
1317 hiberetur † lucrum accipi ex cambijs faciendis intra loca eiuſdem Regni, vt in Hiſpaniarum Regnis adeſt, de qua mentionem faciunt Nauar. Molin. & alij Hiſpani, tunc pragmatica comprehenderet cambium tantum, in
1318 quo campſor † prius dat, & poſtea recipit, eo quod in huiuſmodi cambio frequenter vſura palliari poterit, non autem comprehenderet cambium, in quo cāpſor prius recipit, & poſtea dat, cum in hoc caſu ceſſet omnis fraus Nau. & alij ſupracitati.

1319 Aut autem vt diximus campſor † prius dat, & demū recipit, & tunc, quia ſolet in huiuſmodi vſura palliari, nullo iure procedit cambium inter loca eiuſdem prouin-

uinciæ, ita Doctor. præcitati, quodque videntur ſentire etiam Molin.d.diſputat.405.num.5.ver. Nauarr. locis citatis,& Scaccia d.limit.11.nu.9. & expreſſius ſecum
1320 cambium † dicunt omnes Doctores citati per Scacciam de commerc.§.1.quæſt.7.part.1.num.20.ac clarius Rodericus de Annuis reddit.lib.3.q.5.nu.17.verſi. ex quo infertur.

Ego verò dico omninò inutilem eſſe hanc diſtinctio-
* nem, eo quod ex magis communi Doctor. reſolutione
1321 idem iudicium datur † quando campſor prius dat, quam quando prius recipit, vt articulo latè diſcuſſo de
* magis communi opinione teſtatur Molina de contract. diſput.404.num.1.ſequuntur Leſſ.de iuſt.& iur. libr.2. cap.23.de camb.dubit.3. & 4. ac Scaccia de commerc. §.1.quæſt.7. part.1. num.5. & 90. quia in vtroque caſu vniformes ſunt rationes, vt penes citatos Doctores eſt videre, & ſi præcitati Doctores loquantur, quando fit
1322 cambium † inter loca diuerſorum Regnorum,tamē ego non video diuerſitatis rationem inter hos duos caſus, & vt ſcripta hæc percipiantur etiam per imperitos confeſſarios,deſignabo vtrumq. caſum.

1323 Primus caſus,quando campſor † prius recipit,& demum dat,erit, ſi Fabius campſor reciperet à Lelio campſario in Ciuitate Neapolis centum, quorum valutam mediantibus literis cambij mandaſſet ſoluendam Romæ præfato campſori.

1324 Secundus caſus,erit,ſi Fabius† campſor conſignaſſet Lælio campſario Neapolis centum recepturus valutam ipſorum, mediantibus literis cambij, Romæ.

* Dicunt itaque communiter Doctores in vtroq. præ-
1325 dicto caſu campſorem † recipientem , aut dantem prius poſſe licitè exigere lucrum, & incrementum, quia obſequia, pecuniæ tranſportatio virtualis, & aliæ ſuperius enarratæ circumſtantiæ in vtroque caſu,in conſideratione veniunt, vt latè docent Molina, Leſſ.& Scaccia ſuperius citati,nam ſi campſor prius recipiat, & demum det, & ſic in terminis primi caſus, nonne Doctores conſiderarunt æſtimationem, virtualis trāſportationis, obſequij,& diuerſi valoris pecuniæ,ac aliarum circumſtātiarum enarratarum ſupra num.1306. & 1308. & plenius relatarum per Molin. Leſſ.& Scacciam locis citatis.
1326 Sin autem Campſor prius † det,quam recipiat, & ſic in terminis ſecundi caſus , tunc liberat eum ab onere illam transferendi , & tranſportandi Roma Neapolim , & pecunia Lælij campſarij abſens, facto Fabij campſoris facta eſt præſens,& per hoc liberata à periculo,quod ſæpius, & communiter euenire ſolet in tranſportatione facienda de vno ad alium locum,ideo ex talibus conditionibus, ſcilicet prædictæ virtualis translactionis pecuniæ , & quod pecunia prædicta abſens facta præſens
1327 induſtria Fabij campſoris , minoris idcirco † valoris æſtimatur,vt docet Leſſ.d.dubit.4. ſub.num.31. immo ex his , & ex alijs ſingulariter notatis maiori gratia hoc in caſu agere campſorem,dixit Moli.d diſput.405.quia dat prius,quam recompenſationem accipiat,& alijs etiā cauſis,& rationibus, quas congerunt Io. Azor. inſtitut. moral.par.3.lib.10.titul.de camb.cap.7. verſ.at cæteri, & verſ.ſequent.& latius Scaccia d.tract. de commerc.§. 1.quæſt.1.num.425.& 426.ac iterum, §.eodem quæſt. 7.par.2.ampliat.10. nu.107. quamuis in cambio locorum diuerſarum prouinciarum loquantur dum generaliter loquuntur exemplis ſic figuratis.

Idcirco ſi cambium fiat inter loca eiuſdem Regni,
1328 eaſdem † recipit deciſiones etiam ſi campſor prius dabit , quam recipiat , eo quod nulla diuerſitatis ratio conſiderari poterit inter loca eiuſdem Regni,aut diuerſorum in caſu ſecundi exempli,quia diſtantia tanta, vel
1329 non tanta,non parit † diuerſitatem facti,ſed tantum parit maiorem,aut minorem ſumptum,vel induſtriam,
1330 & cum hoc cambium ſit reale , per accidens † ſe habet diſtantia locorum,ſi ſeruatur æqualitas iuſti lucri,vt adnotat Molſeſ. d.cap.7. tit. de cambio in eadem prouincia,qui indiſtinctè loquitur non facta caſuum prædictorum diſtinctione,nihil enim dicit conſiderandum eſſe, niſi paruitas precij data loci diſtantia non tanta , ita d.tit.num.94.

Quæ noſtra receptiſſima opinio adeo vera eſt,& difficultatem nullam habet,cum Leſſius,vir ſua tempeſta-
1331 te ſcientiſſimus † procedendo indiſtinctè per hæc verba decidit articulum,nempe,in dict.cap.23.titul. de camb.dubitat.4.ſub num.33. dicens; ſecundo poſſe lucrari campſorem, etiam ſi det ad locum intra idem Regnum , attamen ſi Leſſius intelligendus erit ſecundum Doctores , quos allegat , dico inſuper , vt amaritudines omnes tollantur diſtinctionem prioritatis acceptionis ,
1332 aut dationis in campſore, † à nemine inter loca eiuſdem Regni eſſe factam,eo quod,vt eſt videre penes Molin.d.diſput.405.num.5.& penes Molſeſ. d.tit.de cambio in eadem prouincia; ac penes alios ibidē allegatos , deciditur articulus hac diſtinctione nequaquam adhibita,immo Nauarr.in d.c.nauiganti,pro contraria opinione adductus dicit æſtimandum venire lucrum cam-
1333 bij † tantum, vt magis tenue exigatur in cambijs factis inter loca eiuſdem prouinciæ , nam data iuſtitia lucri exigendi illud recipitur pro cambio inter quęcunque loca celebrato inſpectis cauſis,quæ illum legitimant, ita Nau.vbi ſup.n.28. quem ſequitur Lupus in eod.c.n.72. §.2.verſic.ſed aduertendum,quamuis hic etiam in contrarium adducatur;& ita intelligi debere Sotum vtique in contrarium allegatum teſtatur Lupus vbi ſupra verſ. & licet, quem loquutum fuiſſe, quando campſor
1334 † exegiſſet idem lucrum , quod exegerit in cambio inter loca diuerſarum prouinciarum facto teſtatur idē Lupus vbi ſupra,nec debilitatur noſtra concluſio ob diſtinctionem eandem, qua vſus fuit Nauar. locis citatis, eo quod diſtinctio prædicta eſt extra caſum huius concluſionis,poſtquam Nauar. Lupus, Molina,& alij idem ſectantes , loquuntur quando per legem localem eſſet
1335 prohibitum cambium inter loca † eiuſdem Regni, quo in caſu Nauarr.ſingulariter dicit legem non procedere,quādo campſor prius accipiet, quam dederit,quia nulla hoc in caſu poterit eſſe fraudis ſuſpicio , ex his enim dictis nullo modo ſequitur, cambium , in quo campſor prius det, nulla lege prohibitiua exiſtente ; eſſe vſurarium in locis eiuſdem prouinciæ , quia Na-
1336 uarr. & alij præcitati Doctores, & præcipuè Molin. dict.diſput.405. numer.5. verſ.quamuis, dicunt ex natura rei hoc non eſſe illicitum,idemq. clarius, Lupus,d. verſ.& licet , num.72. & cum ita ſit quod nullus ex noſtratibus hanc diſtinctionem circa dationem , aut rece-
1337 ptionem prius per campſorem † faciendam in cambijs,quæ inter loca eiuſdem Regni fiunt,teneat,in 2.exēplo,ſeu caſu ſup.num.1324.per nos exemplificato hanc noſtram receptiſſimam,& à nemine controuerſam opi-
* nionem probat,& pro indubitata eam refert Azor.inſt. moral.par.3.lib.10.titulo de camb.ca.6.quæſt.4.quem refert,& ſequitur Scaccia d.limit.11. nu.7. verſ.primus
1338 caſus , at in Regno cōmuniter fiunt † de vna ad aliā

ciui-

ciuitatem indiſtinctè cum exactione cambij, vt dicitur
conforme corre la piazza, ſic illud lucrum æſtimatum
per probos mercatorum cōſules, vt proſequitur Molfeſ.
citato titulo.
1339 Sed quod valeat cambium † non ſolum inter loca
eiuſdem Regni, ſed in eodem, & vno loco per viam iuſti
recambij inferius in cambio cum recurſa dicetur.
Cambium enim exemplificatum in 5. exemplo ſupra
1340 num. 1304. licitum eſſe † tanquam omninò reale, ac
ex omni parte iuſtum, quamuis campſores in hoc cam-
bio prius dent, quam accipiant, eo quod dare vel acci-
pere prius idem iudicium obtinent in cambio, modo, vt
ſuperius num. 1321. probauimus. Solet enim hoc cam-
bium, quod Hiſpani vocant aſſientos, Itali vero parti-
1341 tum, celebrari † à ditiſſimis mercatoribus, & ſi-
gnanter à Ianuenſibus cum inuictiſſimo Rege noſtro,
vt ſcribit Michael Sal. ad D. Thom. 2. 2. quæſt. 78. artic.
2. controuerſ. 9. ſub num. 11. dicitur idcirco hoc cam-
1342 bium iuſtum, † habita ratione expenſarum laboris
periculi, & aliorum onerum iuſta communem fori æſti-
mationem, Scaccia in ſæpius citata quæſt. 5. num. 39. &
nos ſupra ſatis demonſtrauimus in præcitatis alijs
exemplis.
Secus tamen erit ſi ea lege hoc cambium celebrare-
tur, vt pro quolibet centenario ſoluantur viginti, aut 25.
ſub titulo lucri ceſſantis, vltra capitale, quia tunc Ianuē-
ſes vſurariè agerent, vt adnotat Sal. loco citato, & refert
1343 Scaccia vt ſupra, tu autem † hoc intelligas procede-
re prout nos declarabimus infra in explanatione cam-
bij ſicci.
Cambium autem nundinale diuiſum ſupra, numero
1238. 1239. & 1240. dicitur nundinale, quia pluribus
1344 modis celebratur † in nundinis, nempe ab vnis nun-
dinis ad alias, in eodem loco, puta Salerni, aut Luceriæ,
in quibus plures celebrantur nundinæ, ſecundo ab vnis
nundinis ad alias Nundinas in alio loco celebrandas,
veluti de nundinis Salerni, ad nundinas Auerſanas, ter-
tio ab vno loco, in quo non fiunt Nundinæ ad locum,
in quo fiunt puta de Terra Balneoli, ad nundinas Saler-
nitanas; Quartò è contra, à nundinis vnius loci ad aliū
locum, in quo Nundinæ non fiunt, prout adnotant Silu.
Reginal. Megal. & alij penes Molfeſ. de contract. d. cap.
7. num. 38. in 7. reſponſione.
1345 Quomodo, & qualiter cambium hoc † differat à
cambio non nundinali ſuperius explicato, qualiterque
cum eo conueniat, videndum penes, Scacciam d. quæſt.
5. numero 45. cum multis ſequent. At Nundinæ quare
ſic vocentur quomodo, & quo ordine celebrentur,
1346 † quando, & quo iure prorogentur, & alia ad hanc
1347 materiam † pertinentia latiſſimè poſt alios habetur
penes Sigiſmund. Scacciam de commerc. §. ſecundo, gl.
quarta, tota, & aliqua penes Molfeſ. dict. capitul. ſepti-
mo, in præcitata ſeptima reſponſione, numero 35. & ſe-
quent.
Sed redeundo ad inceptum ordinem & ad proprium
1348 noſtrū inſtitutum, in cambio iſto Nundinali † exi-
gitur lucrum, prout per bonos mercatores, & nego-
ciantes peritos in hac arte declaratum eſt, conſiderato
lucro ceſſante, & damno emergente cum debitis cir-
cunſtantijs ex natura negocij, & cābij conſiderandis;
& per hæc omnia exactio fit, vt vulgariter dicitur, &
diximus, *come corre la piazza*, ita Molfeſ. d. 7. reſponſio-
1349 ne, num. 38. in fine.
Verum quia diuiſimus hoc cambium in octo ſpecie-
bus, vt ſuperius numero 1240. notauimus, ideo vt or-
1350 dinatè procedamus, dico cambium † hoc nundina-
le attentis omnibus prædictis ſpeciebus, dicitur reale
licitum, & iuſtum, & per omnes conſtitutiones appro-
batum, vt penes inferius allegandos authores habetur,
ideo vt eius omnes qualitates percipiantur, explanabo
per ordinem omnes prænotatas ſpecies, quarum illa
1351 primo loco explicabitur ſcilicet cambiū *al cōto*, quod
illud dicitur, quod fit pretio, quo initio celebranda-
rum nundinarum imponitur ſcuto de marchis, & pre-
1352 tium imponitur † per Conſules, & Magiſtratus ſi-
ſtentes in Ciuitatibus, vbi hæc cambia exercentur, & in
nundinis, vt adnotant Cauat. de camb. in præludijs, &
Romual. col. de camb. cap. 16. ideo dicitur *al conto*, quia
valor ſcutorum, & marcharum in loco vbi celebratur
cambium, attenta taxa facta per Conſules in dict. loco,
& attenta taxa in Nundinis facta, in quibus literæ cam-
bij diriguntur, data diuerſitate valoris, & taxæ, fit com-
putum, & ſeruatis taxis fiunt literæ cambij, & per hoc
dicitur cambium *al conto*, vt latius Scaccia citata quæſt.
quinta, numero 53. 54. & 55. cum ſequent. poſt alios,
quos citat, vbi etiam adnotat, quod ex pretio æſtima-
to fit aliud cambium, ſi campſor velit, & in hac æſti-
1353 matione † attendi morem cuiuslibet ciuitatis, &
loci, eo quod in Ciuitate Neapolis dantur, ducati 130.
plures paucioreſve pro Scutis centum de marchis, & in
1354 alijs locis alio modo, † vt per eum in ſequent. num.
ecce quomodo euidenter apparet hoc cambium eſſe
realiſſimum, & iuſtiſſimum poſtquam lucrum exigen-
1355 dum exigitur ſeruata forma taxarum † per bonos
viros, ad hoc de publico electos, (qui ſunt Conſules,)
factarum; in quo omnes Doctores vtriuſque ſcholæ
conueniunt dicentes cambium hoc eſſe iuſtiſſimum, &
nemo diſſentit, vt latius declarabitur inferius nu. 1403.
cum ſequent. & num. 1432. & ſeq.
1356 Cambium, *al prezzo corrente*, dicitur illud † de quo
cambientes conueniunt poſt declaratum pretium per
Magiſtratum in initio Nundinarum, vt Cauat. adnotat
in præludijs de camb. ver. reſpondeo, & conueniunt ha-
bito ſemper reſpectu ad illud pretium declaratum; nec
diſcedunt ab illo, niſi in aliquo minimo, & hoc dimi-
nutū ſic pretium conuenitur cum campſarijs diuitibus
1357 dictis vulgariter, *dette buone*, & campſores † facilius
dant cambio cum minori lucro campſarijs ditioribus,
1358 quia vtilius erit eis habere debitores ſecuros † in ſcu-
tis mille, quam ægenos in ſcutis mille, & quinquagin-
ta, vt aduertit Scaccia dict. quæſtio. quinta, numero ſe-
ptuageſimo, & hoc cambium cum exactione lucri mi-
1359 noris à fortiori dicitur reale, † & iuſtum vt inferius
dict. numero 1403. dicetur latiſſimè, & ſpecificè, nu-
mero 1439.
1360 Cambium nundinale liberum † dicitur illud, in quo
campſarius, qui accipit cambio committit per literas
cambij ſuo correſpondenti, vel alteri mandatario, quod
ſoluat, & proinde campſor, qui dedit cambio ſperat
ſolutionem in nundinis, ſolitum enim eſt in formula
harum literarum contineri quatuor perſonas, nempe
campſoris, qui dat, campſarij, qui accipit, & vtriuſque
mandatarij, veluti illius, qui in nundinis ſoluit literas
de ordine campſarij, & illius, qui de ordine campſoris
recipit ſolutionem, ac & ſolitum eſt contineri tres, aut
duas, tantum & ſic campſoris & campſarij vt adno-
tant, & docent Romuald. de col. de camb. capitul. deci-
mo, & Scaccia dict. quæſtio. quinta, citatis ſequent. nu-
mer.

1362 mer. ideo literæ cambij confici debent † ſeruato numero perſonarum, quæ interuenire debent, ad hoc vt literæ dictæ *d'auuiſo*, quæ fiunt per campſorem dantem cambio, ſcribantur mandatario recipere debenti ſolutionem in Nundinis, cui mittuntur etiam literæ cambij, formiter fiant, quæ literæ vocantur *d'auuiſo con la rimeſſa*, quorum omnium literarum forma habetur penes Scacciam citato loco numero 77. & in ſuperioribus numer. Nec non
1363 & ſolent fieri aliæ literæ † *d'auuiſo*, per campſarium recipientem cambio, directæ ei, cui diriguntur in Nundinis literæ cambij, vt ſolutionem faciat mandatario campſoris, vt Scaccia dict. quæſtio, quinta, numero 78. Lupus in ſæpius citato capitulo nauiganti, §. ſecundo, ſub numero.... Boninſegn. de camb. capit. quarto, Rot. Gen. & alij relati per Gammam deciſio. 336. & Scacciam citato loco.

1364 Demum hæ literæ cambij duplicantur, † aut triplicantur ad libitum, & quælibet conficitur per eadem verba, præterquam quod in vna dicitur *per queſta prima*, in alia, *per queſta ſeconda*, & ſic deinceps ſi plures fierent, aut in omnibus dici, *pagate per vna volta ſola*: & omnes iſtæ literæ conſignantur campſori, qui dedit cambio, vt caſu quo primæ deperderentur, aliæ præſentari valeant, notat Scaccia dict. loco, & §. ſecundo, gloſſa ſexta, numero ſecundo, qualiter deinde no-
1365 tentur † omnes præcitatæ literæ in libris campſorum, & mercatorum habetur penes eundem Scacciam d. quæſt. 5. numero 82.

1366 Et quia lucrum huiuſmodi † cambij exigitur, *conforme la piazza*, eſt realiſſimum, & ex omni ſui parte licitum, & iuſtum, & ex præcitatis Doctoribus eſt videre, & patet omnibus, eo quod iſtud cambium differt ab illis *al conto, & al prezzo corrente*, niſi in interuentu plurium perſonarum, aut non plurium, & ideo dicitur liberum, ſed de iuſtitia huius cambij dicetur, num. 1403. & 1440. ſpecificè probabitur.

Cambium verò non liberum ex relatis per Nauar. conſil. trigeſimoprimo, libro quinto, de vſur. ſubdiuidi-
1367 tur in triplici ſpecie † cambij, ex quibus, vnum cambium dicitur, *con recapitar le letere ſopra il datore*, ſecundum dicitur, *con le contationi*, tertium *con la ri-*
1368 *corſa*, & illud primum dicitur, quando † accipiens cambio, rogat dantem, vt committat correſpondenti eiuſdem dantis, quod ſoluat ſibiipſi correſpondenti
1369 literas cambij, ſecundum differt † à præcedenti in ea ſola qualitate, quia in primo is, qui accipit cambio ſoluit vnam prouiſionem dicto correſpondenti, at in iſto ſecundo ſoluit duas prouiſiones, vnam ſcilicet correſpondenti, aliam verò campſori danti ad cambium;
1370 tertium, *con la ricorſa*, differt etiam à primo † in hoc ſolo, nam in primo is, qui accipit cambio rogat dantem vt ipſimet faciat ſupra ſe literas cambij, at in hoc is, qui dat non obligatur ad prædicta, niſi recipiens obligetur trahere pecunias à correſpondente dantis,
1371 † vt Nauar. vbi ſup. dicens didiciſſe hanc practicam à mercatoribus.

Sigiſmund. Scaccia dict. quæſtio. quinta, numero 83. relata hac praxi, demum verſic. ſed tota, dicit do-
1372 ctrinam, † & praxim hanc, Nauarri confuſam partim, partimque damnabilem, confuſam dum Nauarr. nititur probare, ſeu declarare qua ratione ex cambio, *con le contationi*, recipiatur duplex prouiſio, & damnabilem, quia omnes mercatores damnant duplicis prouiſionis exactionem ex pleniſſimè notatis per eundem Scacciam in eodem tractat. de commerc. §. tertio, gloſſ. quarta, numero decimoquarto, & ſequent. ac ex communi Doctorum ſententia, damna-
1373 tur cambium, † *con la ricorſa*, in quo debitor obligatur trahere in dantem, ſeu eius correſpondentem, vt idem Scaccia eodem tractat. §. primo, quæſtio. ſeptima, parte tertia, limitatio. decimaquinta, finaliter dicit ſuperfluam eſſe hanc Nauarri ſubdiuiſionem,
1374 quia ſolutio † vnius, aut duplicis prouiſionis non diuerſificat cambium *con la ricorſa*, nam vel campſor ſibiipſi ſoluat, vel recipiens, ſemper dicitur hoc cam-
1375 bium non liberum, *con la ricorſa*, ideo reiecta † hac triplici ſpecie cambij non liberi relata per Nauarr. & ſuppoſita vna tantum, quæ dicitur *con la ricorſa*, illa infraſcripto modo declaratur.

1376 At ego dico bene fuiſſe notatum † Nauarrum virum alioquin ſcientiſſimum ab altero eruditiſſimo quidem, & doctiſſimo Scaccia, quia vltra confuſionem, & ſuperfluitatem ſatis euidentem, omnes vident damnabilitatem eius doctrinæ: nam in hoc cambio, ſeu re-
1377 cambio nunquam licitè † admittitur duarum prouiſionum ſolutio etiam data conuentione, dum prouiſio quando debetur ea taxatur ſeruata veritate laboris
1378 expenſarum, & periculi † ad communem praxim, iuxta notata in l. fructus, vbi præſertim Barboſ. ff. ſolut. matrim. & nonnullis adductis probat Natta conſilio 370. numero ſexto, volum. ſecundo, & taxato iuſto lucro cambij *conforme la piazza*, in taxa includitur ſolutio prouiſionis ſemel tantum, de alia demum prouiſione non tractandum, poſtquam in iſto cambio reliqua
1379 † recambia, quæ fiunt, nullum laborem, nullaſque expenſas continent, ſed finguntur modo, vt aptius declarat Molfeſ. de contract. ſæpius citato capit. ſeptimo, titul. de prouiſion. famulorum, numero 111. & 112. de-
1380 nique obligatio debitoris † ad trahendum in creditorem, ſeu in eius correſpondentem literarum ſolutionem cum ſumptu, eſt omninò vſuraria, & illicita, eo quod augent exactionem lucri ob illum ſumptum, & omnia onera reſtringentia libertatem debitoris ſunt
1381 † pretio æſtimabilia, & augent ſortem ideo damnata à Doctor. vtriuſque paginæ, vt notatur per Canoniſtas in ſæpius citato capit. nauiganti, de vſur. & latè proſequuntur Molin. de contract. diſputat. 318. & in terminis noſtris Sot. de iuſtit. & iur. libro ſexto, quæſtio. 13. articul. primo, concluſio. tertia, Leſſius de iuſtit. & iur. libro ſecundo, capit. 23. ſub numero 62. Azor. inſtitut. moral. libro decimo, parte tertia, titul. de camb. capitulo nono, quæſtio. quinta, & Romual. Col. de camb. capit. 21. verſus finem.

Redeundo ad propoſitum inſtitutum noſtrum ex traditis per Scacciam Molfeſ. & omnes nouiſſimos,
1382 dupliciter † celebratur hoc cambium, *con la ricorſa*, vno modo ſupponendo, Fabium eſſe campſorem dantem cambio, & Vincentium eſſe campſarium recipientem cambio, qui Fabius dat Vincentio ad cambium Neapolis pro Nundinis Luceriæ, & Vincentius debitor ſcribit literas cambij ſoluendas in Nundinis prædictis Fabio campſori, quamuis vterq. ſit Neapolis, & dantur literæ cambij, & *d'auuiſo*, dicto creditori etiam Neapolis; hac forma videlicet ſeruata.

1623. à 6. di Luglio in Napoli ducati mille.

1383 *A' pagamenti† di fiera proſſima di Santi in Luceria, pagate per queſta prima di cambio a voi ſteſſo ducati mille per la valuta hauuta di contanti dal voſtro Fabio ponete a mio conto, à Dio.*

Vincentio

inſcriptio verò à tergo,

a Fabio

Luceria.

1384 Deinde ponitur formula † literarum dictarum *d'auuiſo*, quas idem Vincentius, qui acceperit cambio Neapolis ſcribit eidem Fabio, qui dedit cambio, eaſque conſignat etiam Neapolis, vt dictum fuit.

1623. à 6. di Luglio in Napoli.

Magnifico honor. come vedrete per mie di Cambio, vi hò tratto ducati mille in voi, conti con il voſtro Fabio, ſarete contento pagarli, darmene debito, & con voſtre ſpeſe valeruene di qua da me, che le compirò, Dio vi guardi.

Vincentio

a Fabio

Luceria.

1385 Inſuper fiunt literæ reſponſiuæ † per Fabium creditorem ad proximè præcedentes, qui Fabius mandat dicto Vincentio debitori, vt ſoluat ſibimet Fabio Neapolis exiſtenti, & hæc erit forma.

1623. à 5. di Decembre in Luceria.

Magnifico honor. per riſpoſta della voſtra hauuta in queſta fiera di Santi, dico hauer pagato li ducati mille, che mi hauete tratto, datonene debito, & contracredito di ducati, &c. che vi ho tratto à ragione di &c. per il cambio, nel noſtro Fabio, li pagarete ſaldandone il conto, che con le ſpeſe trouarete ſtar giuſto, a Dio.

Fabio

a Vincentio

Napoli.

1386 Dictiones † illæ &c. poſitæ in proxima relata formula continent pretium cambij, & expenſas ſeruata forma taxæ *conforme la piazza.*

1387 Finaliter Fabius facit alias literas † cambij, quas idem Fabius in vim ordinis ſibi dati à Vincentio debitore, pro quo ſoluit ſibimetipſi, & has literas ſcribit Fabius dicto ſuo debitori, vt ſoluat ipſimet Fabio Neapolis exiſtenti, & eaſdem literas non dat Vincentio ſed penes ſe retinet, qui poſtmodum præſentat Vincentio, vt ſoluat, & hæc eſt formula.

1623. 2. di Genaro in Luceria.

A' 23. di Febraro pagate per queſta prima di cambio al noſtro Fabio ducati mille &c. conforme alla commune piazza, valuta contanti, & ponete a conto voſtro, a Dio.

Fabio

a Vincentio

Napoli.

Dictio illa cetera vt diximus, continebit iuſtum lucrum taxatum, *conforme la piazza.*

His itaque peractis, aut Vincentius ſoluit tam capitale ducatorum mille, quam lucrum cambij, & tunc ſtante quod pecunia prædicta extracta fuit à propria capſa eiuſdem Fabij, & reuerſa fuit ad eandem capſam vnà cum augumento, Fabius ideo in ſuo libro ſic ſcri-
1388 bit. †

Vincentio per ducati &c. letera del noſtro Fabio.

Caſſa per Vincentio ducati &c. à credito ſuo.

Aut verò Vincentius non ſoluit, & volunt vterque continuare cambium; & faciunt propterea nouas literas cambij, & dicitur nouum cambium, ſeu recam-
1389 bium, ex quo recambio † ſemper extinguitur antecedens, & literæ nouæ fiunt omninò ſimiles primis,
1390 mutatis temporibus, & mutata ſumma † ſtantibus augumentis tantum, & ex iſtis orbicularibus literis fit
1391 † orbicum cambium redeundo ſemper ad initium, vt adnotat Scaccia dict. quæſtio. quinta, numero 93. à quo hæc omnia tranſcripſimus, quamuis Nauarr. conſil. 31. Ioan. Baptiſta Cauat. de camb. in præl ud. Salon. controuerſ. 12. Molfeſ. dict. capit. ſeptimo, numero 45. alias non diſſimiles congerant formulas, ſed iudicio meo non tam claras.

Hic enim modus cambiendi, vt campſor creditor
1392 ſoluat † ſibimetipſi, & quod quis à ſeipſo exigat eſt in vſu in tota Italia, immo in tota Europa, & præcipuè exercetur per mercatores Ianuenſes, & in hoc cam-
1393 bio † verſatur tota ferè nummulariorum ars, & negociatio, quæ non gratia mercium fit, ſed quæſtus, &
1394 lucri, ac noſtro † ſæculo inter mercatores vſitatiſſi-
1395 mus eſt, & ab Italis vocatur † cambium *con la ricorſa*, ac idem iſte modus ſoluendi ſibi ipſi nihil aliud im-
1396 portat, quam cambire † in ſe ipſo, & eſt frequens
1397 tanquam vtile, tum propter prouiſiones, † tum propter expeditionem, & celerem executionem; ita Nauarr. dict. conſil. 31. aliqua ex prædictis congerens Cauar. de camb. in prælud. quæſtio. tertia. Boninſegna de camb. cap. quarto, Ioa. Azor. inſtitut. moral. citatis libr. & par. cap. octauo, & cap. nono, quæſtio. ſecunda, Rota Genuenſ. deciſ. 32. & omnes latiſſimè relati per Scacc. d. quæſt. 5. num. 83. verſ. primus modus, cum ſeq. numer. & per Molfeſ. dict. capit. ſeptimo, numero 45. & ſequen-

1398 quentibus, & originem trahere † hoc cambium à re
ipſa docet idem Scaccia dict. quæſtio. 5. num. 85. Iure
enim communi expreſsè cauetur, quem a ſe ipſo poſſe
1399 exigere, † & diuerſas perſonas diuerſis reſpectibus
repræſentare, ad text. in leg. in tribus. ff. de iudic. & ca-
pit. ex literis de probat. vbi omnes, l. ſingularia, ff. ſi cert.
petat. vbi dicitur, quod igitur in duabus perſonis reci-
pitur hoc in eadem perſona recipiendum eſt, & quod
quis à ſemetipſo exigere valeat, probat text. in l. qui ſi-
ne ff. de negoc. geſt. & infinitis alijs iuribus firmat Mol-
feſ. dict. capit. ſeptimo, numero 51. vbi ſic deciſum Ro-
mæ nouiſſimè in terminis refert, ſed latius de hoc ite-
rum dicemus infra numero 1447. cum pluribus ſe-
quentibus.

1400 Secundus modus cambiendi † in hoc cambio *con la
ricorſa*, erit, ſi campſarius debitor ſoluat ſibimetipſi de-
bitori per hanc formulam.

1623. à 9. di Luglio in Napoli ducati mille.

*A' pagamenti di fiera proſſima di Santi pagate per que-
ſta prima di cambio à voi ſteſſo ducati mille la valuta
hauuta di contanti da Fabio, & ponete à conto mio, a
Dio.*

Vincentio.

à tergo

à Vincentio.

Luceria.

1401 Fiunt denique literæ † *d'auuiſo*, & reſponſiuę, &
aliæ literæ cambij, & notantur in libris modo vt ſupe-
rius demonſtrauimus mutatis tantum perſonis, eo
quod primæ formulæ comittuntur ipſimet credito-
ri, iſtæ autem eidem debitori ſcribenti, nam vt
apparet in hac formula videtur debitor ſibimetipſi
1402 loqui, † & committere ſolutionem, vt adno-
tat idem Scaccia dict. quæſtio. quinta, numero 94.
vſque ad 98. penes quem videntur formulæ iſtius ſe-
cundi modi, ſi enim ſolutio fiat, aut non fiat, ſeruatur
idem quod in primo dicto modo, vt notatum fuit, vt
idem Scaccia ponit, num. 97.

Idcirco his ſic abſolutis opportunè videbitur
1403 de iuſtitia † totius huius cambij nundinalis diui-
ſi in octuplici ſpecie, vt ſupra numero 1240. & 1350.
notatum fuit, ideo inferius dicta conueniunt omni-
bus diuiſis ſpeciebus huius cambij, & propterea præ-
1404 mittendum erit, licitum † & iuſtum illud cam-
bium dici, quod habet vndique iuſtitiam commu-
tatiuam, ex qua oportet vt in cambio ſeruetur æqua-
1405 litas † dati, & accepti, Medin. in ſuis tractat. tit.
de rebus per vſur. acquiſ. quæſtio. quinta, verſicul. ve-
rum, prout ſic ſeruari in omnibus contractibus dicit
Lupus in ſæpius citato capitulo nauiganti, §. ſecundo,
ſub numero ſeptuageſimoſexto, verſic. infertur quin-
1406 tò, eo quia, æqualitate † non ſeruata diceretur
cambium illicitum, & iniuſtum, Scaccia dict. quæſtio.
quinta, num. 99. & Mol. de contract. diſp. 399. num. 2.
verſic. hoc ita conſtituto.

Iuſtitia autem commutatiua in cambio ex pluri-
1407 bus conſtat, † nempe ex numiſmatibus in nu-
mero, pondere, & bonitate, tam intrinſeca,
quam extrinſeca, & ex labore impenſis periculo
& induſtria, quibus omnibus compenſatis diſcerni-
tur æqualitas cambij Conrad. de contract. quæſtio.
nonageſimanona, concluſio. quinta, Scaccia dicta
quæſtio. quinta, numero 100. Molina de contract.
citato loco, & in omnibus ſequentibus diſputat. &
ſignanter diſputat. 408. 409. & 410. Leſſ. in cita-
ta tertia, & quarta dubitatione, ac Sotus, Medin. Lo-
pez, Valent. Salaſ. Nauarr. Megal. & alij relati per
Molfeſ. dict. capit. ſeptimo, reſponſio. tertia, numero
vigeſimoſecundo, ac nouiſſimè Caſtill. Siculus deciſio.
112. volum. ſecundo.

Sed in his Scaccia duplex forum conſiderat,
nempè primum quod dicitur interius, ſeu pęnitentia-
le, aut alio modo per noſtrates nuncupatum, in quo
ſola veritas attenditur ſeruata prædicta æqualitate
1408 contractus huiuſmodi † nullatenus damnatur,
etiam ſi forma iuris in eius celebratione non fuerit
ſeruata, vt Scaccia eodem tract. quæſtio. prima, §. pri-
mo, numero 529. vbi plenius, ac dict. quæſtio. quin-
ta, numero 100.

In foro verò exteriori, & ſic in ſecundo foro conſi-
derato per Scacciam, iuſtitia contractus conſiſtit in
1409 duobus, conſiſtit primo in æqualitate, † & æqua-
litas conſiſtit in intereſſe labore, expenſis, periculo, co-
pia, & in alijs latius relatis per Scacciam dict. tractat. §.
primo, parte prima, quæſtio. ſeptima, numero 42. &
ſequent.

1410 Conſiſtit ſecundo, in obſeruatione formæ † tra-
ditæ à iure poſitiuo ſuper huiuſmodi contractu, pro-
mulgato, qua forma non ſeruata cambium dicitur
nullum; & iuſtum, ac illicitum prout lex promulga-
ta expreſſerit, quia lex poſitiua, vt obuiet fraudi-
1411 bus, † mouetur ex præſumptionibus, & per hoc
formæ per eam ſtatutæ omninò obtemperandum,
quamuis æqualitas fuerit ſeruata, tamen ad huc cam-
bium dicitur illicitum, forma non ſeruata, ita proſequi-
tur Scaccia dict. quæſtio. quinta, numero 100. & §. pri-
mo, quæſt. prima, ſub numero 148. & ſub numero 213.
confirmat. tertia, & num. 524.

1412 Cambium verò illicitum, & iniuſtum † eſt per
oppoſitum, quando ſcilicet habet inæqualitatem, &
iniuſtitiam commutationis, ac exceſſum, ſub quo
comprehenditur cambium ſiccum, idcirco concludo
has quatuor ſpecies cambij ſuperius declaratas eſſe om-
ninò iuxtas licitas, & vſitatas, quia cambia iuxta illa-
rum formam, continent omnia extrema iuſtitiæ com-
mutatiuæ, eo quod exigitur lucrum pro eis ſeruata for-
ma taxæ factæ per Conſules, & Magiſtratus *conforme
la piazza*, ſeruata omnimoda æqualitate dati, &
accepti cum omnibus explicatis ſuperius circun-
ſtantijs, tam in foro interiori, quam in exteriori
requiſitis.

Et vt ad inceptum ordinem redeamus, & ſic
ad explicationem quintæ ſpeciei cambij realis, di-
1413 co, cambium, † *forzoſo*, eſſe illud, quod ce-
lebratur in aliquo loco pro Nundinis, quando
Nundinæ clauduntur, & vt plurimum ſoluuntur
ſcuti centum auri in auro pro ſcutis centum marcha-
rum, ſoluendis in Nundinis; & vocatur *forzoſo*, quia
quando cambium non fit in Nundinis ſcutus mar-
charum æſtimatur minus, quam valutaretur in
Nundinis, & per hoc dicitur cambium coactum

reſpectu dantis, quia coactè quodammodo dat pecu-
niam pro minori lucro, quam daret in Nundinis, ſi
nundinæ non eſſent clauſæ, ne campſor teneret otioſam
pecuniam, Scaccia de commerc. §. primo, quæſtio. ſe-
ptima, parte ſecunda, ampliat. ſecunda, & §. nono, nu-
mero trigeſimoſexto, vbi tangit tantum articulum non
declarans, modo vt nos declarauimus, ſi cambia enim
realia explicata per quatuor relatas ſpecies ſunt licita,
1414 & iuſta, quid fortius hoc cambium, † in quo exigi-
tur minus lucrum, pretium ideo marcharum creſcit, &
decreſcit, modo vt declarabo inferius numero 1436. in
hoc propterea cambio nulla haberi poterit ratio tem-
1415 poris dilatati, ſed tantum † habetur ratio loci, & per
hoc omninò licitum.

1416 Cambium verò quod vocant arbitrium † eſt illud,
quod fit per viam commiſſionum cum ſcilicet quis
nulla alterius negocij occaſione, ſed ſolius lucri cauſa
ſuas pecunias negociatur in cambijs committendo,
quod ex nundinis, & locis remittantur per viam nouo-
rum cambiorum ad ea loca, & plateas, in quibus cam-
bia reddant lucrum, ideo vocatur arbitrium, hoc enim
1417 cambium dicitur reale, & licitum, † quia dum pe-
nes homines admittitur negociatio per cambia licita,
vt omnibus patet, ſufficit vt quilibet negocietur per
cambia pro lucris, & pretijs iuſtis realiter, & ſine frau-
de ita Scaccia in citata ampliat. 2. & de hoc iterum dice-
mus numero....

1418 Cambium † autem *dell'aggio*, inuentum eſt à
mercatoribus cum hoc nomine, eo quod ſeruatur
communiter penes omnes negociantes hoc nomen in
omni pecuniarum negociatione, inſpecta commodita-
te vnius ex negociatoribus, & ſic ſoluentis hoc, *ag-
gio*, nuncupatum, quamuis Scaccia infra citandus di-
cat hoc audiſſe à religioſo viro fide digno, ſed tamen,
vt dixi, ſatis hoc nomen frequentatur, & præcipuè in
1419 Regno † fit itaque cambium hoc modo, & quo fiunt
omnia nundinalia cambia, ſed in iſto exigitur lucrum
alteratum, quia fit gratia recipientis tantum eiuſdem-
1420 que vtilitate & commoditate, & per hoc licito † in-
re alterari poſſe pretium, & lucrum ſupponunt merca-
tores, ex quo commoditas illa pretio æſtimabilis iudi-
catur.

1421 Sed tu dicas in vno tantum caſu eſſe licitum † hoc
cambium, nempe quando campſor importunè roga-
tus cogatur dare cambio pro commoditate campſarij
recipientis, ob quod campſor maius intereſſe lucri ceſ-
ſantis, aut damni emergentis pateretur, quo in caſu in
illo, *aggio*, licitè includeretur illud magis, ſi ita conue-
nirent, ita Scaccia dict. quæſtio. ſeptima, parte tertia, li-
mitat. duodecima tota, alijs enim quibusuis modis di-
ceretur hoc cambium omninò illicitum, & iniuſtum,
1422 eo quod lucrum cambiorum † exigitur ſeruata
forma taxæ per conſules, & magiſtratus facienda & ſic
conforme la piazza, qua non ſeruata non intelligeren-
tur ſeruatæ circumſtantiæ iuſtitiæ commutatiuæ, vt ſæ-
pius ſupra dictum fuit.

1423 Verum in Regno infiniti falluntur † negociantes,
& recipientes has ſuperlucrationes cognominatas *l'ag-
gio*; immo peſſimi tales abutuntur illo nomine & vo-
cant *all'aggio*, exigentes illud in omni pecuniaria nego-
ciatione quaſi deſeruiat eis hoc iniquum nomen pro
lacerna, ad hoc vt vſura lacerna, & pallio taliter ami-
cta, videntibus non detegatur, nec deueletur.

1424 Cambium inſuper per officium † dicitur illud,
quod exercetur per Montes pietatis erectos de publico
pro officio mutuandi egentibus cum aliquo paruo lu-
cro, modo vt diximus ſuperius numero 1265. cum ſe-
quent. quod exigitur pro ſalarijs & laboribus, & alijs
expenſis in tenendo tale officium, licet in vſu non eſſe
dicat Filliuc. tomo ſecundo, tractat. trigeſimoquinto, ca-
pit. vndecimo, numero 495. ſed idem author aliud ſen-
tit latius explicando hunc articulum in eodem loco cap.
9. toto.

1425 Eſt enim Mons pietatis; † ſubſtantialiter tamen,
quædam ſumma pecuniæ, aut rerum pecunia æſtima-
bilium, quæ in pauperum refugium, vel à diuite
vno, vel à multis, aut à principe, vel ab aliqua
communitate repoſita eſt, & coaceruata in vnum
cumulum perpetuò ad vſum pauperum deputatum,
vt eis mutuo detur ſub leui fęnore, & quandoque
gratis; Medin. de rebus per vſur. acquiſ. quæſtio. deci-
ma, Lupus in dict. capit. nauiganti, §. tertio, Cardin.
Tolet. de inſtitut. Sacerd. libro quinto, capit. trigeſimo-
octauo, de Monte pietatis Ludouic. Molin. de contract.
diſputat. 325. Ioan. Azor. inſtitut. moral. parte tertia,
libro decimo, titul. de cenſur. capit. vigeſimoſecundo,
1426 verſic. primò itaque in fine, & inuentus fuit † ad
euitandas graues, & præfocantes vſuras Hebræorum,
ita Lupus, & Molina locis allegatis; dicitur enim mons
per metaphoram, eo quod eſt pecunia in aceruum
congeſta, ita Azor. loco citato, & cap. vigeſimotertio,
congerit & probat, licet non omnia prædicta, Scaccia de
commerc. §. 1. quæſt. 1. num. 440.

1427 Capitula montis pietatis, & ea † quæ per eum exer-
centur ſunt videlicet, quod mons mutuat accepto pi-
gnore, & poſtea exigit mutuum, & aliquid vltra, & pi-
gnus cuſtoditur periculo montis in domo conducta,
Lupus vbi ſupra numero 81. habet, vt ordinatius proce-
damus tria capitula, primum, quod miniſtri dicti mon-
tis cuſtodiant pecuniam poſitam ibi, & ſtent parati ad
mutuandum egentibus ſummam non magnam, vt
Neapolis vbi mutuatur tertia pars valoris, quo pignus
æſtimatur; Secundum capitulum eſt, quod ab accipien-
tibus mutuo capiant pignora, & ſuo periculo cuſtodiant
in domo ad hoc conducta, vt ſupra, & pignora redden-
tibus mutuum intra annum reſtituant, aliàs elapſo
anno publicè vendant, & deducto prius pretio, quod
monti debetur, id quod ſupereſt reſtituant domino rei
pignoratæ & omnium rationes ſcribant & reddant:
tertium quod vltra pecuniam mutuatam exigant duo,
vel tria denaria pro quolibet ſcuto, & menſe; ita Card.
Caiet. tract. de mont. piet. capit. primo, Cardin. Tolet.
dict. capit. 38. Ioan. Azor. dict. capit. 22. verſi. primo ita-
que quos referens probat Scaccia dict. quæſtio. prima,
numero 441. & ſequent. Lupus autem non allegatus à
1428 Scaccia in tertio capitulo dicit, ſolui debere † vnum
denarium pro libra in ſingulos menſes, idque pro ſum-
ptibus cuſtodum, & omnium miniſtrorum montis, ac
pro refectione expenſarum, & damnorum, ſed Molina
diſputat. 325. citata, accuratius dicit ſingulis menſibus
1429 pro expenſis prædictis, † & ne mons decreſcat, & in
damnum pauperum conſummatur, vt adnotat Tolet. &
omnes vbi ſupra, exigatur modicum quid; nam vt au-
dio Neapolis nihil exigitur à pauperibus, ni fal-
lor.

Dubitarunt ideo Sotus, & Caietanus relati per om-
1430 nes ſupracitatos Doctores, † & dubitando firma-
uerunt, montes hos illicitos eſſe, & vſuram exercere,
ta-

✱tamen vt paucis hæc expediantur, communi Doctorum ſententia, quæ Pontificijs conſtitut. & Concilijs iuſtificatur, Sotus & Caieta. confutatur, & concluditur,
1431 montes hos non ſolum eſſe licitos, † ſed omninò pro pauperum refugio neceſſarios, ita Nauarr. in manual. cap.17. de vſur. circa cambia, num.288. & in capit. nauiganti de vſur. numero 15. & ſequen. Lupus ibidem citato §. tertio toto Medin. citato titul. quæſt.10. verſ. oppoſitum Virgi. Boccac. de interdict. cap.18. num.160. Cardin. Tolet. dict. cap.38. verſic. quarto, vt cui, Molin. dict. diſput.325. & latius Azor. dict. capit.22. verſic. ſecunda ſententia, & verſic. ſequen. Boninſegn. de camb. cap.3. num.2. quos probat Scaccia d. quæſt.1. nu.446. & ſeq. alijque penes Salas dubitat.41. de camb. Salon. controuerſ.1. art.3. quæſt.4. Molfeſ. dict. cap.7. numero 25.

Sed vt iuſtitiæ omnium ſpecierum huius cambij nũdinalis clarius explicetur, oportet explanare alia neceſſaria ad eſſentiam cuiuslibet ſpeciei, omiſſis illis quatuor requiſitis relatis per Molfeſ. d. cap.7. numer.39. eo quia illa requiſita ſatis declarata apparent tam ex ſuperius dictis, quam ex infra dicendis, redeundo itaque ad primum cambium detto *al conto*, dico quod dum in eo fit mentio ſcutorum de marchis, pro cognitione enim
1432 marcharum, ſciendum erit hoc † nomen deſcendiſſe ab eo ſcilicet, nam ad nundinas Italiæ multi confluebant Germani, qui afferebant aurum in maſſa, ad pondus, octo vnciarum, quam maſſam dicebant, marchã, & erat valoris aureorum 65. at cum germani deſierunt venire ad has Italas nundinas, ceſſarunt marchæ, & tantum nomen remanſit, ideo valor ipſarum non eſt cer-
1433 tus † in ratione cambiorum, ſed ex inueterata campſorum conſuetudine obſeruatur, Couarr. de veter. collat. Numiſm. cap.2. ſub num.4. poſt Budæum, & Agricolam citatos per eum Hieron. de Lucca de camb. ver. marcha, numero primo, Romuald. col. de camb. capit. vndecimo, Cauat. in eod. tract. in præludijs verſic. pro intelligentia Alexan. Raudenſ. & alij quos probat Scaccia de commer. §. ſecundo, gloſſ. tertia, numero 28. cum multis ſequent. Megal. 2.2. inſtitut. confeſſ. libro ſecundo, capitul.16. numero 21. & Molfeſ. dict. cap. ſeptimo, numero 41. nomen hoc apud peritos linguæ latinæ non
1434 inueniri, † ſed eſſe modo prædicto recens dicit Scaccia dict. numero 28. quamuis eo vtantur text. in capit. conſtitutus de procurat. cap. ſecundo, de arbitr. capit. cum pridem de pact. & capit. quanto de cenſ. & penes Germanos ſignificare limen ſcribit Garſ. de expen. cap. duodecimo, numero 37. aut inſtrumentum mercandi vt adnotat Hieron. de Lucca loco citato; aliter, ſed non ſic clare declarat M. Ant. de Amat. deciſ. Ferrar. 2. nu.1. poſt hæc ſcripta viſus.

Vtcumque enim ſit ſcutus marchatum, eſt tamen fi-
1435 ctus † & imaginarius, vt ex omnium ſententia notat Scaccia dict. gloſſ. tertia, numero 67. ac alibi & per hoc habet pretium variabile, eo quia in quolibet foro imponitur à magiſtratu, & conſulibus mercatorum habita ratione copiæ, & inopiæ pecuniarum, ſed
1436 quando hi marcharũ ſcuti dãtur cambio † licet æſtimentur, tamen attenditur æſtimatio facienda tempore ſolutionis, quia in foro, in quo facienda erit ſolutio, poterit creſcere, aut decreſcere, attenta copia, aut inopia pecuniarum, vt de recepta opinione teſtatur Scaccia de commerc. quęſt. quinta, §. primo, numero 53. & ſequen. & numero 65. vſque ad 69. ac quæſt. ſeptima. part. prima, numero 93. ideo facta æſtimatione tempore ſolutionis, & diſtractus in foro per magiſtratum ſeu conſules, ſemper habet inuariabile pretium, Scaccia dict. gloſ. tertia, numero 69. & 70. ac §. nono, numero primo, ſecundo, & ſequen. ac numero 25. idcirco ex eo, quod pretium huiuſmodi cambij exigitur, prout in futurum æſtimabitur per magiſtratum, omninò dicitur hoc cam-
1437 bium † reale licitum, & iuſtum, nam conſules in hac æſtimatione neqnaquam ſcutum marchæ va-
1438 lutant minori † pretio, quam infimo, Boninſegn. de camb. cap.6. & 7. quem & alios probat Molfeſ. d. cap.7. num.41.

Cabium *al prezzo corrente*, neque continet difficultatem circa eius iuſtitiam poſtquam exigitur iuxta ta-
1439 xam factam à conſulibus, cui in his ſtandum erit omninò, eo quod ad id eliguntur, & dantes ac recipientes ſe exponunt æquali periculo augumenti, & decrementi, ideo cambium iuſtum, modo, vt dictum fuit ſuperius num.1356. cum multis ſequent. & probat Caſtill. Siculus deciſ.112. vol.2. num.10.

1440 Cambium autem nundinale liberum † ſiue ſit *al conto*, ſiue, *al prezzo corrente*, ſiue interueniant quatuor perſonæ, nempe campſor, & campſarius in celebrando cambium, & vtriuſque correſpondentes in ſolutione facienda, quo in caſu omninò licitum, dicit Nauarr. in citato conſil. trigeſimoprimo, ſiue interueniant tres perſonæ, aut quia vnus ex contrahentibus
1441 accedit ad nundinas, quo in caſu † vtique licitum, dicit, Cauat. de camb. in prælud. verſic. huiuſmodi literæ, aut verò duo tantum interueniunt perſonæ, vt pu-
1442 ta creditor, & debitor † quorum vterque petijt nundinas, vt notat Romuald. col. de camb. capit. decimo,
1443 in omni itaque caſu cambium hoc dicitur † iuſtum, & licitum, & præcitati Doctores probant, ac firmat Scaccia dict. quæſt. quinta, num.75. & alij relati ſuperius numero 1360. cum multis ſequen. illa ratione, quia in his tribus ſpeciebus cambij ſemper exigitur lucrum æſtimatum per magiſtratus, & ſic, *come corre la piazza*, attento enim numero perſonarum componitur
1444 forma † literarum cambij ad hoc vt partita formiter ſcribatur in libris mercatorum, vt moris eſt.

Et ſi per Hiſpanos dubitatum fuit, an correſpondens campſoris poſſit repræſentare correſpondentem campſarij, quorum aliqui reſpondebant vſurarium cambium eſſe, quia non refert ex æquipollentibus fie-
1445 ri, ex quo videtur quoddam mutuum palliatum per occultationem vnius perſonæ; denique videntur duæ
1446 fictiones, † nempe vna perſona per aliam repreſentata, & ſolutio repreſentata, quæ omnia in iure prohibentur, vulgatis regulis, quibus tamen non obſtanti-
1447 bus contrarium † eſt verius, eo quod in cambio ſufficit adeſſe virtualem ſolutionem, nam correſpondens campſoris ſibimetipſi ſoluit de mandato campſarij, cui denique ſcribit, vt ſoluat pecuniam cambiatam cum lucro, campſori, vt Molfeſ. citato capit. ſeptimo, numero 42.43. & 44. quamuis ſe inuoluat volens difficultatem ſoluere.

Nec refert adeſſe in hoc cambio plures fictio-
1448 nes, quia in cambijs admittuntur plures † fictiones ſic natura negocij exigente, eo quod contractus hic requirit celeritatem, quæ celeritas adhi-
1449 beri nequit, niſi iſtis fictionibus † adhibititis, dummodo iuſtitia in eo ſit adhibita, vt ſingulariter

riter adnotat Scaccia de commerc. gloſſ. prima, §. ſex-
to, numero ſeptuageſimoquinto, & ſeptuageſimonono,
nam primo loco admittitur fictio pecuniarum imagi-
nariarum dependentium ex marchis, vt ſuperius di-
ctum fuit, & non eſt nouum, vnam perſonam fungi
1450 † officium plurium, vt in Legato, Ambaſiatore,
Epiſcopo, Rege, & in alijs quamplurimis relatis per
Euerar. in eius locis, loco de tanquam, & in cambio
1451 † ſcripſerunt Rot. Gen. deciſio. prima, ſecunda, &
trigeſimaſecunda, Menoch. conſil. 296. numero tertio,
Nauarr. dict. conſil. trigeſimoprimo. Ioan. Azor. inſti-
ſtitut. moral. parte tertia, titulo decimo. de camb. capit.
nono, quæſtio. ſecunda, verſicul. in hac re, & Pute. deci-
ſio. 277. numero ſexto, & ſeptimo, libro primo, qui lo-
1452 quitur in ſoluente † ſibi ipſi, qui duorum officio
fungitur, & probatur per text. iuncta gloſſ. final. l. ſi
negotia, ff. mandat. ac alijs iuribus adductis ſupra nu-
1453 mero 1398. & 1399. licita enim eſt fictio, † &
ſimulatio de contractu licito ad alium licitum, quan-
do ex illa ſimulatione non reſultat iniquitas, ſeu in-
iuſtititia ita Cepolla cautela 243. incip. tres ſunt ſpe-
cies, in quarta ſpecie numero ſecundo, ver. poteſt addi,
ibique additio, & latius Scaccia de commerc. §. primo,
queſtio, ſeptima, parte ſecunda, ampliatio. decima, nu-
mero vigeſimonono, verſic. prima, & §. tertio, gloſſ. ter-
tia, numero trigeſimoquarto, quo in caſu ſimulatur per-
1454 ſona, † & veritas eſt in actibus, quia ex actu acqui-
ritur ius veræ perſonæ, & non fictę, ideo valet actus
Bald. in l. cum precibus, Cod. de probat. nec admittitur
ſimulatio, quando de veritate actus conſtat, Bald. & alij
citati per additionatorem ad Cepoll. in dict. cautela;
1455 nam non fictio † inficit contractum, ſed iniuſtitia,
quæ fictione palliatur, Scaccia dict. §. ſexto, gloſſa pri-
ma, numero ſeptuageſimoquinto, in caſu autem noſtro
ſufficit, actus in ſe eſſe veros, & iuſtos, vt ſupra.

Nec obſtabit dicere hoc cambium, ac aliud *con la ri-*
1456 *corſa*, eſſe illicita, eo quia vterque † contrahens
ſcit literas cambij reuerſuras eſſe inanes, & ſolutio-
nem realem non fieri, ideo illicitum, omni iure, vt ſuo
loco dicemus; idcirco contrahentes habent mentem
1457 corruptam; quia literæ, † aut alia ſcriptura in cam-
bio non ſunt neceſſariæ vt intereſſe poſſit inanes, aut
non inanes reuerti eas, lex enim datur rebus, & non
1458 verbis, † & per hoc ſubſtantia cambij conſiſtit in
ipſius iuſtitia, ad quam per literas deueniri ſolet, vt
adnotant Boninſegn. & alij citati per Scacciam citata
quæſtio. quinta. numero decimo, & vndecimo, cum plu-
ribus ſequent. & alia in limitat. quinta, parte tertia, quę-
ſtio. ſeptima, numero ſexto, & ſeq. & clarius §. 6. gloſſ. 1.
num. 76.

Secundo, & melius reſpondebitur, nam eſto quod
contrahentes haberent mentem corruptam tanquam
1459 ſcientes † literas cambij reuerſuras inanes, tamen
hæc mala mens punienda venit à Deo, & non in fo-
ro exteriori, in quo ſatis eſt, quod ex geſtis non reſul-
tet iniuſtitia inter contrahentes, quia iuſtum, vel iniu-
1460 ſtum † in hoc foro, non in bonitate, & prauitate
mentium, ſed in rerum, & operum externorum æqua-
litate, & inæqualitate conſiſtit, ita Scaccia dict. §. ſex-
to, gloſſ. prima, numero 76. Hæc enim omnia deſer-
1461 uiunt † principaliter pro iuſtificatione cambij ſe-
quentis, *con la ricorſa*.

Cambium, *con la ricorſa*, (vltra ſuperius proximè re-
lata, ad huiuſmodi iuſtificationem facientia) tanquam
1462 vbique vſitatiſſimum, † gratia quæſtus, & lucri, &
non mercium, inuentum, eſſe licitum iuſtum, & tocali-
ter permiſſum ſi ceſſent fraudes, & intentio mutuum
celebrandi, ac ſeruetur æqualitas, & iuſtitia vt ſæpius
ſupra relatum fuit, patet, ex communi omnium vtriuſ-
que paginæ Doctorum ſententia, ac ex Pij Papæ Quinti
declaratione in gratiam Bononienſium, & ex declara-
tione & deciſione illuſtriſsim. Sacræ Congregat. anno
1574. ac in Hiſpania deciſum, & eſſe communem pra-
1463 xim etiam religioſorum virorum † recipientium
ad cambium *con la ricorſa*, pro eorum neceſſitatibus,
in hoc & alijs Regnis, teſtatur Molfeſ. dict. capitul. ſe-
ptimo, numero quadrageſimooctauo, & quadrageſi-
monono, poſt Lupum in dict. capitul. nauiganti, cita-
tum per Molfeſ. ibi. & circumſcriptis reſponſionibus
per eundem Molfeſ. congeſtis numero 60. & ſequent. ad
contraria, quæ ex omnium dictis ſatis reſoluta viden-
tur, vt penes Molfeſ. eſt videre, tamen pro hac rece-
ptiſſima & vſitatiſſima opinione, pluries deciſum
dicunt Michael Salon. & Azor. citati per Scacciam de
commerc. dict. §. ſexto, gloſſ. prima, numero quadrage-
ſimotertio, Boninſegn. de camb. capitul. quarto, quinto,
& ſexto, Salon. controuerſia vndecima, Nauarr.
citato conſil. trigeſimoprimo, Fabian. de camb. initio
numero duodecimo, & tertiodecimo, & Azor. citato li-
bro decimo, cap. nono, quæſtio. prima, tit. de camb. &
quæſt. 2.

Et ſi ſufficiat pro prædictorum omnium probatio-
ne, hæc receptiſſima ſententia ſic concluſiuè firma-
ta, tamen eo quod cambium iſtud eſt adeo verſatiſ-
ſimum penes homines cuiuſuis profeſſionis, nobi-
les, & ignobiles ideo arbitratus ſum congerere for-
1464 † tiores difficultates per Doctores cõſpiratas, aduer-
ſus receptiſſimam relatam opinionem, quas recenſet
ante Molfeſ. & latius, Scaccia de commerc. dict. §. ſexto,
gloſſ. prima tota à numero ſecundo, vſque ad finem,
vbi decem congregat difficultates, ad hoc vt auditis dif-
ficultatibus, & earum reſolutionibus veritas, concluſio-
nis firmatæ, magis perluceat, & præcipuè, Scacciam &
alios nouiſſimos hæc congerentes, non habentibus,
1465 quicquid paucis tantum congeſtis articulo non de-
guſtato notet Filliuccius poſt hæc ſcripta viſus, in ſępius
citat. tract. trigeſimoquinto, capit. octauo. numero 442.
cum ſequent.

Omiſſis itaque alijs difficultatibus tanquam leuibus,
ponitur ſexta difficultas per Scacciam loco citato, nu-
mero decimoquinto, nempè recipiens cambio *con la ri-
corſa*, indiget pecunia, qua in ſuis indigentijs vtitur, ſol-
uendo lucrum, nec verè habet negociationem in nun-
1466 dinis, nec pecuniam in eis, ſed tantum † nundinas, &
ſolutionem in nundinis figurat, ſciente etiam campſo-
re quod eſſe contra ius commune, reſpondit Anan. in d.
cap. nauiganti, ſub numero 46. & etiam contra conſtit.
Pij V. editam ſuper cambiorum iuſtificatione, notat
Scaccia d. loco.

Septima etiam adducitur difficultas, quia in hoc
cambio intereſſe conuertitur in capitale, ex quo inte-
1467 reſſe † procedit denique aliud intereſſe per mo-
dum ſuperfœtationis, & anatociſmi, ex quibus vſura
vſuræ dicitur, & per hoc omni iure reprobandum, Lu-
pus in l. curabit, §. ſexto, ver. ſed aduertendum. Cod. de
act. empt. numero 120. Scaccia dict. gloſſ. prima, nume-
ro decimoſeptimo, & §. ſeptimo, gloſ. ſecunda, num. 39.
vbi latius.

Octaua

Octaua difficultas; quia de eſſentia cambij realis eſt
1468 vt illud fiat de vno loco ad alium locum † aliàs ſi fiat
in eodem loco diceretur ſiccum, & damnatum, vt in d.
conſtit. Pij Quinti per Doctor. omnes in d. capitulo na-
uiganti, ſolutio enim cambij *con la ricorſa*, ex conuen-
1469 tione fit in eodem † vno loco, quamuis literæ confi-
ciantur cum locorum diuerſitate, vt in exemplis ſupe-
rius dictum fuit, & probat nouiſſimè Caſtill. Siculus de-
ciſ. 212. num. 7. vol. 2.

1470 Nona difficultas, & decima, quia dubitant † de hoc
cambio Lupus Cauat. Sotus, Medin. & Azor. citati per
Scacciam in d. 9. & 10. difficultatibus numero 19.
& 20. imò dubitant ij, qui pro iuſtitia huius cambij
ſcripſerunt.

Viſis itaque his difficultatibus per noſtrates, aliqui
eorum diſtinctionis remedio eas conciliare nituntur,
& prima ponitur per Nauarr. d. conſilio 31. libro 5.
de vſur. ſecunda verò per Romualdum col. de cambio
capitulo 20. 21. & 22. ac per Azor. d. capitulo 9. quæ-
1471 ſtion. 2. dicentes in vnum, tunc dici hoc cambium †
illicitum quando ſolutio fit de propria pecunia cam-
pſoris, licitum verò quando ſolutio fit de propria pe-
cunia correſpondentis campſoris, ſeu ſui agentis, cum
qua diſtinctione cõcordari pugnantes deciſiones relatas
aduertit Ioan. Azor. loco citato.

Tertia diſtinctio, aut potius declaratio ponitur per
Leonardum Leſſ. in ſæpius citato cap. 23. numero 71. li-
1472 bro 2. de iuſt. & iur. dicentem opinionem contra †
huiuſmodi cambium eſſe probabilem aliam pro cam-
bio eſſe ſpeculatiuè veriorem, ſed omninò diſſuaden-
dam, & difficilè permittendam.

Quarta, & vltima ponitur per eundem Leſſium loco
citato numero 72. dicentem contrariam opinionem
1473 procedere † in foro exteriori, noſtram verò, quæ
probat eſſe cambium licitum, procedere in foro inte-
riori.

Pro ſolutione enim tot variarum opinionum, Scac-
cia d. loco numero 60. cum multis ſequent. tres conſi-
1474 derat caſus, quorum primus erit, quando tertius † in
loco deſtinatæ ſolutionis de mandato campſarij rogati,
aut ſponte mandantis ſoluit literas cambij de proprijs
ſoluentis pecunijs, quo in caſu cambium eſt omninò
licitum, quamuis ille tertius ſoluens fuiſſet miniſter ſo-
cius procurator, aut correſpondens campſoris, ita vt
ſoluendo repræſentaſſet duplicem perſonam, nempè
campſoris creditoris, & campſarij debitoris, primi in
recipiendo ſolutionem & ſecundi in ſoluendo, ita Azor.
Romuald. col. (contrariam defendentes opinionem)
✶ ac omnes communiter vt teſtatur Scaccia d. loco nume
ro 60. in primo caſu, illa ratione, quia triplex oritur, ex
1475 hoc contractu vera † obligatio, vna reſpectu cam-
pſarij debitoris, qui tenetur ſoluere pecuniam ſolutam
per miniſtrum, aut tertium actione mandati, & facta
1476 ſolutione † per campſarium debitorem, dicitur ſa-
tisfeciſſe ſuæ obligationi erga mandatarium ſoluẽtem;
1477 ſecunda vera † oritur obligatio contra miniſtrum
pro campſore creditore, pro reddenda ratione pecuniæ
ſuo nomine receptæ, etiam actione mandati; tertia ori-
1478 tur obligatio contra † campſorem creditorem, pro
miniſtro ſoluente de ſui mandato ſibimet ipſi, in caſu
quo campſarius debitor defeciſſet, dum ſuo ordine du-
plex geſſit officium ſoluendi ſcilicet, & exigendi, vt la-
tius adnotat Scaccia loco proximè citato, iſto enim ca-
1479 ſu nulla fictio interuenit, † quia literæ non redeunt
inanes, & ſolutio realiter fit in loco deſtinatæ ſolutio-
nis, licet vnus plurium perſonarum officio fungatur,
quod in his eſſe permiſſum ſatis pluries ſuperius do-
ctum fuit.

Secundus erit caſus, quando campſor nec rogatus,
nec ſpontè mandauit ſolutionem ſuo correſpondenti,
1480 ſed hoc † ex pacto contrahit, vt literæ cambij ſol-
uantur ab eius correſpondente, tunc cambium hoc eſ-
ſe omninò illicitum patet euidenti ratione, nam obliga
1481 tio illa † vt campſarius debitor teneatur ſolutionem
fieri debere mediante perſona miniſtri, ſeu correſpon-
dentis campſoris creditoris, eſt pecunia æſtimabilis, &
propterea illicita, vt poſt Sot. Nauarr. Leſſ. Romuald.
& Azor. docet idem Scaccia d. §. 1. quæſtione 7. parte
3. limitation. 15. & authoritate Bullar. Pontifici. ac Sot.
Nauarr. Marco Antonio de camb. Silueſt. Fabian. Bo-
ninſegn. Anan. Cagnol. Tuſc. Cardin. ſic deciſum di-
cit Marius Muta deciſione 52. numero 22. de his, infra
numero 1526.

Tertius ponitur caſus per Scacciam dicto §. 6. gloſ.
1. numero 61. quando campſoris miniſter, aut corre-
ſpondens ſoluit de pecunijs eiuſdem campſoris credi-
1482 toris, quo in caſu, † vel rogatus campſor, vel non
rogatus, ſemper hoc cambium dijudicandum fore de
vſura ſuſpectum, reſponderunt Azor. d. quæſtion. 2. &
Leſſius dicto capitulo 23. ſub num. 59. quarta & quinta
dubitat. & ſequuntur Fabian. & Romualdus in tractat.
de camb. relati per Scacciam loco citato, qui numero
62. dicit contra eos tenere Nauarr. Boninſegn. & Sa-
lon. & Fabianus ac Azor. perplexè loquutos fuiſſe ſe ip-
1483 ſos ſtatim corrigentes, ideo numero 63. retinet †
Scaccia opinionem ſuperius numero 1463. per nos fir-
matam, ſed de hoc videas inferius nu. 1521.

Idcirco non obſtant difficultates, & primo non ob-
ſtat ſexta difficultas notata in primo loco ſupra nume-
ro 1466. quia negatur ſuppoſitum, eo quod verè lite-
1484 ræ tranſmittuntur, † veraque fit acceptatio litera-
rum, & ipſarum vera ſolutio, aliàs ſi ſolutio non demã-
daretur, & non fieret, literæ redirent cum proteſtatio-
1485 ne, diximus enim veram † eſſe ſolutionem, quæ de-
mandatur correſpondenti creditoris, modo vt declarat
Nauarr. dicto conſilio 31. verſ. Sexto idem & latius
Scaccia d. §. 6. gloſ. prima numero 68. 69. & 70. & ſi
in mente, contrahentes non haberent negociandi in
nundinis deſtinatis (vbi cum effectu negociatio ſolutio-
nis deſtinatæ extrinſecus perficitur verè) adhuc dixi-
1486 mus ſupra numero 1459. & ſequent. mentem † non
habere alium vltorem niſi Deum, vt ibi melius decla-
rauimus.

Non obſtat Septima difficultas ſecundo loco nota-
ta, quia vera eſt propoſitio, vt intereſſe intereſſe non
1487 debeatur, † quando intereſſe primum non eſt cer-
tum, nec liquidum, ſed quando intereſſe primum eſt
certum, & liquidum nullo iure prohibetur, illud conſti-
tui poſſe in capitale aliquod, in quo conuertitur licitè,
nam hoc lucrum cambij non debetur ex mora, ſed ex
conuentione, ideo debetur vti ſors, & per hoc ad libitum
parit aliud lucrum, ſi primum conuertatur in cambiũ,
eo quod ſi debitor ſoluat, puta centum cambio rece-
ptos vnà cum alijs decem promiſſis pro lucro cambij,
illa 110. poſſint omni iure alijs campſarijs dari cam-
bio, & non eſt inconueniens recipi aliud lucrum de illis
decem promiſſum in alijs nundinis, ideo non refert, ſi
illud ſecundum lucrum recipiatur ab eodem debitore

cambio

cambio renouato, ita Scaccia dicto §. 6. gloſ. prima numero 82. iunctis omninò dictis per eundem Scacciam in §. ſequent. gloſ. 2. numero 50. & 54. qui ſatis longo ſermone loquitur.

1488 Sed intereſſe alterius † intereſſe deberi latè diſcuſſo articulo reſpondit Cagnol. in l. vnica. Codic. de ſentent. quæ pro eo quod inter. & proſequntur alij, tamen contra Cagnol. inuehunt Lupus in leg. curabit §. ſexto Codic. de action. emption. numero 119. & ſequent. & Ioann. Bolognett. in eadem leg. vnica ſupracitata, qui vltimus dicit, opinionem Ruin. conſilio 55. numero 16. libro ſecundo, & Decius in capitulo cum venerabilis de exception. numero 62. eſſe magis communem, veriorem, & tutiorem, & illam Cagnoli eſſe
1489 † periculoſam, & non veram & ſic intereſſe intereſſe non deberi in caſu Cagnol. ſemper iudicaſſe Sac. conſilium teſtatur Præſ. de Franch. deciſione 254. Morot. conſilio 65. Coſta de rata & port. quæſt. 142. & infiniti alij.

Verum tu pro clariori intelligentia diſtingue duos caſus, & illorum primus erit quando intereſſe debea-
1490 tur † ex mora, vel ratione damni, vel lucri, & tunc illud, non parere aliud intereſſe, ſatis notum, ſatiſque verum eſt, rationibus per Lupum & Bolognettum traditis, ad tex. in l. improbum C. ex quibus cauſ. infam. vbi gloſ. & Doctor. leg. placuit & l. neque eorum vbi Bart. ff. de vſur. leg. ſi non ſortem in princip. ff. de con diction. indeb. & l. fin. Codic. de vſur. rei iudicat. illa
1491 ratione, quia eſſet in infinitum † protrahere, quod eſt prohibitum ad tex. in d. leg. vnica, & tale intereſſe ſecundum venit à remotis, & omninò extra rem.

Secundus caſus erit quando aliqua quantitas (licet ex intereſſe proueniat) pecuniarum principaliter
1492 promittatur, vel ratione † intereſſe paſſi, vel alicuius lucri prouenti ex aliqua negociatione, cambij, ſocietatis, vel alterius qualitercumque ſimilis, & ſic ex illa promiſſione per partes effecta fuerit ſors principalis, eo quod quando aliquid exprimitur in promiſſio-
1493 ne, quod erit liquidum †, & iure debitum, ſemper vti principalis ſors iudicatur ex infra alligandis, & tunc in iſto caſu intereſſe illud effectum capitale in promiſſione, ſeu lucrum promiſſum, omni iure parit, & parere poterit aliud intereſſe damni, aut lucri, quia
1494 principaliter †, & non acceſſoriè debetur, ad tex. & ibi gloſ. in l. ſocium ff. pro ſocio, vbi lucrum, quod
1495 ſocius habuit † parit aliud lucrum, ſeu intereſſe, & expreſſius deciditur in leg. qui negociationem §. fin. vbi gloſ. ff. de admin. tutor. vbi quando partes redu-
1496 cunt lucra, aut intereſſe in expreſſa † quantitate, & ſic in ſortem, ſemper ea pariunt aliud intereſſe, vt ſingulariter ſic reſpondendo latius docet conſiliar. Anna conſilio 48. numero 19. cum multis ſequent. volu. primo quid inquam fortius in lucris cambij, quæ prin-
1497 cipaliter † promittuntur, & ſemper reducuntur in quantitate per magiſtratum liquidata; & demum promiſſa, vt dicimus in annuis redditibus promiſſis, ſeu in tertijs promiſſis ob aliquod capitale, quæ debentur
1498 † principaliter, quia principaliter fuerunt promiſſæ, ideo pariunt intereſſe, Anna pater ſingular. 261. Præſes de Franch. & Anna filius, locis ſuperius citatis, ſed latius habebitur ſermo in tertio capitulo titulo primo Ampl. 14. numero 56. cum infinitis ſeq. de non diſſimili materia.

Et prædicta omnia circa cambium euidenti ratione comprobantur, nam ſi campſarius debitor ſolueret tam pecuniam cambiatam, quam lucrum promiſſum iuſtè taxatum, campſori creditori, ille campſor
1499 † creditor poterit omni iure tam ſortem, quam lucrum receptam & receptum vnire, & demum alteri dare cambio, & de tota quantitate recipere aliud lucrum iuxta fori æſtimationem, vt ſatis in omni nundinali cambio ſuperius notatum fuit, perinde non immeritò eandem vnitam quantitatem idem creditor poterit dare cambio eidem primo campſario debitori ſoluenti, ſi pecunia cambienda indigeat, idcirco primum
1500 lucrum † receptum ex cambio poſſe nouiter dari cambio nulla lex, nullaque ratio prohibet, & hoc vni aut alijs dari cambio, diuerſitatis ratio neque conſiderari poterit, prout fieri videmus in annuis redditibus
1501 qui † in Regno tertiæ vocantur, nam decurſi
1502 multoties conuertuntur † in capitale, & illi decurſi iam in capitali conuerſi, aliud pariunt intereſſe, alioſque annuos redditus, quodque licitiſſimo iure permittitur, ita Scaccia dicto §. 7. gloſ. 7. numero 54. & in cambijs nunquam dicitur intereſſe alterius intereſſe, ſed dicitur intereſſe capitalis, quia lucrum illud capitale dicitur, Ruin. d. conſilio 55. numero 20. Cagnol. vbi ſupra numero 46. Menoch. de arbitr. caſu 119. numero 31. & 32. & clarius Borgnin. deciſion. 21. ſub numero 30. libro primo, vbi intereſſe calculatum & poſitum in credito, debetur vt ſors, refert Scaccia d. gloſ. 2. numero 50.

Octaua difficultas (vt ad inſtitutum redeam) vtique facilius ſoluitur, nam eundem, aut maiorem effe-
1503 ctum, ſeu maiorem vtilitatem affert † virtualis ſolutio in Nundinis facta, quia debitor maiorem conſequitur commoditatem, quod ita comprobatur, quia ſi tu accepiſti à me cambio ducatos centum pro Nundinis Auerſanis, & Nundinis aduenientibus non haberes vnde mihi ſoluere, & per hoc acciperes cambio à Seio illos ducatos centum cum incremento, quibus ſolueres mihi illa centum cum incremento, tunc omnes Doctor. admittunt hæc duo cambia facta pro pretio iuſto, prout ſuperius in cambio libero diximus, & vt refert Romuald. col. de camb. cap. 22. & cap. 21. eſſe licita, & iuſta.

Perinde etiam, ſi tu in cambio mecum facto pepigiſti, vt te eos non ſoluente, in proximo futuro foro,
1504 ego poſſem † nomine tuo pro te, & tuis expenſis accipere cambio ab alio dictos ducatos centum, & demum te non ſoluente verè, & realiter accepiſſem à Fabio, vtique ex dictis omnium Doctorum eſſet cambium liberum reale, & licitum, ac iuſtum, ita Romuald. de camb. cap. 14.
1505 Idcirco in cambio hoc cum recurſa, nihil † maioris lucri reſpectu campſoris, nihilque maioris intereſſe reſpectu campſarij continetur, ſed ſolum variatur per-
1506 ſona campſoris creditoris, cambire † enim cum vno, aut cum alio pro eodem pretio, & iiſdem pactis, eſt accidens remotiſſimum, quod nihil commune habet cum iuſtitia, aut iniuſtitia contractus, quid ideo intereſt reipublicæ, legis, rationis, bonorum morum, &
1507 iuſtitiæ cambij quod tu accipias † cambio à Titio, vel à me, qui niſi tibi dem, dabo alijs, dummodo concurrant, æqualitatis dati, & accepti, circumſtantiæ, vt latius ex Nauarr. Fabiano, Medin. Boninſegna, & alijs probat Scaccia d. §. 6. gloſ. 1. numero 41. effectus itaque illius virtualis ſolutionis redactæ in nouo cambio

cambio

cambio; cum eodem campſore, de quo virtuali effectu
Molin. de contract. diſputat. 403. numero quinto,&
ſexto,& diſputation. ſequent. numero primo; conti-
1508 net; vt dixi maiorem † commoditatem debitoris
campſarij, & per hoc, maiorem vtilitatem debitoris
producit, eo quod debitor per virtualem hanc ſolu-
lutionem minus incommodum inueniendi alterum
campſorem habentem ipſum debitorem idoneum, &
minori faſtidio, minoribusque expenſis mulcta-
1509 tur, quia dicto onere † faſtidij, & expenſis one-
raretur in adeundo Nundinas pro ſolutione prædi-
cta, ob quæ faſtidium, & expenſas pati, omnibus no-
tum eſt.

Nec nona aut decima difficultates operantur effe-
ctum, vt ex omnibus Doctoribus firmat idem Scaccia
ampliation. 17. §. 1. quæſt. 7. parte ſecunda numero
* primo & per totam, quia ex magis communi opinio-
1510 ne firmatur, hoc cambium eſſe licitum †, imò &
opinio hæc comprobatur conſtitutione Pij Quinti e-
dita anno 1569. per quam confirmata fuerunt capi-
tula Bononienſia, ex qua conſtitutione ſtatuitur, va-
lere hoc cambium, quamuis fiat à non mercatore, &
etiam quod campſarius non ſit ſoluturus literas aliter,
quam ſuper fide & credito eiuſdem campſoris, qui ei
dedit cambio, vt adnotat Scaccia d. gloſ. prima nu-
* mero 85. & magis communem diximus ſupra nume-
ro 1393. cum pluribus ſequent. & clarius num. 1462.
& ſequent. remanent itaque reſolutæ difficultates nō
ſolum ex dictis per Scacciam locis citatis, ſed per om-
nes recentiores relatos, & probatos per Molfeſ. dicto
capit. 7. numero 45. cum pluribus ſequent. in titulo de
cambio *con la ricorſa*, toto.

Demum illæ quatuor illorum Doctorum diſtin-
ctiones, relatæ ſupra numero 1471. vſque ad numerū
1474. ſunt omninò inanes, & inutiles, nam prima Na
uarri, quo ad forum exterius, eſt inutilis, quia forum
1511 exterius † non iudicat de mente occulta, ſed ſolum
Deus vt ſæpius ſupra dictum fuit, & in foro interiori
1512 mens † deprauata non magis applicatur cambio,
quam cæteris contractibus.

Reliquas verò diſtinctiones vtique inanes, & inu-
1513 tiles eſſe, patet, eo quod paria † ſunt, quem per ſe
ipſum, vel per alium facere, & per hoc paria eſſe ipſum
1514 tradere, vel ſub fideiuſſione faciat tradi, † & tra-
dere abſolutè, vel mediante fideiuſſione tradere non
differunt ſpecie, neç diuerſitatem ſpecierum conſti-
1515 tuunt, imò maius facit ſeruitium dando, † quam
fideiubendo, & nihil commune habet cum iuſtitia,
1516 ſeu iniuſtitia cambij, de quo agitur, quod † idem
campſor faciat dari pecunias campſario ab alio, vel
1517 det de ſuis proprijs, at laborioſius eſt † campſario
recambium facere cum alterius campſoris pecunia,
hæc Scaccia dict. §. 6. gloſ. prima num. 86.

1518 Nec reales reputantur diſtinctiones, eo † quod
cum campſore ſemper adeſt ſuſpicio mutui pallia-
ti; ſed cum tertio nequaquam, vt in materia aſſecura-
tionis adnotat referendo Scacciā d. numero 86. ver.
nec dicatur, quia patet, in illis aſſecuratiuis pactis fa-
1519 ctis per vnum ex contrahentibus præſumere † frau
dem vſurarum, ius ipſum, ideo procedere exempla
relata per Scacciam, ſed in hoc cambio nequaquam
præſumit lex, ſed præſumit homo ad inſtar legis, & per
1520 hoc præſumptio † hominis tollitur per aliā contra-
riam ſimilem, eo quod nemo præſumitur delinquere,
vt ex Nauarr. probat Scaccia d. gloſ. prima num. 87.

Ex quibus omnibus, dignoſcitur, tertium illum ca-
ſum notatum ſupra numero 1482. iure non probari,
1521 eo quod ratio ſufficiens † differentiæ dari non po-
terit in ſolutione, quæ fit de pecunia campſoris, & in
ea, quæ fit de pecunia correſpondentis de ordine eiuſ-
dem campſoris, dum in vtraque ſolutione attendi-
tur iuſtitia æqualitatis, qua adhibita non refert pe-
cuniam ſolutam eſſe vnius, aut alterius nomine ſo-
lutam, vel propriam vnius, aut alterius, imò proba-
tum fuit ſupra numero 1510. per conſtitutionem pon
tificiam valere virtualem ſolutionem ſuper fide, &
credito eiuſdem campſoris factam; & per hoc rece-
ptiſſima opinio firmata ſuperius numero 1462. &
ſequent. procedit tam in primo caſu notato ſuperius
numero 1474. & ſequent. quam in tertio caſu notato
ſupra numero 1482. quia in eis circa iuſtitiam æqua-
litatis, nulla conſiderari poterit diuerſitatis ratio.

Temperatur tamen hæc receptiſſima concluſio,
eam ſcilicet, non procedere in cambijs, aut recam-
1522 bijs † factis, ſeu in infinitum faciendis, & conti-
nuandis cum eodem campſore, ſed ea vſque ad cer-
tum honeſtum tempus tollerari debere, ita Scaccia
dicto §. ſexto gloſ. prima numero 88. quodque om-
ninò obſeruandum dicerem, ne annuus cenſus pallia-
1523 retur † ſub nomine cambij, & recambij perpetuò
continuati cum eodem campſore, abſque canonica,
1524 & ciuili forma, quo in caſu iudicaretur † contra-
ctus nullus, & illicitus non autem vſurarius ex infra
dicendis.

Temperatur ſecundò, vt exercentes hoc cambium,
1525 ſine fraude, & cum iuſtitia † exerceant, eo quod
non facilè exercendum, dicunt, ac de vſura ſuſpe-
ctum, Leſſius de iuſtitia, & iur. libro ſecundo capitu-
lo vigeſimotertio, numero ſeptuageſimoprimo, Ioan.
Azor. inſtitut. moral. parte tertia, libro decimo, titu-
lo de camb. capitulo nono, quæſtion. ſecunda & Sa-
lon. de cambio, quæſtion. quarta, articulo ſecundo,
controuerſ. duodecima, quos refert Scaccia d. gloſſ.
prima numero 88. ſupra citato, quibus ſic explicatis
non procedunt, quæ ad iniuſtitiam Cambij *con la
ricorſa*, congerit Franciſcus Fabbronius Theologus
in ſuo reſponſo inſerto in deciſion. Ferrar. Marci
Antonij de Amatis 45. à numero 44. ſeu ſecundum
hæc intelliguntur.

In quantum verò concluſum fuit ſuperius nume-
ro 1480. in ſecundo illo caſu, cambium eſſe illicitum,
1526 hoc ſanè intelligas eſſe † illicitum, ſed non vſu-
rarium, dummodo in eo non ſit palliatum mutuum,
1527 & implicitum, & tunc implicitum dici † quando
pretium cambij augeretur ratione ſolius temporis,
Scaccia eodem tract. §. primo quæſtion. ſeptima, par-
te tertia, limitation. 15. numero ſeptimo, & appa-
1528 rente †, lucrum ſolui ratione ſolius temporis in du-
1529 bio iudicandum vſurarium, † Scaccia d. parte 3. li-
mitation. prima, ſub numero quarto, & §. 9. nume-
ro decimo, & ſequent. Molin. de contract. diſputat.
404. numero primo, ac in alijs locis, & Molfeſ. dicto
capitulo ſeptimo, in pluribus etiam locis.

Verum ſi appareret de mutuo palliato, ſed lucrum
1538 fuiſſet † ſolutum ratione lucri ceſſantis, aut damni
emergentis ob temporis dilationem, tunc ſi erit lici-
tum, aut vſurarium explicabitur inferius ſuper expli-
catione iniuſtitiæ cambij ſicci, de iuſtitia aliarum ſpe-
cierum

cierum cambij ſatis in eorum explicatione dictum
fuit.

Dubitatur tamen (vt nihil intactum omittam) an
1531 contractu † cambij, declarato nullo, vel vſurario,
campſor perdat ſortem, & capitale pretium; & non
perdi, nec amitti reſpondit Scaccia d. quæſtion. 7. par-
te ſecunda, ampliation. 20. tota quodque varijs argu-
mentis, varijsque caſibus conſideratis & diſtinctis pro-
bat, Molfes. verò in d. capitulo ſeptimo, numero 106.
cum ſequent. refert Scacciam tenentem in vtroque
1532 foro ampliationẽ prædictam procedere †, ſed eum
ſequitur ſolummodo in foro exteriori.

Sed iudicio meo, (pace illius alioquin viri, reli-
gione, & doctrina probatiſſimi) Molfes. in pluribus
1533 aberrat † & in primo, quia Scaccia in tota dicta
ampliation. 20. nihil de diſtinctione fori dicit, niſi
numero 30. verſ. extende, diſtinguit vtrumque forum
circa pænam infligendam vſurario, eo quod in foro
1534 exteriori punitur † vſurarius, ſi exegerit vſuras tam
criminaliter; quam ciuiliter ad reſtitutionem facien-
dam, at ſi non exegerit, nec inſtrumento, vel ſcri-
1535 ptura contractus vſurarij, in † iudicio vſus fuerit,
adhuc puniretur, cum vſuræ delictum conſumatur ſo-
la ſpe recipiendi vltra ſortem, dummodo illa ſpes ſit
1536 iudicialiter manifeſta †, quia exactio neceſſaria
1537 tantum eſſet pro reſtitutione vſurarum † recepta-
rum, ad quas condemnaretur vſurarius, in foro au-
1538 tem interiori ſi ſpes illa ſit occulta puniretur † pec-
cando mortaliter, quæ omnia non faciunt ad propo-
ſitum dictorum per Molfes. qui deinde numero 107.
dicit prædicta procedere in foro exteriori, & dictum
hoc non probat, imò ex explicatis per eum potius
contrarium eſſe verius videtur, nos autem vltra ea,
quæ ad propoſitum noſtrum ſingulariter adnotat do-
ctiſſ. Capiblanc. meus compater, de Baron. ad prag-
mat. primo, numero 262. cum multis ſeq. plenius de-
clarabimus articulum.

Ad cuius perfectam declarationem infraſcripti con
ſiderandi ſunt caſus, & illorum primus ſi contractus
1539 cambij † reputaretur vſurarius, & nullus ob aliqua
pacta illicita concernentia ſubſtantialia cambij, aut
ſi idem contractus careat conditionibus requiſitis rea-
li cambio, vt puta ſi explicitè, vel implicitè appareat
eſſe mutuum, & fingatur cambium, de quibus con-
ſtet, quo in caſu campſor computabit exacta circa
lucrum cambij, in ſortem capitalem, quia omnia ad
1540 priſtinum reducuntur, & campſor † caſtigabitur
in vtroque foro, vt idem Scaccia proſequitur in d. am-
pliation. 20. tota, & ſignanter d. numero 30. hic e-
nim eſt effectus pactorum reſpicientium ſubſtantialia
contractus, de quibus latiſſimè & omnium ſingula-
riter Rodericus de ann. redd. inferius citandus, ve-
1541 rum ſi hoc in caſu lucra cambij † exigerentur ratio-
ne lucri ceſſantis, aut damni emergentis aliter eſſet re-
ſpondendum, modo vt dicemus infra in explicatione
iniuſtitiæ cambij ſicci.

1542 Secundus erit caſus, quando contractus † fuerit v-
ſurarius, & nullus, tamen Campſor nihil exegerit,
tunc nequaquam perdit de ſorte capitali, eo quod ni-
hil reſtituere tenetur tam in foro exteriori, quam in-
teriori, niſi quod in foro exteriori annullabitur con-
1543 tractus † tanquam vſurarius, & illicitus, & in fo-
ro interiori, ſi nihil lucri, aut commoditatis æſtima-
bilis recipiat, tenetur tantum, quia peccauit in illa
1544 ſpe recipiendi vltra ſortem, quod † peccatum
ſola Confeſſione deletur, Ioann. Anan. in capitulo
1545 naniganti ſub num. 20. aut alibi de vſur. & Lau-
rent. de Rodulph. in capitulo conſuluit parte ſecun-
da, quæſtione trigeſimaſexta, numero decimonono,
de vſur. quos probat Scaccia d. quæſtione ſeptima,
parte ſecunda, ampliat. decima, numero 87. punitur
1546 etiam hoc in caſu † alijs pænis temporalibus in fo-
ro exteriori, vt ex Scaccia retulimus ſupra numero
1547 1535. & ſequent. quamuis † contrarium verius di-
cant; quando vſura non ſit exacta; Rota Auenion. de-
ciſione 48. Bertazol. & alij, quos probat Dom. Ro-
uit. in commentar. ad regias pragmat. ad pragmat.
1. de vſurar. numero 34. & 35. tamen iudicio meo
veriorem dijudico opinionem Scacciæ, tum ex dictis
per eundem Scacciam, in dicta ampliation. 20. nu-
mero 30. & in ampliation. 19. numero 64. quibus in
locis non ſolum iuribus, & authoritatibus æquiparat
1548 † vſuram furto, & rapinæ, ſed eam maius delictum
1549 eſſe d. numero 94. dicit, & fures † ſi rem abſtule-
rint condemnantur etiam ad rei reſtitutionem, ſed ſi
non abſtulerint, ſed ſolũ oſtiũ fregerint, ſeu ſcrinium,
1550 tunc vtique puniendi † veniunt ſaltem pæna
mitiori, quia deuenerunt ad actum proximum, & im-
mediatum ipſius maleficij, ex traditis in genere per
Clar. §. fin. quæſtione 92. verſ. ſcias tamen vſque ad
finem quæſtionis, & in furto ad intellectum leg. vul-
garis ff. de furt. latius Farinacc. de furt. in fragm.
quæſtione 174. parte prima numero ſecundo, quar-
to, & octauo, ita etiam procedere debeant prædi-
1551 cta, in vſura, per argumentum à ſimili, † ab æ-
quipollentibus, & à proportionabilibus, vt adnotat
in dd. locis Euerard.

Tum etiam, quia committere vſuras eſt facere a-
1552 ctum prohibitum, iure naturali diuino, canoni-
* co, & ciuili, vt de magis recepta opinione teſtatur
Ioann. Baptiſta Lupus in leg. curabit. Codic. de act.
empti. comment. primo, §. tertio, & in capitu-
lo nauiganti comment. quarto, de vſur. numero
18. & ſequent. idemque (alijs ſcienter per nos omiſ-
ſis) docet Molina de contract. diſputation. 304. vbi
latè, contra alios tenentes iure ciuili permiſſas, vt eſt
videre penes Marant. in Speculo parte ſexta, de inqui-
* ſit. numero 108. & 110. quorum communem dicit
Carauit. rit. 21. numero quinto, quia prima dicitur
magis communis ex traditis per Lup. & Molin. id-
circo qui ſcienter, & ex propoſito actum prohibitum
1553 facit † temerarius dicitur & extra ordinem puni-
tur, quamuis non fuerit doloſus, ita Farinacc. de
pęn. temper. quæſtione 90. numero 57. & 58. & per
1554 hoc vſurarius licet non exegerit vſuram † punitur
tanquam temerariè ſperans, vltra ſortem, recipere,
contra leges, modo iam dicto.

In Regno tamen, in quo contra vſurarios ſtatu-
1555 ta eſt † pæna publicationis bonorum per conſti-
tut. Regni vſurariorum titulo de vſur. puniend. quæ
1556 dicitur † infra relegationem, vt adnotat Marant.
diſputat. quinta, numero 23. ver. tamen poſt Parid.
de puteo per eum allegat. & eſt minor modica pæna
corporali, vt docet Rouit. in d. pragm. 1. de vſurar.
1557 numero 31. dicerem ideo nulla pæna † puniri
vſurarium non exigentem vſuram illa ratione, quia
in leuibus, & in pecuniarijs conatus non punitur, nec
1558 extra ordinem, niſi realis ſequatur † effectus conſu-
matus,

matis, Rimin. iun. conſilio 695. numero decimo, vol. ſexto, quem probat Baiar. ad Clar. in citata quæſtione 92. numero quinto, & de recepta Doctorum opinione teſtatur Farinacc. de homicidio quæſtione 124. numero 52. & 53. non leuiter inquam doctiſſimus Rouit. hanc ſequutus fuit opinionem, quam ex prædictis in Regno veriſſimam dijudico.

Tertius erit caſus conſiderandus, quando contractus cambij erit vſurarius, & nullus, quia ſic declara-
1559 tus fuit † per aliquam legem, & hoc in caſu ſeruanda erit diſpoſitio legis, tam reſpectu ſortis, quam lucrorum cambij, prout lex expreſſerit ad notata per Scacciam citata ſæpius quæſtione quinta; numero 100. verum ſi lex improbaret tantum contractum, tanquam
1560 vſurarium, † & non vltra procederet, tunc declarato nullo contractu, & reſtituris hincinde datis, & acceptis, alicui aliæ pœnæ locum non eſſe, quia nec explicitè, nec implicitè apparet idem contractus vſurarius, ſed legis diſpoſitione ſic iudicatur ad tex. in c. vltimo de vſur. & adnotat idem Scaccia citata ampliat. 20. numero 37.
1561 Sed ſi in eodem contractu † per legem annullato, vel annullando, fuiſſent recepta lucra ſeruata iuſtitia æqualitatis, tunc in foro interiori nihil reſtituendum erit, quamuis legis humanæ forma nõ fuerit ſeruata, il-
1562 la ratione, quia lex humana iudicat præſumẽdo, † &
1563 per hoc cedit diuinæ legi, quæ innititur veritati, † idcirco, in foro conſcientiæ, in quo iudicat diuina lex, attenditur veritas, at in foro exteriori attenditur illud,
1564 quod certum eſt, & in huiuſmodi lex † vel canon fundatur ſuper præſumptis, ideo præualet veritas, & nulla lex fundata in præſumptionibus ligat quem in
1565 foro conſcientiæ, ſi contrarium eius, quod † præſu-
* mitur conſtat coram Deo, vt de communi Theologorum, canoniſtarum, & legiſtarum opinione, teſtatur Anan. in capit. in ciuitate numero nono, verſ. quædam eſt deceptio de vſur. & Feder. de Sen. Anch. Bart. Bal. Abb. Felin. Nauarr. & Couarruu. relatis docet Scaccia eodem tractat. de commerc. §. 1. quæſt. 1. numero 529. idemque veriſſimum dicit Molfeſ. in nonnullis locis, vt idem teſtatur tract. 12. de contract. capit. 3. numero 206. in fine.

Quartus erit deinde conſiderandus caſus; quando in contractu cambij fuiſſent poſita pacta vſuraria con-
1566 tra † accidentalia, & naturalia tantum, veluti ſi aliquod onus indebitum impoſitum fuiſſet campſario debitori, aut exigeretur lucrum cambij in exceſſu, &
1567 ſimilia, tunc pacta tantum vitiarentur, † & annullarentur, non autem contractus, qui adæquaretur abſque ſimilibus illicitis pactis, vt in omni contractu per iura, deciſiones, Doctorum authoritates, & rationes, probant Scaccia dict. ampliation. 20. numero decimoquarto, & ſequentibus Felician. de cenſ. libro primo capitulo fin. nume. 23. Latius Rodericus de ann. reddit. libro 2. quæſtione prima tota, & Molfeſ. de contract. capitulo ſexto, numero 107. & 112. qui ſi confuſe loquatur, tamen ſe refert dictis per Rodericum citato loco, qui ſatis ſingulariter ſatiſque abundè loquitur.

Et ſi pacta prædicta fuiſſent circa exceſſum in exa-
1568 ctione † pretij cambij, tunc ſi exceſſus fuerit reſpectu duplicis pretij, quo æſtimatur cambium, prout in cambio *al conto*, dictum fuit, tunc ſi exceſſus fuerit in minimo, vt ibi etiam diximus in caſu conuerſo, dico in minimo, nempe ſi campſor lædat campſarium debitorem in aliquo minimo cum diſtinctione fori inferius facienda, valet pactum, & cambium, quia ſi in cambio *al conto*, diximus valere in damnum campſoris, ſi
1569 in aliquo † excedat taxam, ſeu vt verius dicam diminuat, & minus ſoluat campſarius, eo quia ſit bona li-
1570 tera, vtique pactum hoc † è conuerſo valere, ſi campſarius ſit mala litera, vt in aliquo minimo campſor excedat communem mercatorum taxam, & dicitur de-
1571 bitor mala litera †, ſi non fuerit idoneus ad ſoluendum circa facultates, & circa mores, vt puta ſi non fuerit pacificus, ſed rixoſus, litigioſus, fraudolentus, ſicarius, & Deum, & honorem non timens, aut eſſet potentior creditore, quibus exiſtentibus, attento labore, attentiſque expenſis circa prædicta in exceſſu erogandis, licita iudicanda erit exactio lucri Cambij in exceſſu
1572 pro aliquo minimo in foro conſcientiæ † tantum, in quo foro, diſſentiendo à Nauarr. in c. nauiganti numero 24. & 76. & ibidem Lupus, §. ſecundo, numero 76. verſ. ad vnum tamen, de vſuris generaliter in omni foro loquentibus; ſic iudicandum dicit Scaccia dicto §. primo quæſtion. 7. parte 2. ampliat. 10. nume. 73. cum pluribus ſequentibus vſque ad num. 76. quod ego veriſſimum exiſtimo.

In foro autem contentioſo, & exteriori, concluditur cum Nauarr. & Lupo locis proximè citatis, ac cum
* alijs communiter, dicentibus, campſorem ad reſtitutionem acceptorum in quolibet exceſſu teneri, illa ra-
1573 tione, quia lex fori exterioris, † & contentioſi ad tollendas fraudes, & lites æqualiter exiſtimat nomen mali debitoris, & nomen boni debitoris, & imputet
1574 ſibi † ille, qui credidit malo, & non idoneo debitori, refert, & probat Scaccia citato proximo loco numero 76.
1575 Sed ſi nequaquam concurrunt circumſtantiæ † iuſtificantes exceſſum pretij cambij, tunc indiſtinctè in vtroque foro id, quod exactum fuit in exceſſu reſtitui debet, quantumuis minimum, licet hoc non ſit vſura, eo quod non eſt mutuum implicitum, nec explicitum, ita Scaccia in eodem proximo citato loco num. 77.

Verumtamen tu pro pleniori intelligentia prædicto-
* rum conſiderabis, communem Doctorum eſſe ſententiam, quando exigitur pretium cambij in exceſſu, con-
1576 tractũ cambij tunc non eſſe nullum, † neque vſurarium, ſed iniuſtum, & illicitum, reducendum autem ad
* legitimum, & iuſtum pretium vt communiter, vltra Scacciam, notauerunt Sot. Medin. Couarr. Michael de Palatio Andr. Gail. Iacob Sabag. & Franciſcus Milan.
* quorum communem opinionem dicit Felician. de cenſ. libro 1. capitulo 9. numero 12. qui in omnibus contra-
* ctibus communem eſſe teſtatur, quod iterum probat libro 2. capitulo 1. numero 23. & in 2. tomo libro ſecundo, capitulo 1. in principio. quamuis in dictis locis
1577 ipſe contra † communem concludat, tamen hanc
* communem veram, & æquiorem eſſe, etiam reſpectu pa-
1578 cti contra ſubſtantiam contractus iudicatum, dicit Gaſpar Theſaur. quæſtione Forenſ. 69. numero primo,
1579 quod in ſubſtantialibus ego non dico, verum † tale ſit pactum quo ſublato; contractus, non poterit ſubſiſtere, vt idem Theſaur. fatetur in eadem deciſione nu-
* mero ſexto, eandemque communem & verã profitentur Petr. Gregor. Tholoſ. de vſur. libro tertio, capitulo vltimo numero 12. & Doctiſſ. Rouit. ad pragmat. 1. de cenſ. numero decimoquarto, & 15. qui deciſum

in Ma-

in Magna Curia teſtatur, idemque nouiſſimè deciſum
dicit D. Franc. Caſtill. Siculus deciſ. 132. vol. 2.

Diſtinguit tamen in hoc ſatis ſingulariter Rodericus
de ann. reddit. lib. 1. quæſt. 9. num. 8. dicens quod ſi ex-
ceſſus erit modicus, vel mediocris, tunc omninò ſupra-
1580 firmata cõmunis ſententia tenẽda erit, aut verò † ex-
ceſſus in exactione lucri cambij, vel cenſus erit immo-
deratus, & exceſſiuus, & tunc contractus totus vſurarius
cenſendus erit, & ſolutum ſortem extenuabit, & quan-
1581 do reducitur ad legitimum modum † tunc ſeruandæ
erunt temporum conditiones relatæ per eundem Ro-
dericum numero 9. quem probat nouiſſimè Maſtrill. in
3. tomo deciſionum deciſione 245. numero 55. quam
1582 diſtinctionem † dico æquiſſimam, & veriſſimam, ex
traditis in ſimili per Doctor. & notatis in leg. ſi ſuper-
ſtite in fine Codic. de dolo, & in alijs ferè locis, quorum
* in iudicando, & conſulendo communem opinionem
dicunt, Deci. conſilio 180. numero 7. & Auditor Pe-
ruſin. deciſione 18. numero 55. ex quibus habetur, do-
1583 lum præſumi † re ipſa; & ex propoſito ob enormiſſi-
* mam læſionem, ad cuius communis ſententiæ compro-
bationem magis communiter Doctor. pertranſeunt di-
ſtinguendo cum Corn. conſilio 166. col. pen. verſ. &
1584 inſuper dolo, lib. primo, di centes, quod aut quis † eſt
læſus vltra di midium iuſtæ æſtimationis in modico ex-
ceſſu, & tali caſu non reſcinditur ille contractus; aut ve-
1585 rò læſio contingat vltra dimidium † iuſtæ æſtimatio-
nis in magno exceſſu, & tunc dolus prædictus arguitur,
ex quo contractus in totum reſcinditur, ita Peruſin. ci-
tata deciſ. num. 61. in fine, & num. 62.

Dubitatur ſecundò, vt ordinem inceptum ſuperius
numero 1531. ſequamur, an ſcilicet contractus cambij,
1586 ſic licitus; quando campſor veroſimiliter † credat,
accipientem cambio eſſe ruſticum, & talem perſonam
non idoneam, & proinde non habentẽ facultatem ſol-
uendi in Nundinis deſtinatæ ſolutionis, & eſſe illicitum
reſponderunt Siueſt. ver. vſura 4. §. 9. Sot. libro ſexto,
de iuſt. & iur. quæſtione 13. articulo primo quæſtione
3. Nauarr. in manual. confeſſ. capitulo 17. ſub numero
301. not. 2. & in capitulo nauiganti num. 25. de vſur.
Hieronym. de Lucca Cauat. Romuald. & alij relati per
Scacciam d. quæſt. 7. par. 2. ampliat. 17. num. 7.

Scaccia citato loco numero 15. diſtinguendo inter
forum, & forum, dicit in foro interiori ſi campſor non
1587 ceſſauit † à vero cambio, vel ab alio lucroſo contra-
ctu, cambium hoc eſſe illicitum, & vſurarium, eo quod
peccat campſor dum ſcit literas non habere effectum,
modo vt præcitati Doctores firmant; ſin autem
1588 † ceſſaſſet campſor à reali, & vero cambio ſeu ab al-
1589 tera lucroſa negociatione, tunc † in vtroque foro va-
lidum eſſe contractum firmat Scaccia loco citato.

In foro verò exteriori concludit omninò licitum
1590 † eſſe cambium, quia extrema intentionum vtriuſ-
que contrahentis non coniunguntur, denique numero
1591 16. magis ſingulariter addit dicens forum † exte-
rius, ſeu legem iſtius fori non iudicare de occultis, quæ
in corde reſident, quia campſor ſemper poterit dicere,
quod ideo dedit cambio, quia ſperabat, & credebat
1592 † campſarium ſoluturum eſſe in Nundinis, & quod
niſi hoc ſperaſſet, cambio eidem non dediſſet.

Ego verò in hac ſecunda dubitatione firmarem in
vtroque foro cambium eſſe licitum; & infraſcriptis mo
uerer medijs, quorum illo primo, nam cambium exer-
1593 ceri poſſe per homines † cuiuſuis profeſſionis dictum
fuit ſuperius numero 1463. & latius ſuo locó dicetur,
prout in cambio *con la ricorſa* diximus, & exercetur,
quamuis in Nundinis campſarius nõ habeat correſpon
dentem, nec pecuniam, itaque ſolitum fieri per omnes
omnibus notum eſt; ideo in hac dubitabili dubitatio-
1594 ne † ſolitum iuſtificat contractum, Scaccia d. §. ſex-
to, gloſ. 1. num. 48. & de receptiori teſtatur Molfeſ. de
contract. d. cap. 7. num. 109.

Secundò, & fortius, nam aut campſor pro certo ſciat
hunc ruſticum, & pauperem non eſſe poſſibiliter
ſoluturum pecunias receptas in Nundinis, ſed ſolu-
1595 turas † credit in loco, in quo datæ fuerint pecuniæ,
tunc ſi ſoluatur capitale, & incrementum iuſtum in lo-
co prædicto licitè ſoluitur, licitèque exigitur cum loco-
1596 rum diſtinctio † non erit cauſa iuſtificandi cambia,
ſed tantum taxatio lucrorum, ita Molfeſ. d. cap. 7. num.
108. ver. & vt dixi.

Sin autem certò ſciat campſor dictum ruſticum pau-
perem non eſſe poſſibiliter ſoluturum in omni loco,
1597 tunc contractus hic † reſolueretur in contractu do-
nationis, dum ſuperius probauimus imputari, & impu-
tandum campſori inopem, & non ſoluendo eligenti de-
bitorem, quamuis in iſto caſu termini iſti videntur im-
plicare contradictionem, & ligare arenam ſine cæmen-
1598 to, cum ſupponatur campſorem † credere pecu-
nias campſario non ſoluturo, quod certè ſaperet fatui-
tatem, & omnimodam inueriſimilitudinem, cum
1599 dantes cambio timentes † campſariorum debito-
rum inopiam, & impotentiam ſolent informari per
nonnullas diligentias prius quam dent cambio, & vbi
bonam non habent informationem abſtinent à cam-
bio.

Sin verò Campſor pro certo non credit campſa-
rium non ſoluturum in Nundinis, ſed tantum dubitat,
1600 & tunc campſor † dubitans, ignoranti æquiparatur,
licitèque contrahit ad tex. ibidemque Bart. in leg. ma-
nifeſtiſſimi §. ſi autem neſcius & §. ſed quærebatur Co-
dic. de furt. itaque firmat Scaccia d. ampliation. 17.
numero 22. quicquid ſentiant in contrarium Nauarr.
& Fabian. relati per eum, quodque fortius quando
1601 campſor credit campſarium † ſoluturum, Fabian.
Genu. de camb. initio numero quadrageſimoſexto,
Lupus Nauarr. & alij relati per Scacciam vbi ſupra nu-
mero 23.
1602 Attamen hanc eandem † opinionem, prædictis ta-
men non conſideratis, firmauerunt Boninſegn. de cãb.
capitulo quarto, verſ. *ſono alcuni*, & Azor. inſtitut.
moral. parte 3. libro decimo, de camb. cap. 11. quæſt.
6. ac alij nonnulli per eoſdem relati, ſed de veritate di-
cetur in ſequentibus.

Verum prædicta, quæ ſuperius numero 1593. vſ-
que ad numero 1600. notauimus, temperabis proce-
1603 dere † in cambio *con la ricorſa* indiſtinctè per ea,
quæ ad exornatum dictæ ſpeciei cambij ſuperius latiſſi-
mè dicta ſunt, & ſignanter numero 1463. & 1510. ac
alibi in nonnullis locis; in alijs verò cambijs ſemper
adhibendæ erunt diſtinctiones intereſſe lucri, & dam-
ni modo, vt adnotant Cauat. de camb. titulo de dante
verſ. quæro in caſu, & Scaccia d. ampliat. 17. num. 5. ac
1604 diſtinctiones † fori interni, & externi, vt ſuperius nu-
mero 1587. dictum fuit, cum ſcientia, & ignorantia ſu-
perius enarratis.

SVMMARIVM.

1605 Recambium eſſe damnatum, tamquam iniquum, patet, de veritate 1611. & ſeq.
1606 Recambia ſi prohiberentur, ſalubre, & bonum eſſet.
1607 Recambium illicitum, cum campſor credat literas reuerſuras inanes, & 1608. 1609. cōtra n. 1614. & ſeq.
1609 Cambiū, quod reiteratur cum eodem debitore iniquum.
1610 Recambium reiteratur in infinitum, quandoq. tractu temporis intereſſe excedit capitale.
Intereſſe alterius intereſſe dicitur anatociſmus, ibid. contra num. 1618.
1611 Recambium licitum, & Reipublicæ neceſſarium.
1612 Cambia, & recambia petuntur in iudicijs, ideò licita.
Recambium, & cambium cum recurſa idem, ibidem, & 1613.
1614 Recambium de ipſius eſſentia requirit, vt creditor neſciat literas reuerſuras inanes num. 1614. quod quandoq. ex pacto fit.
1615 Recambium, vt ſit validum, ſufficit, creditorem ſcire; debitorem habere pecunias cambio datas in credito, aut alio modo.
1616 Creditor, non diuinabit, vt nullus alius, niſi ipſe crediturus eſſet pecuniam debitori.
1617 Cambium ſuſtinebitur ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis.
1619 Recambium contra decoctum non currit.
1620 Recambium, vt validum iudicetur, nonnulla requiruntur.
Recambium inualidum iudicatur, niſi præcedat facultas accipiendi ad cambium, & recambium modo, vt explicatur 1621.
1622 Recambium, vt ſit validum requiritur, quod campſor verè accipiat cambio in caſu moræ, idq. notificet debitori, & 1623. contra num. 1624.
1625 Recambium omninò licitum iudicatur, data facultate accipiendi cambio in caſu moræ; & ſufficit etiam à ſe ipſo accipere cambio num. 1626. & hæc facultas pregreditur ad plures vices nu. 1627. & de ipſius recambij validitate num. 1628. remiſſiuè.
1629 Recambium, vt ſit validum, non erit habenda ratio mercedum, ſalariorum famulorum, aliarumque expenſarum.
1630 Recambium, cambium cum recurſa, & cambium cum conuerſione acceſſionum ſunt ſinonima.

DE RECAMBIO LICITO, & non licito.

Recambium (ſequendo ordinem incoatū ſuperius nu. 1254) ex omniū ferè Theologorum ſententia
1605 damnatum † eſſe patet, tanquam iniquum, eo quod per vim à miſeris campſarijs debitoribus extorquetur, vt ſcribit Salon. in ſepius citata quæſt. 4. art. 2. controuerſ. 14. num. 2. & ſequen. quem ſequitur Ioan. Azor. d. lib. 10. inſtit. Moral. cap. 11. quæſt. 8. in fine, & ſalubre,
1606 bonumq; eſſe † ſi recambia prohiberentur ſub grauiſſimis pœnis, dixit Cauat. de camb. tit. de camb. ſicco verſ. quæro, an ſimilis, inter alias rationes, qua mouetur Salon. loco citato, illa precipuè aſſignatur nempe, quia campſor, vel ſciebat, aut ſaltem ſuſpicabatur campſa-
1607 rium, nec pecuniam, neque creditum † habere, aut habiturum in loco deſtinatæ ſolutionis, & conſequēter ſciebat, eius literas eſſe inde reuerſuras vacuas, & ina-
1608 nes, † quo caſu illicitum cambium dixerunt Silueſtr. Sot. Nauar. Hieron. de Lucca Romual. & Scaccia relati ſuperius num. 1586. dubitat. 2. multoque iniquius eſſe cambium, quod ob non ſolutionem primi reiteratur
1609 cum eodem debitore, † reſpondit Nauarr. in d. cap. nauiganti ſub num. 25. de vſur.

Accedit vtique, nam in recambio intereſſe conuertitur in capitale, quaſi in infinitum taliter, vt tractu tem-
1610 poris † intereſſe excedit capitale, & ſolutio intereſſe alterius intereſſe dicitur anotociſmus, vt notatum fuit ſup. nu. 1467. denique alijs rationibus citati Doctores dicunt cambium, ſeu recambium prohibitum, quas refert Scaccia d. ſuperius, §. 7. gl. 2. num. 20.

Quibus tamen nō obſtantibus recambium eſſe om-
1611 ninò licitum † videtur penes Doctores vtriuſq; paginæ magis communiter hoc decidentes, de qua magis communi teſtatur Scaccia de cōmerc. §. 1. q. 7. p. 1. nu. 99. & alibi, imò eſſe omninò Reipublicæ neceſſariū, ſi cum debitis circūſtantijs fiat, & ſine fraude, teſtatur ex quamplurimorum dictis Molfeſ. citato c. 7. nu. 65. & 66. in 9. reſponſione, & nu. 85. 12. reſponſione, cambia
1612 enim, & recambia petuntur in iudicijs, † & per hoc omninò licita, prout licitum eſſe cambium cum recurſa dictum ſuperius fuit, eo quod cambium cum recurſa,
1613 & recambium idem ſunt, & in nihil o differunt, † comprobat infinitis rationibus Scaccia quæſt. 4. citato tract. nu. 38. & 40. & §. 7. gl. 2. num. 21. & ſeq. & dicetur infra num. 1630.

Et prima ratio adducta pro cōtraria opinione facili negocio ſoluitur, nam de eſſentia recambij, ſeu de ipſius
1614 ſubſtantia † nō eſſe, vt campſor neſciat literas reuerſuras inanes, vt ex eius deſcript. poſita ſupr. nu. 1249. & ſeq. patet, imò quandoq; fit ex pacto, modo, vt plenius docet Scaccia citata q. 7. p. 1. nu. 100. & nos aliqua diximus ſup. num. 1505. cum multis ſeq. ſufficit enim ſcire
1615 campſorem, † eius debitorem habere pecunias deſtinatas in Nundinis ad ſoluendū, in credito, vel alio modo habere, Nauar. in Manual. confeſſ. ca. 17. nu. 298. & 299. & in d. c. nauiganti de vſur. nu. 14. Io. Azor. inſtit. Moral. p. 3. lib. 10. tit. de camb. c. 9. q. 2. & quis nam di-
1616 citur ille, qui poſſit diuinare, quod † nemo alius crediturus ſit campſario, cui ipſe credit, vt hęc referens notat Scaccia d. §. 6. gl. 1. nu. 64. denique inferius demonſtrabitur quodlibet lucrum recipi poſſe ex cambio, vel
1617 recambio, licet non realiter facto, ratione † lucri ceſſantis, aut damni emergentis, cum declarationibus adhibendis ſuo loco.
1618 Nec obſtabit ſecunda argumentatio, quia † eidem argumentationi ſatisfactum fuit latè ſup. nume. 1487. cum infinitis ſequentibus.

Reſtringitur tamen concluſio firmata contra deco-
1619 ctum, contra quem † recambia nō currere deciſum, dixit Molfeſ. d. c. 7. n. 66. reſpōſ. 9. ex Seraph. dec. 1434.

Verum ad conualidandum recambium, infracripta de eſſentia requiruntur; & illud primo, nam ſi campſor
1620 creditor † non habeat facultatem à campſario debitore in caſu moræ accipere pecunias ſibi debitas ad cambium, & recambium damno ipſius debitoris, non poterit exigere demum lucrum ad modum recambij,
1621 niſi præmiſſa proteſtatione facta de hoc, † debitori, Farinacc. deciſ. 775. cent. 7. & deciſum dicit Caſtill. Siculus deciſ. 112. num. 14. vol. 2. & patet in explicatione recambij ſup. num. 1249. & ſeq.

1622 Secundò requiritur, vt cum effectu † campſor reci-
piat ad cambium dictas pecunias idque notificet debi-
tori, vt ſciat debitum ſuum poſitum eſſe ſub vſuris, ad
1623 hoc vt valeat poſtmodum ſe liberare, quo in caſu † va-
lidè exigi poſſe lucrum recambij dixit Farin. loco citato.
Sed requiſitum hoc ſecundum eſſe inutile ſi campſor
1624 † habeat facultatem cambio recipere modo, vt in
primo requiſito diximus, reſpondit Caſtill. citata de-
ciſ. num. 15. & vt patet in explicatione recambij citatis
locis; data enim facultate ad recipiendum cambio, tūc
1625 recambium omninò licitum † dixit Muta deciſ. 52.
1626 num. 16. & ſufficit hoc caſu etiam à ſeipſo † recipere
cambio, & exigere lucra recambiorum poſtmodum ita
ſcientiſs. D. March. Tapia Reg. Benem. tit. de camb. lib.
4. num. 25. & Muta citata deciſ. nume. 17. quæ facultas
1627 progreditur † ad plures vices recipiendi cambio, &
valet, idem doctiſs. Regens, nu. 40. & 41. & Muta, num.
1628 19. citatis locis, & de validitate † recambij vltra ci-
tata loca, Scaccia d. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampl. 18. tota.
1629 Tertiò, vt in recambijs non habeatur † ratio mer-
cedum, & ſalariorum famulorum, & aliarum expenſa-
rum, quia ſufficit de eis habitam fuiſſe rationem in pri-
mo cambio, Molfeſ. d. cap. 7. tit. de prouiſ. famulor. nu-
me. 111. & ſequent.
1630 Finaliter cambium cum recurſa, † & cambium cum
conuerſione acceſſionum, ac recambium ſunt eadem,
& ſinonima, vt probat Scaccia citata ampliat. deci-
maoctaua.

SVMMARIVM:

1631 Cambium ſiccum quod dicatur.
*Cambium ſiccum dicitur, quando ratione temporis dila-
tati exactio fit ibidem.*
*1633 Cambium ſiccum dicitur, quod ſine literis contrahitur.
Et ſolutio fit in eodem loco, num. 1634.*
*1635 Cambium ſiccum dicitur quando ſolutio promittitur in
loco, in quo creditor voluerit.*
1636 Cambium ſiccum eſſe illicitum explicatur remiſſiuè.

CAMBIVM SICCVM QVOmodo illicitum.

1631 SICCVM cambium dicitur † illud, quod ſupe-
rius nu. 1241. cum ſequentibus deſcriptum fuit,
ad quæ dicta accedunt etiam, quæ congerunt Scaccia,
& Molfeſ. infra citandi, nempe Sicca cambia eſſe, quæ
ratione temporis dilatati fiunt, & incrementum exigi-
tur, ſeu ea quæ fundantur in ſolo tempore, Scaccia d.
queſt. 7. par. prima, num. 20. & 28. ac par. 3. limit. 1. nu-
1632 me. 1. & quando reſtituitur † in eodem loco, idem
1633 Scaccia d. par. 3. limit. 4. & ſine literis cum † pacto,
quod ſoluatur lucrum cambij veri, & realis, idem Scac-
1634 cia citata par. 3. limit. 5. quæ fiunt, † & ſoluuntur in
eodem loco, idem Author, limitat. 11. eadem part. 3. &
quando ſolutio fiat, ſeu promiſſa fuit in loco, in quo
1635 campſor creditor † voluerit, Scaccia eadem quæſt. 7.
par. 2. ampliat. 17. num. 10. ac alijs ſimilibus modis re-
latis per Molfeſ. d. cap. 7. reſponſione 8. num. 56. & ſeq.
quomodo hæc ſicca cambia, & alia quæuis exemplifi-
cata ſint illicita, pertractandum erit.
Cambium itaque ſiccum damnatum, & illicitum re-
1636 putari † penes Doctores vtriuſque ſcholæ (commu-
* niter cambium hoc damnantes) teſtantur, Nauarr. in
ſæpius citato, c. nauiganti ibidemq; Lupus, §. 2. Boninſeg.
Azor. & alij relati per Scacciam d. quæſt. 7. par. 1. num.
19. ac in citatis limitat. de qua etiam receptiſſima regu-
la teſtantur Megala, Salas, Salon. & nouiſſimi omnes,
citati per Molfeſ. d. cap. 7. num. 56. & expreſsè prohibi-
tum fuit per citatam cōſtit. Pij Pap. V. & nouiſſimè poſt
D. Marchionem Benem. Tapiam in ſuperius citato lo-
co, Marius Muta in pragmaticis Regni Sicil. tom. 1.
titul. 74. vbi alia quamplurima cambiorum illicito-
rum, & ſiccorum exempla, eaque quando illicita, &
quomodo, explicando ſatis ordinatè, ſed de his vti no-
tis hactenus, ideo ommiſſis tot, & tantis exemplis cam-
bij ſicci per antiquos, & modernos vtriuſque paginæ
Doctores, & omiſſis diſputationibus ſuper licito, aut
non licito, ſuper quibus non parum ſe prolatarunt, ſup-
ponendo ego, cambia ſicca eſſe illicita, & vſuraria,
quodque inficiari nequit, applicatis tamen ſuperius, ſu-
per cambio cum recurſa, dictis, pro limitationibus, de-
ueniam ad quæſtiones, & ſic ad ſextum quæſitum poſi-
tum ſupra nume. 1191. verſ. idcirco, ex quibus quæſtio-
nibus omnium ſpecierum cambij iuſtitia, & iniuſtitia
explicabitur.

SVMMARIVM.

*1637 Cambium illicitum eſſe, etiamſi lucrum exigatur ra-
tione damni emergentis, aut lucri ceſſantis. de veritate
verò in ſeqq.*
*1638 Cambium ſiccum licitum in foro conſcientiæ, ratione
damni emergentis, & lucri ceſſantis. imò in vtroq; fo-
ro 1639. 1641. & 1642. ac in ſeq. num.*
*1640 Pœna adiecta in caſu ſolutionis, non faciendæ in foro
conſcientiæ debetur, ſecus in foro externo.*
*1644 Cambium ſiccum licitum tantum eſſe ratione damni
emergentis.*
*1645 Cambium ſiccum, tunc licitum eſt ratione lucri ceſſan-
tis, aut damni emergentis quādo creditor fuit rogatus.*
*1646 Cambium ſiccum ratione lucri ceſſantis, aut damni
emergentis, eſſe licitum, aut illicitum eſt articulus, ex
difficultatibus, & grauioribus in materia vſurarum,
ſed eſſe licitum num. 1647. de veritate autem nu. ſeq.
& inferius, & idem articulus inextricabilis indica-
tus. 1648.*
*1649 Cambij lucrum diuerſimodè refertur, 1650. 1651.
1652. & 1653.*
*1654 Cambium ſiccum ſuſtinetur, ſi exactio lucri fiat ratio-
ne laboris, & expenſarum, & 1655. & dicitur locatio.*
*1656 Cambium ſiccum ſuſtinetur ſi lucri exactio fiat ſe-
cundum valorem marcharum taxandum, & dicitur
emptio, & venditio eod. nu. 1656. & ſeq. & pecunia-
rum copia auget, & minuit cambium eodem num. cum
ſeqq. & num. 1660.*
1657 Literæ cambij conficiuntur per la valuta, &c. *ideò con-
tinent venditionem.*
*1658 Campſor dans cambio emit pecuniam abſentem cur-
renti foro, & campſarius vendit præſentem pro abſen-
te, & 1659.*
1661 Pecunia præſens pluris valoris dicitur, quàm abſens.
*1962 Cambium ſiccum ſi refertur ad intereſſe lucri ceſſan-
tis, aut damni emergentis dicitur licitum; & 1664.*
*Cambium ſiccum quomodo dicatur contractus innomi-
natus, ibid.*
1663 Cambium ſiccum eſſe contractum mutui refertur.

Cambium

1665 *Cambium ſiccum ſemper iudicatur mutuum pallia-*
tum.
1666 *Cambium ſiccum poterit ſubſtineri data inæqualitate*
valoris monetarum cambio datarum, cum multis ſe-
quentibus.
1666 *Cambium dicitur permutatio. cum multis ſeq.*
1667 *Cambium ſiccum poterit ſubſtineri ob intereſſe lucri,*
aut damni cauſatum per tarditatem ſoluere deben-
tis.
1668 *Cambij lucrum ſi excedat laboris, & expeditionem, ac*
induſtriæ qualitatem, tunc qualitas, hæc tamquàm ac-
cidentalis, non erit in conſideratione.
1669 *Cambium ſiccum poterit habere exactionem lucri non*
à diſtantia temporum, vel ab alio modo conſiderato in
conſtitutione cambij huiuſmodi; ſed à natura contra-
ctus, qui in illo celebratur.
1670 *Cambium, in quibus locans carius locat, emptor vilius*
emat patiens intereſſe pluris illud æſtimet, & permu-
tans inæqualiter æſtimet iniuſtitiam, non vſuram di-
citur continere.
1671 *Cambium ſiccum, ex quo, ob diſtantiam, vel fictionem*
cambij, campſor auget lucrum, illudq; exigens ratione
lucri ceſſantis, aut damni emergentis dicitur iuſtum,
non in ratione cambij, ſed ratione intereſſe.
1672 *Cambij lucrum exigendum ratione damni emergentis*
probati, licitè exigitur. 1675. & 1676.
Intereſſe damni emergentis licitè exigitur, ibidem.
1673 *Intereſſe damni emergentis debetur iure diuino.*
1674 *Intereſſe damni ab initio in pactum deduci poterit. in*
vtroque foro, num. 1676. & 1679. cum ſeq.
1677 *Cambij ſicci lucrum exigitur licitè ratione lucri ceſ-*
ſantis demum iuſtificandi, & 1678.

QVÆST. PRIMA.

PRIMO quęritur, an recipiens lu-
1637 crum in cambio ſicco † illud reti-
nere valeat, ratione damni emer-
gẽtis, aut lucri ceſſantis, & in vim
huiuſmodi intereſſe ob mutuum
implicitum, valeat exigere lucrũ
huius cambij; ad cuius reſolutio-
nem reſpõderunt Lupus in l. curabit. C. de action. empt.
§. 6. num. 113. D. Thom. Sot. Durand. Inn. Ioan. Andr.
& alij per eundem relati, alijque per Scacciam d. quæſt.
7. par. 2. ampliat. 8. nume. 177. poſt Crauett. Menoch.
* Gabr. Salon. Cald. Strach. & alios relatos de communi
opin. teſtantes dicenteſque illicitum, & vſurarium con-
tractum.
Molfeſius autem citato loco nume. 61. refert plures
1638 tenere, licitum eſſe cambium in foro † conſcientiæ
tantum, cum licet re vera ſit mutuum palliatum, atta-
men etiam in mutuo poteſt aliquid vltra ſortem exigi,
ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis, itaque
cum in foro exteriori iuſtificari non poſſunt huiuſmo-
di contractus tanquam prohibiti, ſubſtinentur in foro
conſcientiæ citra peccatum, & reſtitutionem, ad quod
allegat Caiet. Nauarr. Megal. Salas. Malderin. Reginal.
& Scacciam, idemque firmat idem Molfeſ. reſponſione
13. num. 88. eodem cap. 7.
Tamen, Scaccia d. quæſt. 7. par. 2. ampliat. 8. nu. 178.
1639 allegatos à Molfeſ. d. nu. 61. tenet licitum eſſe † cam-
bium abſque diſtinctione fori, quæ diſtinctio fori adhi-
bita tantum fuit per Scacciam d. ampliat. 8. nume. 184.
1640 & ſeq. ſolummodo in pęna adiecta † per mutuan-
tem in caſu ſolutionis in tempore promiſſo non facien-
1641 dæ, quæ in foro interiori † debetur, & in exteriori
nequaquam.
1642 Idemque abſque tali diſtinctione † firmauerunt,
Couarr. variar. reſolut. lib. 3. cap. 4. verſ. ſexto ex his ſub
num. 5. Nauarr. in c. ſi fęneraueris notab. 15. ſub nu. 42.
& in conſ. 6. lib. 5. de vſur. ac in Manual. confeſſ. ca. 17.
num. 211. Cardin. Tolet. de inſtruct. Sacerd. lib. 5. c. 33.
ſub nu. 2. verſ. conueniunt tertio, quorum, & aliorum,
* per relatos Doctor. citatorum, communem opinionem
dixerunt Couarr. & Nauarr. vbi ſupra, quamuis nõ om-
nes hanc ſequutos fuiſſe opinionem, refert contra Co-
uarru. & Nauarr. Lupus proximè citatus; tamen hanc
* communem eſſe, & amplectendam, dixit Molina de cõ-
tract. diſput. 315. num. 5. verſ. contraria, qui contraria
argumenta ſatis notabiliter ſoluit, eandemque ſequi-
tur, notabilius. Io. Azor. d. par. 3. de mutuo lib. 7. ca. 7.
quæſt. 6. verſ. verum dubiè, & verſ. ſecunda eſt ſenten-
tia, & quod penes omnes Theologos ſummiſtas, & iu-
* ris peritos communiter teneri hanc opinionem aliqui-
1643 bus adhibitis conditionibus teſtatur † Salon ad D.
Thom. controuerſ. 9. ſub nu. 1. verſ. 3. opinio; & ſic plu-
ries deciſum in Rota nouiſſimè refert Scaccia proximè
citato num. 178.
Alij, vt Lupus in citata l. curabit d. num. 113. & rela-
ti per eum dicunt, deciſiones prędictas procedere in in-
1644 tereſſe damni emergentis, † itaque loqui Doctores
citatos per Couarru. ſuperius allegatum, ſeu maiorem
partem dictorum Doctorum, nõ autem in intereſſe lu-
cri ceſſantis, quorum eſſe veram, & receptam opinio-
nem teſtatur Menoch. de arbitr. caſ. 119. nu. 11. & 18.
Quintam opinionem ſectantur Cardin. Tolet. & Io.
Azor. locis citatis, & præcipuè Azor. verſ. quæres quan-
do, dicentes deciſiones prædictas, prædictamque opi-
1645 nionem † procedere in creditore rogato, non autem
in mere voluntario.
In hoc enim articulo, relatis præfatis opinionibus,
1646 Scaccia dicit eſſe articulum ex difficillioribus, † &
grauioribus, qui poſſint occurrere in materia vſura-
rum ita in d. ampliat. 8. nume. 183. & demum num. eo-
dem, verſ. concludo ſecundo dicit opinionem ſuperius
1647 firmatam, ex qua diximus † cambium eſſe licitum,
* tam ratione damni, quam lucri, eſſe omninò commu-
nem.
1648 Ego verò, vt veritas deciſionis huius articuli † ad-
modũ difficilis, & quaſi inextricabilis ob tãtarũ diuer-
ſarum opinionum coaceruationẽ confusè per allegatos
Doctores factam, clarius appareat, eo quia allegati pro
vna opinione ſectantur etiam contrariam, vt aduertit
Lupus in citato nu. 113. volui prius præmittere, & quæ-
dam ſatis neceſſaria cõgerere ad perfectum dictæ deci-
ſionis ſcitum, quibus cognitis facilius eiuſdem deciſio-
nis habebitur cognitio, ac totius cambij difficultatum
ſequutus in his diſtinctionibus præcipuè Scacciam cla-
rius, quam alij loquentem.
1649 Cambij idcirco lucrum † diuerſimodè refertur,
nam aut refertur, & primo ad mercedem laborum, &
1650 impenſarum, † quas facit campſor.
1651 Secundò refertur ad pretium † quo emuntur, &
venduntur ſcuti marcharum.
1652 Tertiò refertur † ad intereſſe lucri ceſſantis, & dam-
ni emergentis.

1653 Quartò referri poterit † ad inæqualem valorem
monetarum, quæ permutantur.
Redeundo ad primum, ſi lucrum cambij refertur ad
illam mercedem, cambium tunc iudicatur, vt locatio,
1654 † & conductio, quia campſor locat operas ſuas, vt
adnotat Azor.inſtitut. Moral.libr.10.cap.5.quæſt.2.&
tunc ſi ex hoc cambio recipiatur lucrum licitè, & validè
recipitur, Molina de contract. diſputat.403.nu.7. verſ.
in cambio Molfeſ.d.cap.7.nume.22.& nu.111.qui ge-
nericè loquitur, tamen data iuſtificatione per maiores,
1655 aut minores labores † impenſas, & induſtrias, data
inquam horum correſpectiuitate, & æqualitate, ſemper
licitum dicitur hoc exigendum lucrũ, vt Doctores præ-
citati, & omnes vno ore admittunt.
Secundum lucrum vtique licitè exigitur, ſi iuſtifica-
bitur à minori, ſeu maiori copia marcharum, ſeu pecu-
1656 niarum; quia tunc cambium † dicitur emptio, &
venditio, cum venduntur ſcuti marcharum pro pretio
ſecundum æſtimationem fori taxando, vt diximus ſu-
pra num.1435.cum ſeq.quo in caſu dicitur emptio, &
1657 venditio, & eo fortius, quia in literis cambij † dici-
tur *per la valuta, &c.* vt infinitis congeſtis probat Scac-
cia de commerc.§.1.quæſt.4.num.21.cum pluribus ſe-
1658 quent.& qui dat cambio † emit pecuniam abſentem
currẽti pretiò fori, & qui cambio accipit vendit abſen-
1659 tem † pro præſenti pecunia iuxtà fori æſtimationem
Cardin. Caieta.de camb.cap.7.ſub nu.2.3.& 4. ac c.6.
Scaccia d.loco proximè citato, ac Nauar.Silueſt.Bann.
Ledeſm.Salas Boninſegn.& alij citati per Molfeſ.d.c.7.
num.18.de quo nos alibi.
Idcirco habita conſideratione cum æqualitatis iuſti-
ficatione per minorem, ſeu maiorem copiam pecunia-
1660 rum † vnius loci ad alium, omninò lucrum, & incre-
mentum ſic taxatum, vt moris eſt, ſuperius dictum fuit
exigi licitè poterit, vt ſingulariter, & latè docet Molina
de contract. diſput. 406. tota, & latius, & ſingularius
Scaccia in ſæpius citata quæſt.7.p.1.num.50. 76. & 80.
1661 ac num.77.vbi pecunia abſens † non tantum valet,
quam præſens, ſiue ſit abſens quo ad locum, ſiue quo
ad tempus, vbi etiam copia, aut inopia pecuniarum, ci-
tatis infinitis authoribus tangit, hoc pro abſoluto ha-
bens, Molfeſ.d.c.7.num.26.& latius num.29.
Ad tertium, iſto inquam caſu iudicaretur cambium,
1662 contractus † innominatus, & proinde licitus, vt vi-
detur penes Caieta.d.tract.de camb.c.3.num.1. Anan.
in c.vlt.nauigati num.47.ibidemque Nauarr.ſub nu.9.
& nu.21.& 22.de vſur. Cauat.de camb.in Prælud. ver.
ſed eſt permutatio, Salon ad D.Thom.d.q. 78. ſeu poſt
de camb.q.1.art.1.ſub nume.4.& art.2.ſub nume.7.&
* communiter teneri teſtatur Bero.conſ. 194.nume. 14.
libr. 1. aut verò ſit hoc cambium contractus mutui, vt
1663 eum eſſe profitentur † omnes Doctores tenentes cã-
bium ſiccum eſſe illicitum, & vſurarium modo, vt hos
refert Scaccia d.q.7.p.1.num.22. & ſeq. & tunc vtique
1664 ratione lucri ceſſantis † recipitur incrementum, vt
relatis Caieta. Nauarr. Fabian. Boninſegn. & infinitis
* probat ex magis communi opinione Scaccia d.q.7.p.2.
ampliat.8.ſed de hoc nos latius dicemus ſuo loco; nam
quando ſupponitur cambium ſiccum ſemper dijudica-
1665 tur † mutuum palliatum ſub veſte, & pallio cambij,
vt penes omnes Doctores eſt videre.
Ad quartam, & vltimam relationem, dico lucrum
hoc in caſu, vtique licitè, & validè exigi, eo quod iudi-
1666 catur tale cambium, permutatio, in qua † exigitur
lucrum non ſolum ratione inæqualitatis valoris pecu-
niæ præſentis cum abſente permutatæ, & cambio datæ,
ſed etiam ſi ex tarditate permutantis in non tradendo
1667 alter permutans, qui dedit pateretur † intereſſe lu-
cri, aut damni, quæ iuſtificatio admittitur accedente
prudentum æſtimatione, qui ſunt conſules, & alij mer-
catorũ magiſtratus, & ſic, *come corre la piazza*, quam-
1668 uis lucrum cambij excedat † laborum, expenſarum,
& induſtriæ quantitatem, tamen non erit hæc qualitas
in conſideratione tanquam accidentalis, Scaccia dicta
quæſt.7.par.2. ampliat.6. & de veritate nos alibi, infe-
rius dicemus.
Idcirco, quidquid ſit ex iſtis contractibus, lucrum
1669 exigendum † poterit procedere non à diſtantia tem-
porum, vel alio modo conſiderato in cambio ſicco, ſed
à natura cõtractuũ prædictorũ, eò quia licet locans ca-
1670 rius locet † emptor vilius emat, patiens intereſſe plu-
ris illud æſtimet; & permutans inæqualiter æſtimat, ta-
men hæc cambia iniuſtitiam non vſuram dicuntur con-
tinere, vt ſingulariter docet Scaccia d.quæſt.7.par.3.li-
mit.1.num.4. verſ.dubitatio hæc, ex cuius dictis, & ex
omnibus ſupra notatis concluditur, quod cambium, ex
1771 quo campſor propter diſtantiam, † vel ſub ficto cam
bio, exigit lucrum ratione lucri ceſſantis, aut damni
emergentis, erit iuſtum, non in ratione cambij, tãquam
expreſsè ſicci, & conſequenter prohibiti, ſed ratione in-
tereſſe; Verum cum infraſcriptis conſiderationibus.
His ſic præmiſſis redeo ad articuli deciſionem, &
1672 quo ad intereſſe damni emergentis illud licitè, † va-
lidè, & liberè exigi poſſe, ſi de damno conſtet, firmant
omnes vtriuſq; ſcholæ Doctores ſequentes D. Thomam
2.2.quæſt.78.art.2.ad primum vbi Caiet.Salon.& om-
nes eius expoſitores, Silueſt.in ver.vſura nume.19. Sot.
lib.6.de iuſt.& iur.quæſt.1.art.3.Couarr.libr.3.variar.
cap.4.num.5. Lupus citato loco, & allegato num.113.
Gail. & alij relati per Molfeſ.d.cap.7.nume.75. qui ex
* Couarr.cõmunem opinionem dicit, & omniũ Theolo-
gorum, ac Canoniſtarum receptiſſimam ſentẽtiam eſſe
teſtatur Io. Azor.inſtit.Moral.par.3.libr.5.de vſur.c.4.
verſ.communis, itaq; penes omnes decidi firmat Scac-
cia d.quæſt.7.par.2. ampliat. 8.num.181. illa ratione,
1673 quia intereſſe hoc debetur † iure diuino, vt idẽ Scac-
cia dicto loco num.96.verſ.ratio, & alibi, eandem pro-
fitentur, vti non controuerſam opinionem Menoch. &
alij relati ſupra num.1644.ideo de hoc ſatis, quia pote-
1674 rit etiam de eo expreſsè, † & liquidò ab initio paci-
ſci, Boninſegnius de vend. ad temp. cap.4. ſub nu.2.3.
& ſeq.& nos latius infra demonſtrabimus, quod proce-
1675 dit etiam † in cambio ſicco, vt ex Boninſegn. & ex
innumer.ac ex dictis omnium adnotat Scaccia vbi ſu-
1676 pra nume. 182. tam ante † quam poſt moram, & in
vtroque foro, vt apud omnes eſt videre.
Quò verò ad cambium ſiccum ſuſtinendum etiam
ratione intereſſe lucri ceſſantis, vtique difficultate ca-
1677 ret, † ideo ſuſtinebitur cambium, quamuis ſiccũ, non
in ratione cambij, ſed in ratione intereſſe lucri ceſſan-
tis, quodq; per argumentum à fortiori probatur, nam ſi
in ſequenti quæſtione firmabitur, poſſe in cambio ſic-
co paciſci de certo intereſſe ratione lucri ceſſantis, quid
1678 fortius † in præſenti quæſtione, in qua tantum quæ-
ritur ſi poterit exigi lucrum cambij ſicci ratione inter-
eſſe lucri ceſſantis probandi per legitimas probatio-
nes, idcirco huius quæſtionis deciſio pendet à ſequen-
ti; & concluſio procedit in vtroque foro modo, vt

*inferius demonſtrabitur, & eſſe communem opinionem, vt ratione intereſſe lucri ceſſantis iuſtificandi demum ſuſtineatur cambium ſiccum, teſtatur Molfeſ. d. cap. 7. num. 76. & 77.

SUMMARIUM.

1681 *Intereſſe damni ſi deducatur in pactum non eſt vendere vſum pecuniæ, ſed eſſet damnum vitare.*
Mutuo accipiens poteſt forſan maius vitare damnum, quàm mutuo dans, ibidem.
1682 *Intereſſe damni, quod prouenit antè moram, licet non deducatur in pactum vtiq; debetur; contra num. 1684. & 1685.*
1683 *Debitor cogi non poteſt in foro externo ad ſolutionem damni obuenti ante moram.*
1686 *Intereſſe lucri ceſſantis non poterit ab initio paciſci, ſed in genere, cum iuſtificatione, mediò iudice facienda 1689.*
Pactum factum de certo, & liquido intereſſe lucri ceſſantis dicitur vſura, eod. 1686. & ſeq. & 1689. & quomodo intelligatur, ſatis explicatur in tota quæſtione à num. 1682. vſq; ad num. 1843.
1690 *Intereſſe lucri ceſſantis deductum in pactum licitè exigitur in foro conſcientiæ.*
Forum conſcientiæ, veritate, & non præſumptionibus nititur, ibidem.
1691 *Pactum de certo intereſſe lucri, valet ſi illud iuſtificetur, per ſubſequentem probationem, contra num. 1697. de veritate in ſeq.*
1692 *Pactum de certo intereſſe lucri iuſtificando per Iudicem, valet, quod extenditur tàm in contractu cambij, quàm cenſus, 1693.*
Cenſus quantitas taxanda per iudicem licita, ibid.
Cambij pretium taxandum per iudicem validum, ibid.
1694 *Intereſſe lucri ex officio taxabitur, per iudicem, ſi ita in pactum deducatur.*
1695 *Cambij pretium in pactum deductum,* conforme corre la piazza, *validum.*
Mercatores conſules, ſunt iudices cambiorum, ibid.
1696 *Pacta quoad exceſſum vitiantur, & per illam impediuntur etiam legitimæ exactiones. contra num. 1698. & ſequent.*
1697 *Lucrum in exceſſu non debet exigi, cum ex tali exactione etiam legitima ſumma vitiatur, contra n. 1698. cum pluribus ſeq.*
Vtile per inutile vitiatur, ibid. contra num. 1700.
1698 *Pacta de certo intereſſe, ſi exceſſum cõtineant vitiantur, firmis remanentibus, quoad legitimam ſummam. 1699. 1700. & 1701.*
1700 *Vtile per inutile in continentibus non vitiatur.*
Donatio vltra ſummam valet infra ſummam, defectu inſinuationis non obſtante, ibid.
Inſinuationis defectus donationem infra ſummam non inualidant, ibid.
1702 *Pactum de certo lucro, valet tam in cãbio ſicco, quàm in mutuo ſi lucrum verè ceſſauit cum ſeq. & in vtroque foro.*
1703 *Mutuator poteſt paciſci de certo intereſſe, conditionibus, requiſitis adhibitis cum ſeq. vbi recenſentur requiſita.*
Mutuator, vt valeat paciſci de certo intereſſe oportet, vt debitor ſit in mora, ibid.
1704 *Pactum lucri ceſſantis deducitur ab initio, ſi paciſcens paratam habebat negociationem frugiferam.*
Lucrum ceſſans dicitur, quando mutuator, aut campſor paratam habebat aliam frugiferationẽ, ibid. quamuis vterq; ſit negociari ſolitus num. 1705. & 1706. contra num. 1707. de veritate, num. ſeq.
1705 *Mutuator quamuis ſit ſolitus negociari, tamen probare debet, eum habuiſſe paratam negociationem, ſi ratione lucri ceſſantis aliquid in pactum ab initio deducere valeat, & 1706. contra num. ſeq. de veritate numero 1709.*
1710 *Campſor ſemper dicitur tenere pecunias cambio paratas.*
1711 *Mutuator tenetur probare lucrum amiſſum, vt valeat paciſci de certo intereſſe, etiã ſi fuerit ſolitus negociari.*
1712 *Mutuator, vt valeat pactum de certo intereſſe lucri facere ab initio quatuor conditiones adhibere debet, cum multis ſeqq.*
1713 *Pactum de certo intereſſe lucri fieri nõ valet ab initio, niſi quatuor conditionibus adimpletis; vſq; ad numero 1721. & num. 1723. cum ſeq.*
1715 *Intereſſe lucri ceſſantis, vt debeatur, oportet eſſe in ſpe vera probabili, aut veriſimili.*
1716 *Intereſſe lucri, vt debeatur oportet, vt cauſetur ex illo mutuo, non autem aliunde, nec cauſari à negligentia 1717.*
1718 *Intereſſe lucri debet eſſe moderatum procedens à veroſimilitudine.*
1719 *Intereſſe lucri in pactum deductum non potuit anticipatè exigi, & 1722.*
1719 *Cambium ſiccum in quo exigitur pretium loco intereſſe lucri ceſſantis, dicitur illicitum, ſi illud anticipatè exigatur, quodq; exercetur, per nonnullos parum timoratos 1720.*
1721 *Conditiones enunciatæ, vt pactum de certo intereſſe lucri ab initio teneat continentur in prius enunciatis requiſitis.*
1723 *Pactum de certo intereſſe lucri ab initio tenet quatuor conditionibus adhibitis.*
1724 *Pactum de certo intereſſe lucri ceſſantis ſoluendo pendente dilatatione data, ſi de intereſſe ab initio conſtet veriſimiliter, vel per communiter accidentia valet, & tenet, & quando reſpicit proportionatum, & veriſimile intereſſe nume. 1725. & 1726. ampliatur num. 1745. cum multis ſeq.*
1727 *Pactum de certo intereſſe, ſed veriſimili, & proportionato, idem eſt, cum illo, quod celebratur, cum conditionibus requiſitis.*
1728 *Proportionatum, non datur, niſi detur illud, cui proportionatur, illudq; datur per commune accidens.*
1729 *Proportionale, ſicut datur vnum ad aliud, ita aliud ad reliquum.*
1730 *Subſequens ſupponit antecedens.*
Relatiuum ſupponit relatum, ibidem, & 1731. & vnũ ſine altero ſtare non poſſunt.
Correlatiuum ſupponit correlatum ibidem, & vnum ſine altero, &c.
1731 *Relatiua, & correlatiua mutuò à ſe ipſius dependent, cum ſeq.*
1732 *Argumentum à proportionalibus, qũo teneat n. 1733.*
1734 *Argumentum à communiter accidentibus valet.*
1734 *Intereſſe taxatum, prout communiter taxari ſolet dicitur moderatum, iuſtum, & verum, & 1735.*

1735 Probatio, quæ oritur ex argumento à communiter accidentibus, omninò concludit.

1736 Argumentum à veroſimili, quomodo procedat.

1737 Intereſſe lucri non debetur, abſq. mora.

1738 Mora non conſideratur pendente dilatione data.

1739 Mora tam regularis, quàm irregularis, non conſideratur, pendente dilatione.

1740 Intereſſe lucri exigitur propter moram, quia mora eſt cauſa ceſſationis lucri.

Mora eſt cauſa ceſſationis lucri, ibidem.

1741 Pactum de certo intereſſe lucri eſt loco moræ. 1742. 1743. & 1744.

1742 Mutui datio, eſt cauſa ceſſationis lucri, modo, vt necatur.

1743 Pactum de certo intereſſe lucri, idem operatur, quòd mora.

1744 Dilatio conceſſa debitori in recompenſationem certæ moræ.

1745 Pactum de certo intereſſe lucri ſoluendo pendente dilatione valet, etiam ſi de intereſſe appareat, demum per ſubſequentem probationem, ac etiam per taxam iudicialem. 1746. & fortius quando ſolutio ſimilis intereſſe frequentatur in illa regione. 1747.

1748 Palam de certo intereſſe lucri ab initio fieri poterit, ſi creditor ſit ſolitus tenere pecuniam negotiabilem, & non otioſam, ſed illam conuertere in emptiones, aut negociationes, quæ ſolent eſſe promptæ in illa regione, & 1749.

1749 Intereſſe proportionatum dicitur, & veriſimile illud, quod in illa regione ſolitum eſt taxari, & 1750.

1751 Veriſimile illud dicitur, quod vt plurimum euenire ſolet, & frequentius accidit.

1752 Intereſſe veriſimile exiſtens de pecunia, quæ non ſtabat otioſa dicitur ſemper ineſſe conditiones requiſitas, ad paſciſcendum certo de illo.

1753 Intereſſe lucri ceſſantis probato in vtroq. foro pactum ſuper eo tenet.

1754 Taxa ſuper intereſſe lucri, non ſemper dicitur vniformis, ideò pactum taxatiuum illicitum, contra numero 1755.

Intereſſe lucri vniformiter, non taxatur, ibidem.

1756 In Regno adeſt vniuerſalit cõſuetudo omnium, & quorumcumq; generis hominum, quod nullus tenet pecuniam otioſam, & quod emptiones ſemper ſunt promptæ, & paratæ; & ſeq.

Pactum de certo intereſſe lucri ab initio in Regno omninò validum, ibid. & ſeq. & in his attenditur conſuetudo regionis nu. 1758. & dicitur intereſſe probabile, & veriſimile num. 1759. & conſtito de intereſſe, omni iure de eo paciſcitur, nume. 1760. & 1761. & in Regno continuo celebrantur huiuſmodi cõtractus ad conſilium Ieſuitarum, num. 1762. & ſeq.

1763 Notorium facti permanentis, probatione non indiget.

1764 Intereſſe taxatio, quando ſit vi conſuetudinis vniuerſaliter approbata tunc pactum ſuper illa validè contrahitur in omni foro.

1765 Viuium, & Mart. totaliter non deguſtaſſe articulum pacti de certo intereſſe.

1766 Cambij ſicci pretium, non poterit deduci in pactum ab initio, in foro externo, quod reſtituitur num. 1767.

1767 Campſor certò ſciens cambium, per eum factum non eſſe reale, tenetur ad reſtitutionem lucri recepti ab initio in pactum deducti.

1768 Pactum de certo lucro etiam in mutuo palliato ſub nomine cambij, aut alterius contractus, non valet, contra num. ſeq.

1769 Pactum de certo lucro in cambijs ſiccis, ſi illud certum lucrum vicem ſubſtineat veri, & probabilis lucri ceſſantis, alterius realis, & veri cambij, vel alterius veræ lucroſæ negociationis validum.

1770 Campſor poteſt dare cambio ſicco, & ficto, ſub intereſſe veri cambij, ſi erat paratus dare cambio reali, vel aliã lucroſam facere negociationem, & 1771.

1772 Cambium ſiccum illa damnatur cauſa, quia mutuum palliatum dicitur.

1773 Cambium ſiccum fit in fraudem bullæ Pij V. contra nume. ſeq.

1774 Plus valet, quod agitur, quã quod ſimulatè concipitur.

1775 Simulatio, quæ fit de contractu licito ad aliud licitum iure non probibetur.

Contractus cambij, & mutui vterq; regulariter dicitur licitus, ibidem.

1776 Creditor celeriorem exequutionem habet per literas cambij, quam per mutuum.

Creditor celeriorem exequutionem habet, per literas cãbij, quam per mutuum, ibid.

1777 Creditor, quando ceſſat ab aliquo frugifero negotio, vt debitori ſatisfaciat ſub nomine alterius contractus magis exequtiui contrahit, & 1778. modificatur, num. 1779.

1779 Cambium ſiccum illicitum, quando adeſt iniquitas ſcilicet læſio ex parte accipientis.

1780 Plus valere, quod agitur, &c. non procedit, quando contractus ſimulatus ſua debita forma caret, quia tunc intrabit, quod ſi non valet id quod ago, vt ago non valet etiam, vt valere poterit. 1781. & 1784.

1781 Quod non valet, quod ago, vt ago, non valet, etiam, vt valere poterit, maximè quando defectus eſt in forma contractus, ibidem.

1782 Lex quando reſiſtit actui, tunc ex illo actu nulla oritur ciuilis, nec naturalis obligatio.

1783 Cambium ſiccum peccat in forma, quæ adhibetur vero cambio.

1784 Plus valere quod agitur, &c. non procedere, quando illud, quod ſimulatur, peccaret in forma, communiter tenetur; tamen eſt brocardicum, nonnullas habens declarationes habentur declarationes nume. 1785. cum multis ſeq.

1785 Contractus validus, ſi virtualiter comprehendatur ſub contractu nulliter geſto; tunc contractus nulliter factus, ſi non factut valet eo modo, quo factus fuit, valebit, vt valere poterit.

1786 Quod non valet, vt agitur, valebit, vt valere poterit in materia fauorabili.

1787 Cambium, quando celebratur, tunc in tali credito continentur mutuum, & cambium.

1788 Cambium, an ſit mutuum promiſcuè DD. loquuntur.

1789 Mutuum ſi continetur in cambio, euitatur ſuſpicio uſuræ.

1790 Mutuum ſi implicetur in cambio, tunc ſeruantur extrema iuſtitiæ commutatiuæ.

1791 Campſor, & mutuator vterq; dicitur creditor.

1792 Cambium ſiccum tunc validè contrahitur, & ex eo exigitur lucrum ratione intereſſe lucri ceſſantis, quando campſor dans cambio indubitanter dediſſet cambio reali, vel aliter veriſimiliter paratam habebat

frugiſe-

frugiferam occaſionem, & partes de hoc lucro ceſſante intendebant paciſci, vt expenditur.

1793 *Cambij ſui lucrum non exigitur vigore cambij, ſed ratione mutui.*

1794 *Intereſſe lucri ceſſantis in foro interno debetur ex omni contractu, & 1795.*

1796 *Cambium ſiccum tunc illicitum iudicatur, quando dans cambio nolebat pecuniam alio contractu negociari, nec inueniebat idoneum accipientem ideò ſicco cambio dedit debitori; qui cambio non indigebat, ſed mutuo, & promiſit intereſſe veri cambij.*

1797 *Sigiſm. Scaccia laudatur.*

Pactum de intereſſe demum iuſtificando validum dicitur etiam in cambio ibid.

1798 *Cambij ſicci lucrum, exigitur ratione intereſſe lucri ceſſantis.*

1799 *Pactum de certo intereſſe in cambio, in foro externo illicitum.*

1800 *Cambij ſicci lucrum ratione intereſſe poſſe taxari, per Iudicem.*

Cambium ſiccum omninò illicitum iudicandum, quando creditor tenebatur pecunias otioſas, quia nolebat, aut non poterat eas in negociationibus, & emptionibus implicare, & tunc requiſitus dare cambio ſicco, non poterit ratione intereſſe exigere, ibid. & 1801.

1801 *Campſor, non poteſt nec in foro interno, nec externo exigere lucrum in cambio ſicco, & quo in caſu procedat, cum ſeq.*

1802 *Mutuator non poteſt paciſci de certo intereſſe lucri, ſi lucrum non ceſſauit & 1803. & procedit in omni contractu 1804. & 1805.*

1806 *Cambium ſiccum dicitur iuſtum, & validum ſi eius lucrum exigatur, ratione lucri ceſſantis, quod verè ceſſauit. & 1807.*

1808 *Cambium ſiccum ſi celebretur circa taxatum lucrum iuxta formam lucri veri, & realis cambij dicitur validum, & valet pactum, & 1809.*

1810 *Lucrum cambij*, conforme la piazza, *dicitur iuſtum, & legitimum.*

1811 *Intereſſe lucri, ſi de eo conſtat poterit deduci in pactum.*

1812 *Cambio ſicco dans, ſi verè ceſſauit ab alio frugifero negotio, ſed non ceſſauit ab alio vero cambio, quando lucrum exigendum iuſtificetur.*

1813 *Mutuator valet paciſci de certo intereſſe iuſtificato, aut iuſtificando.*

1814 *Pactum de certo intereſſe, quod per ſolitum, aut conſuetudinem taxatur, valet in omni contractu. de quo intereſſe dicitur conſtare ab initio. 1815.*

1816 *Cambij lucrum in Regno, ac vbique taxatur*, conforme corre la piazza. *& 1817.*

1818 *Intereſſe lucri ceſſantis, qualiter in Regno ſolet taxari. 1819. & 1820.*

1821 *Cambij ſicci lucrum qualiter taxari poterit, & 1822.*

1823 *Cambij ſicci lucrum, non exigitur in vim cambij, & qualiter, & 1824.*

1825 *Cambij ſicci lucrum exigitur in vim intereſſe lucri ceſſantis, & qualiter, & 1826.*

1827 *Pactum de certo lucro, aut intereſſe non reddit contractum illicitum, ſed tantum reddit illicitam exactionem.*

1828 *Pactum de certo intereſſe, quamuis ſit illicitum, tamen ſi intereſſe debetur, iuſtificabitur, et qualiter.*

1829 *Pactum de certo intereſſe in cambio ſicco improbatur per Bullam Pij V. vbi dicta Bulla fuit recepta.*

1829 *Cambium ſiccum improbatur per Bullam Pij V. in loco vbi recepta fuit dicta Bulla.*

1829 *Bulla Pij V. ſuper cambijs, an recepta fuit in Regno, 1830. 1831. & ſeq.*

1832 *Pactum de intereſſe per iuramentum Creditoris liquidando tenet, contra num. 1833. de veritate num. 1834. 1835. & 1836.*

1835 *Mercatorum iuramentis ſtatur etiam pacto adiecto, quoniam veriſimilitudo concurrit. et 1836. vbi de Bulla Pij V.*

1837 *Pecuniam otioſam rari, & rarò tenent in Regno.*

Cambij ſicci dubitatio circa iuſtitiam lucri in pactum deducti, rarò contingere poterit in Regno ibid. & 1838.

1838 *Cambio dantes ſemper in foro externo proponunt omnes conditiones iuſtificantes cambium, & ſi aliter dicerent, fatui iudicarentur & 1839.*

1840 *Campſores ſi dicerent cambia per eos facta carere debitis requiſitis eſſent imperiti, & fatui.*

1841 *Intereſſe verum in pactum deductum, ſemper debetur creditori in foro interno, & 1842.*

QVÆST. SECVNDA.

SECVNDO queritur an intereſſe
1679 †damni, vel lucri poſſit ab initio in pactum deduci, ſeu de eo abſque alia probatione partes certitudinaliter valeant paciſci; & quo ad primam huius quæſtionis inſpectionem, nempe circa damnum emergens, facilioribus medijs reſponſio explicabitur, eo quod ſine controuerſia vtriuſque paginæ Doctores firmant poſſe de certo
1680 † intereſſe damni ab initio paciſci, illa, per D. Thomam loco citato, ratione adducta, quia non eſt vendere
1681 vſum pecuniæ † ſed eſt damnum vitare, & poteſt eſſe, quod accipiens cambio, aut mutuo maius damnum euitet, quod dans incurrat, itaque vnanimiter firmant omnes citati ſupra num. 1672. cum alijs ſequent. & con
*tra hanc receptiſſimam non loqui Bullam Pij P. V. ſed pro ea omnes conuenire dicit Molfeſ. citato cap. 7. reſponſione 12. num. 75. & omnium receptam etiam dicit Molina de contract. diſput. 314. num. 4. vbi multipliciter eam probat, & ſatis ſingulariter, vt iterum numero 1878. dicemus & in ſequent.

* Extenditur hæc receptiſſima concluſio, in illo damno, quod emergat fortaſſe antequam campſarius, aut
1682 mutuatarius † ſit in mora ſoluendi, & quod nequaquam fuit in pactum deductum, illudque exigi poſſe per campſorem, aut mutuantem in foro conſcientiæ,
1683 quamuis, debitorem cogi non poſſe † in foro externo, affirmauit Maior. in 4. diſtinct. 15. quæſt. 30. illa ratione, quia gratia debitoris in tali damno incurrit mutuans.

1684 Contra hanc extenſionem, † & verius firmatur per D. Thom. Sot. Nauar. & alios citatos, & probatos per Molin. allegata diſput. 314. num. 6. illa ratione, quia campſor, aut mutuator imputare debet, ſibi quare non
1685 deduxit in pactum † id, quod in ſui damnum obuenerit.

In ſecunda verò inſpectione, & ſic reſpectu intereſſe
1686 lucri ceſſantis; pactum † de certo intereſſe ſoluendo, ab

ab initio factum non valere concludunt innumeri, quos probant Maſcar. concluſ. 933. num. 25. & ſeq. Plot. in l. ſi quando num. 452. C. vnde vi, Honded. conſ. 50. lib. 2. Gamma deciſ. 110. Siluan. conſ. 10. nu. 46. Thob. Non. conſ. 82. num. 9. Paſſett. conſ. 126. num. 17. Peregr. conſ. 89. num. 25. lib. 3. & conſ. 71. num. 1. lib. 4. Mart. voto. 148. Alex. Ambroſin. deciſ. 32. num. 12. lib. 2. Maſtrill. deciſ. 245. nu. 33. cum pluribus ſequent. tom. 3. ac alij
1687 per citatos authores relati; Et quando habetur † reſpectus ad pecuniam traditam, Roman. conſ. 520. nu. 8. Dec. conſ. 116. ſub num. 2. verſ. circa ſecundum dubium, ac cõſ. 116. Natt conſ. 417. nu. 3. ex mente Butr. Abb. & Ioan. Andr. in c. ſalubriter de vſur. & Imol. ac Alex. in l. inſulam §. vſuras ff. ſolut. matr. Grat. conſ. 11. num. 29. & 30. Rot. diuerſ. deciſ. 315. num. 7. par. 2. idemque firmat Azor. inſtitut. Moral. lib. 10. de camb.
1688 cap. 8. dicens ſtatui † per Bullam Pij V. ac Soccino Cagnol. Caſtracane, & pluribus deciſionibus Rot. citatis, refert Scaccia. d. ampl. 8. num. 27.

Secunda eſt opinio illorum dicentium poſſe paciſci de hoc intereſſe in genere; verificando demum per veriſimiles probationes, & id iudicis arbitrio remittendum, vt ſi ſit exceſſiuum æqualari debere, aliàs ſi partes
1689 fecerunt pactum de certo, & liquido † intereſſe pactum fore vſurarium, ita Bart. in l. qui Romæ num. 4. ff. de verbor. obligat. Caſtrenſ. & Purpurat. in l. lecta ff. ſi cert. pet. Curt. Cagnol. Alciat. Couarruu. Guttierez Caſſan. Ruin. Bal. Nouel. Plot. Lup. & alij infiniti relati per Maſcard. de probat. concluſ. 933. nu. 30. & Fuſius Barboſ. in l. de diuiſione nu. 71. & 72. ff. ſolut. matr. ac Affl. deciſ. 20. & 91. Menoch. Vaſq. Bald. Dec. Crauett. Nauar. D. Thom. Caietan. Villagut, Medin. Valent. Leſs. Rebell. Salas Malder. & infiniti, quos probat Molfeſ. dicto cap. 7. reſponſ. 12. num. 76. 77. & ſeq. quorum om-
* nium magis communem opinionem eſſe dicunt Couarru. variar. cap. 4. lib. 3. ſub num. 5. verſ. 7. Maſcard. vbi ſupra Barboſ. & Molfeſ. locis citatis, ac Molina de contract. diſput. 315. num. 5. ver. contraria, & hæc veriſſima opinio ab omnibus iudicatur, cum modificationibus inferius adducendis.

Tertia eſt opinio aliorum dicentium pactum de cer-
1690 to † intereſſe lucri ceſſantis valere in foro conſcientiæ ſi verè illud paſſum ſit, eo quia in hoc conſcientiæ foro attenditur veritas, & præſumptionibus in eo non iudicatur, vt probant Scaccia d. ampliat. 8. nu. 61. verſ. declara. & Molfeſ. d. cap. 7. reſponſione 13. num. 88. quę opinio difficultatem non habet in foro interno, quod veriſſimum eſt.

Quarta opinio fuit illorum, dicẽtium valere pactum de certo intereſſe lucri iuſtificandum deinde per probationem ſubſequutam, illud ſcilicet intereſſe in pactum deductum eſſe verum, quia, quamuis pactio à principio
1691 fuit illicita, tamen per probationem † ſubſequutam
* ſuſtinetur in vim illius probationis, ita ex communi Theologorum, & Iuriſconſultorum opinione reſponderunt Cagnol. in l. vnica. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. num. 51. & in l. curabit. C. de action. empt. num. 56. Dec. conſ. 111. & conſ. 322. Couarru. citato cap. 4. num. 5. illat. 7. Petr. Ioan. Anchar. familiar. quæſt. lib. 2. quæſt 33. num. 4. Lupus, in d. l. curabit §. 6. num. 126. verſ. & quod dictum eſt, & Scaccia. d. ampliat. 8. nu. 57. Surd. conſ. 327. num. 54. & 55. lib. 3. & conſ. 485. nu. 6. lib. 4. Rot. Ianuenſ. deciſ. 9. in fine num. 32. Burſat. Plot. & alij quos congerit & probat Stephan. Gratian. diſceptat. Forenſ. tom. 2. cap. 387. num. 12. & eſt veriſſima opinio, quæ deſeruiet pro ampliatione ſecundæ opinionis.

Quinta opinio aliorum fuit illatiuè ad præcedentẽ;
1692 poſſe † paciſci de intereſſe lucri taxando, & liquidando per iudicem, vt teſtantur Io. Azor. inſtit. moral. lib. 10. par. 3. tit. de cenſ. cap. 13. quæſt. 1. & Scaccia d. ampliat. 8. num. 58. & Azor. extendit tam in contractu
1693 † cenſus, quam cambij, & communem opinionem
* dicit Muta Siculus deciſ. 42. num. 38.

Extenditur hæc quinta opinio etiam ſi penes iudicem hoc intereſſe non ſit ſpecificè probatum, quia
1694 etiam iudex poterit † taxare ex officio, ita Bart. Iaſ. & alij, quos probat, & pluries deciſum dicit Muta citata deciſ. 42. num. 41. & ante eum Menoch. de arbitr. caſ. 119. & alij, quos probat Lupus in d l. curabit §. 6. num. 128. verſ. poterit etiam.

Infertur itaque ex hac quinta opinione in ſe veriſſi-
1695 ma, & non controuerſa, quod valet pactum, † ſeu exactio, & promiſſio lucrorum cambij ſic taxatorum per officiales mercatorum, & ſic *conforme corre la piazza*; quia illi dicuntur iudices mercatorum valentes prædicta taxare, prout implicitè videtur etiam affirmare Muta in d. deciſ. 42. num. 38. & hæc quinta opinio vtique veriſſima eſt & pro altera ampliatione 2. opinionis deſeruit, ſed de veritate latius inferius num. 1702. cum ſeq.

Contra verò quartam, & quintam opinionem viden-
1696 tur apertè † decidere, Rot. Rom. deciſ. 315. num. 7. par. 2. Crauet. conſ. 476. lib. 3. Bertazzol. conſ. 254. lib. 2. & 255. nu. 17. à Peguer. deciſ. 33. & deciſ. 53. Siluan. citato conſ. 10 Natta conſ. 498. Caualcan deciſ. 13. lib. 2. & alij relati, & probati per Maſtril. citata deciſ. 245. num. 37. & 48. cum multis ſequent. dicentes taxam intereſſe ab initio inter contrahentes factam, ſi fuerit exceſſiua, eſſe taliter inefficacem, quod per eam impe-
1697 ditur † etiam ſolutio legitimi, & veri intereſſe, quantumuis probandi, eo quia in his vtile per inutile vitiatur.
1698 Sed pro concluſionibus † firmatis in dictis 4. & 5. opinionibus, reſponderunt Laurent. Rodulph. in cap. conſuluit par. 2. quæſtio. 135. in 6. argumento de vſur. Crauet. conſ. 189. Surd conſ. 327. lib. 3. num. 17. & 18. Medin. de reb. per vſur. acquiſ. quæſt. 2. verſ. ad tertium Tiraq. de retract. conuent. ad finem tit num. 145. Surd. deciſ. 248. num. 22. Gail. practicar. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 4. & pluries deciſum dicit Scaccia. d quæſtio. 7. par. 2. ampliat. 8. num. 60. & ampliat. 20 num. 6. Honded. conſil. 17. num. 25. lib. 2. & Stephan. Gratian. diſcept. Forenſ. tom. 1. cap. 141. num. 13. & tom. 3. c. 555. nu. 24. & Rodulph. ac Surd. in conſ. mouentur per aperta iura loquentia in proprio caſu, nempe per tex. l pecuniæ & l. placuit. ff. de vſur. cum alijs concordantibus, in
1699 quibus legibus † vitiantur promiſſiones in exceſſu tantum firmis eis remanentibus quo ad legitimam ſummam; quorum opinionem veriſſimam dijudico, tum per iura prædicta admodum clara, tum etiam quod ge-
1700 nericè in contractibus vtile per † inutile non vitiatur dd. iuribus & altero tex. in l. ſancimus. C. de donat.
1701 vbi donatio † infra ſummam remanet valida, ſuperfluo tantum ſublato ſi inſinuatione carent; ideo opinio relata, & probata per Maſtrill eſt contra expreſſum caſum legis.

Sexta & vltima mea erit opinio, quæ prius fuit ab eruditiſ-

1702 eruditiſſimis excitata,& deciſa, poſſe ſcilicet † cam-
pſorem,aut mutuantem in cambio ſicco, aut in mutuo
pactum facere de certo lucro cambij, ſeu de certo inte-
reſſe mutui pendente dilatione ſoluendi, ratione veri
intereſſe lucri ceſſantis, non ſolum in foro conſcientiæ,
in quo non erit dubium, vt probatum fuit in tertia ſu-
pracitata opinione, ſed etiam in foro exteriori, idque
infraſcriptis medijs probabo.

* Primo probatur, nam cuique patet, communiter &
receptius firmari per Doctores vtriuſque paginæ, poſſe
1703 mutuatorem † paciſci de certo intereſſe adimpletis
tamen aliquibus conditionibus, quæ conditiones com-
prehenduntur in tribus requiſitis,ſeu potius in quatuor
quamuis illa quatuor in tribus continentur; tria enim
principaliter referuntur requiſita, nempe primum, vt
debitor ſit in mora, quod ad obtinendum pro intereſſe
lucri erit neceſſarium,ad tex in l.lecta ff. ſi cert. petat.l.
2.§.ſi nauis ff ad l.Rhodi. de iact c.conqueſtus de vſur.
probatiſſimum, & veriſſimum penes omnes præcitatos
vtriuſque ſcholæ Doctores eſſe dicunt Couarru. variar.
citato cap 4. num.2. Gabriel. commun. concluſ. titulo
de ſolut.concluſ.10 Nauarr.in commentar.de vſur.nu.
46.Lupus in d.l.curabit citato §.6. num. 109. verſ. pri-
ma,& Scaccia, qui infinitas Rotæ deciſiones etiam no-
uiſſimas refert,d.quæſt.7.par.2.ampliat.8.num.100.

1704 Secundum requiſitum eſt,vt negociationem, † em-
ptionem, aut mercem, campſor, vel mutuator paratam
habeat, vt lucri ceſſantis intereſſe debeatur eidem, & de
eo validè paciſcatur tanquam de debito; Caſtrenſ. in l.
3.§.fin.num.3.ff.de eo quod cert.loc. Affl.deciſ.10.nu.
2.Mohed.deciſ.3.aliàs 208. Gabriel. d.concluſ.10. ſub
nu.3.verſ. contrarium, vbi de magis recepta opin.Me-
noch.d.cap. 119. ac ita ſæpius deciſum dicit Scaccia.d.
ampliat.8.nu.221.in 2.requiſito.

Et ſi inter Doctores magna ſit controuerſia vtrum
1705 hoc requiſitum requiratur in campſore † ſolito dare
ad cambium,& in mutuatore ſolito negociari,& lucra-
ri,eo quod affirmatiuam opinionem ſequuntur omnes
* præcitati Doctores, quorum communem dicit Rot.
Genuæ deciſ.139. incipiente Paulus ſub num.8. & ne-
gatiuam probarunt Aretin. in l.continuus §. cum ita ff.
de ver.oblig. Alex.conſ.141.lib.5. Cagnol. in d.l.cura-
bit num.68. & in l.vnica. C.de ſent. quæ pro eo quod
inter. num.43.vbi teſtatur,huiuſmodi opinionem fuiſſe
1706 in praxi receptam,† prout ſic teſtatur etiam Menoc.
d.caſ.119.ſub num.9.aut 4.verſ.ſecunda eſt opinio, Lu-
pus in d.§.6.num.117. & Surd.conſ.327. ſub num.53.
& 54 lib.3, Scaccia verò.d ampl.8 num 226.dicit.

Si placet prima opinio erit tenenda tanquam in pra-
ctica tutior, tamen in praxi non recedas à ſecunda,
1707 † negatiua opinione,tum quia ſic teſtantur eam ſer-
uari Cagnol.& Menoch.locis citatis,tum etiam quia eã
ſequitur doctiſſimus Barboſ. in l.de diuiſione num.73.
* ff.ſolut. matr. verſ ſed ſi addas,& communem dicit Ma-
ſcar.d.concluſ.933.num.19.& 20. vbi Gail. Burſat. &
* alij dicunt communem,& ſępius deciſum, verumtamen
1708 primam veram eſſe † in ſe dicit Maſcar & vtramque
veram dicit Muta Siculus deciſ.52. num.42. idcirco tu
lector beneuole dicas adhibendum eſſe iudicis iudicium
1709 bene,& iuſtè arbitratum,† qui ex qualitate perſona-
rum & facti vnam probet, aliamque opinionem reij-
ciat, vt infinitis adductis docent Menoch. & Maſcard.
locis citatis nempe Menoch. in fine & Maſcard. nu-
mero 22.

1710 Verum in campſore non procedit † difficultas, quia
ſi ſolitus eſt tenere pecunias ad cambium ſemper para-
tas,& pręcipuè penes Iannenſes Mercatores, ac demum
penes nonnullos alios cuiuslibet regionis, vt probat
idem Scaccia d.ampliat. 8. num. 226. Super hoc vide
Viſcontum poſt hæc ſcripta viſum in concluſ. ver. inte-
reſſe. fol.128. Summatim loquutum.

1711 Tertium requiſitum erit, vt campſor † probet quan
titatem lucri ceſſantis, quam amiſit, idemque probet
mutuator, quamuis creditor eſſet ſolitus negociari, ita
Affl.& Mohed.locis citatis, & communem opinionem
dicit Scaccia d ampl.8.num 99.et num.238.& ratio eſt
euidens, quia condemnatio non ſequitur ſuper re in-
certa.

Quamuis ideo penes Doctores plura alia requiſita
1712 † congerantur, vt eſt videre penes Menoch. Lup &
Nauar.locis citatis, ac latius penes Scacciam d.ampliat.
8.in pluribus locis,& nouiſſimè penes Bartholom. Vgo-
lin.de vſur.cap.8 §.8.tamen diffuſo ſermone refutantur
ſingulariter per Scacciam loco citato num.246.aut ſal-
tem in iſtis tribus omnia comprehenduntur, vt Scaccia
d.loco cum pluribus ſequent.numeris docet, & iterum
docuit numero 94.& 95.vbi clarius reſpondendo refert
1713 quatuor † tantum conditiones requiri, de quibus
mentionem fecimus ſupra numero 1703. & in iſtis
1714 † quatuor reliqua omnia requiſita contineri, aut nõ
neceſſaria eſſe firmat.

Prima conditio erit,vt intereſſe ſit in ſpecie vera,
1715 † probabili,& veroſimili,& non ficta,& ſimulata,&
ſic intereſſe debere eſſe verum in ſpe, aut veroſimile, &
hoc requiſitum eſſe de mente omnium infinitos alle-
gando, docet Scaccia eodem tract.§.7.gloſ.2.num.37.
verſ.in prima,& d.ampl.8.num.292. eandemque con-
ditionem, ſic etiam probat Salon controuerſ.9.ſuperius
citata num.26. & 27. & nouiſſimè pluribus congeſtis
Vgolin.loco citato ver.quarto requiritur.

1716 Secunda conditio erit,vt intereſſe† verè cauſetur ex
1717 illo mutuo, non autem ex alia cauſa nempe † ex ne-
gligentia, aut incuria creditoris, Medin.d.tit.de reb.per
vſur.acquiſ.quæſt 3.verſ primum in 4 requiſito, Con-
rad.de contract.quæſt.30.concluſ.1. in 4. requiſito Sa-
lon ad D.Thom d.quęſt.78.controuerſ.8.ſub num.14.
& 15. & citata controuerſ 9. num.27. in 2. conditione
Cardin.Tolet.d cap.32.num.3.

1718 Tertia conditio, vt intereſſe ſit † moderatum pro-
cedens à veroſimilitudine, Nauar. in Manual. confeſs.
cap.17. num.212. & in cap. ſi fęneraueris not.16. 14.
quæſt.3.in 9 conditione Medina vbi ſup.in 7.requiſito,
modo vt declarant Cardinal.Tolet.d.tract. de inſtruct.
Sacerd.cap.33.verſ alterum,& Vgolin.vbi ſup.in quin-
to requiſito.

1719 Quarta conditio erit, vt creditor nequaquam† exi-
gat anticipatè hoc lucrum, ſed tenetur mutuare, vel da-
re cambio integra ſcilicet centum, & inſuper poſt ali-
quot tempus recipere lucrum, nè ſi lucrum ceſſans
aſcenderet ad decem, mutuatio, vel cambium fieret de
nonaginta, ita Tolet. Nauar. Corrad. Lup. & alij quos
probat Vgolin.d.loco, requiſit.6. Scaccia de commerc.
§.1.quæſt.7.par.2.ampl.8.citata, num.87. & 95. Salas
de vſur. dubit. 20. in octaua condition. Molin. diſput.
316. num. 10. & Fillincius Ieſuita tom. 2. Moral. qq.
tractat. 34. cap.4. num. 81. vbi commodius explicat,
quamuis in eodem capite tres tantum deducat condi-
1720 tiones,ſed idem in eodem deducit, vidi † ego homi-
nes

nes parum timoratos hoc modo cambiendi ſemper
vtentes.

Ecce enim quomodo euidenter patet omnes has
1721 quatuor † conditiones contineri in ſecundo & tertio
requiſitis ſuperius num. 1704. & 1711. notatis; nam
habere, creditorem, paratam negotiationem, & eam li-
quidam, & probatam apparere, eſſe clarioris demon-
ſtrationis iuſtitiæ huiuſmodi contractus, quam ſunt
quatuor proximè conditiones, omnibus notum eſt, quia
in iſtis requiſitis apparet de veritate intereſſe lucri ceſ-
ſantis, dum oportet eſſe paratam negociationem, & ſic
paratum requirit intereſſe, quod maius eſt, veroſimili-
tudine, & ſpe; & apparet amiſſum lucrum paratum, ob
cambium, aut factum mutuum; & ſi in tertio requiſito
oportet probare quantitatem lucri, ideo non requiritur
tertia conditio, quia ea recipitur probatio, quæ iuxta, &
quæ veroſimilis erit, vulgatis regulis.

Adderem tamen illis tribus requiſitis quartam con-
1722 ditionem † omnino neceſſariam & in illis non com-
præhenſam, prout illa omninò addi debet.

His ſic reaſſumptis concludas valere pactum de cer-
1723 to † intereſſe, tam in cambio ſicco, quam in mutuo,
tribus ex præfatis tantum adhibitis conditionibus in
contrahendo, & 4. conditione adhibita in exactione
quodque nullus ex Doctoribus inficiat, nec rationabili-
ter inficiare poterit, eo quod magis communiter con-
cludunt Theologi, & omnes ſummiſtæ valere pactum
conditionibus adhibitis (quas contineri in his quatuor
ſatis ſupra demonſtratum fuit) vt referunt inter alios
Scaccia tota ampliat. 8 ſupra ſæpius citata, à num. 55.
cum ſequentibus declarationibus vſque ad num. 95. in-
cluſiuè, Vgolin. vbi ſupra, & Regens de Ponte inferius
* citandus, penes quos, & penes Doctores allegandos ha-
bebitur, hanc receptiſſimam eſſe opinionem, & conclu-
ſiuè latius idem Scaccia eadem ampliat. 8. num. 178.
cum infinitis ſequent.

* Non immeritò inquam magis communiter conclu-
ditur per Doctores (& ſic ex iſta magis communi opi-
nione comprobatur, ſecundo hæc noſtra opinio) ſcilicet
1724 valere pactum † de certo intereſſe lucri ceſſantis, ſol-
uendo, pendente dilatione data, quando tempore pa-
cti ab initio conſtet de intereſſe, per veroſimile, aut per
communiter accidentia, Bertazzol. cōſ. 262. toto lib 2.
in criminalibus vbi Claudius filius additionator, Maſul.
ad Capic. deciſ. 174. num. 15. Surd. deciſ. 259. num. 16.
Rot. Gen deciſ. 1. num. 44. & 45. Caualcan. deciſ. 35.
par. 1. & deciſ. 13. par. 2. & deciſ. 22. num. 31. par. 4. vbi
ait ita ſeruari per Rotas, & magna tribunalia, Bolo-
gnet. conſ. 13 magis ſingulariter Barboſ in l. de diuiſio-
ne num. 71. cum alijs ſequent ff. ſolut. matr. Couarru.
citato cap. 4. lib. 3. variar. ſub num. 5 Mexia de taxa pa-
nis concluſ. 2. num. 71. Lexius de iuſt. & iur. lib. 2. c. 20.
dubit 10. & 11. Camera Imper. deciſ. 5. tota lib. 1. Cęſar
de Graſs. deciſ. 187. alioquin prima de vſur. & deciſ.
188. alioquin 2. eodem titu. vbi deciſum dicit quando
taxatum lucrum reſpicit verum, aut proportionatum,
1725 † & veriſimile taxatum intereſſe, & finaliter omiſſis
* alijs de receptiſſima teſtatur Stephan. Gratian. diſcept.
Forenſ. tom. 2. cap 387. num. 28. qui ſi demum dicat
requiri conditiones per Rotam relatas, tamen eas con-
1726 tineri † in tribus ex quatuor relatis, ſatis, apertè vi-
detur, eandemque probat Regens de Ponte de poteſt.
proreg. tit de regal. impoſit. §. 5. num. 70. & ſimpliciter
quando conſtat ab initio; Gaſpar Theſaur. quæſtio.
ſeptuageſimaprima, tomo tertio, numero ſecundo.

Quæ concluſio euidenter comprobatur, nam idem
1727 eſt paciſci de veroſimili, & proportionato † intereſ-
ſe, ad illud, quod realiter per creditorem patitur, quam
ſi paciſcatur creditor cum tribus enumeratis conditio-
nibus, eo quia prima ſecunda, & tertia conditiones re-
quirunt, vt intereſſe ſit in ſpe veroſimili, & probabili,
& quod verè cauſetur intereſſe ex contractu inito, &
quod idem intereſſe procedat à veroſimili, non nè tres
hæ conditiones continentur in pactuito intereſſe vero-
ſimili & proportionato ad illud verum, quod patitur
creditor, aut per commune accidens pati potuiſſet; &
contineri nullus dubitare poterit, quia non datur pro-
1728 portionatum, † niſi detur illud, cui proportio fieri
poterit, quod ſufficit dari per commune accidens, eo
1729 quod ſicut ſe habet vnum proportionale † ad aliud,
ita aliud ad reliquum, ad tex. ibique Doct. inſtit. quod
cum eo qui in alien. poteſt. §. 1. & §. quod diximus ſub-
1730 ſequens † enim ſupponit antecedens, & omnia rela-
1731 tiua, aut correlariua † ſupponunt per neceſſe relata,
& correlata, & vnum ſine altero ſtare non poſſunt, &
1732 quæ à ſe mutuo dependent, † Cicero in Topi & pe-
nes noſtrates vbique paſſim cum ſint ſatis noti termini
1733 iſti. Valet † itaque argumentum à proportione, ſeu à
proportionabilibus quãdo proportionabilia ſunt eiuſ-
dem rationis, quia argumentum à proportione eſt tan-
quam conſequens, ita alijs, & innumeris congeſtis Eue-
rard. in ſuis centum mod. argumentan. loco à propor-
1734 tione; prout valet argumentum † à communiter ac-
cidentibus, vt latè idem Euerard. in hoc loco, intereſſe
enim taxatum, prout communiter taxari ſolet, dicitur
moderatum, iuſtum, & verum, prout quælibet res pro-
bata per hoc argumentum, quod in materia probatio-
1735 num † omninò concludit, ita Euerard. d. loco vbi
iura, & authoritates Doctorum diffusè congerit, prout
1736 etiam valet argumentum à veroſimili † dixit latè
idem Euerard. in hoc loco, niſi contra veroſimilitudinē
probetur tale quid, ex quo veroſimilitudo tollatur, ita
Euerard d. loco.

Nec obſtabit ſi dicatur non poſſe paciſci de intereſſe
1737 † certo abſque mora, dum morę requiſitum per ne-
ceſſe ponitur per Doctores, modo vt ſuperius nu. 1703.
1738 demonſtrauimus, & ſic pendente dilatione † data
non conſideratur mora, eo quod dilatione pendente
1739 excluditur mora, tam † regularis, quam irregularis,
Couarru. Lup. & alij, quos refert Scaccia d. ampliat. 8.
num. 153.

1740 Quia reſpondetur, nam ideo creditor † exigit inte-
reſſe propter moram, quia mora debitoris eſt cauſa, vt
creditor ceſſet à lucro, nam ſi debitor ſolueret in tem-
pore, non eſſet moroſus, & creditor implicare potuiſſet
pecuniam ſolutam in negociatione lucroſa, ſi autem
ſolutio non fiat, mora itaque illa eſt cauſa ceſſationis il-
lius lucri per illam lucroſam negociationem; & per hoc
ſi creditor conceſſerit dilationem debitori, & pendente
dilatione pactus fuiſſet de intereſſe lucri ceſſantis, quod
debitor promittat, ſupponitur ceſſatio lucri ab initio
contractus, quam ſi ſciat debitor per illud pactum
1741 † loco moræ habebitur, quia leges, & canones reſpe-
xerunt lucri ceſſationem principaliter, & moram, vti
cauſam, ideo ſi de cauſa appareat, abſque mora, vtique
ſufficit, & per hoc cauſa ceſſationis lucri in hoc caſu
1742 † eſt datio mutui, aut cambij ergo non eſt neceſſaria
alia mora, & tantum in hoc operatur partium pactum,

quantum

1743 quantum operatur mora, † ita Scaccia.d.ampliat.8. num.148.& 151. alio modo reſpondent Alciat. in l.le-cta in fine ff.ſi cert.pet.Barboſ.in d.l.de diuiſione num. 72.& 73. & Regens de Ponte d.§.5.nu 70.nempe,quia
1744 dilatio ſimpliciter † non eſt data,ſed datus,ac præfi-xus eſt terminus ad ſoluendum in recompenſationem certæ moræ incurrendæ; & ſic taxatio fit pro intereſſe, non autem pro dilatione conceſſa Gratian. d.cap.387. num.20.21.22.& 23.

Extenditur concluſio firmata ſupra num.1724. vt
1745 ea procedat,etiam † ſi de intereſſe appareat demum per probationem faciendam,vt probatum fuit ſuperius num.1691.in quarta opinione, aut ſi intereſſe taxetur,
1746 & liquidetur † per iudicem, vt probatum fuit in quinta opinione ſup. num.1692. quia in iſtis caſibus ſemper ſumus in intereſſe vero,& iuſto,& pactum valet ſine difficultate,eo quod probato intereſſe ſemper concurrunt conditiones requiſitæ, & ſuperius relatæ.

Extenditur ſecundò, tam ſupradicta concluſio firmata ſupra nu.1724. citata, quam principalis concluſio firmata ſuperius num.1702.vt fortius ille procedant
1747 quando † in regione,in qua factus eſt contractus frequentatur ſolutio ſimilis intereſſe, quia tunc valida eſt conuentio de certo intereſſe lucri in illa regione frequẽtato, Cagnol.in d.l.curabit num.16. & Rot. Gen.deciſ. 194. ſequitur Couarruu. vbi ſupra, qui ſi loquantur in materia d.l.curabit,tamen eos extendit Regens de Ponte in mutuo ex mente omnium Theologorum, loco citato num.73.74.75.76.77. & alijs ſequent. probant denique implicitè tamen Scaccia d. ampliat.8.nu.234. & explicitè Cæſar de Graſs.citata deciſ.2. de vſur.nu.2. & antè hos Alex.conſ.172.nu.20.vol 6.

Extenditur denique in omni loco, & in omni perſo-
1748 na, quando creditor eſt ſolitus † tenere pecuniam negociabilem, & non otioſam, ſed illam conuertere in emptiones, & negociationes, quæ ſolent eſſe promptæ in illa regione, tunc valet conuentio de certo intereſſe ſine aliquo ſcrupulo, vt ex mente, & ex dictis omnium Theologorum, & Canoniſtarum probat Regens de Ponte citato loco num.77. vſque ad finem §.quæ comprobantur dictis per Scacciam (de his mentionem non facientem) d.ampliat 8.num.226. & 231. ac 235. quæ hæc extenſio ad principalem concluſionem citatam.d. num.1702. facilius probatur authoritate alterius concluſionis vtique firmatæ dicto num. 1724. & citatæ vt ſupra, dum in ea probatum fuit valere conuentionem
1749 † de certo intereſſe, ſi de eo veroſimiliter conſtet & per communiter accidentia, nam ſolitus conuertere ſuas pecunias in lucroſis negociationibus & eas non tenere otioſas, ſed in illo loco ſemper has negociationes, & emptiones teneat promptas; habet veroſimilem ta-
1750 xam intereſſe † proportionati ad illud,quod iuſtè,& veroſimiliter in illa regione exigitur, eo quod illud
1751 † dicitur veroſimile quod vt plurimum euenire ſolet,& quod frequentius cõtingit, modo vt probauimus ex Crauet.& alijs ſupra in titulo de libr.mercator.num. 117. vt etiam alijs medijs hoc probat Vgolin. in citato §.8.in 4. requiſito; idcirco in iſtis duabus concluſionibus, quæ reducuntur in vna, ſtante veroſimilitudine,
1752 aut ſtante † quod pecunia nunquam ſtat otioſa,quia emptiones, ſeu negociationes ſemper ſunt promptæ, ſemper concurrunt omnes citatæ conditiones, vt cuique patet,quia data promptuali occaſione negociandi, dataque pecunia negociabili, intereſſe lucri ceſſantis euidenter eſt probatum, & probato vero intereſſe
1753 † nihil ſupra hoc remanet diſcutiendum in vtroque foro, quia intereſſe lucri ceſſantis de omni iure deberi, ſatis probat Scaccia. d.ampliat.8. num.96. & probant omnes ſuperius citati authores.

1754 Inſuper nec refert ſi dicatur, taxationem † vniformem per pactum non admittendam cum aliquando plus quandoque minus percipiatur ex cambijs,aut mutuis, Rot.diuerſ.deciſ.315. num.6. par.2. Quia ſufficit, vt in taxa concurrat veroſimilitudo, & proportio non
1755 habita † conſideratione variationis Cæſar de Graſs. in citatis locis, Dec. in cap. cum venerabilis colum. 7. verſ. putarem tamen ſub num. 14. de except. & ſic reſpondendo probat Stephan. Gratian. d. capit. 387. num.24.

Idcircò ſtante quod in Regno adeſt vniuerſalis con
1756 ſuetudo † omnium, & quorumcunque generis hominum,pecuniam non teneri otioſam in arca, ſed eam in negociationibus,& emptionibus implicari,& pariter notorijſſimum eſt,emptiones,& negociationes ſemper eſſe paratas, & promptas, ideo cum in his attendatur
1757 conſuetudo regionis, † apparet licitam, & omninò iuſtam eſſe in eodem Regno hanc conuentionem de certo lucri intereſſe ſoluendo à principio, imò hæc conſuetudo ex immemorabili ſemper comprobata fuit infinitis deciſionibus, tanquam dictis Doctorum vtriuſ-
1758 que ſcholæ conformis, † vt teſtatur Regens de Ponte.d.§.5. à num. 64. vſque ad finem.§. & nouiſſimè ſic deciſum in Sac. Conſ. refert doctiſſimus Rouit. in ſuis cõmentarijs ad regias pragmaticas in pragmat.1. de vſurar. num.45. & 46. & alijs etiam numero pluribus citatis probat Molfeſ. de contract.cap.23.num.39.& ſeq. verum id quod Molfeſ. dicit dicto loco num. 41. nempe quando intereſſe erit probabile, addas tu; probabile, & taxæ veroſimili in illa regione proportiona-
1759 tum, † modo vt explicatum eſt ſup. num. 1724. & 1749. vſque ad num.1755. incluſiuè, quia tunc poterit per partes modo prædicto taxari, vt dictis locis per communes regulas probatum fuit, quia per illa veriſimilia
1760 dicitur conſtare de intereſſe, † vt ſatis in eiſdem locis
1761 probauimus,& conſtito de intereſſe omni iure † poterit de illo paciſci, Gaſpar Theſaur.quæſt. Forenſ. 71. num.2.lib.3. at ego ſemper in Regno vidi ſeruatum,&
1762 ſeruari video, fieri mutua & alios contractus † cum promiſſione certi lucri, pendente ſolutione facienda in termino præfixo, etiam ad conſilium doctiſſimorum
1763 Ieſuitararum, eo quod ſumus in notorio † facti permanentis, ideo probatione altera opus non erit, vt in terminis Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ.67. num.25. cum ſeq.& num.20. ex quibus omnibus patet, quod cum in Regno paſſim vſu,receptæ ſunt emptiones ad rationem ſeptem, vel octo pro centenario, cum perſonis diuitibus & etiam cum Regia Curia, tale intereſſe paſſim per Sacr.Conſ.de ſtylo abſque alia probatione, ex præcitatis,& præcipuè ex Alex.d.conſ.172.ideo hoc verum intereſſe ſic certificatum deducitur ab initio in pactum,
1764 † vt vltra authores citatos, probauerunt in proprijs terminis poſt Burſat.& Carol. de Graſs. Coſta de portion.rat.quæſt.91. num. 10. clarius Felicius de ſociet. cap.17.toto, Caſtill. Siculus deciſ.143. num.10. & tota vol.2.& eleganter Scipio Theodor. cauſarum patronus inter primarios in hoc Regno poſt hæc ſcripta viſus in
1765 allegat.40.à num.30.cum ſeq.ex quibus † dignoſcitur Mart. deciſ.165. & Viui. deciſ.84. Regnicolas perfunctoriè

functoriè loquutos fuiſſe, eoſque totaliter non deguſtaſ-
ſe articulum.

Sed vt ad proprium inſtitutum redeamus, contra
has concluſiones in foro externo in cambijs contrahen
1766 dis, quando cambia † ſunt Sicca, reſpondent Doctiſ.
Marchio Tapia in iure Regni lib. 4. titu. de camb. ad
pragm. 1. num. 31. & omnes alij relati per Mutam Sicu-
lum citata deciſ. 52. num. 18. & 24. ac Gratian. d. cap.
387. num. 18. & quaſi omnes alij relati per Dom. Pa-
ſchal. de vir. pat. pot. par. 1. cap. 8. num. 238. expreſſe-
que firmat in foro externo Molfeſ. citato cap. 7. nu. 61.
& expreſſius num. 88. in 13. reſponſione, in vim conſti-
tutionis Pij Pap. V. in loco, vbi recepta eſt hæc Bulla,
imò recipiens lucrum in cambio ſicco, lucrum, dico, ta-
1767 xatum ab initio, teneretur reſtituere, † ſi certè ſciret
non eſſe cambium verum, & reale, ita idem Molfeſ. ex
D. Thom. Caiet. Salon. Sot. Molin. Leſs. Patr Iuſtin. & ex
alijs, probat, eodem cap. 7. nu. 79. in fine; inſuper ſtrin-
gendo articulum dixit idem Molfeſ. eodem tractat. de
contract. tract. 12. cap. 23. num. 33. non valere conuen-
1768 tionem † de certo lucro, etiam in mutuo palliato ſub
nomine cambij, aut alterius contractus.

Contra iſtorum Doctorum dicta, & verius reſpon-
debitur ex infraſcriptis, poſſe etiam paciſci de certo lu-
1769 cro in cambijs ſiccis, ſi illud † certum lucrum depen-
deat, & vicem ſubſtineat veri, & probabilis lucri ceſſan-
tis alterius realis, & veri cambij vel alterius veræ, lucro-
ſæ negociationis; poteſt enim campſor fictè, & ſiccè
1770 cambire, ideſt dare cambio † ſicco, & ficto ſub inte-
reſſe cambij veri, ſi paratus erat dare cambio Reali,
Caietan. Nauar. Fabian. Genuenſ. & Io. Azor. quos ci-
tat, & probat Scaccia. d. ampliat. 8. num. 1. num. 22. &
eadem quæſt. 7. par. 3. limit. 7. num. 3. & appareat, dan-
1771 tem cambio ſicco, deſtitiſſe à vero † cambio, vel ab
alio frugifero negocio, vt docent præcipati Doctor. illa
1772 ratione, quia cambium fictum aut ſiccum, † ea dam-
natur cauſa, ex quo dicitur mutuum palliatum, & in
mutuo procedunt ſuperius dicta, ergo &c.

At difficultati, quam contrarium tenentes allegant,
1773 nempe cambium ſiccum † iudicari in fraudem. d.
Bullæ, ſi exigatur lucrum modo iam dicto, eo quia quili-
bet fraudando Bullam poterit recipiendo lucrum dice-
re illud recipere ratione lucri ceſſantis, vt ſup. taliter ſa-
tisfacit doctiſſimus Scaccia inferius citandus; Plus enim
1774 valet, quod agitur, quam † quod ſimulatè concipitur
toto tit. C. plus valere &c. Sed ſimulatio quæ fit de con-
1775 tractu † licito ad alium contractum æquè licitum eſt
omni iure permiſſa ex inferius allegandis, itaque ſi in
hoc caſu contrahitur mutuum ſub nomine cambij,
vterque hic contractus eſt de iure licitus regulariter, &
1776 fit hoc, vt creditor celeriorem † habeat per literas
cambij exequutionem, quæ paratam habent, ita adno-
tant Cæpol. cautel. 243. & idem Scaccia in tractat. de
iudic. in cauſ. ciuil. lib. 2. cap. 8. num. 529. & 531. ac in
proprijs noſtris terminis in tractat. de commerc. &
camb. citata ſæpius. quæſt 7. par. 2. ampliat. 10. nu. 29.
& par. 3. limit. 7. num. 4. idemque quando creditor ceſ-
ſat ab aliquo fructifero negocio, vt petenti, mutuum
1777 ſatisfaciat, † qui vult illud intereſſe reſarcire, ſub no-
mine alterius contractus magis exequutiui, vt idem
Scaccia notat. d. ampliat. 8. num. 22. quia ſimulatio pro-
cedit his in caſibus ex iuxta cauſa, eo quod exiſtimaue-
1778 runt contrahentes, † quod intereſſe prædictum ad
rationem cambij ſicci, non aliter poſſet haberi, quam ſi
mutuum fieret ſub nomine ſimulati cambij, & per hoc
vterque contractus licitus, ſi verè dans cambio ceſſaue-
rit ab aliqua alia fructifera negociatione, licitèque exi-
gere valet intereſſe conuentum veroſimile Scaccia. d.
1779 limit. 7. num. 4 dummodo † ex tali ſimulatione non
emergat iniquitas contractus, & ſic læſio accipientis
cambio, vt præcitati Doctores notant.

Nec obſtabit ſi dicatur, regulam illam plus valere
1780 † quod agitur &c. procedere quando contractus ſi-
mulatus habeat ſuam debitam formam, quia ſi non ha-
beat, intrabit alia vtique trita regula, quod ſi non valet,
quod ago, vt ago, non valet etiam vt valere poterit,
1781 † vbi agitur de obligatione contrahenda, Bar. in l. 1.
§. ſi quis ita ff. de verb. obligat. num. 2. ac Iaſ. num. 6. no-
* tab. 6. alijque omnes communiter, de qua communi te-
ſtatur Couarruu. variar. lib. 2. cap. 16. num. 5. verſ. dein-
de & in epitom. lib. 4. decretal. tit. de ſponſ. cap. 3. ſub
num. 2. ac Guttier. Anton. Guber. Conſtan & M. Ant.
Cuch. relati per Scacciam. d. limit. 7. num. 5. illa ratione,
quia defectus eſt in forma contractus ſimulati, & vbi
1782 lex reſiſtit actui, † tunc ex illo actu, nulla oritur obli-
gatio ciuilis, nec naturalis, & hoc in caſu iſto patet, quia
vt pallietur mutuum, quod verè contractum fuit inter
contrahentes ſub nomine cambij; ſimulauerunt ijdem
contrahentes cambium ſiccum, & fictum, quod forma
1783 † veri cambij caret, caretque debitis cambij requiſi-
tis in reali, & vero cambio ſuperius adnotatis.

Quia huic obſtaculo ſingulariter, & ſatis notabiliter
ſatisfacit idem Scaccia. d. limit. 7. num. 11. dicens ſu-
* pradictam communem opinionem dicentem, non va-
1784 lere † quod agitur quando illud quod ſimulatur pec-
caret in forma; tanquam ſuper re Brochardica habere
nonnullas declarationes, & per hoc ad ipſius declara-
* tionem extare alteram æquè communem in contra-
rium, quæ vt euidenter probetur, omiſſis varijs decla-
rationibus adductis per Doctor. ex quibus concluſio
redderetur inextricabilis, duo erunt conſiderandi caſus
* communiter per Doctores recepti.

Primus, quando ſub contractu nulliter facto potuit
virtualiter comprehendi contractus non geſtus, quia
1785 tunc † ſi non valet eo modo, quo fuit factus valebit,
vt fieri potuiſſet, ad text. in l. ſi tam anguſti, vbi Alber.
* Angel. Florian. & communiter alij. ff. de ſeruit. vt refe-
runt Couarruu. d. cap. 3. de ſponſ. verſus finem Guttier.
de iuram. confirm. cap. 51. nu. 28. & alij relati per Scac-
ciam d. limit. 7. num. 12. & ſeq.

Secundus caſus erit in materia fauorabili, in qua
1786 † illud, quod non valet, vt agitur, valet tamen, vt va-
lere poterit, Iaſ. in d. §. ſi quis ita ſub num. 19. Couarru.
locis citatis, & Scaccia allegata limit. num. 14.

Vterque enim caſus noſtræ concluſioni aptè appli-
1787 catur, & primus, nam mutuum & cambium † æquè
continentur ſub credito, taliter quod magna eſt inter
Doctores contentio, ſi cambium ſit mutuum, vt retuli-
1788 mus ſupra num. 1663. & ſuper his Doctores † pro-
miſcuè loquuntur, vt idem Scaccia docet in eodem tra-
ctat. de commerc. & camb. quæſt. 1. §. 1. num. 422. &
quæſt. citata 7. par. 1. ſub num. 22. ideo contractus va-
lidus mutui virtualiter continetur in cambio ſicco in-
ualido.

Secundus autem vtique applicatur, eo quia euitatur
1789 † ſuſpicio vſuræ, quæ eſt odioſa, tum etiam quia con-
1790 ſeruatur iuſtitia † naturalis, ſeu commutatiua, vt
vnus non locupletetur cum aliena iactura, in qua iuſti-

tia

tia cõmutatiua dẽt iudex omni conatu inſiſtere; ſi conce
ditur itaq; hęc exactio, tollit vſura, & dat locus dictę cõ-
mutatiuę iuſtitiæ, & p hoc ſumus in materia fauorabili.

Ergo contractus hic cãbij ſimulati dẽt valere in for-
ma ſimplicis mutui, & ſic vt valere poterit, quia cãpſor,
1791 † & mutuator vterque dicitur creditor, & vnus ſub al
tero virtualiter cõprehenditur abſque defectu, & fortius
in materia fauorabili, vt ſupra; qđ veriſſimũ dicit Scac.
cit. loco nu. 15. duob. alijs caſibus conſideratis, & 1. ſi il-
1792 le, qui dedit cãbio, indubitãter dediſſet cambio † rea-
li, & vero, vel aliter veroſimiliter ex alia frugifera nego-
ciatione lucratus eſſet, habendo paratã occaſionẽ, & cõ-
trahentes de hoc lucro ceſſante intendebant paciſci, ſed
perſuadentes ſibi conſultius eſſe finxerunt cãbiũ, & tunc
ſuperius dicta ſunt omninò veriſſima, prout notatũ fuit,
1793 & lucrum exigitur † vigore contractus mutui cũ illud
cambiũ reſoluatur in mutuũ, non aũt vigore cãbij ſicci,
ſimulati, & nulli, idque eſſe ſtante nullitate cambij ſicci
ſuo loco explicata, quodque in foro externo procedit, qa
1794 in foro † conſcientiæ exigitur lucrũ rõne intereſſe paſ
ſi, vigore cuiuſuis contractus nulli, ſi appareat de veritate
1795 † intereſſe noti contrahentib. vt aliàs dictũ fuit, & no
tatur penes Scacciã loco proximè citato & d. q. 7. p. 3. li-
mit. 1. nu. 5. & latius. d. ampl. 8 ſub nu 296. & ſignanter
verſ. quare ſuppoſito, & ante eũ Io. Azor. inſt. moral. lib.
10. tit. de camb. c. 11 q. 2. verſ ad tertium.

Secundo caſu, qñ is, qui dedit cãbio ficto nolebat ne-
gociare pecuniã alio contractu, quam contractu cãbij, &
non inueniebat, qui vellet accipere, aut non inueniebat
idoneũ accipientẽ, ideoque abſtinebat, vnde cãbio ficto
dedit idoneo debitori, qui non indigebat cambio, ſed
mutuo, & promiſit intereſſe veri cãbij, quo in caſu con-
1796 cludit Scaccia cãbiũ † eſſe omninò illicitũ, & cũ obli-
gatione reſtituendi totã acceſſionẽ, quia campſor re vera
non eſſet paſſus intereſſe, quodque in omni foro proce-
dere dicit. d. limit. 7. nu. 19. Hæc Scaccia.

Tu aũt (quãuis Scaccia vir doctrina eruditiſſimus, ſa-
tis notabiliter ſit loquutus) ſatisfacies obſtaculo poſito
ſup. nu. 1766. & ſeq. breuiori reſponſione, nã ſi ſuperius
1797 probauimus valere pactũ † de incerto intereſſe pro-
bando, aut de veroſimili, & demũ de lucro iuſtificãdo, vt
idẽ Molfeſ loquendo in cãbio, fatetur, in d. c. 7. nu. 76. &
ſeq. & expreſſius nu. 99. & 100 quib in locis probat, exi-
1798 gi poſſe lucrũ † à cãbio ficto, & ſicco rõne lucri ceſſan-
tis, aut damni emergẽtis, ſed negat prout negant oẽs, poſ
1799 ſe de certo intereſſe paciſci † in foro externo, quæ oĩa
deduximus ſup. in 2. 3. 4. & 5. opinionib. relatis, prout &
1800 ibidem ẽt probauimus poſſe hoc lucrũ † taxari p iudi-
cẽ, quę inficiationẽ nõ habent; His itaque pręmiſſis duos
diſtinguas caſus; nã aut & primo cãpſor dans cãbio ſicco
tenebat pecunias cãbio datas, otioſas, qa nolebat aut nõ
poterat eas implicare in negociationibus, & emptionib.
lucroſis, (qđ rarò cõtingit) & tunc requiſitus dare cãbio
1801 ſicco non poterit † paciſci de certo lucro cãbij ſoluen-
do, tã in foro interno, quã in externo, quia contractus nõ
1802 ſuſtinebitur in vim cãbij ſicci, obſtantib. ſuperius † tra
ditis regulis, nec in vim mutui palliati, vt ex eo creditor
valeat exigere lucrũ rõne intereſſe lucri ceſsãtis, eo quod
1803 lucrũ, † nec verè, nec veroſimiliter ceſſauit, vt ex vi no-
minis hoc probatur, dum dicitur intereſſe lucri ceſsãtis,
1804 cuius exactio fit rõne ceſſationis † lucri, at in hoc pri-
mo caſu, nulla erit ceſſatio, ergo &c. hicque caſus nullam
difficultatẽ hẽt & procedit tam in cãbio ſicco, quã in ex-
plicito, aut implicito mutuo, in quo non cadit exactio ali

1805 qua niſi rõne lucri ceſſantis, † aut damni emergentis,
& ſi lucrũ non ceſſet, & damnum non emergat, exactio
nulla competit, quia firma remanet regula diuina; mu-
tuum dantes nihil &c.

Aut & ſecundo dans cambio ſicco, verè, aut veroſimi-
1806 liter ceſſauit ab alio frugifero negocio, † & tunc quæ-
ſtio erit ſolũmodo ſi ab initio poterit paciſci de hoc lu-
cro cambij, ideo dicas poſſe omninò à principio paciſci
1807 † de certo lucro, ſed vero, aut veroſimili à principio
concurrentib. conditionib. requiſitis, tam in foro inter-
no, in quo non eſſe dubium ſuperius nu. 1690. dictũ fuit,
quam in foro externo, quod multipliciter probatur.

1808 Primo probatur, nã ſi dans cambio ſicco ceſſauit † à
vero, & reali cambio, tunc punctus non habebit difficul-
tatẽ, quia intereſſe erit probatũ, eo qđ lucrũ cãbij realis
taxatur à iudicib. mercatorũ, & vocatur lucrũ, *conforme*
1809 *la piazza*, qđ iuſtũ, & licitum dici † ſuperius ſatis de-
monſtratũ fuit, idcirco ſi cãpſor dans cãbio ſicco, paci-
ſcatur de lucro correſpectiuo ad lucrũ cambiorũ realiũ
1810 *conforme la piazza*, licitè, & iuſtè paciſcitur † modo vt
diximus ſup. nu. 1696. quia dicitur intereſſe non ſolum à
principio probatũ, & iuſtificatũ per iudices modo vt no-
tauimus ſup. nu. 1692. cũ multis ſeq. & ſignanter dicto
1811 nu. 1696. & qñ conſtat de intereſſe valet † eo caſu cõ-
uentio de illo, vt nu. 1760. & 1761. probatũ fuit, ſed etiã
dicitur intereſſe *conforme la piazza* iuſtificandum, quod
deberi probatũ fuit pluries ſuperius in omni intereſſe iu-
ſtificando; ſi illud in creditore verè ceſſauit vt ſupra, ſed
iterum de veritate inferius nu. 1819 & 1822. in fine.

Sin aũt ceſſauerit ab alio frugifero negotio, ſed nõ ceſ
1812 ſauit ab alio vero cãbio, † & tunc ſi contrahentes sũt
in loco, in quo non adeſt aliqua cõſuetudo taxatiua hu-
iuſmodi intereſſe, tali inquam caſu dico, non valere pa-
ctũ de certo intereſſe, niſi cõſtet à principio de veriſimi-
litudine illius intereſſe in pactũ deducti, vel in exactione,
demũ iuſtificetur per veroſimiles probationes, modo vt
probatũ fuit ſup. nu. 1691. & 1724. quod ẽt procedit in
1813 omni mutuatore, qui † valet paciſci de certo intereſſe
iuſtificato, aut iuſtificando, modis iam dictis; Sin verò
contrahentes ſint in loco, in quo aliqua viget cõſuetudo
1814 † taxandi ſimile intereſſe tunc valet pactio de certo
intereſſe à principio habito reſpectu ad quantitatem per
ſolitũ, & regionis conſuetudinẽ taxatã, quia tractatur de
1815 intereſſe, de quo conſtat † ab initio; vt probatum fuit
ſup. nu. 1765. & in pluribus ſuperioribus numeris; ideo
1816 in Regno, in quo adeſt † hæc inueterata conſuetudo,
vt probatũ fuit ſup. nu. 1756. cum alijs ſequent. ſemper
1817 ſolitum eſt lucrũ ceſſans in cambijs realib. taxari † ad
rõnem *conforme corre la piazza*; & in alijs contractibus,
ſi pecunia erat ſolita implicari in aliquo negocio, in quo
1818 per probationes iuſtificaretur † intereſſe lucri ceſſantis
reſpectu mercatorũ, ſemper vt plurimum ſolet taxari ad
1819 ſeptẽ pro centenario ad ſex, & ad quinque, imò † mu-
1820 tuãtes mõti pietati, vel alijs bancis, qui tenebant † ca-
pitale, & intereſſe ſemper paratũ ſolutioni, recipiebant
ſex, quinque, aut quatuor pro centenario, idcirco ſi mu-
tuãtes explicitè, aut implicitè in cambijs ſiccis in Regno
1821 taxauerint lucrum † ſeruato ſolito, in vtroque foro
exigi poterit eo quod ab initio conſtat de eo vt ſuperius
1822 probatum eſt; & taxatio † ſecundũ morem regionis,
valida ſemper erit, vt notauerunt Rot. Gen. deciſ. 194.
Maſtril. Tuſc. Rodriquez & alij relati per Mut. deciſ 52.
nu. 49. imò ad rationem ſeptem, vel octo in circa taxatur
intereſſe ceſſans in Regno, vt ſupponit Scipio Theodor.

in citata alleg. 40. nu. 30. Sed in cambio ſicco nequaquã
exigitur lucrũ ad rõnem cambij realis, quia vt reduca-
tur ad illum realem actum requiritur induſtria, & labor,
& alia vt eleganter conſiderat idem Theodor. loco cita-
to, nu. 34. ſed exigitur ad pręcitatas rõnes, vt ſup. nu. 1819
Secundo probatur, nam ſuperius ſatis explicatum fuit
1823 hoc intereſſe, ſeu hoc lucrũ cambij ſicci non exigi † in
vim cambij, quod, ab omni rõne, & lege impugnatur tã-
1824 quã ſiccũ, ſed exigitur rõne intereſſe lucri † ceſſantis,
quod debetur de omni iure, vt nu. 1793. ſup. notatũ fuit,
& probat Muta Siculus allegata deciſ. 42. nu. 35. ideo ſi
exigitur rõne intereſſe lucri ceſſantis, qñ de ceſſatione lu-
cri cõſtat per modos ſupra citatos pactum de eo non in-
ficiatur per aliquã legem, & Bulla Pij V. non loquitur de
1825 intereſſe † lucri ceſſantis, ſed de lucris cambiorum, vt
probant Nauar in Manual. confeſs. c. 17. ſub nu. 283. Lu-
douic. Lopez, Valent. & alij quos in hoc probat Molfeſ.
1826 d. c. 7. nu. 78 & nu. 76. cõſtito itaque de intereſſe † mo-
dis citatis de eo paciſci nemo eſt, qui dubitat, quia quãdo
conſtat in probatione continentur omnes conditiones.
Tertio probatur, nam de iure nequaquam taxatio de
1827 certo lucro, aut intereſſe reddit cõtractũ illicitũ, † ſed
tantum reddit illicitã exactionẽ, iõ ſi creditor exigat il-
lud, qđ verè vel veroſimiliter ſua interfuit ob lucrum qđ
ceſſauit, contractus & exactio ſunt licitus, & licita, non
1828 tanquã conuentũ, ſed tanquã verè † de omni iure de-
bitũ, Crauet. conſ. 189 ſub nu. 8. verſ. circa ſecundũ, quẽ
alijs adductis probant Scaccia d. ampliat 8. num. 60. vbi
nonnullas Rotæ deciſiones congerit, Surd. conſ. 327. lib.
3. nu. 55. & Stephan. Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap. 387.
nu. 8. & 13. ideo valet pactum ab initio de hoc intereſſe
modis prædictis iuſtificato.
Finaliter, dum Doctores dicunt huic exactioni pro cã-
bio ſicco obſtare Bullam Papæ Pij V. ſi lucrum certũ fuit
in pactum deductum, dato qđ non eſſet ſatisfactum per
omnia ſuperius adducta; quia ſatis reſponſum fuit, & ple
nè ſatisfactum; tamen dicunt præcitati Doctores, & præ-
cipuè Lopez lib 2. inſtruct. c. 14. circa finẽ & Molfeſ. d. c.
7. 13. reſponſione nu. 88 hoc procedere in locis vbi rece-
1829 pta eſt illa Bulla; at in Regno † non apparet eſſe rece-
1830 ptam, eo qđ continuantur cambia ſicca † ad rõnẽ in-
tereſſe ſoliti, & ab initio taxati, & tñ vſu recipiuntur, &
1831 etiam deciſionibus probantur; vt in ſimili caſu † imò
fortiori deciſum dicit Meritiſs. Reg. Tapia in d. pragm.
1. de camb. ſed de his infra nu. 1836.
Dixi in fortiori caſu, quia ibi deciſum Doctiſs. Tapia
in Sac. Conſ dicit in cauſa Illuſtr. Marchion. Campaneæ
cum Petro Baptiſta Scotto, deberi intereſſe cambiorum
in pactum deductum in illa quantitate, quæ iuramento
1832 † eiuſdem creditoris liquidabitur ẽt non ſolemniter
recepto, dum cõtrouertitur, an partium aſſertioni iuratæ
ſtetur circa intereſſe cambiorum, modo vt eſt videre pe-
nes Caſtil. Siculum d. deciſ. 112. nu. 16. to. 2. vbi deciſũ
1833 dicit non † credi, qñ pactum de ſtando iuramento
partis, ſit interpoſitum in cõtractu prohibito, ſed deciſio
1834 Sac. Cõſ. fuit iuridicè facta, tũ rõne lucri ceſsãtis † omni
iure liciti, tum ẽt reſpectu mercatorũ, apud quos verſatur
1835 pactum de ſtando eorum † iuramentis data tñ veroſi-
1836 militudine, † vt notabiliter more ſuo aduertit Doctiſ.
Marchio Tapia in citato loco, & in d. deciſ. Sed ſi Bulla
Pij V. recepta fuit in Regno, tũc in foro externo cambiũ
ſiccũ omninò inualidatur, & illicitũ iudicaẽ ad euitandũ
fraudes, nã & ſi recepta fuit Bulla, firmius ſciẽti remitto.
1837 In praxi aũt, & præcipuè in Regno, in quo rari † rarò
tenent pecuniam otioſam, & ſemper adſunt paratæ oc-
caſiones lucrandi, & negociandi, rarò contingere poterit
dubitatio, quia in foro externo ſemper campſores poſsũt
1838 dicere pecunias cambio † datas pro loco, aut nundinis
eſſe paratos recipere in loco deſtinatæ ſolutionis, & ad
hunc finem cambio dediſſe, proponentes oẽs conditio-
nes perficiẽtes cambium reale, & ſi aliter dixiſſent fatui,
& imprudentes iudicarentur, quod non erit præſumen-
1839 dũ, prout ſemper dicunt pecunias † cambio datas ſem
per tenere eas promptas pro lucroſis peragẽdis negocia-
tionibus, & in Regno conſtat eſſe veras has conditiones,
& contrarium probare eius, quod modo prædicto, dicere
1840 † poſſunt campſores, eſt non ſolum difficile, ſed quaſi
impoſſibile, niſi detur notabilis horum negociantiũ im-
peritia & fatuitas; idcirco in hoc foro externo tollitur du
bitatio, & quod non conuenit rationi inueroſimile iudi-
catur, vt ſup. nu. 114. probauimus tit. de lib. mercat.
1841 In foro autem interno, † aut re vera campſor non te-
nebat pecuniã negociationibus lucroſis implicatam, ſed
omninò ocioſam, & tunc exactio lucri in hoc cambio, vel
in quouis mutuo, omninò illicita iudicanda, quia in hoc
foro diſputatur cum Deo Domino Noſtro, cum quo ve-
ritas tñ deducitur, vt ſæpius dictum fuit, quia lucrum in
hoc caſu non ceſſauit; Sed ſi dans cambio, aut mutuo nõ
1842 erat ſolitus tenere pecuniam ocioſam, ſemper † in hoc
foro interno licita erit exactio lucri rõne intereſſe paſſi,
vt ſuperius ſępius probatum fuit, reliqua pro pleniori or-
natu huius quæſtionis habebuntur in explicatione ſe-
quentium quæſtionum, & ſignanter in explicat. 4. quæ-
ſtionis aliqua ſuper intereſſe congerit nouiſſimè Dom.
Viſcontus in concluſ. ver. intereſſe poſt hæc ſcripta viſus.

SVMMARIVM.

1843 *Cambio dans, de vno loco ad alium, ſi æqualem indigen-
tiam habeat, cum accipiente, an licitè recipiat lucrum.*
1844 *Campſor ſi æqualem indigentiam habeat, cum campſa-
rio, tunc illicitè lucrum exigit, contra nu. 1845. cum mul
tis ſequentibus, declara nu. 1860. modificatur declaratio
num. ſeqq.*
1846 *Pecuniæ tranſportatio, & lucrum in Cambijs ſunt quid
accidens.*
1847 *Lucrum in cambio reſpectu æqualis indigentiæ, procedit
à ſorte & fortuna.*
1848 *Cambio requiſitus, ſemper licitè lucrum accipit.
Campſarius ſi fuerit ipſe requiſitus poterit accipere lu-
crum. ibid.*
1849 *Cambij officium ſemper eſt campſoris.*
1850 *Cambij natura non mutatur per accidentia minuentia
laborem, induſtriam & expenſas campſoris.*
1851 *Pecunia campſoris ſemper reputatur præſens, ſiuè det,
ſiuè recipiat, & pecunia Campſarij ſemper abſens.
Pecunia præſens plus valet, quàm abſens, ob tranſpor-
tationis onus, ibid. & 1852.*
1852 *Pecunia abſens dicitur expoſita periculis.*
1853 *Campſor etiam data æquali indigentia, licitè exigit lu-
crum, tàm in foro externo, quàm interno.*
1854 *Cambij lucrum debetur Campſori ratione periculi, labo-
ris, & expenſarum pro virtuali tranſportatione pecuniæ.
Cambij lucrum non exigitur, quando expenſæ labor, &
alia ipſum, lucrum iuſtificantia ceſſant. ibid.*
1855 *Legis ratione ceſſante, ceſſare debet ipſa lex.*
1856 *Lucri cambiorum exactio iuſtificatio per rerum quali-
tatem,*

tate, non autem perſonarum.
Cambiorum lucra non iuſtificantur in particulari, ſed in
vniuerſali. ibid. & qualiter procedat. & 1857. & 1858
1859 *Campſor in cambijs nunquam euitat pericula, quibus*
exponit ſuas pecunias.
1860 *Cambij de loco ad locum, lucrum, data æquali indigen-*
tia, ac exiſtente, vtroque contrahente perſona priuata,
illicitè exigitur, contra num. 1861. vbi diſtinguitur ſed
declaratur nu. 1862. & ſeq.
1862 *Cambio requiſitus habetur loco campſoris.*
1863 *Pecuniæ tranſportationis miniſterium, eſt pretio æſti-*
mabile, intellige nu. 1864.
1865 *Campſor priuatus non valet idem lucrum exigere quod*
exigeretur à campſore ſolito nuncupato vulgariter chi
tiene ragione *in cambijs de loco ad locum.*
1866 *Campſores publici maioribus expenſis in celebratione*
cambiorum onerantur, quam priuati.

QVÆST. TERTIA.

QVÆRITVR tertio, an Cambiũ
ſit licitum, ſi illius lucrum non iu-
ſtificetur in illo particulari cãbio,
ſed vniuerſaliter, nempè, ſi Titius
Campſarius habens Romæ duca-
tos ſeu ſcutos mille, indigens Nea-
1843 polis † eiſdem ſcutis mille adit Mę-
uium campſorem commorantem Romæ, qui Neapolis
hẽt eandem, & maiorem ſummam, eique ſoluit Romæ
ducatos aut ſcutos 1030. vt faciat mihi ſoluere dictos
ſcutos mille Neapolis, Mæuius campſor libenter facit,
quia is adeo indigebat Romę iſtis ſcutis 1000. vt ſi Titius
ei non ſoluiſſet, commiſiſſet ſuo correſpondenti Neapo-
lis, vt ſolueret alicui dictos ſcutos 1030. qui Romæ face-
ret ſibi ſolui ſcutos 1000. itaque ſi Mæuius campſor in
hoc cambio non faceret expenſas, nec laborem, aut indu
ſtriam aliam exercuiſſet, ſed contineret, ſeu haberet æ-
qualem indigentiam, an licitè exigeret lucrum, prout cõ-
muniter à quouis alio campſore exigeretur eandem in-
digentiam non habente.

Pro reſolutione prima facie reſpondendum eſſe exiſti-
mo, illicitum fore hoc lucrum, quia data æquiualẽtia pe-
1844 cuniarum; & reciproca † neceſſitate commutãdi, quo
in caſu neuter lucrum prętendere poterit, cum alter alte-
ri inſeruiat ita Garzia de contract. c. 33. nu. 3. verſ. *reſpon
diamo à queſta*, & alibi, Ludouic. Lop. eodem tract. lib. 2.
c. 3. in 2. concluſione, & Mercat. de camb. c. 2. quorum
opinionem magis ſecuram, iuſtam, & honeſtam dixit
Romuald. Col. de camb. cap 32. in fine.
1845 Sed re melius conſiderata, contrariam † opinionem
defenderunt Sot. de iuſt. & iur. lib. 6. q. 10. art. 1. Medin.
de camb q. 5. quos probat & validiſſimis rationib. fun-
dat Molina de contract. diſputat. 405. nu. 2. & ſequent.
Hieron. de Lucca de camb. ſub nu. 45. p. 1. Salon. de cãb.
controuerſ. 2. num. 2. verſ. Dominicus, Leſs. Lopez, & alij
penes Salas de camb. dubitat. 11. nu. 2. quorum opinionẽ
probat Molfeſ. d. c. 7. reſponſione, 7. nu. 55. & ante eum,
licet prius diſſentiat, probat Reginal. lib. 25. ſuæ praxis
✱ nu. 460. in fine, & eſſe magis communem, ac melioribus
rationibus fulcitam teſtatur Scaccia. d. q. 7. p. 2. ampliat.
6. num. 7. ſed iterum de his infra num. 1860.

Inter alias rõnes prima illa ſe offert, nam ſi campſor
1846 † non ſolum ex iſto cambio euitet periculum, & dam-
num tranſportandi pecuniam pro ſua indigentia, ſed
etiam recipit lucrum, eſt hoc quid accidens, quod in cõ-
ſideratione non habetur Sot. vbi ſup.

Secundo nulla fit iniuſtitia campſario, qui illud idem
lucrũ ſoluiſſet alteri cãpſori non indigenti hac cõmuta-
1847 tione, tũ & tertio quia lucrũ † in hoc caſu procedit à
ſorte, & fortuna, quæ communis & æqualis vtrique fuit.
1848 Quarto data æquali conditione † ſemper lucrum eſt
licitum reſpectu campſoris requiſiti à campſario; & è
conuerſo, ſi campſor requireret campſarium, campſa-
rius vtique poſſet petere incrementum, vel non facere
cambium, fortiori modo poterit petere campſor requiſi
1849 tus, poſtquam officium † dandi ad cambium eſt pro-
prium campſoris, non autem campſarij.
1850 Quinto, accidentia minuentia † laborem, induſtriã,
& expenſas campſoris non mutant naturam, & lucrum
cambij, Caiet. de camb. c. 6. ſub nu. 8. Nauar. in Manual.
confeſs. c. 17. nu. 295. & in cap. nauiganti de vſur. ſub nu.
62. Boninſegn. de camb c. 6. Fabian. Genuen. de camb.
c. 6. ſub nu. 61 Azor. inſtit. moral. lib. 10. p. 3. de camb. c.
5. q. 3: Congerit hæc omnia Scaccia citata ampliat. 6.
1851 Inſuper pecunia campſoris, † ſiue campſor det, ſiue
recipiat, ſemper reputatur præſens, & pecunia campſa-
rij abſens, ideo pluris valet pręſens, quam abſens pecunia
ob tranſportationis onus, Lupus in d. c. nauiganti §. 5.
nu. 100. poſt Tiraquel de retract. lignag. §. 1. gloſ. 18. nu.
35. iuribus p Lupũ, & Tiraq. nonnullis adductis; illa rõne
1852 quia pecunia abſens † dicitur expoſita periculis, Me-
din. de reb. per vſur. quæſit. q. 7. col. pen. verſ inde fit, quẽ
probat Scaccia de cõmerc. & camb. §. 1. q. 1. nu. 432. ac
ante eum Molin. de contract. diſput. 403. num. 6. & 404.
num. 2. vbi clarius.
✱ Concluditur itaq; hanc opinionẽ cõmuniter eſſe rece-
1853 ptã, tam † in foro interno, quã in foro externo, vt his,
& alijs rationibus probat Scaccia d. ampliat. 6. tota.
1854 Et ſi aliqui in cõtrarium dicant, campſori † deberi lu-
crum rõne periculi laboris, & impenſarum, quæ per eum
patiuntur in virtuali tranſportatione pecuniæ, & hæc ceſ
ſant in æquali permutatione, & reciproca permutãdi ne-
1855 ceſſitate, ideo ceſſante legis rõne, ceſſare debeat † ipſa
lex, præſertim in foro exteriori, ad notata in c. cum ceſ-
ſante de appellat. cum alijs concord.

Tamẽ hoc obſtaculum facili negocio tollitur, eo quia
1856 in his attẽditur qualitas rerũ, non aũt perſonarũ † cõ-
trahentium, & ſic ſi cõmuniter ob tot Miniſtros, & cor-
reſpondentes, quos tenent cãpſores, cũ ſalario, & ob alia
ſuperius conſiderata, cõmuniter recipiunt lucra in cam-
bijs, non reſpectu laboris, & induſtriæ in particulari paſſi
per campſorem, ſed in vniuerſali, attenta natura negocij
1857 & per hoc quamuis † ex induſtria, & peritia campſo-
ris, & ex eius felici conditione, hoc cambium fiat abſque
labore, & impẽſis, & ſic ceſſet laboris & impenſarum rõ,
1858 non tñ ceſſat † legis diſpoſitio fundata ſuper alijs etiã
ſupracitatis rationibus, & in campſore vti campſore nũ-
1859 quam ceſſant † pericula, quib. exponit ſuas pecunias,
dum illas hinc inde colligit cumulat, & detinet in diuer-
ſis locis pro cambijs, Scaccia d. ampliat. 6. nu. 14. & ante
eum Molina de cõtract. diſput. 405. quem non allegauit
Scaccia ſuo grauitatis more.

Reſtringit tamen concluſionẽ firmatam idem Scac.
1860 quando † cambium hoc fieret ſine nomine campſoris,
qui dat cambio, ſed ambo contrahentes eſſent perſonæ
priuatæ, & patefacta vtriuſque indigentia, & data pecu-
niarum vtriuſque loci æquiualentia; quo in caſu exactio
lucri eſſet omninò illicita, ita Scaccia. d. ampl. 6 nu 16.

Molina autem in citata diſput.405. num.2. tenet, &
1861 defendit contrariam opinionem, nempè † licitam eſſe lucri in iſto etiam caſu exactionem, quod teneri, dicit per Sot.& Medin citatis ſupra num. 1845. quamuis nu. 3. idem Molina modificando dictum dicat procedere de iure ſcholaſtico, ſed ob moralem decentiam & fraternã charitatem, reſtitutionem huius lucri recepti fieri, & ſi nollet contrahens reſtituere venialiter tantum peccaret.

Verum vtraque harum duarum opinionum recipit declarationem, ideo tu teneas omnino licitam eſſe
1862 † exactionem lucri, ſi detur prius petitio ex parte vnius tanquam campſarij petentis, ab alio tanquam campſore, quamuis ille non ſit publicus campſor, (licet hoc requiri dicat Scaccia;) illa ratione, quia miniſterium
1863 † tranſportationis pecuniæ, quamuis in campſoris requiſiti vtilitatem redundet, eſt tamen pretio æſtimabile, vt probant Sot. Medin. Molin. Salas, Leſs. Lopez, Reginal.& Molfeſ. citati ſupra num. 1845. opinio autem
1864 Scacciæ procedit data æqualitate † datæ pecuniæ, & acceptæ, & ſi ex parte vtriuſque fiat petitio, & ex parte vtriuſque adſit ſcientia communis indigentiæ, vt benè declarat Reginal. loco citato.
1865 Modificatur tamen concluſio, vt priuatus † ille recipiens lucrum, non valeat tantum exigere, quantum exigeret publicus campſor, aut mercator nuncupatus vulgariter *chi tiene ragione*; eo quod iſti publici campſores maiores labores, maioreſque expenſas ob miniſtrorum,
1866 & famulorum ſalaria, & alia patiuntur, † vt adnotat Azor. inſtit. moral. par.3. lib.10. tit. de camb. cap.6. quæſtio.5. quem probat Scaccia d. quæſt.7. par.2. ampliat. 11. in principio.

SVMMARIVM.

1867 Cambio dans aut mutuator an poſſint licitè exigere lucrum ratione intereſſe lucri ceſſantis in loco vbi pecuniæ non ſtant otioſæ, & emptiones ſemper ſunt paratæ, ſi verè illas tenebat otioſas.
1868 Cambio cum recurſa dans etiam ſi per prius otioſam tenebat pecuniam exigit licitè lucrum.
1869 Recambij lucrum an debeatur otioſam habenti pecuniã cum ſequent.
1870 Lucrum ceſſans, aut damnum emergens an debeatur otioſam habenti pecuniam.
1871 Pecuniam non præſumi otioſam quando fiunt recambia cum facultatibus accipiendi cambio.
1873 Animus negociandi, ex negociatione dignoſcitur.
1873 Lucrum cambij realis debetur.
1874 Lucrum cambij realis non dicitur intereſſe, ſed capitale.
1875 Lucrum cambij eſt pars integralis capitalis.
1876 Lucrum cambij realis debetur ex legibus, & conditionibus eiuſdem cambij.
1877 Intereſſe damni debetur per moroſum debitorem, licet non promiſſum.
1878 Intereſſe damni deducitur in pactum ante moram, ſed quomodo intelligatur num. ſeq.
1879 Pactum de damno certo intelligitur de probabili, & veroſimili.
1880 Pactum de incerta quantitate damni demum iuſtificanda valet.
1881 Damnum ſi non eueniat non debetur.
1882 Intereſſe lucri ceſſantis debetur per moroſum debitorem, & de eo tenet etiam pactum ab initio, & qualiter.
1883 Cambio dantis animum circa hanc negociationem ex eodem cambio dignoſcitur velle eum pecuniam abſtrahere ab otio.
1884 Animi, & voluntatis mutatio ex factis dignoſcitur.
1885 Pecunia implicata cambio reali non dicitur otioſa.
1886 Intereſſe lucri ceſſantis in pactum deducitur in cambijs, & exigitur ad rationem lucri, quod pro cambio ſolui deberet.
1887 Contractu reſciſſo debetur intereſſe ad eandem rationem.
1888 Cenſus ſolutio ad eandem rationem etiam contractu reſciſſo.
1889 Lucrum promiſſum ceſſat contractu reſciſſo, & per hoc debetur intereſſe.
1890 Intereſſe lucri ceſſantis in cambijs debetur ad rationem lucri, quod ceſſauit, adhibitis requiſitis.
1891 Cambio dans ſi declaret, illo finito, velle tenere pecuniam otioſam in arca, non poterit exigere intereſſe lucri ceſſantis.
1892 Pecunia repoſita in arca lucri ceſſantis intereſſe non parit.
Intereſſe lucri ceſſantis ex pecunia otioſa nõ ſoluitur ibid.
1893 Non entis non indagantur qualitates.
1894 Creditori quando nihil intereſt, intereſſe non debetur.
1895 Exceptio, tua non intereſt, repellit agentem, diciturque exceptio litis finitæ num. 1896.
1897 Cambio dans exigit intereſſe à debitore moroſo in foro externo, & qualiter.
1898 Cambio dans non poterit exigere intereſſe à debitore moroſo in foro interno, quando pecuniam tenebat otioſam, & qualiter.
1899 Cambio ſicco dans ſi pecuniam tenere intendebat otioſam finito cambio an exigat intereſſe lucri contra debitorem moroſum, cum pluribus ſeq.
Creditor quando valeat exigere intereſſe de pecunia otioſa efficienda. ibid. cum multis ſeq.
Damni intereſſe ſemper debetur.
1900 Cambio ſicco dans de pecunia otioſa efficienda non poterit exigere intereſſe à debitore moroſo, & ſequent. in vtroque foro declara nu. 1901.
1902 Mutuum date nihil inde ſperantes.
1903 Cambio dans poterit exigere intereſſe lucri ceſſantis à debitore moroſo ſi non appareat pecuniam effici debere otioſam in foro externo, ſecus in foro conſcientiæ, in quo erit locus veritati.
1904 Cambio ſicco dans, poterit exigere intereſſe lucri ceſſantis contra debitorem moroſum, & qualiter remiſſiuè.
1905 Cambio ſicco dans poterit exigere intereſſe veroſimiliter, & probabiliter apparens, vel iuſtificandum, ſi declarauerit pecuniam nolle tenere otioſam.
1906 Voluntas per contractum declaratur.
1907 Creditor in Regno facilè conuertit pecunias in frugiferis negociationibus.
1908 Intereſſe lucri ceſſantis quomodo probetur deberi.
1909 Voluntas per aſſertionem partis dignoſcitur.
1910 Voluntas cognoſcitur ex facto, & ex cauſa finali.
1911 Voluntas dignoſcitur ex actu ſubſequuto.

1912 Animus,

1912 *Animus, & volūtas cognoſcūtur per naturalē rationē.*
Homines naturaliter deſiderāt patrimoniū ampliare. ibid.
1913 *Donatio in contractibus non præſumitur.*
1914 *Donare eſt perdere.*
1915 *Creditor præſumitur velle lucrari cum eius pecuniis, & contrarium præſumere eſſet dare in conſuetam liberalitatem, & continentiam.*
1916 *Id quod communiter non accidit non præſumitur.*
Præſumūtur nullatenus quæ cōmuniter nō accidunt ibid.
1917 *Inuerisſimile tanquam falſitatis ſimulacrum nullatenus admittendum.*
1918 *Homines lucra non deſiderare, affirmare, eſſet ligare arenam ſine cæmento.*
1919 *Pecunia adinuenta fuit ad emendum pro humanis neceſſitatibus.*
Pecunia rerum menſura dicitur.
1920 *Voluntas contrahentis ex naturalibus cognoſcitur.*
1921 *Pecunia in arca repoſita non dicitur ſemper ocioſa.*

QVÆST. QVARTA.

QVARTO quæritur, an licitè exi-
1867 gi poterit † lucrum ex cambio ra-
tione intereſſe lucri ceſsātis à dāte
ad cambium etiam in Regno, in
quo notorium eſt pecunias nō ſta-
re otioſas & negociationes lucro-
ſas ſēper eſſe patatas, & promptas,
ſi dans cambio re vera tenebat pecuniam otioſam, no-
lens, aut non valens eam cambio tenere implicatam,
aut alteri alio negotio frugifero, & tamen requiſitus
dedit cambio aut explicitè mutuauit prætendendo in-
tereſſe pēdente dilatione ſoluendi, aut mora aduenīete.
Pro reſolutione, ac pro pleniori explicatione huius
quæſiti plures ſunt conſiderandi, & conſtituendi caſus,
quorum ille erit primus; Nam ſi creditor, qui dedit cam
1868 bio tenens † pecunias otioſas, rogatus ab amico, vel
alio indigente, vt ſibi daret cambio reali, & vero, & ad-
ueniente tempore ſolutionis pecunia data, non fuit ſolu
ta, quo in caſu ſi inter contrahentes conuentum fuit mo
do vt in Recambio, & cambio cum recurſa dictum fuit,
ſupra nu 1504. cum alijs nu. antecedentib. & ſubſequē-
tibus, & expreſſius n. 1624. cum ſequentib. tunc vigore
pacti poterit iudicari licitum recambium in pluribus vi
cibus, modo vt in explicatione cambij cum recurſa, &
Recambij latius demonſtratum fuit, nec refert ſi dica-
1869 tur huic lucra † cambij, & recambij, non deberi, tā-
quam otioſam habenti pecuniam, & lucra prædicta ſol-
uuntur ratione lucri, aut damni ceſſantium & lucrum
1870 ceſſans, aut damnum emergens † non deberi otioſā
tenenti pecuniam, vt inferius dicemus, ſed non ſic in
damno emergenti quod data emergentia debetur.
Quia ſufficit fuiſſe factum pactum, & datam faculta-
1871 tem † prędictam, vt in recambijs & cambijs cum re-
curſa probauimus, tam in dd. num. quā in tota explana-
tione vt dignoſcatur, hūc qui dedit cambio voluiſſe da-
re pecuniam per prius otioſam cambijs, & recambijs, eo
quod ex hoc pacto, & cambio detegitur animus dantis
1872 † velle eum cambiorum negociationem facere, &
exercere, vt in caſu conuerſo docent Azor. inſtit. Moral.
par. 3. lib. 5. tit. de vſur. cap. 5. verſ. quæres deinde & Sa-
lon. controuerſ. 9. ſub num. 26. in 3. conditione in fine
verſ. ad hanc.
Sin autem non fuiſſet data facultas accipiendi ad
cambium, & recambium, ſed debitor fuiſſet in mora
ſoluendi pecuniam in loco deſtinatæ ſolutionis, tunc
iterum, ſubdiſtinguendum erit; nam aut tractatur de
exactione lucri cambij promiſſi, aut non promiſſi in li-
1873 teris, & id ſemper in cambio † reali deberi, ſuperius
pluries demonſtratum fuit, quia hoc lucrum non dici-
1874 tur propriè intereſſe, ſed capitale † promiſſum, & de-
bitum tanquam pecuniæ incrementum ob illius virtua-
lem tranſportationem de vno loco ad alium, & efficitur
1875 pars integralis illius capitalis, † vt ſingulariter, ſed la-
tius adnotat Scaccia de commerc. §. 7. gloſ. 2. num. 51.
tanideo de hoc lucro nō erit dubitandū, quia id debetur
1876 quā dependens † ex legib. & coditionib. cābij realis.
Aut verò tractatur de intereſſe pecuniæ capitalis, &
lucri, eo quia cambium non fuit in loco deſtinato ſolu-
tum per moroſum debitorem, & tunc nouiter erit di-
ſtinguendum, nam aut ſumus in intereſſe damni emer-
gentis, aut verò ſumus in intereſſe lucri ceſſantis: in pri-
1877 mo caſu indiſtinctè validè, & licitè † exigitur à mo-
roſo debitore, quamuis ab eo non ſit promiſſum, Virg.
de Boccac. de interd. vti poſſid. cap. 18. num. 65. & ſæ-
pius deciſum dixit Scaccia d. gloſ. 2. num. 61. & 62. qui
in ſæpius allegata ampliat. 8. num. 290. quamplurima
emergentis damni exempla congerit; & ſi dicatur re-
quiri moram, vt hoc intereſſe debeatur vulgatis regulis
congeſtis per eundem Scacciam citata ampliatione, &
prout ſic in noſtro caſu exemplificatum fuit, tamen an-
1878 te moram † damni intereſſe deducitur in pactum,
modo vt probatum, & explicatum fuit ſupra nu. 1680.
cum alijs ſequēt. quodque omniū theolog. ſummiſtarū
& iureconſult. recepta opinione probar dicit Azor. in-
ſtit. moral. lib. 7. p. 3. de mutuo c. 7. q. 6. verſ. de damno.
Sed vltimam concluſionem intelligas quando pactū
1879 de damno † fuerit de probabili, & veroſimili intereſ-
ſe damni, ſi in pacto fuerit certificatū, & expreſſum, ſeu
certificata, & expreſſa quantitas damni, quia ea debet
eſſe probabilis, & veroſimilis, ita Doctores omnes citati
in d. nu. 1680. & Scaccia ac Tolet. infra citandi, ſin autē
1880 pactum fuerit † de incerta quantitate damni iuſtifi-
canda ex futuro euentu vtique validum, ita Cardin. To-
let. de inſtruct. Sacerd lib. 5. cap 32. nu. 5. verſ de dam-
no, & Scaccia. d. ampl. 8. nu. 191. quia ſi damnum non
1881 ſucceſſerit exactio non fit, vt latius idem Scaccia
oſtendit eadem ampl. nu. 292.
In ſecūdo verò caſu, & ſic de intereſſe lucri ceſſantis;
tunc ſi debitor cambij non ſoluerit in loco deſtinatæ
1882 ſolutionis, ob commiſſam moram; non ſolum † debe-
tur intereſſe lucri ceſſantis ob moram, ſed illud deduci-
tur, ſeu deduci poterit in pactum ad inſtar recambij, ſeu
ad eādem rationem lucri, quod pro cambio ſoluebatur
vt inferius nu. 1885. & ſeq. dicetur; Nec refert dicere,
quod hic dans cambio per prius tenebat pecuniā otio-
1883 ſam; cum ſufficiat animum † ipſius declaratum eſſe
per dationem cambij, velle ſcilicet eundem abſtrahere
pecuniam ab otio, & cambijs implicare; nam ex facto
1884 † animus dignoſcitur, vt notauimus ſup. num. 1872.
Animique mutatio ac voluntatis ex factis præſumitur,
Iacob. Menoch de prēſump. lib. 6. præſump. 35. & alibi.
Secundo patet ex facto, pecuniam nō ſtare otioſam,
quia tempore moræ cōmiſſę in effectu pecunia implica-
1885 ta erat cābio reali & per hoc † nō vocatur otioſa, imò
ſi per cōtrahentes deducatur in pactū hoc intereſſe; tūc
exigeretur ad eandem rationem, ad quam ſoluebatur
1886 lucrum cambij, eo quod certificatur † per illud, vt im-
plicitè videtur tenere Scaccia in citato §. 7. gloſ. 2. num.
50. Sed alijs clariſſimis medijs probatur, nam in omni-

1887 bus caſibus, in quibus eſt locus reſciſſioni † contra-
ctus, & poterit exigi pretium capitale ſi deſinat exactio
lucri, aut cenſus principaliter in contractu pro capitali
debitorum, tunc exactio intereſſe fieri poterit per Cre-
ditorem durante mora ſoluendi, ad eandem rationem,
1888 ad quã contractus fuerit conſtitutus, vt in cenſu † ſic
deciſum fuiſſe pluries in Sac. Conſ teſtatur doctiſſimus
Rouit, ad pragm. 1. de cenſ. nu. 38. qui in principio nu-
meri in omni contractu loquitur, & id euidenti ratione
probatur, nam ſi debetur intereſſe ratione lucri ceſſan-
tis, non ne ceſſat lucrum, ſi ſolutio capitalis non fit, eo
1889 quia reſoluitur contractus † adueniente tempore ſo-
lutionis cambij, & in futurum non currunt lucra pro-
miſſa, ſtante lapſu termini præfixi, vt in ſimili probant
Simon de Præt. Gozad & Boccacc. relati per D. Rouit.
vbi ſup & cuique notum eſt in cambio; modificatur ta-
1890 men hæc concluſio, vt ea procedat † concurrentibus
conditionibus explicatis in 2 quæſt aut in Regno, in quo
notorium eſt dictas conditiones concurrere, vt in d. q.
explicatum fuit.

Modificatur ſecundo ſi appareat hunc dantem cam-
bio, eò finito, velle omninò tenere pecuniam in arca,
1891 otioſam, † quia tunc non poterit exigere aliquid ra-
tione intereſſe lucri ceſſantis, eò quod lucrum verè non
1892 ceſſauit, ſi pecunia negociationi † non erit amplius
conuertenda, Iaſ. in l rogaſti §. ſi tibi ſub num. 4. verſ.
vltimo nota ff ſi cert. pet Sed expreſſius, quam per Iaſ,
1893 probatur, eo quod non entis † non indagantur qua-
litates, & per hoc cum extrinſecus nihil intereſt danti
1894 † ad cambium, nulla ſibi pro intereſſe nata eſt actio,
& ex mora debitoris nihil amiſſum fuit per creditorem,
1895 hinc conſtituta eſt regula, quod exceptio † tua non
intereſt repellit agentem ad text. in l. 1. ff. de appellat,
non recip l. ille à quo §. ſi de teſtamento vbi notant Do
ctor ff. ad Trebell & c. cum inter de elect. probat Surd,
1896 deciſ. 149. num. 24. & dicitur exceptio † litis finitæ,
Surd. deciſ. 52. nu. 2 Sed tantum poterit exigi quod la-
bori expenſis periculis, & alijs, citra intereſſe lucri, paſſis
per campſorem æqualabitur, vt ſæpius notatum fuit.
1897 At ſi de hoc in foro externo † non appareat, quia
forſan dans cambio dicat eum nolle tenere pecuniam
otioſam, ſed ſemper eſſe paratum eam conuertere in lu-
croſis negociationibus, vt in ſimili dicit Scaccia d. quæſt.
7. par. 2. ampliat. 17. nu. 16. prope finem, verſ. aut loqui-
mur; tunc iudicanda erit licita exactio, vt ſuperius fir-
1898 matum fuit; In foro autem interno ſecus, † quia de
veritate iudicabit Confeſſarius, cui reuelabitur huius fa-
cti veritas, & condemnabit pœnitentem ad reſtitutio-
nem exacti, prout in ſimili adnotat idem Scaccia dicta
par. 2. ampliat 19. nu. 36. & ſeq.

Secundus principalis caſus conſtituitur, (vt ad inſti-
tutum ſup. num. 1868. redeamus) ſi dans cambio con-
1899 traxit cambium † ſiccum, mutuum; palliando, aut
explicitè pecuniam otioſam, mutuauit, & tunc iterum
diſtinguitur intereſſe damni emergentis ab intereſſe lu-
cri ceſſantis, modo vt ſuperius explicatum fuit, & ſic de-
beri omni iure damni intereſſe, vt ſup. declaratum eſt.
1900 In intereſſe autem lucri ſi appareat † hunc dantem
cambio ſicco eum noluiſſe dictam pecuniam implicare
alteri aliæ negociationi lucroſæ, ſed velle tenere otioſam,
res in hoc caſu eſt expedita, quia quæſtio difficultate
caret tam in foro externo, quam interno, eo quod vt ſu-
perius diximus, lucrum ceſſare non dicitur, dum pecu-
nia erat otioſa, & nulli operationi adiũcta, ſeu negocia-
tioni expoſita, nulliſque vt mutuet adhibitis impenſis,
1901 & labore, nullaque data † inæquiualentia numiſma-
tum, (quibus in caſibus eſſet intereſſe damni) & per hoc
recipere lucrum eſſet omninò vſurarium, hocque eſſet
illud mutuum, de quo Chriſtus Saluator noſter dixit
1902 mutuum † dantes nihil inde ſperantes, vt in terminis
ſic reſpondit Scaccia de commerc. d. q 7. par. 1. nu. 71.
conferunt in his ea, quæ ex Salon, & Salas; notat Ma-
ſtrill. deciſ. 245. tom. 3. num. 35.

Sin autem hoc non appareat in foro externo, ſed tan
1903 tum in foro interno, tunc erit in illo foro † tantum lo
cus reſtitutioni, & in externo habebunt locum inferius
dicenda.

Sin verò appareat hunc dantem cambio ſicco, aut
1904 † mutuantem tempore contractus voluiſſe ſuas pe-
cunias conuertere in lucroſis negociationibus, & tunc
in vtroque foro habebunt locum dicta ſatis explicata
in 2. quæſtione.

Sin tamen de hoc non conſtat, niſi per aſſertionem
eiuſdem mutuantis, ſeu dantis cambio, & tunc dico de-
1905 beri intereſſe † veroſimiliter, & probabiliter illo ap-
parente, aut deinde iuſtificando, modo, vt declarauimus
in citata quæſt. 2. eo quod voluntas tenendi pecuniam
1906 otioſam, mutata fuit tẽpore contractus, † dum rea-
liter eadem pecunia expoſita fuit negociationi, taliter
quod ſi creditor non dediſſet cambio, aut non mutuaſ-
ſet, poterat commodè in hoc Regno conuertere ean-
1907 dem pecuniam † in alia frugifera negociatione, quæ
ſemper ſunt paratæ, & extra Regnum, vbi hoc notoriũ
1908 non erit, poterit probare tempore contractus † ad-
fuiſſe paratas lucroſas negociationes, ad quas conuer-
tere intendebat pecunias cambio, aut mutuo datas, & à
prædictis ceſſauit, vt cambio, vel mutuo daret, modo vt
ibidem, etiam declarando conditiones requiſitas latè
1909 demonſtrauimus; voluntas † enim conuertendi pe-
cuniam per prius otioſam, in negociationibus, & eam
abſtrahendi ab otio dignoſcitur ex aſſertione, & verbis
1910 creditoris hoc exprimentis, aut ex facto † vel ex cauſa
finali, vt poſt Menoch. citata præſump. 35. clarius notat
Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 17. toto,
1911 vbi voluntatem dignoſci, † ex actu ſubſequuto, dicit,
ex quo petijt creditor intereſſe, vel pactus fuit de eo, ex
hoc enim actu dignoſcitur mens contrahentis, eum vel-
le tenere pecuniam negociationibus lucroſis expoſitam
& conuerſam; imò animum, & voluntatem hanc, aper-
1912 tius dignoſcendam exiſtimo ex naturali † quidem
ratione, nempè quod omnes homines naturaliter deſi-
derant eorum patrimonium ampliare, arg tex. §. in frau
dem in fine inſtit. quib. ex cauſ. manum. lic & donatio,
1913 † ac gratuitas in contractibus nequaquam præſumi-
tur Menoch. lib. 4. de præſumpt. præſumptione 146. nu.
1914 13. quia donare † eſt perdere ad tex. in l. cum de in-
debito verſ. qui enim ſoluit, in illis verbis videlicet, vt fa-
cilè ſuas pecunias iactet, ff. de probat. præſumere itaque
creditorem nolle lucrari cum eius pecunijs eſt dare
1915 † notabilem, & non conſuetam liberalitatem, & cõ-
1916 tinentiam, & præſumere id, quod communiter † non
accidit eſſet inuериſimile, vt notauimus in tit de lib mer
cat. nu. 117. vbi ex Crauet. probauimus, & quod eſt in-
1917 uerisimile tanquam falſitatis † ſimulacrum nullate-
nus admittendum, vulgatæ ſunt regulæ, imò eſſet ligare
1918 † arenã ſine cæmento præſumere in communi homi
nes lucra non deſiderare, vt in caſu ſimili reſpõdit Scac,
d. q. 7, ampliat. 17. p. 2. n. 3 inſuper ex qualitate pecuniæ,

quæ

quæ nō ad alium finem inuenta fuit neque ad aliquem
1919 alium vſum diſpoſita, niſi ad emendum † pro neceſ-
ſitatibus, & adiutorijs humanis, eo quod mēſura rerum
iudicatur, vt ex infinitis docet Scaccia eadem quæſt. 7.
par. 1. num. 14. in fine, ideo ex his naturalibus rationi-
bus, ex inſtinctu naturæ contrahentium per vniuerſali-
1920 ter, & cōmuniter accidentia, † dependentibus, con-
trario non probato, dignoſcitur animus, & voluntas
contrahentis, ita per ſimilia adnotat ex Bar. Bal. & alijs
in l. non dubium, C. de leg. & ex alijs adductis, Cardin.
Mantica de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 33. num. 9. & 10.

Accidit etiam, quod tenere pecuniam in arca non
1921 ſemper † dicitur dicta pecunia otioſa, quia poterit
teneri illa pecunia tanquam deſtinata pro fortuitis ne-
ceſſitatibus, & domeſticis indigentijs, vt adnotant Na-
uarr. in man. confeſſ. c. 17. ſub num. 212. & in Can. ſi fe-
neraueris 14. q. 3. notab. 16. num. 53. & 54. in 3. condi-
tione Io. Azor. inſtit. Moral. p. 3. lib. 5. tit. de vſur. cap. 5.
not. 2. il 1. omneſq; recentiores huic dicto ſe ſubſcribe-
re dixit Salon. ad D. Thom. citata quæſt. 78. controuerſ.
9. ſub num. 27. verſ. dixi autem, quos probat Scaccia. d.
ampliat. 8. nu. 78. ideo tanquam ad hæc deſtinata eam
creditor negociationi nō committebat, & per hoc otio-
ſa non ſemper vocanda, niſi conſtet.

SVMMARIVM.

1922 *Doctor, miles, Religioſus, aut mulier, vel quilibet alius*
non ſolitus negociari, an valeant dare eorum pecunias
cambio, vel recepto lucro deponere penes mercatorem
promittentem implicare eas cambio, aut alijs negocia-
tionibus cum multis ſeq.
1923 *Quod nunquam fuit ceſſare non dicitur.*
1924 *Doctor, miles, mulier, & non ſolitus negociari poſſunt*
dare cambio.
1925 *Qui etiam poſſunt deponere eorū pecunias penes mer-*
catorem pro negociationibus peragendis lucro commu-
nicato, & quomodo vocetur hic contractus num. 1926.
Cambium per terza perſona, *quod, ibid. & 1926.*
1927 *Cambium factum de pecunia aliena partibus ſic paci-*
ſcentibus dicitur ſocietas, num. 1927.
Pecunia ſi ab vno præſtetur ab altero verò opera, dicitur
contracta ſocietas in illa negociatione num. 1927.
1928 *Societas datur in omni contractu.*
1929 *Pecunia ſi detur mercatori pro illa cambijs exercen-*
da, poterit cum eo fieri pactum, quod ſit ſemper ſalua,
contra num. ſeq. reſoluitur num. 1933. cum ſeq.
Pactum cum pecunia ſit ſemper ſalua valet in cambijs
nume. 1929. & ſeq. contra num. ſeq. de veritate nume.
1933. cum ſeq. & in ſpecie num. 1935.
1930 *Pactum quod capitale ſit ſemper ſaluum in ſocietate*
non valet, ampliatur etiam de parte capitalis, numero
1931.
1931 *Socius ponere debet lucrum, & capitale ſub ſortuna,*
& periculo, ibid.
1934 *Cambium quando tranſeat in ſocietatem, 1934.*
Cambio dans ſuſtinebit periculum pecuniæ, ibid.
Cambium ſi tranſit in ſocietatem, periculum pecuniæ erit
adminiſtrantis illud, nume. 1934. declaratur numero
1935.
1935 *Mercator exercendo cambium nomine alterius debet*
habere certum quid.
1936 *Pactum quod pecunia in cambijs ſit ſemper ſalua, vt*
valeat, quæ requirantur, & in quo foro procedat, in nume-
ro 1938. cum ſeq.
1937 *Cambij realis lucrum adſcendere ad duodecim pro cen-*
tenario pro quolibet anno.
1938 *Pactum quod pecunia in cambijs ſemper ſit ſalua ſolu-*
ta mercede mercatori pro aſſecuratione eſſe illicitum in
foro externo contra, quia licitum in vtroq; foro nume.
1939. cum ſeq.
1939 *Mercator poterit ſoluere Doctori, aut alicui alteri du-*
catos ſex, aut ſeptem pro cētenario dato ad cambiorum
negociationem, & 1940.
1941 *Card. Mantic. reijcitur à Scaccia nu. 1941.*
1942 *Molſeſ. reijcitur ab authore num. 1942.*
1943 *Intereſſe lucri ceſſantis nō debetur nō ſolito negociari.*
1944 *Pactum, vt capitale ſit ſaluum, ſi ex vi ſocietatis fiat,*
inualidatur per bullam Sixti V. num. 1944. ſecus verò
ſi ex vi contractus aſſecurationis admixti.
Pactum, vt capitale ſit ſaluum non improbatur per bul-
lam Sixti, ſi ſoluitur iuſtum ſalarium pro aſſecura-
tione num. 1945.
1946 *Pactum, quod capitale ſit ſaluum ſi nō inualidatur per*
bullam, nec per iuris comm. diſpoſitionem improbatur.
1946 *Pactum, quod capitale ſit ſaluum ſoluta mercede aſſe-*
curationis approbatur per bullam Pij V.
1948 *Pactum, quod capitale ſit ſaluū in cambijs ſoluta mer-*
cede aſſecurationis taxata per contrahentes proportio-
nabiliter, & veroſimiliter, & æqualitate ſeruata vali-
dum dicitur in vtroque foro, & 1949.
1950 *Lucrum cambij in Regno ad ſeptem pro centenario in-*
ſtum iudicatur.
1951 *Cambio dantes pecunias mercatorum, ſeu dantes, vt*
cambio per mercatorem exerceantur, vt licitè exigant
lucrum probabiliter ignorare deberent mercatorem da-
turum cambio illicito, & qualiter num. 1951. cum ſeq.
1952 *Doctor, aut alter non ſolitus negociari non poteſt reci-*
pere lucrum ex pecunia data mercatori illam cambijs
illicitis danti, ſi id probabiliter ſciant ibidem, & quid ſi
mercator promiſcuè licita, et illicita exerceat, et 1953.
de veritate, num. 1954. 1955. 1956. & 1957. vbi di-
ſtinguitur forum à foro.
1958 *Doctor, aut alter non ſolitus negociari, ſi pecuniam de-*
derint mercatori negociationibus exercendam non poſ-
ſunt recipere lucrum à mercatore dāte ſi mercator otio-
ſam habuit pecuniam, niſi ratione lucri ceſſantis.
1959 *Mercatorem non negociari pecuniam pro negocijs ſibi*
aſſignatam, et pro illa velle ſoluere lucrum, inuèriſimi-
le eſt.
1960 *In foro externo difficiliter cognoſcitur ſcientia, vel*
ignorantia contrahentium, niſi per extrinſeca.
Mercatores, vt plurimū licitas exercēt negociationes, ib.
1961 *Doctor, & non ſoliti negociari exigere valent intereſſe*
lucri ceſſantis, ſi aliquo modo ceſſare illud probetur.
1962 *Furioſus Prodigus minor, & reliqui, qui per alios gu-*
bernantur mercaturam cambia, & alias negociationes
exercere non poſſunt.
1963 *Perſona, quæ prohibetur contrahere, cambia exercere*
nequit num. 1963.
1964 *Fideiuſſor minoris, aut alterius perſonæ inhabilis ad*
contrahendum tenetur in ſtatu Ianuenſi num. 1964.
1965 *Contractus celebrati per minorem prodigum, aut aliū*
prohibitum contrahere, ſi contrahentibus inhabilibus
fuerint vtiles ſuſtinentur, contra num. 1973. & ſeq. de
veritate. num. 1982.

Fideiuſ-

1966 *Fideiuſſor contractu annullato reſpectu principalis ad nihilum tenetur.*

Contractu annullato reſpectu principalis fideiuſſor etiam liberatur ibidem.

Actu principali nullo nullus redditur acceſſorius ibid.

1967 *Fideiuſſor reſpectu iuramenti dicitur in duriorem cauſam obligatus, senetur etiam contractu principali annullato ibid.*

1968 *Fideiuſſor cum iuramento eſt ad inſtar principalis.*

Fideiuſſor cum iuramento eſt ad inſtar expromiſſoris, qui etiam pro non obligato obligatur, ibid.

1969 *Fideiuſſor etiam cum iuramento non obligatur ſi lex reſiſtat contractui conera nume.* 1970. *de veritate numero* 1990.

1971 *Fideiuſſor ſi obligatur inſolidum tunc tenetur etiam ſi contractus eſſet nullus reſpectu principalis tantum.*

1972 *Reorum debendorum quilibet, vt promiſit tenetur.*

1973 *Cambia, & reliquæ negociationes per perſonas inhabiles facta, vel factæ non valent etiam in eorum beneficium.*

1974 *Furioſus, & alij inhabiles non poſſunt contrahere, quia conſenſu carent.*

1975 *Conſenſus in omni contractu requiritur.*

1976 *Conſenſus in mutuo præcipuè requiritur.*

1977 *Dominium ſine conſenſu domini in alium non transfertur.*

1978 *Mutuum factum per inhabiles ad contrahendum conualeſcit ſi amittatur.*

1979 *Contractus celebratus cum prohibitis contrahere tanquam ſine conſenſu factus non transfert dominium, & conſequenter, & in beneficium illarum perſonarum non valet.*

1980 *Contractus ſine conſenſu, & voluntate celebratus eſt ipſo iure nullus.*

1981 *Actus ipſo iure nullus non conualidatur etiam accedente cõſenſu eius, in cuius fauorem nullitas inducitur ibidem, & fortius ſi ex aduerſo de hac nullitate fuerit oppoſitum.*

1982 *Minor poſt oppoſitionem aduerſarij non poteſt actum validare, ibid*

Contractus celebratus cum perſonis non valentibus contrahere, & ſi nullus ſuſtinetur in illorum fauorem.

1983 *Actus vtiliter geſtus ſemper ſuſtinetur in fauorem prohibitorum contrahere, quamuis nullus, &* 1984.

1985 *Acta nulla fauore minoris ſuſtinentur.*

1986 *Actus nullus vltro citroque obligatorius nequaquam ſuſtinetur fauore minoris.*

1987 *Contractus celebratus cum infante, aut furioſo, vel mente capto, & niſi vtiliter pro illis geſtus adhuc non conualidatur.*

1988 *Acta nulla, & ſi vtiliter ſint pro minore fabricata ſi ante ſententiam dicantur per aduerſarium nulla, nequaquam ſuſtinentur.*

1989 *Actus antequã acceptetur ſemper res integra dicitur.*

Res integra, vel non integra quomodo dicatur in actibus ibidem.

1990 *Contractus ſi expreſsè reprobetur à lege, & ſi vtilis ſit perſonæ priuilegiatæ, adhuc nullus, &* 1991.

1992 *Contractus euidenter, & notoriè vtilis, & ſi nullus ipſo iure adhuc ſuſtinetur in fauorem perſonarum priuilegiatarum num.* 1992. *declara num. ſeq.*

1993 *Vtilitas eiuſdem principio apparere debet, vt ſuſtineat actum nullum.*

1994 *Contractus vtiliter geſtus, & nullus nequaquam inualidatur ſi per minorem contrahentem inſtatum fuerit pro eius validitate reſtringitur.* 1999.

1995 *Minor poteſt cogere maiorem aduerſarium ad iterum validè contrahendum.*

1996 *Minor, aut alter inhabilis cogitur per aduerſarium declarare ſi velit ſtare conuentioni inter eos nulliter geſtæ, quod ſecus eſſes ſi declaratio peteretur à pupillo nume.* 1997. *quæ declaratio non fit à minore, niſi ſolemniter num.* 1998.

1999 *Actus, & ſi vtiliter fuerit geſtus, at quantumuis approbetur per minorem, tamen ſi fuerit nullus, & re integra annullari cum dictum ſit ab aduerſario, non conualidatur.*

2000 *Actus celebratus cum perſona penitus in capace nunquam conualidari poterit.*

2001 *Nullitas contractus geſti cum perſona inhabili alibi explicabitur.*

2002 *Cambium celebratum à furioſo mente capto, aut infante, nullum.*

2003 *Cambium, & ſi nullum ſit cum celebratum fuerit à perſona penitus inhabili, tamen ſi pecunia cambio data per perſonas prædictas fuerit amiſſa, vel conſumpta iuris interpretatione conualeſcis.*

2004 *Pecunia infantis, aut alterius perſonæ penitus incapacis, ſi negociaretur per mercatorem, aut depoſitarium produceres intereſſe abſque mora.*

2005 *Intereſſe debetur minori, aut aliæ perſonæ priuilegiatæ de eorum pecunia in poſſe alterius exiſtente, etiam ſi pecunia non negocietur.*

2006 *Pecunia exiſtente in poſſe mercatoris vigore contractus nulli parit intereſſe, quamuis illa non fuerit negociationi expoſita.*

Malę fidei poſſeſſor tenetur ad fructus perceptos, & qui percipi potuerunt, ibid.

2007 *Malę fidei poſſeſſor dicitur, qui non ſeruatis requiſitis contraxit.*

2008 *Intereſſe, & fructus ex contractu ipſo iure, & abſque petitione debentur.*

2009 *Cambium celebratum per minores, maiores verò infantia mulieres, & alios ſimiles valet, & tenet ſi vtiliter pro eis geſtum fuerit ipſis volentibus:*

2010 *Cambium nõ ſolum dicitur mercatura, ſed etiam mercatura mercaturarum.*

Cambium dicitur mercatura quaſi regina aliarum negociationum, ibid.

2011 *Pecuniæ omnia obediunt.*

2012 *Pecunia æquiparatur ſapientiæ.*

Pecunia vbi loquitur Tullius ipſe tacet, ibid.

2013 *Minores poſſunt exercere cambia, & mercaturam abſque ſolemnitatibus, &* 2014.

2015 *Mercatura non ſolum vtilis, ſed etiam neceſſaria dicitur.*

Cambium vtile, & neceſſarium ibidem.

2016 *Minores ad eorum libitum poſſunt ſtare cambio, & mercaturæ.*

2917 *Mercator de naturali iuſtitia poterit continuare contractum mercaturæ cum minoribus, & alijs ſimilibus perſonis donec, &c.*

2018 *Secus eſt in penitus incapacibus.*

2019 *Cambium factum cum minore, aut alia perſona priuilegiata tenet, vel ſi dictæ perſonæ dent, vel ſi recipiant cambio.*

Officia-

2020 *Officiales, nobiles, clerici, Religioſi, clauſtrales, hoſtes populi Romani, aduocatus cum cliente, & medicus cum infirmo cambium exercere non poſſunt, nec mercaturam.*

Cambium exercere vide in verbo officiales.

Mercaturam exercere vide in ver. officiales.

2021 *Officiales ius dicentes non poſſunt contrahere, nec aliquo modo mercaturam exercere, neq; cambia, & alias negociationes celebrare.*

1022 *Officiales iuſdicentes ideo prohibentur contrahere, quia præſumuntur metu inducere contrahentes ad contrahendum.*

2023 *D. Garzia Maſtrillus pauca dixit ſuper mercatura officialium in ſuo tractatu de magiſtrat.*

2024 *Contractus celebrati per officiales ſunt nulli, licet ſubditi conſentiant finito officio.*

2025 *Officiales perpetui poſſunt contrahere.*

2026 *Officiales ius dicentes in aliena patria, poſſunt contrahere in propria contractus.*

2027 *Officiales Romani poſſunt contrahere, quia Roma dicitur communis Patria.*

2028 *Sed contrahere abſque negociatione vti patres familias ne moneantur à ſummo Pontifice.*

2028 *Officiales negociantes dehoneſtant maieſtatem officij, redduntur que ſuſpecti, & Principes, ac ſubditi ſcandalizantur.*

2029 *Officialis, nec Romæ contrahit cum ſubdito coram eo litigante.*

2030 *Contractus officialibus damnoſus ſuſtinetur etiam illis reluctantibus, ſecus ſi fuerit eiſdem vtilis.*

2031 *Officialis contractus tenet de illis rebus aliquid operantibus pro officiali, licet pars illarum reuendatur.*

2032 *Contractus officialium concernentes neceſſaria pro victu, & veſtitu pro illis, & eorum familijs tenent, & valent.*

2033 *Officiales dicuntur habere duplicem familiam.*

2034 *Officiales contrahunt remiſſiue.*

2035 *Officiales tam perpetui, quam temporales in Regno exhibentur contrahere, & negociari.*

2035 *Actuarij curiales prohibentur in Regno mercari, & alios contractus celebrare.*

2036 *Officiales contrahentes ſe immiſcent fraudibus, & mendacijs mercatorum.*

2037 *Mercatura deuiat animum iudicum, & officialium à proprio munere.*

2038 *Officialium contractus irritantur ratione impreſſionis, & præſumpti metus.*

2039 *Officiales contrahunt palam, & bona fide, dummodo non emant, ut carius reuendant, & 2040.*

2041 *Contractus quando dicatur palam fieri.*

Palam fieri dicitur quando de actu conficitur ſcriptura ibidem.

2042 *Bona fide contrahi quando dicatur.*

Contractus bona fide celebratus quando dicatur, ibidem.

2043 *Ioan. Franc. Capiblanc. compater authoris laudatur.*

Officiales perpetui, aut ad Principis beneplacitum licitè negociantur dummodo.

2044 *Negociatio non corrumpat integritatem eorum.*

2045 *Officiales improbi negociantur ad velandam barattariam.*

2046 *Officiales improbi mutuo accipiunt pecuniam pro velamento barattariæ.*

2047 *Officiales de generali conſuetudine poſſunt emere immobilia, dummodo non emant pro velanda barattaria num. 2049.*

2048 *Immobilium emptio ſolet fieri pro commoditatibus, non autem pro negociatione, & quomodo procedat, & 2049.*

2050 *Officialis licitè contrahit ſi emat pro ſuo vſu, & demum ſuperueniente aliqua neceſſitate reuendat, & 2053. cum alijs ſeq.*

2051 *Mercator non dicitur per vnam mercaturam de veritate, num. 2061. & ſeq.*

Officialis vnam tantum mercaturam faciens non dicitur mercator ibidem, contra num. 2056. & ſeq.

2052 *Officialis poteſt vendere fructus, & propria animalia, ſed qualiter intelligatur, & nu. 2056. cum multis ſeq.*

2053 *Officialis non dicitur mercari, qui abſque periculo, & corruptionis ſuſpicione negociatur.*

2054 *Officialis reuendens carius, ſed iuſto pretio id, quod ſibi ſupereſt licitè facit, & ſi ex ſuperuenienti cauſa reuendat, & num. 2055.*

2056 *Reuendere ex cauſa ſuperuenienti dicitur actus licitus in officiali.*

2056 *Officialis punitur etiam ſi vnam tantum negociationem fecerit modo, vt expendit author. & ſeq. & 2061. & ſeq.*

2057 *Officialis in Regno per particulares leges punitur quomodocumq; contrahat.*

2058 *Officiales in Regno contrahentes, non puniuntur reſpectu perſonæ, non autem reſpectu negociationum, & contractuum.*

2058 *Actus prohibitus reſpectu perſonæ committitur per vnam vicem.*

2059 *Perſona quando prohibetur per vnam tantum vicem pena committitur.*

2061 *Pena per vnicam vicem committitur, ſi perſona delinquens conſideretur, & non delictum.*

2061 *Mercator per vnam mercaturam nequaquam dicitur.*

2062 *Prohibitus exercere aliquod mercimonium, quamuis per vnicum actum exerceat punitur, licet ex hoc mercator non dicatur.*

2063 *Officialis licet per vnam mercaturam non efficiatur, mercator tamen contrauenit legi probibenti ſibi mercaturam, vt ſingulariter expenditur, & 2064. & 2065.*

2064 *Mercator ſi abſque delicto mercatur per vnicum actum non poterit dici mercator.*

2066 *Officialis poteſt contrahere ſuper fructibus collectis, vel colligendis ex proprio fundo.*

2066 *Mercator dicitur, qui rem emptam immutatam, ſubſtantia, loco, & tempore, pro lucrandi cauſa reuendit, & 2067.*

2068 *Mercatura non omnibus permittitur.*

2069 *Vendere res differentis ſubſtantiæ eius, ex quo naſcuntur non eſt negociatio.*

2070 *Officialis emens animalia, vt fructus ex illis vendat punitur.*

2071 *Officiales licitè emunt animalia, & demum carius vendunt quando in proprijs fructibus, & paſcuis pinguefierent.*

Officia-

2072 *Officiales ementes, & vendentes animalia ſaginata in proprijs paſcuis non ſolum non dicuntur mercatores, ſed neque induſtrioſi, & 2073. & 2074.*

2073 *Officiales in Regno emunt, & reuendunt animalia ſaginata in proprijs paſcuis, & 2074.*

2075 *Nobiles verò nec mercari, nec cambia exercere valent declaratur numer. ſequentibus nonnullis modis.*

2076 *Nobiles poſſunt celebrare contractus emptionis, & venditionis abſque negociatione pro eorum commoditatibus.*

2077 *Nobiles validè poſſunt contrahere, & exercere mercaturas, & cambia, licet perdant nobilitatem.*

Nobiles exercentes mercaturam perdunt nobilitatẽ, ibidem & cum pluribus ſequentibus.

2078 *Mercatura nobilitati derogat.*

2079 *Mercatores connumerantur inter plebeos.*

2080 *Mercatura magna non derogat nobilitati; ſecus mercatura tenuis.*

2081 *Andr. Tiraquell. ſcripſit tractat. nobilit. ſatis diffusè.*

2082 *Mercaturam exercuerunt nonnulli Imperatores, & Reges.*

Mercatura derogat nobilitati, ibid. & 2083.

2084 *Mercatura connumeratur inter viliſſima exercitia.*

2085 *Nobilitas dicitur à noſcibilitate.*

2086 *Ignobiles pro ignotis accipiuntur.*

2087 *Ignoti pro ignobilibus, & 2088.*

2089 *Nobiles quandoque pro notis in ſcelere accipiuntur.*

2090 *Laidis meretricis elogium, & 2091.*

2092 *Notus genere, aut virtute nobilis dicitur.*

2093 *Mercatura non cõnumeratur inter virtutes, ſed à virtutibus diſtinguitur.*

2094 *Negociatores, & mercatores inter homines inferioris conditionis connumerantur.*

2095 *Nobiles per noſcibilitatem ab alijs diſtinguuntur.*

2096 *Nobiles negociantes per intermediam perſonam, non derogant contra numero 2097. reſolutio numero 2098. & ſequent.*

2097 *Qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur.*

2098 *Nobiles per mediam perſonam exercentes mercaturam omninò culpa non vacant.*

2099 *Regula, quod qui per alium facit, &c. non ſemper vera quia ſequerentur abſurda, ſerui, & famuli vilia de mãdato dominorum exercentes ipſi cenſentur facere non domini, & 2100.*

2101 *Nobiles exercentes mercaturam in loco, vbi viget conſuetudo mercandi per nobiles, eorum nobilitati non derogant.*

Mercaturam Venetijs, Florentiæ, & Anchonę nobilitati non derogat, ibidem.

2102 *Mercatura etiam conſuetudine exiſtente aliquantulum derogat nobilitati.*

2103 *Mercatura in Regno nobilitati non derogat.*

2104 *Nobiles Neapolitani mechanica fugientes, ſed etiam in atrijs, aut equitant num. 2105. mercaturam abhorrent numer. 2106. potius fame moriuntur quam propriam filiam ditiſſimis mercatoribus matrimonio collocent num. 2107.*

2108 *Nobiles Neapolitani vacant ſedendo, equitando, & magnates aſſociando in ſimul deambulantes.*

2108 *Otalora de nobilitate carpitur.*

2109 *Nobilium Neapolitanorum aliqui abhorrent mercaturam.*

Nobiles Neapolitani ditiores mercaturam exercent, vt ditiſſimi fiant, ibidem.

2110 *Nobiles Neapolitani rarò collocant eorum filias matrimonio cum mercatoribus ditiſſimis, ſed virtuoſas actiones agentibus.*

2111 *Nobiles reperiuntur, qui potius ſceleſtis vacant, quam honeſto quæſtui.*

Nobiles Neapolitani, & Ianuenſes, & aliarum Prouinciarum exercent mercaturam, ibid.

2112 *Nobiles non contenti ſolitis feudorum, aut burgenſaticorum introitibus, vt ambitioni, & alijs ſuperbię comitibus valeant ſatisfacere mercaturam, aliaſq; negociationes exercent.*

Nobiles non ſolum ſolitis mercimonijs vacant, ſed vilibus, & ſordidis taliter, quod extorquendo lucrifaciunt ibidem.

2113 *Nobiles quidam in Regno exercentes ſordidas negociationes, aliaque vſurpantes fugant ementes, & vendentes, & alia turpia committunt, vt vilius emant & carius reuendant, & reliqua, & 2114. 2115.*

1116 *Nobiles, & Populares, vt plurimum diſcordes.*

2117 *Nobiles ſolent eſſe ſuperbi, guloſi, luxurioſi, & ſubditorum oppreſſores.*

2117 *Nobilitas quæ dicatur.*

2118 *Nobilitas duobus vitijs comitatur, & deturpatur.*

2118 *Nobiles continuo honorum appetitum in exceſſu habent, & aliorum deſpectum.*

2119 *Nobiles quos cuſtodire debent mores.*

2119 *Nobiles debent curare, dare matres filijs eius naſcituris, generoſas, & virtuoſas.*

2119 *Nobilitas matris quomodo deſcendat in filios, & 2120.*

2121 *Liciorum lege cauebatur filios matris nobilis nobiles vocari.*

Patris forma potentior eſt in generandis filijs, quam matris, ibid.

2122 *Nobiles quidam à matre denominationem aſſumunt.*

2122 *Chriſtus Dominus noſter denominationem accepit ex matre.*

2123 *Nobilitas ſi vitijs defloretur ruinæ eueniunt.*

2124 *Nobiles feudatarij in Regno quomodo iuriſdictione contra vaſallos abutuntur.*

Nobiles feudatarij in Regno putant acquiſitum per vaſallos ſuum fieri, & vaſallos ſeruos, aliaque peiora, ibidem, & 2125.

2126 *Nobiles quandoque ob penuriam perſonarum aliquando ad ignobilium obſequia coarctantur.*

2127 *Ignobiles quandoque ad dignitatum loca ob defectum nobilium virtuoſorum admittuntur.*

Ignobiles, & populares homines inuidendo nobiles optant nobilitatem extinguere, ibid. & 2128.

2128 *Inter nobiles, & ignobiles rarò beneuolentiæ, & charitatis conſenſus reperitur.*

2129 *Nobiles exercentes magnam, & eximij valoris mercaturam nobilitati non derogant.*

2130 *Nobiles vendentes fructus eorum prædiorum non derogant nobilitati.*

2131 *Nobiles cuiuſuis Prouinciæ qualiter nobilitati non derogant; vbi remiſſiuè.*

2132 *Clerici mercaturam exercere prohibentur.*

Contra-

2133 *Contractus celebratus per clericum nullus dicitur. contra num. 2134.*

2134 *Contractus celebrati per Clericum ſunt validi.*

2135 *Clerici negociantes puniuntur, per cameram Apoſtolicam, & vbiq. per Nuncios, & collectores.*

2136 *Clericus in minoribus poteſt negociari, & 2137.*

2138 *Clericus in ſacris poterit negociari pro reparandis neceſſitatibus.*

2139 *Clericus in ſacris curam habens perſonarum miſerabilium negociari valet.*

2140 *Clericus emens rem pro ſua commoditate, & ex ſuperuenienti cauſa reuendat validè contrahit.*

2141 *Clericus poterit per intermediam perſonam negociari iuſta cauſa intercedente.*

2142 *Clericus poterit negociari quando cum mercatura admixtum eſſet artificium.*

2143 *Clericus poterit conducere poſſeſſionem ad culturam, vel locare.*

2144 *Clericus poterit emere animalia illiſque ſaginatis in proprijs paſcuis eadem demum reuendere.*

Negociari, an poſſunt clerici vide in ver. clericus.

Mercatura, an exerceatur per clericos vide in ver. clericus.

2145 *Negociatio in triplici ſpecie diuiditur.*

2146 *Negociatio economica quę.*

2147 *Negociatio politica quæ.*

2148 *Negociatio lucratoria quæ, & qualiter fiat, nu. 2149. & 2150.*

2151 *Clerici quibus negociationibus vti nequeunt.*

2152 *Clerici poſſunt exercere cambia, & reliquas negociationes per intermediam perſonam, & 2153.*

Cambia exercere, an valeant clerici vide in ver. clericus.

2154 *Religioſi clauſtrales prohibentur exercere mercaturam, & negotiationes, cum multis ſeq.*

2155 *Religioſi clauſtrales carent velle, & nolle ideo prohibentur contrahere; & ſeq.*

2156 *Contractus Religioſorum ſunt nulli, ſi fiant abſq. Prælatorum licentia, & claudicant donec videantur ſi contra Monaſterium celebrentur ibidem.*

2157 *Contractus celebratus per Religioſum clauſtralem abſque Prælati licentia valebit ſi vtilis Monaſterio dignoſcatur.*

2158 *Religioſus contrahens abſque licentia Prælati peccat, & punitur.*

2159 *Contractus, an validè celebrentur in Eccleſia, vel diebus feſtiuis cum ſeqq.*

Chriſtum Saluatorem noſtrum eieciſſe ementes, & vendentes de templo, notatur, ibid.

2160 *Contractus illicitè contrahuntur in Eccleſijs, ſed validi iudicantur, & 2161.*

2162 *Negociantes in Eccleſijs peccant mortaliter, declara num. 2163.*

2163 *Nogociantes in Eccleſia pro rebus extra Eccleſiam exiſtentibus mortaliter non peccant, quamuis veniali culpa non careant num. 2194.*

2165 *Negociantes in Eccleſia ſuper re caſu reperta in Eccleſia, aut ſuper candelis, & alijs rebus cultui diuino deſeruientibus modici tamen valoris, & ſine ſtrepitu negociationis etiam veniali culpa carent, & 2166. & 2167. ſed melius eſſet has non fieri negociationes, ibidem.*

2168 *Negociantes in Eccleſijs per nundinarias, vel nūmularias exactiones mortaliter peccant, at ſi ſecus, venialiter, & quomodo procedat, & 2169.*

2170 *Negociantes in Eccleſijs neque venialiter peccant ſi iuſta cauſa intercedente fiat ſic confeſſario viſa.*

2171 *Contractus licitè celebrantur diebus feſtiuis, contra num. 2172. reſolutio num. ſeq.*

2173 *Contractus celebrati diebus feſtiuis ſunt validi, ſed illiciti, & illiciti iudicantur quo ad lethalem, vel venialem culpam num. 2174.*

2175 *Contractus quando liciti quandoq; illiciti in diebus feſtiuis ſtandum erit conſuetudini.*

2176 *Contractus diebus feſtiuis celebratus valet, ſed peccatum non euitatur.*

2177 *Contractus iurati prohibentur fieri diebus feſtiuis.*

2178 *Contractus iurati, vt celebrentur diebus feſtiuis petitur licentia ab ordinario.*

2179 *Contractus iuratus, & die feſto celebratus, vt reſcindatur non requiritur habilitatio à iuramento.*

2188 *Iuramentum interpoſitum die feſto in contractu pium, vel neceſſarium actum continente valet, & tenet abſque peccato.*

2181 *Nundinæ expleri poſſunt diebus feſtiuis abſq. peccato, & exercentur ex tacita Prælatorum permiſſione, num. 2182. ſed poſſunt prohiberi per ordinarios numero 2183.*

2184 *Contractus diebus feſtiuis celebrati etiam abſque licentia ordinarij validi ſunt.*

2185 *Cambium celebrari non poteſt cum hoſtibus publicis.*

2186 *Negociantes cum hoſtibus infidelibus grauiter peccāt, & excommunicantur.*

2187 *Aduocatus prohibetur cambium celebrare, alioſq; contractus facere cum cliente de veritate num. ſeq.*

2187 *Medicus prohibetur cambium facere cum infirmo, alterumque contractum celebrare de veritate num. ſeq.*

2187 *Contractus celebratus inter Aduocatum, & clientem, ac inter Medicum, & infirmum ſemper data lęſione clientis, aut infirmi reſcinditur.*

2188 *Infirmus, febre, aut altero morbo laborans pro ſanitate obtinenda dicitur compulſus ad contrahendum cum medico.*

2189 *Litigator dicitur infirmus mente, & facile contrahendo cum Aduocato ob litis timorem ſuum daret.*

2190 *Aduocatus ſi pretio iuſto contrahit cum cliente validè contrahit, Medicus ſi iuſto pretio contrahit cum infirmo validè contrahit ibidem.*

QVÆST. QVINTA.

1922 QVINTO quæritur, an Doctor, † miles, Religioſus, & quilibet alius non ſolitus negociari, vt puta mulier, & quilibet alius ſimilis, valeant dare eorum pecunias cambio, puta, cuilibet mercatori, & negociatori in depoſitum, recepto lucro cambij ob promiſſam negociationem fieri de illa pecunia per mercatorem in cambijs. pro cuius quæſtionis reſolutione prima facie reſpondendum fore, & poſſe, arbitror, lucrum hoc non poſſe exigi ab iſtis perſonis non ſolitis negociari il-
1923 la ſępius citata ratione, quia non dicitur † ceſſare, quod non fuit, ſi enim iſti vellent dare cambio nequaquam ceſſauerūt ab alijs frugiferis negociationibus, eo quod nullatenus negociabātur, & intereſſe lucri ceſſātis ſoluitur

ſoluitur veriſimiliter habituris, & non negociantibus
nulla veroſimilitudine debetur, ita ex Lup. Nauar. Gut-
tier. Neguſ. & ex alijs, Barboſ. in l. 2. par. 1. ff. ſol. matr.
num. 49.

Verum circumſcripta Religioſa perſona, de qua ſuo
loco particulariter loquar; re melius viſa, duas receptiſ-
ſimas firmabo concluſiones, & illarum primam, omnes
1924 præcitatas perſonas poſſe † ex ſe ipſis dare cambio,
eo quod nullo iure prohibetur non ſolitum negociari
poſſe negociari ad ſui libitum regulariter, vt ex mente
omnium firmat Molfeſ. d. c. 7. reſponſ. 9. nu. 67. ſed quia
ſigillatim de oĩ perſona tractabimus pro nũc ideo ſatis.

Alteram, & ſecundam firmabo concluſionem, præ-
1925 dictas perſonas poſſe † dare eorum pecunias mer-
catoribus, qui negocientur eas cambio, ſoluto per mer-
catores lucro ex eis ꝓueniẽdo, vel mediãte pacto, vt hæ
perſonæ participent de lucro lucrando ex cambijs, ſolui
enim debet certum quid mercatori negocianti pro eius
labore, ac pro alijs cauſis ſuperius expoſitis, Boninſegn.
de camb. c. 7. verſ. *non veggo*. Azor. inſtit. Moral. p. 3. lib.
10. tit. de camb. c. 11. q. 1. itaque paſſim vbique, & pre-
cipuè Genuæ practicari vbi vocatur huiuſmodi cambiũ
1926 † *per terza perſona*, teſtatur copioſiſſimus Sigiſmun.
Scaccia citata pluries q. 7. p. 2. ampliat. 9. in principio,
quodque exemplo ſocietatis comprobatur, in qua alter
1927 pecuniam † alter verò operam præſtat, ad text. in l.
ſocietas, ff. pro ſocio, ita etiam in cambijs, eo quod in
1928 quolibet contractu datur † ſocietas, & ſuper omni-
bus rebus, quæ à commercio noſtro non ſunt exemptæ
ad tex. in l. 1. & l. 3. §. generaliler, & l. ſi fratres. §. ſociũ,
& l. ſi ſocietatẽ, ff. ꝓ ſocio, latè Felicius de ſoc. c. 9. toto.

Extenditur concluſio, vt hæ perſonæ valeant etiam
1929 cũ mercatore paciſci, vt capitalis pecunia † maneat
ſemper ſalua pro dantibus cambio, ſeu ad negociatio-
nem cambiorum, Hoſtienſ. in ſumma tit. de vſur. §. an
aliquid, quem cum alijs allegatis probat Scaccia citato
loco num. 3. vbi in nonnullis locis ſic ſeruari dicit.

Attamen ſi hic contractus comparatus eſt ſocietati,
contra extenſionem reſponderunt Abb. Cald. Ioan. de
Lign. Bal. Caſtr. Roman. Ambr. à Vignat. Dec. Crauett.
Laur. à Rodulf. Io. Lup. D. Thom. D. Anton. Sot. & Cõ-
rad. quos citat Lupus in c. nauiganti de vſur. §. 1. nu. 24.
* verſ. quinimo, vbi communem dicit, ac Couarr. variar.
reſolut. c. 2. lib. 3. nume. 3. verſ. ſecunda concluſio, prout
probat Lupum, & Couarruuiam, Scaccia d. ampliat. 9.
* nu. 4. dicens hanc communem opinionem eſſe canoni-
zatam per bullam Sixti V. in ordine ſuarum conſtit. 46.
editam anno 1586. quam Quaranta inſerit in eius cõ-
pendio tit. contractus ad caput ſaluum, ex quibus nota-
1930 tur non valere † pactum, vt in ſocietate capitale ſit
ſaluum, probat etiam abſque Doctorum allegatione
Molfeſ. de ſociet. c. 11. num. 25. in 5. reſponſione.

Ampliatur hęc ſecunda opinio contra extenſionem,
vt ea etiam procedat quando pactum fuiſſet factum
1931 † de parte tantum capitalis, quæ ſit ſemper ſalua, &
& ſtaret in ſecuro, Rimin. iun. conſ. 563. ſub nu. 36. li. 4.
poſt Abb. conſ. 77. col. 2. lib. 1. & poſt Socc. conſ. 263.
col. 5. verſ. 2. quia lib. 2. quos refert Felic. de ſociet. c. 17.
1932 nu. 10. illa ratione, quia oportet contrahentes † po-
nere capitale, & lucrum ſub fortuna, & periculo, vt ex
Caſtr. Rimin. & alijs probat Felicius loco citato nu. 11.
& nume. 18. hanc itaque opinionem probauerunt Affl.
in conſtit. Regn. vſurariorum num. 14. & alij plures re-
lati per Molfeſ. citato loco num. 33.

Verum, extenſionem nu. 1929. authoritate Hoſtiẽſ.
1933 firmatam eſſe veram, † & ab omnibus receptam, in-
fraſcriptis tamẽ adhibitis, ſingulariter demonſtrabitur.

Primo adhibendum erit, vt hic contractus cambij
1934 † tranſeat verè in ſocietatem, vt probatum fuit ſup.
nu. 1927. aliàs ſi fieret ſimplex cambij contractus ſem-
per periculum erit dantis pecuniam Io. Azor. inſt. Mo-
ral. p. 3. lib. 10. tit. de camb. ca. 11. q. 1. quod etiam pro-
bat Scaccia d. ampliat. 9. num. 5.

1935 Secundò requiritur, vt dans pecuniam † mercato-
ri, modo vt in concluſione diximus, ſoluat mercatori
pretium iuſtum aſſecurationis capitalis, ideſt ſoluat iu-
ſta ſalaria, aut prouiſiones, ſeu remittat certum quid ex
lucro cambiorum, recipiendo taliter, quod pluris lucri
recipiat mercator, quam dans cambio, ratione aſſecu-
rationis, & periculi Couarr. variar. reſol. citato ca. 2. ſub
nu. 4. Silueſt. in ver. ſocietas, Nauarr. in man. confeſſ. ca.
17. nu. 254. & in can. ſi fęneraueris ſuperius citato, Lu-
pus in d. c. nauiganti citato, §. 1. ſub nume. 24. verſ. ſed
Hoſt. in verbo; Hęc tamen opinio; & poſt Boninſegn.
Leſs. de iuſt. & iur. lib. 2. c. 25. num. 23. & ſeq. Molin. de
contract. diſput. 417. verſ. vt quid de hac, cum alijs ſeq.
verſ. & ſic ſeruari ꝑ Italiã, Hiſpaniam, Galliam, & Ger-
maniam ſine aliqua difficultate teſtatur Leſs. d. nu. 23.
in fine, ſicque penes Genuenſes ſeruari ſine ſcrupulo te-
ſtatur Scaccia de commerc. & camb. §. 3. gl. 3. nu. 35. cũ
pluribus ſeq. & aliqua in d. ampl. 9. num. 3. & 6. imò ex
conſ. Ieſuitarum Genuæ ſeruant dari his non ſolitis ne-
gociari pro hac ſocietate quinque, aut ſex pro centena-
rio, teſtatur idem copioſiſſ. author. d. gl. 3. nu. 36. in fi-
ne, & exemplificat in q. 5. §. 1. nu. 15. eandem hanc ſe-
quitur opinionem Card. Mant. de tacit. & ambig. to. 1.
lib. 6. tit. 6. num. 3. & 4. quicquid inferius alio modo di-
ſtinguat, & Gramat. & Reginal. quos citat Molfeſ. d. tit.
de ſociet. tract. de contract. ca. 11. nu. 31. Megal. 2. 2. *in-
ſtit.* confeſſ. lib. 2. c. 17. nu. 24. & ſeq. Card. Tolet. lib. 5.
inſtit. Sacerd. c. 41. nu. 3. verſ. aduerte tamen hic, & no-
uiſſimè pluribus medijs probat Bartholom. Vgolin. de
vſur. c. 55. §. 1. & Hector Felicius de ſociet. citato ca. 17.
num. 25. in 4. caſu, qui in tantum valere pactum de cer-
1936 ta † quantitate lucrãda per hos dantes cambio puta
ſex, vel ſeptem pro centenario, in quãtum mercator lu-
craretur reſiduum, ſi lucrũ cambij excedat illa ſex, aut
ſeptem, quod omni dubio caret poſtquam experientia
docet contractus cambiorum realium eſſe in reddita
1937 † pluſquam ducatorum duodecim pro quolibet cẽ-
tenario in quolibet anno, vt plurimum videtur.

Reſtringitur hęc concluſio, ſeu hoc ſecundum requi-
1938 ſitum procedere † in foro interno tantum, quia in
foro externo hoc pactũ omninò illicitum iudicandũ di-
xit Molfeſ. d. c. 11. n. 34. in fine, dicẽs hoc teneri per quã-
plurimos probatos ꝑ Regin. in ſua praxi. lib. 25. n. 400.

Contra hanc reſtrictionẽ, & verius concluditur per
omnes retroſcriptos Doctores, qui indiſtinctè, & abſq;
fori diſtinctione loquuti ſunt, imò dictũ ſupr. nu. 1935.
fieri hoc pactum de conſilio Ieſuitarum; ac fore nuper
1939 † approbatũ Romę dixit Scaccia d. gl. 3. nu. 36. nam
poterit mercator Doctori, aut militi, vel cuilibet nõ ſo-
lito negociari aſſignare ſeptem, aut ſex pro cẽtenario ſi
1940 veroſimiliter in cambijs pro cẽtenario in † quolibet
anno lucrantur quindecim decem, & octo, aut plus, eo
quod reliquum retinetur per mercatorẽ pro aſſecura-
tione capitalis, & lucri, vt latius explicat Scaccia d. gl. 3.
à nu. 36. vſq; ad finem reſpondens Card. Mant. in citato

loco

loco diſtinguenti, promiſſionem lucri certam, & incertã & pactum poſitum incontinenti, aut ex interuallo vt d.
1941 tit. 6. & ſeq. dicens nõ iuridicè Card. Mant. † fuiſſe loquutum, denique nulla lege reperitur pactum hoc modo exemplificato prohibitum, imò ſpeciali lege permiſſum, vt in reſolutione contrariorum videbitur, ideo authoritate nec ratione probatur reſtrictio poſita per Mol
1942 † feſſum, & per nos relata ſup. num. 1938.

Non obſtant contraria, & primo loco relata per Barboſ. in citata l. 2. ff. ſol. matrim. quia Barboſ. & citati per
1943 eum loquuntur in intereſſe † lucri ceſſantis, quod nõ ſolito negociari non debetur, quia non dicitur ceſſare, quod non fuit, quorum dicta ſunt intelligenda, modo vt explicatum fuit ſup. in proxima præcedenti quæſt. illum conſulas locum.

Nec denique obſtat Sixti Papæ V. conſtit. ibidem ad-
1944 ducta, quæ procedit quando ex vi ſolius † ſocietatis contractus fieret pactum, ſed quando vi contractus aſſecurationis admixti fiat, tunc Bullam prædictam nõ habere locum dixerunt authores omnes, vt refert Molſ. d. c. 11. nu. 32. ſecundo, & melius, nam Bulla prędicta procedit, quando nihil pro iuſta mercede periculi aſſecura-
1945 ti, ſoluitur quia quando ſoluitur † iuſtificatũ, & veriſimile quid, vt ſuperius exemplificauimus, Bulla nõ loquitur, nec locum habebit, ita inter alias reſpõſiones ad Bullam hanc veriorem dicit Scaccia d. gl. 3. nu. 37. verſ. ſecundo reſpondeo; eãdemq. reſponſionem veriſſimam dicit Barthol. Vgolin. loco citato §. 1.

1946 Et ſi per dictam Bullam hoc pactum † non inualidetur, nequaquã inualidatur per aliquam aliam cõmunis iuris diſpoſitionẽ, non obſtantib. dictis per Sot. de iuſt. & iur. lib. 6. q. 6. ar. 2. col. 3. in fi. & col. 4. eo quod cõtra Sot. latè inſiſtit Nau. in citato c. ſi fęneraueris 14. q. 3. ſub n. 35. & ſeq. ac cõmunem opinionem cõtra Sot. dicit Scac. d. gl. 3. nu. 38. verſ. quia reſpondeo, & finaliter hũc mo-
1947 dũ negociãdi in cambijs fuiſſe † cõprobatũ per Bullã SS. Pij V. dicit Scac. ead. gl. 3. n. 41. verſ. conſolidatur id-
1948 circo concluditur in vtroq. foro † validũ iudicari hoc pactum modo prædicto exemplificatum, dummodo lucrum ſoluendum his non ſolitis negociari, & illud quod datur mercatori pro aſſecuratione vt ſupra, taxetur per contrahentes proportionatum & veroſimile illi, quod
1949 prudentum † virorum æſtimatione iudicaretur, Ioã. Azor. p. 3. inſtit. moral. lib. 10. de contract. dub. c. 18. in fi. dub. 10. ſeruata debita æqualitate, vt idẽ probat Scac. d. gl. 3. nu. 51. at in Regno taxatum lucrum pro cẽtena-
1950 rio ad ſeptem infra ſemper eſſe † iuſtificatiſſimum, & per conſuetam taxam licitiſſimum patet ex ſolitis frugiferis cambijs, quorum lucra adſcendũt ad notabilem ſummam vt in 2. quæſt. latius de hac Regni conſuetudine dictum fuit, & iterum ſuperius.

Modificant enim infraſcripti Doctores, concluſionẽ firmatam ſub hac condictione, dummodo hæ perſonæ
1951 dantes † pecuniam mercatóri pro cambijs probabiliter ignorent mercatorem facere cambia illicita. (ſuppoſito quod mercator, cum quo contracta fuit ſocietas hæc, exerceret cambia illicita) quo in caſu non poſſe prædictas perſonas ſic contrahere reſponderunt Boninſegn. de cãb. cap. vltimo, & Io. Baptiſta Cauat. de camb. tit. de dante.

Aut & ſecundo ſciant mercatorem depoſitariũ pro-
1952 miſcuè † exercere illicita, & licita cambia, & tamen dantes paciſcantur, vt eorum pecuniam exerceat ad licita tantum cambia, & tunc diſtinguitur, nam aut dantes credant ſic facturum negociantem mercatorem, & licitè lucrum exigunt, aut enim non ita credunt, & illici-
1953 tè † accipiunt, ita Cauat. vbi ſup. quæ etiam probat Scaccia d. ampliat. 9. tota, ac alij nonnulli dicentes lucra non recipienda, vbi mutuum palliatur.

Tu verò aliter in hoc dicas, & diſtinguas forum à fo-
1954 ro, nam aut ſumus in foro interno, & tunc † in illo procedunt illa ſcire, & credere, & per hoc ſi dantes cambio ſciant mercatorem illicitè cambia exercere, tunc nõ valerent exigere lucra cambiorum in vim cambiorum,
1955 ſed valerent exigere tantum quantum ratione † lucri ceſſantis eiſdem interſit, eo quod ceſſauerunt ab alijs li-
1956 citis negociationibus, ſi hoc probent, † vel ſi fuerint in Regno, aut in alio loco ſimili, ibique tantum hoc notorium allegauerit, niſi re vera non ceſſauerunt ab alijs frugiferis licitis negociationibus, quia non valebãt, nec
1957 volebant negociari, ſed tenebant † omninò pecuniã otioſam, modo vt latius explicatum fuit in q. 2. locum illum pro veritate adeas, quib. in caſib. concluditur, vt ſupr. & probat in ſimili Azor. citato c. 11. q. 1. in fi. verſ. item ſi inſt. moral. p. 3. li. 10. quem refert & ſequitur idẽ Scaccia allegata ampliat. 9. nu. 9. verſ. & quod ſi dicẽtes,
1958 ſi hæ perſonæ ſciant mercatorem † non negociari, & tamen lucrum reddat, ac ſi eſſet ex negociatione acquiſitum tunc dantes non poſſunt illud lucrũ retinere, niſi quatenus eiſdem interſit, quorum dictum veriſſimũ eſt quo ad retentionem reſpectu intereſſe paſſi, ſed omninò inueriſimile quo ad factum expoſitum, poſtquam inue-
1959 riſimiliter inuenitur mercator, qui † alienam nõ negocietur pecuniam, eamq. otioſam teneat, & de illa velit ſoluere lucrum, quod eſſet euidens fatuitatis ſignum.

1960 Aut verò ſumus in foro externo, in quo † difficulter probaretur dantes pecuniam mercatoribus ad negociãdum modo explicato ſcire, aut credere, vt ſuperius ex Boninſegn. & Cauat. dictum fuit, eo quod infiniti reperiuntur mercatores, qui licitas exercent negociationes, & per hoc veroſimilius creditur dantes has pecunias credere mercatores licitos & reales eſſe; ſed dato hoc & aprente in hoc foro, tunc vt in eadem ſupracitata 2. quæſt.
1961 comprobauimus, poterunt hæ perſonæ † exigere aliquid ratione lucri ceſſantis proportionatum, & veroſimile modo, vt ibidem latè declarauimus, dummodo exigatur in vim intereſſe prædicti, non autem in vim cambiorum illicitorum, ſi aliquo modo probetur has perſonas ceſſaſſe ab aliqua frugifera negociatione aliàs ſecus.

1962 Furioſus, autem, prodigus, minor, † & omnes illi, qui per alios gubernantur, & rerum ſuarum adminiſtrationem non habent mercaturam, & conſequenter cambia, & alias negociationes exercere nõ poſſunt, vt proſequũtur latè Stracha de mercat. p. 3. tota Fabian. Genuen. de camb. initio ſub num. 49. & Scac. d. quæſt. 7. par. 3. limit. 17. tota.

1964 Extenditur concluſio in omni perſona † quę iure cõmuni, aut municipali contrahere prohibetur in partem, aut in totum, vel ſine certa ſolemnitate, Scaccia vbi ſupra num. 7.

Reſtringitur tamen concluſio in dominio Ianuenſi;
1964 vt non procedat, nec ſe † extẽdat ad fideiuſſorem, ſeu mandatorem habilem, qui interueniſſet in huiuſmodi cambijs factis per has perſonas inhabiles, ſic diſponentibus ſtatutis Ianuenſ. vt probat Scaccia d. limit. 17. nu. 8. ſed quomodo hoc procedat de iure communi inferius demonſtrabitur.

Reſtringitur ſecundo in cambio, & negociatione damno-

1965 damnoſa, quia in vtilibus † concluſio non procedit,
eo quod data vtilitate in beneficium harum perſona-
rum inhabilium, contractus iudicantur validi, Flamin.
Cart. deciſ. 46. Minſinger. cent. 2. obſeruat. 34. Scaccia
de iudic. cauſar. ciuil. cap. 2. lib. 1. num. 320. 382. 384. &
514. ac d. limit. 17. nu. 9. Sed duæ hæ reſtrictiones ma-
iorem, & latiorem deſiderant explicationem.

Redeundo itaque ad primam reſtrictionem, de iure
communi reſpondendum fore, nec fideiuſſorem eſſe
1966 obligatum † ſi principalis nulliter obligaretur, quia
actu principali nullo exiſtente nullum iudicandum ac-
ceſſorium, in terminis, ad text. ibique gl. & Doctor. l. fi-
deiuſſor obligari, ff. de fideiuſſ. l. cum principalis. ff. de
reg. iu. ac alijs iuribus citatis per Marſ. in rub. de fideiuſ.
num. 350. & per Ant. Henriq. de fideiuſſor. cap. 10. nu.
18. cum ſequen.

Limitatur tamen hoc dictum concurrente fauore in-
habilis perſonæ principaliter obligatæ, aut præſtito iu-
1967 ramento † per fideiuſſorem, quo in caſu ſtante iura-
mento, dicitur fideiuſſor in duriorem cauſam obligatus
Bar. in l. ſi quis pro eo, num. 15. ff. de fideiuſſ. Ioſeph Lu-
douic. deciſ. Peruſin. 57. num. 4. Couarru. in c. quamuis,
part. 2. de pact. §. 6. num. 3. eo quia iuramentum habet
vim clauſulæ omni meliori modo, Gabriel de iur. iuran.
concluſ. 8. & tit. de fideiuſſ. concluſ. 1. nu. 43. Cremenſ.
ſing. 41. Marſ. in citata rubr. quæſt. 38. num. 291. Pariſ.
* conſ. 16. num. 119. volum. 2. qui dicit communem opi-
1968 nionem, nam fideiuſſor cum iuramento † eſt ad in-
ſtar principalis, & vt expromiſſor, qui etiam pro non
obligato obligatur, Alciat. Moheda, & alij quos probat
Pyrrus Maur. Aretin. de fideiuſſ. par. 2. ſection. 1. cap. 3.
* limitat. 3. fol. 177. & de communi opinione ac deciſum
nouiſſimè dicit, Gratian. diſcept. foren. tom. 1. cap. 122.
toto & ſignanter, num. 10. & 11.

Sublimitatur hæc limitatio, quando actus, ſuper quo
1969 interponitur fideiuſſio habet † legis reſiſtētiam, quæ
impedit actionis natiuitatem Ceph. conſ. 473. num. 29.
Maur. de fideiuſſ. capit. 1. ſection. 8. fol. 407. & alibi, ac
Stephan. Gratia, d. cap. 122. num. 27. & 28. verum Do-
ctores allegati in limitatione ſupponunt principalem
obligationem eſſe ipſo iure nullam; ideo limitatio in-
1970 diſtinctè † procederet, ſed de his iterum inferius nu.
1990. declarat. 4. cum multis num. ſeq. vbi de veritate.

Limitatur ſecundo concluſio firmata ſupra, numero
1966. (& hæc limitatio in praxi tollit omnes dubitatio-
nes, & difficultates etiam ſupranotatæ ſublimationis)
1971 quādo fideiuſſor † ſe obligaſſet vti principalis, prin-
cipaliter & inſolidum conſtituendo ſe principalem de-
bitorem, vt communiter in praxi conficiuntur fideiuſ-
1972 ſiones in contractibus, nam tunc cum ſint † duo rei
debendi, quilibet vt promiſit tenetur, Marſ. dict. quæſt.
38. Cremenſ. ſing. 42. Pariſ. d. conſ. 16. Maur. dict. cap. 3.
ſect. 1. num. 36. limit. 4. fol. 178. & Gratian. d. cap. 122.
num. 21. & 22. ac alij paſſim, ſed de his ſuo loco iterum
tractabitur.

Ad ſecundam reſtrictionem relatam ſuperius num.
1965. addenda ſunt pro eius explicatione inferius dicē-
da, nam prima facie contra reſtrictionem reſpondendū
1973 exiſtimo non valere cambia, † & negociationes per
has inhabiles perſonas facta, & factas etiam in eorum
1974 vtilitatem, quod his medijs probabo, furioſus † itaq.
& omnes, quibus bonorum adminiſtratio interdicitur,
non poſſunt contrahere negocium quodlibet, cum con-
ſenſu careant ad text. in l. furioſi, ff. de reg. iur. §. furioſus
inſtit. de inut. ſtipulat. & generice, text. in l. is cui bonis,
ff. de verb. oblig. & l. 1. in prin. ff. de curat. furioſ. & con-
1975 ſenſus † in omni cōtractu requirit, ad tex. in l. 1. §. 1.
1976 ff. de pact. & in mutuo † præcipuè l. ſi me & Titium,
vbi Bar. in fine, & l. non omnis, ff. ſi cer. pet. & l. inter ſti-
pulantem, §. 1. ff. de verb. oblig. neque dominium ſine
1977 † conſenſu Domini poterit in alium transferri, ad
text. in l. in omnibus rebus, ff. de act. & obligat. neq. mu-
tuum contrahitur, niſi res accipientis fiat, ad text. in l. 2.
§. appellata, ff. ſi cert. pet. quamuis ſi mutuo hæ perſonæ
inhabiles dederint, & pecunia mutuata ſit conſumpta,
vel amiſſa per accipientem, tunc ex iuris interpretatio-
1978 ne mutuum fauore † harum perſonarum conuale-
ſcat, ad tex. in l. ſi à furioſo, ff. ſi cert. petat. & d. l. non om
nis, §. pupillus cum gloſſ. ff. ſi cert. pet. & §. nunc admo-
nendi ſumus, inſtit. quib. alien. lic. & circa amiſſam pecu
niam Bar. in d. l. omnis §. ſi pupillus, num. 4. prout hæc
omnia congerit Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. tom.
primo, lib. 8. tit. 5. quaſi toto; idcirco ſi contractus factus
per has perſonas tanquam ſine eorum cōſenſu celebra-
1979 tus ſit nullus, & dominium rei † datę non transfera-
tur in accipientem, fruſtra erit dicere validandum con-
tractum hunc, ſi vtilitatem harum perſonarum reſpice-
re videatur, ſi radicitus is non ſubſiſtat, tanquam ſine
voluntate celebratus.

1980 Accedit inſuper, nam contractus † ſine conſenſu, &
voluntate contrahentis celebratus eſt ipſo iure nullus,
iuribus ſuperius allegatis, & actus ipſo iure nullus, etiam
volente eo, in cuius fauorem inducitur, nullitas nequa-
quam conualidatur Surd. d. deciſ. 108. tota, & poſt Ti-
raq. Mant. & alios, latè Gratia. diſceptat. forenſ. tomo 4.
1981 cap. 691. toto, quod hoc fortius † procederet quan-
do per aduerſarium eſſet oppoſitum de hac nullitate,
quia poſt oppoſitionem minor, aut alia perſona inhabi-
lis ad contrahendum, non poterit actum validare Surd.
citata deciſ. ante num. 21.

Contrariam opinionem, & ſic pro reſtrictione verā
dixerunt quamplurimi magnæ authoritatis Doctores,
1982 quam probauerunt † per claram iuris diſpoſitionem
deſumptam ex text. §. 1. inſtit. de auth. tutorum, & ex l.
neque, C. de contrah. & committ. ſtipul. vbi Bal. & alij l.
ſi pupilli, in prin. ff. de negot. geſt. & l. pupillus, §. 1. ff. de
auth. tut. & ex alijs iuribus, quæ citat Tiraq. de legib. cō-
nub. gloſ. 8. nu. 66. vbi nu. ſeq. dicit eſſe generale in om-
nibus, quibus interdicitur bonorum adminiſtratio, quā-
1983 do actus vtiliter geritur, † Redoan. de reb. eccleſ. nō
alien. in rub. 19. de cauſa vtilitatis num. 174. Marant. in
ſpecul. p. 4. diſtinct. 16. nu. 45. cum pluribus ſequen. Bal.
Alex. Rom. Abb. Barbat. Capic. Duen. Affl. Bec. & infi-
niti, quos congerit Surd. de alim. tit. 8. priuil. 56. nu. 66.
67. 68. & ſeq. ac Cartar. Minſing. & Scaccia ſuperius ad-
ducti, quorum opinionem tanquam expreſſis iurib. fir-
* matam, & communiter ab omnibus receptam † veriſſi-
1984 mam dijudico, infraſcriptis tamen declarationibus
adhibitis, ex quibus reſponſum videbitur fundamentis,
contrariæ opinionis.

Dico itaque hanc ſecundam opinionem veriſſimam
atq. receptiſſimam, extendēdā fore etiam in iudicijs, cū
1985 actus iudiciarius † nulliter factus per has perſonas te-
neat, & validus fiat in eorum vtilitatem tantum, quia in
iſto etiam caſu permittitur inæqualitas, & claudicatio,
ad tex. in l. non eo minus, ibiq. Cin. Bar. Bal. Caſtren. &
alij C. de procurat. & exornat. Marant. in citata diſtinct.
16. num. 44.

Limi-

Limitatur & declaratur tamen hæc ſecunda, & rece-
ptiſſima opinio, eam non procedere quando contra-
1986 ctus, † vel actus eſſet vltro citroque obligatorius, quo
in caſu nõ poterit approbari inſpecta vtilitate cõtrahen
tis inhabilis, ſed totaliter inualidaretur, prout tangit
Cartar. citata deciſio. 46. nu. 27. & pluribus medijs pro-
bat, ac per communes opiniones, & regulas, Scaccia de
iudic. cauſ. ciuil. cap. 2. num. 396. cum ſequent.
1987 Declaratur ſecundo, quando perſona inhabilis † eſt
omninò incapax contractus, & iudicij, quia tunc con-
tractus, ſeu iudicium non valet, quamuis ſit illis inhabi-
libus perſonis vtilis, & valere inſteterint; vt ſunt infan-
tes furioſi, & mentecapti; ita Marant. in dicta diſtinct.
16. numero 50. ibidemque Foller. & latius multis me-
dijs adductis, probat Vant. in tract. null. tit. de nullit. ex
defect. inhabil. ſeu mandat. numero 6. cum multis ſeq.
& demum decidit, numero 16. idemque firmat Scaccia
dict. capit. 2. numero 405. ad quam concluſionem fir-
mandam in iſta declaratione allegari poſſunt omnia
adducta pro contraria opinione ſuperius numer. 1974.
cum multis ſequent. & adnotat etiam Pinell. in l. pri-
ma, Cod. de bon. matern. part. 3. numero 33. ver. limi-
tantur etiam.

Declaratur tertio in iudicijs, vt ſi aduerſarius ante
1988 ſententiam † oppoſuerit de nullitate iudicij curren-
tis cum perſona inhabili, aut in contractu re integra op-
poſuerit de ſimili nullitate, quibus in caſibus iudicium,
aut contractus nequaquam conualidantur, etiam data
vtilitate perſonarum inhabilium, ita Bald. Caſtrenſ. &
reliqui in citata l. non eo minus, quos probat Scaccia d.
1989 capit. 2. numero 406. & res integra dicitur in † con-
tractibus ſemper quando dictum eſt de nullitate, vel
impugnatus eſt contractus ab aduerſario antequam
acceptaretur à perſona inhabili, prout in his caſibus lo-
quuntur Bal. in cap. 1. colum. 3. ver. capio primam gloſſ.
de præſcript. Iaſ. in l. licet, numero 10. limitat. 1. Cod. de
procur. Lup. in Rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 68.
numero 7. Pinell. in l. prima, Cod. de bon. mater. citata
parte 3. numero 33. quibus allegatis ſic in contractibus
decidit Surd. de aliment. citato priuileg. 56. numero 82.
& in ſpecie Caualcan. de tutor. & cur. num. 170. vbi de
re non integra.

Declaratur quarto, vt non procedat quando actus,
1990 ſeu contractus fuiſſet † à iure reprobatus ſi abſque
aliqua ſolemnitate celebraretur, vt eſt in alienationi-
bus rerum ſtabilium minorum, & in alijs ſimilibus, quo
in caſu etiam ſi contractus ſit minori, & alicui aliæ per-
ſonæ inhabili lucroſus, & vtilis, vtique annullaretur, ita
Cartar. dict. deciſ. 46. num. 27. qui ſi ſummatim loqua-
tur, tamen actus abſque ſolemnitatibus requiſitis cele-
bratus, etiam ſi lucroſus ſit perſonę contrahenti inhabi-
1991 li, & priuilegiatæ, eidemque vtilis, ad huc † nullus
erit, nullumque declarandum eſſe, dicit Bar. in l. cum hi,
§. eam tranſactionem, ff. de tranſact. vbi Iaſ. numero 2.
* dicit communem opinionem, & magis communem di-
cunt Pinell. loco citato, numero 31. ver. ego autem non
dubito, Sarmient. de reddit. Eccleſiaſt. cap. 2. numero 1.
Diaz 550. limitat. 1. Guttier. practicar. quæſt. capit. 22.
* Caeuall. quæſt. 676. numero 13. & magis communem,
ac ſæpius deciſum dicit Stehpan. Gratian. diſcept. foren.
tomo 1. cap. 27. in principio, ac ante hos probat Afflic.
deciſio. 87. deciſumque per maiorem partem Domino-
rum refert Capic. deciſio. 113. per text. in l. magis puto,
§. ſi ęs, ff. de reb. cor. quem deinde ad hoc probat Car-

tar. citato loco, ac per alia iura relata per Capic. in cita-
* ta deciſ. magiſq. etiam communem dicunt Port. Imol.
libro 4. comm. opin. concluſ. 13. Suarez in theſaur. com.
opin. litera M. num. 184. & litera E. num. 16. Petr. Stel-
la in l. ſi duobus, §. ſi prius, num. 25. ff. de bonor. poſſeſſ.
contr. tabul. quos probat Paul. Montan. de tutel. & cu-
rat. cap. 33. num. 454.

Subdeclaratur tamen hæc declaratio non procedere,
1992 ſi vtilitas † harũ perſonarum ſit euidens, & notoria,
quo in caſu ſuſtineretur actus nullus in beneficium iſta-
rum inhabilium perſonarum, Tiraq. in d. gloſſ. 8. de le-
gib. connub. num. 89. Surd. deciſ. 278. num. 21. & in tra-
ctat. de aliment. citato priuileg. 56. num. 76. ac deciſum
dicit Gratian. citato cap. 27. num. 6. ver. non obſtant, &
1993 de hac euidenti vtilitate † apparere debet à princi-
pio non habita conſideratione eius, quod poſtea conti-
git, ad text. in l. 2. C. de neg. geſt. quicquid in contrarium
dicat Alciat. conſil. 267. nu. 4. quia contra eum reſpon-
dent Surd. citato priuileg. num. 77. & 78. Crauet. Card.
Seraph. & alij, quos probat Gratian. d. cap. 27. nu. 9. vbi
etiam deciſum dicit; ac quando euidenter vtilis ſit con-
tractus num. 2. docet.

Subdeclaratur ſecundo loco declaratio hæc quarta,
1994 ſi per minorem, aut quemlibet † inhabilem ad con-
trahendum fuerit inſtatum pro validitate actus, nulli-
ter, ſed in eius vtilitatem facti, quia tunc procedere con-
cluſionem firmatam ſupra nu. 1982. dixerunt Doctor.
in l. Iulianus §. ſi quis à pupillo, per illum text. ff. de act.
empt. ac in citato §. 1. inſt. de author. tutor. & commu-
* nem regulam eſſe dixerunt Tiraq. d. gloſ. 8. num. 91. &
ſeq. Pinel. d. loco verſ. ſed conciliatio, & expreſſius omiſ-
ſis alijs, Surd. dict. priuileg. 56. num. 80. & conſ. 9. num.
10. & ſeq. vol. 1. ac deciſ. citata num. 22. Montan. & Phi-
lipp. Port. vbi ſupra, quod indubitabile dicit Surd. citata
deciſ. 278. num. prædicto 22. quibus in locis dicunt Do-
1995 ctores, aduerſarium † poſſe cogi ad iterũ validè con-
trahendum; modificatur tamen hæc ſubdeclaratio du-
pliciter inferius nu. 1999. & 2000.
1996 Similiter enim poterit aduerſarius † agere, vt per-
ſona inhabilis, in fauorem cuius actus irritatur declaret,
an velit ſtare conuentioni, vel ab ea recedere, iuxta text.
dict. l. Iulianus, §. ſi quis colludẽte, vbi communiter Do-
ctores modo vt teſtatur Iaſ. in §. actionum inſtit. de
* action. communemque opinionem dicit Pinell. vbi ſu-
pra numero 34. verſic. illud tamen, ac demum Pinello
* non allegato, communem etiam dicit Paul. Mont. ci-
tato capit. 33. numero 458. niſi declaratio peteretur à
1997 pupillo, quia iure † denegaretur, prout in dict. §. ſi
quis colludente Alber. Caſtrenſ. Salicet. Fulgoſ. & alij
communiter relati per Pinell. loco citato, communem-
que dicit Montan. vbi ſupra, numero 459. poſt Suarez
in theſaur. receptar. ſent. lit. C. nu. 300. & talis declara-
1998 tio nõ poteſt fieri à minore, † niſi adhibita ſolemni-
tate Pinell. & Montan. vbi ſupra, & Gratian. citato cap.
nu. 13. ac ante hosAttheſ. notab. 156. quicquid alij in
vtroque caſu contrarium dicant.

Modificatur tamen ſubdeclaratio ſecunda poſita ſu-
1999 pra num. 1994. quando aduerſarius oppoſuiſſet † re
integra, ſeu ante actum conſummatum de defectu, &
nullitate actus, vt probanimus ſup. in declarat. 3. nume.
1988. & in proprijs terminis probant Pinell. vbi ſupra,
numero 33. verſic. hæc tamen intelligi debent; & Paul.
Montan. dict. cap. 33. numero 456. poſt Iaſ. & Chaſ-
ſan.

Modificatur ſecundò, quando ille, in cuius perſona
2000 actus irritatur, talis eſſet, in quo intellectus † prorſus
deficeret, modo vt docuimus in ſecunda declaratione,
num. 1987. & ita modificando probat Paul. Montan.
vbi ſupra num. 457. idcirco ex his omnibus conciliantur
contrarietates, & veritas quæſtionis apparet, ſed ali-
2001 bi de horum nullitatibus latius † dicturi ſumus lo-
co particulari, & per hoc pro nunc ſatis.

In cambio autem, ſic diſtinguendum exiſtimo, nam
aut tractatur de furioſo, mentecapto, & infante ratione,
voluntate, & conſenſu, carentibus, vt ſuperius nu. 1987.
2002 declarat. 2. diximus, & tunc cambium † non valere
ex notatis in dict. loco, & ſuperius, numero 1974. cum
ſequent. ſatis probatum eſt; niſi pecunia data per hos
ratione carentes amiſſa, aut cōſumpta foret, tunc cam-
2003 bium conualeſceret † iuris interpretatione ex dictis
ſupra numero 1978. aut mercator depoſitarius, vel
alius negociaretur cum pecunia iſtarum perſonarum
2004 quia tenerentur † ad intereſſe cauſatum etiam abſq.
mora, ad text. in l. idemque, §. quod ſi non exercuit, ff.
mandat. & in l. quamuis in fine, ff. de pignorat. act. per
quæ iura ſic decidit Alex. ad Bar. in l. mora ver. ſecundo
oppono, ff. de vſur. & ſi non fuiſſet negociatus ad huc ex
2005 duplici capite † teneretur ſoluere intereſſe dictæ pe-
cuniæ in poſſe mercatoris exiſtentis, tum quia eſſet pe-
cunia pupillaris, aut perſonæ priuilegiatæ, ad cuius re-
ſtitutionem tenetur detentor vnà cum intereſſe ſine
aliqua interpellatione, & abſque alia mora, ad text. in
l. in minorem, Cod. in quib. cau. in integ. reſt. vbi gloſſ.
allegat concord. Roman. Alexand. Soccin. Iaſ. Menoch.
& Simon de Pret. quos probat in hoc Surd. deciſio. 179.
numero ſexto, dicens eos loqui in omni perſona priuile-
giata: tum & ſecundo ſtante nullitate contractus, quia
data à principio mercator detentor pecuniarum data-
2006 rum ex contractu nullo tanquam malæ fidei † detē-
ptor, quia ſine debitis requiſitis eas recepit, tenetur,
non ſolum ad fructus perceptos, ſed etiam ad eos, qui
percipi potuiſſent, eo quod ſine titulo detinet, Copin. de
fruct. libro ſecundo, titul. 14. cap. primo, numero ſecun-
do, verſus finem, vbi de communi opinione, & malæ fi-
2007 dei poſſeſſor † dicitur, quia non ſeruatis requiſitis
cōtraxit, ad text. in l. prima, in fine, Cod. de fid. inſtr. &
iur. haſt. fiſc. libro 10. & probat Surd. dict. deciſ. 179. in
principio, ac conſil. 28. numero 72. & ſequent. libro pri-
mo, & in terminis data nullitate contractus eo ipſo de-
2008 bentur fructus † rei, quia debitor ſine titulo poſſidet,
non expectata aliqua petitione, Tiraq. in l. ſi vnquam,
verb. reuertatur, num. 268. verſ. primum igitur, Cod. de
reuocand. donat. Lancell. Galli. Couar. Rot. & alij, quos
pro deciſione huius articuli, probat Scaccia d. ampliat.
8. num. 194. 198. 201. cum alijs ſeq.

Aut & ſecundo tractatur de alijs perſonis non peni-
tus incapacibus, vt ſunt minores, ſed maiores infantia
mulieres, & alij ſimiles, qui fauore ſexus, aut ætatis re-
2009 ſtituuntur, & tunc cambium † per iſtos celebratum
valet, & tenet, ſi non fuerit eis damnoſum, ipſis tamen
volentibus tanquam eiſdem vtile rationibus ſuperius
numero 1982. relatis, nam cambium non ſolum dici-
2010 tur mercatura † & negociatio, ſed dicitur mercatu-
ra mercaturarum, & quaſi regina aliarum negociatio-
num, cum mercatura hæc diſponat de pecunia, & pe-
2011 cuniæ † omnia obediunt, Eccleſiaſtes 10. numero
19. & Eccleſiaſt. 7. num. 13. immo æquiparatur ſapien-
2012 tiæ, † dum vulgatè dicitur, ſicut protegit ſapientia,
ſic protegit pecunia, & iuxta illud morale;

Nummus honoratur, ſine Nummis nullus amatur.

Nummus vbi loquitur, Tullius ipſe tacet;

vt hæc, & alia congerit Scaccia de commerc. §. 1. quæſt.
7. parte 2. ampliat. 11. numero 4. Ideo ſi cambium di-
citur mercatura mercaturarū non prohibentur mino-
2013 res † & aliæ perſonæ hanc exercere honeſtam, & lu-
croſam negociationem, quamuis non interueniant ſo-
2014 lemnitates † ita ex Roman. Bal. & alijs probat Gra-
tian. diſcept. forenſ. tomo 2. capit. 279. numero 46. &
2015 47. illa ratione, quia mercatura, † & præcipue, cam-
biorum non ſolum dicitur de per ſe vtilis, ſed etiam ne-
ceſſaria, Conrad. de contract. quæſt. 99. concluſio. ter-
tia, Lup. Ambroſ. de Vignat. Boninſegn. Salon. Nauarr.
Romuald. & alij, quos congerit Scaccia de commerc. §.
1. quæſtio. ſexta, numero 14. quodque probatur autho-
ritate Pij ſanctiſs. Papæ Quinti, in illa ſua conſtitut. ſu-
per cambijs in illis verbis, cambiorum vſus, quem ne-
ceſſitas, publicaque vtilitas induxit: ideo ſi dicitur vti-
2016 lis mercatura conſequenter præcitatæ perſonę † poſ-
ſunt eam vtiliter exercere, quamuis poterint dicere de
nullitate, & his contractibus non ſtare, ſed interim do-
nec nullus fuerit declaratus contractus, mercator de na-
2017 turali iuſtitia poterit continuare † contractum, &
erit tutus in conſcientia, vt Nauarr. Molin. Megal. Ré-
ginal. Leſſ. & alijs citatis, probat Molfeſ. de contract.
cap. 4. in 18. reſponſione nu. 104. & 105. quod non pro-
2018 cedit † in penitus incapacibus vbi ſupra, quia contra-
ctus illorum totaliter damnatur.

Extenditur verò concluſio hæc firmata tot rationi-
bus, non ſolum procedere quando hæ perſonæ dant
2019 † cambio, ſed etiam quando accipiunt cambio, quia
par vtilitatis, & damni cōcurrere poterit, vt infert Scac-
cia d. limit. 17. num. 14.

Reperiuntur etiam infraſcriptæ aliæ perſonæ, quæ
omninò ſunt incapaces, & inhabiles ad exercendum
cambia, & mercaturas licet eiſdem vtilia, & vtiles: &
2020 ſunt officiales, † & ius dicentes; Nobiles, Clerici,
Religioſi Clauſtrales, Hoſtes, Populi Romani, Aduo-
catus cum cliente, & Medicus cum infirmo, de quibus
particulariter diſſerere erit potius vtile, quam laborio-
ſum, & vacuum.

Et incipiendo ab officialibus, & ius dicentibus, eos
2021 † non poſſe contrahere, nec aliquo modo mercatu-
ram exercere, aut aliam negociationem cum ſubditis,
in loco vbi ius dicunt, ſancitum eſt de iure communi,
ad text. in l. principalibus, ff. ſi cert. pet. eo quod præſu-
2022 mitur, † quod metu inducāt ſubditos ad contrahen-
dum, ad text. in l. ſi quod per impreſſionem, Cod. quod
met. cauſ. vt his, & alijs probant Oſaſc. deciſio. 144. nu-
mero duodecimo, cum ſequent. Menoch. conſil. 1174.
numero ſeptimo, volum. 12. & Regens de Ponte, con-
ſil. 49. quos citat, & probat Maſtrill. de magiſtrat. li-
bro ſexto, capit. decimo, numero vndecimo, (nihil
2023 aliud ad hanc † materiam in duobus libris, quos de
magiſtrat. compilauit dicens, licet quo ad alia copio-
ſiſſimus, & doctiſſimus iudicatus fuit, ac continuò iu-
dicatur) & contractus erit nullus, etiam ſi accedat
2024 † conſenſus eorum, qui contraxerunt, finito offi-
cio, ad text. in l. vnica, Cod. de contract. iudic. l. qui
officij, ff. de contrah. empt. vltra alias penas in di-
ctis iuribus, expreſſas, prout latiſſimè articulo ex-
plicato per ampliationes, & limitationes habetur
penes Iaſon. & Dec. in dict. l. principalibus, ac

penes

penes alios, quos congerit, & probat Strach. de mercatur. parte tertia, numero 17. & elegantius Molina de contract. diſputat. 343. initio, latius verò Megal. 2. 2. inſtitut. confeſſ. libro ſecundo, capit. quinto, numer. 126. cum ſequent.

Reſtringitur verò concluſio, quæ non procedit in
2025 officialibus perpetuis, qui contrahere † poſſunt ad
text. in l. præſidis, ff. ſi cert. petat. & communem opinionem dicunt Iaſ. & Dec. in dict. l. principalibus, ac omnes alij relati per Oſaſc. dict. deciſio. 144. numero 13. verſic. ſecundo reſponderi, & demum probat Molina loco citato.

Reſtringitur ſecundo, in officialibus ius dicentibus
2026 in patria aliena, quia † in propria patria poſſunt contrahere Dec. vbi ſupra. numero 7. Strach. loco citato, & Scaccia dict. limitat. 17. numero 16. cum multis ſequent. qui numero 17. dicit iudices Romanos poſſe
2027 † contrahere, eo quod Roma dicitur communis patria, ſed contrahere vti patresfamilias abſque negocia-
2028 tione, † ne moneantur à Summo Pontifice ob negociationem dehoneſtantem eorum maieſtatem, ac reddentem eos ſuſpectos, & principem, & populum ſcandalizantem, at Romæ nec in patria propria licet
2029 alibi iudicet, officialis poterit contrahere † cum eo, qui coram ipſo litigaret, ita Scaccia loco citato, eo quod contractus omninò ſuſpectus, & nullus redderetur.

Reſtringitur tertio, vt non procedat in contractibus,
2030 officialibus damnoſis, † qui ſubſiſtunt quamuis officiales eos reſcindere velint; ſecus autem ſi officialibus eſſent vtiles, quia omninò irritarentur, vt penes præcitatos Doctores habetur.

Reſtringitur quarto, quando officiales emunt res
2031 † ad aliquid operantes pro eis, quamuis partem rerum emptarum reuendant, ita Scaccia, dict. limit. 17. numero 19. & in eodem tractat. de commerc. quæſt. 1. §. 1. numer. 12. 13. & 77. ac ante eum Cardin. Tolet. de inſtruct. Sacerdot. libro 8. cap. 53. de negociatione.

2032 Reſtringitur quinto, quando officiales † celebrarent contractus cõcernentes eorum neceſſaria circa victum, & veſtitum pro ſe, & familia ſua, at officiales dicuntur
2033 habere duplicem familiam † vnam ſcilicet pro ſua perſona, alteram verò pro miniſterio, & exercitio officij Affl. infra citandus, de Ponte & alij relati per Molfeſ. conſ. 16. num. 16. & Muta ad Regias pragmaticas Siciliæ tomo 1. tit. 14. num. 10.

2034 Reliquas limitationes, † ad regulam habebis penes Affl. in conſt. Regn. communiter, titul. de prohibita curialium commercione, Mutam loco citato, poſt Iaſ. & Dec. in d. l. principalibus, ideo eos conſulas, ac inferius, vbi aliæ congeruntur reſtrictiones.

Attamen concluſio, & regula firmata ſuperius numero 2021. de iure communi; firmatur, & ampliatur in Regno non ſolum per allegatam conſtitut. communiter, ſed per regias pragmaticas in titulo de mercatur. official. prohib. ac in tit. de official. pragm. 12. ex quibus
2035 ſanctionibus interdicuntur cambia, † & cæteri contractus omnibus officialibus tam perpetuis, quam temporalibus, ac etiam notarijs, ſeu actuarijs curialibus, il-
2036 la bona ratione, ne ſe immiſceant † fraudibus mendacijs, & doloſis actionibus mercatorum, ac ne merca-
2037 tura † deuiet animum officialium ab exercitio proprij muneris, vt in dd. pragmaticis adnotat doctiſſ. Ronit. & præcipuè in pragm. 1. dict. tit. de mercat. official. prohib. nec non & alia vtique euidenti ratione, ſcilicet
2038 ratione impreſſionis, & præſumpti metus † ad text. in d. l. ſi per impreſſionem, vt nu. 2022. probauimus, & probant D. Capibl. & Paſch. inferius citandi.

2039 Verum ſi palam, & bonâ fide † officiales emerint, pragmaticas non obſtare duobus probat medijs Molfeſ. citato conſil. 16. nu. 14. & 15. dummodo negocian-
2040 do non emant, vt carius reuendant, † vt num. 16. & 17. licet numer. 18. in fine dubitanter firmet concluſionem, tamen eam veriſſimam dixerunt Iaſ. in d. l. principalibus limitat. 7. Soccin. Pariſ. de Put. & alij, quos probat Cacheran. citata deciſ. 144. numero 14. verſic. poſſet etiam reſponderi, vbi ex Bar. Pariſ. & alijs, dicit tunc
2041 palam fieri † quando de contractu conficitur publi-
2042 ca ſcriptura, & bona fide fieri, ſi bona † contrahentis officialis qualitas concurrat, quam opinionem indiſtinctè ſequitur Regens de Ponte de poteſt. proreg. tit. de elect. official. §. 7. numero 5. dicens pragmaticas non loqui in hoc caſu, idemque comprobat eruditiſſimus Io.
2043 Franciſcus Capiblancus † compater meus cariſſimus ad pragmaticam 4. de Baronibus numero 38. qui in omnibus, & præcipuè in concernentibus Baronale Imperium, eiuſque ſcholam, & latitudinem non ſolum doctiſſimè, ſed ſatis ſolidè, ac ſingulariter ſe geſſit, cuius laudes magis canoro, magiſque graui nobilique præcone indigerent, ideo hactenus; redeũdo itaque ad propoſitum noſtrum vnde paululum, & meritò digreſſi fuimus, eandem præcitatam opinionem, articulo de iure communi & Regni explicato, limitando tenet copioſiſſimus Paſchal. de vir. pat. pot. par. 1. cap. 4. num. 13. & 17. & hæc dicta deſeruiunt pro ſexta reſtrictione ad regulam, ſed an palam fieri dicatur quando de actu conficitur ſcriptura, dicetur iterum cap. 3. tit. 1. num. 504.

2044 Inſuper officialibus perpetuis, † aut ad principis beneplacitum, eſſe licitum negociari, dummodo negociatio non concernat corruptionem officialium integritatis, dicunt Bar. & alij, quos probant Regens de Ponte, conſ. 49. vol. 1. & de poteſt. proreg. tit. citato, & eodem, §. 7. numer. 3. 4. & 5. Menoch. Cardin. Tuſc. & alij relati per Molfeſ. allegato conſil. 16. toto, ideo enim diximus dummodo non concernat corruptionem integritatis officialium, negociatio, quia quandoque emptiones, &
2045 alij contractus officialium, † fiũt pro velamento barattariæ, & extorſionum, vt continuò ſolitum eſt fieri per improbos officiales quodque probatur per notabilem text. l. fin. C. ad l. Iul. repetund. in illis verbis aut donationis, donationiſue titulo, aut alio velamento cuiuſcunq. contractus; prout varijs modis demonſtrant Alber. Odofred. Bal. Ciril. Paris de Put. Gram. Iacob. Port. Menoch. Maſcar. & Baiar. citati penes Farinacc. de var. ac diuerſ. crim. q. 111. nu. 170. prout etiam quando re-
2046 cipiunt pecuniam ſub nomine mutui † ad idem velamentum celebrandum, vt ex infinitis authorit. Farinac. loco citato probat num. 171. & in multis ſequent. num. vbi nonnulla notabilia ad hoc noſtrum propoſitum; hæc autem pro 7. reſtrictione vtique deſeruiunt.

Demum reſtringitur Regula in emptionibus rerum
2047 immobilium † factis per officiales in loco, vbi exercent iuriſdictionem, quæ permittuntur fieri in qualibet chriſtiani orbis parte, per quoſuis magiſtratus qualitercunque iuriſdictiones habentes de generali conſuetudine, & vſu, vt teſtatur Cacher. citata deciſ. 144. num. 14. verſic. quarto dicitur, & hæc conſuetudo ſatis conſona legibus videtur, eo quod dictæ emptiones non fiunt

2048 ratione reuenditionis per viam negociationis, † ſed
pro commoditatibus proprijs, ad quas quærendas le-
ges non reſiſtunt, hæc autem velim intelligas dummo-
2049 do emptiones prædictæ non fiant † ad velandum ba-
rattariã, & extorſionem, vt ſuperius num. 2045. proba-
tum fuit, alias vtique extenſiones, & reſtrictiones ad re-
gulam habebis penes modernum Ioan. Mariam Noua-
rium in collectaneis ſuper pragm. Regni collectan. 130.
ex cuius dictis tres congeruntur aliæ reſtrictiones, nem-
pe illarum prima, quod officialis non dicatur illicitè
2050 contrahere † ſi emat pro ſuo vſu, & demum ſuperue-
niente aliqua neceſſitate reuendat.

Secunda adducitur reſtrictio per Nouarium, ſi offi-
2051 cialis † vnam tantum exercuiſſet negociationem,
quia per vnam mercaturam quis non dicitur mercator.

Tertia autem adducitur per eundem authorem limi-
2052 tatio, nempe † ſi officialis haberet animalia, vel fun-
dum aliquem fructuoſum, valeret vendere fructus, qui
ex animalibus, & ex illo fundo colligerentur abſque in-
curſu pęnæ.

Tu vero dicas primam reſtrictionem Nouarij eſſe
veram quamuis Nouarius nequaquam illam authori-
tate vel ratione aliqua probet, eo quod non dicitur ne-
2053 gociari † nec mercari, qui contrahit abſque pericu-
lo, & ſuſpicione corruptionis ſuæ dignitatis, & integri-
tatis, vt probauimus ſupra numero 2044. & in termi-
nis non dici negociatorem, qui reuendit etiam carius,
2054 quam emit id quod ſibi † pro eius neceſſitatibus ſu-
pereſt, ſi iuſto precio licet cariori reuendat, ita Nauar.
in manuali confeſſ. capit. 25. ſub numero 110. quem
probat, & citat Riccius in praxi fori Eccl. deciſio. 375.
numero decimo, in prima impreſſione, at quando re-
2055 venditur res non ratione lucri, ſed ob cauſam † ſu-
peruenientem licitam, licita dicitur reuenditio Franc.
de Aret. in cap. cum cauſa, ſub numer. 27. de teſtib. poſt
Ancharan. in cap. peccatum ſub numero 21. de reg. iur.
in 6. & hęc vera ſunt, ſi fraus abſit per ea, quæ probaui-
mus ſup. numer. 2045. & in terminis huius reſtrictionis
Abb. in cap. 1. ne Cleric. vel Monach. ac Ricc. vbi ſupra
num. 16.

Secundam verò reſtrictionem, ſi veram dicunt Re-
buff. in tract. de mercat. minut. artic. 1. gloſſ. 1. numero
10. tomo 2. Pariſ. de Put. ac alij, quos cum iuribus addu-
ctis probat Riccius vbi ſupra numer. 7. tamen eam ego
in Regno, & vbique non dicerem veram ſi ex illa vnica
2056 negociatione dignoſcatur eam eſſe factam, † vt offi-
cialis lucretur emendo vilius, & vendendo carius, & ſic
ſi illa negociatio nullũ habeat bonum finem, & fortius
in Regno, in quo Regiæ pragmaticæ puniunt officiales
2057 † contractus illicitos exercentes, & quomodolibet
contrahentes, ideo habent locum, etiam ſi ſemel illicitè
2058 † contraxerint, quia eos non puniunt tanquam mer-
catores, ſed tanquam illicitè (quo ad eos) contrahentes,
taliter quod lex Regni punit agẽtes in ſe prohibitos, nõ
autem actus negociationis in ſe permiſſos, in vnoq. actu
tantum habebit locum, nec requirit frequentationem,
2059 eo quod actus mercaturæ † nõ fuerunt poſiti in pęna-
li prouiſione, ſed perſonę, & vt perſona contraueniat di-
2060 ſpoſitioni ſufficit vnus † actus, per quem ſatisfactum
videatur menti, & verbis legiſlatoris applicantis pęnam
perſonis agentibus actus aliquos mercaturę, non autem
prohibentis mercaturam, per ea quæ notat in ſimili Ti-
raq. ad l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif. limit.
6. num. 1.

Sed ne per mendicata ſuffragia, & per extranea, &
longinqua media vagemur, ad immediata, & ad proxi-
ma redeundo, dico veram eſſe opinionem mercatorem
2061 non dici † nec negociatorem, qui vnicum actum
mercaturæ exercuit, vt ante Rebuff. Paridem, & alios
relatos per Riccium, quem, & quos allegauimus ſupra
numero 2056. docuit Bar. magiſter omnium in l. lega-
tis. ff. de legat. 3. numero 4. per text. in l. prima, §. licet,
ſeu potius, verſic. licet, vet. omnes negociationes, ff. de
2062 tribut. act. ſed non per hæc prohibitus exercere † ali-
quod negocium, quod expleri dicitur per mercatorem,
non cenſeatur prohibitus, ſi ſemel illud exerceat, quia
ſi per vnicum actum non dicitur mercator, tamen con-
trauenit legi, & pęna actus prohibiti committitur per
2063 vnicum actum; quando faciens ex ſe ipſo † cum de-
licto facit, prout & mercator officialis, qui ſi ex ſe ipſo
mercatur, tamen cum delicto negociatur ſtante pęnali
prohibitione.

2064 Sed ſi aliquis ſine delicto negociaretur † ex ſe ipſo,
ſemper requiritur frequentatio, vt mercator vocari poſ-
ſit; ita ſingulariter Bar. loco citato, concluditur itaque
2065 officialem vnicum actum † mercaturæ exercentem
teneri ad pęnas legales, quia cum delicto ipſe exer-
cuit.

Tertia autem reſtrictio adducta per Nouarium ſine
lege probata, eam veram exiſtimo circa fructus, quos
2066 officiales † colligunt ex fundis proprijs fructuoſis,
nam eos vendere poſſunt ad libitum, quia ſpecies mer-
2067 caturæ non erit, eo quod mercator dicitur, qui † rem
emptam immutatam, ſubſtantia, loco, & tempore pro
lucrandi cauſa reuendit, ad text. in cap. eijciens, diſtin.
88. & adnotant Feder. de Sen. conſil. 207. numero ſe-
cundo, Abb. in capit. vltimo in fine, ſub numero 14. de
vit. & honeſt. cleric. & Sot. de iuſtit. & iur. libro 6. quæſt.
ſecunda, artic. ſecundo, verſic. pro quæſtionis, & hæc di-
2068 citur mercatura † prohibita certis perſonis: vendere
idcirco fructus rei fructuoſæ, non eſt reuendere id, quòd
primo loco fuit emptum.

2069 Sed eſt venditio rei, † quæ differt ſubſtantia, & mu-
tatur omni eſſentia ab illa re, ex qua fructus venditi na-
ſcuntur, ita etiam exiſtimo, ſi vendat officialis fructus,
quos colligit ex animalibus proprijs, dummodo ani-
malia non emiſſet ad exercendam hanc induſtriam,
2070 quia † hic actus induſtrioſus vtiq. per regiam pragm.
12. de officialibus prohibetur.

Infertur enim ex hac reſtrictione, quod officiales li-
cito iure emunt animalia pro illis reuendendis iuſto
pretio, & carius, dummodo officiales haberent propria
2071 nemora, † vt ibidem ſues empti, pinguefierent, ſeu
ſaginentur glandibus, aut propria paſcua, vt ibidem ſa-
ginẽtur animalia vaccina, nam ſi emerent officiales ani-
malia, vt in dictis locis depaſcerent, & demum reuen-
dant tunc licitè facerent, quia non ſolum non diceren-
2072 tur mercatores, † eo quod animalia empta reuen-
dunt mutata tempore, & alijs qualitatibus. Sed etiam
non dicerentur induſtrioſi quia hoc faciunt, vt fructus
bonorum ſtabilium commodius, & magis fertiliter, &
2073 largiter colligerentur, quodque in Regno † exerce-
tur, vt plurimum per officiales habentes feuda conſi-
2074 ſtentia in his paſcuis, † probat hoc Riccius citato
loco, in clericis; his tamen rationibus non conſideratis.

Barones autem an valeant mercaturam cum vaſal-
lis exercere, eoſque poſſe defendit Domin. Capiblanc.
Compater meus ad pragm. 1. de Baron. nu. 346. quam-
uis

uis hanc illicitam mercaturam dicat, ſed validam, num. 35. putans ſic loqui erudítiſſimum Rouit. ad pragm. 1. de mercat. official. prohib. num. 7. aut ſaltem ſic voluiſſe loqui, at ego dico omninò prohibitam eſſe mercaturam Baronibus cum vaſallis, tum ex tex. l. 3. C. de commerc. citato per eruditiſſ. Rouit. qui clarè hoc decidit; tum quia maior ratio prohibitionis concurrit, eo quia ratione impreſſionis & iuſti metus prohibitio in officialibus ſancita fuit; vt ſuperius num. 2038. probauimus, quæ fortius militant in huiuſmodi, cum cauſa impreſſionis & iuſti metus magis proxima ſit vaſallis quam ſubditis officialium, vt ſatis notum eſt, itaque intelligi Doctiſſ. Rouit. dijudico.

Nobiles autem nec mercari nec negociari valent, & cōſequenter, nec cambia exercere Strach. de mercatur. parte 2. num. 17. & Scaccia d. limit. 17. nu. 20.

Declaratur concluſio non procedere in contracti-
2076 bus † celebratis per Nobiles pro eorum vſu, & commoditatibus abſque negociatione.

Declaratur ſecundo, vt ea non procedat quo ad irritationem, & annullationem contractuum mercimo-
2077 nialium †, quos faciunt nobiles occaſione mercaturæ; ſed ſolummodo operatur nobilitatis amiſſionem, quia tales inter nobiles amplius reputari non poſſunt, vt ex Bal. Strach. & alijs declarat Scaccia d. limitat. 17. num. 21.

Ex hac ſecunda, declaratione infert Stracha d. parte 2. nu. 17. ad illam ſatis ventilatam quæſtionem, & deci-
2078 dendo dicit, mercaturam † nobilitati derogare, quodque probat par. 3. num. 14. per tex. in l. nobiliores C. de commerc. & Mercat. vbi Imperator connumerat
2079 mercatores inter plebeios, † & contrarium defendētibus reſpondit Stracha authoritate Ciceronis diſtin-
2080 guentis mercaturam † magnam, & copioſam à tenui, quarum primam nobilem, ſecundam verò ſordidam dicentis.

Eandem opinionem ſequitur Tiraquel. de nobilitat. cap. 33. toto, qui omnibus alijs copioſiſſimus; congerit
2081 authoritates † omnes, tam mercaturam deturpantes, quam laudantes, & amplectentes taliter, quod nihil addendum inuenitur, & inter amplectentes eam,
2082 ſeu inter exercentes illam propoſuit † Tarquinium Priſcum, Veſpaſianum, Pertinacem, & alios Romanorū Reges, & Imperatores, ac aliarum prouinciarum Reges, quibus non obſtantibus num. 20. conſtanter authoritatibus quam plurimis, mercaturam nobilitati derogare tenet, contraria ſingulariter ſoluens, eandemque
2083 opinionem † tanquam receptiſſimam, & veriſſimā ſectantur primo loco Guid. Papa deciſ. 196. tota, & nouiſſimè Stephan. Gratian. diſcept. Forenſ. tomo 1. capitulo 186. num. 25. Scaccia citata ſæpius limit. 17. nu. 20. & ſeq. & Dom. Philip. Paſchal. de vir. pat. poteſt. par. 4. cap. 2. num. 44. & ſeq. idemque.

Sequitur (miſcendo mercaturam cum alijs officijs
2084 † inhoneſtis, & viliſſimis exercitijs) Ioann. Otalora de nobilit. 5. par. princip. capit. 2. num. 2. ver. reliqui verò, quorum opinionem veriſſimam dijudico, & omninò rationabilem, quam ego probabo, vna tantum ratione ſcilicet, omiſſa definitione Nobilitatis, & alijs deſcriptionibus, quas congerunt, poſt Bar. in l. 1. C. de dignit. Clytoneu. Tiraq. Ferdin. Mexia & Otalora in eorum nobilitatis tractatibus; dico, Nobilitatem appel-
2085 latam fuiſſe à Noſcibilitate †, quaſi nobiles sūt, quia generis claritate, & geſtorū virtute & alijs moribus noti ſunt hominibus, & ſic deriuata eſt nobilitas à notione, & à verbo noſco: vnde Virgilius.

Eſt locus Italiæ medio ſub montibus altis
Nobilis, &c. ideſt notus. & Martialis
Vare Parethonias latias modo, ritè per vrbes
Nobilis & centum dux memorande viris.
Ac & idem poeta
Proſtratum Nemæs & vaſta in valle Leonem
Nobile, & Herculeum fama canebat opus.
& Ouidij
Quid ſi legitimum flueres ſi nobile flumen
Si tibi per terras maxima fama foret.
& Horatij
par nobile fratrum.

2086 Et èconuerſo ignobiles † pro ignotis antiqui intelligebant, vt inter alia exempla, ſunt penes Virgil. eglo. 9. & Ænæid. lib. 7. nempe.
Si valeam meminiſſe, neque eſt ignobile carmen
&
Solus vbi in Siluis Italis ignobilis æuum.

2087 Ac etiam è diuerſo ignotos † pro ignobilibus vſurpauit idem Virgilius lib. 5. Ænæid.
& claſſe ſubegit
Amiſſa ſocios ignotæ linquere terræ
Nec non & Georg. lib. 4. ibi
Nam ſæpe fauos ignotus edidit
Stellio.

Quibus in locis ſeruius interpretatur ignotus ideſt
2088 † ignobilis, idemque adnotatur penes Horatium Saty. 6.
Vt plerique ſolent naſo ſuſpendis adunco
Ignotos, vt me libertino patre natum.

2089 Imò penes pleroſque verbum hoc, nobilis, † & ad eos, qui propter ſcelera noti ſunt relatum inuenitur, vt penes ſanct. Hieronymum in Heluldium Hæreticum; nobilis factus eſt ſcelere, & Demoſthenes ad Laidem
2090 † meretricem Corinthiam decem millia drachmarum (illius temporis, & loci monetarū currētium) pro vnius noctis congreſſu poſtulantem, ideo ortum habuit illud vulgatum elogium; non ſcilicet omnibus datum
2091 † eſt adire Corinthum; dixit itaque Demoſthenes, ego non emo tanti pœnitere ob elegans meretricium & nobile Scortum, ideſt notiſſimum Scortum; vt hæc, & alia infinita exempla congerunt Tiraquell. de nobilit. cap. 2. toto, & Otalora de nobilit. parte 2. capitulo 4. numero 4.

2092 Itaque qui opibus, virtutibus, aut genere † alios anteceſſerunt, ſic noti, nobiles vocantur, eo quod noſcuntur ob allegatas virtutes, at ſi mercarentur, aut negociarentur, noſcerentur per mercaturam, & per negociationem, non autem per virtutes, quia negociatio & mer-
2093 catura non ſolum † non connumerantur inter allegatas virtutes, ſed tanquam penitus à virtutibus diſtinctæ, connumerantur inter viliſſima, & inhoneſtiſſima exercitia, vt probauimus cum Otalora, ſuperius num. 2084. & vt latius docet Tiraq. d. capit. 2. de nobilit. ac
2094 inter † homines inferioris conditionis negociantes numerari, aduertit Doctiſſ. Auendan. de exequend. mandat. par. 1. cap. 19. ante num. 19. idcirco per no-
2095 ſcibilitatem, nobiles diuiduntur † à mercatoribus, & à negociatoribus.

Limitatur tamen hæc communis, & recepta illatio facta per Stracham, & per nos citata ſupra num. 2078. cum nonnullis ſequent. pluribus modis, & primo limitatur

2096 tatur nõ procedere † in nobilibus negociantibus per
intermediam perſonam, quo in caſu negociatio, & met
catura nobilitati nequaquam derogat, ita Stracha lo-
co citato num. 17. poſt Alciat. de præſumpt. reg. 1. præ-
ſumpt. 48. num. 10. authore Alberico in l. humilem C.
de inceſt. nupt. Tiraq. de nobilit. cap. 27. num. 7. vſque
ad finem capitis, & Paſchal. loco cirato num. 46. allega-
tis Alber. & Alciat. tantum.
2097 Contra hanc limitationem † videtur facere illa ſin-
gularis, ſed ſatis vulgata regula deſumpta ex tex. l. 1. §.
deieciſſe ff. de vi, & vi arm. l. non ideo minus C. de ac-
cuſat. c. mulieres de ſent. excom. & leg. is damnum ff.
de reg. iur. & regula finaliter, qui per alium de reg. iur.
in 6. cum alijs concord. nempe qui per alium mercatu-
ram facit, & ipſe facere videtur.
2098 Sed limitationem eſſe veram † reſpondent Alciat. &
Tiraq. locis citatis per gloſ. in clement. 1. de vit. & ho-
neſt. clericor. in verb. publicè, & perſonaliter, dicentes
demum nobiles per alium exercentes mercaturam, li
cet ipſi non amittant nobilitatem, tamen eos omninò
culpa non vacare.
Secundò reſpondebitur verum non eſſe ſemper, quod
2099 † qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur, quia
ſi indiſtinctè verum foret, ſequerentur abſurda magna,
eo quod ſerui famuli, & omnes actu ſeruientes nobili-
bus, nõnulla ſordida, mechanica, & omninò vilia exer-
cent in eorum officijs diuiſis, & quandoque fetida, &
tamen iubentibus dominis exercent prædicta, nec quiſ-
piam diceret, dominos nobiles feciſſe; & dictas regulas
regulariter tantum procedere, & non ſemper veras,
2100 † patet ex dictis per Din. & Dec. in regulis, qui per
alium &c. & is qui damnum ſuperius allegatis, & in ter-
minis Tiraq. de nobilit. cap. 27. num. 7. vſque ad finem
capitis.
Limitatur ſecundo, in locis vbi adeſt conſuetudo ne-
gociandi, & mercandi etiam per nobiles, & per illam
2101 conſuetudinem ſit ſeruatum, nobilitati † non dero-
gari, per mercaturam, quia ex loci conſuetudine, & ho-
minum, illius loci, opinione, dignoſcitur commercium
eſſe nobile, aut ignobile, prout Venetijs, Florentiæ, &
Anchonæ inter honores, & nobilitates mercaturam re-
putari, teſtatur Stracha de mercatur. d. par. 2. num. 18.
idemque firmant Alciat. in d. l. mercis ff. de verb. obli-
gat. Tiraq. de nobilit. cap. 10. vbi infinitis adductis hoc
probat quamuis cap. 27. num. 13. nonnullorum autho-
ritate referat hoc in caſu etiam aliquantulum nobilita-
2102 ti † derogari, eandemque opinionem ante hos pro-
bauit Affl. in cap. 1. tit. quis dicatur dux colum. 7. verſ.
2103 Sed hoc fallit, vbi probat in Regno nequaquã † de-
rogare nobilitati mercaturam, quicquid ex domeſticis
authoribus aliud dicat Otalora de nobilit. par. 5. princ.
cap. 3. num. 4. vbi Neapolitanos nobiles dicit otio in-
2104 tentos † ſedendo, & oſcitando, ex ſuis poſſeſſionibus
vitam degentes, nefas eſſe viro nobili exiſtimantes, ſi
rei ruſticæ, aut ſuis rationibus cognoſcendis, operam
2105 ipſi darent, ſedentes in atrijs † in hemicyclis, aut e-
quitando tempus terunt, etiam ſi improbi abſurdique
fuerint, dummodo priſcis domibus orti nobiles, ijdem
ſe profitentur, mercaturam vt rem turpiſſimam viliſſi-
2106 mamque † exhorrent, adeo faſtu nobilitatis tumẽt,
vt quantum vis egenus, atque inops ſit, citius fame
intereat, quam filiam vel opulentiſſimo mercatori ma-
2107 trimonio collocet †, mauultque, furtis, & latroci-
nio, quam honeſto quæſtui vacare, hæc Otalora loco
citato, dicens hoc habuiſſe ex domeſticis authoribus;
Sed pace ſua, & authorem, à quibus eum habuiſſe teſta
tur, in his enim Otalora applaudit vocibus, ſed mordet
2108 † dentibus aculeo curuato, veritatem eorum, quæ
ſcribit ignorans, eo quod nobiles, præcipuè Neapolita-
ni quaſi omnes vacant equitando magnates, principeſ-
2109 que magnos aſſociando, & nonnulli † ſolum eorum
introitibus contenti exhorrent mercaturam; attamen
ditiores ex his, quaſi omnes induſtrioſis, & lucroſis ne-
gociationibus quandoque per alios, quandoque per ſe
ipſos vacantes, inſpecta negotij qualitate; ditiſſimi
fiunt; Sed collocare eorum filias mercatoribus, vel alijs
nobilia exercitia non agentibus veriſſima eſt relatio, eo
2110 quia † negant hoc omninò facere, niſi mercator ille
ſit ditiſſimus, & nobilioribus actionibus vacet, inſuper
in omni loco, omnique prouincia reperiuntur nobiles
2111 quidam, qui † potius ſceleſtis vacant actionibus, &
depauperantur, quam honeſto quæſtui vacare; in Re-
gno itaque ſeruatur conſuetudo citata per Affl. vbi ſu-
pra, prout ſeruatur in nonnullis partibus nempe Ianuæ
ac in alijs Italiæ partibus, eo quod experti ſunt Nobi-
2112 les †, vt eorum ambitioſis actionibus, luxu plenis,
ſatisfiat; ſolitos introitus non ſufficere, ideo ſe non ſo-
lum immiſcent mercimonijs fieri conſuetis, & hone-
ſtis negociationibus, ſed neutiquam dedignantur vi-
liſſima, & ſordida exercere mercimonia, vt inde extor-
quendo lucrifaciant, adeo quod nefas eſt turpia, quæ
continuò in hoc Regno eueniunt enarrare, cum Nobi-
les, & ſi eorum generis ſplendore, ac titulo eminentiſſi-
2113 mo, ſatis † nitantur, tamen his & alijs prætermiſſis,
nihil turpius omittunt, vt quæſtum quærant, lucrumq;
acquirant, imò vt vilius emant, cariuſque poſtmodum
2114 reuendant; peregrinos negotiantes † per eorum do-
minia tranſeuntes fugant, eiſdemque timenda minan-
tur, nam & ſi dignitates exoptant, & quæſtuaria popu-
2115 laribus † prohibent, nihil boni remanet, quo infe-
riores homines coutantur, ſi id totum per Nobiles vſur-
2116 patur; Non mirum ideo ſi inter † populares, & no-
biles diſcordia oriatur Bal. in l. per adoptionem ff. de
2117 adopt. nobiles enim ſunt † ſuperbi, guloſi, luxurio-
ſi, & ſubditorum oppreſſores, meritò ignobilitantur,
cum Nobilitas illa dicatur, quæ animum bonis moribus
ornat, virtutibus ideo abutentes nobiles dici, nequeũt,
imò duobus comitantibus vitijs continuò Nobilitatis
2118 ſplendor deturpatur, nempe † honorum appetitus
in exceſſu, & aliorum deſpectus; Ægid. lib. 1. de Regim.
2119 princip. par. 3. Nobiles verò nullatenus † obliuiſcan-
tur, magnanimitate, politica, docilitate, & affabilita-
te, vti, vt Nobiles dicantur, ac curent filijs eorum na-
2120 ſcituris dare matres † nobiles, virtuoſaſque cum ex
nobilibus, & generoſis matribus deſcendat in filios ima
go quædam virtutis maternæ impreſſa filiorum ani-
mis, prouocanſque illos ad virtualiter agendum; meri-
2121 tò inquam, Liciorum † lege cauebatur, filios ex ma-
tre nobili, licet ex ignobili patre natos, nobiles, & gene-
roſos vocari, quamuis forma generationis paternę, po-
tentior ſit, c. fin. 32. quæſt. 4. & l. fin. C. de ſeru. fugit,
nonnulli enim matrum nobilium denominationem
2122 aſſumunt, prout † & Ieſus Chriſtus Dominus no-
ſter, qui dicitur filius Dauid ex parte ſanctiſſimę matris,
C. nouit. de iudic. & Otalor. de Nobilit. par. 2. cap. 2.
2123 num. 6. Nobilitas itaque, † ſi vitijs defloretur, eue-
niunt ruina, & domorum deſtructiones, ac Reipubli-
cæ ſtatus euerſio, aliaque maiora, vt aduertit Bar. in l. ſi
diuortio.

2124 diuortio.ff.de ver. obligat. demum † grauamina &
alia quibus pauperculi vaſalli affliguntur per nonnullos
Nobiles feudatarios in hoc Regno, quis enarrabit? pu-
tant illi omne quod vaſalli acquirunt eis acquiri, pu-
tantque eoſdem ſeruos non vaſallos eſſe, dilacerationes,
2125 † ludibria & peiora, quibus defatigantur vaſalli ſub
ſilentio prætereo, meritò mala præcitata eueniunt, vt
citra Bar. in d. l. ſi diuortio comprobat Iacob. de Aret.
in l. generaliter §. ſpurio ff. de decur. imò ob penuriam
2126 perſonarum † aliquando nobiles ad ignobilium ob-
ſequia coarctantur, & è contra ignobiles ad dignitatum
2127 loca ob defectum nobilium virtuoſorum † admit-
tuntur; At non negatur quandoque populares homines
ob naturalem inuidiam inſitam, quam habent contra
2128 nobiles, † optant nobilitatem extinguere, taliter vt
nunquam, aut rarò inter tam diſſimiles animos, bene-
uolentiæ, & charitatis conſenſus reperitur, prout horũ
dictorum quãplurima congerit Ioſeph Seſſ. deciſ. Arag.
tom. 1. deciſ. 8. ante num. 27. cum ſeq.

Limitatur tertio, in nobilibus, magnam, & eximij
2129 † valoris mercaturam exercentibus, qui ex hoc no-
bilitatem eos non amittere, reſponderunt Afflict. loco
citato, Tiraquell. de nobilit. cap. 33. num. 21. & Strach.
citatus ſupra num. 2079. & 2080.

Limitatur quarto, in illis nobilibus vendentibus
2130 † proprium triticum, vinum, aut oleum, ex quibus
negociationibus eorum nobilitati non derogari, reſpon
derunt Crauetta conſ. 163. Paſchal. citato loco nu. 45.
& Stephan. Gratian. etiam citato capite nu. 25. & ante
hos Abb. conſ. 6. dub. 2. lib. 7. & Dec. in c. Eccleſia ſan-
ctæ Mariæ col. pen. de conſt. dummodo ad vlteriora nõ
procedatur, ita Gratian. ibi, hancque limitationẽ pro-
bauimus iterum ſupra num. 2076.

Sed qualibus coutebatur, & coutitur exercitationi-
bus quiſque nobilis in ſua ipſius prouincia, vt per tales
2131 exercitationes non derogetur nobilitati † attenta
conſuetudine loci, ex Pogio in ſuo nobilitatis opuſculo
Ferd. Mexia in nobiliar. cap. 58. lib. 1. & ex alijs docet
Otalora de nobilit. in citata 5. par. princip. cap. 2. toto,
vt puta Romani, Neapolitani, Veneti, Genuenſes, Ger-
mani, Galli, Angli, ſeu Britanni, Græci, Aegyptij, Teu-
cri, & Sarmatæ, & Inſulani occidentales in occurrenti
eum conſulas.

Redeundo itaque ad inſtitutum, ſubſequuntur cleri-
ci, vt ſequamur ordinem promiſſum ſupra num. 2020.
2132 clericos autem † non poſſe negociari, & mercari paſ-
ſim Sacri Canones prohibuerunt, quorum loca conge-
runt Stracha de mercatur. par. 3. num. 4. cum multis
ſeq. Scaccia de commerc. & camb. citata quæſt. 7. par.
2. ampliat. 10. num. 7. Molin. de contract. diſput. 342. &
Molfeſ. de contract. cap. 4. nu. 126. & alij innumeri pe-
nes eundem Molfeſ. citato loco.

Quam conclnſionem adeo veramdicunt infra citan-
di Doctores, vt contractus celebrati per clericos ſint
2133 nulli † tanquam facti contra diſpoſitionem Sacro-
rum Canonum, ita Port. conſi. 16. num. 41. & ſeq. Re-
doan. de ſpolijs quæſt. 2. nu. 87. & ſeq. & Graff. parte 2.
deciſ. lib. 3. cap. 2. nu. 23.
2134 Sed contractus eſſe validos, † verius dixerunt poſt
alios Molin. d. diſput. 342. num. 1. & alij, quos probat
Carol. de Graſſ. de effect. clericat. effect. 6. num. 16. &
17. imò contrarium dicentes gratis dicere, & ſine ratio
ne teſtatur Molfeſ. d. cap. 4. num. 128. qui aduertit ve-
2135 rò, hos clericos negociantes † puniri per Cameram
Apoſtolicam, & ſic in qualibet prouincia Chriſtiani or-
bis per Nuntios, & collectores, vt idem Molfeſ. notat
in ſumma tract. 6. cap. 10. num. 60. & per Reuerendiſ-
ſimos Nuntios mulctantur in bonis,
2136 Clericos autem in aliquibus validè † negociari penes
infraſcriptos authores probatur nempe & primo cleri-
2137 cum in minoribus † poſſe negociari, & mercari pro-
ut & laicum, ſecundo clericos in ſacris vtique negociari
poſſe in infraſcriptis; ratione ſcilicet neceſſitatis,
2138 † nempe ſi talis clericus fuiſſet adeo pauper, vt non
valeret vitam tranſigere, niſi negociaretur licitè, & ſine
2139 fraude; tertio ſi clerici † in ſacris haberent curã per-
ſonarum miſerabilium ex lege, vel conſuetudine, vt pu-
2140 ta minorum & viduarũ, quarto, ſi emiſſent † aliquas
res pro vſu proprio, propriaque commoditate, & deniũ
adueniente neceſſitate, vel aliqua alia cauſa iuſta dictas
res reuenderent, quinto, quando per intermediam
2141 † perſonam negociarentur abſque ſcandalo, & ali-
qua interueniente iuſta cauſa, vtputa ad commodius
& honeſtius ſuſtentandum, ſexto, quando negociatio
2142 † eſſet admixta cum artificio quod euenire pluribus
modis ſolet, vt apud citandos authores videtur, ſeptimo
2143 quoties conducerent † poſſeſſionem aliquam ad cul
turam, vt honeſtius cum eorum familia viuerent, aut
2144 ad culturam darent, octauo ſi iſti † clerici emerent
animalia, vt depaſcerent in proprijs paſcuis ad hoc, vt
eiſdem bene ſaginati, & pinguibus; aut partus facienti-
bus, ijdem carius vendantur, ſed iuſto pretio, abſque
tamen fraude Sacrorum Canonum, ita poſt Molin.
Boich. Ferrett. Redoan. Nauarr. Malder. & alios latius
probant Reginal. in ſua prax. lib. 25. num. 325. §. ſe-
cunda ſi abſit Modern. in praxi Archiep. Neap. cap. 63.
Salas de empt. & vendit. dubit. 2. num. 7. & ſeq. Carol.
de Graſſ. d. effect. 6. & alij, quos probat Molfeſ. d. cap. 4.
num. 129. vſque ad num. 139.

Sed elegantiori modo, magiſque notabiliter declara-
buntur prædicta, nempe negociationem diſtinguendã
2145 † eſſe in triplicem ſpeciem, ſcilicet prima dicitur œ-
2146 conomica, † quæ fit ad ſuſtentandum ſe, & domum
ſuam, prout neceſſitas poſtulauerit, ſecunda, dicitur
2147 negociatio politica, † cuius finis eſt publicis populi
neceſſitatibus ſuccurrere & hæc publicis adminiſtrato-
ribus, & Gubernatoribus conuenit; tertia dicitur nego-
2148 ciatio lucratoria, † qua ſcilicet aliquis emit, vt illud
poſtea carius vendat, & hęc 3. negociatio dupliciter fit;
primo modo quando emptor rei rem, quam emit, ſua
2149 induſtria, † ſuoque artificio mutat, & meliorat, &
2150 demum carius vendit: ſecundus † modus quando
emptor emit vt carius vendat nulla induſtria, nulloq;
artificio adhibitis, & hæc propriè dicitur negociatio:
itaque clericis in ſacris conſtitutis prohibent Sacri Ca-
2151 nones † ſecundam ſpeciem, & ſecundum modum
tertiæ ſpeciei negociationum, per innumeras authori-
tates, infinitiſque allegatis, & adductis per doctiſſimũ
Sigiſm. Scacciam in ſæpius citata quæſt. 7. par. 2. am-
pliat. 11. nu. 7.
2152 Et ſi clerici valeant exercere contractus † cambiorũ,
ſeu quamlibet negociationem lucratoriam per inter-
mediam perſonam, vt probatum fuit ſupra nu. 2141.
& probant Molin. vbi ſupra nu. 10. Nauarr. in Manual.
confeſſ. cap. 25. num. 111. ac alijs quos citat Molfeſ. d.
cap. 4. num. 134. pro honeſta tamen eorum ſuſtentatio-
ne, vt prædicti Doct. & Malder. de Graſſ. Salas & no-
uiſſ. ad prax. Archiep. relati per Molfeſ. ac Menoch.
conſ.

conſ. 122. nu. 4. & ſeq. Hariquez & Hartam quos pro-
bat Riccius in prax. Archiep. deciſ. 375. nu. 6. in pri-
ma impreſſione: tamen eadem ratione valent exercere
2153 cambia †, ita Fabian. de camb. initio nu. 45. & 46.
Ioan. Baptiſta Cauat. de camb. tit. de dante in princi-
pio, & Scaccia d. ampliat. 11. num. 6. dummodo non
dent ſcandalum, neque à cultu diuino diſtrahantur, nec
pro ſe ditando faciant.
Religioſi autem clauſtrales, qui paupertatem, & cō-
munem vitam profeſſi ſunt, & nihil proprium habere
2154 poſſunt actiuè, & paſſiuè prohibentur exercere nego
ciationes, & mercaturam, & proinde nec cambia con-
trahere, Fabian. in proximo citato loco verſ. nona, Ca-
piſtran. & alij, quos citat Scaccia d. limit. 17. num. 23.
2155 & alibi, eo quia nō habent nec velle, nec nolle, † ideo
contrahere non poſſunt independenter ab eorum Præ-
2156 latis, taliter quod contractus factus † ab iſtis abſque
eorum Prælatorum licentia claudicant, donec videatur,
ſi ſint contra monaſterium, ita Innoc. Abb. & alij in
* c. quanto de offic. ordin. quorum communem opinio-
nem dicit Molin. de iuſt. & iur. tract. 11. diſputat. 140.
verſ. item ex contractu, Reginal. d. lib. 25. nu. 159. Me-
gal. 2. 2. inſtit. confeſſ. lib. 2. cap. 5. num. 145. & ſequ.
& Molfeſ. d. cap. 4. de contract. tit. de religioſis num.
108. & 109. ac omnes alij penes Megal. & Reginal. ita-
2157 que ſi cambium, aut alter alius contractus † fieret
per clauſtralem, qui fuerit vtile, aut vtilis monaſterio,
valeret in beneficium monaſterij, quamuis ille contra-
ctus celebraretur abſque licentia prælati. Attamen reli-
2158 gioſus † peccaret & puniretur, ita omnes præcitati
Doctores.
Quorum occaſione haud inutiliter quæritur, an con-
2159 tractus, & cambia † licitè celebrari valeāt in Eccle-
ſia, & ſecundo an validè celebrentur diebus feſtiuis; in
prima inſpectione huius quæſiti concluſiuè reſpondeas;
quod quamuis dicatur, & notetur penes D. Matth. 21.
ſub num. 12. & 13. vbi ſcriptum reperitur Dominum
Saluatorem noſtrum eieciſſe ementes, & vendentes de
templo, quodque iterum enunciatur in c. quid eſt in
fine 88. diſt. & in c. 2. in fine de immu. Eccleſ. in 6. vbi
2160 Doct. omnes notant; contractus † illicitè fieri in
Eccleſijs, & locis pijs quæ loca deſtinata ſunt ad oran-
dum, vt idem notarunt Doct. in d. c. 2. Ant. de Roſell.
Medin. Conrad. Capiſtra. Salon. Sot. & Tolet. quos
probat & ſequitur Scaccia de commerc. citata quæſt. 7.
2161 par. 1. num. 60. tamen contractus † celebratos & cā-
bia exercitata in huiuſmodi locis valere, reſponderunt
ijdem præcitati Doctores, ac & gloſ. in d. cap. decet 2.
de immun. Eccleſ. in 6. ver. proceſſus, Sot. Tolet. & alij,
quos probat Megal. citato cap. 5. num. 248. quos etiam
probat nouiſſimè Molfeſ. d. cap. 4. tit. de negociatione
num. 142. vbi communiter teneri teſtatur, quodque du
bitationem non habet, vt penes omnes præcitatos Do-
2162 ctores habetur; bene verum erit, negociantes † in his
pijs locis mortaliter peccare, vt penes eoſdem habetur,
cum infraſcriptis declarationibus, tamen.
Primo declaratur vltimum dictum notatum ſupra
num. proximo ſcilicet, negociantes nequaquam mor-
2163 taliter peccare, ſi ipſi celebrarent contractus † pro
rebus extra Eccleſiam exiſtentibus, vt affirmant, &
verum dicunt Corrad. de contract. quæſt. 51. concluſ.
2. Medin. de reſt. quæſt. 30. art. 4. Sot. de iuſt. & iur.
lib. 6. quæſt. 2. art. 2. Ang. in ver. negociatio num. 2.
Silueſt. in eodem ver. quæſt. 2. & Molina de contract. di-
2164 ſput. 344. num. 3. quamuis iſti ſic negociantes † ve-
niali culpa non carerent, vt penes Molinam habetur de
mente omnium præcitatorum Doctorum, prout & ſi
2165 caſu aliquod negocium † expleretur in Eccleſia, vel
aliqua res venderetur, quæ caſu reperiretur in Eccleſia,
2166 aut tertiò, ſi venderentur † candelæ, vel aliæ res mo-
dici valoris deſeruientes pro cultu diuino, quibus in ca-
ſibus venialiter tantum peccaretur, verum ſi id fieret di-
2167 uini cultus intuitu, & ſine ſtrepitu † negociationis,
etiam veniali culpa ementes, & vendentes carerent, vt
adnotat Molina d. nu. 3. dicens ex Silueſtr. & alijs cita-
tis melius eſſe, vt extra Eccleſiam hæ negociationes fiāt,
inſuper ex Card. Tolet. de inſtruct. Sacerd. lib. 8. capit.
53. verſ. quinto ratione, & ex Corrad. ſuperius addu-
cto notat Scaccia d. quæſt. 7. par. 1. num. 60. in fine, il-
2168 los tūc mortaliter peccare negociātes † in diuinis tē-
plis, quando per eos exercerentur nundinæ, ac reliquæ
nummulariæ, vel quæuis aliæ negociationes ad nundi-
narias ſpectantes, at ſi ſecus, venialiter tantum pecca-
2169 retur, quodque veriſſimum † ante Scacciam, & To-
let. dixit Molina loco proximè citato, per quem ſingu-
lariter refertur euidens ratio, & referuntur modi, qui-
bus huiuſmodi cum lethali, aut veniali culpa exercen-
tur, ſed de his meum non eſt diſſerere, propriumque
Theologorum erit.
Secundò declaratur, non procedere concluſionem
firmatam ſupra num. 2162. interueniente aliqua iuſta
2170 cauſa † examinanda per prudentem confeſſarium,
quia tunc illa concurrente, neque venialiter peccaretur,
Sot. Megal. Tolet. & alij relati per Molfeſ. & quos pro-
bat. d. cap. 4. tit. de negociatione num. 142. ſed de his ad
Theologos me remitto.
Quo autem ad ſecundam inſpectionem, & ſic ratio-
2171 ne temporis, contractus, & negociationes † poſſe ce
lebrari licitè in diebus feſtiuis videntur reſpondere Spe-
culat. de fer. §. ſequitur num. 5. Abb. in c. vltimo eod.
titulo ſub num. 16. Bertach. de Epiſcop. lib. 1. num. 18.
verſ. ſed quæro, Marant. in eius ſpeculo par. 4. diſt. 16.
* num. 86. & par. 6. actu. 10. ſub num. 39. communem ac
veriorem dicit Mandoſ. tract. de commiſſ. comm. 13.
verſ. quinto quæro, quos omnes citat, & ſequitur Scac-
cia de iudic. cauſ. ciuil. lib. 2. cap. 5. num. 108. ac omnes
docere teſtatur Molfeſ. d. cap. 4. num. 144.
Contrarium videntur firmare; ſcilicet quod contra-
2172 ctus, † & negociationes licitè non fiunt diebus feſti-
uis; Corrad. citato loco Sot. de iuſt. & iur. citato art. 2.
concluſ. 5. Medin. tit. de reb. per vſur. acquiſ. quæſt. 5.
col. 4. verſ. verum, & omnes citati per Reginal. d. lib.
25. num. 326. §. quintus modus Megal. citato cap. 5.
num. 246. ac alij penes Molfeſ. tum in ſumma tract. 11.
cap. 17. tum de contract. d. cap. 4. num. 143.
Sed facili negocio contrarietas ſuperficialis harum
duarum opinionum tollitur, & opiniones relatæ in vnā
2173 reducuntur, eo quod dicentes † contractus validos
in diebus feſtiuis admittunt eſſe illicitos, & dicentes il-
licitos non negant, imò affirmant eſſe validos, ita no-
tatur penes omnes præcitatos authores, nam dicentes
illicitos eſſe contractus, & negociationes in diebus feſti-
uis celebratos, dicunt hoc quo ad culpam lethalem, aut
2174 venialem, non autem quo ad contractus nullitatem,
vt poſt omnes latiſſimè de omnibus operibus prohibi-
tis diebus feſtiuis, docet Molfeſ. in ſumma tract. citato
11. cap. 17. toto, qui demum quando liciti ſint contra-
ctus, quādo verò illiciti diebus feſtiuis, celebrati, ſtandū

eſſe

2175 eſſe conſuetudini, † dicit tract. de contract. d. cap.
2176 4.nu.143. in fine, & quod contractus valeant, † ſed
peccatum non euitatur, in ſpecie ſic declarat Scaccia de
iudic. cauſ. ciuil. cap.5. citato, num.109.
* Modificatur hæc communis conciliatio, vt ea non
procedat in contractibus iuratis, quia iuramentum
2177 † prohibetur interponi die feſtiuo ad tex. in c.1. de
fer. notatque Abb. in citato c.fin. eod. ſub num.18. &
admonet in terminis Marcheſ. de commiſſ. par.1. com-
miſſ.1. relaxat. iur. capit.3. ſub num. 13. & 14. quem
probat Scaccia in proximo citato loco num.108. verſ.
aduerte, firmant Suarez lib.2. de dieb. feſt. c. 30. num.
17. & 18. ac alij, quos etiam probat Molfeſ. in citato c.
17. reſponſione ſexta, num. 51. & per hoc inoleuit cō-
2178 munis vſus † petendi licentiam ſtipulandi hos iura-
tos contractus diebus feſtiuis à Vicarijs ordinariorum,
vt teſtatur Molfeſ. loco citato, & hoc adeo verum dicit
2179 Marcheſ. loco allegato, quod volens † venire con-
tra contractum iuratum, & die feſto celebratum, non
indiget iuramenti habilitatione, & relaxatione.

Modificatur ſecundò, tam conciliatio quam proxi-
ma primæ modificatio, vt vtraque non procedat in a-
2180 ctibus pijs, † & neceſſarijs, quæ deſiderant neceſſi-
tatem, ſeu celeritatem, quia in his interponitur iuramē-
tum abſque pœna inualiditatis, & peccati; vt in actibus
neceſſarijs notant Speculat. in citato §. ſequitur num.3.
& apertius num. 6. Abb. in cap. 1. ſuperius citato de fe-
rijs ſub num.9. Mandoſ. d. commiſſ. 13. verſ. quarto
quæro, Scaccia d. cap.5. num.74. & num.108. verſ. in-
tellige iſtam, & clarius num.110. ac pro indubitato fir-
mat Molfeſ. in citata reſponſ. 6. num. 51.
2181 Modificatur tertiò in Nundinis, quæ ſolent fieri †
ſemel bis, aut ter in anno iuxta conſuetudines diuerſo-
* rum locorum, nam iſtæ ex communi opinione vſu re-
cepta poſſunt expleri diebus feſtiuis abſque nullitatis,
& peccati pœna, & incurſu, vt teſtantur Sayr. Iodoc.
Suarez, & Reginal. quos probat Molfeſ. in ſumma d.
cap.17. 6. reſponſione num.47. vbi dicit ex dictis præ-
citatorum Doctorum citra ſcrupulum exerceri poſſe ex
2182 quadam † tacita prælatorum permiſſione, ex quorū
tolerantia fuit inducta hæc conſuetudo, verum poſſe
2183 prohiberi per ordinarios † non obſtante hac conſue
tudine declaratum fore per Sacram Congreg. Concilij,
teſtatur Megal. citato cap. 5. num. 251. itaque etiam
in his neceſſaria eſſet ordinarij licentia, vt celebratis miſ
2184 ſis exerceantur, ſed contractus † validos etiam abſ-
que licentia, dicit Molfeſ. citato cap.4. de contract. nu.
144. modo tamen, vt ſuperius declaratum fuit.

Quinto prohibetur cambium, & quilibet alius con-
2185 tractus † celebrandus cum hoſtibus populi Roma-
ni, & ſic reſpectu noſtri, cum hoſtibus noſtri inuictiſſi-
mi, & Monarchæ Regis Catholici, ad tex. in l. ita quo-
rundam de Iudæis, & Sarac. vbi Nauarr. not. 1. & 4.
Strach. de Mercat. d. par.2. num.40. Corrad. Sot. & alij
relati per Scacciam, d. quæſt.7. de commerc. par. 3. li-
mit.17. num.24. & latius Molfeſ. qui alios congerit in
ſumma d. tract.11. cap.2. num.20. quodque eſt grauiſ-
ſimum peccatum cum infidelibus negociari habens an-
2186 nexam † excommunicationem in Bulla Cænæ Do-
mini, ita Molfeſ. citato cap. 4. de contract. num. 140.
tit. de negociatione.
2187 Finaliter prohibentur cambire, & contrahere † Ad-
uocatus cum cliente & medicus cum infirmo, contra-
ctuſque hos ſemper reſcindendos data læſione in mino-
ri pretio, & non iuſto, ex parte clientis, & infirmi, illa
2188 ratione, nam infirmus febre † laborās, vel alio mor-
bo, pro ſanitate obtinenda, dicitur compulſus ad con-
2189 trahendum; & cliens litigans dicitur † infirmus mē-
te, facilè daret ſuum ob litis timorem, ad tex. in l. me-
dicus ff. de var. & extraordin. cognit. & gloſ. in l. quiſ-
quis §. præterea C. de poſtul. quibus mouentur decidē-
tes ſic articulum, Scaccia de commerc. d. quæſt. 7. par.
2. ampliat.19. num.124. & Paſchal. de vir. pat. pot. ci-
2190 tato cap. 4. parte 1. nu.11. ſin autem iſti pretio † iu-
ſto contraherent, valerent contractus & nullatenus re-
ſcinderentur, ita ex præcitatis authoritatibus notatur.

S V M M A R I V M.

2191 *Cambium non valet, ſi loco pecuniæ numeratæ dentur
merces, aut aliæ res extimatæ contra.2195. cum mul-
tis ſequentibus.*
2192 *Cambij pretium fortius quam in cenſu debet eſſe in pe-
cunia numerata.*
2193 *Cenſus nequaquam validè conſtituitur abſque pecunia
numerata reſolutio num.2202. cum ſeq.*
2194 *Regentis Valenzuelæ laus.*
2195 *Cambium factum de pretio mercium, aut aliarum re-
rum, vel de pecunia quouis modo debita ſine fraude, &
pretij iuſtitia intercedente validum.*
2196 *Contractus quilibet licitus, & iuſtus iudicatur ſi extre-
ma iuſtitiæ commutatiuæ in illo adhibita fuerint.*
2197 *Contractus validus iudicatur quando æqualitas dati,
& accepti interuenit.*
2198 *Iuſtitia commutatiua ſeruanda erit in omnibus com-
mercijs.*
2199 *Cambium habens iuſtitiæ commutatiuæ præſidium,
validum ſemper iudicatur.*
2200 *Campſor poterit dare cambio pretium receptum ex
venditione mercium, vel aliarum rerum per eundem
venditarum.*
2201 *Cambio dare vni, vel alio nullam rationis diuerſitatem
continet.*
2202 *Cenſus poterit conſtitui ex pretio rerum venditarum,
vel ex pecunia debita, idque quomodo intelligatur cum
multis ſequentibus.*
2203 *Contractus licitus, ſi tranſit in alium contractum æquè
licitum, ſemper admittitur ſubrogatio in pretio.*
2204 *Cenſus in foro externo validè non contrahitur abſque
pecunia numerata inſpecta Bulla Pij Papæ V. extendi-
tur etiam in foro conſcientiæ num. 2205. contra num.
2206. cum ſeq.*
2207 *Lex fundata in præſumptione non habet locum in foro
conſcientiæ, in quo veritas eſt in contrarium.*
2208 *Solutio capitalis in pecunia numerata requirtur ad tol
lendum præſumptas fraudes in conſtitutione cēſus, ideo
in foro cōſcientiæ aliter ſeruabitur, modo vt expēditur.*
*Cenſus conſtitutio requirit pecuniam numeratam pro ca-
pitali ad excludendum fraudes. ibidem.*
*Cenſus iuſto pretio, & bona fide conſtitutus in foro con-
ſcientiæ validus, etiam ſi capitale ex aliqua iuſta cauſa
dependeat. ibid.*
2209 *Cenſus conſtitutus abſque pecunia numerata, ſed ex pre
tio rei iuſte venditę ſanatur per Signaturam Romæ, Bul-
la Pij Quinti non obſtante.*
2210 *Cenſus in Regno conſtituitur ex pretio rei venditæ, aut
ex pecunia debita, non obſtante bulla.*

Doctores

2211 *Doctores dicentes in cenſu requiri pecuniam numeratam pro capitali intelliguntur quando non iuſtè dependeat capitale ex aliqua alia cauſa.*

Cenſus conſtitutus ex pretio rei venditæ, vel ex pecunia per prius debita non valet, ſi in pretio fuerit deceptio, aut læſio. ibidem.

2212 *Cambium magis ſuſpectum eſt cenſu.*

2213 *Cambium ſi habeat iuſtitiæ commutatiuæ requiſita licet ſit magis ſuſpectum, quam cenſus vtique dicitur licitus.*

2214 *Iuſtitia commutatiua locum habet in omnibus commercijs.*

2215 *Cenſus conſtitutus de pretio mercium in continenti vẽditarum inualidus.*

2216 *Mercator ſi conſtituat cenſum ex pretio mercium duplicatum commodum recipit.*

2216 *Cenſus conſtitutus ex pretio mercium duplex parit cõmodum emptori.*

2217 *Emptor cenſus ex precio mercium venditarum ſolet plus eſtimare pretium dictarum mercium.*

2218 *Cenſus ſi conſtituatur ex pretio mercium parit exemplum pernicioſum.*

2219 *Cenſus ſi ex pretio rei venditæ, conſtituatur prẹter ſui finem celebratur.*

2220 *Cenſus ſi conſtituatur ex pretio mercium datur occaſio mercatoribus conſtituendi cenſus, & deſerendi vendere merces minutatim.*

2221 *Mercator poterit conſequi plura lucra etiam reſpectu vnius contractus, ſi lucrum ex diuerſis cauſis acquirat.*

2222 *Mercator non poterit plura lucra exigere pro vno titulo, vnoque obſequio.*

2223 *Cambium validum quamuis plura lucra exigantur, dummodo ex diuerſis titulis, diuerſiſque obſequijs iuſtitia in omnibus intercedente fiat.*

2224 *Mercator duplex commodum de contractu recipiens licitè, & validè illud recipit, ſi commoda non redundant in damnum, & detrimentum debitoris, quia commoda illa pretio æſtimabilia non ſunt.*

Contractus eſt validus licet vnus ex contrahentibus plura exigeret commoda, & lucra abſque vero damno alterius, ibidem.

2225 *Exceſſus in lucris derogat iuſtitiæ commutatiuæ.*

2226 *Mercatores deſiderant potius pecuniam numeratam, quam annuorum redditnum emptiones.*

2227 *Contractus ſi perfectionem recipiat in ſui celebratione ſemper validus iudicatur, quamuis finis illius diuerſificetur declaratur ſingulariter. & 2228. 2229.*

2230 *Mercatores deſiderant potius vno pretio vendere, quã minutatim, eo quod expenſas euitant, & labores.*

2231 *Mercatores vendentes habita fide de pretio, vel illud in emptionem cenſus conuertentes vtuntur eorum iure, ſic attrahendo emptores.*

2232 *Cambium factum ſine literis cum pacto quod ſoluatur lucrum ad rationem veri cambij dicitur licitum.*

Literæ cambij non pertinent ad iuſtitiam cambij. ibidem, contra num. ſeq.

Cambium ſine literis validum ibid. contra num. ſeq.

2233 *Cambium ſine literis illicitum, & vſurarium.*

2234 *Cambium ſine literis reſoluitur in mutuo ficto ſub nomine cambij ideo illicitum, & ſiccum.*

Cambium ſine literis factum parit intereſſe lucri, aut damni ſi cãpſor verè ceſſauerit à cambio reali vel paſſus fuerit damnum ibid. verſ. declaratur.

2235 *Literæ cambij inuentæ ſunt, vt probetur ſolutio facienda in loco deſtinatæ ſolutionis, & vt pateſiat cambium non fieri in eodem loco.*

2235 *Cambium ſine literis ſi verum, & reale fuerit validum iudicabitur, cum literæ non iuſtificant cambium.*

2236 *Cambium cum pignore, aut dato fideiuſſore validum, & ſeq.*

2237 *Hieronymus de Lucca, & Ioann. Baptiſta, Canat. de camb. reiecti.*

2238 *Gaſpar Rodericus de anni. reddit. reijcitur à materia cambiorum, quam non deguſtauit. & 2239. ſed in alijs laudatur.*

2240 *Cambium cum pignore vel cum fideiuſſore celebratum minus lucri parit.*

2241 *Cambium cum pignore infructifero ſine difficultate procedit.*

2242 *Cambium cum pignore fructifero licitiſſimum, ſi fructus pignoris compenſentur cum ſorte principali.*

2243 *Pignoris fructus ipſo iure extenuant ſortem compenſatione oppoſita.*

2244 *Cambium cum pignore fructifero illicitum, & vſurarium ſi creditor velit lucrum abſque compenſatione fructuum pignoris.*

2245 *Pignoris fructus quamuis ex pacto relaxentur creditori per debitorem iure donationis irreuocabilis reddit vſurarium contractum.*

Debitor donando creditori in contractu mutui fructus pignoris coactus donare videtur, ibid.

Donatio fructuum pignoris illicita, & vſuraria. ibidem.

2246 *Debitor donans creditori fructus pignoris ex libera, & mera voluntate abſque deprauatione mentis creditoris licitè agit quod qualiter procedat. numero 2247. remiſſiuè.*

2248 *Debitor in datione pignoris, ſi iurauerit non moleſtare creditorẽ ſuper fructibus pignoris, donec perſoluerit debitum, non poterit compenſare dictos fructus cum debito, ſed facta ſolutione petere non probibetur nu. 2249.*

2250 *Fructus rei pignoratæ cedunt lucro debitoris, quamuis res, ex qua fructus colligantur in poſſe debitoris erat ſterilis declara num. ſeq.*

2251 *Creditor poterit cum fructibus rei pignoratæ compenſare expenſas, & rationem induſtriæ, & culturæ.*

2252 *Creditor tenetur reſtituere fructus pignoris, quos percipere leui culpa non curauit.*

QVÆSTIO SEXTA.

SExto principaliter quęritur, an cambium teneat, ſi loco pecuniæ numeratæ dentur merces, vel alia res æſtimata, & demum an teneat, ſi fiat ſine literis, cum pacto quod ſoluatur lucrum cambij, veri, & realis; & tertio, an teneat ſi fiat cum datione pignoris, aut fideiuſſoris.

Hæc tamen quæſtio tres continet articulos, & quo ad primum, reſpondendum fore prima facie, hoc cam-
2191 bium † non valere tanquam fraudis ſuſpectum, & per hoc pro eius validitate requiritur pretium in pecunia numerata, prout ſic iudicandum tribus medijs adductis firmat Scaccia de commerc. §. 1. d. quæſt. 7. par. 3. limit. 19. tota.

Corroboratur concluſio ſic per Scacciam firmata per vltimum medium adductum per eundem Scacciam

citato

citato loco, nam ſi in cenſu, & emptione annuorum redditunm pretium capitale debet eſſe in pecunia nu-
2192 merata, fortius † deberet eſſe in cambio, quod eſt eſt magis ſuſpectum, magiſque exorbitans à naturalibus commercijs.

Comprobatur hæc corroboratio, nam venditio
2193 cenſus, nequaquam fieri † poterit datis mercibus, vel alia re æſtimata pro capitali pretio, ſed fieri debet data pecunia numerata per emptorem; vt vltra motum proprium Pij Papæ Quinti hoc expreſsè mandantis, dixerunt hoc de iure veriſſimum Carranza, Nauarr. Molina, Redoanus, Virginius, Boccatius, Lupus, Maynardus, Guttierez, Gomez, Michael de Palatio, Emanuel, Rodericus, Felicianus, Gaſpar Rodericus de annuis redditibus gloſ. Pariſ. Menochius, & Rouit. ac Sarmient. alijque plures, quos probat eruditiſſimus
2194 omnique, morigerato exemplo, mirificus, † & virtuoſorum benigniſſimus protector Dominus Regens Valenzuela conſ. ſexageſimo ſecundo.
2195 Re verò melius conſiderata dico contrarium † eſſe verius, nempe cambium factum de pretio mercium, aut quarumuis aliarum rerum, vel de pecunia quouis modo debita, validum eſſe, omniquc iure ſubſtinendum, dummodo pretium rerum venditarum, aut ex qua uis cauſa dependens, ſit verum, iuſtum, & ſine fraude, aut alia deceptione conuentum, quodque euidenti ratione probatur, nam cambium, & quilibet a-
2196 lius contractus † ſemper iudicantur licitum, & licitus ac iuſtus, ſi in eis ſeruantur extrema iuſtitiæ commutatiuæ, quæ ſunt vt ſeruetur æqualitas dati, & acce-
2197 pti, † ſeu æqualiter fiat commutatio, taliter quod ea exceſſum non habeat, quo alter contrahentium læderetur, quam commutatiuam iuſtitiam ſeruandam
2198 in omnibus commercijs † probat ex Ariſtotel. Diuo Auguſtino, Diuo Thom. & Scoto, Ioanni Baptiſta, Lupus in capitulo nauiganti de vſur. §. ſecundo, numero 76. veſiculo infertur quinto, & in contractu quolibet, ac quouis commercio latiſſimè docet Molina de iuſtitia, & iure tractatu ſecundo titulo de iuſtitia commutatiua in pluribus diſputationibus, Medin. de rebus per vſuram acquiſitis quæſtione quinta, verſiculo verum, & in cambijs, Molina de contractibus diſputatione 405. cum alijs ſequentibus ac penes Megal. Salas, Salon, Molfeſium, & alios, in materia cambij ſuperius adductos, ideo ſi in hoc contractu cambij fuerit ſeruata æqualitas iuſtitiæ commutatiuæ omni iure validus erit iudicandus, nec aliqua authoritate reperiretur improbatus, & per hoc data iuſta æſtimatione
2199 † mercium, & aliarum rerum, & data iuſtitia in pretio, & lucro cambij, nullus rationabiliter huic noſtræ concluſioni contradicere poterit, imò omnes firmant contractum validum prædictis adhibitis.

Comprobatur hæc concluſio, alia ratione; nam campſor, ſi præſenti pecunia exegiſſet ab emptore pretium mercium venditarum iuſtè æſtimatarum, adhuc
2200 potuiſſet cum † alia perſona, de pretio cambium celebrare, ideo eodem modo poterit hoc facere cum emptore mercium, ita Nauarr. Reginaldus, Rodericus, Rebellius, Leſſius, Salas, & Megala, quos probat Molfeſius de contractib. capitulo ſexto, reſponſione 9. numero 81. loquentes in cenſu; & in cambio nos probauimus ſupra in explicatione cambij *con la ricorſa* numero 1499. cum ſequentibus, ac in nonnullis alijs locis, quia nulla diuerſitatis ratio conſiderari poterit
2201 ſi cambio † detur vni, aut alio dummodo extrema iuſtitiæ commutatiuę ſeruentur.

Comprobatur tertiò, (& hæc comprobatio deſeruit pro reſolutione corroborationis adductæ ſupra numero 2193.) nam ſi in cenſu detur pretium capitale
2202 deductum, & redactum ex pretio † mercium, vel aliarum rerum, & illud ſine fraude, ſineque partis læſione, ſed iuſtè ex pretio, vt ſupra redigatur, tunc ex contractu venditionis mercium, & ſic de ſpecie iuſtè vendita, iuſtoque pretio æſtimata, & ſic de licito ad alium licitum contractum, ſeu de ſpecie vendita ad pecuniam numeratam, & de contractu vẽditionis mercium iuſtè æſtimatarum, ad contractum cenſus, factus videtur tranſitus, & per hoc quando fit tranſitus † de
2203 vno permiſſo, & licito ad alium æquè permiſſum, & licitum contractum mediante iuſtitia commutatiua ſemper pretium rerum licitè ſubrogatur in pretio cenſus, ita reſoluendo contraria reſpondent Sarmient. & Felician. quos probat doctiſſimus Regens Valenzuel. citato conſilio 62. numero 34. & in toto conſilio quodque nouiſſimè infinitis authoribus probant Muta Siculus deciſione 73. numero octauo, poſt Franciſc. Milanenſ. deciſione ſecunda, numero trigeſimo-ſexto, libro ſecundo, & in tota deciſione, & Maſtrill. deciſione 262. tomo tertio, & demum Reginald. Megal. Salas, & Molfeſius citati ſupra numero 2200. idéque ſimpliciter firmat Doctiſſimus Rouitus ad pragmaticam primam, de cenſ. numero octauo, & eſt receptiſſima ac non controuerſa opinio, quamuis inſpecta
* Bulla Pij Papæ Quinti nullus iudicaretur in foro con-
2204 tentioſo † contractus cenſus hoc modo celebratus, eo quia Bulla preciſè requiri mandat pecuniam numeratam, vt probat Stephan. Gratian. diſceptationum Forenſium tomo tertio, capitulo 588. toto, quodque
2205 extendit Molfeſius de contractibus citato capitulo ſexto, reſponſione 9. numero 82. etiam in foro conſcientiæ, in quo nullus vtique eſſet iudicandus hic cenſualis contractus, abſque pecunia numerata, celebratus, attenta Bulla prædicta, vbi viget, poſt Megalam 2.2. inſtitut. confeſſ. libro ſecundo, capitulo ſeptimo, numero 53. & Salas de cenſibus dubitatione ſecunda, ſed extenſionem Molfeſij Megalæ, & aliorum veram
2206 † non exiſtimo tum ex traditis per eundem Molfeſium citato capitulo ſexto, qui ex eodem Megal. Salas, Reginal. Maior. Sot Medin. & Valenzuela, probat ſufficere ſeruari requiſita naturalia contractus cenſualium, vt contrahentes ſint tuti in conſcientia, non obſtante prædicta Bulla, quid fortius ſi ſeruentur omnia exterma iuſtitiæ commutatiuæ, vt ſuperius, tum etiam ex traditis per Stephanum Gratianum diſceptationum Forenſium tomo quarto, nouiſſimè impreſſo, capitulo 652. numero 13. illa ratione, quia lex fundata in præ-
2207 ſumptione † non habet locum in foro conſcientię, vbi veritas eſt in contrarium ad tex. in capitulo is qui de ſponſa. & capitulo tua eodem titulo itaque rigor ſol-
2208 uendi capitale in cenſu in pecunia † numerata requiſitus per Bullam, inductus eſt ad præcludendam viã dolis, & fraudibus, quæ in foro conſcientiæ non habent locum in illis, qui bona fide, & iuſto mediante pretio anticipauerunt capitalis ſolutionem, aut alio modo conſtet de eorum legitimo pretio, Nauarr. de vſur. numero 88. & numero 121. quem ſic citat, &

probat Gratian. vbi ſupra, & nos pluries in explicatio-
ne huius conſcientiæ fori, in quo ſemper habet locum
veritas, ſuperius demonſtrauimus.

Imò, & fortius extendit Gratian. loco citato in ter-
minis noſtris loquutus, hos contractus modo explica-
2209 to celebratos † etiam in foro contentioſo ſanari per
ſignaturam Sanctiſſimi, vt ſæpius reſolutum fuiſſe te-
ſtatur Marcheſan. de commiſſion. appellat. in cauſ.
camer. obligat. parte prima, §. 2. numero 49. vſque ad
52. vt idem Gratian. refert numero 17. Sed in Re-
2210 gno, in quo † non viget illa Bulla vt teſtantur (o-
miſſis alijs.) Molfeſ. d. capitulo ſexto, numero 82.
in fine, & Gratianus dicto capitulo 588. num. 12. &
ſequentibus, ac alij, quos ſciens omitto, hæc quæſtio
eſt inutilis.

Doctores autem relati per ſapientiſſim. Valenzuel.
citato conſilio 62. & citati per nos ſupra numero
2211 2193. loquuntur † quando pretium mercium,
vel aliarum rerum fuerit cum deceptione æſtimatum,
& non iuſtè, vt penes eoſdem citatos Doctores nota-
tur, & ſignanter per Menoch. lib. 3. præſūpt. præſumpt.
123. in fine, Rodriquez de ann. reddit. libro primo,
quæſtione 13. numero 19. & ſequent. qui ſatis diffu-
sè loquitur Rouit. de contract. ad pragmatic. prima,
numero primo, & denuo latius, & ſingularius per
Domin. Regent. Valenzuel. in citato conſilio 62. to-
to, & Mura in d. deciſione 73. dicentes negatiuam o-
pinionem procedere data alterius contrahentis læ-
ſione, affirmatiuam noſtram, data iuſtitia pretij, &
lucri.

Nec debilitatur concluſio, eo quod authoritates
adductæ loquuntur in cenſu, nos autem loquimur in
2212 cambio, quod magis † ſuſpectum eſſe diximus ex
Scaccia ſupra numero 2192. quia & ſi ſuſpectum ma-
gis ſit cambium, adhuc ſi in eo nequaquam ſint ad-
2213 hibitæ circumſtantiæ † fraudis, Doli, & iniuſtitiæ
pretij, ceſſat ſuſpicio, & præſumptio, idcirco ſi cam-
bium habeat requiſita per nos ſatis explicata, cam-
bij realis, dicitur habere omnem effectum iuſtitiæ
commutatiuæ, quæ data dictum in vno contractu pro-
cedit in alio, dum ſuperius numero 2197. & 2198.
2214 probauimus, omnia commercia iudicari per † com
mutatiuam iuſtitiam, & in cambio pro noſtra opi-
nione reſpondit Marc. Anton. de Amat. deciſione
Ferrar. 45. numero quinto, licet prædicta non con-
ſiderauit.

Reſtat ſolummodo reſpondendum motiuis, & o-
pinioni adductis per Roderic. de ann. reddit. libro
primo quæſtione 13. numero ſexto, dicentem, hunc
2215 cenſualem † contractum eſſe omninò nullum, ſi
incontinenti fiat venditio mercium, & de pretio con-
ſtituatur cenſus, & monetur quinque motiuis, & me-
dijs, primo quia mercator ex eiſdem mercibus etiam
2216 iuſto pretio venditis conſequeretur † duplex com-
modum, duplicem, ſcilicet, negociationem, dupli-
cemque quæſtum: primum ex venditione, & ex mer-
cium expeditione; ſecundum verò ex acquiſitione red-
ditus; quod eſt prohibitum ad tex. in l. bona fides ff.
de reg. iur.

Secundò, quia mercator, eo quod promptam non
2217 recepit pecuniam aſſolet † pluris æſtimare pre-
tium mercium, & excedere iuſtum valorem cenſus.
2218 Tertiò, ad euitandum pernicioſum exemplum †,
quia ęquè omnes indigent mercibus, & ideo ratione
indigentiæ plures conſtituerent annuos redditus.
2219 Quartò, ratione finis, ob quem † cenſus ſunt inuen-
ti, qui huic eſt adeo diſſimilis.
2220 Quintò, ne mercatores † pro conſtituendis annuis
redditibus deſerant vendere merces minutatim egen-
tibus pro vſu ſuo.

Sed ſi hæc apparent non parum ſingulariter no-
tata per illum eruditiſſimum virum, tamen conclu-
ſioni noſtræ non aduerſantur, eo quia procedere po-
terunt, ſi verè mercator conſequeretur exceſſum in
commutatione, verum melius erit ſigillatim reſpon-
dere.

Primum itaque motiuum non obſtat, eo quod ex
2221 veriori opinione poterit mercator † conſequi plu-
ra lucra etiam reſpectu vnius contractus, ſi lucrum
ex diuerſis titulis exigat, & pro diuerſis obſequijs, at
motiuum Rodriquez procedit quando plura exigun-
2222 tur lucra † pro vno titulo, vnoque obſequio Re-
bell. de obligat. inſtit. parte ſecunda, libro vndecimo,
quæſtione ſexta, numero tertio, & quarto, & tex. leg.
bona fides allegatus per Roderic. ſic expreſsè loqui-
tur, dum dicit, bona fides non patitur vt bis idem e-
xigatur, ſed de hoc nequaquam ſcrupulandum poſt-
quam concluſionem noſtram eatenus procedere di-
ximus, quatenus æſtimetur precium rerum vendita-
rum iuſtum, & exigatur lucrum, aut pretium cenſus,
2223 & cambij iuſtiſſimum, ideo data † iuſtitia in hu-
iuſmodi commutationibus ſemper licitè de promiſſis
fit exactio, vt in cambio ſingulariter, citatis Silue-
ſtro, Leſſio, Rebellio, & alijs ſic decidit Stephanus Gra
tianus diſceptationum Forenſium tomo quarto, citato
capitulo 642. numero primo, cum multis ſequenti-
bus, & ſi mercator duplex conſequatur commodum,
2224 † duplicemque negociationem perficiat; hæc pre-
tio æſtimabilia non ſunt, quia commoda, quæ cedunt
in commodum creditoris tantum, ſi non redundant
in damnum, & detrimentum debitoris, neque in ip-
ſius grauamen; & contractus contineat ex omni par-
te iuſtitiam, pretiò æſtimabilia non ſunt, & nequa-
quam illicitum reddunt contractum, ita doctiſs. Mo-
lin. de contractibus diſputatione 310. numero ſexto,
verſiculo cederet nunquam, de duplici quæſtu ſupe-
rius diximus, quamuis in facto ſimplex tantum exigi-
tur, quid fortius in caſu noſtro, in quo ad nihilum ob-
ligatur debitor.

Secundam motiuum vnico verbo tollitur, dum re-
quiri diximus exiſtentiam extremorum iuſtitiæ com-
2225 mutatiuæ, ideo ſi daretur † exceſſus, aut inæqua-
litas in pretijs, non ſeruarentur dicta extrema.

Tertium motiuum negatur poſtquam indigentia
mercium non ſolet euenire in magna copia, & pro
2226 minuto † pretio nequaquam ſolent homines de-
ſiderare annuos redditus, & eo fortius mercatores, qui
pecuniam numerabilem deſiderant, vt valeant exer-
cere eorũ officium potius quam annuorum redditum
emptiones facere.

Quartum ratione finis, quamuis tolleretur, dicen-
do; finem huius contractus, eſſe diuerſum, tamen re-
ſpondendo per idem medium propoſitum, dico nul-
2227 latenus inficiari † actum ratione finis, ſi ille reci-
piat eſſentiam, ſubſtantiam, & validitatem in actu
celebrationis, & in ipſius perfectione, & ſic in ip-
ſius initio, ſecus verò ſi eſſentiam, & ſubſtantiam
2228 † reciperet reſpectu finis, ita ſoluendo contraria

reſpon-

reſpondit Ioann. Calder. in capituio dudum il pri-
mo de elect. poſt Ant. de But. Abb. & Imol. ibi, quos
probat Euerard. in loco à virtute finis, idcirco contra-
2229 ctus cenſus, aut cambij non recipiunt eſſentiã † per
reſpectum finis, ſed per exiſtentiam requiſitorum cir-
ca iuſtitiam contractus, quæ interueniunt in eiuſdem
cenſus celebratione.

Nec quintum medium obſtabit, quia mercatores,
2230 † vt plurimum deſiderant vnico precio vendere,
ne minutatim maiores impenſas, maioremque labo-
rem patiantur, & per conſtitutionem cenſus, nullam
exercent iniuſtitiam, & iuſti pretij limites non egre-
diuntur, vtique nec vſuram exercent, nec ad aliquam
2231 tenentur reſtitutionem, ſed potius † eorum iure v-
tuntur, ſic attrahendo ad ſe emptores, prout in ſimili
ſic decidit Molina de contract. diſputatione 309. nu-
mero quinto, ideo ſolutis motiuis Roderici, firma
remanet concluſio etiam in venditione mercium, & in
cambio celebrando incontinenti.

Quo ad ſecundum articulum, huius ſextæ quæſtio-
nis reſpondendum fore prima facie, exiſtimo, licitum,
& validum eſſe hunc cambiendi ſine literis modum,
2232 eo quod literę non pertinent † ad iuſtitiam cam-
bij, nec pro tali iuſtitia attenditur, quod fiat per lite-
ras, aut ſine, Nauarr. in Manual. confeſſ. capitulo 17.
de vſura circa cambia numero 289. & in capitulo na-
uiganti de vſur. num. 21. probatque Scaccia de com-
merc. & camb. §. 1. quæſt. 5. num. 10.

2233 Sed verius reſpondendo, dico hoc cambium † ſi-
ne literis eſſe fictum, & vſurarium ita Boninſegn. de
camb. capitulo 7. ſub numero ſecundo, Rot. diuerſ.
deciſione 775. numero primo, eſſeque ſiccum dixit Io.
Azor. inſtitut. moral. parte tertia, libro decimo, titu-
lo de camb. capitulo 10. verſ. primo quando, ſiccum-
que, & iniuſtum dixit Borgnin. deciſione 2. ſub nume-
ro 23. verſ. & circa parte ſecunda, eſſeque illicitum tam
de iure communi, quam vigore Pontificiæ conſtitutio-
nis reſpondit Burſat. conſ. 399. ſub numero 27. & nu-
mero 29. libro quarto, idemque ſcribunt Hieronym.
Gabriel. conſilio 158. numero primo libro 2. & Fa-
bian. Genu. de camb. initio numero 22. & ratio eſt,
2234 quia re vera dicitur mutuum ſub nomine cambij †
ſimulatum, ac ratio rationis apparet euidenter, nam
ſolutio pecuniæ datæ cambio mandatur per literas fa-
cienda in loco promiſſo diuerſo ab illo, in quo cam-
pſor dedit, ergo ſi literæ non mittuntur euidens eſt,
quod contrahentes intendunt mandare ſolutionem in
eodem loco per viam reſolutionis veri mutui facti ſub
nomine cambij, ita Caietan. de camb. capitulo pri-
mo, numero quarto, verſ. iniuſta, & Sot. de iuſtit. &
iur. libro ſexto, quæſtione 13. artic. primo, concluſ. 3.
col. 3. initio, quodque probat Scaccia de commerc.
d. quæſt. 7. par. 3. limitatione 5. probatque demum
Molfeſ. de contract. cap. 7. tit. de cambio ſicco reſpon-
ſione 8. num. 57.

Declaratur concluſio, nam ſi dans hoc modo ad
cambium ceſſauerit à vero, & reali cambio, vel ab ali-
qua alia frugifera negociatione, deberetur creditori
huic intereſſe illius lucri ceſſantis, modo vt latè decla-
rauimus in prima & ſecunda, quæſtione.

2235 Declaratur ſecundo, nam literæ cambij † inuentæ
ſunt, vt probetur ſolutio facienda in loco deſtinatæ ſo-
lutionis, & vt pateſiat cambium non fieri in eodem
loco, & per hoc ſi literæ cambij non fierent, hæc non
apparerēt, ideo cambium iudicaretur ſiccum, & fictū,
Sin autem appareret verè & realiter cambium eſſe fa-
ctum pro loco diſtanti, & cum ſincera mente, ſeu vt
melius dicam verè ſit facienda ſolutio poſſibiliter in
loco diſtanti, tunc nihil referret cambium fieri cum
literis, aut ſine literis, quia literæ non ſunt de eſſentia
iuſtitiæ cambij, vt diximus, & probat Scaccia d. limi-
tat. 5. num. 6.

In tertio autem articulo eiuſdem quæſtionis, pro
2236 reſolutione dicendum erit, cambium † cum pigno
re, vel dato fideiuſſore, eſſe omni iure validum & li-
citum, vt proſequuntur Salon de camb. quæſtione
quarta, articulo ſecundo, controuerſ. 1. numero 17.
Boninſegn. de camb. capitulo citato 7. verſ. & quan-
tumque Azor. inſtitut. moral. parte tertia, libro deci-
mo, titulo de camb. capitulo 11. quæſtione 11. Ro-
mual. Col. de camb. capitulo 28. Curt. iun. conſilio
132. ſub numero primo, itaque tenere omnes teſta-
tur Scaccia d. quæſtione ſeptima, parte ſecunda, am-
pliatione 12. in princip. idemque proſequuntur Leſſ.
in eius ſumma libro 2. cap. 23. numero 77. & ſeq. Sa-
las de camb. dubit. 21. & alij quos probat Molfeſ. de
contract. cap. 7. reſponſ. 11. num. 68.

2237 Quicquid in contrarium deduxerunt † Hieronym.
de Lucca de camb. numero 42. verſ. pro deciſione &
Ioann. Baptiſta Cauat. de camb. titulo de vſura verſ.
quærro Antonius, quia Hieronym. de Lucc. loquutus
fuit ſine authoritate, & abſque ratione, dum ſuppo-
ſuit credirorem non poſſe ſe reddere ſecurum pro ca-
pitali, & Cauat. inhæſit conſiderationi malè intentio-
nis, malæque credulitatis creditoris, non autem acce-
ptioni pignoris, aut fideiuſſoris, imò credulitas illa im-
practicabilis redditur, vt latius, & ſingulariter reſpon-
dit Scaccia dicta ampliatione 12. tota; ex quibus ap-
2238 paret omninò decipi Rodericum † de ann. reddit.
libro tertio, quæſtione quinta, numero 17. verſ. cam-
bia tamen, (virum alioquin ſapientiſſimum) dum il-
le ſequutus fuit Hieronym. de Lucca in citato loco &
Oſaſc. conſilio 51. numero quarto, allegauitque ad
idem comprobandum Cardinal. Tolet. in ſumma li-
bro quinto, capit. 52.

Quem pro noſtra concluſione inferius allegabo,
2239 prout † & idem Rodericus citato loco nequaquam
bene deguſtauit materiam cambiorum, de quibus ni-
titur facere quendam ſermonem, vt ex eius dictis, &
ex noſtris veritas apparet, tamen vt dixi obiter loqui-
tur, quia de alijs viſus eſt omnibus omninò eruditiſſi-
mus, & ſapientiſſimus.

Modificatur tamen hæc noſtra concluſio, vt cam-
2240 pſor ex hoc cambio minus lucri † accipiat, eo quod
minori periculo ſuam pecuniam ob pignus receptum,
vel fideiuſſorem datum, expoſuit, ita Cardinal. Tolet.
loco citato proximo num. tertio, & alijs probat Mol-
feſ. d. 11. reſponſ. numero 68. & 69. quodque ſine dif-
ficultate procedit.

Sed quo ad pignoris acceptionem, concluſio firma-
ta, altera declaratione indiget, & proinde pro plenio-
ri explicatione duo ſunt conſiderandi caſus, primus
caſus erit, quando fuerit campſori, & creditori da-
2241 tum pignus † infructiferum, ſecundus verò ca-
ſus quando campſor acceperit pignus fructiferum, in
primo autem caſu non requiritur noua diſceptatio,

ſed in eo concluſio procedit de plano, & abſque
dubio.
At in ſecundo, caſu diſtinguendum erit, an enim
campſor, ſeu creditor, cui datum eſt pignus fructife-
2242 rum, velit compenſare † fructus pignoris cum for-
te capitali, & licitiſſimum eſſe hunc cambij contra-
ctum per ea, quæ notant Sot. de iuſtit. & iur. libr. ſexto,
quæſtione quinta, articulo 3. concluſ. 1. & ita nulla
excitata dubitatione tenent Ant. de Burg. in capit. ad
noſtram ſub numero 33. verſ. primus eſt de empt. &
vendit. Scaccia d. quæſtione 7. parte ſecunda, ampliat.
12. numer. 4. & Molin. de contract. diſputat. 320. in
principio, ac indubitatum ſupponunt Molfeſ. de cō-
tract. cap. 18. reſponſione 8. & latius Cardin. Manti-
ca de tacit. & ambig. tom. 1. lib. 11. titu. 8. toto, quod
2243 adeo verum eſt, vt fructus † pignoris ipſo iure exte-
nuant ſortem, oppoſita tamen compenſatione, ad tex.
vbi Bal. notat in l. 1. C. de diſtract. pignor.
2244 Sin autem creditor, ſeu campſor † negauerit com-
penſare cum ſorte principali, ſed vult lucrari, & tunc
contractus huiuſmodi eſt omninò illicitus, & vſura-
rius, ad tex. in c. 1. de vſur. & c. 2. & c. conquæſtus eod.
& c. illo vos, & c. cum contra de pign. l. 1. & 2. Codic.
de pignorat. act. l. 2. C. de pact. pignor. & d. l. 1. C. de
diſtr. pignor. ſcribuntque Laurent. de Rodulphl. in c.
conſuluit 3. parte principal. numero 49. de vſur. Anan.
in d. c. primo, eod. Archiepiſc. Florent. de vſur. capi-
tulo ſecundo, §. 25. numero 42. Sot. d. lib. 6. artic. 2.
quæſtione 1. Nauarr. in Manual. confeſſ. citato capi-
tulo 17. numero 216. Molin. d. diſputat. 320. & Sa-
lon citato loco articulo 2. controuerſ. 12. initio, quos
citat, & probat Scaccia in allegata ampliatione 12. nu
mero 4. & longè latius probat infinitis adductis Car-
dinal. Mantica citato tit. 8. eſſeque hoc vſurarium di-
xit poſt Mantic. Molfeſ. loco proximè citato, & latius
reſponſ. 10. tota.
Extenditur concluſio, etiam ſi debitor in contractu
mutui, aut cambij iure donationis irreuocabilis remi-
ſerit, & donauerit fructus pignoris creditori, quia ad-
2245 huc non dicitur ſpontanea donatio, † ſed diceretur
quædam coacta datio, eo quod quodammodo coactus
dicitur debitor, quia non potuiſſet alio modo mutuo
recipere, niſi illa donaret, & per hoc hæc donatio indi-
catur illicita, & vſuraria, Bal. in l. rogaſti §. ſi tibi cir-
ca principium ff. ſi cert. petat. Anan. in capitulo na-
uiganti vltimo de vſur. numero 19. & 20. & Medin. de
rebus per vſur. acquiſ. quæſtione quarta, quos probat
Scaccia d. quæſtione ſeptima, ampliat. 19. parte ſecun-
da, numero 64. in fine, & numero 65. verum ſi libera
2246 & voluntate † mera debitor vltra ſortem aliquid
gratis donet creditori proueniens ex beneuolentia gra-
titudine, & liberalitate debitoris abſque deprauatione
mentis creditoris, non procederet extenſio, tamen
2247 quomodo † extenſio, quomodo autem reſtrictio
procedat, videndi poſt alios, ſunt Molin. de contract.
diſputatione 306. & Molfeſ. de contract. capitulo 23.
numero 67. 68. cum multis ſequent. ad illos remitto
horum dictorum veritatem habendam, eo quod non
ſunt præſentis ſpeculationis, ſed forſan Deo dante in
aliquo alio loco dicemus, vnum ſuper his tantum, no-
tandum eſſe, exiſtimo pro nunc; quod ſi debitor in
2248 datione pignoris iurauerit † non moleſtare credi-
torem in eius poſſeſſione, donec debitum perſoluerit,
tunc ne incidat in periurium non poterit compenſa-
tionem fructuum pignoris obijcere, & petere, ita Oſaſ.
deciſione 92. numero 18. in fine & numero 27. qui
* de communi opinione teſtatur, quamuis demum fa-
2249 cta † ſolutione valeat reſtitutionem petere, ita
Cardinal. Mantica in citato titulo 8. num. 36. & 37.
Extenditur ſecundò, etiam ſi pignus datum, vt pu-
ta fundus fuiſſet ſterilis, & debitor ab eo nullos per-
cipiebat fructus, nec cogitabat velle percipere, quia
2250 colere non intendebat, attamen † creditor poſuit
fundum illum pignoratum ad culturam, & quam
plurimos perceperit fructus, quia vtique teneretur eos
reſtituere, Nauarr. d. capitulo 17. in Manual. confeſſ.
numero 216. & Molina de contract. citata diſputatio-
ne 320. numero primo, quicquid in contrarium de-
duxit primo loco Sot. d. libro ſexto, quæſtione prima,
articulo ſecundo, cui reſpondent Molina, & Nauarr.
vbi ſupra, quodque firmat Scaccia d. ampliatione 12.
numero quarto, verſ. extende 2. dummodo excom-
2251 putentur † ſumptus facti occaſione colligendorum
fructuum in beneficium creditoris, & habebitur etiam
ratio induſtriæ, & culturæ, modo vt poſt præcitatos
Doctores latius declarando dicta Nauarri ſuperius
adducta declarat Cardinal. Mantic. d. titulo 8. nume-
ro 34. & 35.
Extenditur tertiò, in pignore fructifero, cuius fru-
ctus non fuerint percepti culpa creditoris etiam leui:
2252 quia ad † illorum reſtitutionem vtique creditor te-
neretur, Surd. deciſione 270. Hoſtienſ. Ang. Silueſt.
Armill. & alij, quos probant Molin. citata diſputat.
320. numero 2. Reginal. in ſua prax. citato libro 25.
numero 594. & Molfeſ. de contract. capitulo 18. nu-
mero 57. 8. reſponſione; reliqua ſuper fructibus pigno-
ris latiſſimè cumulabuntur in 4. capitulo titulo de pi-
gnor. & hipot. quæſit. 8. numero 979. cum infinitis
ſequent. inf. carr. 362

S V M M A R I V M.

2253 *Cambio dare vitioſo ſtatim dilapidaturo illicitè fieri & mortaliter peccari.*
Mutuo dare ſtatim indebitè dilapidaturo, mortaliter fieri, & mutuum illicitum, & inboneſtum. ibidem.
Cambio dare Principi vſuro pecunia pro aliquo iniuſto bello campſore ſciente inboneſtè, & illicitè fieri, ac peccari mortaliter. ibidem.
2254 *Mutuum contractum cum prodigo nullum.*
Prodigus nec naturaliter obligatur. ibid.
2255 *Reſtitutio fieri non debet illi, cui ex reſtitutione reſultaret damnum corporis, aut animæ.*
2256 *Depoſita pecunia nequaquam reddi debet domino emere volenti Cardinalatum.*
2257 *Litigatori iniuſto depoſitum reſtitui non debet.*
2258 *Enſis depoſitus irato reſtitui non debet.*
2259 *Peccatum committitur fortius dando, quam reſtituendo.*

QVÆSTIO SEPTIMA.

SEptimo quæritur, an dans cambio prodigo, ſeu
vitioſo, ab vſuro pecunia in ludo, alijſque laſci-
uijs, & enormibus, vel alicui principi vſuro pecu-
nia

nia data pro aliquo in iuſto bello, campſore ſciente prædictas improbitates; cambium hoc illicitum ſit iudicandum.

Pro quorum reſolutione concluſiuè reſpondebitur,
2253 cambium †, aut mutuum, vel quemuis alium ſimilem contractum hoc in caſu dici illicitum, & inhoneſtum, ac campſorem mortaliter peccare, ita Fabian. Genuen. de camb. initio numero 50. verſ. duodecima, at in ſimili probat Nauarr. in Manual. confeſſ. capitulo 23. numero 90. verſiculo quinto peccat, quos pro comprobatione concluſionis citat Scaccia d. quæſtione 7. parte tertia, limitatione 18. tota, & in prodi-
2254 go † poſt Fabian. citato loco numero 49. ſi eidem fuiſſet interdictum bonis, vtique cambium eſſet etiam nullum, & quiuis contractus, quia hoc in caſu ad nihilum factus eſſet prodigus, locupletior, & ſequuta, bonorum interdictione, nec naturaliter obligaretur, Megala, & alij penes Molfeſ. de contract. capitulo quarto, numero 113. & 114. & nos latè probauimus ſupra in quinta, quæſtione numero 1662. 1673. & alibi.

Quæ euidenti ratione probantur, nam & ſi quis non reſtituendo, quod indebitè tenet peccat mortali-
2255 ter, attamen non peccaret, & non teneretur, † nec deberet reſtituere quando ex reſtitutione, quæ fieret ſtatim reſultaret damnum corporis, aut animæ eius,
2256 cui reſtitutio fieri deberet, prout pecunia † depoſita reddi non debet Domino, vt emat Cardinalatum,
2257 nec volēti iniuſtè litigare, ac & irato enſis depoſitus
2258 † non reſtituendus, quo creditur ſe aut alium percuſſurum Sotus de iuſtit. & iur. libro quarto, quæſtione ſeptima, articulo primo, & probatur ex tex. in capitulo ne quis, in fine, 22. quæſtione ſecunda, Ioann. Andr. in capit. poſſeſſor numero 13. de regul. iur. in ſexto, Nauarr. in Manual. capitulo 17. numero 63. vbi hoc declarat; Azor. inſtitut. moral. par. 3. libro primo, capitulo tertio, quæſtione prima initio, Medin. titulo de reb. reſtitut. quæſtione 2. in reſponſione ad quartum dubium, & Molin. de contract. diſputatione 272. numero ſecundo, quos probat Scaccia d. quæſtione 7. parte tertia, limitatione 18. numero quarto, er-
2259 go per argum. à fortiori, ſi reſtituendo † peccaret, fortius peccaret dando, vt ſic arguendo concludit Scaccia loco citato.

SVMMARIVM.

2260 Cambium, & mutuum factum cum pacto, quod tempore ſolutionis mutuatarij, tantundem, aut plus mutuo dare teneretur mutuanti validum, contra numero 2264. & ſeq.

2261 Mutuatarius ex gratitudine, atque morali honeſtate tenetur naturaliter viciſſim mutuo dare mutuanti, vt beneficium ſuſceptum recompenſet.

Obligatio antidoralis, quæ. ibidem.

2262 Actus laudabilis rationabiliter licitus dicitur.

2263 Mutuatarius ſemper tenetur tantundem reſtituere.

2264 Mutuum factum cum pacto, quod tantundem reſtituatur, aut plus, illicitum cum plur. ſeq.

2265 Onus quodlibet impoſitum mutuatario dicitur pretiò æſtimabile.

2266 Obligatio ciuilis ſuperat naturalem.

2267 Mutuatarius ſi ciuili obligatione obligetur pretio æſtimabili talis obligatio dicitur.

2268 Obligatio naturalis recompenſatiua non obligat.

2269 Debitum ex gratitudine non poterit in pactum deduci.

2270 Onus impoſitum debitori nunquam laudabile dicitur.

2271 Debitor actum gratitudinis faciens creditori naturaliter, & abſque ciuili obligatione laudabitur.

2272 Antecedente deſtruitur, & ſubſequens.

2273 Licitum non dicitur omne quod laudabile eſt apud homines ſed id quod laudabile eſt apud Deum, vel ſecundum iuſtitiam.

2274 Laus, & vanagloria apud homines facit ceſſare mercedem apud Deum.

2275 Veritate magis delectari oportere quam laudibus.

2276 Pactum quod debitor tantundem mutuo det creditori illicitum, & deteſtabile.

2277 Mutuatarius ſoluendo debitum dicitur beneficium recompenſaſſe.

2278 Mutui datio nullam prorſus parit ciuilem obligatione niſi de ſoluendo rem mutuatam, & naturalem quādam obligationem gratitudinis.

2279 Mutuatarius ſi ciuiliter obligetur vltra ſortem illicitè teneretur.

2280 Mutuatarius reſtituendo mutuum adimplet extrema iuſtitiæ commutatiuę.

2281 Mutuatarius vltra ſolutionem mutui non obligatur ad remutuandum.

2282 Mutuum, & cambium fraternizant inter ſe, & 2283.

Cambij deciſiones à fortiori procedunt, quam in mutuo. ibid. & 2283.

2284 Doctores promiſcuè loquuntur de mutuo, & cambijs, ibid.

2285 Negociantes velauerunt mutuum cum velo cambij, & ſub nomine cambij mutuum exercent.

Cambium dicitur mutuum velatum ibid.

2286 Cambij iuſtitia dignoſcitur ex regula mutui.

2287 Cambium dicitur magis de vſura ſuſpectum, quam mutuum.

2288 Cambium cum pacto vt tantundem recambietur per campſarium illicitum, declara num. ſeq.

2289 Mutuator ſi rogauerit mutuatarium, vt mutuo daret tantumdem abſque ciuili obligatione, licitè facit, & qualiter & 2290. remiſſiuè.

2291 Pecuniarum inopia non parit exceſſum lucri in cambio cum pecunia non ematur. contra num. 2292. cum ſequent.

2292 Pecuniarum inopia cauſat exceſſum lucri exigendi in cambijs.

2292 Exceſſus lucri detur ratione raritatis pecuniæ in cambijs in fine.

2293 Cambium dicitur contractus emptionis.

2294 Cambio qui dat emit pecuniam abſentem pretio fori currentis.

Cambio qui accipit vendit pecuniam abſentem pro præſenti. ibidem.

2295 Literæ cambij continent contractum venditionis.

2296 Inopia rerum parit exceſſum in pretio.

2297 Medina loquitur circa inopiam pecuniarum, puncto exactè non conſiderato.

2298 Cambium vt licitum ſit, ſufficit lucrum nullatenus referri ad temporis quantitatem.

QVÆSTIO OCTAVA.

OCtauo quæritur, an dans cambio, vel mu-
tuo, validè paciſcatur, vt tantundem, aut
plus campſarius debitor recambiare, ſeu
dare cambio debeat campſori creditori
tempore ſolutionis primi cambij; & an in
cambio augeri poterit lucrũ ratione ino-
piæ pecuniæ, & quo ad primam quæſtionis inſpectionẽ.
Pro reſolutione prima facie, indiſtinctè, reſponden-
2260 dum eſſe, exiſtimo valere † mutuum, & omni iu-
re licitum, ſi fiat cum onere, vt mutuatarius tantun-
dem mutuare teneatur tempore reſtitutionis pecuniæ
mutuatæ mutuanti, quodque duabus rationibus ſub-
ſtineri poterit, & illarum, hæc erit prima, nam debitor
2261 mutuatarius † ex gratitudine, atque morali hone-
ſtate tenetur naturaliter, viciſſim mutuo dare, vt be-
neficium ſuſceptum recompenſet, quæ antidoralis ob-
ligatio nuncupatur quaſi ad contraponendum mu-
nera muneribus, & beneficijs compenſandum, & hoc
facere ſemper laudabile iudicandum tanquam grati-
2262 tudinis miniſterium & id quod laudatur † rationa-
biliter licitum dici poterit.
2263 Secundo, nam pro re, quæ mutuo datur, licet † ac-
cipere tantundem, & ad id mutuatarium obligare, quia
obligatio hæc tendit ad æquale reddendum, & ſic ad
exequendum extrema iuſtitiæ commutatiuæ, ex qua o-
ritur æqualitas dati & accepti.
Attamen his non obſtantibus, concludo, cambium
2264 † aut mutuum modo iſto celebratum omnino illi-
citum, & vſurarium eſſe, illa ſola, ſed euidenti ratione
2265 nempe, quia quodlibet onus † impoſitum mutua-
tario per obligationem pretió æſtimabile, eo quod
mutuator reciperet mutuum vltra ſortem ſolutam, ita
in proprijs terminis D. Thom. Caietanus Corrad. Na-
uarr. Silueſt. Sot. Medin. & alij, quos congerunt Co-
uarru. variarum reſolut. libro tertio, capitulo ſecundo,
verſ. tertio tamen; & verſ. eſt enim omnium conſenſu
receptum; & Molin. de contract. diſputatione 308. to-
* ta ac in proximis ſequentibus, qui communiter ab om-
nibus teneri dicunt, idemque ſequitur Scaccia d. quæ-
ſtione 7. parte ſecunda, ampliatione 10. numero 96. &
Ang. Tolet. Leſſ. Rebell. & alij, quos probat Megal. 2.
2. inſtit. Confeſſ. libro 2. capitulo 15. numero 29. ac
Aragon. Graff. & infiniti, quos latius probat Salas de
vſur. dubitat. 9. numero 2. & ſeq. Reginal. & alij rela-
ti per Molfeſ. de contract. capitulo 23. num. 48.
Nec obſtabunt contraria, & primum non obſtat,
2266 quia negatur conſequentia, eo quod ciuilis † obli-
gatio ſuperat naturalem, ideo ſi ciuili obligatione mu-
2267 tuatarius † obligatur, pretio æſtimabilis erit talis ob-
2268 ligatio & naturalis illa † recompenſatiua non obli-
gat, ita Molin. d. diſputat. 108. (qui magis in terminis
loquitur) numero quarto, licitum enim non erit in pa-
2269 ctum deducere, id quod ex gratitudine † debi-
tum eſt, ſed ſolum quod debitum eſt ex iuſtitia, ita an-
te Molin. D. Thom. 2. 2. quæſtione 68. articulo ſecun-
do, ad 2. & ad 4. penes Molfeſ. allegato loco citatus, &
dum in contrario dicebatur eſſe laudabile pactum hoc,
tanquam gratitudinis miniſterium, & quod laudatur
rationabiliter licitum; reſpondeas illud antecedens om
ninò negari, eo quod nullus cum ratione auderet lau-
2270 dare † pactum, & onus mutuatario modo prædicto
impoſitum, tanquam contra Chriſtianam libertatem
2271 licet laudabile † ſit, vt abſque ciuili obligatione
quilibet actum gratitudinis per retributionem com-
penſet, naturaliter agendo; nec erit conſequentia illa
admittenda, vt illud ſit licitum, quod laudabile erit,
dum negauimus antecedens, quia non eſt laudabile,
2272 & deſtructo † antecedẽte &c. verum dato quod ad-
mitteretur antecedens, ſcilicet, vt apud gentes fuiſſet
laudabile hoc pactum, (quod expreſsè negatur,) ad-
huc non dicitur licitum omne, quod homines com-
2273 mendant, ſed illud, quod Deus, † aut ipſius iuſti-
tia commendat, vt in ſimili penes Apoſtol. notatur,
2. Corinth. decimo, non enim qui ſe ipſum commen-
dat ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat, &
illud Matthæi ſexto, nempe laudem, & vanagloriam
2274 apud homines † amitti facere mercedem apud
Deum; inſuper ex eo, quod notatur per Diuum Au-
guſtinum libro decimo confeſſion. capitulo trigeſimo-
2275 ſeptimo, ſcilicet, magis oportere delectari † veri-
tate, quam laudibus, & per hoc, ſi in veritate penes
omnes authores, & penes Chriſtianam doctrinam
2276 † hoc pactum ſit deteſtabile, tanquam impedi-
tiuum Chriſtianæ libertatis, quid quærere de hominum
laudibus, quas, vt diximus neque fieri, neque excogita-
ri penes rationabiles probatum fuit.
Nec ſecundum, obiectum ſubſiſtit, quia in eo vti-
que negatur conſequentia, quoniam beneficium il-
2277 lud † intra iuſtitiæ limites ſufficienter compenſa-
tur, ſolutione mutui, at ex beneficio nato ob mutui
2278 dationem nequaquam oritur ciuilis obligatio, †
ſed tantum oritur naturalis retributio ex gratitudinis
2279 virtute, quare ſi ciuilis ob illud exigatur, petitur †
quid pretio æſtimabile vltra ſortem, ita poſt D. Thom.
& alios ſupracitatos notabiliter more ſuo, reſpondit
Molin. de contract. citata diſputatione 308. numero
quarto, & dum in eodem obſtaculo diximus effectum
hunc eſſe iuſtitiæ commutatiuæ dum exercetur æqua-
litas dati, & accepti: negabis totum, eo quod vt ex
2280 Molina diximus per ſolutionem † mutui facti com-
plentur extrema iuſtitiæ commutatiuæ, quia reſtitui-
tur id, quod datum fuit data æqualitate, ſed mutuata-
rium eſſe vltra ſolutionem mutui ciuiliter obligatum
ad remutuandum, omninò inæquales eſſe terminos;
& extrema iuſtitiæ commutatiuæ deſtructa eſſe, appa-
2281 reret, quia † vltra ſortem mutuatarius teneretur.
Et ſi authores citati loquantur in mutuo, tamen
2282 deciſiones circa mutuum procedunt à fortiori † cir-
ca cambium, & in cambio ex eo, quia mutuum &
1283 cambium † Simbolizant & inter ſe fraternizant,
dum Laurentius de Rodulphus in capitulo conſuluit
parte ſecunda, quæſtione 26. de vſur. Medin. de rebus
per vſur. acquiſ. quæſtione ſexta, Nauarr. in Manual.
Confeſſ. capitulo 17. de vſur. circa cambia ſub nume-
ro 288. & in capitulo nauiganti numero 16. & 17. de
vſur. & Hieronym. de Lucca de cambio numero 40.
2284 ver. pro deciſione, promiſcuè loquantur † de mu-
tuo, & cambio, vt hæc fraternizare his allegatis ac Gof-
fred. Hoſtien. Salon. Bonin ſegn. Sotus Caietan. Azor.
& infinitis probat Scaccia de commerc. in ſæpius citata
quæſtione 7. part. 1. à numero 22. vſque ad nume. 26.
2285 taliter quod negociantes † velauerunt mutuum cum
velo cambij, & ſub nomine cambij mutuum exercent,

vt adnotat Scaccia loco citato, & diximus deciſiones
circa mutuum à fortiori procedere in cambio, quia ex
2286 regula mutui † dignoſcitur iuſtitia cambij, Scaccia
dict. quæſt. 7. parte 3. limitat. 4. num. 4. verſi. confirma-
tur ſecundo, & à fortiori ex eo, quia cambium dicitur
2287 † magis de vſura ſuſpectum, quā mutuum, vt probat
Scaccia dict. limitat. 4. loco citato, & limitat. 15. numero
2. & probauimus ſupra numer. 2192. & in proprijs ter-
2288 minis cambij † in ſimili pacto ſic firmat; prædictis
verò non adductis, Scaccia d. limit. 15. num. 3. §. 9. nu-
mer. 10. ideo de his ſatis.

Reſtringitur tamen concluſio, ſi mutuator admone-
ret mutuatarium, dum eidem mutuo daret, quod ideo
illi mutuo dabit, eo quod ſperat ſibi ſimile beneficium
2289 † per ipſum mutuatarium præſtari, hæcque monitio
abſque pacto, & ciuili obligatione fiat, ſed tantum ſigni-
ficet mutuator mutuatario, vt ille iure gratitudinis, &
honeſtatis in caſu occurrenti cum ipſe indiguerit velit
ſibi remutuare, quo in caſu licitè, & inſtè hoc fieri di-
cunt Molin. citata diſput. 308. dict. numero 4. verſic. fas
nihilominus, Couarruu. variar. reſolut. libro 3. cap. 2. ſub
numero quinto, verſic. tertio tamen, circa medium, Ioā.
Azor. inſtitut. moral. parte 3. libro 5. de vſur. cap. 7. quę-
ſtio. 1. verſic. altera eſt opinio, & Scaccia dict. quæſt. 7.
ampliat. 10. numero 97. alias nonnullas reſtrictiones
2290 habebis † penes authores citatos per Molfeſ. de con-
tract. cap. 23. num. 50. penes Molin. dict. diſputat. 308.
cum alijs duabus ſequent. & latius penes Scacciam in
proximo citato loco, numero 94. vſque, ad nume-
rum 101.

Quo ad ſecundam quæſtionis inſpectionem, ſeu ad
ipſius reſolutionem, poſſet reſponderi, inopiam pecu-
2291 niarum † non cauſare exceſſum lucri, & pretij in
cambio, quia pecunia non emitur, ſed exceſſum lucri
cauſari ob copiam, aut inopiam operarum, & obſequio-
rum locandorum, vel expenſarum, ita Medin. titul. de
reb. per vſur. acquiſ. quæſt. 8. verſ. illud tamen column.
pen. necnon & alia reſpicientia laborem, & induſtriam
campſoris.

Sed inopiam pecuniarum de per ſe cauſare exceſſum
2292 † pretij in cambio, verius reſponderunt Nauarr. in
cap. nauiganti, numer. 51. de vſur. & in Manual. confeſ.
capit. 17. numero 295. Ioan. Baptiſta Lup. in eodem
cap. nauiganti, §. 2. numero 58. quos probat Scaccia de
commerc. §. 1. quæſtio. ſeptima, par. 1. numer. 48. 75. &
76. latius probat hoc Molin. de contract. diſputat. 406.
tota, & ex dictis Nau. Corrad. Sot. Couar. Silu. Rebel. Me
gal. Salas, & aliorum adnotat etiam Molfeſ. de contract.
cap. 7. reſponſ. 5. nu. 29. vbi decidit ratione raritatis pe-
cuniæ, dari exceſſum lucri, & eſt receptiſſimum penes
omnes authores.

Fundamentum verò Medinæ non obſtabit, quia
2293 cambium † eſſe contractum emptionis dixerunt A-
nan. in cap. vltimo nauiganti de vſur. numero 46. & 47.
Boninſegn. de camb. cap. 6. Fabian. Genuen. de camb.
capit. quinto, numero 56. & alij; quorum magis com-
munem opinionem dicit Scaccia de commerc. §. primo,
quæſt. 4. numero 21. & numero 37. in fine, & Caietan.
Nauarr. Silueſt. Bann. Ledeſm. & alijs citatis probant
Salas de camb. dubio. 1. ſub numero 2. & Molfeſ. dicto
2294 capit. 7. numero 18. & qui dat † cambio emit pecu-
niam abſentem pretio fori currenti, & ille qui accipit
vendit pecuniam abſentem pro præſenti, iuxta fori, æ-
ſtimationem, Caietan. de camb. capit. 7. ſub numero 2.
3. & 4. & patet ex lectura literarum cambij, vbi dicitur
2295 † *per la valuta, &c.* vt firmant infiniti authores pe-
nes Scacciam dict. quæſt. 4. numero 21. ac Molfeſ. cita-
tò capit. ſeptimo, reſponſio. 5. numerò 28. at ego dico
2296 ſemper inopiam rerum cauſare exceſſum † in prētio
& contrarium aſſerere eſſet pelagum impoſſibilitatis'
& inueriſimilitudinis nauigare, & ideo dixit Scaccia d.'
quæſt. 7. parte prima, numero 49. verſic. quicquid Me-
2297 din. loquutum fuiſſe puncto † non exactè conſidera-
to, alias reſponſiones videbis penes eundem Authorem
numer. citatis, qui aliam affert genericam ſcilicet, ſuffi-
2298 cere in cambijs, † vt pretium, & lucrum nullatenus
referatur ad quantitatem temporis.

SVMMARIVM.

2299 *Mercatores ſolent facere monopolium.*
2300 *Monopolium voce grēca dicitur monos, quod eſt vnum*
& polos, quod eſt venditor; & qualiter.
2301 *Monopolium dicitur vno, & certo modo facta vendi-*
tio, vel ſingularis, & penes vnum facta venditio ibi-
dem.
2302 *Monopolium dicitur à verbo grēco poleome, ideſt, ven-*
do, ſeu monopola quaſi vnus venditor.
2303 *Monopolium dicitur ſingularis, & vna venditio.*
2304 *Monopolium dicitur quęlibet illicita conuentio ad dam-*
num publicum, & ad priuatum quæſtum.
2305 *Monopolium dicitur conuentio plurium mercatorum*
bono publico ad eorum priuatum quæſtum obijciens.
2306 *Monopolium dupliciter committitur.*
2307 *Monopolium quomodo authoritate publica committa-*
tur, quodq. licitum dicitur 2308.
2309 *Monopolium priuatæ authoritate tripliciter committi-*
tur, & qualiter & 2310. 2311. 2312. & 2313.
2314 *Monopolium quintupliciter cōmittitur in cambijs, &*
2315. & 2316.
2317 *Monopolium tripliciter committitur, nempè in perſo-*
nis in mercibus, & in loco & qualiter.
2318 *Monopolium qualiter peſſimè committant Barones*
terrarum, & 2319.
2320 *Monopolium committentes non ſolum puniuntur ſed*
condemnantur ad reſtitutionem.
2321 *Monopolium committentes qua pęna puniuntur &*
2322. 2323.
2324 *Cambia mediante monopolio facta omninò illicita, &*
vti diabolica extirpanda.
2325 *Cambia facta ad rationem illorum, quæ mediante mo-*
nopolio facta fuerint illicita, & cambientes in maiori
culpa eſſe num. 2316.
2327 *Et cambia non ſolum nulla, ſed cambientes puniun-*
tur.
2328 *Cambia, aut emptiones facta, & factæ cum monopolio*
ex parte debitoris vt emptoris illicita, & illicitæ, ac
contrahentes puniuntur, & qualiter.
2329 *Monopolium factum per emptores, aut campſarios in*
deſtructionem monopolij facti per venditores, & cam-
pſores licitum.

QVÆSTIO NONA.

2299 NOno, & vltimo quæritur, nam ſæpæ ſæpius mercatores † in peragendis cambijs ſolent facere monopolia in damnum,& perniciem negociantium, idcirco non erit infructuoſum quærere; vnde dicatur monpolium; ſecundo quid ſit. tertio, quibus modis per mercatores, aut alios committatur, quarto & vltimo, qua pęna puniantur committẽtes monopolium,& ad quid teneantur.

2300 Quo ad primum, monopolium, voce græca, † dicitur à *monos*, quod eſt vnum, & *pola* quod eſt venditor, ſcilicet monopolium grecè, latinè verò, vnus ven-
2301 ditor, vel polin ideſt quaſi vno, † & certo modo facienda venditio in aliquo loco, gloſſ. in l. vnica, Cod. de monopol. diciturque monopolium, quaſi ſingularis, & penes vnum venditio Iodoc. in practic. criminal. capit.
2032 132. initio, vel dicitur † à verbo græco (*poleome*) ideſt vendo, quaſi monopolium ſit vnica venditio, & monopola vnus venditor Salon de his qui monopol. exercent nu. 1. & Molin. Scaccia Molfeſ. & Farinac. inferius citandi.

2303 Quo ad ſecundum monopolium eſt † ſingularis, & penes vnum venditio, aut ſingularis in ciuitate, loco, ſeu oppido negociatio, Armilla ver. monopolium, Molin. de contract. diſput. 345. num. 1. & 2. vbi latius explicat, & Scaccia de commerc. §. 1. d. quæſt. 7. par. 3. limit. 10. num. 3.

2304 Vel monopolium eſt quælibet conuentio † illicita ad damnum publicum, & ad quæſtum priuatum; aut magis ſpecialiter, monopolium eſt conuentio plurium
2305 mercatorum, † bono publico ad eorum priuatum quæſtum obuians, Decian. in tract. crimin. libro 7. capit. 21. num. 9. & 11. quem cum alijs ferè multis, refert Farinacc. in fragm. crimin. par. ſecunda, ver. monopolium, num. 289.

2306 Quo ad tertium monopolium dupliciter † committi ſolet, nempè authoritate publica ſcilicet ſuperioris permiſſu, & authoritate priuata.

2307 Publica authoritate commiſſum † licitè committi dicitur, nempè ſi aliqui mercatores ſuperioris permiſſu, procurant ſibi tantum ius vendendi merces in ciuitate, aut Regno iuſto, & certo eiſdem taxato pretio, alijs prohibitione facta; aut abundantia in Ciuitate, aut Regno de illis mercibus introducatur, & vnico actu tollatur æmulatio aliorum paucas viliori precio merces vendentium, quibus finitis ſuccederet penuria, vt his, & alijs exemplis, tum in frumento, tum in libris, & alijs mercibus explicatis, docet Molfeſ. de contract. capit. quinto, numero 124. cum pluribus ſequent. quæ mono-
2308 polia † licita dicit & dixit Scaccia d. limitat. decima, numero 15. 16. & 17. & ante hos Molin. dict. diſputat. 345. num. 3. ac nouiſſimè Farinac. d. ver. monopolium num. 302. & 306. dicentes hæc monopolia non ſolum licita, ſed omninò neceſſaria.

2309 Monopolium autem priuata † authoritate tripliciter committi in commercijs omnibus dicunt noſtrates, primo enim committitur, ſi omnes mercatores in vnum
2310 conſpirant † non vendendi merces, niſi vno precio, ſecundo, quando vnus mercator, aut pauci coemunt
2311 † omnes merces certi generis, videlicet, totum frumentum, vt poſtea aucto precio ſuo arbitratu merces, ſeu frumentum vendant non valentibus aliunde eme-
2312 re, tertio ſi vnus impediret † ne copia mercium aliunde afferatur vt ſuas ſuo arbitratu venderet, ita teſtatur Molfeſ. de contract. citato capit. quinto, numer. 129. &
2313 ſequent. quæ omnia procedunt † etiam in cambio, vt ſpecialiter docent Medin. titul. de reb. reſtit. quæſtio. 30. in 6. modo verſ. deinde ex monopolio, Salon titul. de his, qui monopol. exerc. numero primo, verſicul. eſt autem, & magis in ſpecie Scaccia citata limitat. decima tota, qui in cambio tantum loquitur, & quinque modis
2314 † in cambijs committi monopolium exemplificat, quorum ſecundum exemplum idem eſt cum ſecundo relato per Molfeſ. & tertium exemplum idem eſt cum primo relato per eundem authorem, quartò exemplificat quando conſules mercatorum appretiant lucrum cambij minus iuſtè propter proprium intereſſe, quia
2315 vel dederunt † cambio, vel acceperunt, Fabian. de camb. initio num. 21. par. prima, 5. idem Scaccia exem-
2316 plificat quando vnus, aut duo mercatores † habentes in nundinis, aut alio loco magnas pecuniarum quãtitates paratas cambio dare, & ijdem accipiunt paruas ſummas ſub magno fęnore, ad hoc vt ſub eodem alij ab ipſis accipiant.

2317 Denique tripliciter † committi monopolium alio modo demonſtratur, nempè per priuatas perſonas ſcilicet, in perſonis, in mercibus, & in loco, quomodo autem his modis committatur, latius exemplificat Farinacc. in fragm. crimin. parte 2. ver. monopolium, num. 289. verſic. committitur cum multis ſequentibus, inter quos committendi modos illum malum dicit Farinacc. dicto loco numero 298. quando Domini, & Barones
2318 † terrarum emunt frumentum, aut alia victualia, vt ipſi ſoli, magno vendant precio, illudque iniquum, eo quod quandoq. cogunt ſubditos, & vaſallos non egentes ad emendum, vt ante Farinacc. impium dicit Decia. in tract. criminal. libro 7. capit. 21. numero 5. qui inuehit contra Principes, & ego exclamo contra Barones nonnullos huius Regni, qui eorum horrea, ſuaſque cel-
2319 las repletas victualium habent, † & certo anni tempore ſingulares ad victus neceſſarias ſuo arbitrio vendunt, nulluſque alius huius generis merces, aut victualia vendere valet, quia prohibitum, quod quam impiè faciunt in tremendo illo die, quo coram irreuocabili, & & ſanctiſſimo Tribunali quilibet villicationis ſuæ rationem reddens cognoſcet; hæc penes Decian. & Farinac. locis citatis.

Idcirco in omnibus iam dictis modis, monopolium
2320 † priuata authoritate committentes, (vt ad vltimum huius quæſtionis quæſitum perueniamus;) non ſolum puniuntur vt penes Molin. Farinacc. & penes omnes per eos allegatos, locis citatis eſt videre, ſed etiam condemnãtur ad reſtitutionem eius, quod ſupra iuſtum pretium exegerunt, modo vt de receptiſſima opinione teſtatur Molfeſ. poſt infinitos allegatos de contract. dict. capit. 5. à numero 129. vſque ad numerum 135. & ſi Molfeſ. dict. numero 129. & Scaccia dict. quæſtio. ſeptima, parte 3. limitat. 10. numero 14. dicant monopolium mo-
2321 dis † prædictis committentes puniri pęna impoſita per Imperat. in dict. l. vnica, Cod. de monopol. quæ publicationem bonorum omnium, & perpetuum exilium
2322 continet; tamen hæc pęna mitigari † poterit per iudicem arbitrantem facti, & perſonarum qualitatem, vt poſt Menoch. de arbitr. caſ. 569. firmat Farinacc. citato loco

loco num.281. & ſic facti, & perſonarum qualitate at-
2323 tenta, pęna prædicta quandoque bonorum † priuationem, quandoque exilium perpetuum, quandoque triremium flagitium, & quandoque pecuniarum continere iudicis arbitrio adhibito poterit, vt docet Caball. reſolut. criminal. tomo ſecundo, caſ.215.numero 28.& 29.

Sed vt ad noſtrum redeamus inſtitutum; cambia
2324 † mediante monopolio facta eſſe illicita, iniuſta, & vti diabolica extirpanda, dixerunt Boninſeg.de camb. capit.7.Fabian.in eodem,initio numero 20.& 21.parte prima, Azor.inſtitut.moral.part.3.libro 10. titul. de camb.cap.11,quæſtio.13.Cardin.Tolet. libro 8. capit. 53.de negociatione ver. ſexto eſt illicita, quos probat Scaccia dict. limitat.10. numero primo, & ſecundo, ac Sot.de iuſtit.& iur.libro 6. quæſtio.12. artic.quinto, & quæſtio.13.artic.2.Roderic.Rebell.& alij,quos probat Molfeſ. de contract. capit.7. reſponſione 12. numero 84. & Salas de cambijs dubio 38. quodque verum eſſe
2325 etiam in cambijs factis ab alijs ſcientibus † monopolia prædicta, ſub eodem fraudulento pretio, docuit
2326 Fabian. loco citato, quoſque in maiori culpa † eſſe & ad maiorem reſtitutionem teneri tanquam damnum inferentes vniuerſæ negociationi, dixit idem probando Scaccia citata limitat.10.numero 10.& per hoc non ſolum cambium erit nullum,ſed cambientes puniendi, vt
2327 ſupra,prout eos puniri † etiam iubet SS. Pius Papa V. in eius ſæpius citata Bulla, vt idem Scaccia adnotat in allegata limit.10.num.2.& 11.

Extenditur ſecundo, concluſio firmata,in emptori-
2328 bus, † & in campſarijs requirentibus cambio accipere, qui facerent monopolium, vt non ematur, nec cambio accipiatur niſi tanto pretio Scaccia citata limitat.10. numero 13. quia eadem concurrit æqualitatis ratio.

Declaratur tamen hæc ſecunda extenſio,vt non procedat, ſi venditores, & campſores primo loco feciſſent monopolium, & emptores vel campſuarij ſcirent
2329 † monopolium factum per vẽditores, & campſores, quia hoc in caſu licitum eſſet emptoribus, & campſarijs contrarium monopolium facere inter ſe, vt nullus niſi certo precio emat, aut cambio accipiat, quaſi vim vi repellentes, Sot.dict.libro ſexto,de iuſtit.& iur.quæſtio. ſecunda, articul.3. colum.5. in fine quem probat Scaccia citata limitat.10.nu.13. verſic. quando verò.

SVMMARIVM.

2330 *Literæ cambij,quæ dicantur.*
Cambium deſumitur à literis cambij.ibidem.
2331 *Campſor pro literis dat pecunias.*
Campſor cum det pecunias pro literis an ſtultus, & pro digns ſit iudicandus.
Literæ cambij faciunt reſtituere eaſdem pecunias cum ſuperfluitate.ibidem.
Literæ cambij meliores iudicantur,quam literæ ſcientiarum, ibidem.
2332 *Literas habens ſed non cambij nullas habere reputabitur.*
2333 *Literæ cambij cum die,& anno conficiuntur diſtingue num.ſequen.*
2334 *Literæ cambij ſcriptæ manu debitoris pro eodem debitore requirunt diem, & anni inſcriptionem, ſeù temporis expreſſionem.*
2335 *Literæ cambij contra ſcribentem temporis appoſitionem non requirunt.*
2336 *Literæ cambij pro ſcribente ſine appoſitione temporis regulariter non probant 2337. & 2338.*
Scriptura priuata ſine die,menſe,& anno,quando probet vide in ver.literæ cambij.
2339 *Literæ cambij, aut ſcriptura priuata contra ſcribentem etiam ſine tempore probat, & qualiter & 2340.*
2340 *Scriptura priuata, & ſi probet ſine tempore quo ad obligationem tum tempus erit probandum ad alium effectum.*
2341 *Scriptura priuata erronea continens appoſitionem temporis vtique probat.*
2341 *Maior defectus eſt tempus non apponere, quam erroneè ponere.*
2342 *Proteſtatio in literis cambij recipi debet etiam ſi literæ temporis appoſitione careant.*
Debitor aut eius mandatarius tenetur acceptare literas cambij,ſolutionemq; facere,etiam ſi literæ temporis appoſitione careant,ibid.
2343 *Scriptura priuata ſcripta per tertium ſine temporis appoſitione fidem non facit, declara num.2350. & in alijs ſequent.*
2344 *Teſtibus voce viua ſine expreſſione temporis deponentibus non creditur.*
2345 *Teſtes diſcordantes in tempore non probant.*
2346 *Teſtis per vocem mortuam deponens tanto fortius cũ tempore deponere debeat.*
2347 *Argumentum de teſte ad ſcripturam valet.*
2348 *Scriptura priuata abſque loci expreſſione non probat.*
Argumentum de tempore ad locum valet, & tenet, & è conuerſo in probationibus. ibidem, declara nu.2349. remiſſiuè.
2350 *Scriptura priuata circa temporis appoſitionem eandem probationem producit, vel ſi ſcribatur à principali vel per tertium, & ſubſcribatur per debitorem.*
Paria ſunt ſcribere,vel ſubſcribere.ibid.
Scripturæ priuatæ tota vis conſiſtit in ſubſcriptione, ibidem.
2351 *Literæ cambij vel ſi ſcribantur,vel ſubſcribantur idem iudicium habebunt.*
2352 *Scriptura quelibet priuata ſine temporis deſcriptione non probabit, ſi de tempore inter creditores diſceptaretur.*
2353 *Literæ cambij ſi diſpoſitiuè loquantur,& materia patiatur plenè probant contra debitorem, ſed explicabitur num.ſequent.*
2354 *Literæ cambij vt probent debent recognoſci.*
Confeſſione nulla maior probatio,ibidem.
2355 *Literas cambij, & quaslibet alias ſcripturas pleniſſimè recognoſci per confeſſionem debitoris.*
2356 *Literas Cambij per nonnullos modos poſſe recognoſci, vt ex eis plena reſultet probatio.*
2357 *Literæ cambij recognoſcuntur per comparationem literarum.*
2358 *Literæ cambij per comparationem literarum plenè non probant,contra num.2359.*
2360 *Literæ cambij quæ dantur præſenti per præſentem an plenè probentur per comparationem literarũ & 2361. cum multis ſequentibus.*
2362 *Literæ cambij inter mercatores etiam per præſentẽ præ-*

præſenti datæ probantur per comparationem literarum declara 2363.

2364 *Philippus Paſchalis Reg. Conſ. laudatur, & confutatur.*

Literæ cambij non probantur per teſtes dicentes habere notam manum, nec per comparationem literarum, niſi vtraque iſta probatione iuncta, ibidem & 2365. *cum multis ſequen.*

2366 *Scriptura præſentibus contrahentibus facta non probatur per ſolam literarum comparationem.*

2367 *Comparationi literarum ſoli fides non danda.*

2368 *Literæ cambij recognoſcuntur per teſtes parte non citata.*

2369 *Literæ cambij recognoſcuntur abſque partis acceptatione, & abſq. proteſtatione.*

2370 *Proteſtatio, aut acceptatio in literis cambij cauſant executionem paratam tantum, ſed probatio fit per recognitionem.*

Literæ cambij probantur per recognitiones non autem per proteſtationem, aut acceptationem, ſine quibus ſemper recognitio fit, ibid.

2371 *Literæ cambij non exequuntur abſque proteſtatione, vel ſine acceptatione.*

2372 *Literæ inter mercatores vim publici inſtrumenti, ac rei iudicatæ habent.*

2373 *Literæ cambij ſi probant conſequenter obligant promiſſorem.*

2374 *Literæ cambij probant promiſsionem ſi diſpoſitiuæ loquantur.*

2375 *Literæ cambij non obligant mercatorem cui diriguntur abſq. acceptatione.*

2376 *Mandatum ſuſcipere nullus cogitur.*

Mandato non accepto obligatio non oritur, ibid.

Literæ cambij obligant acceptantem, ibid.

2377 *Literarum cambij ſequuta acceptatione an primus debitor liberetur cum multis ſeq.*

2378 *Literarum cambij acceptatio habetur loco ſolutionis inter mercatores.*

2379 *Promiſſio ſoluendi per mercatorem creditori, debitor ipſo iure liberatur quodque conſuetudine probatur, & num.* 2380.

2381 *Debitor primus in literis cambij non liberatur per ſubſecutam acceptationem.*

Acceptans literas cambij reputatur fideiuſſor ibidem, & ſequent.

2382 *Fideiuſſore promittente, & non ſoluente principalis non liberatur.*

2383 *Literæ cambij ſi completæ non fuerint per ſolutionem realem ſcribens nunquam liberatur.*

2384 *Acceptatio non eſt nouus inter acceptantem, & creditorem, ſed eſt pars contractus primi celebrati inter ſcribentem, & creditorem.*

2385 *Creditor cambij nunquam acquieſcit acceptationi literarum, niſi ſequuta numerali ſatisfatione.*

2386 *Creditor cambij non videtur habuiſſe fidem de credito acceptanti,*

2387 *Creditor cambij electionem habet agere contra ſcribentem, aut contra acceptantem.*

Nouatio quando cenſeatur facta per receptationem literarum cambij, verſ. obſtacula.

2388 *Creditor nunquam dicitur ſatisfactus per actum præſumptum ſed per realem ſolutionem.*

2389 *Debitor literarum cambij ſcribens non liberatur per acceptationem, ſi dicatur in literis,* ponete a mio conto, *ſecus vero ſi dicatur,* ſopra di voi, *aut ad computa, & rationem Seij, & num.* 2390.

2391 *Philippus Paſchalis notatur.*

2392 *Acceptans literas cambij ſcriptas, & miſſas ad computa talis liberat ſcribentem.*

2392 *Acceptans videtur ſuſcipere periculum.*

2393 *Literas cambij ſcribens non liberatur per acceptationem ſi ſciuit fallimentum ſubſequutum, aut ſubſequendum eius ad computum cuius literæ mittebantur, aut acceptantis.*

2393 *Burſattus confutatur, &* 2394. *cum ſeq.*

2394 *Literas cambij ſcribens tunc liberatur quando interuenerunt requiſita delegationis, aut veræ nouationis.*

2395 *Burſattus ſequutus Bar. & alios volentes ſcribentem, liberari per acceptationem literarum Cambij decipitur.*

2396 *Literæ cambij exiguuntur in totum contra ſcribentem, vel contra acceptantem cum vterque ſit obligatus, & ſic ſubſequuta decoctione vnius, alter in totum exigitur.*

2397 *Acceptans literas cambij ſi tempore acceptationis ſcribens erat mortuus, aut decoctus ipſo acceptante ignorante nequaquam tenetur de veritate, numero ſequent.*

2398 *Acceptans tenetur quamuis ſubſequatur decoctio ſcribentis literas cambij tempore acceptationis, aut alio tempore ignorante acceptante cum multis ſeq.*

2399 *Decoctus poſt ruptam fidem reputatur mortuus, & nihil agere valet, &* 2400.

2401 *Acceptans literas cambij, vel ignorans decoctionem ſcribentis in omni caſu tenetur &* 2402.

2403 *Sigiſm. Scacia, & Fab. Ann. conciliantur, & declarantur nu.* 2404.

Mandatum cenſetur reuocatum per mutationem ſtatus mandantis in deterius. ibid.

2405 *Acceptans literas cambij, & iuſtè ac probabiliter ignorans decoctionem ſcribentis non tenetur.*

2406 *Ignorantia iuſta, & probabilis quæ nam ſit in acceptante literas cambij ſcriptas per decoctum.*

2407 *Acceptans literas cambij, & non iuſtè nec probabiliter ignorans decoctionem ſcribentis non liberatur.*

2408 *Acceptans literas cambij, ſi fuerit debitor ſcribentis liberatur ſi decoctio, aut ſtatus mutatio euenerit in ſcribente.*

2409 *Delegatio per creditorem decoctum facta nulla, & fraudulenta iudicatur.*

2410 *Decoctus non habet liberam adminiſtrationem ſuorum bonorum.*

2411 *Creditor cambij ſi ſequutus fidem acceptantis literas, & ſcribentis alias literas alteri mercatori ſi ille vltimus decoxerit liberatur primus debitor.*

Delegatio fit ex interuentu nouæ perſonæ. ibidem.

2412 *Decocta noua perſona interueniente iura non reuiuiſcunt contra primum.*

2413 *Creditor cambij ſi fuiſſet negligens in exigendo ab acceptante literas cambij, aut eidem dilationem dederit, liberabitur ſcribens primus debitor.*

2414 *Creditor cambij recipiens apocam Banci, quam in ſuo credito poſuit, liberat debitorem, declara numero* 2415.

2416 *Cre-*

Partita Banci poſita in creditum, habet vim veræ ſolutionis, ibidem.

2416 *Creditor cambij ſcribens in ſuo libro acceptantem caſſando partitam ſcriptam contra primum, illum liberare dicitur.*

2417 *Debitor ſcribens literas cambij ſi poſt acceptationem factam per mandatarium ante verò ſolutionem deceſſerit acceptans non tenebitur.*

Mandatum morte mandantis extinguitur, & qualiter, ibid. & num. ſeq. pluribus.

2418 *Mandatarius ſciens mortem mandantis ſi ſoluat non recuperat ab hæredibus mandantis ſed ex allegatis per Præſ. de Franch. D. Reuit. & D. Paſchal. redditur dubius articulus, num. 2419 reſolutio verò in ſequent. numer.*

2420 *Mandatum decocti, aut mandatum mortui pari extinctione extinguuntur & 2421.*

Decoctus, & mortuus parificantur. ibidem.

2421 *Decoctor reputatur mortuus.*

2422 *Decoctoris, & mortui, paria ſunt indicia circa mandata.*

2423 *Acceptans literas cambij reputatur fideiuſſor.*

2424 *Fideiuſſor tenetur quamuis principalis moriatur.*

2425 *Mandatum non extinguitur etiam morte mandantis, ſi res non fuerit integra.*

2426 *Res integra non dicitur ſi mandatarius incipiat vtiliter agere pro mandante.*

Intellectus tex. l. cum pater, §. Mænio, ff. de leg. 2. ibid. & 2427. & 2428.

2429 *Intellectus tex. in l. fin. ff. de ſolut.*

2430 *Bald. Caſtrenſ. & Imola declarantur.*

Promiſſio debitoris delegati regulatur ſecundum naturam mandati, ibidem.

2431 *Acceptatio literarum cambij indicatur fideiuſſio, ideo ſecundum naturam fideiuſſionis regulabitur.*

Fideiuſſio durat etiam poſt mortem principalis; ibidem.

2431 *Mandatum reſpectu debitoris delegati, & procuratoris ſemper morte mandantis expirat.*

Fideiuſſoris extrema non mutantur in damnum tertij. ibidem.

2432 *Mandatarius ſoluens vigore mandati extincti per mortem mandantis. qualiter non recuperat ab hæredibus mandantis & 2433. cum multis ſeq.*

2483 *Debitor aut alter mandatarius ſoluens contemplatione mandati extincti videtur donare.*

2434 *Mandatarius, aut debitor ceſſus ſoluens poſt extinctum mandatum, vt debitum diſſolueret recuperabit ſolutum.*

2435 *Mandatarius ſoluens, vt creditum diſſolueretur de mandatario efficitur negociorum geſtor.*

2456 *Mandatarius vtile gerens negocium acquirit actionem negociorum geſtorum.*

2457 *Mandatarius vtile gerens negotium pro mandante habet actionem contra hæredes mandantis.*

2438 *Mandatarius non recuperabit ab hæredibus mandantis mortui ſi intererat hæredibus pecuniam non ſolui.*

2439 *Mandatarius ſi poſt mortem mandantis ſoluerit ſcienter non recuperabit ab hæredibus mandantis, ſi ipſe fuerit debitor mandantis.*

Decoctio tertij delegati ad ſoluendum mandanti, cuius damno cedat: verſ. horum etiam occaſione, ibid.

2440 *Decoctio cedit in damnum eius, ſupra quem literarum cambij ſolutio demandatur diſtinguitur, & declaratur num. 2441. & 2442.*

2441 *Decoctio veroſimilis patens aut latens quæ, & 2442.*

2443 *Literis cambij amiſſis qualiter fiet ſolutio.*

2444 *Scaccia plenius; quam Genua loquitur.*

2445 *Literas cambij ſoluens non habet obligatum recipientem ſolutionem, ſed recipiens obligatur mandanti.*

2446 *Locus contractus dicitur vbi deſtinatur ſolutio literarum cambij, non autem vbi cambium celebratum fuit.*

2447 *Literæ cambij quando, & qualiter obligent, remiſſiuè.*

2448 *Mandatarius aduerſus mandantem in cambijs habet actionem mandati.*

2449 *Cambij cõtractum eſſe nominatum, aut innominatum Genua notatur de confuſione, num. 2450.*

2451 *Cambij contractum qualem eſſe, quatuor ſunt opiniones.*

2452 *Cambij contractum eſſe mutui, vel alterius refertur receptior opinio, & 2453. & ſeq.*

2455 *Cambij contractus quiſquis fuerit actionem habebit illam, prout & contractus habebit.*

2456 *Literæ cambij in Regno habent executionem paratam.*

2457 *Hipotecha datur pro literis cambij contrarium, num. 2458. de veritate num. ſeq.*

2457 *Literæ cambij an contineant tacitam hipotecham ibi. cum pluribus ſequen.*

2458 *Hipotecham dari pro literis cambij iure cautum nõ reperitur.*

2459 *Philippus Paſchalis laudatur, ſed confutatur.*

2459 *Creditor cambij an connumerandus inter hipothecarios.*

2460 *Burſattus loquitur diuerſo modo quo allegatur per Paſchalem.*

2461 *Hipotecha etiam verbis generalibus conſtituitur.*

2461 *Hipotecha conſtitui poteſt etiam in ſcriptura priuata.*

2462 *Promitto verbum non importat hipotecham.*

2463 *Burſattus decipitur & 2465.*

Verbum, obligo, *reſpiciens perſonam non continebit hipotecham, ibidem.*

2464 *Verbum,* obligo, *applicari debet bonis vt hipotecham producat.*

2565 *Verbum,* obligo, *importabit hipotecham tanquam clauſula ſolita apponi per Notarium in inſtrumentis.*

2466 *Verbum,* obligo, *importat hipotecham etiam poſitum in ſcriptura priuata, & procedunt, quamuis non exprimantur bona, de veritate verò numer. ſequent.*

Burſat. non benè perpendit Cepolla in fine ibidem.

2467 *Notarius ſolet apponere hipotecham in inſtrumento publico.*

2468 *Notarius cenſetur apponere clauſulas conſuetas in inſtrumento.*

2469 *Scripturæ priuatæ non conficiuntur per publicum Notarium, nec in illis conſuetum eſt apponi clauſulas.*

Nota-

Notarius non conficit ſcripturas priuatas, nec in eis apponuntur clauſulæ inſtrumentorum, ibid.

2470 *Scripturæ priuatæ conficiuntur à qualibet priuata perſona, & vt plurimum à principalibus.*

2471 *Burſattus dicens hipotecham ſolitam eſſe apponi in inſtrumentis, ſequitur pragmaticas euidenter aberrantes.*

2472 *Scriptura qualibet priuata etiam ſi conficeretur per notarium de neceſſitate adhuc hipotecham non contineret, niſi expreſſè fuerit dictum & 2473.*

2473 *Hipotecha citra expreſſam conuentionem nequaquam cenſetur poſita in ſcripturis tacitè niſi in caſibus in iure notatis.*

2474 *Obligationes non ſunt extendendæ.*

2475 *Hipotecha nequaquam cenſetur inducta niſi expreſsè cautum ſit in iure.*

2476 *D. Scipio Rouit. cautelatè loquitur; ſi literæ cambij contineant hipotecham.*

2477 *Doctores qui erunt cauendi, & non allegandi.*

2478 *Literæ cambij non habent exequutionem paratam, contra numer. 2481. de veritate numero 2482. & ſequent.*

2479 *Literæ cambij æquiparantur inſtrumento publico, quod de iure communi non habet paratam exequutionem.*

2480 *Literarum cambij materia eſt incognita de iure communi.*

2481 *Literæ cambij habent de iure communi executionem paratam contra num. 2482. ſed habent exequutionem paratam de generali conſuetudine, num. 2483.*

2484 *Campſores in cambijs videntur expreſſè conuenire pro exequutione parata per verbum illud (* pagaremo. *&c.)*

2485 *Literæ cambij in Regno habent executionem paratam.*

2486 *Literæ cambij habent executionem paratam, tam cõtra ſcribentem, quam contra acceptantem.*

2487 *Literæ cambij etiam pro intereſſe habent executionem paratam.*

2488 *Literæ cambij vitiatæ, & ſuſpectæ non habent executionem paratam.*

2488 *Cambij ſine literis non habent executionem paratam.*

2489 *Literæ cambij ſicci, & ficti executionem paratam non habent.*

2490 *Literæ cambij ad inſtantiam ceſſionarij paratam executionem non habent.*

2491 *Literæ cambij non acceptatæ, vel non proteſtatæ executionem paratam non habent.*

2492 *Literæ cambij abſque proteſtatione deſeruiunt tantum pro capitali, non autem pro lucro cambij, quod per omiſſam proteſtationem deperditum fuit.*

Creditor cambij, ſi non habuerit literas cambij proteſtatas, perdit lucrum cambij, & petit tantum capitale, ibidem.

2493 *Debitor cambij excuſatur à mora, ſi literæ cambij non fuerint proteſtatæ.*

2494 *Exceptiones, quæ opponuntur aduerſus executionem literarum cambij.*

2495 *Exceptio illegitimitatis perſonæ opponitur aduerſus executionem literarum cambij.*

5496 *Exceptio adimplementi opponitur aduerſus executionem literarum cambij.*

2497 *Exceptio vſurariæ prauitatis impedit executionem, literarum cambij contra numer. eodem de veritate, ibidem.*

2498 *Exceptio vſurariæ prauitatis euidenter, & notoriè apparentis impedit exequutionem paratam literarum cambij.*

2499 *Notoria iniuſtitia impedit quodlibet exequutiuum.*

2500 *Literarum cambij exequutio quomodo impediatur per tertium creditorem anteriorem, vbi remiſſiuè circa alias exceptiones.*

2501 *Exceptio præſcriptionis trigenariæ etiam cum mala fide impedit exequutionem paratam literarum cambij.*

2502 *Exequutio vigore literarum executorialium decennio preſcribitur.*

2503 *Executio literarum cambij ad inſtar obligationum penes acta impeditur decennio.*

2504 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponitur aduerſus exequutionem literarum cambij.*

2505 *Exceptio non numeratæ pecuniæ aduerſus creditorem cambij admittitur, & ſi præſentans literas mercatori fateatur in dorſo illarum recepiſſe pecuniam cambiatam.*

2506 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponitur etiam per mandatarium acceptantem, contra num. 2507. de veritate numeris ſeq.*

2506 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non poterit opponi per principalem debitorem cambij, ſed per acceptantem vtique.*

2507 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non poterit opponi per mandatarium acceptantem literas cambij.*

2508 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponatur per debitorem cambij, aut per acceptantes literas cambij, eſt articulus confuſè pertractatus per DD.*

2509 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, an opponatur per ſcribentem, an autem per acceptantem in executione literarum cambij duo diſtinguuntur caſus & 2510.*

2511 *Campſor ſi prius dederit cambio, quam receperit non poteſt excipere de non numerata pecunia.*

Exceptio non numeratæ pecuniæ non competit campſori prius danti, quam recipienti ad cambium, ibidem.

2512 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, an opponatur per mandatarium acceptantem literas cambij.*

2513 *Campſor quis dicatur.*

2514 *Campſarius quis dicatur.*

2515 *Doctores loquentes de campſore ſi intenderent loqui de eo, qui requirit, vt ſibi cambio detur, confunderent terminos.*

2516 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non opponitur per campſorem.*

2517 *Campſor veroſimiliter dando ad cambium præſenti pecunia negociari videtur.*

2518 *Mercatores in cambijs ſolent præſenti pecunia negociari.*

2519 *Solutiones inter mercatores ſemper præſumuntur paratæ.*

2520 *Exceptionis non numeratæ pecuniæ beneficium fundatur in præſumptione veroſimilitudinis.*

2521 *Debitores neceſſitate adſtricti facilè confiteri ſe recepiſſe*

piſſe inducuntur.

2522 *Campſor nulla intermedia neceſſitate obſtrictus dat cambio ideo non inducitur ad fictè fatendum.*

2523 *Inueriſimile dicitur quod raro, & non frequentius accidit.*

2524 *Exceptio non numeratæ pecuniæ denegatur à lege ſi concurrat inueriſimilitudo.*

2525 *Exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ mandatarius in literis cambij prohibetur ex ſua perſona opponere, ſecus ex perſona principalis num. 2526. de veritate num. ſeq.*

2527 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non opponitur per mandatarium acceptantem in literis cambij, etiam nomine campſoris cum pluribus ſeq.*

2528 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non opponitur per acceptantem in literis cambij ex pluribus.*

2529 *Exceptio non numeratæ pecuniæ ſi denegetur principali denegabitur fideiuſſori ex perſona principalis opponenti & 2530.*

2531 *Exceptio non numer. pecun. opponitur per acceptantem in literis cambij nomine illius, qui non ſolet exercere artem campſoriam.*

2532 *Exceptio non numer. pecun. denegatur campſori cum inter campſores hoc beneficium prohibeatur.*

2533 *Repræſentans repræſentabit cum qualitatibus repræſentati.*

2534 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponitur tam per debitorem principalem cambij, quam per mandatarium acceptantem, & 2535. & ſeq.*

2536 *Principali quod permittitur cenſetur permiſſum, & repræſentanti eum, & 2537.*

2538 *Debitori principali facilius conceditur exceptio non numeratæ pecuniæ.*

2539 *Debitor neceſſitate habendi mutuo, aut cambio, obſtrictus de facili confitetur recepiſſe ſub ſpe futuræ numerationis.*

2540 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponitur per mandatarium acceptantem in literis cambij ex perſona principalis debitoris etiam debitore principali inuito.*

2541 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponitur per fideiuſſorem quamuis principalis debitor in iudicio comparendo agnouiſſet debitum, ſed ſi debitor eſſet ſoluendo in ſui tantum damnum reſultaret debiti agnitio num. 2543.*

2542 *Debitor non ſoluendo de facili colludere dicitur.*

2544 *Exceptio non numeratæ pecuniæ competit acceptanti literas cambij, & cuilibet fideiuſſori etiam ſi creditor poſt contractam fideiuſſionem numeraſſet debitori inopi, vel fugitiuo.*

2545 *Fab. Anna, & Sigiſm. Scaccia declarantur.*

2546 *Creditor infra triginta dies poterit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

2546 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, opponitur per creditorem infra 30. dies.*

2547 *Debitor tenetur probare numerationem ſui debiti ſoluti.*

2548 *Exceptio non numeratæ pecuniæ cum opponitur per creditorem elapſis 30. diebus de veritate num. 2550. cum ſeq.*

2549 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non opponitur per debitorem elapſo biennio de veritate verò inferius numero 2554.*

2550 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponitur per creditorem etiam elapſis diebus.*

2551 *Veritas nunquam reijcienda.*

2552 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, non opponitur per creditorem ſi vltra confeſſionem adeſſet pactum de non petendo, aut aliud pactum liberatorium.*

2553 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non conceditur creditori renuntianti.*

2554 *Exceptio non numeratæ pecuniæ indiſtinctè opponitur per debitorem etiam elapſo biennio, ſi onus probandi eam aſſumatur.*

2555 *Exceptionis non numeratæ pecuniæ materia explicabitur ſuo loco.*

2556 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non opponitur in exequutione literarum cambij, ſi in illis fuerit dictum* per la valuta di contanti, *ſecus ſi dictum eſſet* per altri tanti.

2557 *Exceptio non num. pecun. non opponitur in executione literarum cambij, ſi de numeratione conſtet per partitam banci.*

2558 *Exceptionum numeratæ pecuniæ non conceditur, ſi de numeratione in quocunque tempore conſtet.*

2559 *Exceptio non numer. pecun. in cambijs intra quod tempus opponitur & 2560. 2561. 2562. 2563. & 2564.*

2560 *Cambium dici emptionem, & venditionem.*

2561 *Mutuum ſufficit vt ſit admixtum in cambio, vt exceptiones mutui opponantur.*

2562 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non datur contractibus ſed rei, quæ de ſui natura ſit mutuabilis in quouis contractu & 2563.*

2564 *Exceptio non num. pec. in biennio opponitur in cambijs.*

2565 *Literarum cambij executio non impeditur per apparitionem.*

2566 *Cambij ſolutio fieri debet in loco in literis cambij deſtinato.*

2567 *Creditores cambij proteſtantur, & facto prætextu executionem petunt, vt lucrum cambij, & intereſſe debeatur.*

2568 *Debitor poteſt conueniri etiam in loco deſtinatæ ſolutionis.*

2569 *Forum ſortiuntur contrahentes in loco deſtinatæ ſolutionis.*

2570 *Forum ſortitur per ſubditum loci deſtinatæ ſolutionis.*

2571 *Debitor tunc poterit conueniri in loco deſtinatæ ſolutionis, ſi in loco inueniatur, et perſonaliter ibi conueniatur.*

2572 *Debitor poterit conueniri tam in loco domicilij, quam in loco deſtinatæ ſolutionis ſi ibi præſens fuerit.*

2573 *Debitor, & creditor conueniuntur extra locum deſtinatæ ſolutionis, & qualiter.*

2574 *Creditor qualiter conueniatur per debitorem extra locum deſtinatæ ſolutionis.*

2575 *Debitor qualiter ſoluat qualiterque offerat ſoluere extra locum deſtinatæ ſolutionis poſt tempus præfixum & 2576.*

2577 *Adiectus ſolutioni in literis cambij rectè poterit ſolutionem recipere.*

2566 *Solutio literarum cambij qualiter fiat cum multis ſeq.*

2578 *Adiectus ſolutioni cum mandato, vel ſine mandato ad exigendum exigit.*

2579 *Paria ſunt creditori ſoluere vel alteri de ſua voluntate.*
2580 *Adiectus poteſt ſolutionem recipere, ſed non poterit agendo exigere.*
Obligatio nulla acquiritur adiecto ibid.
2581 *Adiectus ſolutioni ſi non valet agere poteſt tamẽ proteſtari literas cambij.*
2582 *Adiectus ſolutioni, literis cambij proteſtatis, poterit exigere, & apertè poterit etiam aduerſus acceptantem num. 2583.*
2584 *Literæ cambij multipliciter conficiuntur.*
2585 *Literæ cambij fiunt per verbum, pagate, quo in caſu illico fiet ſolutio, & qualiter ſolutio talium literarum ſit facienda vſque ad num. 2590.*
2586 *Literæ cambij fiunt à viſta, & tunc celerior fit ſolutio.*
2587 *Literæ cambij fiunt ad vſum, & tunc intra breuem terminum fiet ſolutio.*
2588 *Dies infra quos ſolutio cambij fieri debet qualiter computentur.*
2589 *Solutio cambij fit tempore conuento.*
2590 *Dilationes ſolutionum faciendarum de literis cambij qualiter taxentur remiſſiuè.*

LITERÆ CAMBII QVÆ DICANTVR.

EXpeditus de quæſtionibus perueniam conſequenter ad ſeptimum quæſitum notatum ſuperius, nu.
1191. ver. idcirco; nempè quæ dicantur literæ cambij;
2330 & breuiter explicando, dico literas † cambij dici ex
eo, quia cambitur pecunia pro literis, à quibus cambium nomen deſumptum fuiſſe creditur, Lupus in cap. nauiganti §. 2. num. 62. de vſur. Et ſi campſor dans
2331 cambio videatur dare † pecunias pro literis, & per
hoc ſtultus forſan, & prodigus iudicari poterit, tamen res non ita ſe habet, ſi recipiens cambio ſit ſoluendo, quia illæ literæ reſtitui faciunt eaſdem pecunias cum lucro, & ſuperfætatione, & per hoc iſtæ literæ videntur meliores quam literæ ſcientiarum, vt dignoſcitur ex quodam colloquio habito, inter quoſdam graues viros, & relato per Scacciam de camb. § 1. quæſt. 3. num. 13. & 14. inter quos vnum dixiſſe refert, quod in illo lo-
2332 co † expectabatur venturus vir omnium ferè litera-
rum genere imbutus, altero interrogante, quas haberet literas, & cum varia literarum ſcientificum genera ſibi recenſerentur, ille, ea omnia quaſi paruifaciens, iterum interrogauit, an alias haberet literas; alijs tamen interreſſentibus ibique exiſtentibus mirantibus de quæſito, reſpondentibus, & quærentibus, quas meliores literas poſſet habere, literas cambij reſpondit, reſoluendo quęſitum, ille, quia ſi iſtas non habebit meliores eidem deficere dixit.

Quo verò ad explicationem octaui, & vltimi quæſiti relati ſuperius num. 1191. verſ. idcirco, & ſic quoad primæ inſpectionis illarum trium ibi promiſſarum explicationem, dico vt clarius dignoſcantur probatio, & obligatio reſultantes ex huiuſmodi literis præmitten-
2333 dum erit, eaſdem literas † confici debere cum die, &
anno, vt probatio ex eis reſultet, Attamen præmiſſum hoc ſubſequenti diſtinctione indiget.

Aut enim loquimur de literis cambij, ſeu de qualibet alia ſcriptura priuata ſcriptis manu contrahentis debitoris; aut verò de ſcriptis manu tertij; Sin autem literæ ſcribuntur manu contrahentis, & ſic in primo caſu, & tunc ſubdiſtinguitur videlicet, an probatio requiratur pro ſcribente, an verò contra ſcribentem; in primo caſu ſubdiſtinctionis concluditur, omninò neceſſariam eſſe
2334 † diei, & anni, ſeu temporis in huiuſmodi ſcripturis
inſcriptionem; Rebuf. de chirogr. & ſched. recogn. in præfat. Fallent. 2. numero 5. 90. & 93. tom. 2. Stracha de mercat par. ſecunda, numero 61. Maſcard. de probat. concluſ. 976. numero vndecimo, Scaccia de iudic. cauſar. ciuil. libro ſecundo, capit. vndecimo, numero 281. & in tract. de commerc. & camb. §. 2. gloſ. 1. numero octauo, ac Genua de ſcriptura priuata libro ſecundo, numero 182. & 183. titu. primo, qui ſatis implicitè loquitur.

In ſecundo autem caſu, & ſic quando deſideratur probatio contra ſcribentem vtique concluſiuè reſpon-
2335 debitur, temporis † appoſitionem non eſſe neceſſa-
riam, Abb. in capitulo ſecundo numero 12. de fid. inſtrum. Iaſ. in l. admonendi. 2. repet. numero 111. ver.
* item addo quod iſtud. ff. de iur. iur. quodque magis
communiter teneri dicit Alex. conſ. 7. viſo proceſſu ſub numero 20. volum. 1. Rebuf. vbi ſupra numero 88. & 95. Marſil. ſing. 429. Scaccia. d. cap. 11. numero 282. & 284. & in d. gloſ. prima numero 9. Genua de ſcript. pri-
* uat lib. 4. tit. 1. numero 103. & hanc magis communem
opinionem probari patet per tex. in l. cum tabernam §. idem quęſiuit. ff. de pignor. cum Doctor adductis ſupra num 168. tit. de libr. mercator.

Alio modo, vt ſecurius ſubdiſtinguitur nempe, aut tractatur articulus pro ſcribente, & tunc regulariter
2336 † non probare ſcripturam priuatam ſine tempore
non ob defectum temporis, ſed ex plenius demonſtratis in explicatione librorum circa eorum probationem, & ſignanter in titulo de lib. tutor. ſuperius, num. 825. cum infinitis ſequent. vbi poſuimus declarationes ad regu-
2337 lam, & demum vltra alia loca, annotauimus † con-
cluſionem prædictam in titulo de lib. priuati initio, nu. 895. idcirco meritò diximus regulariter ex regula poſita ſupra in dicto numero 895. quia declaratur regula, vt in d. numero 825. cum ſequent. & per hoc tanto
2338 fortius procedit † ſi ſcriptura caret temporis appoſi-
tione.

Aut & ſecundò tractatur de probatione habenda contra ſcribentem & tunc ſubdiſtinguendum erit, nam ſi quæratur an ſcriptura priuata carens temporis inſcri-
2339 ptione valeat, & tunc reſpondendum erit † quod
ſic; aut verò quæratur cuius ſit effectus, & tunc reſpondebitur, per eam probari promiſſionem, & obligatio-
2340 nem † in ea contentam, ſed quia de tempore non
apparet, ne credatur eſſe præſcriptum, oportet de eo probari, ſcilicet de tempore confecti chirographi, ita Bald. in l. iubere cartulas. C. de conuen. fiſci debit. libro decimo, quem probant Alex conſilio 182. lectis, colum. 2. ad finem lib. 2. & additionator ad Marſil. in citato ſingular. 429.

Extenditur hæc concluſio etiam ſi erroneè fuerit inſcriptum tempus, ex maioritate rationis, eo quod maior
2341 defectus † eſſet tempus non apponere, quam appo-
nere, ſed erroneè, vt ex Din. Bart. Spec. Ioan. Andr. & ex
* communi opinione diſputando firmat Scaccia de
commerc. citata gloſ. prima, numero decimoſexto, & ſequent.

Infer-

Infertur itaque, quod debitor cambij, vel is, cui de mandato literæ cambij diriguntur, aut Notarius requiſitus pro proteſtatione, nullatenus debent recuſare ſolu-
2342 tionem, aut proteſtationem facere † ob temporis non appoſiti in literis cambij defectum, vt ex prædictis, & ex alijs probat Scaccia d. gloſ. 1. numero 10. cum multis ſeq.

Quo autem ad ſecundum caput diſtinctionis principalis nempe ſi literæ cambij, aut quælibet alia ſcriptura priuata ſcribentur per tertium, & tunc concluditur
2343 omninò neceſſariam eſſe temporis † inſcriptionem
2344 illa præcipuè ratione, quia non creditur teſtibus † voce viua ſine deſcriptione temporis deponentibus Bald. in l. teſtium num. 13. C. de teſt. & probant omnes authores penes Scacciam de iudic. cauſ. ciuil. cap. 9. num. 523. & in d gloſ. 1. num. 19. & ſeq. probantque hoc Bar. gloſ. Archid. Felin. Crauet. Caccialup. Gabriel. Monticell. & innumeri penes Farinac. de teſtibus quæſt. 64.
2345 num. 77. penes quos habetur teſtes † diſcordantes in tempore tanquam ſingulares non probare, quando tempus eſt de ſubſtantia negocij, de quo tractatur ideo ſi teſtes viua voce deponentes cum temporis enarratione deponere debent vt probent, fortius enim ita depo-
2346 nere debet teſtis † per mortuam vocem deponens, & ſic per ſcripturam per eum ſcriptam, quia valet argu-
2347 mentum de teſte ad ſcripturam, † vt plenius probat Scaccia dicta gloſ. 1. num. 19. idemque firmat Ioan. de Graſs. de ſubſtit. procurat. ver. die 21. num. 1. requiſit. 4. tom. 3. in tractatibus par. 1. & inferius tit. ſequenti nu. 3167. iterum dicetur.

Extendũtur concluſiones firmatæ ſuperius circa tem
2348 poris inſcriptionem, eas etiam procedere † in inſcriptione loci, quia de loco ad tempus, & è conuerſo valent argumenta, Euerard. in loco, 40. de tempore ad locum & econtra; toto, & in probationibus faciendis idem iudicium ſemper datur quando vis eſt in eis, ita Farinac. loco proximè citato, & innumer. ſeq. declara-
2349 bis tamen extenſionem, † modo vt latiſſimè docet Scaccia de commerc. §. 2. gloſ. 2. tota, vbi quomodo reſpondendum in inſtrumento, ſcriptura priuata, & in teſte habetur plenius.

Sed prædicta omnia velim intelligas, idem iudicium
2350 fieri de ſcriptura ſcripta per contrahentem, † vel ſi ſcribatur per tertium, & demum ſubſcribatur per eundem contrahenten, quia non ſolum paria ſunt ſcribere, & ſubſcribere, ſed tota vis ſcripturæ in ſubſcriptione conſiſtit, Caſtrenſ conſ. 209. viſo quondam num. 1. lib. 1. Becc. conſ. 91. illud, num. 3. lib. 1. & Aret. Felin. Anchar. & innumeri, quos probat Scaccia de iudici. cauſar. ciuil. cap. 11. num. 546. & 547. & in literis cambij idem exercendum, & exequendum probat idem locupletiſſimus author de commerc. §. 2. gloſ. 10. in principio, eo
2351 quod idem eſt eas † ſcribere, vel ſubſcribere, ſed de his latius & pluries in ſequenti tit. de Apocha.

2352 Secundo velim intelligas quando diſceptatio fit † inter contrahentes, quia ſi fieret inter creditores concurrentes, & de anterioritate diſputantes tunc indiſtinctè literæ cambij, aut quælibet alia ſcriptura nullam facerent probationem, ſi de tempore confectionis talium ſcripturarum plenè non appareret; Maſcard. de probat. quæſt. 6. num. 32. & 33. & nos latius inferius ſuo loco dicemus, & diximus ſup. num. 1140.

His ideo ſic præmiſſis pro explicatione primæ inſpectionis huius octaui quæſiti, dico literas cambij ple-
2353 nam facere probationem contra debitorem † ſi diſpoſitiuè loquuntur, & materia patiatur, ad text. in l. ſi literas. C. mandat. l. Publia. ff. depoſit. cum alijs concordant. allegatis per Decian. conſil. 108. num. 15. vol. 2. Maſcar. de probat concluſ. 630. tota, Boer. deciſ. 282. num. 7. & Genua de ſcript. priuat. lib. 3. tit de liter. cambij num. 62. & ſeq.

Pro clariori tamen intelligentia, aliter ſuper his diſſerendum erit, idcirco ad finem, vt ex literis cambij plena reſultet probatio, oportet, vt illę recognoſcantur
2354 † per debitorem; vel per eius confeſſionem, qua nulla maior dignoſcitur probatio per noſtrates, per quos vnanimiter deciditur literas cambij, & quamlibet aliam
2355 ſcripturam ſic recognitam pleniſſimè † probare, vt latius demonſtratum fuit, & dicemus infra hoc eodem capite titulo de Apocha priuata in primo modo recognitionis num. 2617. vel recognoſcantur per alios modos explicatos in dicto titulo de Apocha, vbi modis
2356 octo dicemus ſcripturas recognoſci † poſſe, itaque recognitis per validas recognitiones in dd. locis relatas, ſemper literæ cambij plenam faciunt probationem ex traditis in d. loco.

Inter alios modos recognoſcendi huiuſmodi priuatas ſcripturas, ponitur ſextus modus ſcilicet per compa-
2357 rationem † literarum in citato titulo de Apocha priuata, qui in recognitione epiſtolę & quarumuis literarũ, quæ mittuntur, benè per noſtrates, vtique adaptatur, per quem modum literarum comparationis, plenam ſi
2358 dicant non reſultare probationem † in epiſtolis ſic recognitis, Bart in auth. at ſi contractus num. 10. C. de fid. inſtrum. Ang. in l. comparationes nu. 10. C. eodem vbi etiam Caſtrenſ. Bal. Curt. & Iaſon in l. admonendi. ff. de iur. iur. Abb. & addentes ad eum in litera. A. in cap. 2. num. 8. de fid. inſtrum. cum alijs relatis per Farinac. fragm. criminal. par. 1. verbo comparatio, nu. 527.
2359 tñ reſultare plenã omnimodo † dixerunt magis com-
* muniter idem Bart. ſibi contrarius, in d. l. admonendi num. 30. Fulgoſ. in d. l. comparationes num. 7. & in d. l. admonendi num. 27. Caſtrenſ. num. 42. Alex num. 38. qui de veriori opinione teſtatur, Lanfranc. Coraſ & alij in d. l. admonendi; Imol. in d. cap. 2. de fid. inſtrum. nu.
* 14. Felin. num. 17. & in addit. litera A. vbi de communi teſtatur, & de ſeruata opinione, Dec. ibidem nu. 33. qui de magis communi teſtatur, Crauet. de antiquit. temp. par. 1. ver. quæritur num. 64 Viui. opin. 113. num. 23. &
* alij plures magis communiter tranſeuntes cum hac opinione relati per Triuiſ. deciſ. 52. quorum opinionem
* non ſolum communem eſſe communiterque teneri, ſed cum ea & ſecundum eam fuiſſe iudicatum teſtatur Vrſill. ad Affl. deciſ. 181. numero vndecimo, & duodecimo, vt hos refert Farinac. in proximo citato loco numero 526. Sed de veritate huius articuli ſatis dictum, & doctum fuit ſupra tit. de epiſtolis numero 1128. cum infinitis ſequentibus, hoc eodem capite, illum locum conſulas.

Data enim pro vera hac vltima opinione, quæ eſt veriſſima ſemota verò ſuſpicione aliqua mala, vt in dicto titulo diximus, dum numero 1129. tetigimus eſſe iudicis arbitrarium; tunc diximus etiam in eodem loco ſupra numero 1132. hanc eandem
2360 † opinionem non procedere quando epiſtola datur præſenti per præſentem, vt ſolitum eſt fieri in
2361 literis cambij † per nonnullos modos cambiendi, eo quod rationes, quæ concurrunt in primo

caſu relatæ in citato titulo de epiſtolis numero 1130.
& 1131. concurrere non poſſunt in caſu illius li-
mitationis poſitæ in allegato numero 1132 tamen
ſublimitauimus numer. ſequenti 1133. non procedere
2362 circa literas cambij inter mercatores † etiam inter
præſentes celebratas ob mercatorum bonam fidem;
ne commercium impediatur, dummodo literæ cambij
regiſtrentur per mercatorem, ad quam ſublimitatio-
nem firmandam allegauimus Theſaur. iuniorem quæ-
ſtio. Forenſ. vigeſimaquarta, numero vigeſimoſecundo,
lib. primo.

Velim tamen intelligas prædictam ſublimitationem
2363 cum grano ſalis, nempe illa tunc procedere, ſi † lite-
ræ cambij confectæ per mercatores præſentes recogno-
ſcantur non ſolum per comparationem literarum,
ſed etiam per teſtes dicentes habere notatam manum,
vt idem Theſaur. filius ſupponit in citato loco dum his
verbis vtitur. (Cæterum ſi ſimus inter mercatores &
in literis cambij, ſeu credentiæ, de quibus per Marſil. de
probat. numero 283. & 289. arbitrarer comparatio-
nem plenam fidem facere, ſi teſtes adhibeantur, qui
dicant habere notam manum ex conſiderationibus
Burſatti conſilio trigeſimonono, numero vigeſimo-
quinto, cum alijs vt in eo) concludens ſic deciſum in illo
Senatu, idemque ſupponit Burſat. in d. conſilio trigeſi-
monono, numero vigeſimoquinto, ac Soccin. & Ruin.
citati per Theſaur. aliàs deſtruerentur nonnullæ iuris
regulæ.

Nec turbatur hæc declaratio per ea, quæ adnotat
2364 copioſiſſimus d. Paſchal. Regius † conſiliar. meritiſ-
ſimus de vir. patr. poteſt. par. prima, cap. octauo, nu-
mero 72. verſic. & ad eas; qui ex Maſcard. Burſat. &
Theſauro iuniore, firmat, ſufficere ad plenam literarum
cambij probationem, teſtes dicentes habere notam
manum, vel comparationem literarum, quamlibet ex
prædictis dicens ſufficere, cum circa comparationem
literarum pluries probauimus eam tantum ſufficere ad
probationem literarum miſſiuarum inter abſentes, ra-
tionibus ſuperius adductis, quodque comprobatur, tum
ex dictis per Farinac. in fragm. par. prima, ver. Com-
paratio numero 510. cum ſequent. tum etiam ex con-
gerendis inferius titulo octauo, quaſi toto; Circa verò
probationem per teſtes dicentes habere notam ma-
num, & ſi opinionem relatam per dom. Paſchal. ample-
xi fuerint Farinac. & Seraph. quos citat & ſequitur Vi-
ſcontus in ſuis concluſ ſol. 167. ver. literæ, prout & no-
niſſimè eandem ſequuntur opinionem M. Anton. de
Amat. deciſ. Ferrar. ſecunda, numero decimonono. &
vigeſimo, ac Gabriel Pereira deciſ. Portugal. 97. tota,
tamen ex dictis Theſauri, Burſatti, & omnium citato-
rum authorum, dignoſcitur, hanc opinionem procede-
2365 re † in caſu, quem retulimus ſuperius numero 2363.
Imo penes Seraphin. deciſ. 700. in fine, quem citat Vi-
ſcontus, adnotatur in additionibus eſſe receſſum à præ-
dicta deciſione, & proinde hanc teſtium probationem
ſatis fallacem demonſtrabimus inferius titu. octauo,
numero 2745. cum multis ſequen. in tertio modo reco-
gnoſcendi; data enim contrahentium præſentia, nulla
lege cauetur, comparationem literarum plenam facere
probationem, ſed contrarium decidi per text. auth. at ſi
contractus. C. de fid. inſtrum. niſi in literis miſſiuis ra-
★ tionibus ſuperius adductis per authores communiter
ſuper hoc tranſeuntes, vt inter alios teſtantur Scaccia
de iudic. cauſ. ciuil. capit. vndecimo, libro ſecundo, nu-
mero 1016. & Farinac. citato loco, qui in numero 541
2366 dicit quod ſi fuiſſet † iudex, nunquam ſoli compara-
tioni crederet; & in terminis ſcilicet non ſufficere vnam
ex præcitatis probationibus in qualibet priuata ſcri-
ptura, deducit Pereira in citata deciſ 97. numero ter-
tio, ex Maſcard. Valaſc. & Parlador. quamuis Valaſc. in
libro meo tantum dicat in conſult 177. citata per
2367 Pereir. numero quarto, probationem per teſtes † di-
centes habere notam manum eſſe ineſſicacem, & inu-
tilem.

2368 In ſecundo caſu verò, in quo literæ cambij † reco-
gnoſcuntur per teſtes, depoſitio eorum recipitur abſque
partis citatione, Ricc. deciſ. 64. tota par. prima, quem
ſequuntur, & probant dom. Paſchal. citato proximè lo-
co numero 72. & Ioan. Maria Nouar. Modernus Com-
mentator Regiarum pragmaticarum in collectanea
ſupra pragm. prima, de literis cambijs numero decimo-
quarto.

Extenditur ſupracitata concluſio firmata numero
2354. & ſequen. procedere, etiam ſi literæ cambij reco-
2369 gnoſcantur † abſque partis acceptatione, & abſque
proteſtatione facta per creditorem, vt moris eſt, quia
his non exiſtentibus vtique aliter probatæ plenam in-
2370 ducunt probationem, eo quod acceptatio † litera-
rum, & proteſtatio facta deſeruiunt ad exequutionem
obtinendam, non autem ad probationem cauſandam,
2371 pro literis enim cambij † exequutio non concedi-
tur, niſi acceptentur per eum, cui diriguntur, aut redie-
rint proteſtatæ, ita in terminis Scaccia de commerc. §. 7.
gloſ. 2. num. 3.

Quæ proximè dicta fortius procedunt, eo quia de
2372 iure literæ inter mercatores recognitæ plenam † in-
ducunt probationem, & publici inſtrumenti, ac rei iu-
dicatæ vim habent Rot. Ian. deciſ. ſecunda, numero vn-
decimo, & deciſ. 126. numero octauo. Boer. deciſ. 333.
numero octauo, & Gratian. diſcept. Forenſ. tom. 3. cap.
500. num. 2.

2373 Si enim literæ cambij probant, conſequenter † obli-
gant promiſſorem, quod veriſſimum dicunt doctores ſi
literæ cambij fuerint diſpoſitiuæ, quia ſi fuiſſent enun-
ciatiuæ probarent, ſed non obligarent, vt latè explanato
articulo docet Foller. ad Marant. par. 6. actu princip 6.
num. 46 cum pluribus ſequent. Maſcar. de probat. con-
cluſ 630. num. 1. & ſeq. Genua de ſcript. priu lib. 3. titu-
lo de liter. camb. num. 60. 61. & ſeq. & Scaccia de camb.
d. §. 2. gloſ. 9. num. 6. & 7. & diximus obligari promiſſo-
2374 rem ſcribentem literas cambij, eaſque facientem ſi
diſpoſitiuæ literæ ſcribantur; Sed quo ad mercatorem
correſpondentem, cui literæ cambij diriguntur, illum
2375 nequaquam obligari † abſque acceptatione, reſpon-
derunt omnes præcitati Doctores in ſequentibus nu-
meris, illa ratione, quia nemo cogitur ſuſcipere manda-
2376 tum, † & mandato non ſuſcepto obligatio non ori-
tur, ad text. in l ſi mandauero. ff. mand. ſed ſi acceptaue-
rit, res omni difficultate caret, vt acceptans remaneat
obligatus, ita Foller. Genua & Scaccia locis citatis, non-
nullis adductis iuribus, & in fortiori caſu Rota Gen.
deciſio. 93. numero ſeptimo, verſic. ſexto, dum nega-
tur, & numero nono, ſed termini ſunt noti, ideo de his
ſatis, ſuper quibus latè proſequitur Maſcard. concluſ.
988. tota.

Quorum proximè dictorum occaſione quæritur,
2377 an ſcribens literas cambij ſit † eo ipſo libera-
tus, ſi ille, cui diriguntur literæ eas acceptauit,

ſed

ſed non ſoluit ; & ſic an facta acceptatione liberetur
primus ; & primum liberari reſponderunt Foller. loco
citato, Maſcard. concluſ. 989. numero octauo, ac alijs,
quos probant Anna pater allegat. 89. numero ſecundo,
in ſecundo effectu, & Maſtrill. deciſ. 9. numero quarto.
Raudenſ. deciſ. Piſan. 4. numero 108. quodque nullam
habere difficultatem teſtatur Genua de ſcript. priuat.
lib. 3. tit. de lit. Cambij numero 75. & ratione probatur,
2378 nam illa, acceptatio † de ſtilo mercatoris habetur lo-
co ſolutionis pecuniæ, & ideo liberat debitorem, Bart.
in l. ſingularia numero 19. ff. ſi cert. petat. & de conſue-
2379 tudine, facta promiſſione † ſoluendi per mercatorem
creditori ipſo iure liberari debitorem, teſtatur Affl. deciſ.
353. num. 5. & hanc eſſe generalem, & inueteratam con-
2380 ſuetudinem † totius Italiæ probant Rot. Gen. deciſ.
4. num. 9. & Rot. Rom. diuerſ. deciſ. 285. ſub num. 7. &
nouiſſimè Gabriel Pereira deciſio. Portugal. 126. nu-
mero primo.

Re tamen melius per grauiores authores penſata,
2381 reſolutum fuit ſcribentem debitorem primum † ne-
quaquam eſſe liberatum, quia acceptans per accepta-
2382 tionem reputatur fideiuſſor, & ſi fideiuſſor † pro-
mittat, & non ſoluat, principalis nullatenus liberatur,
in terminis Præſ. de Franch. deciſio. 303. at niſi comple-
2383 tæ fuerint literæ cambij † per realem ſolutionem,
ſcribens nunquam liberatur, Bald. Salicet. Caſtrenſ.
Iaſon, Aret. Soccin. Barb. Bolognet. & Maſtril. quos
probat doctiſs. Rouit. ad pragmat. 1. de lit. camb. in
nouiſs. commentar. per text. in l. ſi literarum. C. de ſo-
lut. dicens in Regno hanc opinionem eſſe receptam, ac
Genuæ eſſe eandem opinionem per generalem, & no-
toriam conſuetudinem receptam, teſtatur Rot. Genuæ
deciſio. ſecunda, ſub numero 40. & 41. & nouiſſimè ſex
vicibus deciſum pro hac opinione fuiſſe per Rot. Roma-
nam dicit Scaccia de commerc. & camb. §. ſecundo, gloſ.
quinta, numero 322. & ſeq. illa præcipuè ratione,
2384 quia acceptatio facta non eſt nouus contractus † in-
ter acceptantem, & creditorem, cui facienda erit ſolu-
tio, ſed eſt pars contractus literarum cambij celebrati
inter iſtum, & mandantem, nec creditor acceptationi
2385 acquieſcit niſi ſequuta † numerali ſatisfactione;
vnde cum fides crediti non fuerit per creditorem ha-
2386 bita † per illam acceptationem non liberat ſuum
debitorem principalem, argum. text. §. venditæ inſtit. de
rerum diuiſ. eandem opinionem receptiſſimam, & ma-
* gis communem dicunt Farinac. deciſio. 679. numero
ſexto, & tota in nouiſs. tom. 2. & Maſtril. deciſ. 221. nu-
mero 17. tom. tertio, nouiter impreſſo, ac dom. Paſchal.
de virib. pat. poteſt. par. prima, capitulo octauo, numero
71. ideo penes præcitatos Doctores concluditur in ele-
2387 ctione creditoris eſſe agere contra † ſcribentem, vel
contra acceptantem, vt Præſ. de Franch. citata deciſ. &
expreſſius Maſtril. allegato loco numero 19. teſtantur,
nam literæ vbi effectum non habuerint, ſemper durat,
& remanet prima obligatio, vt in terminis nouiſſimè
probat Mar. Ant. de Amat. deciſ. Ferrar. 2. numero 11.
& ſeq.

Obſtacula verò adducta per contrarium tenentes cir-
ca nouationem, aliqui & circa ſatisfactionem reliqui,
per acceptationem, ſequutas, facili negocio tolluntur;
quia nouatio non fit, vt ſuperius notatum fuit, ſed exci-
tatur, & exequitur idem contractus nulla nouitate in-
termedia, vltra quod talis nouatio requiſitis careret;
ſatisfactio demum nunquam iudicatur in creditore

2388 per actum præſumptum, niſi reali ſubſequuta ſolu-
tione, vulgatis regulis, & probatur per Scacciam loco
citato.

Nec communis hæc & ſatis recepta, reſolutio, reſtri-
ctionem recipit ex dictis per Burſat. conſ. citato 39. ſub
numero quarto, & quinto, quem ad hunc effectum pro-
bat dom. Paſchalis. d. numero 71. verſic. ſed pro harum
opinionum, dicens ex huiuſmodi dictis per Burſattum
veritatem harum opinionum haberi, dum ſupponit
* Burſattus procedere communem firmatam opinionem,
2389 quando in literis † cambij dicatur per ſcribentem
ponete à mio conto, &c. vt ſolitum eſt fieri; Sed quando
2390 dicatur † per ſcribentem *ſopra di voi*, ponatis ad
rationem, vel computa Seij mercatoris, tunc omninò li-
berari ſcribentem dicit Burſattus.

Quia non ſatis bene loquitur Dominus Paſchal. ſup-
2391 ponens † adaptari poſſe dicta Burſatti huic noſtræ
receptiſſimæ opinioni, eo quod Burſattus in ſecundo ca-
pite ſuæ diſtinctionis diuerſificauit terminos, dum ſup-
poſuit ſcribentem onus ſolutionis poſuiſſe ſuper manda-
tarium ad rationem, & computum Seij, itaque ſubſe-
quuta acceptatione mandati, periculum decoctionis
Seij benè ſpectabit ad acceptantem omninò liberato
2392 † mandante, quia per acceptationem periculum fuit
ſuſceptum, vt ſingulariter ſic ſeruari, probat Scaccia de
commerc. §. tertio, gloſ. ſecunda tota, & §. 2. gloſ. quinta,
numero 400. verſ. primus, niſi aliqua culpa, aliquiſque
2393 dolus † ob fallimenti ſubſequuti ſcientiam ſcribentis
interuenerit, quo in caſu ſcribens teneretur, Scaccia lo-
cis citatis; at quatenus idem Burſattus in primo capite
diſtinctionis, & in allegatis per eum in vtroque capite,
& in diſcurſu huius quæſtionis ſupponat ſcribentem eſſe
totaliter liberatum reſpectu creditoris cambij ſubſecuta
acceptatione, & tantum remanſiſſe obligatum manda-
tarium acceptantem, ſi non concurrunt, prout non con-
2394 currere patet requiſita ſolemnis † delegationis, aut
nouationis per eoſdem Doctores citatos per Burſattum
adducta, & præcipuè per modernos in l. ſingularia. ff. ſi
cert. pet. aut ſi non concurrant infraſcriptę limitationes,
2395 decipitur Burſattus, prout eſſe deceptum † patet; quia
Bart. in l. ſingularia, quem ſequuntur Bald. & alij in l.
pro debito. C. de bon. auth. iudic. poſſid. & in l. fin. C. de
nouat. Strach Affl. & alij; quorum authoritate mouetur
* Burſat. communiter reprobatur, & reprobantur vt poſt
Præſ. de Franch. Sfort. Rouit. & alios teſtatur eruditiſs.
Maſtril. citata deciſ. 221. tom. tertio numero 17. qui nu-
mer. ſequentibus ex diutina conſuetudine ſic ſemper de-
ciſum in Regno illo teſtatur, prout nouiſſimè ſemoto
dolo, ſemotaque craſſa culpa; deciſum dicit Gabriel Pe-
reira deciſ Portugal. 126. numero tertio & quarto, &
demum num. 5. & tota.

Extenditur etiam hæc recepta, & magis communis
2396 opinio procedere contra acceptantem † quamuis de-
coxerit ſcribens, dum ſuperius firmauimus ex dicta com-
muni opinione vtrumque eſſe obligatum, & per hoc
vnius ſubſequuta decoctione, alter in totum remanet
obligatus, Præſ. de Franch. citata deciſ. 303. vbi deciſum
dicit, quodque intelligendum erit ſecundum terminos
eiuſdem deciſionis, quando ſcilicet decoctio ſcribentis
ſuperuenit poſt acceptationem literarum, quia ſi ſuper-
2397 ueniſſet tempore acceptationis † quo tempore ſcri-
bens erat decoctus, vel mortuus, hocq; acceptans igno-
rabat, tunc acceptantem nullatenus teneri reſpondit
Fab. Anna, conſ. 82. num. 11. cum pluribus ſequentibus,

quem citat & ſequitur dom. Paſchalis citato capit. 8. nu-
mero 70.
Et ſi ſingulariter more ſuo hoc probet Anna, tamen
2398 magis notabiliter eo non allegato, contrarium † de-
fendit Scaccia de commerc. & camb. §. 2. gloſ. 5. numero
329. extendens deciſionem Præſ. de Franch. etiam ſi is,
qui literas ſcripſit decoxerit ſtatim poſt acceptatas lite-
ras, aut ſi decoxerit ante acceptationem, quodque nota-
2399 biliter & ſingulariter probat, dicens quod & ſi † deco-
ctor poſt ruptam fidem reputetur mortuus, & nihil va-
2400 leat † agere, tamen decoctio non inhabilitat eum,
quin alius poſſit pro eo ſoluere, & ſic qui eius literas ac-
ceptauit non excuſatur; nam aut ſciebat decoctionem, &
2401 tunc dicitur † voluiſſe, & potuit quod voluit vulgatis
regulis; aut ignorabat, & tunc ſibi imputet, qui cum
2402 † eo contraxit, cuius conditionem non debebat igno-
rare ad tex. in l. qui cum alio ff. de reg. iur.
Ego autem, licet inter iſtos patres ſim nouus homo
quidam, non tamen diſſiteor dicere vtriuſque præcitato-
rum authorum opinionem, declaratione indigere, eo
quod opinio Annæ conturbatur per rationes adductas
2403 per Scacciam, & opinio † Scacciæ debilitatur per ſup-
poſitum Annæ deſumptum ex tex. l. ſi cum Cornelius ff.
de ſolut. ac ex Bart. & alijs per eum adductis, ex quibus
deſumitur reuocatum dici mandatum per mutationem
ſtatus, aut conditionis in deterius, mandantis, quodque
firmarũt Bal. Soccin. Strach. Rot. Gen. & Cardinal Man-
tic. de tacitis, quos probat idem Scaccia in alio loco, nem
pe in eadem gloſ. 5. nu. 402. cum ſequent.
Idcirco hac adhibita diſtinctione opiniones prædi-
2404 ctas † conciliari poſſe, & omnino debere; dijudico;
nam aut acceptans literas cambij ignoraſſe conditio-
2405 nem ſcribentis † circa ſuperius deſcriptam decoctio-
nem, iuſtè, & probabiliter & hoc in caſu procedit opi-
nio Annę in d. conſ. octuageſimoſecundo eo quod taliter
limitatur regula text. d. l. qui cum alio ff. de reg. iur per
tex. in l. ſi quis patrem. ff. ad Macedon quem ad hoc pro-
bat Dec. in d. l. qui cum alio num. 3. verſ. & iſta regula; &
iuſtè, ac probabiliter ignorare in his terminis dicitur,
2406 quando ſcribens † literas cambij reputabatur pro di-
uite, & bono correſpondente, quia cum eo negociaban-
tur negociatores realiter, & fideliter, ſicque ipſe ſe in ne-
gociationibus habebat, itaque tenebatur in omni loco,
& acceptans facta diligenti inueſtigatione aliud perqui-
rere non potuiſſet.
2407 Vel ſecundo acceptans † iuſta, & probabili ignoran-
tia non laboraret, & talis in eo non præceſſiſſet, & tunc
dico opinionem Scacciæ omninò veram, & indubitabi-
lem.
Reſtringitur tamen opinio Scacciæ, ſi ſcribens lite-
2408 ras † cambij eſſet debitor eius, in beneficium cuius
factæ fuerint literæ, & fuiſſet creditor eius, qui accepta-
uit literas, vt adnotat idem Scaccia citata gloſ. quinta,
numero 331. quo in caſu acceptans omninò liberare-
2409 tur, & indiſtinctè eo quod † talis delegatio per deco-
ctum facta eſſet nulla, & inualida tanquam in fraudem
aliorum creditorum facta, Stracha de decoctor. par. 3.
numero 28 & Scaccia in eadem citata gloſ. 5. numero
2410 445. verſic. exemplifica, nam decoctus non habet † li-
beram adminiſtrationem ſuorum bonorum Præſ. de
Franch. deciſ. 55.
Concluſio autem firmata ſuperius numero 2381. cum
alijs ſequentibus numer. limitatur primò non procede-
2411 re, † ſi creditor cambij ſequutus fidem acceptantis
literas, ab eodem mandatario acceptante alias recepit
literas alteri mercatori directas, primumque ſcribentem
liberauit, tunc ex interuentu nouæ perſonæ cenſetur fa-
2412 cta delegatio, taliter quod hac noua † perſona deco-
cta amplius non reuiuiſcant illa iura extincta contra pri-
mum ſcribentem.
2413 Limitatur ſecundo ſi creditor † cambij fuiſſet negli-
gens in exigendo ab acceptante; vel eidem dediſſet
dilationem ſoluendi, tunc ſcribens eſſet liberatus.
2414 Limitatur tertio ſi creditor cambij recepit † apo-
cham ſolutionis directam Bancho, & à Bancho fuit ac-
ceptata, & deſcripta in eius credito: ſequuta, inquam
Banci decoctione extinguuntur iura creditoris, quia de-
ſcriptio, & poſitio illa in creditum habet vim veræ ſolu-
2415 tionis, niſi ſcribens † probabiliter erat informatus
Banchum de proximo falliturum, vt adnotauimus ſupra
num. 2405 quas limitationis congeriт dom. Paſchalis in
citato cap. 8. num. 71. verſ ſuppoſita, ex Affl. deciſ citata
353. Scaccia. d. gloſ. 5 num. 325 quæſt. 10. Rot. Gen. de-
ciſ. 2. num. 25. Surd. deciſ. 23. num. 11 & D Franc. del
Caſtill. deciſ 46. tota; prima enim & ſecunda limitatio-
nes deducuntur ex Gabriel. Pereira citata deciſ. Portu-
gall. 126 qui nouiſſimè eas probat.
Limitatur quartò, & hæc limitatio indubitabilior eſt
2416 prima limitatione; ſi cambij creditor ſcripſiſſet † in
ſuo libro acceptantem pro eius debitore, & ſcribentem
liberaſſet caſſando partitam, quo in caſu liberaretur ſcri-
bens, Barſat citato conſ. 39 num. 6. verſ. prout & cede-
ret damno; aut ſi partem crediti exegiſſet ab acceptante,
quia tunc eſſet liberatus ſcribens, Gabriel. Pereira citata
deciſ. Portugal. 126. num. 7.
Occaſione prædictorum omnium, quæritur, ſi poſt
2417 acceptationem factam † per mandatarium, antequã
ſolutio fieret, ſcribens literas cambij deceſſerit, an acce-
ptans teneatur ſoluere, & non teneri, eo quod per mor-
tem mandantis mandatum fuit extinctum, reſponde-
runt Bald. Caſtrenſ. & Imol. in l. cum pater §. Mæuio. ff.
de leg. 2. & ſi mandatarius poſt ſcientiam mortis ſolue-
2418 ret † recuperare ſolutum non poterit, ab hæredibus
mandantis, vt præcitati Doctor. firmant, quos probat d.
Rouit. ad pragm 1. de liter. camb. num. 7. in nouiſs. alle-
gans pro comprobatione text in l fin. in fine ff. de ſolut.
2419 verum dicit hoc cogitandum ob deciſionem † Præ-
ſid. de Franch. 303. ſæpius citatam, ob quam vanam red-
di quæſtionem dicit; Sed d. Paſchalis in citato c. 8. num.
70. verſ. imo etiam, ſequitur deciſionem Rouiti, abſque
dubitatione propoſita ob deciſionem Præſidis, dum di-
cit, quamuis dicat eſſe cogitandum &c. Sed dubitatio-
nem factam ob deciſionem præſidis per eminentiſſi-
mum illum Dominum non eſſe parui ponderis, tum ex
comprobatis per Fab. Ann. in citato conſ. 82. num. 22.
verſ. ex iſtis, tum ex dictis per nos ſuperius num. 2398.
cum alijs ſequentibus.
At ego in hac quæſtione propoſita per Doctiſſimum
Rouit. indubitanter dico acceptantem teneri ſoluere
licet poſt acceptationem ſubſequatur mors mandantis,
tum ex deciſis in citata deciſ. 303. Præſ. de Franch deco-
2420 ctoris & mortui † idem iudicium dicitur, eo quod iu-
dicatur extinctum mandatum tam mortui, quam deco-
ctoris, ob ſimilem, ſtatus, in deterius, mutationem, vt
poſt alios docet Fab. Anna conſ. citato 82. quia deco-
2421 ctor † reputatur mortuus, vt diximus ſupra numero
2399. & 2400. & per hoc maturius, Dom. Rouit. in ci-
tato loco dixit cogitandum ob allegatum deciſionem,

quia

quia deciſum in decoctore in his terminis deciſum ha-
2422 bebitur in mortuo, eo quod in vtroq; † mandatum
extinguitur; tum etiam quia ſuperius ex omnium dictis
2423 probauimus, acceptantem † reputari fideiuſſorem,
vt num.2381. dictum fuit, & ſi fideiuſſor reputetur, ad
2424 huc dicendum erit fideiuſſorem teneri † ad ſolutio-
nem promiſſam, quamuis debitor principalis moriatur
Bart.in l.ſi fine,ff.de adminiſtr.tut.& indubitatum di-
cit Aret.Maur.de fideiuſſor.ſect.4.p.2.cap.15.fol.237.
2425 tum & tertio, quia mandatum † nequaquam iudi-
cabitur extinctum etiam morte mandantis, ſi res non
fuerit integra; Remq; autem non dici integram ſi man-
2426 datarius cœpiſſet † vtiliter pro mandante agere, re-
ſpondit eruditiſſimus Coſta, in tractat. re integra, di-
ſtinct.46.nume.5.at in facto patet mandatarium acce-
ptando mandatum,& promittendo ſolutionem cœpiſſe
vtiliter agere diſſoluendo obligationem principalis de-
bitoris adueniente ſolutione, imò idem Bal.in d.§.Mœ-
uio fatetur in caſu illius tex.rem non eſſe integram.

Nec noſtræ concluſioni obſtat iura allegata per Bal.
Caſtrenſ.Imol.& D.Rouit.& primo non obſtat text.in
§.Mœuio allegato per Bal.Caſtrenſ.& Imol.quem ſupe-
rius num.2417.citauimus, & quo mouentur Bal. & ſe-
quaces ad ita ſentiẽdum, quia ibi nulla celebrata appa-
ret interceſſio per acceptationem mandati,ſed manda-
tum fuit iniunctum debitori mandatario,& per hoc ca-
2427 ſus † d.§.duplici differentia laborat, & prima, quia
non apparet de acceptatione mandati, & promiſſione
ſoluendi, vt dici poterit mandatum cœptum fuiſſe exe-
qui,vt res non ſit integra; ſecunda differentia,quia mã-
2428 datum fuit † iniunctum debitori, & per hoc debitor
acceptando mandatum non iudicaretur fideiuſſor, ſed
eſſet debitor ceſſus de mandato delegantis,quo in caſu,
ſi mandatum extinguitur, delegatio euaneſcit per hunc
tex. & per alios concordantes.

Secundò, nec obſtat tex. in l.ſi.ff.de ſolut.in ſecundo
dicto allegatus per Dom. Rouit. quia eiſdem differen-
2429 tijs † laborat, dum loquitur quando delegatur de-
bitor delegantis, ideo non mirum ſi extincto mandato
non liberatur, quia nihil in vita mandantis pro exe-
quutione mandati cœpit vtiliter agere, nec aliquo mo-
do interceſſit, vt ſupra.

Nec etiam obſtabit, quod dicunt Bald. Caſtrenſ. &
2430 Imola † in dict.§.Mœuio,promiſſionem factam per
debitorem delegatum regulari ſecundum naturã man-
dati,ideo ſi mandatũ extinguitur, extinguitur promiſ-
ſio, & per hoc acceptatio facta, quæ loco fideiuſſionis
iudicatur regulatur cum natura mandati.

Quia reſpondetur, acceptationem illam diiudicatã
per Doctores fideiuſſionem; regulari ſecundum naturã
2431 † fideiuſſionis, quæ etiam poſt mortem mandantis
durat, vt notatum fuit ſupra,at ſecus eſſet quando pro-
miſſio prædicta nõ iudicaretur fideiuſſio, ſed facta fuiſ-
ſet per debitorem delegatum,aut per procuratorem,in
quibus caſibus loquuntur precitati Doctores; illa ratio-
ne, quia extrema fideiuſſionis non mutant eorum na-
turam in damnum tertij.

Finaliter non obſtabit, quod dicunt ijdem Doctor.
dicentes, ſoluentem vigore mandati ſic extincti, ſcien-
2432 ter, recuperare ſolutum † non poſſe ab hæredibus
mandantis mortui, nec à recipiente, quia ſolutum do-
natum videtur; & quod dictum tale procedit quando
2433 debitor ceſſus, aut quilibet alius mandatarius † ſol-
ueret contemplatione mandati extincti,eo ſciente; quo
in caſu ille videtur ſoluere animo donandi, cum ſciat
mandatum extinctum, vt Caſtrenſ.latè docet in dict.§.
Mœuio,ſed ſi mandatarius ſolueret, vt creditum diſſol-
2434 ueret,nullo iure prohiberetur † recuperare ſolutum,
eò quod vtile geſſit negocium, ad text.in l.ſoluere, & l.
ſolutionem,ff.de ſolut.l.ſoluendo, ff.de neg.geſt.Caſtr.
Iaſ.& alij in l.tale pactum, §.poſt diuiſionẽ, ff. de pact.
congerunt Cattar.deciſ.61.nume.3.& latius Scaccia in
d.gl.5.nu.72.quæſt.3. ideo talis mandatarius ſoluens,
2435 vt creditum diſſoluat de mandatario fit † negocio-
rum geſtor, Rot.Gen.deciſ.3.ſub nume.17.& gerendo
vtile negocium liberãdo debitorem à creditore acqui-
2436 rit actionem cõtra debitorem † liberatum negocio-
rum geſtorum eadem Rota.Gen.deciſ.32.in fine prin-
2437 cipij, & cum gerat, & acquirat actionem † poterit à
debitore, vel eius hæredibus repetere, quod ſoluit, ad
tex.in l.cum pecuniam,ff.de neg.geſt.

Limitatur tamen hæc vltima concluſio non proce-
2438 dere ſi hæredum † intereſt, pecuniam non ſolui il-
li creditori, vt cauetur in citato tex.l.cum pecuniam.

2439 Limitatur ſecundo ſi ſoluens fuiſſet debitor † man-
dantis mortui,vt in caſu d.§.Mœuio,& d.l.ſi.ff.de ſolut.
quo in caſu quamuis non ſolueret vigore mandati ex-
tincti, ſed animo tollendi ſuum, & creditoris mandan-
tis debitum, tunc non liberaretur ſoluendo, ſi ſolutio
cederet in damnum hæredum ſui creditoris, aut in dã-
num aliorum creditorum, aut cuiuſlibet alij tertij Rot.
Gen.deciſ.1.num.9.quodque probat Scaccia d. gloſ.5.
quæſt.11.num.330.

Horum etiam occaſione quæritur,an ſi Fabius man-
dauerit ſolui literas cambij in nundinis Auerſanis An-
tonio, cui remittit quantitatem cambiatam, eidemque
Antonio ordinat, vt eandem quantitatem remittat ei-
dem Fabio mandanti ad ciuitatem Neapolis, Antonius
remittat iuxta ordinem ſibi datum, dando illam pecu-
niam Franciſco ad cambium pro Neapoli ſoluendam
Fabio mandanti; euenit quod interim Franciſcus de-
coxerit, dubitatur, & quæritur cuius damno cedat talis
decoctio Fabij, cuius eſt quantitas cambiata, an verò
Antonij, qui de ordine remiſit illam; pro cuius dubij
reſolutione duo diſtinguendi ſunt caſus videlicet.

Primus erit ſi Fabius in literis cambij mandauit An-
tonio, quod remitteret ſupra ſe per ſuas literas, vt ſoli-
2440 tum eſt fieri, & tunc decoctio prædicta cedit † in
damnum Antonij, & ad ipſum periculum ſpectat pro-
pter expreſſam conuentionem contentam in literis,
hæcque important illa verba poſita in literis, *ſopra di
voi,&c.* vt adnotat Scaccia de camb.§.3.gl.2.

Secundus caſus quando ſimpliciter in literis manda-
ta fuit remiſſio facienda per cambium; & tunc ſubdi-
2441 ſtinguitur, nam aut decoctio † Frãciſci erat veroſi-
militer, & probabiliter futura, & nemo ſani iudicij, &
inculpatæ diligentiæ dediſſet ei cambio,& tunc pericu-
lum decoctionis eſſet Antonij remittentis.

2442 Aut verò decoctio erat ita latens,† vt facilè quiſque
potuiſſet remanere deceptus,& tunc damnum eſſet Fa-
bij mandantis, quia Antonius culpa careret, ita articu-
lo ſingulariter explicato per regulas non controuerſas
docet Scaccia in ſępius citata gl.5. nume.400.cum plu-
ribus ſequent. quæſtionibus ipſum conſulas latius lo-
quentem.

Inſuper miſcellanicè concludendo, dico,literis cam-
bij amiſſis conſultum eſſe poſſe eas exigi, ſeu quantita-
2443 tem debitam † peti data cautione per agentem,ita

Præſes

Præſes de Franch.deciſ.498.D.Paſchal.d.c.8.nume.74.
in fine Gamma deciſ.336.& alij,quos prætereo,verum
latius articulo explanato, tres diſtinguendo caſus docet
Scaccia in ſepius citata gloſ.5.nu.348. penes quem cla-
2444 rius †reſolutio habebitur,quam penes Genuam vti-
que in eodem articulo plenius loquentem in d.lib.3.de
ſcript.priuat.titulo de liter.camb.quęſt.1.ſoluens cam-
2445 bium non habet obligatum † recipientem ſolutio-
nem, ſed mandantem, & recipiens obligatur mandan-
ti Rot.Gen.deciſ.168.ad text.in l.ſi me, & Titium, ff.ſi
cert.pet.& l.ſi pupilli,§.1.ff.de ſolut.
2446 Locus contractus dicitur ille,in quo †deſtinatur ſo-
lutio cambij non autem ille, in quo cambium celebra-
tum fuit, Genua d.tit.de liter.camb.in fine ſuper nota-
bilibus num.11.
2447 Reliqua autem quando literę cambij † obligent,ad
ſaturitatem, Scaccia in locis ad hoc citatis Genua in d.
tit.D.Paſchal.vbi ſupra Card. Tuſc.in ſuis concluſioni-
bus litera, C.& litera, L.ac Morla, Azor. & alij nouiſſi-
mi citati per Genuam ideo de hoc ſatis.
Secunda inſpectio huius octaui quæſiti, nempè, qua
actione per literas cambij agendum erit quomodoque
in iudicijs cum eis experiatur, breuiori ſermone expli-
cabitur,& quo ad actionem, cõcluditur per omnes Do-
ctores, quod reſpectu mandatarij contra mandantem
2448 detur † actio mandati ad text.in l.ſi quis mihi,& l.ſi
mandauero. ff. mand. & probant innumeri, quos con-
gerit Genua d.tit.de liter.camb.quæſt.3.num.2.& ter-
tio,de quibus nulla reperitur cõtrouerſia,ſed penes Ge-
nuam non reperitur explicatum,qua actione agendum
contra debitorem ſcribentem.
At ego,vt apertius explicetur quæſitum;putaui prius
2449 videre,an contractus cambij nominatus ſit, † an ve-
rò innominatus,ad hoc, vt ex hac explicatione facilius
deueniatur ad quæſiti deciſionem, & omiſſo Genua,
2450 † remiſſiuè,ac confusè ſuper his loquente,dico qua-
2451 tuor ſuper his reperiri opiniones,† quarũ prima eſt,
eſſe mutuum, ſecunda contractum innominatũ do, vt
des, tertia quod ſit permutatio pecuniæ cum pecunia,
quarta quod ſit emptio, & venditio; Primam opinio-
2452 nem defendunt omnes vtriuſque paginæ †Doctores
tenẽtes cambia eſſe illicita, quos refert Scaccia de com-
merc.& camb. §.1.quæſt.7.p.1. in principio cum non-
nullis numer. ſequent. Secundum defendunt Caiet. de
camb.c.3.nu.1. Anan.in c.vlt.nauiganti ſub nu. 47. &
Nauar.ibid.n.9.21.& 22. de vſur.Salon. de camb.q.1.
art.1.ſub n.4.& art.2.ſub n.7.& Cauat.de cãb. in præ-
ludijs. Tertiã defendunt Caiet.vbi ſup.c.3.& 4.Medin.
de reb.per vſur. acquiſ.q.5. Fabian. Genuenſ.de camb.
num.1.Card.Tolet.de inſtr. Sacerd.lib.5.ca.50.Salon,
& Cauat.locis citatis Azor.inſtit. Moral.p.3.lib.10.tit.
✱ de camb.c.1.& ca.5.quæſt.1.& 2.Romual.Col.eodem
2453 tract.ca.2.& communem † omnium opinionem di-
cit Boninſegn.de camb.c.5. Quartam verò opinionem
defendunt Anan. Caiet. Fabian. & Boninſegn.ac om-
nes alij relati per Scacciam de commerc. & camb. §. 1.
2454 quæſt.4.nume.21.quam,demum † poſt relatas om-
nes prædictas opiniones, dicit num.37.in fine, eſſe effi-
✱ caciorem,& magis communem.
2455 Idcirco contractus cambij quiſquis erit † ex dictis
quatuor opinionibus habebit eam actionem, quæ pro
quolibet ex prædictis opinionibus reſpectu contractus
de iure daretur, ideo ſi erit venditio, daretur actio pro
empto, & vendito vulgatis regulis.

In Regno autem quæque ſit actio, quæ pro cambio
2456 detur,illam paratam †habere exequutionem per re-
gias pragmaticas ſtatutum fuit,modo vt latius inferius
dicetur.
Verum non incongruè quæritur, an pro literis cam-
2457 bij detur hipotecha,† & eam dari articulo nõ diſpu-
tato firmat Dom.Paſchal.d.c.8. num.79. citans Buſat.
conſ.citato 39.num.37.& ſeq.
2458 Contrarium, & rectius probauit † Surd. conſ.499.
nu.2.lib.4.dicens non reperiri iure cautũ, Hipotecham
pro literis cambij dari,quem ſequuntur Cauat. de cãb.
illumque probat Genua d.titul.de liter. camb.q.2.licet
2459 loquatur intricatè, Dom.enim Phi lip.Paſchalis † d.
nume.79. vir alioquin noſtra tempeſtate doctrina,om-
nique integritate exemplariſſimus decipitur, dum fir-
mat, creditorem vigore literarum cambij connumera-
ri inter hipotecharios, quodque teneri dicit per Burſat.
in proximo citato conſ.39.quia caſus Burſatti continet
2460 diuerſitatem facti,dum ille ſupponit fuiſſe dictũ † in
literis cambij, *obligo (& prometto,&c.)* ea ratione,quia
2461 hipotecha etiam † verbis generalibus conſtitui po-
terit, & etiam in ſcriptura priuata,Socc. Neguſ.Strach.
Cęph.& alij, quos probat idem Burſat. citato loco; qui
dicit,quod ſi in literis cambij ponatur verbum promit-
2462 to † tantum, illud nequaquam importabit hipote-
cham, ita author prædictus in d.conſ.39.num.40.
2463 Imo idem Buſat.non ſemel † decipitur in d.conſ.&
primo fallitur dum dixit verbum illud *(obligo,)* conſti-
tuere hipotechám, eo quod ſi tale verbum reſpicit per-
ſonam nequaquam, ex eo conſtituitur hipotecha, ſed
2464 vt hipotecham contineat oportet eſſe † applicatum
bonis, modo vt magiſtraliter docet Neguſant.de pign.
par.3.membro primo,ac Soccin.& Straccha,quos citat
idem Burſat.
Secundò fallitur Burſattus,dum nu.39.& 40. ſubſe-
2465 quitur dicendo † verbum illud, *(obligo,)* importare
hipotecham, tanquam clauſula ſolita apponi per nota-
rium in inſtrumentis publicis,vt adnotat Neguſ.d.loco
num.24.quem Burſat. probat, & ego addo Surd.deciſ.
213.& alij, quos ſciens prætereo, quod aſſumptum ex-
2466 tendit procedere Burſattus, etiam in †ſcriptura pri-
uata, authoritate Cępollæ in l.quod ſi nolit.§.quia aſſi-
dua num.13.cum ſequent.& nume.19.& 40.ff.de ędil.
edict. quamuis expreſsè non nominentur bona: & in
hoc aſſumpto dupliciter fallitur, nempe primo,quia nõ
bene perpẽdit Cępollam,quem probat etiam Boer. de-
2467 ciſ.182.nu.54.Cępolla enim,& Boer.loquuntur † in
notario, & in inſtrumento publico, in quo ſolitum per
2468 Notarios attenditur, & per hoc cenſeri † rogatum
Notariũ ponere clauſulas conſuetas fertur per os prag-
maticorum, vt Cępoll. Neguſ. Surd.& innumeri, ſed in
ſcriptura priuata non oportet rogari Notarium,pro ip-
2469 ſius confectione, ideo opus non erit † allegare con-
ſuetas apponi clauſulas, eo quod ſimiles ſcripturæ con-
2470 ficiuntur à qualibet† perſona,& vt plurimum à pro-
prijs partibus, & propterea Cępolla, & alij verbum
nullum de ſcriptura priuata circa terminos iſtos, & ſi
hoc dicerent ineptè,& non parum leuiter loquerentur.
2471 Tertiò fallitur Burſattus †ſequẽdo prædictos prag-
maticos notabiliter in hoc ab errantes quaſi,literæ cã-
bij conficerẽtur per Notarios de neceſſitate;error enim
2472 hic à tribunalibus omnibus † non minus, quam à
ſcholis exploſus eſt, eo quod in toto iure communi non
ſolum certum, ſed certiſſimum eſt,bona debitoris citra
expreſ-

2473 expreſſam conuentionem † obligata creditori non
eſſe extra eas cauſas, in quibus placuit contrahi tacitè
pignus, vel hipothecam toto titu. quib. cauſ. pign. vel
hipotech. tacit. contrah. ff. & C. modo, vt cõtra iſtos er-
roneos pragmaticos inuehit eminentiſſimus Ant. Faber
de error. pragmat. Decad. 1 err. 1. toto, & vltra elegan-
ter more ſuo congeſta per Fabr. loco citato, probatur
2474 aſſumptum, quia obligationes † non ſunt extenden-
dæ, Surd. deciſ. 31. in fine, & hipotecha nullatenus cen-
2475 ſetur inducta, † niſi iure cautum probetur, & in caſi-
bus in iure expreſſis. l. 2. vbi gl. finalis in fine, ff. de priui-
leg. creditorum, Fulgoſ. Ripa Crauett. & alij, quos pro-
bat Surd. d. deciſ. 31. num. 9. & deciſ. 271. num. 10. ideo
2476 prudenter, & cautè, † D. Rouit. in d. pragm. 1. de li-
ter. camb. nu. 13. remiſſiuè ſuper hoc articulo loquen-
do, dicit, videndos eſſe Surd. & Burſat. locis citatis, tan-
quam diuerſimodè decidentes, ideo cauendũ erit à pre-
2477 citatis, † authoribus ſupponentibus, creditores cam-
bij connumerari inter hipotecharios, & Ant. Fabrum
ſuperius citatum in terminis probat Criuell. deciſ. Do-
lana 27. numero 13. ſed de his aliàs pluries inferius di-
cetur.

Quo autem ad exequutionem, quam literæ cambij
continent, de iure communi non eadem omnium eſt
2478 ſententia, dum † aliqui dixerunt nequaquam para-
tam exequutionẽ habere, illa ratione, quia literæ cãbij
2479 publico æquiparantur † inſtrumento, & inſtrumẽ-
tũ de iure cõi exequutionem paratã nullatenus habet,
ergo, & conſequenter, nec habebunt talem exequutio-
nem literæ cambij, imò de hoc iure prorſus incogni-
2480 ta † erat hæc materia, vt firmant omnes Doctores,
quos citant Honded. conſ. 29. nu. 35. vol. 2. Card. Tuſc.
concluſ. 13. nume. 5. lit. C. Genua. d. tit. de liter. camb.
q. 4. num. 13. & Sigiſm. Scaccia inferius citandus.

2481 Contrariam opinionem † amplexi fuerunt Marãt.
Rot. Gen. & alij, quos citant, & probant Honded. alle-
gato conſ. num. 7. & Maſtrill. deciſ. 9. lib. 1. nu. 7. dicen-
tes literas cambij habere exequutionem paratam.

2482 Attamen ſi verior ſit prima † negatiua opinio in-
ſpecto iure communi fforum, Codicis, Authentich. &
inſtitut. veriſſima enim erit ſecunda affirmatiua opinio
inſpecto iure communi conſuetudinario, quia atten-
2483 ta † generali conſuetudine literæ cambij habẽt exe-
quutionem paratam, quodque cambientes videntur ex-
2484 preſsè conuenire, dum ponunt verbum illud † in li-
teris, *pagarete*, aut *pagaremo*, prout nonnullis compro-
bationibus firmat Scaccia de commerc. & camb. §. 7.
gl. 5. tota.

In Regno autem abſque iurium allegatione, ſanci-
2485 tum patet quaſlibet † literas cambij habere exequu-
tionem paratam, vt videtur in pragmatica prima, &
ſequentibus titulo de literis cambij.

Extenditur concluſio, vt exequutio parata detur
2486 tam contra † acceptantem, quam contra ſcriben-
tem, Scaccia de camb. in nonnullis locis, Maſtrill. cita-
ta deciſ. 9. ac Paſchalis, & omnes præcitati Doctor. & in
ſpecie Maſtrill. allegata altera deciſ. 221. lib. 3. & deci-
ſum dicit D. Rouit. d. pragm. 1. num. 4. 5. & 6.

2487 Extenditur ſecundò etiam pro intereſſe, pro † quo
literæ cambij habent exequutionem paratam, Fulu. Pa-
cian. de probat. lib. 1. cap. 26. num. 65. Scaccia de com-
merc. §. 7. gloſ. 5. num. 7. & latiſſimè Maſtrill. in allega-
ta deciſ. 221.

Reſtringitur autem eadem concluſio non procede-
2488 re † in literis cambij vitiatis, & ſuſpectis, & in cam-
bijs ſine literis, per teſtes tamen probatis, Scaccia d. §. 7.
gloſſ. 5.

2489 Reſtringitur ſecundò in literis cambij † ſicci, & fi-
cti, quæ non habent exequutionem paratam Anan. in
c. vlt. nauiganti de vſur. nume. 46. Nauarr. nu. 27. Ioan.
Battiſta Lupus, §. 2. nume.... & Scaccia vbi ſupra nu-
mero octauo.

2490 Reſtringitur tertiò in ceſſionario, † ad cuius inſtã-
tiam literæ cambij nõ habent exequutionem paratam,
Rot. Gen. deciſ. 10. quam probat Doctiſs. Rouit. ad
pragm. 1. de liter. camb j num. 15. & Nouarius nouus
commentator ad eandem pragmaticam num. 7. refert
Rotam Gen. omiſſo D. Rouito, à quo mutuo accepit.

2491 Reſtringitur quartò, vt procedat tantum in † literis
acceptatis, vel proteſtatis, quia ſi non fuerint accepta-
tæ, vel ſint ſine proteſtatione, nullam habent exequu-
tionem paratam, ſed dicerentur redire inanes in ſolu-
tione, & proteſtatione, ita Scaccia in d. §. 7. gloſ. 5. to-
ta, at ſi proteſtatio facta non fuerit, tunc creditor cam-
2492 bij † perdit lucrum cambij, nec poterit petere niſi
capitale, eo quia debitor cambij excuſatur à mora, ob
2493 non factum proteſtum, dum poterit ſemper † dice-
re pecuniam debitam fuiſſe paratam in loco deſtina-
tæ ſolutionis, Scaccia vbi ſupra, §. 2. glo. 5. nu. 318. cum
ſequent.

Aduerſus quam paratam exequutionẽ opponi poſ-
2494 ſunt per debitorem cãbij omnes exceptiones † preter
eas, quæ reſpiciunt ordinem, & figuram iudicij, & per
hoc infertur ad infraſcripta.

2495 Et primo infertur, nam opponi poterit † de illegi-
timitate perſonæ tam rei, quam actoris.

2496 Secundò poterit opponi de exceptione † adimple-
menti Scaccia d. §. 7. gl. 5. q. 4. tota.

2497 Tertiò opponitur exceptio vſurariæ † prauitatis, &
impedit; Rouit. in Rubr. de liquid. inſtrum. in nouiſſi-
mis commentar. num. 32. per ea, quæ dicit Seſs. de inhi-
bit. c. 4. num. 7. & 8. §. 2. ac non impedire refert ex Sur-
do conſ. 327. vol. 3. ſuper quibus latiſſimè articulo ple-
nius diſputato ſcribit Scaccia d. quæſt. 4. à nu. 57. vſque
ad finem.

Verum perſtringendo omnia Doctorum dicta dico
hanc exceptionem omninò impedire quando vſura
2498 † eſſet manifeſta, & notoria apparẽs p manifeſtas, &
notorias probationes, per ea quæ de notoria nullitate
dicunt Doctor. citati per Rouit. ad pragmat. 5. de offic.
Sac. Conſ. & latius per Scacciam de appellat. quæſt. 19.
remed. 1. concluſ. 5. nume. 23. & ſeq. & de notoria iniu-
2499 ſtitia aduerſus † quoduis exequutiuum iudicium
quando nulla alia requiratur indagatio, vt Rouit. ad
pragm. 11. de feud. nu. 41. & in proprijs terminis Scac-
cia d. §. 7. gloſ. 5. quæſt. 4. num. 78. ſecus autem in tali
exceptione non notoria.

2500 Quomodo autem hæc exequutio impediatur † per
tertium creditorem anteriorem, latè Scaccia d. gloſſ. 5.
quæſt. quinta tota, & quomodo per ceſſionem bonorũ,
aut per exceptionem. c. Odoardus vtique impediatur
idem Scaccia d. gloſ. quæſt. 6. tota, & nos latius ſuo loco
dicemus.

2501 Opponitur denique exceptio † præſcriptionis ad-
uerſus exequutionem has literas poſt annos triginta,
etiam ſi in præſcriptione mala fides interueniat, quia
de ea nõ curatur in executiuis, Scaccia d. §. 7. gl. 7. tota,
quia ſi præſcribitur ius exequutiuũ, remanet ordinariũ,

Verum

Verum ego attenta practica in Regno, in quo poſt
2502 decennium impeditur executio facienda † vigore li-
terarum exequutorialium, adhuc in decennio non exe-
quutarum, vt teſtatur Carauit. Rit. 128. nu. 4. dicerem
ideo, quod attenta hac practica, elapſis annis decem
exequutionem literarũ cambij omnino impediri, prout
2503 impeditur † exequutio obligationis penes acta ſti-
pulatæ, & non incuſatæ in decennio, vt Carauit. loco ci-
tato, reliqua verò ſuper præſcriptione latius ſuo parti-
culari loco ſubigentur.
2504 Exceptio autem † non numeratæ pecuniæ, aduer-
ſus exequutionem literarum cambij opponitur regula-
riter, Bald. conſ. 190. lib. 2. ſub nume. 2. Affl. in conſtit.
Regni cauſas per magiſtros num. 10. cum pluribus ſeq.
lib. 1. Rubr. 40. Foller. ad Marant. p. 6. actu 6. nume. 53.
Cauat. de camb. tit. de liter. Cardin. Mantic. deciſ. 77. &
pluries deciſum, dicit Scaccia, §. 2. gloſſ. 8. quæſt. 1. tota,
adnotatque Paſchal. in ſępius citato c. 8. nu. 65. qui ex-
2505 tendit etiam ſi præſentans † literas mercatori fatea-
tur recepiſſe in dorſo literarũ præſentatarum pecuniam
cambiatam, ad tex. in l. ſi literarum, vbi gl. Bal. & Salic.
C. de ſolut. Rot. Gen. deciſ. 26. num. 27.
2506 Extenditur ſecundò in mandatario † acceptante,
qui etiam poterit opponere hanc exceptionem, Fab.
Anna conſ. citato 82. nu. 3. 4. 5. & 6. vbi ex Salicet. Re-
buff. Emanuel. Coſt. & Duen. probat campſorem prin-
cipalem cambij nõ poſſe opponere hanc exceptionem,
ſed bene eam opponit acceptans, tanquam fideiuſſor
ex perſona dicti principalis, ſequitur D. Paſchal. d. ca. 8.
num. 89. & ante hos Vrſill. ad Affl. deciſ. 110. num. 6.
2507 Contra verò ſecundam hanc extenſionem † inſur-
git Scaccia, nullo ex prædictis allegato, de commerc. §.
2. gloſ. 8. quæſt. vnica nu. 12. itaque deciſum in Rota di-
cit, vt mandatario acceptanti non competat hæc exce-
ptio, deciſumque in Rota Romana nouiſſimè dicit M.
Ant. de Amat. deciſ. Ferrar. 45. in principio.

Ex iſtis extenſionibus, & opinionibus contrarijs non
modica oritur confuſio, poſtquam ſupra nume. 2504.
concluſum fuit cum præcitatis Doctoribus, & præcipuè
2508 cũ Scaccia, & D. Paſchal. exceptionem non † nume-
ratæ pecunię dari debitori cambij aduerſus exequutio-
nem literarum cambij, quod extenſum fuit, etiam ſi in
dorſo literarum in ipſarum præſentatione mercatori,
alia fiat confeſſio, & demum num. 2506. negatur, prin-
cipalem poſſe opponere, & affirmatur acceptantem ex
perſona principalis poſſe opponere, & hoc vltimum in
num. ſequenti denegatum fuit per Scacciam, ac confu-
ſio fortificatur, quia acceptans poterit eſſe mandata-
rius, vel campſoris, vel campſarij, & deciſum in vno ne-
gatur in alio, idcirco, vt hic articulus clarius intelliga-
tur infraſcripti diſtinguendi ſunt caſus.
2509 Primus enim caſus erit quando campſor † dederit
cambio requiſitus à campſario, & prius receperit pecu-
niam in aliquo loco puta Romæ, ſoluendam Neapolis
campſario, & pro ſolutione facienda ſcribat alicui ſuo
correſpondenti, cui mandauerit, vt quantitatem cam-
biatam ſolueret campſario, mediantibus literis cãbij.
2510 Secundus erit caſus, quando campſor † prius dede-
rit pecuniam cambio puta Romæ, recipiẽdam demum
Neapolis, cum incremento ſolito, aut dederit in Nun-
dinis Salerni recipiendam cum lucro cambij, in nundi-
nis Luceriæ mediantibus literis cambij, factis per cam-
pſarium debitorem directis alicui eiuſdem debitoris,
correſpondenti, cui per eundem campſarium deman-
detur, vt ſuo nomine ſoluat cãpſori creditori, aut cuius
alteri nomine prædicti, modo, vt in explanatione cam-
biorum ſupra nu. 1300. cum ſequentibus, ſatis demon-
ſtratum fuit, tam in cambio non nundinali, quam nun-
dinali, & ſignanter nume. 1321. cum infinitis ſequen-
tibus.

In primo caſu, quãdo campſor prius recipiat, quam
det in cambio; quo in caſu neceſſario oportet loqui Do
ctores citatos ſupra num. 2506. probantes principalem
campſorem non poſſe opponere hanc exceptionẽ; quia
2511 ſi campſor prius dederit † quam receperit, exceptio
iſta non intrat, eo quod ſi non numerauit dando, exce-
ptio competit aduerſario, & ſi demum nõ recipiet, agit
contra promiſſorem, quem ſi liberauerit quietando ne-
quaquam intrabit extenſio prædicta poſita in d. nume.
2506. quæ loquitur in mandatario acceptante nomi-
2512 ne † campſoris, quia in tali caſu eſſet mandatarius
campſarij, in quo Doctores præcitati non loquuntur,
dum dicunt, acceptantem opponere ex perſona princi-
palis campſoris; nam campſor dicitur ille, qui requiri-
2513 tur † ad cambiandum, & ille, qui requirit egens pe-
2514 cunia dicitur campſarius, † vt latè adnotauimus ſu-
pra nume. 1206. & ſi præcitati Doctores loquentes in
2515 campſore principali intenderent † de eo, qui cam-
bium requirens recepit, contra regulas iuris loqueren-
tur tum confundendo terminos, tum etiam decidendo
ſecundum infraſcriptum alterum caſum contra alias
iuris regulas: idcirco redeundo ad noſtrum inſtitutum;
ſi in primo caſu loquimur; tunc ſubdiſtinguitur, nam
aut ſumus in principali campſore; & tunc cum nõ poſ-
2516 ſe opponere exceptionem non numeratæ † pecunię,
ſatis bene firmauerunt præcitati Doctores allegati in
ſupradicto nume. 2506. & ego addo Fachin. lib. 2. con-
trouerſ. c. 86. quodq; procedit non ſolum ob rationem
adductam per citatos Doctor. ſatis generalem, ſcilicet
ob publicã fidem; ſed ex eo, quia inueroſimiliter præſu-
2517 meretur campſorem † ſcribere literas cambij, eaſq;
conſignare campſario, qui eget illa pecunia in aliquo
loco, in quo diriguntur literæ cambij, & non prius re-
cipere pecuniam cambiatam in dicto loco ſoluendam,
dum mercatores iſti dantes cambio, ſi cambium cele-
bretur prius recipiendo, & poſtmodum dando ſolent
2518 † prẹſenti pecunia negociari, eo quod inter eos ſem-
2519 per † ſolutiones ſunt paratæ, vt ex Put. Rot. Gen.
Rot. Roman. & ex alijs, in ſimili docet Scaccia de com-
merc. & camb. §, 2. gl. 5. nume. 63. & leges concedentes
beneficium huiuſmodi exceptionis fundantur in præ-
2520 ſumptione † veroſimilitudinis, ex qua præſumunt,
debitores egentes pecunia neceſſitate obſtrictos, ſperã-
tes futuram numerationem facile confiteri recepiſſe,
2521 † vt docet Duen. Regul. 260. in principio, quæ præ-
ſumptio non ſolum non cadit in campſore principali,
2522 qui nulla intermedia neceſſitate, ſed requiſitus † ac-
commodat egentes de ipſius pecunia, ſed etiam cõtra-
rium ex inueriſimilitudine præſumitur, vt ſupra; & in-
2523 ueroſimile dicitur illud, † quod rarò, & non frequẽ-
tius accidit, vt probauimus ſupra num. 116. tit. de libr.
mercatoris, ideo concurrente hac inueroſimilitudine,
2524 ex qua campſores † non ſolent ſoluere, quod nõ re-
ceperint, neque non præſenti pecunia negociari, leges
denegant exceptionem iſtam in præſumptione funda-
tam; & hæc deſeruiunt pro limitatione dicendorum in-
ferius num. 2546. & ſeq.

Aut verò ſumus in mandatario campſoris, qui literas

ſibi directas (in quibus mandata erat ſolutio de recepta
pecunia ibi cambiata,) acceptauit ; & poſt acceptatio-
nem factam oppoſuiſſet hanc exceptionem non nume-
ratæ pecuniæ : & tunc iterum ſubdiſtinguas, nam aut
2525 opponit ex propria ſua perſona, & prohibetur † op-
ponere, ad tex. in l. fruſtra. C. non num. pecun. quia non
ex perſona ſua obligatio ſumpſit exordium, vt Bald. &
cęteri in d. l. fruſtra ; aut verò opponeret ex perſona cã-
2526 pſoris principalis, & poſſe eum opponere, † reſpon-
dit Fab. Ann. citato conſ. 82. ex traditis per citatos per
eum Doctores, ſupponentes, hunc acceptantem inter-
ceſſorem reputari, quod vltimum omnes admittunt ;
ſed verius infra explicabitur.

Tu autem lector amatiſſimè caueas à pręcitatis Do-
ctoribus loquentibus expreſsè cõtra iuris regulas ; nam
ſi ſupponunt principalem eſſe campſorem, & regulam
firmant campſoribus non concedi hoc beneficium, ob
prællegatas rationes omninò fateri debent mandata-
2527 rium campſorem † acceptantem proponentem hanc
exceptionem nomine campſoris principalis repellendũ
eſſe, ob rationem per eoſdem Doctores allegatam, ſcili-
cet inter campſores non dari hanc exceptionem, quod-
que ſatis euidenter probatur, nam acceptans vti inter-
2528 ceſſor prohibetur dupliciter proponere † hanc ex-
ceptionem, primo ex text. d. l. fruſtra, & ex ratione per
Doctor. ibidẽ allegata, ſi ex propria perſona proponat.

Secundò vti campſor, cui eſſe prohibitum ijdem Do-
ctor fatentur, ſin autem ex perſona principalis campſo-
2529 ris † velit proponere, & principali denegatur neceſ-
ſario denegandum erit fideiuſſori, principalem in hoc
repræſentanti ex regula text. l. ſi eum, §. qui iniuriarum,
2530 ff. ſi quis caut. vbi Doctor. nam ſi fideiuſſori † com-
petat hoc beneficium ei conceditur exemplo principa-
lis, & ſuo nomine, cui ſi denegatur, denegandum con-
ſequenter erit eum repræſentanti, ad text. in terminis, l.
tam mandatori. C. non numer. pecun. ibidemque Bart.
nume. 1. in 2. lectura, & Doctores citati per Fab. Ann. in
citato conſ. loquuntur quando acceptãs interceſſor ac-
2531 ceptando † ſolutionem promiſit pro perſona nulla-
tenus exercente negociationem campſoriam, itaque in-
telligi debere, vt ipſi ſaluentur à contrarietate, quia Bal.
in d. l. fruſtra, quem ſequuntur Doctores citati per An-
nam allegato conſ. 82. poſt gloſ. in auth. de fideiuſſor. §.
agnoſcant, verbo argentariorum, loquitur, & expreſsè
firmat poſt gl. prædictam acceptanti campſori denega-
2532 ri † hoc beneficium, eo quòd ita inter campſores
ſeruari dicit, ideo implicitè fatetur, quod ſi principalis,
pro quo acceptans proponeret hanc exceptionem eſſet
campſor, vtique propoſitio huius beneficij ex eodem
fundamento prohiberetur, nam ſi in huiuſmodi pro-
poſitione facienda nomine principalis ipſe principalis
2533 repræſentatur, repræſentandus erit † cum ſuis qua-
litatibus, vulgatis regulis, itaque de his ſatis.

Sin autem ſumus in ſecundo caſu principali, & tunc
indiſtinctè concludas tam in debitore cambij ſcribente
literas cambij, quam in acceptãte dictas literas, eiſdem
2534 concedẽdam † propoſitionem huiuſmodi exceptio-
nis, & per eam impediri petitionem, & exequutionem
2535 ex literis prædictis, eo quod principalis debitor † po-
terit ex propria ſua perſona opponere, vt per magis cõ-
✱ munem opinionem notatum fuit ſupra nume. 2504. &
ſeq. & mandatarius acceptans poterit vtique opponere
ex perſona eiuſdem ſui principalis, per tex. d. l. tam mã-
2536 datori cum concordãtibus, eo quod † id quod prin-
cipali permittitur, opponi poterit per quemuis ſuo no-
2537 mine, † ad tex. in l. ſi cui, C. d. tit. non num. pecun. &
2538 principali debitori † facilius, cum hoc beneficio, le-
ges ſuccurrunt, quia illi neceſſitate habendi pecuniam
2539 cambio, aut mutuo obſtricti de facili † confitentur
ſpe futuræ numerationis recepiſſe, Duen. in citata re-
gula 260.

Extenditur tamen concluſio proximè firmata in
mandatario acceptãte, qui poterit proponere hanc ex-
2540 ceptionem competentem † principali ex illius per-
ſona, etiam principale inuito, vnde ſi fideiuſſor hic op-
poſuiſſet exceptionem hanc, & principalis comparuiſ-
ſet in iudicio agnoſcendo debitum, tunc iſta agnitio nõ
2541 noceret † fideiuſſori, cum videatur dolo facere in
eiuſdem fideiuſſoris necem, dummodo principalis ſic
agnoſcendo debitum ſit non ſoluẽdo, eo quia qui nihil
2542 habet de facili colludere † dicitur, ad text. in l. 3. in
princip. ff. de teſt. quia ſi eſſet ſoluendo, confeſſio hęc, &
2543 debiti agnitio † reſultaret in ſui tantum damnum,
ita ſingulariter Bal. in d. l. tam mandatori num. 26. 27.
& 28. & ſequitur Marſ. rubr. de fideiuſſor. num. 265.

Extenditur ſecundò etiam ſi creditor cambij poſt
2544 acceptationem ſoluat, & numeret † debitori fugiti-
uo, & inopi, quia vtique poterit acceptans vti fideiuſſor
opponere hanc exceptionem non obſtante ſubſequuta
numeratione in necem ipſius acceptantis factam, ita
Bald. in d. l. tam mandatori num. 29.

Cum prædictis verò diſtinctionibus ſubdiſtinctioni-
2545 bus, & extenſionibus intelligendi ſunt Anna, † &
Scaccia, opiniones inter ſe pugnantes congerẽtes, quos
citauimus ſuperius num. 2506. & 2507. aliàs fatendum
erit contra regulas iuris eos eſſe loquutos.

Verum illud, quod ſupra num. 2516. firmauimus in
campſore reſpectu cambij nequaquam ſic procedit in
2546 cęteris creditoribus, qui poſſunt † opponere hanc
exceptionem infra triginta dies, dicendo creditũ ſuum
non fuiſſe per debitorem numeratum, quamuis idem
creditor faſſus ſit recepiſſe, ad tex. in l. in contractibus,
§. ſuper cęteris, C. de non num. pecun. quo in caſu im-
2547 pediretur liberatio, & debitor † teneretur probare
numerationem, ad tex. in l. 1. C. de probat. & probat gl.
in d. §. ſuper cęteris, ac Doctor. ibi.

Sed an creditori liceat opponere hanc exceptionem
elapſis triginta illis diebus ſuſcipiendo onus probandi
2548 † pecuniam ſibi nullatenus fuiſſe ſolutam, & non li-
cere reſponderunt Bald. in d. §. ſuper cęteris Salicet. ibi-
dem, & Caſtrenſ. in conſ. 233. ſub num. 3. lib. 2. quos re-
ferre Caball. conſ. 50. num. 2. lib. 1. teſtatur D. Paſchal,
in citato cap. 8, par. 1. num. 90. verſ. an antem elapſis, &
ego addo Duen. regula 261. tota tenentem, innumeris
allegatis, de iure ciuili, & canonico poſt bienniũ
2549 † debitori etiam denegari hoc beneficium, quid for-
tius creditori, cum quo nõ concurrit tanta præſumptio,
vt ſuperius notauimus, ſed de hoc vltimo dicto dicetur
infra num. 2554.

2550 Contrarium, & verius † defendit Fõtanell. de pact.
dotal. clauſul. 4. gloſſ. 18. par. 3. nume. 19. quem probat
D. Paſchal. citato loco quamuis adducat Bart. in l. ſi ex
cautione nu. 12. C. d. tit. nõ nu. pecun. qui ſatis genera-
liter loquitur, nulla creditoris facta mentione, tamen
opinionem fontanellæ, & Dom. Paſchalis omninò ve-
riſſimam dico, ſi lucidiſſimis probationibus probetur,
2551 non eſſe numeratum creditum, eo quod † veritas
nunquam erit reijcienda, vt probat in caſu maioris dif-
ficulta-

ſicultatis Scaccia de commerc. & camb.§.7.gloſſ 3.nu-
mero 34.

Limitatur tamen hæc concluſio in creditore firma-
2552 ta, vt ea non procedat, ſi vltra confeſſionem † cre-
ditoris de recepto adeſſet pactum de non petendo, &
quietatio, quia tunc ſtatim confeſſionem præiudicare
dixit Natta conſ. 196.nu.1.libr.1. quem probat Dom.
Paſchal.citato loco num.90.

Limitatur ſecundò ſi creditor renunciaſſet huic ex-
ceptioni; quia ea vti amplius non valeret; quamuis in
2553 debitore ſit dubium, in creditore † tamen validam
renunciationem, dicit idem Natta conſ.190.numer.2.
quem D.Paſchal. probat eodem in loco citato, & pro-
batur per rationes adductas per Bal. Caſtr.& Salicet.in
d.§.ſuper cęteris.

In debitore autem diuerſimodè cōcludendum erit,
2554 quia indiſtinctè etiam elapſo biennio † poterit op-
ponere hanc exceptionem, ſi onus probandi pecuniam
nullatenus à creditore fuiſſe ſibi ſolutam ſuſceperit in
ſe; vt deciſum dicit Affl. deciſ.110. Menoch. & Peregr.
quos probat Paſchal. citato cap. 8.nume.88.firmatque
Scaccia de commerc.§.2.gl.8.nume.2.ſed de hoc, & de
alijs pertinentibus ad hanc materiam exceptionis non
2555 numeratæ pecuniæ ſuo particulari † loco Deo dan-
te dicemus, vbi quamplurima alia non iniucunda, ſed
notabilia cumulabuntur, hoc autem in loco infraſcri-
pta alia tantum ſunt præſentis ſpeculationis vide-
licet.

Concluſio itaque firmata ſuperius nu. 2504. & ſeq.
2556 limitatur non procedere quando in literis cābij †di-
catur *per la valuta di contanti*, quo in caſu exceptio non
numeratæ pecuniæ locum non obtinebit, ſecus autem ſi
diceretur *per altri tanti*, Scaccia de camb.citato, §.2.gl.
8.q.vnica nu. 5. cum multis ſeq. & D.Paſchal.d.cap.8.
num.76.ſed de his in Appendice num.10.& 11.

Limitatur ſecundò ſi de debito cambij conſtet per
2557 partitam Banci, quia partitæ Banci, ſeu † ſolutiones
Bancharię ſemper fieri dicuntur præſenti, & numerata
pecunia, vt aliàs notauimus, & probat Scaccia, §.7.gl.
3.nume.33.de camb.& latius Stephan.Gratian.tom.2.
diſcept.Forenſ.c.387.num.37.& ſeq.

2558 Limitatur tertiò ſi de numeratione † aliunde con-
ſtaret, etiam ſuperueniente poſt celebratum cambium,
Scaccia d.§.2.gloſ.8.num.15.& ſeq. ſe de his duabus li-
mitationibus aliàs in alio loco diſſerendum erit, ac de
ſimilibus iterum dicetur in Appēdice huius capitis nu-
me.1.cum multis ſeq.

Quæritur tamen ad propoſitum huiuſmodi mate-
2559 riæ, intra † quod tempus in cambijs hæc exceptio
petatur; & eam opponi debere infra triginta dies tan-
tum, prout in omnibus alijs contractibus, excepto mu-
tuo, reſpondit implicitè, & obiter articulo non diſcuſſo
D.Paſchal.d.c.8.num.66.

Comprobatur opinio Paſchal. quia ſuperius nume-
ro 2453.& ſeq.probauimus cambium eſſe emptionem,
2560 † & venditionem quodque magis communiter te-
neri diximus, at in huiuſmodi contractu infra triginta
tantum dies exceptio hęc proponitur vulgatis regulis.

Contrarium, & verius concludit Scaccia d. §.2. gl.8.
2561 numero 2. verſ.ſed exceptio † dicens ſufficere, vt in
cambio ſit admixtum mutuum, ſecundo, & melius di-
cit exceptionem non numeratæ pecuniæ non dari con-
2562 tractibus, ſed rei, † quæ de ſui natura ſit mutuabi-
lis, & ſic ſiue ſit contractus mutui, ſiue alius, dummo-
do agatur de re mutuabili, quæ eſt pecunia, quæ datur
2563 cambio. † habebit locum exceptio, vt in mutuo, Sa-
licet.in l.in contractibus num.2.,C.de non num.pecun.
2564 & per hoc datur biennium, itaque in praxi ſeruari
teſtatur idem Scaccia loco citato.

Finaliter, parata exequutio, quæ datur literis cambij,
2565 nequaquam etiam impediretur † per appellationē,
illa ratione, quia in executiuis ſi daretur appellatio de-
negaretur parata exequutio, vt in ſimili adnotat Sigiſ-
mun.Scaccia de appellat.q.16.limit.1.nu.59.& in pro-
prijs terminis idem author de commerc. & camb. §. 8.
gl.vnica num.4.

Quo verò ad vltimam huius vltimi quęſiti inſpectio-
nem, ſeu ad ipſius reſolutionem dico, ſolutionem cam-
2566 bij † faciendam eſſe in loco ſolutionis per eaſdem li-
teras deſtinato, vel ſit locale, vel nundinale cambium,
ad tex.in l.is, qui certo, ff.de eo quod certo loco, ibique
* communiter omnes Doctores, teſtatur Azor.inſt. Mo-
ral.lib.4.p.3.tit.de reſtit.c.32. & ad finalem obſeruan-
tiam illorum, quæ notant Bart.in l.item illa, ff.de conſt.
pecun. Tiraq.de retract.conſang.§. 15.gl.2.num.10. &
Roland.conſ.57.num.35.& 36.vol.1.ac per alios, cre-
2567 ditores enim proteſtantur, † & facto protextu exe-
quutionem petunt pro literis cambij, vt adnotat Scac-
cia de commerc. & camb.§.2.gloſ.5.num.204.& 205.
aliàs cambiorum lucrum, & intereſſe, nullatenus dare-
tur creditori, quia debitor non eſſet in mora.

2568 Extenditur concluſio, vt valeat debitor † conueni-
ri etiam in loco deſtinatæ ſolutionis, quia ibi contrahē-
tes forum ſortiuntur. Caſtrenſ.in l.1.nu.3.ff.de eo quod
cert.loco, & in l. ſi quis in conſcribendo nume.6. C. de
2569 pact.vbi de communi opinione teſtatur † quam pro-
bat Scaccia de commerc.§.2.gloſſ.5.num.206.& de in-
dic.cauſar.lib.1.cap.101.ſub nume.30.verſ.ſi ſecundo.

Declaratur extenſio, vt ea tantum procedat in ſubdi-
2570 to † loci deſtinatæ ſolutionis, vel ſi fuerit exterus de-
bitor oportebit, vt in dicto loco deſtinatæ ſolutionis
2571 † inueniatur, ibique perſonaliter conueniatur, quia
ſi fuerit abſens, nequaquam conueniri poterit, Thom.
Triuiſ.deciſ.48.nu.2.& ſeq. quē probat Scaccia d. verſ.
2572 ſi ſecundo; & per hoc creditor cambij poterit con-
uenire debitorem, tam in loco collatæ ſolutionis, ſi fue-
rit conuentus præſens, quam in loco domicilij debito-
ris, vt ex Bar.Caſt.Rot. Gen.& alijs probat idem Scac-
cia d.gl.5.num.210.

Infertur, & notatur occaſione prædictorum credi-
2573 torem † poſſe conuenire debitorem, etiam in loco
non deſtinatę ſolutionis, & è conuerſo debitor poterit
2574 adſtringere creditorem ad recipiendum † ſolutio-
nem alibi quam in loco deſtinatæ ſolutionis, dummo-
do per quemlibet ſic agentem ſoluatur intereſſe, & ex-
penſæ tam ratione loci, quam temporis, modo vt ex di-
ctis Doctorum præcitatorum docet Scaccia eadem glo.
5.nume.200.210.218.& 219. vel debitor poterit pur-
2575 gare moram interpellando † creditorem, vt tali die
veniat ad locum deſtinatum offerendo expenſas itine-
ris, ſi poſt diem præſtitutum in literis talis offeratur ſo-
lutio, & ſi creditor recuſet, tunc non habebit intereſſe
2576 ratione loci, ſed tantum ratione tęmporis, † ita Scac-
cia d.num.210.poſt Caſtr.in d.l.item illa nume.3.& 9.
in fine, ff.de conſt.pecun.

2577 Sed an adiecto ſolutioni † in dorſum literarum cā-
bij rectè ſoluatur; & cōcluſiuè reſpondēdo, dico eidem
rectè ſolui poſſe, & ſoluens liberatur, & ſolutio liberat
debito-

debitorem, ad text. in l.ſed & ſi filio famil.§. ſi mihi, ff. de conſtitut. pecun. l. eum qui ita, §.qui ſibi, & l. fin.§. pupillus in fine, ff. de verb. obligat.l. verò procuratori. ff.de ſolut.& liber. Strach.de adiecto par.1.num.43. & ſequent.& par.3.& Surd.deciſ.229.ſub num.8.quodq; procedit, ſiue adiectus habeat mandatum ad exigendum, ſiue non habeat, itaque in praxi ſeruari teſtatur Scaccia de camb.§.2.gloſſ.7.num.36.illa ratione, quia
2579 paria ſunt † creditoris ſoluere, vel alteri de eius voluntate, ad text. in l.ſolutum, §. ſolutum,ff.de pignor. act.cum concord.adductis per Scacciam dicto loco numero 37.

Reſtringitur tamen concluſio in ſolutione facienda tantum adiecto; non autem in exactione per eum fa-
2580 cienda, quia adiectus † non poteſt exigere agendo, eo quia ei nulla obligatio eſt acquiſita ad tex.in d.l.fin. §.pupillus, & d.§.ſi mihi, Rot. Genuenſ.deciſ.54.Cartar.deciſ.126.nume. 1. & 6.ac alij,quos probat Scaccia d.gloſ.7.num.39.& 40.ac Bart.Bald.Caſtrenſ.Alexan. Gabriel. Simon.de Pręt. & alij quos congerunt Burſat. conſ.242.numero 1.& Cæſar Barz. deciſ.Bonon.26.in principio.

Attamen modificatur reſtrictio, quia ſi non poterit
2581 agere adiectus,poterit tamen proteſtari † literas nomine creditoris, cum ipſe cenſeatur, & reputetur procurator creditoris ad notata per Iaſ. in l.3.§.item Iulianus ante nume. 1.ff.de eo quod cert.loco, prout ſic articulo diſcuſſo, & explicato tenet Scaccia dict.gloſ.7.numero 6. 48. & 52. & proteſtatis literis dicitur adiectus
2582 † effectus legitimus ad agendum contra debitorem cambij in foro eiuſdem debitoris, ſi probet pecuniam ad ſe ſpectare, quia reputaretur tanquam principalis, aut ſaltem pro legitimo procuratore, vt multis argumentis probat Scaccia d.gloſ.7. cum nonnullis ſequen-
2583 tibus,& poterit agere etiam contra † mandatarium literas acceptantem in beneficium adiecti, vt Scaccia eodem citato loco num.76.

Denique pro complemento materię literarum cam-
2584 bij ſciendum erit eas multipliciter † fieri de loco ad locum extra nundinas, vt ſciatur quando facienda ſit ſolutio.

2585 Primò fiunt per verbum *pagate*, & tunc illicò fieri debet ſolutio, adhibita aliqua modica dierum mora.

2586 Secundò fiunt *à viſta*,† & tunc ſolutio facienda erit celerior, & ſic ſtatim literis oſtenſis, Præſ. de Franch. deciſ. citata 303. in principio Cauat. de camb. in Prælud. & Romual.de camb.capit.9. ac Salon.controuerſ. 18.num.2. ſed vſu quoque receptum eſt, vt in ſequenti die, & vſque ad 10. dies transferri poſſit, & dilatari ſolutio, Scaccia, §.2.gloſſ.5.num.5.6.& 7.

2587 Tertiò fiunt ad vſum, † tunc facienda erit ſolutio intra decem, aut plures dies, ſecundum vſum, & placitum platearum,in quibus cambia fiunt, Rot. Genuenſ. deciſ.32.Azor.inſtit.Moral.par.3.lib.10.de camb.c.5.
2588 quæſt.4. & iſti dies † computantur à die acceptationis factæ Azor.vbi ſupra.

Quartò quando in literis eſt aſſignata dilatio, quia
2589 † tunc ſolutio fieri debet tempore conuento.

2590 Quomodo autem taxentur dilationes † ſolutionum faciendarum de literis cambij nundinalibus,idem Scaccia dicto §. 2. gloſſ. 5. tota, qui nihil omiſſum reliquit.

SVMMARIVM.

2591 *Inſtitutio omnis à definitione proficiſcitur, & quod demonſtretur per definitionem, ibid.*
2592 *Scriptura priuata quid ſit.*
2593 *Scripturæ priuatæ quot ſint ſpecies, & quæ ſub hoc nomine continentur.*
2594 *Apocha quæ dicatur, quæque apodiſſa.*
2595 *Antapoca quæ dicatur.*
2596 *Singrapha quæ dicatur.*
2597 *Semper circa magis vtilia immorandum.*
2598 *Apocæ nomen in praxi continet Antapocam ſingrapham, & chirographum.*
2599 *Apoca nullam fidem facit niſi fuerit recognita, & 2600.*
2600 *Recognitio neceſſaria eſt, vt apoca probet.*
Scriptura priuata requirit recognitionem pro ſui probatione, & 2600.parte verò opponente 2599. & 2600.
2601 *Scriptura publica requirit recognitionem pro ſui probatione.*
2602 *Recognitio neceſſaria eſt in ſcripturis, etiam ſi de ea tacitè opponatur per abſolutionem petitam, ex aduerſo, & qualiter.*
2603 *Scriptura priuata præſentata in iudicio parte non opponente plenam fidem facit.*
2604 *Approbare, & non contradicere paria ſunt.*
2605 *Tacens videtur conſentire etiam in præiudicialibus quando actum impedire poterit contradicendo.*
2606 *Tacens ſi citatur ad actum, & non contradicat videtur conſentire.*
2607 *Scriptura priuata præſentata plenam facit fidem contra verum contumacem.*
2608 *Interpretatio fit contra contumacem in deteriorem partem.*
2609 *Scriptura priuata recognoſcitur contra contumacem officio iudicis volentis.*
2610 *Scriptura priuata præſentata in iudicio in prima inſtantia tantum impugnatur, non autem in ſecunda, & qualiter & 2611.& 2612.*
2611 *Iudex pronunciando videtur ſe fundare ſuper ſcriptura præſentata.*
2612 *Scriptura priuata præſentata ſi non impugnetur in prima inſtantia, non poterit impugnari in ſecunda, ſi præſentetur in loco vicino vbi celebrata fuit.*
Scriptura priuata licet expreſsè non impugnetur, tamen tacitè videtur impugnata, & qualiter, ibid. & 2613.
2614 *Scriptura priuata quando præſentatur in iudicio rarò non impugnatur expreſsè, vel tacitè.*
2615 *Recognitio ſcripturarum quot modis, & qualiter fiat cum infinitis ſeq.*
2616 *Scripturarũ recognitio ſemper eſt neceßaria, cum aduerſarij tacitè, vel expreſsè ſemper impugnant.*

DE APOCHA PRIVATA Tit. 8.

2591 ET ſi omnis inſtitutio † à definitione proficiſcitur, vt illud, de quo diſputetur intelligatur, cum rei naturam vim, atque poteſtatem definitio demonſtret, vt ex Philoſo.docet Accurſ. in l. omnis definitio. ff. de reg. iur. ſed vt intelligatur quid ſit ſcriptura, hæc pri-
2592 uata † ſufficit lectorem ſtudioſum remittere ad

Innocent. in c. 1. de fide inſtrum. & ad ſpeculator. tit. de
inſtrum. edit. §. nunc videndum reſtat num. 4. quos pro-
bant Maſcard. de probat. quæſt. 6. nume. 79. & Iodoc.
Rebuff. Marſil. Scaccia Meyrer, & Cardin. Tuſcus, quos
in hoc citat Nicol. Genua de ſcriptura priuata libro pri-
2593 mo initio. quæſtio. 1. & eiuſdem priuatæ † ſcriptu-
ræ triplicem eſſe ſpeciem nempe Apocham Antapo-
cham, & Syngrapham, ac & continere etiam librum
rationum, & epiſtolam dixerunt Bart. in authen. & ſi
contractus num. 7. & 12. C. de fid. inſtrumen. idem in l.
admonendi num. 25. ff. de iur. iuran. vbi Iaſ. Caccialup.
✱ Curt. Lanfranc. Purpurat. & communiter omnes repe-
tentes, quos cum infinitis probat Genua citato proxi-
mo loco quæſt. 2. tota, & ante eum Maſcar. pauca con-
gerens in d. quæſt. 6. nume. 26. ſed latius Rebuff. de chi-
rograph. & cedul. in præfatione nume. 13. & Scaccia de
iudic. cauſ. ciuil. c. 11. num. 966. & ſeq.

2594 Apocha dicitur † alio nomine apodiſſa, quæ pro-
priè dicitur receptio debiti facta per creditorem debi-
tori ad text. in l. plures Apochis, C. de fid. inſtrument. l.
qui tabulas, §. Apocha quoque, ff. de furt. Auth. ſi quis
vult cautè, C. qui pot. in pignor. habe. cum alijs concor-
dan. adductis per Genuam d. q. 2. num. 2.

2595 Antapocha eſt propriè † illa, quæ fit creditori per
debitorē de debito, quæ proprio nomine dicitur ſche-
dula, aut Chirographum, quia in eo debitor ſe obligat
creditori, gloſſ. in d. l. plures Apochis Rip. in dict. l. ad-
monendi, & alij relati per Genuam dicto loco nume-
ro tertio.

2596 Singrapha † propriè dicitur illa, quæ à pluribus, qui
in alicuius rei fidem paciſcuntur ſcripta eſt, Coraſ. in 2.
par. repetitionum num. 45. Rebuff. vbi ſupra, & Genua
loco citato nume. 4. de libro, & epiſtola ſatis ſupra di-
ctum fuit.

Oportuit enim, ſuper his terminis remiſſiuè loqui,
2597 & ſuperficialiter, vt circa magis forenſia, & † vtiliora
potius immoremur, nec miretur, amice lector, ſi nos
cōfundimus nomina hæc, eo quia vtimur nomine Apo-
chæ tantum in omnibus dicendis, quia in praxi ſic re-
2598 ceptum eſt † ab infinitis authoribus idcirco omiſſis
his, quæ ingenioſis ſatis nota ſunt, perueniam ad ea,
quæ forenſia ſunt, & noſtro inſtituto adaptanda, il-
2599 ludque prius præmittam, Apocham nullam facere
fidem, nec probationem, niſi facta ipſius recognitione
ad text. in l. inſtrumenta l. rationes, & l. exemplo, C. de
probat.

Ad cuius fundamenti pleniorem intelligentiam; pri-
mo loco explanandum offertur, an priuatæ ſcripturæ
recognitio ſit ſimpliciter neceſſaria; pro cuius explana-
tionis reſolutione duo veniunt conſiderandi caſus, & il-
lorum primus, ſi aduerſarius opponat aduerſus ſcriptu-
ram priuatam præſentatam quouis modo percutiendo
fidem ſcripturæ per oppoſitionem.

Secundus ſi aduerſarius nihil opponat.

✱ Ad primum caſum, communis, & recepta omnium
2600 ſententia eſt, recognitionem requiri † pro proba-
tione habenda ab huiuſmodi Apochis, vt relatis Alex.
Bitr. Innoc. Abb. Specular. Caſtr. Lanfr. Oldrad. Capu-
taq. Carauit. & Corn. teſtatur Scaccia de iudic. cauſar.
ciuil. lib. 2. cap. 11. num. 897. cum pluribus ſequentibus
par. 4.

Extenditur concluſio, vt procedat etiam ſi produ-
2601 cantur † publicæ ſcripturæ, quæ ſi non recognoſcan-
tur per exhibitionem in forma probante per requiſita,
vt alias dicemus ſuo loco, nequaquam probant, vt ex
eiſdem ſupracitatis Doctoribus notatur.

2602 Extenditur ſecundo etiam ſi tacitè per † aduerſa-
rium opponatur, nempè ſi dictum fuerit per eundem
aduerſarium ipſum venire abſoluendum à petitis per
partem, vel quod petita admitti non debent; Maſcard.
concluſ. 1301. quem ſequuntur Scaccia d. loco nu. 898.
licet corruptè eum alleget, & alij nouiſſimi, quos ſciens
prætereo, inter quos Genua dict. libro primo quæſt. 4.
num. 218.

✱ Ad ſecundum caſum; communiter etiam omnes Do-
2603 ctores conſentiunt, dicentes ſcripturam † priuatam
præſentatam in iudicio, parte contraria, contra quam
producitur minimè opponente, plenam fidem facere,
Maſcard. d. concluſione 1301. nu. 18. Surd. deciſ. 199.
num. 8. & omnes quos congerunt Genua d. lib. 1. quæſt.
quarta num. 210. & Scaccia d. cap. 11. cap. 2. num. 918.
✱ & 920. vbi de communi omnium opinione teſtatur, il-
2604 la ratione, quia non contradicere, † & approbare
paria ſunt, vt ex Bart. probat Maſcard. concluſ. 121.
nume. 13. in fine concluſionis; ac alia concludentiori
2605 ratione, quia præſens, & tacens videtur † conſenti-
re, etiam in præiudicialibus duplici modo, & pri-
mo quando poſſet actum contradicendo impedire, ſe-
2606 cundo quando citatur ad actum, † vt illi conſentiat,
vel contradicat, & tamen tacet, quibus duobus caſi-
bus fulcitur concluſio ſuperius firmata, vt docet Scac-
cia dicto caſu ſecundo numer. 927. & ſequent. & ante
eum Surd. deciſ. 99. num. 2. deciſ. 199. nume. 10. & de-
ciſ. 294. nume. 13. ac Stephan. Gratian. tom. 4. diſcept.
forenſ. capit. 730. nume. 40. & ſequent. & cap. 795. nu-
mero quinto concluſionem hanc ideo nonnullis me-
dijs comprobant Scaccia, & Genua locis citatis, & an-
te hos Crauett. conſ. 150. nume. 2. & de antiquit. temp.
ver. quæritur etiam.

Extenditur tamen hæc concluſio, vt procedat etiam
2607 contra † aduerſarium citatum contumacem verum,
ita Scaccia dicto caſu ſecundo num. 923. eodem capit.
vndecimo, & ante eum Rebuff. de chirographorum, &
cedularum recognitione numero 25. & 26. quia in
2608 odium contumacis † fit interpretatio in deteriorem
partem.

Reſtringitur hæc extenſio, vt poſſit recognoſci ſcri-
2609 ptura † approbata per taciturnitatem abſentis con-
tumacis, officio tamen iudicis, ſi ſibi videatur, Scaccia
dicto proximo loco num. 932.

Declaratur concluſio ſuperius in primo caſu firma-
ta, num. 2600. & omnia inſuper etiam in ſecundo caſu
2610 deducta ea procedere in prima † inſtantia taliter,
quod ſi fuerit præſentata ſcriptura informis, & non
apta ad probandum in prima inſtantia, nihilque ad-
uerſus eam fuerit ex aduerſo oppoſitum in termino, &
in publicatione, ac in alijs actibus, tunc iudex pronun-
2611 ciando videtur ſuper † illa ſcriptura ſe fundare, ta-
citè ideo demum aduerſarius non poterit in ſecunda
inſtantia amplius opponere de non recognitione iuxta
diſtinctionem Soccin. in auth. ſi quis in aliquo in fine,
C. de eden. quam ſequuntur Put. deciſ. 119. lib. 2. Capu-
taq. deciſ. 5. par. 3. & Veſtr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. 9.
quos probat, & deciſum dicit Stephan. Gratian. tom. 2.
diſceptat. Forenſ. cap. 268. num. 51. dummodo ſcriptu-
2612 ra præſentata † potuerit habere probationes fauora-
biles, aut contrarias, quia in loco, in quo erat celebrata,
vel in vicinis locis, erat præſentata.

Modifica-

Modificatur verò declaratio, vt ea non procedat
2613 quando tacitè † fuerit oppoſitum, vt ſupra numero 2602. probatum fuit, & per hoc dijudico, eandem
2614 declarationem rarò euenire poſſe, parte † citata præſente, eo quia ſolent omnes cauſarum defenſores petere abſolutionem eorum principalium, vel condemnationem aduerſarij, percutientes per hanc generalem petitionem contenta in ſcriptura informi.

Sed vt perfectius, totius recognitionis, explicatio habeatur, videbimus quibus modis priuatarum Apocha-
2615 rum recognitio fiat, † & qualiter earum iuſtificatio, dignoſcatur, & octo modis fieri reſpondit eruditiſs. Scaccia d. c. 11. num. 933. quem probat Genua d. lib. 1. quæſt. 14. nu. 10. & 11. at ego videns dictos octo, recognitionis, modos cognoui, in eorum explicatione contineri totam ſcripturarum priuatarum ſeriem, & materiam, ideo nolui eundem ordinem deſerere, ſed diminutis, aut additis his, quæ noſtro inſtituto adaptantur nitar congerere notabiliora, & vtiliora; ſemper enim quaſi neceſſaria erit recognitio huiuſmodi ſcriptura-
2616 rum, † quia ſemper aduerſarij ſolent expreſsè, vel tacitè opponere aduerſus eas, vt probaui ſup. nu. 2614.

SVMMARIVM.

2617 *Scriptura recognita dicitur per partis confeſſionem, & plenè probat.*
Probatio nulla maior quam oris confeſſio, ibid.
2618 *Scriptura priuata dicitur recognita per tacitam approbationem.*
2619 *Scriptura priuata confeſſata etiam abſq; teſtibus plene probat.*
1619 *Approbatum ſemel ab eodem infirmari nequit.*
2620 *Scriptura confeſſata etiam abſque appoſitione temporis plene probat.*
2621 *Scriptura per ſolutionem partis debiti in illa contenti videtur recognita, & confeſſata.*
2622 *Scriptura priuata etiam abſque ſubſcriptione ſcribentis illam, ſi de nomine, & cognomine conſtet, vtique recognita probat, & qualiter.*
Scriptura ſcripta per ſcribentem debitorem etiam ſine ſubſcriptione, & ſine alijs deſignantibus nomen ſcribẽtis ſi fuerit confeſſata, plenè probat, ibid.
2623 *Scriptura priuata quamuis ſit ſubſcripta tantum per debitorem, tamen, ſi fuerit confeſſata, plenè probat.*
Scribere, & ſubſcribere paria iudicantur, ibid.
2624 *Scribens poterit negando contenta in ſcriptura ſcripta per tertium recognoſcere ſuam ſubſcriptionem tantum, dummodo aliquid mouibile, & veriſimile allegauerit, aliàs ſecus.*
2625 *Recognitio propriæ ſubſcriptionis approbare videtur totam ſcripturam.*
2626 *Recognitio propriæ ſubſcriptionis facta in folio albo, & vacuo non approbat ſcripta in vacuo, & qualiter.*
2627 *Recognitio ſubſcriptionis non præiudicat, ſi ſubſcribens non legiſſet ſcripturam ſubſcriptam.*
2628 *Subſcribens in dubio, an videatur, & præſumatur legiſſe ſcripturam ſubſcriptam remiſſiuè.*
2629 *Recognitio ſcripturæ priuatæ per confeſſionem plenam inducit probationem, quamuis diceretur de errore confeſſionis, & qualiter contra num. 2632. conciliatur nunc. ſequent.*
2630 *Scriptura priuata ſemper loquitur.*
2631 *Confitens continuo, & geminatè non dicit de errore contra num. ſeq.*
2632 *Confeſſio quantumuis repetita, & geminata, ſemper reuocatur ſi erronea detegatur.*
2633 *Error infringit confeſſionem quãtumuis repetitam, ſi detegit cauſam confeſſionis indebitam.*
2634 *Confeſſio etiam ſi ſcienter fiat non tollit veritatem.*
2635 *Veritas geſtorum non mutatur erroribus.*
Errans non dicitur conſentire, nec confiteri, ibid.
2636 *Confeſſio veritati repugnans confitenti non obeſt.*
2637 *Error reſpiciens ſolemnitatem, & requiſi ta confeſſionis, quæ repetita fuerit illam non infringit, vt & numero 2633. ante.*
2638 *Recognitio ſcripturæ priuatæ per confeſſionem plenam inducit probationem etiam contra hæredes, & ſingulares ſucceſſores.*
2639 *Scriptura priuata ſcripta per tertium poterit recognoſci per principalem dicentem verè fuiſſe ſcriptam per tertium, ſed non vera contenta in illa, ſecus eſſet ſi ſcriptura fuiſſet ſcripta, aut ſubſcripta per recognoſcentem num. 2640.*
2639 *Recognitio ſcripturæ ſcriptæ per tertium fieri poteſt per principalem circa ſcriptum non circa ea, quæ in ſcripto continentur, ſecus eſſet ſi ſcriptura fuiſſet ſcripta per recognoſcentem num. 2640.*
2641 *Scriptura priuata ſcripta per tertium de voluntate regnoſcentis non poterit negari quo ad contenta in illa.*
Paria ſunt ſcribere, vel ſcribi facere, ibid.
2642 *Recognitio ſcripturæ priuatæ ſcriptæ per tertium de voluntate ſcribentis ſi negentur contenta in illa ſcriptura non facit fidem contra tertium creditorem.*
2643 *Producens ſcripturam videtur fateri contenta in ſcriptura, & 2653. cum infinitis ſeq.*
2643 *Producens ſcripturam inualidam, & de per ſe nullam non cenſetur fateri contenta in ſcriptura.*
2644 *Apocha carens teſtium, & debitoris ſubſcriptione nullam de per ſe facit fidem.*
2645 *Recognitio ſcripturæ producit probationem in vim confeſſionis.*
2646 *Confeſſio ſuper tenore ſcripturæ inualidæ eatenus probat quatenus ſcriptura probat.*
2647 *Scripturæ informi, & inualidę etiam partium conſenſu non creditur.*
2648 *Scriptura ſcripta per tertium de voluntate principalis carens teſtium, & eiuſdem principalis ſubſcriptione plenam fidem facit.*
2649 *Scripturæ priuatæ, vel ſcriptæ, ſeu ſubſcriptæ per principalem, vel per tertium recognitio pariformiter iudicatur.*
2650 *Confeſſio vera differt à confeſſione ficta.*
2651 *Productionis materia latè explicatur.*
2652 *Producens ſcriptura, an videatur fateri contenta in ſcriptura.*
2653 *Productionis materia vtilis, & commoda.*
2654 *Producens ſcripturam videtur fateri contenta in ſcriptura.*
2655 *Producens ſcripturam videtur fateri contenta in ſcriptura, & per verba enunciatiua, & aſſertiua.*
2656 *Producens ſibi imputet præſentando ſcripturas, quæ de per ſe non probant*
2657 *Producens ſcripturam videtur fateri contenta in ſcriptura*

ptura cum omnibus vitijs, & qualitatibus.

2658 Producens ſcripturam, & ſi falſam vtique fateri videtur contenta in illa.

2659 Producens ſcripturam adeo fatetur contenta in ſcriptura producta, vt non valeat de errore dicere, reuocare, nec aliter impugnare.

2660 Producens ſcripturam, licet de per ſe nullam, & inualidam, videtur vtique fateri contenta in illa, & 2661.

2662 Copia ſcripturæ non ſolemnis, & non authentica pleniſſimè contra producentem probat.

2663 Productio ſcripturæ, ſi confeſſionem produceret, quatenus ſcriptura producta probaret de vento ſeruiret.

2664 Leges debent vltra operari.

2665 Producens videtur negare ea, quæ ſibi nocent ſi in productione proteſtatus fuit, producendo in parte, & partibus, & 2666. contra numero 2667. reſolutio nu. ſequent.

2666 Proteſtatio in productione in parte, & partibus, &c. iuuat, contra num. 2667. reſolutio num. ſeq.

2668 Proteſtatio, an iuuet producentem magna altercationis articulus eſt.

2669 Proteſtato quando fit ad euadendum confeſſionem ex productione ſcripturæ reſultantem.

2670 Proteſtatio qualiter fiat, vt occurratur proteſtanti in partibus proteſtatis.

2671 Proteſtatio quomodo fiat, vt productio ſcripturæ reſtringatur, aut anulletur.

2672 Productio ſcripturæ publicæ differt à priuata.

2673 Proteſtatio facta per producentem ſcripturam publicam in parte, & partibus inutilis iudicatur.

2673 Producens ſcripturam publicam non poterit proteſtari, vt productio facta intelligatur in parte, & partibus, &c.

2674 Scriptura publica ex ſe probationem facit, ideo proteſtatio non iuuat.

Proteſtatio facta in productione ſcripturæ publicæ non iuuat, eo quod dependet à diſpoſitione legis, non autem à voluntate producentis, & qualiter ibid. & 2675.

2676 Oſaſc. deciſ. tertia declaratur ac reliqui alij authores.

Inſtrumentum publicum de per ſe fidem facit, idid.

2677 Proteſtatio non dependens ex voluntate proteſtantis, ſed contraria facto nunquam iuuat.

2678 Proteſtatio facta in productione inſtrumenti, quod in parte proteſtata non probat, iuuabit.

2679 Priuata ſcriptura, aut nihil probat, aut ſaltem pro altero ex litigatoribus probat.

1680 Producens ſcripturam, quæ de per ſe non probat, validè non proteſtatur quo ad alia non reſpicientia productionem.

Proteſtatio producentis non operatur, niſi effectum reſpicientem productionem ibidem.

2681 Proteſtatio iuuat in productione ſcripturæ ad impepediendum tacitam confeſſionem ex productione reſultantem, & qualiter.

2682 Producere, vel non producere ſcripturam eſt in voluntate producentis, ita & confiteri, & acceptare ea, quæ de per ſe non probant ex voluntate producentis pendet.

2683 Scriptura priuata, vel ſcripta fuerit per producentem, vel per eum contra quem producitur.

2684 Producens ſcripturam priuatam quam ipſe ſcripſit probat contra producentem plenè nõ obſtante quauis proteſtatione, & 2685. 2686. & 2687.

Scriptura plenè probat contra ſcribentem, ibid.

2685 Confitens non poterit confeſſum infirmare.

2686 Scriptura contra ſcribentem probare lege deciſum, eſt merito non debilitari per hominis proteſtationem notatur.

2687 Scriptura priuata tunc probat quando recognoſcitur per vnum ex modis recognitionis notatis, & qualiter.

2688 Proteſtatio in productione ſcripturæ priuatæ iuuat quando producens poterit ſe fundare in actu impugnato, & quando confeſſio patiatur diuiſionem, aliàs ſecus, & ſequent.

2689 Proteſtatio in productione ſcripturæ quando producens non poterit ſe fundare in actu impugnato, aut confeſſio non patiatur diuiſionem, nequaquam iuuat.

Confeſſio patitur diuiſionem quando in parte diuiſa concurrit veriſimilitudo in fine, ibid.

2690 Maſcardi, & aliorum dicta circa proteſtationes, quæ fiunt in productionibus ſcripturarum debent intelligi ſecundum diſtinctiones adductas.

2691 Reproducens ſcripturam per aduerſarium productam per prius ipſo reproducente citato, non poterit in reproductione proteſtari.

2692 Scriptura ſemel approbata, amplius infirmari non poterit per proteſtationem.

2693 Producens ſcripturam ſine proteſtatione poterit dicere de errore confeſſionis reſultantis ex illa productione.

2694 Veritas geſtorum erroribus non vitiatur.

2695 Veritas præualet opinioni, & errori, & 2696.

2697 Confeſſio reſultans ex productione ſcripturæ præiudicat, & nocet producenti.

2698 Confeſſio ſi non nocet fruſtra dicitur de errore poſſe dici.

2699 Sigiſmund. Scaccia nihil dicendum ſuper confeſſione reſultante ex productione ſcripturarum omiſit.

2700 Confeſſio reſultans ex productione ſcripturæ licet inualidæ, & nullæ, vtique producenti præiudicat.

Solemnitas ſcripturæ requiritur, vt ſcriptura fidem faciat in fine, ibid.

2701 Confeſſio operatur effectum probationis ad inſtar ſcripturæ ſolemnis, ſanatque defectum ſolemnitatis ſcripturæ.

2702 Producens ſcripturam continentem diſpoſitionem nullam, licet fateri contenta in ſcriptura videatur, tamen confeſſio illa non ſanabit inualiditatem diſpoſitionis, & qualiter.

Confeſſio reſultans ex productione ſcripturæ non ſanat diſpoſitionem nullam in ſcriptura producta contentam.

2703 Confeſſio oſtendit veritatem, ſed eam non mutat.

2704 Producens ſcripturam, diſpoſitionem inualidam continentem poterit eandem ſcripturam productam impugnare, & de nullitate actus dicere, modificatur numero 2705.

2705 Producens ſcripturam venditionis rei eiuſdem producentis nulliter venditæ per procuratorem, vel alium ex defectu mandati, videtur ratificare venditionem.

2706 Producens ſcripturam nullam, an videatur fateri contenta in illa remiſſiuè.

Produ-

2707 Producēs ſcripturam impugnatam ab aduerſario producenti non nocebit.

2708 Impugnans actum non poterit eodem actu iuuari.

2709 Poſitiones qui negauit illis iuuari nequit.

2710 Impugnans ſcripturam videtur renunciare fauori ex eadem ſcriptura prouenienti.

2711 Producens ſcripturam falſam, ſi ab aduerſario impugnetur falſitas, nequaquam cenſetur impugnata confeſſio ex productione reſultans.

2712 Producens falſam ſcripturam, tenetur illi ſtare in ſui detrimentum, quodque fortius in Regno procedit, in quo per productionem ſcripturæ falſæ perditur cauſa numero 2713.

2714 Producens ſcripturam ab aduerſario impugnatam circa illa, quæ connexitatem non habent cum actu producto, videtur fateri contenta in ſcriptura in ſui præiudicium, & qualiter.

Impugnans actum connexitatem habentem cum producto eodem non iuuatur, ibid.

2715 Impugnans actum impugnationem reuocat re integra, antequam aduerſarius acceptet impugnationem.

2716 Impugnās poterit reuocare impugnationem in quacunque parte iudicij ante verò ſententiam, ſed antequam aduerſarius acceptauerit impugnationem num. 2717.

2718 Impugnans non prohibetur vti actu impugnato, ante verò partis acceptationem.

2719 Impugnans ſcripturam in parte, & partibus, &c. poterit iuuari actu impugnato in partibus non impugnatis.

2720 Impugnans actum poterit eodem actu iuuari ſi in impugnatione ſuccubuit.

2721 Impugnans pendente iudicio impugnationis poterit iuuari actu impugnato contra num. 2722.

2723 Impugnans licet non iuuetur actu impugnato tamen iudex ex officio ſi ſibi videtur poterit ſe fundare in actu impugnato.

2724 Impugnans poterit vti, & iuuari actu impugnato ſi ille actus nitatur veriſimilitudine, aut iuris aliqua præſumptione.

2725 Scriptura nulla probat partium conſenſu accedente.

Teſti inhabili creditur partium conſenſu accedente. ibidem.

PRIMVS MODVS RECOGNOSCENDI Apocham priuatam.

2617 PRimò enim recognoſcitur, & iuſtificatur Apocha per confeſſionem † aduerſarij, contra quem præſentata fuit, per acceptationem partis dicētis Apocham veram, quia nulla maior probatio, quam oris cōfeſſio, vulgatis regulis; vnanimiter, & communiter ideo per omnes concluditur Apocham ſic recognitam, vel quemlibet aliam ſcripturam plenam contra recognoſcentem facere probationem, Scaccia d. capit. 11. modo primo num. 932. ver. capio primum, qui ſine difficultate hanc concluſionem procedere dicit, quodq; ſic procedere teſtatur etiam Genua d. lib. 1. quęſt. 4. num. 125. poſt Marian. Socc. ſen. Maluaſ. Machell. Decian. & alios per eum relatos, ante quos Bart. in l. nuda ratio num. 6. ff. de donat. Bald. Caſtr. Iaſ. Ripa, & alij relati per Scacciam d. c. 11. num. 71.

2618 Extenditur concluſio, etiam ſi expreſsè non † acceptauerit, ſed tantum non negauerit Speculat. de inſtrument. edit. §. nunc dicendum verſ. in ſumma nume. 6. ac alij relati per Scacciam dict. numero 71. quodque probat etiam d. verſ. capio primum, & probant omnes citati per nos ſupra nume. 2603. & ſequentibus, ac firmant Rebuff Roderic. Rot. Genu. & Koppen. relati per Genuam d. quæſt. 4. num. citato 125. ver. addo quoque.

2619 Extenditur ſecundò quamuis hæc ſcriptura † careat teſtium ſubſcriptione, quia ſi fuerit confeſſata, vtique plenè probabit, Doctor. omnes in d. l. admonendi, quos probant Sfortia Oddus conſ. 100. num. 56. vol. 1. & Cęſar Barz. deciſ. 21. nume. 1. illa ratione, quia nimis indignum eſt, quod ſua quiſque voce dilucidè proteſtatus eſt, id in eum caſum infirmare, teſtimonioque proprio reſiſtere, ad text. in l. generaliter. C. de non numer. pecun. & inferius dicemus, probantque Coler. & alij relati per Scacciam d. ca. 11. num. 77. in fine, & alij innumeri relati per Genuam de ſcript. priuat. lib. 2. nume. 8. & 9. tit. 1. alijque citandi inferius.

2620 Extenditur tertiò etiam ſi Apocha careat † appoſitione diei, & conſulis, Tiraq. contract. conuentional. §. 1. gloſ. 7. nu. 51. quia vtique probabit contra ſcribentem acceptantem, vt plenius articulo diſcuſſo cum remiſſionibus probauimus ſupra de liter. cambij numero 2335. cum multis ſeq.

Extenditur quartò etiā ſi non recognouerit expreſ-
2621 sè, aut tacitè in actis, ſed tātum apparet † debitorem ſoluiſſe partem debiti contenti in ſcriptura, quia tūc videtur agnoſcere debitum, & iuſtificare ſcripturā, eamq; approbare; Alex. conſ. 185. in fine vol. 6. Pariſ. conſ. 79. nu. 1. vol. 3. Natta, & Crauetta, quos omnes probat Cæſar Barz. citata deciſ. 21. num. 9.

2622 Extenditur quintò etiam ſi ſcriptura fuerit † tātum ſcripta per recognoſcentem abſque alia ſubſcriptione, dummodo conſtet de nomine, & cognomine ſcribentis in eadem ſcriptura, ſi alio modo, quam per partis cōfeſſionem recognoſcatur, quia ſi recognoſcatur per ſcribētem probabit etiam ſine nomine, & cognomine in vim confeſſionis, Fulgoſ. Alex. Purpur. & alij quos citat Bellon. deciſ. 126. num. 2. Caballi. Milleloq. 664. ac Bart. in l. cum tabernam, §. idem quæſijt ſub nu. 1. ff. de pignor. Butr. in cap. 2. ſub num. 4. ibidemque Felin. nume. 7. de inſtrument. Bald. Roman. Maſcard. Menoch. Crauett. & alij, quos probant Genua dicto libro primo de ſcrip. priuata quæſt. 4. nume. 128. & Scaccia d. c. 11. numero 555. ante hos Menoch. de pręſumpt. lib. 3. præſumpt. 66. num. 1.

Extenditur ſextò ſi ſcriptura fuerit tantum ſubſcri-
2623 pta † per recognoſcentem, adhuc contra eum plenè probaret Bellon. citata deciſ. 207. n. 2. & Marian. Maur. & alij relati per Genuam d. q. 4. nu. 129. qui enim ſubſcripſit videtur totam approbare ſcripturam, & paria ſunt ſcribere, vel ſubſcribere, Borgnin. Burſat. Decian. Caſtr. Felin. Rom. Gabr. & Mancin. quos in nume. ſeq. probat Genua loco citato, communiterq; teneri dicunt Oſaſc. deciſ. 37. nu. 3. & Rot. Gen. deciſ. 78. num. 1. quos citat Barz. citata deciſ. nu. 7. & Bart. Caſtr. Ang. Fulgoſ. Bal. Alex. Imol. Aret. Alciat. Roman. Dec. Felin. Soccin. Ruin. Marſil. Purpur. Pariſ. Gabr. Roland. & alij, quos congerit Menoch. citata præſumpt. 66. num. 7.

Reſtringitur tamen hæc ſexta extenſio, vt nō proce-
2624 dat quādo ſubſcribēs † recognoſceret ſuā ſubſcriptionem tantū, negando cōtentā in ſcriptura deſcripta, per tertium, quia hoc in caſu nō cenſeretur per recognitio-

nem ſubſcriptionis approbare totam ſcripturam, ſi aliquid conſiderabile, & veroſimile aduerſus contenta in ſcriptura allegauerit, quod validum eſſet ad monēdum animum iudicis, & mentem aliàs ſuccumberet per recognitionem ſuæ ſubſcriptionis, ob quam virtualiter
2625 videtur tota ſcriptura approbata ex præcitatis † authoribus, & adnotant Angel. in l. ſtipulatus, §. Griſogonus, ff. de verb. oblig. & Felin. in c. 3. de conſt. num. 4. ac Maſcard. concluſ. 109. num. 9.

Exemplificatur reſtrictio, ſi debitor recognoſcens
2626 ſubſcriberet † folium album, & vacuum, quo in caſu recognitio ſubſcriptionis non præiudicaret recognoſcēti circa contenta in corpore ſcripturæ, vt in terminis docet Afflict. in conſt. Regn. in cauſa depoſiti lib. 2. nu. 5. & 6. quem probat Scaccia d. capit. 11. nume. 79. Guido Papa, & Coler. ibi allegati, Genua d. libr. 1. quæſt. 4. nume. 120. Afin. in tract. de exequut. c. 64. & ca. 65. & Cæſar Barz. citata deciſ. Bonon. 21. num. 6.

Reſtringitur ſecundo eadem ſexta extenſio, ſi ſub-
2627 ſcribens † non legiſſet ſcripturam, cui ſe ſubſcripſit, quo in caſu eidem recognitio ſubſcriptionis non præiudicaret, gloſſ. Bart. Angel. Alexand. Caccialup. Gabriel. Alciat. & alij, quos probat Menoch. de præſumpt. lib. 3. citata præſumpt. 66. nu. 21. declarat. 3. Camill. Borrell. ad Bellug. in ſpecul. princip. de euocat. ad Curiam ver. ſignatæ fol. 9.

2628 In dubio autem, an ſubſcribens † præſumatur legiſſe, & cognouiſſe ea, quæ in corpore ſcripturæ ſunt ſcripta, non eſt omnium eadem ſententia, ideo more ſuo quinque caſus diſtinguit, tres opiniones, & nonnullas coniecturas colligit Menoch. vbi ſupra notabiliter, ſatiſque ſingulariter vbi etiam nonnullas prius extenſiones in hoc eodem articulo congerit, omninò memoriæ demandandas in occurrenti eum conſulas, & ante eum Gabriel. de præſumpt. concluſ. 3. Maſcard. concluſ. 1348. Rebuff. vbi ſupra nume. 52. & nouiſſimè Cardin. Tuſc. concluſ. 761. lit. ſ.

Extenditur ſeptimò eadem concluſio ſuperius ſexto
2629 modo extenſa, etiam ſi per recognoſcētem † per cōfeſſionem, modo vt in concluſione ſupra nume. 2617. probaretur error recognitionis, dummodo non ſit de ſupracitato errore, Afflict. loco citato, quem probat nōnullis alijs adductis, Maſcard. de probat. concluſ. 382. tota, illa ratione, quia id prouenit ex confeſſione orta ex ſcriptura ſcripta propria manu recognoſcentis, & confitentis, vt ex Domin. de S. Gemin. probat Afflict. loco allegato, quodque ego declaro, ſcilicet ſcripturam
2630 priuatam propria † manu ſcriptam ſemper alloqui, vt ex Maſcard. concluſ. 347. nume. 104. 14. limitatione habetur, & ex alijs adductis ſupra de libr. mercatoris num. 289. & 290. & ſi ſemper loquitur continuo confi-
2631 tetur ſcribens, & in continuo confitente † error non cadit, niſi modo, vt explicatum fuit in reſtrictionibus ad ſextam extenſionem.

Contrariam opinionem veriorem receptiorem, & omninò amplectendam dixerunt nonnulli, eo quod cō-
2632 feſſio † quantumuis repetita, & deliberata ſi detegitur erronea, ſemper reuocari poterit, ad tex. in l. error. C. de iur. & facti ignorantia. l. 1. ff. de confeſſ. cum alijs concordantibus, ex quibus innumeri Doctores ſic fatentur, quorum communem opinionem dicit Iaſ. tam in d. l. error quam in l. 1. C. de error. calcul. itaque probant Dec. Herculan. & alij quos probat Maſcard. concluſ. 378. num. 2.

Tu autem, lector beneuole prædicta omnia intelligas, procedere debere adhibita infraſcripta diſtinctione, ſeu duobus conſideratis caſibus; nam aut error con-
2633 feſſionis, qui allegatur deteget † cauſam confeſſionis eſſe indebitam; aut & ſecundo error allegatus reſpicit ſolemnitates, & requiſita confeſſionis; in primo caſu procedit contraria opinio relata ſupra nu. 2632. quia huiuſmodi error infringit confeſſionem, quantumuis repetitam, & geminatam, itaque intelligi Doctores ci-
2634 tati in d. nume. 2632. cum confeſſio non tollat † veritatem, etiam ſi ſciēter fiat l. cum falſa. C. de iur. & fact. ignor. veritaſque geſtorum, erroribus, vel falſa aſſeue-
2635 ratione, neque tolli † neque mutari debet, l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præſid. & errans non dicitur confiteri, nec conſentire, & conſequenter non obligatur; &
2636 confeſſio veritati repugnans confitenti † non obeſt, vt his, & infinitis congeſtis in cōfeſſione reiterata, probat ſapientiſs. & integerrimę, vitæ D. Reg. Valenzuel. conſ. 27. & non ſic latè, conſ. 90. & in terminis firmat Nicol. Genua lib. 1. de ſcript. priuat. quæſt. 4. nume. 88. Borrell. ad Bellug. loco ſuperius citato, latiuſque ſeſſa
2637 citata deciſ. 138. tom. 2. In ſecundo verò caſu † procedit extenſio probata ſupra nume. 2629. cum ſequent. & ſecundum hæc intelligi debet Viſcont. in concl. fol. 124. poſt hæc viſus.

2638 Extenditur octauò etiam contra hæredes, † & ſucceſſores (licet ſingulares) recognoſcentis, contra quos recognitio huiuſmodi plenam inducit probationē, Crauetta, & alij quos probat Maſcar. concluſ. citata 1301. nu. 2. dummodo recognitio facta ſit ante quam adeſſet ſingularis ſucceſſor, Crauett. de antiq. temp. p. 1. verb viſo de verbis enunciatiuis nu. 16. fol. 85. quem ſequitur Scaccia de iud. caſ. ciuil. citato ca. 11. num. 81. & probat poſt Caſtrenſ. Rimin. & alios, Magon. deciſ. 22. nu. 13. & Albenſ. & Menoc. relati per Genuā d. lib. 1. de ſcript. priuat. q. 4. nu. 137. loquentes contra hæredes, & cōtra quoſcunque habentes cauſam à recognoſcente, congeritque nume. ſeq. Scot. Maur. Burg. & alios, idemque firmat Maſcard. concluſ. 109. num. 3.

Limitatur tamen hęc concluſio modis iam dictis ex-
2639 tenſa, eam non procedere ſi Apocha † ſcripta fuiſſet per tertium, quo in caſu principalis poterit recognoſcere dicendo. Apocham prædictam verè fuiſſe ſcriptam ab illo tertio, ſed contenta in ipſa ſcriptura non eſſe vera, Crauett. de antiquit temp. ver. quæritur nume. 82. & ſeq. quem probat Scaccia d. cap. 11. nume. 933. & 937. ac melius nume. 1080. idemque probat ſequutus Crauettam, Genua de ſcript. priuata lib. 2. titul. de Apocha
2640 manu tertij conſcripta, num. 13. Secus enim eſſet † ſi recognoſcens negaret ſcripturam ſua manu ſcriptam, vt ſuperius notatum fuit, & probant præcitati Doctor. probantque Ceph. & alij relati per Genuam d. quæſt. 4. num. 86.

Sublimitatur limitatio, vt non procedat ſi aduerſa-
2641 rius † recognoſcendo dixerit, Apocham illam de ſui ordine, & voluntate ſcriptam fuiſſe, quia hoc in caſu nō poſſet dicere contenta in ſcriptura non eſſe vera, eo quod repugnantia allegaret, paria enim ſunt Apocham ſcribi per principalem, vel per alium de ordine, & voluntate, Scaccia d. cap. 11. nume. 1082. & 1102. verſ. ratio huius ex illa regula, qui per alium facit, &c. Sequitur Genua dicto titulo de Apocha manu tertij nu. 15. 16. & 17. poſt Rip. in l. admonendi numero 102. ff. de iur. iur. quodque procedere dicunt allegati Doctor. contra

principa-

2642 principalem non autem † contra tertium, ſed de hoc
latius dicetur in explicatione. l. ſcripturas. C. qui pot in
pignor. hab. ſuo loco, quia contra tertium diſcutiendi
ſunt termini. d. l ſcripturas, ideo procederent latius de-
ciſa & diſcuſſa per Roman. conſil. 204. Ripam in l ad-
monendi ff. de iur. iur. ſub num. 106. ac per alios ſuo lo-
co citandos.

Limitatur ſecundò, nam ſi aliàs probauimus, & infe-
rius probare intendimus, producentem ſcripturam fa-
*teri contenta in ſcriptura ad notata communiter in c.
cum venerabilis de except. cum alijs adducendis; tamen
2643 ſi producens † præſentauerit ſcripturam de per ſe
nullam facientem fidem, tunc eum non videri confiteri
contenta in tali ſcriptura inualida, reſponderunt Ægid.
deciſ. 391. Felin. in cap. cum venerabilis ſub num. 26. de
except. Cæph. conſ. 236. num. 19. lib. 2. Riminal: Iun.
conſ. 28. num. 175. Surd. conſ. 151. num. 96. vol. 1. & in
ſpecie Affl. deciſ. 25. num. 5. & ſeq. ibidemque Gramat.
in addit. ac alij, quos congerit, & ſequitur Hercul. Ma-
reſcot. variarum reſolut. lib. 1. cap. 82. num. 17. & ſeq.
idcirco ſi Apocha careat debitoris, & teſtium ſubſcri-
2644 ptione † nullam fidem facit de per ſe vulgatis regu-
lis, & adnotatur per Doctor. tam in d. l. admonendi,
quam in d. l. ſcripturas, ergo ſi recognoſcatur per par-
2645 tem, ex qua recognitione oritur probatio † in vim
confeſſionis, vt probauimus ſupra num. 2619. & probat
Maſcar. de probat. concluſ. citata 1301. nu. 2. illa con-
feſſio effectum non producit data inualiditate ſcriptu-
2646 ræ, quia catenus † probat, quatenus ſcriptura præſen-
tata probabit.

Inſuper comprobatur limitatio, & augetur difficul-
2647 tas, nam partium conſenſu minimè induci † poterit,
vt priuatæ informi ſcripturæ credatur, Innoc. in c. cum
P. Tabellio de fid. inſtrum. Roman. d. conſ. 204. Dec.
conſ. 612. ante num. 6. vol. 2. Decian. conſ 33. nu. 110.
vol. 1. Menoch conſ 1. num. 328. & Hippol. Rimin. poſt
plures relatos, conſ. 213. num. 9. in ſecundo, vide de ve-
ritate inferius num. 2724 verſ. nec obſtabunt.

Contra limitationem, & verius, concludendum erit,
veriſſimam eſſe concluſionem ſcilicet, vt recognitio fa-
2648 cta per principalem de Apocha ſcripta † per tertium
de voluntate principalis pleniſſimam producat proba-
tionem, quamuis ſcriptura principalis, & teſtium careat
ſubſcriptione; ex traditis ſupra num. 2619. & ſequenti-
bus quodque expreſſius firmat Scaccia dicto capit. 11.
num. 1082. iuncto num. 1070. ver. primus caſus, vbi
2649 ponitur concluſio, eo quia diuerſitatis rationem † nõ
continet, ſi debitor recognoſcat ſcripturam ſua propria
manu ſcriptam, aut ſubſcriptam, vel manu tertij de ip-
ſius ordine, vt ante præcitatos Doctores probat Man-
del. conſ. 660 num. 4. & comprobatur inferius numero
2656. & clarius num. 2660. cum ſequentibus.

Nec authoritates allegatæ in limitatione obſtabunt
concluſioni, eo quia non ſolum non ſunt veræ regulari-
2650 ter, ſed non modica datur † differentia inter confeſ-
ſionem fictam, ortam ex productione ſcripturarum, &
confeſſionem veram vulgatis regulis; verum vt veritas
reſponſionis nota fiat, oportet huius productionis
2651 † materiam latius explicari, & hoc vt tam propoſitę
difficultati, quam totius operis neceſſitudini ſatisfaciã.

Ad cuius materiæ explicationem, explanandum ve-
2652 nit, nempe an ex ſcripturarum † productione in iu-
dicio reſultet confeſſio contentorum in ſcriptura con-
tra producentem, & quomodo hæc confeſſio ei præiu-
dicet; cuius quæſiti explicatio, non modicam afferet,
2653 commoditatem † ſtudioſo lectori eo quod ex infra
dicendis totius productionis & tacitæ confeſſionis, de-
ciſio, & iuſtitia demonſtrabuntur.

In primo, quo ad primam inſpectionem ſcilicet ſi ex
productione reſultet confeſſio contentorum in ſcriptu-
*ra producta, dico communem receptam, & omnino
2654 veram eſſe opinionem confeſſionem † reſultare, vt
vnanimiter canoniſtæ concludunt in citato capit. cum
venerabilis de except. Bart. in l. poſt legatum ſub nu. 2.
ff. de his quibus, vt indign. latiſſimè infinitis congeſtis
probant Maſcar. concluſ. 915. Scaccia d. cap. 11. num.
408. Cardin. Tuſc. cõcluſ. 872 litera P. Genua de ſcript.
priuat. d. lib. 1. num. 151. in 4. quæſt. quę concluſio adeo
vera, & receptior eſt, quod eam infraſcriptis, & alijs
modis Doctores ampliant.

Primo ampliatur procedere etiam quo ad verba
2655 † enunciatiua exiſtentia in ſcriptura præſentata, quę
per productionem confeſſata reputantur, additionator
ad Iaſon in l. ſi cui ſerui §. ſi à filio num. 16. ff. de leg. 1. &
Natta in addit. ad Alex. conſ. 16. ſub nu. 12. ver. tamen
non videtur, lib. 5. & Becc. conſ. 3. num. 38. lib. 1. quos
probat Scaccia d. cap. 11. num. 422. quamuis contra-
rium verius dicant Bald. Felin. Dec. Natta, Alex. & alij
relati per Maſcard. concluſ. citata 915. nu. 9. & 10. quo-
*rum, & aliorum, communem indicat opinionem Scac-
cia d. cap. 11. num. 427. tamen concludit ibi, hanc non
eſſe veram, nec tenendam in iudicando, aut conſulen-
2656 do, quia imputare † debet ſibi producens produ-
cendo iura abſque probatione, ſciens quod per produ-
ctionem cenſetur confiteri ea, quæ carerent probatio-
ne, quam rationem veriſſimam dijudico, & proinde ve-
ram Scaccię opinionem cenſeo, quam opinionem ſecta-
tur, eruditiſſimus & extollendæ doctrinæ Valenzuel.
Regens conſ. 40. num. 59. & quando talis confeſſio orta
ex enunciatiuis confert ad id, quod agitur; probat Seſſa
deciſ. 113. tom. 2. num. 18. licet aliud alio loco ſentiat.

Ampliatur ſecundo procedere in omnibus dictis in
2657 ſcriptura † cum omnibus vitijs, & qualitatibus, ita
Doctor. in d. c cum venerabilis; & in c. cum olim de cẽſ.
probat Genua de ſcript priuata. lib. 1. quæſt. 4. nu. 157.
2658 Ampliatur tertio etiam ſi ſcriptura † appareat fal-
ſa, quia nihilominus producens videtur fateri contenta
in tali ſcriptura, vt probat nonnullorum authoritate
Scaccia d. cap. 11. num. 421. & 426.
2659 Ampliatur quarto, vt producens non poſſit † am-
plius reuocare, nec errorem allegare, aut impugnare,
Maſcar. citata concluſ. 915. num. 2. & Genua. d. quæſt.
4. lib. 1. nu. 152. quodque quamplurimis adductis pro-
bat doctiſs. Regens Valenzuel. conſ. citato 40. num. 60.
qui extendit etiam facta per producentem proteſtatio-
ne, ſed de hac ampliatione inferius latè dicetur illum
conſulas locum pro veritate.

Ampliatur quinto (& hæc ampliatio deſeruit pro re-
ſolutione limitationis propoſitæ ſupra nu. 2643.) pro-
2660 cedere etiam ſi ſcriptura † producta de per ſe nullã
faceret fidem, quia nulla, & inualida eſſet, Surd. deciſ.
267. num. 2. quem ſequitur Genua. d. lib. 1. quæſt. 4. nu.
*159. magiſque communem opinionem dicit Crauet. de
antiquit. temp. Rub. ſcriptura priuata, verſ. viſo de ver-
bis num. 36. & 37. fol. mihi 92. quamuis contrariam
opinionem citatam ſup. num. 2643. & relatam per Ma-
reſcot. ibi allegatum, teneat Maſcard. d. concluſ. 915. in
prima limit. & communem dicat Rot. diuerſorum de-

ciſ.

ciſ.159.num.1.par.2. ac vti veriorem defendat Tiraq. de iur.conſtit.limit.7.cum plurib. ſeq.

* Quia his non obſtantibus iſtam magis communem relatam per Crauet.citato num.36. & 37. magis etiam communem, & veriorem dicit Scaccia. d.cap.11.num.
2661 415. non ſolum ex ſuperius adductis, ſed etiam † ex Bart.in auth.ſi quis in aliquo num. 1. & 2. C. de eden. ibidemque Caſtrenſ. num.3. Iaſ. ſub num.5. fallent. 8. Dec.num.14. & Maſcar. ſibi contrarius, concluſ.711. num.26.verſ.2.limita,& nu.27. ac ex alijs; dicentibus, quod quamuis copia non ſolemnis, & non authentica
2662 nullatenus probet, tamen contra † producentem pleniſſimè probat;& id concludenti ratione firmat, nã ſi eſſet verum, quod producens præſumatur fateri con-
2663 tenta in ſcriptura,quatenus ſcriptura probet,& non aliter iſta præſumptio reſultans ex productione de vento ſeruiret, quia ſi ſcriptura de per ſe probaret, eſſemus in claris, & non egeremus tacita confeſſione reſultante
* ex productione; ideo benè magis communiter concluditur confeſſionem reſultare etiam ex productione ſcripturarum de per ſe non probatarum, nec fidem facien-
2664 tium,vt leges hoc † promulgantes aliquid vltra operentur,ſed hoc clarius probabitur in explicatione ſecundæ inſpectionis huius primi caſus inferius explicandæ.

Limitatur tamen eadem concluſio modo iam vt ſupra ampliata; vt non procedat quando producens ex-
2665 preſsè proteſtaretur, † quod producit in parte, & partibus pro ſe facientibus & non aliter, quia tunc non cenſetur confiteri ea,quę ſibi nocent propter expreſſam declarationem quę facit ceſſare coniecturas,quam limi-
2666 tationem comprobant † Magon. deciſ. Lucen. 25. num.10. Rot. deciſ.264.in nouiſs. & Surd. deciſ. 267. eandemque numero, & pondere Doctorum eſſe magis fulcitam teſtatur Scaccia d.cap.11.nu.429.

2667 Contra limitationem † reſponderunt infiniti authores,relati per Maſcard.d.concluſ 915.nu.17. Oſaſc. deciſ.39. num.26. vbi receptiorem, & veriorem dicit, eandemque opinionem contra limitationem proſequitur dom.Regens Valenz.citato conſ.40. num 60. & latius Ioſeph Seſſa deciſ. Arag. 225.tota,tom.2.ex quibus
2668 conſtat articulum hunc pati magnam Doctorũ † cõtrouerſiam, idcirco harum pugnantium opinionum,& variarum expoſitionum conciliatio pendet ab infraſcripta diſtinctione.

Aut enim producens intendit per proteſtationem
2669 † euadere illam confeſſionem ex productione reſultantem,vt in caſu noſtro, ad hoc vt ſine obſtaculo talis confeſſionis; poſſit venire contra ſcripturam productam in partibus nociuis proteſtatis.

2670 Aut ſecundò producens haberet intentionem † impugnandi ſcripturam a ſe productam in aliqua parte, ſed per proteſtationem vellet occurrere,ne ſibi in parte, quam acceptauit per productionem præiudicetur.

Aut tertiò producens intendat per hanc proteſtatio-
2671 nem reſtringere,& annihilare productionem,†& ſaltem debilitare probationem inſtrumenti in illa parte, quæ ipſi producenti noceret.

Pro quorum pleniori explicatione ſubdiſtinguitur,
2672 quia aut tractatur de ſcriptura † publica producta, quæ de per ſe probat, aut & ſecundo de ſcriptura priuata.

Si de publica tractatur fidem de per ſe faciente,tunc
2673 ex omnium ſententia concludas proteſtationem †eſſe inutilem,& proinde in omni ex tribus prædictis caſibus, non iuuari, quamuis aduerſarius omninò taceret, quia publicæ ſcripturæ, fidem plenam, & probatam facientes,ſuum effectum de per ſe naturaliter producunt, tanquam authenticè,ſolemniter, & probanter produ-
2674 ctæ,quo in caſu proteſtatio non † penderet à volun-
2675 tate producẽtis,ſed pendet ex diſpoſitione legis,†aut alterius voluntate ideo inutilem proteſtationem,ad notata per Doctor. in l.alimenta C. de neg. geſt. & docet doctiſſimus Crauetta de antiq. tempor. rubr. ſcriptura priuata,ver.vidimus de verbis num.75.76.& ſeq.& ante hunc, Iaſon.in l.non ſolum §. morte, num.26. ff. de nou.oper.nunciat.quorum opinionem in iudicando,& conſulendo veriſſimam probat Scaccia.d.cap.11.num. 58.quodque ſingulariter ſex modis ampliat.

2676 In iſto enim caſu loquitur Oſaſc. citata † deciſ.39. vt apertè videtur ex dictis per eum in dicta deciſ.loquentem in inſtrumento publico de per ſe fidem faciente,at in publico inſtrumento loquuntur Ioſeph Seſſa, & Doctiſs.Reg. Valenzuela in citatis locis,prout quaſi omnes Doctores per eoſdem adductos, itaque facili negocio conciliatur controuerſia; & hæc faciliter comprobatio-
2677 nem recipiunt,eo quod proteſtatio† non dependens à voluntate proteſtantis, & facto contraria nunquam iuuat,nec releuat,Bar.Rom. Caſtrenſ. Oldrad.Speculat. Capra,Abb.Felin.& alij,quos probat Honded.conſ.89. vol.1.nu.35. vſque ad nu.40 alijque demum,quos poſt Meritiſs.Regentem Valenz. conſ.73. congerit Muta Siculus deciſ.82.nu.15.alioſque etiam probat Seſſa deciſ. 143.vol.2.num.15. & ſeq.tom 2. & alij quos citat Caſtil.Siculus deciſ.22.nu.21. tom.1. quamuis in diſcurſu deciſionis veritatem articuli non plenè aperiat.

Contraria enim in hoc capite,ſi quæ erunt,procedũt
2678 quando inſtrumentum circa proteſtata † de per ſe non probaret, quo in caſu penderet proteſtatio à voluntate proteſtantis,& hæc eſt pura veritas.

Aut verò tractatur de ſcriptura priuata, & tunc omnia infra dicenda diuiduntur in duplici ſpecie, quarum
2679 prima illa erit ſi ſcriptura de ſui natura † nullatenus probat,ſecunda erit, ſi probaret ſaltem pro vno ex litigatoribus.

Quo ad primam ſpeciem, reſpectu primi & tertij capitis principalis diſtinctionis poſitę ſupra num.2669.&
2680 ſeq.dico quod aut quæritur ſi proteſtatio † operetur alium effectum contra illum,aduerſus quem producitur ſcriptura, modo vt explicatum eſt,& concludo negatiuè, quia in alijs ſcriptura remanet in ſuo eſſe, & currit ſuo marte, Scaccia d.cap.11.num.69.

Aut verò quæritur ſi proteſtatio iuuet ad impediendam tacitam confeſſionem ex productione reſultantẽ,
2681 & concluditur † proteſtationem iuuare ex receptiſſima opinione,illa iam dicta ratione, quia cum producere,vel non producere ſcripturam pendeat à voluntate
2682 producentis,† ita ſimiliter confiteri,& acceptare ea, quæ de per ſe non probant, vtique ex voluntate producentis pendet,vt poſt Felin.Dec.& alios in citato.c.cum venerabilis, teſtatur, penes omnes hoc non habere difficultatem;Scaccia.d.cap.11.num.68. ac probãt Oſaſc. Seſſa Honded. D.Valenzuel. & alij citati ſupra numero 2667.& 2677.

In ſecunda verò ſpecie notata ſupra numero 2676. conſiderandi ſunt duo caſus, & illorum primus quando
2683 ſcriptura † eſt facta manu eius, qui eam producit; Secundus caſus quando eſt facta manu eius, contra quem producitur.

In

2684 In primo caſu ſcriptura probat † contra ſcribentem
ad text. in l. contra qui propriam & l. generaliter. C. de
non num. pecun. vbi Bart. Bald. Caſtr. & alij l. Publia §.
fin. ff. depoſit. cum infinitis allegatis per Maſcard. concl.
111 limit. 9. Magon. deciſ. Lucenſ. 5. nu. 18. Triuiſ. de-
ciſ. 60. num. 7. lib. 1. Scaccia d. cap. 11. num. 70. & 77. &
poſt omnes in l. admonendi ff. de iur. iur. Genua de ſcri-
ptur. priuat. lib. 1. citata quæſt. 4. num. 122. & ſeq. illa
ratione, quia nimis indignum eſt, quod ſua quiſque vo-
2685 ce dilucidè proteſtatus eſt, id in eundem † caſum in-
firmare, teſtimonioque proprio reſiſtere d. l. generali-
ter, idcirco hac ratione, & altera ſcilicet nam ſi lege de-
2686 ciſum eſt ſcripturam contra ſcribentē probare, † hoc
ſic per legem deciſum non poterit debilitari per homi-
nis proteſtationem in damnum tertij, eo quod à volun-
tate proteſtantis non dependet, ideo proteſtatio non
iuuat, ita omnes præcitati authores.

Quod velim intelligas, ſi ſcriptura recognita fuerit
2687 † taliter, vt probet modo, vt in recognitionum ma-
teria demonſtrabitur, notatque Scaccia d. cap. 11. de iu-
dic. cauſar. ciuil. num. 71. & 72. quo in caſu reſpectu pri-
mi, & tertij capitis principalis diſtinctionis ſupra num.
2666. propoſitæ concluditur proteſtationem nullius eſ-
ſe momenti, ita Scaccia loco allegato num. 70. & 71. &
difficultate caret; prout producens per confeſſionem
reſultantem ex productione, videtur recognoſcere con-
fitendo.

In ſecundo autem caſu notato ſupra numero 2683.
in quo venit explanandum ſecundum caput diſtinctio-
nis propoſitæ ſupra numero 2669. dico reſolutionem
dependere à duobus, quorum vnum erit, an quis poſſit
ſe fundare in actu, quem impugnauit ad text. in cap. ex
eo de reg. iur. in 6.

Secundum an confeſſio poſſit pro parte acceptari, &
pro parte negari, & ſic an confeſſio patiatur circa ſepa-
rata & connexa diuiſionem.

Ideirco breuiter reſoluēdo, in caſibus, in quibus quis
poterit ſe fundare in actu impugnato, & in quibus
2688 † confeſſio iure poterit diuidi, ſemper proteſtatio
iuuabit ea ratione, quia in prædictis caſibus probatio
pendet à voluntate proteſtantis & conſequenter prote-
ſtatio per ſuperius adducta; at quomodo impugnans
actu impugnato iuuetur, latius inferius numero 2707.
cum pluribus ſeq. declarabitur.

2689 In caſibus verò, in quibus actus impugnatus † impu-
gnanti non ſeruit & confeſſio non poterit diuidi, indu-
bitanter concluditur, proteſtationem non iuuare, & in-
utilem eſſe, quia in his eſt locus deciſioni legali, & per
hoc probatio non dependet à voluntate proteſtantis,
conſequenter nec proteſtatio, vt pluries ſuperius proba-
tum fuit: & quod confeſſio patiatur diuiſionem, ſi pro
parte diuiſa concurrat veroſimilitudo, Caſtil. citata de-
ciſ. 22. num. 23. ſed de hoc plenius infra lib. 2. capit. 1.
tit. 13.

2690 Concluditur itaque † dicta per Maſcard. in citata
concluſ. 915. & aliorum dicentium, non iuuari, aut iu-
uari proteſtationes producentium ſcripturas intelligi
ſeruata forma capitum diſtinctionum ſupra firmato-
rum, vt ſic declarando docet Scaccia de iudic. cauſar. ci-
uil. citato cap. 11. num. 436. & alibi dicens præcitatos
Doctores confundiſſe terminos.

Sublimitatur limitatio notata ſupra num. 2665. mo-
do iam viſo declarata, non procedere in reproductio-
2691 ne † ſcilicet ſi aliquis reproducat aliquam ſcriptu-
ram, ſuper cuius productione iam prius fuerit citatus, &
nihil oppoſuit, quo in caſu in ſua reproductione non po-
terit proteſtari in parte, & partibus; poſtquam citatus
in productione facta per aduerſarium non opponendo
tacitè approbauit ſcripturam productam, vt ſuperius
notatum fuit, ideo per primam tacitam illam approba-
2692 tionem † tota fuit approbata ſcriptura, & per hoc
proteſtatio inutilis in qualibet parte, ratione ſuperius
adducta, quia hoc à ſua voluntate non pendet, dum per
legem deciditur, Rot. in nouis deciſ. 2. alias 264. & infe-
rius iterum probabitur, & probat Scaccia. d. capit. 11.
num. 431.

Declarantur inſuper ſuperius adducta, vt non ſic
procedant, quando producens ſine proteſtatione
2693 † aliqua doceret de errore confeſſionis reſultantis
ex illa productione, & vellet eam impugnare, & infrin-
gere, quia probato errore, poſſet, Crauet. d. ver. viſo de
verbis, rubrica ſcriptura priuata num. 56. Gabriel. com.
concluſ. lib. 6. tit. de regul. iur. concluſ. 1. ampl. 2. nu. 18.
Guid. Pap. deciſ. 131. num. 2. illa ratione, quia veritas
2694 non debet † geſtorum erroribus vitiari, ad text. in l.
illicitas §. veritas ff. de off. præſid. & præualere debet
2695 ſemper opinioni, † & errori, vt idem Scaccia citato
loco num. 432. & 436. notat, & nos in confeſsione ex-
2696 preſſa, † & vera, notauimus ſupra num. 2632. cum
multis ſequentibus, & ſic in fortiori caſu, & in terminis
noſtris deciſum dicit Seſſa deciſ. 138. tom. 2. tota, vbi
ſingulariter quomodo ante acceptationem, aut conclu-
ſionem, vel ſententiam qualiterque poſt actus prædictos
dicatur de hoc errore.

Quo ad ſecundam inſpectionem primi principalis
caſus notati ſupra num. 2652. eo quod prima inſpectio
incepta num. 2654. iam per prædicta ſatis explicata
fuit, vt inceptum ordinem inconfuſè proſequamur, ſci-
licet an confeſsio prædicta reſultans ex productione
2697 præiudicet producenti; & nocere, † ac præiudicare
talem confeſsionem probant omnes præcitati Docto-
res, probaturque per omnes ampliationes, quas fuſius
congerit Scaccia. d. cap. 11. num. 454. cum multis ſe-
quentibus, ac & probatur dum firmauimus poſſe dici
de errore huius confeſsionis, quia ſi confeſsio non no-
2698 ceret † fruſtra quæreretur, ſi poſſit de errore dici, vt
ex eodem Scaccia loco citato, notatur.

Inter alias ampliationes ſingulariter per Scacciam
d. loco notatas, quas ſtudioſus lector videre poterit, ne
omnia Scacciæ ſuo labore congeſta tranſcribamus, licet
2699 in hac materia excuſarer dum † nihil dicendum re-
liquit, imo Nicol. Genua in eius tract. de ſcript. priuat.
lib. 1. quæſt. 14. num. 11. dicit, quempiam peritiſsimum
ſcriptis per ſapientiſsimum illum virum addere non
valere; redeundo itaque ad propoſitum noſtrum; Am-
pliatur hæc concluſio procedere etiam ſi ſcriptura præ-
ſentata & producta eſſet nulla, & non ſolemnis, quia ad-
huc tacita confeſsio, quæ ex productione reſultaret,
2700 † noceret producenti, Dec. in citato cap. cum vene-
* rabilis de except. concluſ. 5. num. 118. magiſque com-
munem dicit Crauet. de antiq. temp. dicto ver. viſo de
verb. num. 36. 37. & 38. & Scaccia vbi ſupra num. 457.
cum multis ſequentibus comprobationibus compro-
bat; illa ratione, quia ſolemnitas ſcripturæ requiritur, vt
ſcriptura fidem faciat, ſed confeſsio de per ſe fidem fa-
2701 cit, ſicut ſcriptura ſolemnis, ergo confeſsio ſanat † de-
fectum ſolemnitatis circa probationem, ita Scaccia d.
cap. 11. num. 459.

Sed

Sed vt articulus ſic controuerſus, ac adducta per Bar.
in citata. l. poſt legatum ſub num. 2. ff. de his quibus, vt
indign. per Innoc. in d. cap. cum venerabilis, Felin. &
per alios, ac per Maſcar. in citatis concluſ. 358. & 915.
Tiraq. de conſtit. Affl. & Gram. citata deciſ. 25. & per
omnes ſuperius allegatos, probabilius clarificentur duo
alij ſunt diſtinguendi caſus.

Primus enim ille erit, ſi contractus celebratus in ſcri-
ptura producta erit nullus.

Secundus caſus, ſi ſcriptura tantum producta ſit non
ſolemnis & nulla,

In primo caſu, quando contractus, & diſpoſitio in
2702 ſcriptura contentus, aut contenta ſit nullus, † vel nul-
la, vt puta ſi produceretur teſtamentum carens ſolem-
nitatibus requiſitis ad validandum ipſum teſtamen-
tum, vel ſi producatur ſcriptura continens alienatio-
nem rei ſtabilis pupillaris abſque ſolemnitatibus requi-
ſitis ad ipſam alienationem, aut ſi producantur codicil-
li carentes requiſitis, vel ſimilibus aliis exemplis circa
inualiditatem diſpoſitionis contentæ in ſcriptura tan-
tum; tunc quamuis ex productione ſcripturarum conti-
nentium ſimiles diſpoſitiones, & contractus inualidos
reſultet confeſſio, tamen talis confeſſio nullatenus no-
ceret producenti, quia non purgat defectum ſolemnita-
tis actus, licet ſanare poterit defectum circa probatio-
2703 nem faciendam, eo quod confeſſio † oſtendit verita-
tem ſed eam non mutat, nam mutaret ſi ſolemnia non
adhibita in diſpoſitione, adhibita fuiſſe demonſtraret;
& in his caſibus loquuntur Bald. in l. alia cauſa verſ. at-
tende hic num. 4. C. de his quibus, vt indign. Dec. in ci-
tato cap. cum venerabilis ſub num. 119. & 120. Cra-
uet. in d. ver. viſo de verbis num. 40. & Affl. d. deciſ. 25.
itaque conciliando, licet inconſtanter, reſpondit Felin.
in d. cap. cum venerabilis, vt probando refert Scaccia. d.
cap. 11. num. 460.

2704 Infertur itaque productionem † huiuſmodi ſcriptu-
rarum continentium diſpoſitiones inualidas non impe-
dire, quominus ipſemet producens poſſit impugnare,
eandem ſcripturam diſpoſitionem inualidam conti-
nentem, dicendo de inualiditate, & nullitate dictæ di-
ſpoſitionis, Bart. in d. l. poſt legatum in principio.

2795 Modificatur illatio hæc, ſi diſpoſitio contenta † in
ſcriptura producta ſit nulla, & nullitas poterit per pro-
ducentem ſanari, vt puta ſi aliquis tanquam meus pro-
curator vendat rem meam, & deficiat mandatum, tunc
ego, producendo ſcripturam venditionis factæ videor
præſtare conſenſum, fateri, & ſanare venditionem nul-
lam, vt notat Bart. in d. l. poſt legatum ſub num. 2. illa
ſæpius citata ratione, quia pendet ex mei voluntate ap-
probatio, vel reprobatio, vt refert Scaccia, ſequutus Bar.
in d. loco, & ego addo Mandel. Albenſ. conſ. 17. num. 3.
ſingularius, & latius hanc illationem eiuſque modifica-
tionem cum Bar. doctrina, explicantem.

Secundus autem caſus propoſitus ſcilicet quando
2706 ſcriptura † producta tantum ſit nulla, quia non ſo-
lemnis, & tunc dicas in hoc ſecundo caſu eſſe applican-
da omnia ſuperius diſtincta, & declarata.

Concluſiones autem probatæ ſupra num. 2654. &
2697. & ſuperius in aliis numer. comprobatæ, limitan-
tur, vt non procedant, ſi is, contra quem producitur
2707 ſcriptura eam impugnauerit, † quia tunc tanquam
ab aduerſario vulnerata non habet vim nocendi pro-
ducenti, vt Felin. & Dec. in d. cap. cum venerabilis, ac
Cr.uet. in ſuperiori citato loco num. 54. & 55. quam-
uis Felin. & Dec. arguendo non explicitè conſentiant,
quia vtique veriſſima eſt limitatio, eo quod nemo
2708 † fundamentum facere poterit ſuper actu, quem im-
pugnauit, ad text. in cap ex eo de reg. iur. in 6. Crauet.
vbi ſupra, & Gabriel. commun. concluſ. tit. de reg. iur.
concluſ. 1. numero 1. & ſeq. Surd. deciſ. 196. numero 1.
& 2. Honded. conſ. 78. numero 98. cum multis ſequent.
lib. 2. Ruin. & alij, quos probat Stephan. Gratian. di-
ſcept. forenſ. tom. 3. cap 468. numero 83. & cap. 470.
numero 9. ac cap. 770. & 688. tom. 4. prout reſpondens
poſitionibus negando non poterit eiſdem iuuari,
2709 † ſuamque intentionem fundare, Bar. in d. l. poſt le-
✱ gatum num. 11. communem opinionem dicunt Guid.
Papa deciſ. 182. Gabriel. d. concluſ. 1. numero 2. Maſcar.
de probat. concluſ. 348. num. 49. & concluſ. 1182. num.
✱ 30. qui etiam hoc communiter teneri per Doctor in l.
naturaliter §. nihil commune ff. de acq. poſſeſs. teſtatur,
vt in ſpecie Speculat. Archid. Butr. Alex. & alij relati
per Scacciam. d. cap. 11. num. 472. quodque ratione de-
ciditur, quia impugnando ſcripturam videtur quis re-
2710 nunciare † omni fauori ſibi ex illa ſcriptura proue-
nienti, alios congerunt, Giurba deciſ. 55. nu. 14. & Mu-
ta deciſ. 53. num. 23.

Reſtringitur tamen limitatio hæc quando ſcriptura
producta fuiſſet falſa, & ſcienter præſentata, quia impu-
2711 gnata falſitate † non cenſetur impugnata confeſſio
reſultans ex productione; itaque de iure communi ex-
peditum dicunt Crauet de antiq. temp. ver. citato, viſo
de verbis, numero 52. in fine Gabriel. citata concl. 1. de
reg. iur. numero 19. & probat Scaccia. d. cap. 11. num.
475. illa ratione, quia producens falſam ſcripturam
2712 † tenetur ſtare eidem ſcripturæ in ſui detrimentum,
at in Regno omni difficultate caret, eo quod prouiſum
eſt per Reg. pragm. 1. de falſ. quæ incipit teſtem falſum,
2713 producentem falſam ſcripturam, † aut teſtem puniri
cauſæ amiſſione, vt in nonnullis locis Regnicolæ decla-
rant.

Reſtringitur ſecundò quando actus impugnatus nõ
2714 habet † connexitatem, & dependentiam cum actu
producto, quia tunc tacita confeſſio remaneret in ſuo
robore, & noceret producenti ob diuerſitatis rationem,
Gabr. citata concluſ. nu. 35. & in caſu conuerſo, ſi oratio
vnitatem, & connexitatem contineat tunc impugnans
actu impugnato non iuuatur Caſtil. Siculus citata deciſ.
22. num. 22. poſt Felin. Dec. Maſcard. Magon. Tuſc. &
innumeros.

Reſtringitur tertio, & erit ſatis forenſis reſtrictio vi-
2715 delicet, impugnans actum poterit † iuuari actu im-
pugnato, ſi ante partis acceptationem, & re integra im-
pugnationem reuocauit, Gabriel. d. concluſ. num. 24. &
Coſta tract. Re integra cap. 71. num. 8.

2716 Extenditur reſtrictio, vt valeat impugnans † reuo-
care impugnationem in quacunque parte iudicij, ante
verò ſententiam, Adrian. Neguſant. reſponſ. 78. nu. 9.
& 10.

Modificatur extenſio, vt ea intelligatur procedere
2717 ante † acceptationem partis, quia ſi in quacunque
iudicij parte ſuperueniat acceptatio, etiam ante ſenten-
tiam impugnans impugnationem reuocare nequit,
& actu impugnato iuuari non poterit, Gabriel. d.
concluſ. à limitat. prima, vſque ad finem concluſionis
2718 quod adeo verũ eſt, vt nullatenus prohibeatur † quis
vti actu impugnato ante aduerſarij acceptationem,
quam, vt talis vſus deuegetur, omninò requiri, dicit

Stephan.

Stephan. Gratian. diſceptat forenſ tom. 2. cap. 279. nu-
mero 36.
Reſtringitur quarto, quando impugnans impugnaſ-
2719 ſet ſcripturam † per aduerſarium productam in par-
te & partibus &c. quia tali caſu impugnans iuuaretur
partibus non impugnatis Abb. in d. cap. cum venerabi-
lis num. 37. quem probat Adrian. Neguſant. d. reſponſ.
78 nu. 6. ſed hanc reſtrictionem intelligas per ſuperius
num. 2668. cum alijs ſequent. adducta.
2720 Reſtringitur 5. vt impugnans † valeat iuuari actu
impugnato, ſi in impugnatione ſuccumbat, ita poſt Ga-
briel. & nonnullos alios, probat Stephan. Gratian. di-
ſcept. forenſ. tom. 4. cap. 704. num. 40. & 41. cum decla-
rationibus tamen adductis per eundem Gabriel. citata
concluſ. 1. num. 54. & ſeq.
2721 Reſtringitur ſexto, vt pendente † iudicio impugna-
tionis impugnans valeat iuuari actu impugnato, Gra-
tian. d. cap. 279. tom. 2. diſcept. forenſ. num. 37. & ſeq.
quia ſemper dicitur res integra, donec terminetur inſti-
tia impugnationis, ita poſt Compoſtel. Io. Andr. Abb.
Felin. & Rot. Rom. notatur penes Gratianum loco ci-
tato, ſed reſtrictionem iſtam veram non exiſtimo, ſed
2722 omninò contra iuris regulas † vt ſatis ſingulariter re-
ſoluit Gabriel. d. concluſ. 1. num. 42. & ſequent. quam-
uis ſimpliciter reſtrictionem ſequantur Franc. Mar. Viu.
& alij relati per Gutb. citata deciſ. 55. num. 11.
Reſtringitur notabiliter & ſingulariter, ſeptimo; nā
quamuis impugnans non valeat iuuari actu impugna-
2723 to, tamen iudex † poterit ex officio ſuo fundare ſe
ſuper probatione impugnata etiam in fauorem impu-
gnantis, ſi ſibi videbitur, Gabriel in allegata concluſ. 1.
num. 58. limit. 9. quem probat Stephan. Gratian. d. cap.
279. num. 42. & ſeq. & Muta deciſ. citata 53 nu. 32.
Reſtringitur octauo, ſi cum actu impugnato concur-
2724 rat † veriſimilitudo, & iuris aliqua præſumptio, quo
in caſu impugnans iuuaretur, vt ſingulariter probat Ca-
ſtill. Siculus in citata deciſ. 22. num. 23. cum multis ſeq.
reliquæ reſtrictiones reperiuntur poſt Butr. in cap. cum
olim de cenſ. penes Gabr. Scacciam, & alios citatos.
Nec obſtabunt, concluſionibus ſuperius firmatis ea,
quæ opponendo diximus ſupra num. 2647. quia contra
Doctores ibidem allegatos poſt Bald. tenet Iaſ. Felin.
Marſ. Pariſ. Crauet. Maſcar. Crot. & alij, quos congerit
Genua d. lib. 1. quæſt. 4. num. 43. cum multis ſequenti-
bus, quorum communem opinionem dicit Vaſq. ſua-
rum controuerſ. vſu freq. cap. 29. num. 4. quem cum in-
finitis rationibus citando cumulat idem Genua loco ci-
tato & per hoc magis communiter concluditur, conſen
2725 ſu partium † poſſe tribui fidem ſcripturæ informi
ac vnico & inhabili teſti.

SVMMARIVM.

2726 *Recognitio ſcripturæ facta per tertium ſcribentem pro-
batur.*
2727 *Nicolaus Genua notatur.*
*Recognitio per tertium ſcribentem facta plenè probat
ibid. & 2728. declaratur. num. ſeq.*
2729 *Recognitio ſcripturę facta per tertium ſcribentem, licet
plenè ſit probata, tamen illa non probabit contenta in
ſcriptura recognita.*
2730 *Dictum vnius, dictum nullius.*
Teſti non citato nec iurato non credendum. ibid.
2731 *Teſti deponenti de facto proprio abſque ſui intereſſe
qualiter credatur & 2733.*
2732 *Probare ſcripturam manu talis eſſe ſcriptam, vel pro-
bare contenta in ſcriptura inter ſe differunt.*
2733 *Scriptura priuata recognita per tertium ſcribentem
iunctis adminiculis plenè probat, etiam circa contenta
in ea.*
*Teſti deponenti de facto proprio ſine ſui intereſſe admini-
culis concurrentibus plene creditur. ibid.*
2734 *Tertius ſcribens ſcripturam priuatam non cogitur ſcri-
bere vt comparatio literarum fiat, contrarium, & ve-
rius num. 2735.*
2736 *Com paratio literarum facta ex ſcriptis coactis ſemi-
plenam probationem facit.*
2737 *Comparatio literarum ex ſcriptis coactis facta dicitur
deſtructiua.*
2738 *Scriptura facta coram iudice dicitur ſcriptura forenſis.*
2739 *Tertio ſcribenti ſcripturam priuatam, ſed neganti an
magis credatur, quam comparationi literarum.*
2739 *Comparatio literarum dicitur probatio fallax & peri-
culoſa ideo contrariæ aſſertioni potius ſtandum.*
2740 *Comparationis literarum probatio dicitur ſubſidiaria
in defectum probationis viuæ vocis adimuenta.*
2741 *Comparationi literarum potius ſtandum, ſi appareat
diſſimilitudo literarum, & varietas & qualiter 2742.
& 2743. vbi arbitrio iudicis remittendum notatur, &
qualiter arbitrandum.*
2744 *Recognitionis præceptum per appellationem non ſu-
ſpenditur.*
*Interrogatus de ſuo facto, non grauatur ideo non appel-
lat. ibid.*

SECVNDVS MODVS RECOGNOSCENDI
Priuatam ſcripturam.

SEcundo principali modo recognoſcitur Apocha
per tertium ſcribentem teſtantem ſcripturam eſſe
2726 ſua manu ſcriptam; & hæc recognitio † plenam fi-
dē facit, ad tex. in l. ſi quis decurio in fine. C. ad l. Corn.
de falſ. vbi gloſ. & tex. in §. ſi quis igitur & §. ſi verò mo-
riatur, & ſequent. auth. de inſtrum. cautel. & fid. coll. 6.
ac ex Bar. Caſtr. Alex. & alijs communem dicit Scaccia
d. cap. 11. num. 934. quamuis ex Imol. Caballin. Maur.
Menoch. Marſil. Lancellot. & ex alijs dicat Genua de
ſcript. priuat. lib. 2. num. 20. & ſeq. & in ſpecie num. 31.
titulo de Apocha manu tertij conſcripta; recognitio-
nem à tertio factam minus ſemiplenè probare, ex quo
2727 decipitur † confundendo terminos; quia aut
quæritur ſi tertius recognoſcendo ſcripturam fateatur
eam ſua manu ſcriptam, & tūc pleniſſimam facere pro
2728 bationem † hanc recognitionem circa ſcripturam,
nemo eſt, qui negare poterit, eo quod iura ſunt aperta,
& ſic procedit communis allegata opinio cum iuribus
adductis. Aut verò quæratur ſi recognitio modo prædi-
cto facta, plenam faciat probationem circa contenta
2729 † in ſcriptura, & tunc procedunt dicta Doctorum
allegatorum per Genuam, benè dicentium, non plenè
2730 probare, quia dictum vnius † dictum nullius, vulgatis
regulis, & tanquam teſti non iurato, nec citato non cre-
dendum vulgatis terminis.
2731 Nec refragatur, ſi diceretur, huic tertio credi † tan-
quam deponenti de facto proprio abſque eius intereſſe,
eo quod deficiunt requiſita prædicta, & contraria opi-
nio eſt verior, Menoch. de arbitr. caſ. 99. vt idem Genua
proſequitur in citato loco & probat Præſ. de Franch. de-
ciſ. 60.

ciſ.60.num.14.differt enim probare ſcripturam de ma-
2732 nu talis eſſe ſcriptam,† vel probare vera eſſe conten-
ta in ipſa ſcriptura ; quia in primo caſu ſcribens reco-
* gnoſcens ſuam manum plenè probat ex communi opi-
nione ſuperius adducta, & in ſecundo caſu nequaquam
ex prædictis, vt ſic poſt Crauet. per eum allegatum no-
tat Scaccia.d.cap.11.nu.937. quem ſequitur idem Ge-
nua.d.lib.2.& citato titulo, num.43.

Ad probationem, itaque, contentorum in ſcriptura
ſic recognita, dico ſufficere adminicula, quibus concur-
2733 rentibus † cum prædicto teſte ſic recognoſcente,
plenam induci fidem ſatis verum putauerunt infraſcri-
pti peritiſſimi viri, eo quod ille tertius deponit in facto
proprio abſque ſui intereſſe, ideo ſi eius depoſitio habe-
bit adminicula, vtique plenam induceret probationem
ex traditis per Menoch.citato caſ.99.num.17.in fine
Decian.conſ.42.num.28.vol.5. & Farinac. de oppoſit.
contra perſon.teſt quæſt.63. cap.4. limit.1.num.221.
quos probat in noſtris terminis Genua citato titulo nu.
* 37. idemque ex magis communi opinione firmat Ca-
ſtill. Siculus deciſ.160.nu.34.vol.2.& in ſpecie alijs ad-
miniculis concurrentibus, & ſignanter legalitate, & bo-
na vita teſtis, eidem credi deciſum dicit Stephan. Gra-
tian.diſcept.forenſ.cap.749.num.1.2.& 3.tom.4.

Sed vt hic ſecundus recognoſcendi modus ampliori
explicatione declaretur, tria ſcitu digna proponit diſcu
tienda Scaccia.d loco num.939. cuius dicta nos alijs
etiam authoritatibus comprobabimus.

Primò proponit, ſi tertius ille, qui ſcripſit Apocham,
neget ſcripſiſſe an poterit cogi coram iudice ad ſcriben-
dum, vt comparatio literarum fiat.

Secundò ſi neget, & demum ſuperueniente literarum
comparatione conuincatur ſcripſiſſe, cui magis creden-
dum.

Tertiò ſi recognoſceret, & aſſereret ſcripturam ſua
manu ſcriptam, attamen per literarum comparationem
dignoſceretur eius manum eſſe omninò diſſimilem, cui
magis credendum, quæ tria breui ſolutione reſoluentur.

2734 Ad primum, non poſſe cogi ad ſcribendum † reſpon
derunt Bart.in auth at ſi contractus.C. de fid.inſtrum.
nu.3.verſ. & ſic videtur, Angel. in l.comparationes eo-
dem prædicto tit & Farinac. par.1. fragm. crim. ver.
comparatio num.452.

2735 Contrariam opinionem † defenderunt Bald.in d.l.
comparationes nu.10. verſ. iuſta hoc Caſtrenſ. ſub nu.
13. Additio ad Bart. vbi ſupra Soccin. in l.qui agnitis
not.2.in fine num.5.ff.de except.præſcrip. Marſ. in l.de
minore §.torměta ff.de quæſt Dec.in c.2.nu.56. de fid.
inſtrum.Rip.in l.admonendi nu.110.ff.de iur.iur. Lan-
franc de fid.inſtrum. ſub nu.54. Affl deciſ.181.ſub nu.
5.Gramat.deciſ.34.nu.16.Coler.de proceſs.execut.par.
3.c.1.nu.136.Menoch.de arbitr.caſ.114.nu.12.& 13.
quos citat & probat Scaccia.d c.11.nu.940. quam opi-
nionem probari dicit per tex.in auth. de inſtrum. caut.
& fid.§. ſi quis igitur vult, verſ. & ſcribere alia coactus
2736 eſt, & comparationem † faciendam ex ſcriptis coa-
ctis ſemiplenam probationem facere, vt pro ratione de-
ducit idem Scaccia loco citato, eandemque opinionem
* communem dicunt Ripa citato loco num.111.Crauet.
conſ.216.ac Menoch.vbi ſup.nu.29. aut alibi, ſequun-
tur hanc eandem opinionem Purpurat.in d.l.admonen
di nu.161.Curtius in eadem l & nu. eodem, Rebuff. de
chirograph.recogn.nu.78. Viui.opin.113. Magon. de-
ciſ.Lucenſ.17.& Beuſt. in d.l.admonendi num.987. ac
* Monal. conſ.14.nu.16.vol.1. quos probando commu-
nem, & forenſem dicit opinionem; Genua de ſcript.pri-
uat.lib.2.tit.1.nu.29.30. & 31.& talem comparationē
2737 factam † dici deſtructiuam, & ſcripta coram iudice
2738 dici ſcripturam forenſem † ex Bal. notat Monal.cita-
to loco, vt ſuperius iterum diximus.

2739 Ad ſecundum, dicitur ſtari debere † dicto ſcribentis,
eo quia probatio per literarum comparationem repu-
tatur fallax, & periculoſa; vt ſuo loco inferius probabi-
mus; Paul.Caſtr.in d.auth.at ſi contractus num.4.cuius
Pauli reſponſum nonnullis validiſſimis fundamentis
comprobat, & ſingulariter Scaccia. d.cap.11.nu.942.
cum multis ſequent. prout eiſdem comprobationibus
repetitis ſequitur Genua.d.lib.2.tit.3.num.45.& ſeq.
2740 probatio enim per literarum comparationem † dici-
tur ſubſidiaria in defectum probationis viuæ vocis, vt
aliàs dicemus, & notant Scaccia, & Genua vbi ſupra,
ideo potius ſtabitur dicto illius viui, quam cōparationi
ad tex.ī § ſi verò tale aliquid anth de inſtr.caut.& fide.

2741 Ad tertium concluditur ſtari potius literarum † cō-
parationi, præſuppoſita tamen magna literarum diſſi-
militudine, & varietate, & modica temporis intercape-
dine, ac dummodo variatio ſit circa ſubſtantiam cara-
cterum, nō autem circa pulchriorem, aut deformiorem
modum ſcribendi, exiſtente verò ſubſtantia caracterū,
2742 quodque indicantis † religioni, & arbitrio committ-
tendum, conſiderantis præcipuè, varietate circa for-
2743 mam ſubſtantialem † caracterum, non autem circa
mutationem calami, atramenti, chartæ, ætatis, infirmi-
tatis, aut aliquorum aliorum, accidentium, quæ omnia
congeruntur per Speculat. de probat.§. vltimo ſub nu.
25. Grauat.ad Veſtr. in praxi lib.6.cap.1.ſub nu.26.ac
per Affl.& alios relatos per Scacciam citato cap.11.nu.
949.Sequitur Genua.d.tit.3.num.49.& 50. Sed de his
iterum infra nu.2841. in 6.modo, & pro intellectu in-
ferius in ſeptimo modo nu.2872. cum ſequentib. & ſi-
gnanter nu.2874.

Adnotatur finaliter in hoc ſecundo modo recogno-
2744 ſcendi, quod à pręcepto huiuſmodi recognitionis, &
à præcepto ſcribendi coram iudice, vt ſuperius notatum
fuit, non appellatur, quia nō grauatur cum de facto ſuo
interrogetur ita Roman.Rebuff.Couarru.& alij relati,
& quos ſequitur Maur.Burgius de laudem.par.3.inſpe-
ctione 38.nu.23.& 24.quem probat Genua.d.lib.2.tit.
1.nu.32.& nos latius probabimus inferius.

S V M M A R I V M.

2745 *Scriptura publica qualiter per teſtes recognoſcatur re-
miſſiuè.*

2746 *Scriptura priuata recognita per teſtes dicentes habere
notam manum, non probabit.*

2746 *Recognitio ſcripturæ facta per teſtes deponentes habe-
re notam manum non probabit.*

2746 *Teſtes deponentes habere notam manum non probant
cum multis ſeq.*

2747 *Teſtes deponentes habere notam manum de facili deci-
pi poſſunt.*

2748 *Teſtes debent deponere per ſenſum corporeum, non autē
per ſenſum intellectualem.*

2749 *Teſtes deponentes habere notam manum deponunt de
iudicio intellectus, non autem de veritate, quæ per ſen-
ſum corporeum perſpicitur.*

2750 *Teſtes deponentes habere notam manum neque ſemi-
plenè probant.*

2751 *Recognitio ſcripturæ priuatæ facta per teſtes deponentes habere notam manum, & per comparationes literarum, vel ſi iungatur cum iuramento ſuppletorio quãdoque pluſquam ſemiplenam inducit probationem.*

2752 *Recognitio ſcripturę facta per teſtes deponentes habere notam manum plenam inducit probationem, ſi alijs adminiculis iuuatur.*

TERTIVS MODVS RECOgnoſcendi ſcripturam priuatam.

Tertius autem modus recognitionis fit per teſtes dicentes habere notam manum eius, qui ſcripſit, ad cuius modi explicationem duæ ſunt diſtinguendæ ſpecies ſcripturarum, nempe publica vna; altera verò priuata.

2745 Quo ad publicam; † Scaccia d. cap. 11. & quamplurimi alij authores nonnulla congerunt notabilia circa recognitionem faciendam per teſtes inſtrumentarios, aut non inſtrumentarios, at nos de his ſuo particulari loco dicemus, pro nunc verò dicam in Regno practicari conſtitutiones Ritus Magnę Curiæ & pragmaticas, ex quibus datur forma credendi publicis ſcripturis, tam mortuis Notario, Iudice, & teſtibus, quam omnibus, vel partim viuis, vt latius ſuo dicto loco tractabimus.

In ſecunda verò ſpecie, & ſic quo ad priuatam ſcripturam, de qua præſentis ſpeculationis & tractationis eſt,
2746 dico recognitionem † per hunc tertium modum nõ probare Bar. in l. admonendi ſub nu. 25. vbi reliqui repetentes ff. de iur. iur. ac in l. nuda ratio numer. 6. ff. de donat. & in citata auth. at ſi contractus num. 8. Pariſ. conſ. 9. lib. 3. Menoch. citato caſu 114. num. 22. & alij, quos probat Scaccia d. cap. 11. nu. 1134. cum ſeq. Affl. deciſ. 181. & Gramat. deciſ. 84. ac Viui. Muſcatell. Bellon. Triuiſan. Theſaur. & alij, quos probat Ioan. Bapt. Toro compilator deciſ. Regni ver. Apocha, & Anell. Amat. conſ. 45. num. 14.

Quod duplici ratione per eundem eruditiſſimum cõ-
2747 probatur deducta ex allegatis authoribus, nempe, quia teſtes † de facili poſſunt decipi ſuper literarum & manus recognitione vt omnes fatentur, & patet.

2748 Secundò, quia teſtes debent deponere † per ſenſum corporeum, nõ autem per ſenſum intellectualem, prout ante omnes docuit Bar. in tract. de teſtibus num. 20. & ſequ. at in huiuſmodi recognitione teſtes deponunt de
2749 iudicio intellectus, † & non de veritate, quæ per ſenſum corporeum perſpicitur, ergo.

2750 Extenditur concluſio, vt procedat non ſolum † in plena probatione, quæ nullo modo reſultat ex hac recognitione, ſed etiam in ſemiplena, quæ vtique nequaquã reſultat, Corn. conſ. 58. lib. 3. quem probat Scaccia d. cap. 11. nu. 1136. & num. 967. & ſeq.

Infertur ex hac extenſione, quod hæc recognitio
2751 † ſi iungatur cum comparatione literarum, aut cum iuramento ſuppletorio, quandoque plenam, quãdoque plus quam ſemiplenam probationem facit, modo vt declarant poſt Bar. in d. auth. at ſi contractus, Natta conſ. 632. nu. 4. & Farinac. in fragm. criminal. par. 1. nu. 510. cum ſeq. ver. comparatio; vt infra num. 2866.

Infertur ſecundo quod ſi hæc recognitio iungatur
2752 † cum adminiculis plenè probabit, quia ceſſat ratio deceptionis Farinacc. conſ. 70. num. 60. 61. & 62.

SVMMARIVM.

2753 *Recognitio ſcripturæ priuatæ facta per teſtes deponẽtes eos vidiſſe ſcribere apocam, plenè probatur, & qualiter cum multis ſequentibus, vbi de veritate.*

Teſtes deponentes vidiſſe ſcribere apocam plenè probant ibidem contra num. ſeq.

2754 *Teſtes deponentes vidiſſe ſcribere apocam ſemiplenè tantum probant.*

2755 *Teſtes deponentes vidiſſe ſcribere apocam licet deponant per ſenſum corporeum, tamen quia ſenſus de facili veroſimiliter errare poterit plenè non probant.*

2756 *Probandi plures modi exiſtentes ſemper ſecurior admittitur.*

2757 *Teſtes deponẽtes vidiſſe ſcribere de facili poſſũt decipi.*

Scriptura ſcribere viſa poterit in diuerſo tenore mutari. ibidem.

Nicolaus Genua notatur de contrarietate & 2758. & 2579.

2760 *Teſtes deponentes vidiſſe ſcribere ſemiplenè probare firmat Scaccia.*

2761 *Teſtes deponentes vidiſſe ſcribere quàm faciant probationem arbitrarium eſſe iudici notatur & qualiter numero ſequ.*

2762 *Arbitrium Iudicis qualiter reguliandum.*

2763 *Teſtes deponentes vidiſſe ſcribere apocam antiquam temporis decennij, aut propè decennium, nulloque veroſimilitudinis ſigno adducto minus ſemiplenè probant, et etiam in minori tempore decennij ſupra verò biennium num. 2767.*

2764 *Obliuio cadit in decennio etiam in his, quæ obliuiſcens fecit, & fortius in teſte.*

2765 *Memoria hominum labilis, & non de facili diuturna.*

2766 *Obliuio inducitur etiam lapſo biennio.*

2767 *Teſtes deponentes vidiſſe ſcribere apocam abſque alia cauſa ſcientiæ adducta ſupra biennium, minus ſemiplenè probant.*

2768 *Teſtes deponentes vidiſſe ſcribere apocã, & dicẽtes illã recognoſcere, quia habent notã manũ, ſed nõ ſũt ſatis literarũ periti in tpe annorũ duorũ ſemiplenè tãtũ ꝓbãt.*

2769 *Scribere ſcientes in vulgari tantum ſermone abſque caracterum cognitione, imperitorum literarum in ſcribendo appellatione veniunt.*

2770 *Teſtes deponentes vidiſſe apocam ſcribere in tempore minori decennio, vel maiori in circa, & dicentes illã bene cognoſcere, quia ſatis bene manum ſcribentis notam habent, eſſentque affines, & correſpondentes in ſcribendis negotijs, & ſatis periti in cognoſcendis literis, bonęque opinionis plenam probationem faciunt.*

2771 *Teſtibus tantã fidem habentibus iudex credere debet.*

2772 *Teſtes cognoſcentes ſubſtantiam caracterum literarum & periti in huiuſmodi maiorem, quã alij fidem faciunt.*

2773 *Comparatio literarum plenam fidem facit, licet vnus ex peritis tantum ſuper illa deponat in loco, vbi deſunt*

2774 *Teſtes correſpondentes, & facilius informati magis probant.*

2775 *Teſtes magis informati difficilius de veritate decipi poſſunt.*

2776 *Teſtes deponentes vidiſſe ſcribere in tempore etiam maiore decennio, & dicentes aliquid ſuper contentis in ſcriptura, vel quodlibet ſignum veritatis adducentes plenè probant, & qualiter.*

2777 *Teſtes deponentes habere notam manum neque ſemi-
plenè probant, ſed ſi cum illis concurrant adminicula ve
ritatis plenè probant. nu. 2778.*
2779 *Teſtes deponentes vidiße ſcribere fortius probant, quã
teſtibus deponentibus habere notam manum.*
2780 *Teſtes deponentes vidiſſe ſcribere apocam qualiterpro-
bent vbi remiſſiuè.*
2781 *Teſtes de potentes vidiße ſcribere apocam licet anti-
quam, & ipſi ſint imperiti literarum, tamen deponerent
de contentis in ſcriptura plenè tunc probarent.*
2781 *Teſtes deponentes de contentis in ſcriptura ipſi probant
non autem ſcriptura.*
2782 *Scriptura, vitiata non vitiatur contractus in illa con-
tentus, ſi de eo aliter appareat.*
2783 *Teſtes deponentes de tenore probant contractum licet
non probent ſcripturam.*
2784 *Apoca recognita per teſtes deponentes de contentis in
apoca non habebit executionem paratam ſibi iure ali-
quo conceßam.*
2785 *Priuilegium conceßum ſcripturæ non tranſit ad contra-
ctum, aliter quam per ſcripturam probatum.*
2786 *Teſtes deponentes vidiße ſcribere plenè probant ſi ad-
iungatur probatio per comparationem literarum, &
qualiter cum ſeq.*
2787 *Duę probationes ſemiplenæ ſi iungantur faciunt vnam
plenam.*
2788 *Probationes duæ ſi vtraque non erit ſemiplena, nequa-
quam iunguntur ad faciendum plenam.*

QVARTVS MODVS RECO- ſcendi ſcripturam priuatam.

CApio quartum modum recognoſcendi ſcripturam
priuatam, & eſt quando fit recognitio per examen
2753 † teſtium deponentium eos vidiſſe ſcribere apochã,
quos facere plenam probationem, reſpondere videntur
Romani. in d. l. admonendi, ac cæteri, quos citando ſe-
quitur Iaſ. in eadem l. repetit. 2. numero 85. & 86. illa
ratione, quia teſtes deponunt per ſenſum appropria-
tum tali actui, quam opinionem magis communem
dicit Iaſ. d. loco, vt refert Scaccia d. capitulo 11. nu-
mero 1141. & ego addo Bal. Alexand. Lanfranc. Soc-
cin. Bertrand. Ruin. & alios, quorum ex Bertrando
communem opinionem dicit Maſcar. concluſ. 110. nu.
9. cum multis ſequ. dicens teſtes hos debere deponeret
eos fuiſſe præſentes, & vidiſſe ſcribere.
2754 Cõtrariam verò opinionem ſcilicet, hos teſtes † mo-
do prædicto deponentes, facere tantum ſemiplenã pro-
bationem firmauit Bar. in d. l. admonendi ſub numero
25. & in alijs locis ſuperius adductis, quem alij ſequun-
tur relati per Corn. conſ. 58. ſequitur Crauett. de antiq.
tempor. ver. quæritur ſub num. 55. & 56. ſub quæſt. 6.
& Gabriel. commun. concluſ. tit. de probat. concluſ.
9. num. 4. imò Crauett. loco citato miratur de Iaſ. te-
ſtante de mag. communi opinione contra Bar. eo quod
apertè demonſtrat Bartoli opinionem magis commu-
niter ab omnibus teneri vt refert etiam Farinac. in frag.
Criminal. par. 1. ver. comparatio num. 509. licet arbi-
trio iudicis finaliter remitti perſiſtat.
Comprobatur Bartoli opinio ita magis communiter re
2755 cepta, nam hi teſtes licet deponant † per ſenſum
corporeum, vt ſentit Iaſon tamen ſi depoſitio fiat ſuper
re, in qua ſenſus poteſt veroſimiliter de facili errare,
tunc adhiberi debet ſecurior modus probandi, at 2. etiã
2756 comprobatur, quia ſi plures dãtur modi † probandi
ſemper ſecurior erit admittendus, vulgatis regulis.
2757 Comprobatur tertiò, quia teſtes † hoc modo depo-
nentes poterunt de facili decipi poſtquam ſcripturã per
eos ſcribere viſa mutari poterit in diuerſo tenore, vt
quamplurimis allegatis aduerti dicit Scaccia d. cap. 11.
num. 1140. ſequitur quamplurimis adductis authori-
bus, Genua de ſcript. priuat. libr. ſecundo, tit. 1. nu. 156.
dicens ex Gabr. citato loco, magis communem, & ve-
riorem opinionem, & demum nu. 162. dicit ab opinio-
ne Bartoli in d. l. admonendi nu. 25. & in l. nuda ratio ff.
de donat. nu. 6. & in d. auth. at ſi contractus C. de fid.
inſtrum. ac alibi, tanquam magis communi non eſſe
recedendum, quicquid dixerint Menoch. de arbitr. caſ.
114. numero 19. & Fachin. libro 2. ſuarum controuerſ.
2758 cap. 30. dicentes eſſe hoc † iudicis, arbitrarium, hæc
Genua citatis numeris, idemque firmauit numero 141.
eodem titulo 1.
2759 Verum idem Genua † immemor de his, in eodem ti
tulo 1. n. 214. cum multis ſequentibus iterum referens
hanc eſſe communiorem opinionem, tandem nu. 219.
dicit ſibi non placere hanc opinionem, nec contrariam,
vt his teſtibus plenè credatur; ſed concludit tertiam o-
pinionem eſſe veram ſcilicet, vt ſit iudicis arbitrarium,
nulla mentione facta, quod bis tetigit eundem articu-
lum in eodem titulo, & hanc tertiam reijcit opinionem
id autem ſuo more ita agit.
Ego autem diſcedendo ab opinione Scacciæ, & Ge-
nuæ locis citatis, nempe ab opinione Scacciæ volentis
2760 communem citatam cõcluſionem † indiſtinctè pro-
cedere non admiſſa tertia, opinione ex qua dicunt infi-
niti hoc eſſe iudicis arbitrarium; & ab opinionibus Ge-
nuæ ſic diuerſimodè congeſtis, & inuolutis, qui modò
vnam, modò aliam proſequitur, dico opinionem Me-
nochij de arbitrar. iudic. caſ. 114. ſub numero 19. di-
2761 centis eſſe iudicis arbitrarium cognoſcere † an ple-
na, an verò ſemiplena inducatur ex iſtis teſtibus pro-
batio eſſe omnino veram, & magis receptam, ac legibus
totaliter conſonam, eam enim vltra Menochium, pro-
bant Maſcard. de prob. concluſ. 330. clarius Ioſeph Lu-
douic. deciſ. 7. num. 14. 15. & 16. Farinacc. ſuperius
citatus & Fachin. lib. 2. ſuarum controuerſ. capitul. 30.
ſed meam idem opinionem intelligas cum infraſcriptis
modificationibus.
2762 Iudex enim cuius arbitrio † hoc committendum di-
cunt Doctores, nequaquam debet habere arbitrium ef-
frenatum, & pro ſui libito, ſed illud habere debet con-
formatum cũ certis iuris Regulis, à quibus veluti à pro-
prijs habenis diſcedere nequeat, vt notauimus alias ſu-
pra hoc eodem capite, titulo de lib. mercatoris n. 108.
idcirco iudex infraſcriptas iuris regulas conſiderare de-
bet, vt ſuper huiuſmodi iudicium det, legibus adaptatũ.
2763 Nam aut apocha recognoſcenda † ſit antiqua, taliter
quod attingat decenniũ aut propè decenniũ, & teſtes ni
hil aliud deponant, niſi quod viderint ſcripturã contro-
uerſam ſcribere per debitorem, aut per alium ſuo nomi-
ne, & quod bene cognoſcunt dictam ſcripturam, nulla
cauſa ſcientiæ aſſignata, nulloque alio veriſimilitudinis
ſigno, & tunc iudex arbitretur hos teſtes minus ſemi-
plenè probare: quia non eſt veroſimile hos teſtes poſſe
2764 recordari † in decennio, & in minori etiã tẽpore de
identitate ſcripturæ, cum facilè quis de præterito etiam
de his, quæ ipſemet fecit obliuiſci poterit, Spec. in tit. de
locat. ver. 65. §. 6. dicitur, eo quod memoria hominum
eſt la-

2765 eſt labilis † & non de facili diuturna, ad tex. in l. ſi
arbiter. ff. de probat. & in l. 2. C. de vet. iur. enucl. & l.
peregre ff. de acq. poſſ. ex quibus iuribus in teſtibus da-
2766 ri obliuionem † etiam elapſo biennio reſponderunt
Marſ. conſ. 77. quod eſt primum 2. volum. numero 15.
& Gramat. conſ. 41. Crim. ſi enim memoria in ſie bre-
* ui tempore eſt labilis, facili negotio procedit commu-
nis opinio cum Bart. relata per nos ſupra numer. 2754.
cum ratione adducta nu. 2757. comprobatione tertia.
vbi diximus faciliter decipi poſſe hos teſtes, quod exten
2767 dendum exiſtimo etiam † ſi apocha contineat mi-
nus tempus annorum decem, & maius annorum duorũ
eo quod teſtes nullam ſcientiæ cauſam aſſignant.

Aut verò apocha contineat tempus annorum duorũ
in circa plus, aut minus, & teſtes deponentes dicant vi-
diſſe eam ſcribere, dicentes recognoſcere ſcripturam
2768 † tanquam habentes notam manum ſcribentis, ſæ-
pius per eos viſam & teſtes non ſint literarum ſatis pe-
riti, quia forſan ſciunt eorum tantum manum facere,
& ſcribere neceſſaria; & tunc dico hos teſtes facere ſe-
miplenam tantum probationem, quia de facili poſſunt
decipi vt in d. tertia comprobatione notatum ex com-
* muni opinione fuit, nam ſcribere ſcientes tantum vul-
gari ſermone abſque caracterũm cognitione veniunt
2769 † appellatione imperitorum literarum in ſcriben-
do, ita Bart. poſt gloſ. in auth. Sed nouo iure C. ſi cert.
pet. quem latius probant Stracha de Mercat. parte ſe-
cunda numero 15. & Neguſant. iunior. citato conſilio
358. num. 2. & 3.

Aut Tertio, teſtes deponentes vidiſſe ſcripturam ſcri-
bere in tempore minori decennio, vel maiori per paucos
annos, recognoſcant ſcripturam, dicentes eſſe illam, quę
controuertitur, quia eã bene recognoſcunt, eo quod ha-
bent notam manũ ſcribentis, dum ſæpius viderunt ſcri-
bentem ſcribere, & eſſent affines, aut aliquo modo cor-
reſpõdentes, in ſcribendis negotijs, cum ſcribente, & de-
mum periti in cognoſcendis caracterib. literarũ; & bo-
næ opinionis, quo in caſu iudex arbitrabitur hos teſtes
2770 † facere plenam probationem, & procedere cõmu-
* nem opinionem relatam ſupra n. 2753. quod probatur
ex dictis per Caccialup. in d. l. admonendi nu. 62. quem
refert Auditor Peruſin. in citata deciſ. 7. n. 16. qui dicit
2771 iudicem plenè credere † teſtibus his debere, ſi ipſo-
rum teſtium tanta fides erit, & quando teſtes ſunt periti
literarum in cognoſcenda ſubſtantia, & identitate cara-
2772 cterum † faciunt fidem pluſquam alij, qui non ſunt
ſic periti vt adnotatur per gloſ. & Doctores in l. compa-
rationes C. de fid. inſtrum. taliter quod in loco, in quo
non adeſt, niſi vnus ex iſtis peritis ad ſcribendum, ille
2773 ſolus † plenam fidem facit in iudicio comparationis
literarum, Auditor Peruſin. d. deciſ. 7. num. 9. alijque
innumeri relati per Farinacc. in d. fragm. criminal. par-
te 1. numero 482. ver. comparatio quando autem te-
2774 ſtes † ſunt correſpondentes, aut facilius informati de
ſcribente, eos magis probare reſpondit Hipp. Riminal.
2775 conſ. 503. n. 14. vol. 5. illa ratione quia † tales tanto
minus decipi poterunt, cum longè magis veriſimiliter
de caractere ſcribentis notitiam habent.

Aut quartò, teſtes iſti, recognoſcentes ſcripturã, etiã
continentem maius tempus annorum decem, dicant vi
diſſe eam ſcribere in eorum præſentia, beneque recogno
ſcunt, tanquam manum ſcribentis, eis notam, aliquidq;
etiam teſtantes de tenore ſcripturæ tractatu, tempore,
eiuſdem confectionis, & ſic adminiculantes eorum de-
poſitionem cum veritate contentorum; aut dantes quo
quo alio modo ſignum veritatis, & adminiculum con-
tentorum in ſcriptura, vel cuiuſuis alterius veriſimilitu-
2776 dinis, tunc eos † plenè probare arbitrabitur iudex
per argumentum à fortiori, nam teſtes deponentes ha-
2777 bere notam manum † in recognitione apocharum,
neque ſemiplenè probare notatum fuit ſupra numero
2750. in extenſione, & tamen ſi cum huiuſmodi pro-
2778 batione concurrant adminicula plenam † induci ex
ea fidem, reſolutum in Rota pluries fuiſſe teſtatur Fari-
nacc. conſ. 70. nu. 58. & ſequ.

Si enim iunctis adminiculis probant teſtes habentes
notam manum deponentes, qui per ſenſum intellectua-
2779 lé deponunt, quanto fortius probant † teſtes in hoc
quarto, modo recognoſcendi exemplificatos deponen-
tes per ſenſum corporeum, ſi eorum depoſitiones ha-
beant adminicula, prout in terminis huius modi reco-
gnoſcendi ad hoc probandum, licet per diuerſa media,
probat Paul. Granut. theorem. 15. numero 19. quem
probat Genna d. lib. 2. titulo 1. numero 213. & ita e-
xiſtimo concludendum in præſenti controuerſia; ſed
de hoc modo recognoſcendi iterum ſermo † habebitur
2780 in ſeptimo modo recognoſcendi infra nu. 2859. &
ſingulariter notabitur reſtrictio quadam, inferius num.
2944. cum ſequent.

Extenditur tamen hæc mea opinio circa plenam pro
bationem, quamuis teſtes ſint ignari, & non periti, &
licet apocha ſit antiqua, vt recognitio hæc plenam fa-
2781 ciat probationem ſi teſtes deponerent † de conten-
tis in ſcriptura, & ſic de veritate contractus, quo in ca-
ſu ſcriptura non probaret tanquam recognita, ſed pro-
barent teſtes, & attenderetur in hoc depoſitio teſtium,
Coler. de proceſſ. execut. parte 3. cap. 1. numero 133.
in fine, quem probat Scaccia d. cap. 11. num. 1093. &
duos tantum ſufficere dicunt, quodque firmant Abb.
Imol. & reliqui in c. 2. de fid. inſtrum. Couarru. practi-
car. cap. 22. Auditor Peruſin. citata deciſ. 7. num. 13.
* vbi de communi omnium Doctor. calculo teſtificatur,
idemque breui ſermone probat Genua d. tit. 1. nume-
ro 151. illa ratione, quia vitiata ſcriptura † non vitia-
2782 tur contractus in ea contentus, ſi de contractu aliò
modo appareat, quam per ſcripturam, Tiraq. de retrac.
2783 conſang. §. 2. gloſ. 1. nu. 2. ideo teſtes † deponentes
de tenore probant contractum, licet non probent ſcri-
pturam Præſ. de Franch. deciſ. 95. & Cardin. Mantica de
tacitis & ambig. to. 1. lib. 11. tit. 24. nu. 6. videas tamen
ſingularẽ horum declarationem inferius n. 2844. & ſeq.

Infertur enim ex hac extẽſione apocham probatam
2784 per teſtes † deponentes de tenore ſcripturæ, & ſic de
contractu, non habere exequutionem paratam, ſi de iu-
re communi municipali, aut conſuetudinario Apodiſſę
paratam haberent exequutionem facta ipſorum reco-
gnitione, vt inferius, eo quod in hoc caſu apocha non
dicitur recognita, quia non ipſa probat, ſed teſtes pro-
bant, ita Scaccia d. cap. 11. num. 1094.

Infertur ſecundò illatiuè ad præcedentem, quod ſi te-
ſtes hi deponentes de contentis, deponerent ſcilicet, con
tenta in ſcriptura eſſe vera, tunc non probarent ſcriptu-
ram, ſed tantum contractum, taliter quod priuilegium
2785 † conceſſum ſcripturæ probatæ non concederetur
huic, quia aliud eſt deponere de veritate ſcripturæ, aliud
de veritate contẽtorum in ſcriptura, eo quod hæc eſſen-
tia liter differunt, Purpur. conſ. 462. nu. 10. Rolan. conſ.
84. n. 12. lib. 3. & Neguſant. iun. citato conſ. 358. nu. 8.

Extenditur ſecundo, quod ſi cum his teſtibus depo-
2786 nentibus vidiſſe ſcribere, concurrat probatio † per
literarum comparationem ſuper manu ſcribentis, tunc
indubitanter faciunt iunctę, plenam probationem, dum
probatum eſt, teſtes hos facere ſemiplenam; & compa-
2787 rationem literarum facere aliam ſemiplenam † infe-
rius annotabitur, ideo his iunctis inducitur plena, Bart.
in auth. at ſi contractus C. de fid. inſtrum. Caſtrenſ. in
d. l. admonendi num. 42. Rip. num. 106. ac alij, quos
probant Scaccia d. cap. 11. nu. 1150. veriorem & ma-
* gis communem dicit Gabriel. com. concluſ. tit. de pro-
bat concluſ. 9. num. 5. & 6. & Genua d. libro 2. tit. pri-
mo num. 157. ſed in caſu, in quo teſtes hi non faciunt
2788 † ſemiplenam vt ſupra n. 2760. & ſeq. nequaquã iun-
guntur ad plenam probationem faciendam cum litera-
rum comparatione, & de his iterum inferius nu. 2856.
& 2944. cum ſequent.

SVMMARIVM.

2789 *Scriptura priuata recogniſcitur plenè per teſtes ſubſcriptos, & qualiter cum multis ſeq.*
Teſtes ſubſcripti in apoca qualiter deponant, vt plenè apocam probent, ibid.
Apoca qualiter per teſtes ſubſcriptos recognoſcatur, ibid
Recognitio ſcripturæ priuatæ per teſtes ſubſcriptos qualiter fiat, ibid. & cum multis ſeq.
2790 *Teſtes ſubſcripti in apoca plenè probant etiãſi non deponant vidiſſe ſcribere aut ſubſcribere debitorẽ, ſed tantum confeſſum in eorum præſentia ſe ſcripſiße aut ſubſcripſiſſe.*
2791 *Teſtes ſubſcripti in apoca ſi deponant fuiſſe ſcriptam per tertium de voluntate partium plenè probant apocã, extenditur etiam ſi hoc non deponant dummodo tertius in eadem apoca aſſerat hoc, num. 2792.*
2793 *Subſcribens videtur aßerere omnia deſcripta in ſcriptura ſubſcripta.*
2794 *Aſſerenti ſcripſiße de mandato non credendum, contra nu. 2795. vbi etiam remiſſiuè.*
2796 *Scriptura priuata per tertium ſcripta vltra recognitionem teſtium ſubſcriptorum & tertij ſcribentis requirit etiam probationẽ per comparationẽ literarũ, & 2797.*
2798 *Scribere, vel de ſui mandato ſcribi facere paria ſunt.*
2799 *Scriptura per tertium ſcripta plenè probatur per teſtes ſubſcriptos abſque comparatione literarum & 2800. & qualiter num. 2801. 2802. 2803.*
2801 *Equipollentium & proportionalium eadem natura eſt.*
2804 *Teſtes ſubſcripti in apoca, vt eam recognoſcendo probent debent eße maſculi extenditur etiam cõtra principalem creditorem, & 2805.*
2806 *Teſtes ſubſcripti in apoca ſaltem tres debent eſſe, vt validè recognoſcant.*
2806 *Teſtium ſubſcriptorum in apoca ſi vnus fuerit mortuus reliqui validè non recognoſcunt vbi etiam remiſſiuè.*
Mortuus ſi fuerit aliquis ex teſtibus deſcriptis in apoca vide in ver. teſtium.
2807 *Teſtes ſubſcripti in ſcriptura tunc validè recognoſcunt quando nouerint contrahentes.*

QVINTVS MODVS RECOgnoſcendi ſcripturam priuatam.

SVbſequitur quintus modus recognoſcendi huiuſmodi
priuatas ſcripturas, & eſt, quando recognoſcuntur per
teſtes ſubſcriptos in ipſis ſcripturis, dicẽtes recognoſce-
re ſuas ſubſcriptiones, & quod in eorum præſentiam de-
2789 bitor ſcripſit, aut ſubſcripſit apocham, hunc † enim
modum recognoſcendi plenã inducere fidem, poſt Bar.
in d. l. nuda ratio, & d. auth. & ſi contractus, reſponde-
runt, Soccin. conſ. 274. ſub nu. 5. lib. 2. Alex. conſ. 181.
lib. 2. Crauett. de antiquit. tempor. d. ver. quæritur nu.
59. & ſeq. & nu. 63. Affl. deciſ. 104. vbi Vrſill. Galleſ. de
* obligat. ad formam Cam. p. 3. n. 11. ac ab omnibus com
muniter teneri teſtatur Menoch. de arbitr. citato caſu
114. nu. 2. eandemque opinionem probant Maſcar. con
cluſ. 110. in princip. & firmius concluſ. 1301. num. 28.
Coler. de proceſſ. execut. par. 3. cap. 1. nu. 132. quos con
gerit, & probat Scaccia de iud. cauſ. ciuil. citato cap. 11.
nu. 981. & comprobat vſque ad nu. 999. ac & probarũt
Gabriel. com. concluſ. tit. de probat. concluſ. 10. n. 28.
Panciról. conſ. 57. num. 3. vol. 1. P. Auguſtinus Morla in
ſuo Emporio lib. 1. tit. de fid. inſtrum. concluſ. 3. nu. 16.
& ex Bar. Alex. Caccialupo & ex alijs, Genua d. lib. 2.
* tit. 1. nu. 134. ac de communi omnium opinione Au-
ditor Peruſin. citata deciſ. 7. num. 11.
2790 Extenditur concluſio etiam ſi teſtes ſubſcripti † non
vidiſſent ſcribere, aut ſubſcribere debitorem, ſed illum
confeſſum tantum fuiſſe eſſe ſubſcriptum, de qua con-
feſſione in eorum recognitione deponerent, Vrſill. ad
Affl. deciſ. 104. n. 2. quẽ ſequitur Scaccia d. c. 11. n. 995.
Extenditur ſecũdo etiam ſi à neutra partium ſubſcri-
batur apocha, dummodo teſtes ſubſcripti teſtificentur
2791 † eam ſcriptam fuiſſe à tertio de voluntate partium,
Affl. citata deciſ. 104. vbi Vrſil. Rom. Hoſtienſ. Io. And.
Felin. Ripa, & alij quos probant Scaccia d. cap. 11. nu.
1102. Genua d. lib. 2. tit. 3. nu. 54. & ſeq. & Luc. Matth.
Apicella Modernus de tutam. paup. tit. de quinquenn.
dilat. n. 14. auctor non omninò contemnendus.
Ampliatur extenſio etiam ſi teſtes in eorum depoſi-
2792 tionibus † hoc non dicant, dummodo tertius, ſcri-
bens teſtetur de hoc in eadem apoca demum per teſtes
ſubſcripta, quia ſubſcribentes videntur aſſerere om-
2793 nia deſcripta in apoca, Scaccia d. cap. 11. numero
1103. & Præſ. de Franch. deciſ. 105. num. 17.
Contra ampliationem faciunt quæ probant Imol.
Dec. Marſ. & Menoch. quos citant & ſequuntur Anna
pater & filius ſing. 41. dicentes, aſſerenti ſcripſiſſe † de
2794 mandato Titij non eſſe credendum.
2795 Sed pro ampliatione deciſum dicit † in Sac. Cõſ. dom.
Marchio Tapia ad ius Regni. tit. de Apocis pragm. 64.
nu. 3. quod probatiſſimũ in Regno dicit per pragm. 2.
de negant. mut. vbi hæc aſſimilantur nempe (*ò ſuſcrittioni predette di loro proprie mano, ò di publico notaro, o altra perſona priuata di loro ordine*) ſed de his iterum in-
ferius nu. 2849. & 2850. ac in ſequenti tit. 9. nu. 3222.
Declaratur tamen concluſio notata in ſecunda exten
ſione nu. 2791. vt tantum locum obtineat quando apo
cha ſcripta per tertium non ſolum habeat præfatam re-
2796 cognitionem, † ſed etiam literarum comparationem
vt ex ea plena inducatur probatio, ideo in huiuſmodi
recognitione duo copulatiuè requiri notant infra pro-
ximè citandi authores, illorum ſcilicet, primum, vt apo-
2797 cha ſit ſubſcripta † à teſtibus recognoſcentibus ſcri-
pturam, & ſubſcriptiones, atteſtantibuſque fuiſſe ſcriptã
de commiſſione partium ſecundum erit, vt hæc recogni
tio adiuuetur literarũ cõparatione, ita Bar. tenere, com-
* muniterq; dici, teſtatur Abb. in c. 2. nu. 4. ver. tertius ca-
ſus de fid. inſtru. Soccin. & alij, quos probat Crauett. de,
anti-

antiquit.temp.ver. quæritur nu.54.55.& 36.
Contra verò declarationem præcedentem inſurgunt
2798 validiſſimæ rationes; nam paria ſunt † ſcribere, vel
ſcribi facere de ſui mandato, Rom.& alij, quos probant
Affl. & Vrſill. citata deciſ. 104.nu.3. quod probatur ex
regula, qui per alium facit &c. ideo ſi teſtes recognoſcũt
ſcripturam ſcriptam, aut ſubcriptam per debitorem ple
2799 nè probant, † vt ſuperius num.2789. abſque aliqua
literarum comparatione, vt ibidem probatur, idcirco
eiſdem authoritatibus, & rationibus concludendũ erit,
hanc recognitionem plenam fidem vtique facere, abſ-
2800 que adiutorio literarum comparationis, † ſi apocha
ſcripta fuerit à tertio de mandato, vt probat Scaccia de
iudic. cauſar. ciuil.d.cap.11.num.1107. verſ. Sed ſi te-
ſtes, & ego probo per argumentum ab ęquipollentibus,
2801 quia eadem eſt natura rerum æquipollentium, † &
proportionabilium, vt latius notatur per Euerard. in
hiſce locis, contraria autem procedere poſſunt quando
in apocha non conſtaret, aut per depoſitionem teſtium
ſubſcriptorum non probaretur, Apocam ſcriptam fuiſſe
de voluntate partis, vt his & alijs comprobationibus fit
mat Scaccia d.cap.11.nu.1107.cum multis ſequẽtibus,
2802 dicens contrariam opinionem † quamuis commu-
nem; ſi communis foret, omninò falſam, quam Scacciæ
opinionem veriſſimam fatetur Nicol.Genua d.lib.2.de
ſcript. priuata tit.3.nu.54.vſque ad num.73.incluſiuè,
2803 licet in dictis numer.Genua inconſtanter † modo v-
nam modo aliam firmauerit opinionem, Scacciæ verò
opinionem vti veriſſimam probant Pappon. conſ. 101.
num.6.vol.1.& Stephan.Gratian.diſcept.Forenſ. tom.
4.cap.767.num.57.
Reſtringitur demum concluſio firmata ſuperius nu-
2804 2789. pluribus modis, & 1. vt teſtes † deſcripti in a-
pocha ſint Maſculi, Couarru. d.cap.22.& Scaccia d.ca.
11. nu.984. qui ex Dec. in c.2.nu.11.& 12. ac ex Cra-
uett. de antiq. temp. citato ver. quæritur num. 34.Ma-
* ſcar. concluſ.1103. nu. 23.& ex alijs communem dicit
2805 opinionem, quam procedere extendit etiam contra
† principalem debitorem quodque extendit num.989.
quicquid in contrarium dicat additio ad Bal. in l. ſcri-
pturas ſub nu.5.litera F.C.qui pot. in pign. &c. idemq;
probant Duen.Cotta Cremen.Laurent. Tennius Gutt.
& Alexan. Trentacinq. quos citat, & probat Genua d.
lib. 1. de ſcript.priuat.ad tertiam concluſ. l. ſcripturas
C. qui in pot. pign.hab. num.23.
2806 Reſtringitur ſecundo, vt teſtes ſint † ſaltem nu. tres,
& omnes tres recognoſcant apocham taliter quod ſi a-
liquis ſit mortuus, recognitio non iudicaretur ſufficiẽs,
quamuis reliqui regnoſcerent ſubſcriptionem illius de-
functi, dicentes in eorum præſentiam factam, quam be
ne recognoſcunt; vt Aret. Soccin. & alijs citatis, docet
Crauett. d. ver. quæritur num.52.53.& ſequ. quodque
alijs congeſtis firmat, Scaccia d. cap. 11. numero 993.
Sed de his infra num.2980.cum ſequent.quæſt.5.ac ex-
preſſius inferius numero 2851. & ſequen. de veritate
tamẽ numero 3120. cum ſequent. & 3123. cum alijs
ſequent.
Inſuper Reſtringitur procedere quando teſtes deſcri
2807 pti in apocha nouerint contrahentes, † aliàs, ſi non
cognoſcerent contrahentes, recognitio eſſet innalida,
gloſ. in §. ſi quis igitur auth. de inſtrum. caut. & fid. ac
Ripa, & alij, quos in hoc requiſito probat Scaccia d. ca-
pitulo 11.numero 997. illa ratione vt fraus & falſitas
euitetur.

SVMMARIVM.

2808 *Recognitio ſcripturæ priuatæ, quæ fit per comparationẽ literarum requirit latiorem tractationem.*
2808 *Comparatio literarum fit duplici intercedente ſcriptura vna quę dicitur ex qua, altera verò, ad quam cum ſeq. & quęnam ſint, ibidem.*
2089 *Scriptura ex qua fis comparatio debet eſſe certa, & clara, ac in dubitatè ſcripta à debitore.*
2810 *Scripturæ ex qua fit comparatio literarum certitudo conſtare debet iudici, non autem peritis.*
2811 *Scriptura ad quam fit literarum comparatio quæ nã ſit.*
2812 *Scriptura ex qua fit comparatio quæ nam dicatur.*
2813 *Scripturarum ex qua, & ad quam requiſita.*
2814 *Comparatio literarum fit ex omni ſcriptura, quam per debitorẽ ſcriptam fuiße conſtat, ad ſcripturam contentioſam in iudicio deductam.*
2815 *Scriptura ad quam requiſita neceſſaria.*
2816 *Scriptura, ad quam literarum comparatio fit continere debet ſubſcriptionem trium teſtium, ſi peritus literarum obligatus fuerit, ſin autem imperitus quinque teſtium vbi etiam continere debere notatur diem, & conſulem, hac reliqua ſolemnia.*
2817 *Scriptura ad quam requirit tres teſtes ad plenam probationem, non autem ad ſemiplenam.*
2818 *Scriptura, ad quam continere debet cauſam debiti.*
2819 *Comparatio literarum peti debet per actorem præſtito iuramento, quod alias probationes non habeat.*
2820 *Comparatio literarum non conceditur quando aliæ reperiuntur probationes, meritò dicitur ſubſidiaria.*
2821 *Cõparatio literarũ requirit actoris iuramentũ de carentia aliarũ probationũ, ſi iuramẽtũ ab aduerſario petatur*
2822 *Comparatio literarum conceditur per iudicem cum cauſa cognitione.*
2823 *Comparatio literarum non conceditur quando ſcribens tertius eſt viuus, & qualiter.*
2823 *Aſſerenti ſcripſiſſe de mandato creditur.*
2824 *Comparatio literarum non conceditur, ſi adſunt teſtes ſubſcripti in ſcriptura.*
Comparationis literarum adminiculum dicitur ſubſidiarium ibid.
2825 *Teſtium adminiculum dicitur remedium viuæ vocis ad differentiam ſubſidiarij.*
2826 *Comparatio literarum dicitur probatio coniecturalis, & conſequenter fallax.*
2827 *Teſtibus, aut ſcribente negantibus ſcripturã, tunc comparationi literarum locus erit, & erit concedenda.*
2828 *Comparatio literarum non debet fruſtatoriè concedi.*
2829 *Comparatio literarũ peritis ſcriptoribus committenda, quibus præſtatur iuramentum, & qualiter ibidem.*
2830 *Comparatio literarum vni perito tantum committitur in loco vbi deſunt alij iudice verò præſente num.2831.*
2832 *Comparatio literarum quænam habeat alia requiſita remiſſiuè.*
2833 *Comparatio literarum ſemiplenam facit probationem.*
2834 *Arbitrium Iudicis in comparatione literarum operabitur vt minorem ſemiplena faciat probationem comparatio, non autem maiorem.*
2834 *Comparationem literarum facere poſſe minorem ſemiplena probatione, non autem maiorem iudice arbitrante, ſed etiam maiorem, & plenam numero 2835. contra num.2836.*

2837 *Comparatio literarum plenam fidem facit ſuper apoca per principalē, & per tres teſtes ſubſcriptā, contra numero 2838. de veritate in ſequentibus.*

2839 *Scriptura in cuius recognitione debitor, & teſtes ſubſcripti ſunt viui, quam faciat probationem quidue agendum.*

Comparatio literarum an ſit neceſſaria quando teſtes ſub ſcripti, & debitor negarent. ibid.

2840 *Apoca in qua teſtes ſubſcripti mortui ſint, vel debitor aut aliqui ex eis plenè probatur per comparationem literarum.*

Comparatio literarum plenè probat in apoca ſubſcripta per debitorem, & tres teſtes licet omnes ſint mortui aut aliqui ex eis. ibid.

2841 *Comparationi literarum potius creditur, quam teſtibus contradicentibus, ſi magna literarum ſimilitudo concurrat.*

2842 *Comparationi literarum plenè creditur teſtibus ſubſcriptis omnibus mortuis, vel aliquibus.*

2843 *Scriptura ſubſcripta per debitorem, & per teſtes certa redditur, & 2844.*

2845 *Scriptura per ſubſcriptiones partis, & teſtium præſumitur vera, & certa.*

2846 *Apoca ſubſcripta per tres teſtes, & per debitorem tantum dicitur ſolemnis abſque ſubſcriptione creditoris aliorum opinione contraria reiecta, & ſufficit probatio comparationis literarum, modo, vt ibidem.*

2847 *Tex. in l. ſcripturas C. qui pot. in pign. habean. procedit in ſcriptura vltro citroque obligatoria.*

Occurrere nunquam poterit vt creditor ſubſcribat Apocam in ſui fauorem tantum. ibid.

2848 *Comparatio literarum plenè probat ſuper apoca ſcripta per tertium de voluntate partium, & ſubſcripta per teſtes, extenditur num. 2849.*

2850 *Aſſerenti ſcripſiſſe de alterius mandato creditur.*

2851 *Comparatio literarum fortius probat iuncta recognitione teſtium ſuperuinentium.*

2852 *Comparatio literarum iuncta cum recognitione vnius teſtis plenam inducit probationem, etiamſi teſtis ille vidiſſet tantum ſcribere num. 2853.*

2854 *Comparatio literarum plenè probat iuncto iuramento ſuppletorio, & qualiter arbitrio iudicis accedente.*

2855 *Comparatio literarum non probat plenè in apoca ſcripta per tertium declaratur num. 2856.*

2857 *Comparatio literarum non conceditur in ſcripturis continentibus ſummam ſuper libram auri, ſed in praxi contrarium num. 2858.*

SEXTVS MODVS RECOſcendi ſcripturam priuatam.

SExtus modus recognoſcendi ſcripturas priuatas, qui fit per literarum comparationem requirit latiorem
2808 diſcuſſionem, & tractationem, idcirco illud † prius
ſe offert diſcutiendum, in huiuſmodi comparatione facienda; duplicem requiri ſcripturam, vnam, quæ dicitur, ex qua fit comparatio, quæ debet eſſe, certa approbata, & indubitata, taliter quod dubitari non poſſit eā eſſe ſcriptam per debitorem, illa ratione, quia id quod
2809 probat † debet eſſe certius, & clarius eo, quod eſt
probandū, Salicet. in l. comparationes nu. 12. & 13. C. de fid. inſtrum. Bal. in d. l. admonendi num. 4. & Ripa nu. 111. Affl. deciſ. 181. nu. 6. Auditor Peruſinus, ſuperius citata deciſ. 7. nu. 1. Triuiſan. deciſ. 52. num. 20. in fine, ac Menoch. de arbitr. d. caſ. 114. nu. 29. demum hoc adnotant omnes in d. l. comparationes & in d. l. admonendi & per hoc dicitur iſtud aſſumptum verum, & receptiſſimum.

Declaratur tamen, vt talis ſcripturæ certitudo, & in-
2810 dubitatio conſtet iudici non autem peritis † adhi-
bendis, Triuiſan. vbi ſupra quem congerendo omnes præcitatos Doctores, probat Farinacc. in fragm. criminal. pār. 1. ver. comparatio num. 455. & 456.

Altera enim ſcriptura dicitur, ad quam, & eſt illa, quæ in iudicio producitur contra debitorem, & per eum
2811 negatur, ad quam probandam deuenitur † ad lite-
rarum comparationem, ita Bart. & omnes in citata l. comparationes, & alij relati per Peruſin. d. deciſ. 7. & Farinacc. vbi ſupra in num. 468.

Scriptura ex qua (vt de ea iterum loquamur) illa di-
2812 citur, quæ † in iudicio producitur, vt ex ea compa-
ratio, aut ſimilitudo accipiatur; prout vltra citatos authores fuſius declarant Genua de ſcript. priuata libro 2. titulo 1. numero 25. & magis diſtinctè Scaccia de iudic. cauſar. ciuil. d. cap. 11. num. 1056. cum ſequent. Sed latius per allegatum Farinacc. d. num. 455. cum infinitis ſeq.

Omiſſa verò tranſcriptione requiſitorum in hac literarum comparatione congeſtorum per Peruſinum auditorem in d. deciſ. & quæ ad eſſentiam comparationis requiri dicunt omnes Doctores contentus ero reaſſu-
2813 mere illa tantum † requiſita vtriuſque ſcripturæ ex
qua, & ad quam ad noſtrum propoſitum tantum facientia, & ſpectantia, ex quorum explicatione habebuntur omnia neceſſaria ad materiam.

Illud itaque primo loco præmittitur, nempe ex om-
2814 ni ſcriptura †, quam ſcriptam fuiſſe conſtat manu
aduerſarij comparationem fieri ad ſcripturam contentioſam productam in iudicio, Bart. Bal. Caſtr. Angel. & Salicet. in dict. leg. comparationes, quorum com-
* munem dicit Ripa in d. l. admonendi numero 110. &
111. Menoch. d. caſ. 114. numero 29. & infiniti, quos longè latius congerit Farinacc. loco ſuperius citato numero 457. in finalibus verbis, vſque ad num. 468.
2815 Quo autem ad ſcripturam ad quam † ſi aliqua re-
quiri dicant Peruſin. d. deciſ. 7. & Genua de ſcript. priuat. libro ſecundo, numero 34. cum ſequent. tit. primo & latius Farinacc. citato loco numero 468. cum ſequ. quæ ante hos congerunt Doctor. in d. l. comparationes tamen infraſcripta tantum neceſſaria referre putaui.

Primo requiri dicunt, ſcripturam ad quam conti-
2816 nere † debere ſubſcriptionem trium teſtium, ſi peri-
tus literarum fuerit obligatus, ſin autem imperitus, ſubſcriptionem quinque teſtium; Alberic. Alexand. & alij quos probat iuribus ad hoc adductis Auditor Peruſin. d. deciſione 7. numero ſecundo, ac etiam continere debet diem & conſulem, ac omnia ipſius ſolemnia, ita infinitis adductis vtrumque probat Farinacc. citato loco nu. 468. vſque ad num. 473.

Primum enim caput huius requiſiti procedit, vt ex literarum comparatione plena inducatur probatio
2817 † ideo requiritur trium, aut aliorum teſtium ſubſcri-
ptio in ſcriptura ad quam, ſed ad habendum ſemiplenā non requiritur teſtium prædictorum ſubſcriptio; vt infinitis alijs citatis declarat idem Farinacc. citato loco num. 469. ſecundum verò caput requiſiti explanatur per Cin. in d. l. comparationes num. 9. ad finem, & nos alias decla-

declarabimus in titulis de libelis circa dictum, & conſu-
lem.

Idcirco indicaui infraſcripta tantum requiſita, quæ
per infraſcriptos Doctores cōgerũtur deducere, & illud
2818 primum, quod ſcriptura † ad quam contineat debiti
cauſam, Viui.opin.113.num.15.Genua d.tit.1.nu.38.
& Caſtr. ac Sichard.in d.l.comparationes, quos probat
Farin. citato loco, num.472.
2819 Secundo requiritur quod comparatio † petatur per
actorem, qui præſtabit iuramentum non habere alias
probationes, quia ſi haberet, comparatio non concede-
2820 retur, eo quod dicitur † ſubſidiaria aliarum proba-
tionum, Gloſ.Bald.Ang.Caſtrenſ. Salicet. & Sichard. in
d.l.comparationes, & Viui.dict.loco num.4.Peruſin.vbi
ſupra, num.5.Menoch.d.caſ.114.num.34. Maſcar.con-
cluſ.330.num.33. Triuiſ.deciſ.citata 52.num.26.& 29.
Scaccia dict.cap.11.num.1057. Farinac.vbi ſupra num.
491. vbi etiam alios citat, & Peregr. Hippol. Rimin. Se-
raph. Mancin. Aldouin. & alij nouiſſimi relati per Ge-
nuam dict.tit.1.num.57. & 58. & comparatio aliter fa-
cta non tenet, ita præcitati Doctores, quorum receptam
✶ opinionem dicit, & communem Genua citato loco.

Sed de iuramento quamuis Farinacc. cum allegatis
per eum dicant, illum omninò neceſſarium, tamen hoc
2821 eſt † verum, ſi ex aduerſo petatur, Scaccia vbi ſupra
num.1059. & Genua d.nu.58.in fine.
2822 Tertio requiritur quod concedatur † per iudicem,
ad hoc vt inſpiciatur, ſi neceſſaria erit comparatio peti-
ta, quia ad eam deueniri non debet ſine cauſæ cognitio-
ne, nam ſi tertius, qui ſcripſit, ſit viuus comparatio lite-
2823 rarum non conceditur † ad probandum eius ma-
num, ſed ille debet examinari, gloſſ.magna in auth. at ſi
contractus.C.de fid.inſtrum.Caſtrenſ.ibidem num.3.in
✶ fine, eo quod ex communi opinione creditur aſſerenti ſe
ſcripſiſſe ſcripturam, vbi eſt notatus, vt poſt Coler. pro-
bat Scaccia d.cap.11.num.934.& num.1060. & simili-
ter ſi ſunt viui teſtes ſubſcripti, non erit deueniendum ad
2824 remedium comparationis, † eo quod debent exami-
nari teſtes pro veritate negocij, quia adminiculum com-
parationis dicitur remedium ſubſidiarium & admini-
2825 culum teſtium eſt remedium viuæ vocis † Bald. in
auth.vltima, ſed nouo iure ſub num.3.C. ſi cer. pet. & in
l.comparationes ſæpius citata, num.6. & nu.16. vbi Ca-
ſtrenſ.num.12.illa ratione, quia probatio per compara-
2826 tionem eſt † coniecturalis, & conſequenter fallax, vt
aliàs probabo, & omnis coniectura ceſſat in claris, vul-
gata l.continuus, ita Scaccia dict.cap.11. num.1034.&
2827 1060.verũ ſi præcitati negaſſent † ſcripturam recur-
ritur ad hoc remediũ, vt ex eiſdem authoribus notatur;
prout etiam iudex inſpicere debet, ſi comparatio fuerit
2828 fruſtratoria, †quia vtique denegabitur, nempe ſi ſcri-
ptura ex alio probaret Bald. in d. l. comparationes ſub
num.15.& 16. & Caſtrenſ. num.3. ideo his cognitis iu-
dex concedit.
2829 Quartò requiritur, vt peritis ſcriptoribus † commit-
tatur, modo vt declarant Farinac. loco citato num.475.
cum pluribus ſequent.& Genua d.tit.1.nu.60. cum alijs
ſequent. præſtito iuramento eiſdem peritis de credulita-
tem forma, vt proſequuntur omnes Doctores penes Fa-
rinacc.& Genuam citatis locis, ac Menoc.d.caſ.114.nu-
mer.28. & Scaccia dict.capit.11.numero 1064. vt vbi
2830 non eſt copia horum peritorum, ſufficere † vnum,
reſponderunt auditor Peruſin.citata deciſ.7. num.9.&
Farinac. vbi ſup. num.482. quodque procedere abſque
2831 controuerſia, ſi iudice † præſente fiat, quo in caſu
ſufficere vnum modo vt ſupra conciliando firmat Scac-
cia.d.cap.11.num.1063.
2832 Reliqua requiſita reperiuntur † penes Peruſin. Ge-
nuam, & Farinacc. locis citatis illi in occurrenti conſu-
lendi, quamuis non ſint ſimpliciter neceſſaria.
2833 Comparationem itaque literarum † ſemiplenam
facere probationem, reſponderunt Bar.Bald.Imol.Soc-
cin. Alexan. Abb.Iaſ.& Felin. quos probat Scaccia dict.
cap.11.num.999.& Affl.deciſio.181.num.7. quicquid
ſentiat Menoc.d.caſ.114. dicens arbitrarium iudicis eſ-
ſe, quia tale arbitrium verſari poterit, vt comparatio fa-
2834 ciat minorem, † quam ſemiplenam probationem
in apocis, ſed nequaquam verſari poterit, vt compara-
tio ſola plenam faciat probationem, vt hoc multis me-
dijs ſingulariter probat Scaccia d. cap.11. num.1091.
quod ex notatis per eundem veriſſimum, & nō contro-
uerſum detegitur, ſed de veritate videbitur infra num.
2837 & ſequent. ac 2840. & ſequent. & ſignanter nu-
mer.2880.

Sed comparationē literarum ſolam, plenam quan-
2835 doque † in apocis facere probationem dixerunt Ma-
ſcard.de probat.concluſ.330.num.8.& Genua d.lib.2.
titul.1.num.67. cum alijs ſeqq. ſe inuoluens referendo
plures opiniones.
2836 Verum Scacciæ opinionem † probarunt Curt.iun.in
d.l.admonendi, num.117.Rol.conſil.26.volum.1.Bur-
ſatt.conſil.123.volum.1.Couarruu. practicar. quæſtio.
cap.22.ſub num.6.Surd.conſil.187.num.24. volum.2.
Hipp. Rimin. Franc. Marc. Maſcard.Merla, Viui.& in-
numeri relati per Genuam d.tit.1. num.71.& alij con-
cordantes, quos probat etiam Gaſpar Theſaur. quæſt.
forenſ.24.num.11.lib.1. & clarius hanc probauit opi-
nionem Farinacc.in fragm.criminal.parte 1. dict.verb.
comparatio numer.541. ac etiam Genua loco citato,
numer.74.

Limitatur concluſio firmata ſupra n.2833. non pro-
cedere in apocha à partibus, & trino teſte ſubſcripta,
2837 †quia hoc in caſu ſola literarum comparatio plenam
facit fidem, Soccin.conſ.274.Crauett.de antiq.tempor.
d.ver.quæritur, num.63.Caſtrenſ.in l.admonendi, ff.de
iur.iur.num.42.& alij, quos probat Scaccia d. capit.11.
num.1007. & 1163. in primo caſu dummodo magna
ſit literarum ſimilitudo, & fuit opinio Bar.in auth. at ſi
contractus, ff.de fid.inſtrum.ſub num.8. quem ſequun-
tur Fulgoſ. in d.l.admonendi, num.27. & omnes relati
per Alex.in eadem l.admonendi, nu.31. ad finem verſi.
item adde, ac ibidem Prolom. & Caccialup. & in cap.2.
de fid.inſtrum.Butr. Zabarell.& Felin. vbi Felinus dicit
hanc Bartoli opinionem quaſi omnes Doctores ſequi,
licet ipſe, & Alex.loco citato non ſequantur.
2838 Contrariam opinionem † probauerunt Bald. Sali-
cet.Imol.& alij, quos congerunt Alexan. & Coraſius in
dict.l.admonendi primus in num.31.& ſecundus num.
60.Imol.Abb.Felin.& Doc.in d.cap.2. de fid. inſtrum.
quos videtur probare Farinacc.d.verb.comparatio, nu.
533. dum hanc vltimo loco refert opinionem non ape-
riens quam eſſe veram, hanc eandem opinionem ap-
probauit idem Scaccia ſibi contrarius, quem citauimus
ſupra num.2834.

Pro dilucidatione harum controuerſiarum, ipſarum-
que conciliatione infraſcripti duo conſiderandi ſunt ca-
ſus, nam aut teſtes & debitor ſubſcripti in ſcriptura ſunt
viui, aut verò ſunt mortui omnes, vel aliqui ipſorum.

Si

Si enim ſumus in primo caſu quando ſunt viui debi-
2839 tor, & teſtes & tunc † nequaquam de comparatione
literarum tractandum, ſed examinari debent viui, ad
hoc vt viua voce ſcriptura recognoſcatur ſemoto ſubſi-
diario comparationis literarum remedio, ex ſuperius
num. 2823. cum ſequent. traditis; & ſi viui recogno-
ſcunt, remedium comparationis erit fruſtratorium, vt
ſupra num. 2828. notatum fuit, at ſi negarent attende-
rentur ea, quæ ſupra num. 2739. vſque ad numer. 2744.
excluſiuè, notauimus, & attenduntur notata in §. ſi quis
igitur vult iuncto §. ſi verò tale auth. de inſtrum. caut. &
fide, vt inferius num...

Sin autẽ ſumus in ſecundo caſu, & ſic ſi teſtes, & de-
2840 bitor vel aliqui ex eis ſunt mortui † & tunc intrat do-
ctorum prædictorum controuerſia; pro cuius ſolutione
dicas opinionem Bar. in d. auth. at ſi contractus, & in d.
l. nuda ratio, ac in dict. l. admonendi, & ſequacium,
quam probauit Scaccia dict. num. 1007. & 1163. & nos
citauimus ſupra num. 2837. ex qua probatum fuit com-
parationem literarum ſolam, plenam facere fidem in
ſcriptura à partibus, & trib. teſtibus ſubſcripta eſſe om-
ninò veram, & communiter receptam, ſi magna litera-
rum ſimilitudo exiſtat, eſt enim vera, quia probatur au-
thoritate, & ratione; authoritate, quia probatur per
2841 aperta iura, credi † potius plenè comparationi lite-
rarum quam teſtibus contradicentibus, ſi adſit magna
ſimilitudo literarum, aut magna diſſimilitudo in con-
uerſis caſibus, vt à contrario ſenſu notatur in citatis §. ſi
quis igitur vult, verſ. *quæ viſa ſunt veluti ſimilia quidem,*
non tamen per omnia ſimilia. & §. ſi verò tale ver. *verun-*
tamen iuncto caſu, §. auth. de inſtrumen. cautel. & fid. &
notatur per Bart. in d. l. admonendi num. 26. ver. quod
* apparet, quem ſequuntur omnes communiter, quos
probat Viui. ver. comparatio. opin. 113. nu. 3. quoſque
etiam congerit, & probat Maſcar. de probat. concl. 330.
* num. 20. vbi num. 22. de communi opinione, idemque
ex communi Doctorum calculo firmat Caball. conſil.
150. nu. 7. cum ſequen. ac Roma. Cato Sachus, Ptolom.
Ripa Curt. Iun. & alij in d. l. admonendi, quos probat
Genua de ſcrip. priuat. libro 2. tit. 1. num. 87. qui omnes
hanc deſumunt regulam ex allegatis §§. in auth. de in-
ſtrum. fid. & caute. vt pleniſſimè congerit alios, Farinac.
in fragm. crim. parte 1. ver. comparatio, nu. 516. & 517.
& Scaccia d. cap. 11. in 7. modo recognoſcendi, numero
1033. & nos aliàs dicemus infra num. 2867. & ſequent.
2842 Et quod credatur ſoli comparationi literarum † teſti-
bus omnibus mortuis, vel abſẽtibus, probatur per aper-
tum text. in §. ſi verò moriantur omnes, dict. auth. de in-
ſtrum. caut. & fid. & probant in terminis Caſtrenſ. in d.
l. admonendi nu 42. Roma. num. 50. Cato Sachus nu.
44. Curt. num. 118. de Ptolomeis, num. 67. Crauet. de
antiq. temp. dict. ver. quæritur num. 54. Scaccia d. capit.
11. num. 1163. & Genua dict. tit. 1. num. 93. dummodo
magnam ſimilitudinem literarum contineat, vt præci-
tati Doctor. & latius Farinac. vbi ſup. num. 519. & 520.

Et ſic iuribus, & alijs authoritatibus comprobaui-
mus veritatem noſtræ opinionis, vtique eam ratione,
2843 comprobabo, nã data † ſubſcriptione partium, & triũ
teſtium in ſcriptura, reſultat eiuſdem ſcripturæ certitu-
do ita Bart. in dict. auth. at ſi contractus num. 8. vbi di-
cit per tot ſubſcriptiones de facili non poſſe errari, &
notatur in l. ſcripturas. C. qui pot. in pignor. hab. & cla-
rius, & apertius probatur per tex. in l. comparationes C.
de fid. inſtrum. vbi ſcriptura priuata, ex qua fieri debet
2844 literarum comparatio reputatur † certa, & indubita-
ta, ſi partium & trium teſtium ſubſcriptionem habeat,
quamuis requirat recognitionem duorum teſtium tan-
tum; idemque probari per tex. in d. l. ſcripturas in fine
vbi talis ſcriptura partium, & trium teſtium ſubſcripta,
quaſi publicè confecta iudicatur, & per hoc nõ mirum,
ſi ſola comparatione literarum talis ſcriptura probatur,
2845 quia per tot ſubſcriptiones † præſumitur vera, & cer-
ta, idcirco iuribus rationibus, & doctorum authoritati-
bus dignoſcitur, hanc opinionem veriorem & receptio-
rem eſſe; quam concluſionem comprobat Steph. Grat.
diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 429. num. 10. & 11.

Extenditur hæc concluſio, vt procedat etiam ſi ſcri-
2846 ptura † ſubſcribatur per debitorem tantum, reiecta
opinione tantorum Doctorum tenẽtium requiri vtriuſ-
que partis ſubſcriptionem deſumptam ex text. d. l. ſcri-
2847 pturas C. qui pot. in pign. quæ procedit † in contra-
ctu vltro citroque obligatorio ſolummodo, eo quod ver
ba legis applicantur caſibus occurrentibus, & per hoc
nunquam occurrere poterit vt creditor ſubſcribat apo-
cam, quæ non ſit vltrocitroque obligatoria, ſed reſpiciat
fauorem ipſius creditoris tantum, ideo ſola debitoris
ſubſcriptio ſufficit, & in contrarium adducta ſunt ſom-
nia, & chimeræ, prout longè latius, & ſingularius probat
Scaccia de iudic. cauſ. ciuil. d. cap. 11. num. 1010. cum
pluribus ſequent. quem ſequitur Genua. d. tit. 1. nu. 92.
& debitoris tantum ſubſcriptio erat in caſu deciſ. Afflic.
104. & quia vera eſt hæc opinio, prout Bar. Imol. Curt.
Felin. Roman. Alexan. Iaſ. Affl. & Purp. allegatis probat
Gabriel. comm. concl. tit. de probat. concluſ. 9. numero
11. & 12.
2848 Extenditur ſecundo etiam ſi neutra partium † ſit
ſubſcripta, dummodo teſtes ſubſcripti deponant, eam
ſcripturam fuiſſe à tertio ſcriptam, & ſubſcriptam de
partium commiſſione, & voluntate, quo in caſu ſuffi-
cere ſolam comparationem, aut ſolam recognitionem,
Rom. Hoſt. Io. And. Feli. Rip. Affl. Vrſill. Scaccia, & Ge-
nua, quos probauimus ſupra nu. 2791.
2849 Subextende etiam ſi teſtes † in eorum depoſitioni-
bus hoc non dicant, ſed tantum tertius ſcribens hoc te-
ſtificetur in eadem apoca, quam demum teſtes ſubſcri-
bant, quia teſtes ſubſcribentes videntur idem aſſerere,
vt ſequutus ſum ſupra numer. 2792. & ſequen. ex Scac-
2850 cia, & Præſid. de Franc. creditur enim aſſerenti † ſe
ſcripſiſſe de mandato in ciuilibus Alexan. conſil. 88. nu.
31. volum. 5. quem probat Iacob. Anell. de Bott. ad Bar.
in d. l. admonendi, ver. tamen quod poteſt eſſe tanta fi-
des, ſed vide in ſeq. tit. num. 3222.

Extenditur tertio vt tanto magis procedat ſi omnes
2851 teſtes † non ſint mortui, ſed tantum aliqui ex eis,
quia iuncta recognitione teſtium viuorum, vnà cum li-
terarum comparatione circa mortuos, reſultabit pleniſ-
ſima probatio, eo quod ſcriptura certificata foret, ita
Doctor. in d. l. comparationes, quos probant Maſcar. ci-
tata concluſ. 330. num. 29. & Genua d. tit. 1. num. 89.
2852 Subextenditur extenſio, etiam ſi vnus tantum † ex
teſtibus ſubſcriptis recognoſceret apocam, quia eo iun-
cto, ſeu ipſius depoſitio iuncta cum literarum compara-
tione pleniſſimam magis facerent probationem; Abb.
& Felin. in d. c. 2. de fid. inſtrum. Alex. Bellapert. Nar-
ta, & alij relati per Granut. Theorem. 15. nu. 16. vbi ſic
in Rota iudicatum dicit, quos citat, & probat Gaſpar.
Theſaur. quæſt. forenſ. 24. lib. 1. num. 14. Scaccia d. cap.
11. num. 1028. quodque verum exiſtimant infra citan-
di

2853 di Doctores etiam ſi teſtis ille vidiſſet † tantum debitorē ſcribere; Rim. Morla, Non. Peregr. Coſta, & Scac. vbi ſup. quos probat Genua d. tit. 1. num. 81. alioſque in hoc vltimo ſubextenſo caſu, comprobat Farin. in frag. crimin. par. 1. ver. comparatio. nu. 515.

Subextenditur, & ſubampliatur ſecundo etiam &
2854 eo magis ſi cum literarum comparatione † iungeretur iuramentum ſuppletorium, vt probāt proximè prę citati Doctores relati per Scacciam, & Theſaur. locis citatis, & de communi Farinac. in fragm. crimin. parte 1. ver. comparatio num. 502. quod arbitrarium iudici dicit num. ſequen.

Reſtringitur tamen cōcluſio, ſi ſcriptura fuiſſet ſcri-
2855 pta per tertium, tunc literarum comparatio † non inducit plenam probationem contra debitorem, eo quod literarum comparatio hoc in caſu probat ſcripturam, non contenta in ſcriptura, ita Scaccia dict. cap. 11. num. 1030. quam reſtrictionem modificabis ſi ille ter-
2856 tius teſtificaretur † ſe ſcripſiſſe de ordine, vnà cum teſtibus, modo vt probauimus ſupra in extenſione 2. & in ſubextenſione num. 2848. & ſeq.

Reſtringitur ſecundo tota materia comparationis li-
2857 terarum eam tantum locum obtinere † in ſcripturis non continentibus ſummam ſupra libram auri, ad text. in d. auth. at ſi contractus. C. de fid. inſtrum. vbi Doctor. Ancha. iunior in quæſtion. ſuis familiar. lib. 2. quæſt. 56. Surd. conſ. 187. num. 29. Auditor Peruſin. deciſ. 7. num. 2. Riminal. Botta, & Cęph. quos probat Genua d. lib. 2. de ſcrip. priuat. tit. 1. num. 98. quorum veriſſimam dicit ſententiam quicquid in contrarium dicat Gaſpar Theſaur. citata deciſ. 24. num. 19. lib. 1.

Sed hanc reſtrictionem receſſiſſe ab aula, & per hoc
2858 in praxi † nullatenus ſeruari teſtatur. Gaſpar Theſa. citata quæſt. forenſ. 24. num. iam dicto 19. verſ. nullam, quem non bene perpendit Genua proximè citato loco, eo quod in praxi nunquam contrarium eius, quod firmauit Gaſpar Theſaur. vidi ſeruari, prout eandem praxim profitentur Coſta de Remed. ſubſidiar. remed. 7. num. 9. Maſcar. concl. 111. lib. 1. per totam, & M. Anto. de Amat. deciſ. Ferrar. 20. num. 4.

SVMMARIVM.

2859 *Comparatio literarum ſi iungatur cum teſtibus deponentibus eos vidiſſe ſcribere in caſu, quo teſtes faciunt plenam probationem, nihil operabitur, ſin autem teſtes minus ſemiplenè probent, vtique comparatio literarum non operabitur, & 2860.*

2861 *Comparatio literarum regulariter ſemiplenam faciunt probationem.*

2862 *Totum non perficitur ſine partibus.*

2863 *Comparatio literarum iuncta cum altera ſemiplena probatione plenam producit.*

2864 *Literarum comparatio non faciens plenam probationem, ſi iūgatur cum aliqua ſemiplena, nequaquam operabitur effectum.*

2865 *Comparatio literarum iuncta cum teſtibus deponentibus habere notam manum non probat plenè, ſed iuncta iuramento ſuppletorio plenam inducit num. 2866.*

2867 *Teſtibus magis creditur tamquam voci viuæ, quam comparationi literarū vti voci mortuę ſed arbitrarium eſt iudicis num. 2868.*

2869 *Teſtibus affirmantibus, vel negantibus eorum ſubſcriptionem magis ſtādum, quam comparationi literarum, dummodo comparatio non reſpiciat ſubſtantiam characterum, & qualiter.*

2870 *Teſtibus ſubſcriptis in apoca recognoſcentibus eorum ſubſcriptiones magis creditur, quam comparationi literarum factæ ex ſcriptura per debitorem confecta poſt ortam controuerſiam.*

2871 *Comparationi literarum, cui teſtes contradicunt nequaquam creditur.*

2872 *Comparationi literarum magis creditur quam teſtib. ſi illa veroſimilior ſit, & qualiter, iudice verò ſic arbitrante.*

2873 *Arbitrio iudicis committitur, cui magis credēdum teſtibus, an comparationi literarum.*

2874 *Arbitrium iudicis tunc operatur, vt potius comparationi literarum credatur, quam teſtibus quando viſum eſt teſtes non eſſe veraces.*

2874 *Comparationi literarum tunc potius ſtandum, quam teſtibus, quando arbitrabitur iudex, ſi iudicabit teſtes ob aliquem defectum non eſſe veraces.*

2875 *Comparationi literarū quando indiſtinctè potius credēdum, quam teſtibus & 2876. 2877. 2878. & 2879.*

2880 *Comparationi literarum, ſi iudex arbitretur potius credi, quam teſtibus, intelligitur de ſemiplena tantum fide.*

2881 *Teſtibus in dubio magis credendum, quam comparationi literarum.*

2882 *Teſtimonium affirmatiuum aptius eſt, & naturalius negatiuo.*

2883 *Teſtes ſubſcripti contradicentes ſcripturæ reddunt ſcripturam falſam.*

2884 *Scriptura vacillat, etiam vno teſte ſubſcripto vacillante.*

Scriptura redditur falſa, ſi omnes teſtes ſubſcripti illi cōtradicant etiam extraneis teſtibus pro ſcriptura deponentibus, ibid.

2885 *Comparatio literarum, licet magna characterum ſimilitudine, aut diſſimilitudine nitatur ſemiplenam tantum facit probationem.*

2886 *Comparatio literarum licet ſemiplenè probet, tamen hæc ſemiplena plenam præſumptam producit fidem, vt ſingulariter aduertit author 2887. cum ſequentibus.*

2888 *Comparatio literarum vno caſu, vnoq. reſpectu ſi ſemiplenè probet poterit in eodem caſu, ſed diuerſo reſpectu plenè probare.*

2889 *Sigiſmund. Scaccia, & Proſper. Farinacc. non bene explicauerunt articulum comparationis literarum.*

2890 *Comparatio literarum repugnans depoſitioni teſtium ſubſcriptorum in apoca aperit viam iudici contra teſtes, & delinquentes.*

2891 *Comparatio literarum ſi repugnet teſtibus ſubſcriptis producit condemnationem ad pecuniariam pœnam per ſtatutum contra negantes apocas ſtatutam, nec facit indicium ad torturam.*

2892 *Comparatio literarum repugnans teſtibus, contra hominem malæ famæ facit iudicium ad torturam.*

2893 *Comparatio literarum non producit tantam probationem in criminalibus, quantam in ciuilibus.*

2894 *Teſtes contradicentes comparationi literarum veroſimili redduntur ſuſpecti de falſo.*

2895 *Teſtes vel debitor negantes, aut confitentes aduerſus viſibilem literarum comparationem, ſunt ſuſpecti de falſo.*

2896 *Su-*

2896 *Suſpicio falſitatis orta contra teſtes contradicentes comparationi literarum plenam non inducit probationẽ, contra num.2897.cum ſeq.*

2897 *Comparatio literarum efficacem habens demonſtrationem plenam in ciuilibus contra teſtes, vel principalem contradicentes inducit fidem.*

2898 *Suſpicio falſitatis plenam probationem facit in ciuilibus.*

2899 *Suſpicio falſitatis orta ex teſtium depoſitionibus in ſcriptis redactis plenam in ciuilibus facit probationem.*

2900 *Suſpicio falſitatis orta ex vitio viſibili plenam inducit probationem ex vitio intrinſeco.*

2901 *Suſpicio falſitatis orta ex indicio comparationis literarum contra teſtes contradicentes dicitur ex vitio viſibili, & 2902.*

2903 *Suſpicio falſitatis ex vitio intrinſeco orta probationem in ciuilibus plenam non inducit, ſed ſuſpicionem haberi hoc etiam caſu pro veritate, num.2904.*

2904 *Suſpicio falſi ex vitio intrinſeco orta plenè probat, & pro veritate habetur in ciuilibus, idque in praxi ſeruatur, & 2908.*

2905 *Suſpicio falſitatis in criminalibus orta ex vitio intrinſeco plenam non inducit probationem.*

2906 *Suſpicio falſitatis ex vitio viſibili iudicatur ſic ex iuris determinatione.*

2907 *Suſpicio falſitatis ex vitio intrinſeco oritur hominum præſumptione, quæ ſi non determinat, mouet tamen animum Iudicis ad ita ſentiendum.*

2909 *Comparatio literarum inuincibilis contra contradicentes, & negantes plenam inducit fidem.*

SEPTIMVS MODVS RECOGNOSCENDI ſcripturam priuatam.

IN ſeptimo modo recognoſcendi, qui fit per literarum comparationem, & per teſtium depoſitiones, quandoque plena, quandoque minor probatio reſultat, etiam ſi hæ duæ iungantur probationes; nam ſi examinentur teſtes dicentes † vidiſſe ſcribere apocam, tũc ſi teſtes hi faciunt plenam probationem, vt in tertio, & in quarto caſu, quos diſtinximus in quarto modo recognoſcendi ſupra num.2770. & 2776. cum eis non erit neceſſaria literarum comparatio, quæ vt fruſtratoria in hoc caſu reijceretur ex traditis ſupra num.2828. ſin autem facerent hi teſtes minorem † ſemiplena probatione, vt in primo caſu notato in dict.4.modo recognoſcendi, num.2763. tunc eo quod comparatio literarum regulariter † ſemiplenam facit probationem, vt probauimus ſupra num.2833. ideo iuncta cum alia non ſemiplena, nequaquam producit plenam, quia non ſufficiunt partes ad totum † perficiendum vulgatis regulis, ſin verò hi teſtes facerent ſemiplenam probationẽ, vt notauimus ſupra in 2.caſu, num.2768. cum ſequent. tunc iuncta hæc ſemiplena cum comparatione literarum, quæ aliam regulariter facit ſemiplenam fidẽ, ſtante ſufficientia, & paritate partium, producerent plenam † probationẽ, vt probauimus ſupra num.2786.cum alijs ſequentibus in fine dicti 4. modi ad recognoſcendum, & de receptiſſima teſtatur Farinac.citato ſuperius loco num.505.

2859 2860 2861 2862 2863

Denique ſi comparatio nequaquam faciat ſemiplenam probationem, vt inferius demõſtrabitur, tunc iuncta cum prefatis teſtibus vidẽtibus ſcribere nequaquam plenam produceret probationem, † eo quia non eſſent duo ſemiplenæ iunctæ vulgatis regulis; prout ſi cũ comparatione literarum iungeretur † probatio teſtium dicentium habere notam manum, qui nec ſemiplenè probant, vt notauimus ſupra in tertio modo recognoſcendi, in ſecunda ſpecie, nu.2746. nequaquam plenè probaret, licet pluſquam ſemiplenè ex his probatum eſſet; itaque ad plenam inducendam indigeret remedio † iuramenti ſuppletiui, ita Natta conſil.632. num.4. quem probat Farinac. in fragm.crim.citata par.1.num.511.ver.ſæpius citato, comparatio, vt tetigimus ſupra in d.tertio modo recognoſcendi, nu.2751.illat.1. prout quãplurima ex his per nos traditis congerit Scaccia d.cap.11.nu.1031. & ſequen.in 7.modo recognoſcendi, & vltimum per nos notatum ex Natta, & Farinac.probat num.1032.ver.igitur rectè.

2864 2865 2866

Et vt percipiatur, quando literarum comparatio nequaquam faciat ſemiplenam probationem; permittendum erit, cui magis credendum teſtibus, an literarum comparationi, ſi teſtes contradicant, aut quoquomodo inter has probationes adſit contrarietas, & ad maiorem declarationem eorum, quæ notauimus ſupra nu.2841. in proximo explanato 6. modo recognoſcendi, ponam

2867 regulam quod creditur † in iſto caſu magis voci viuę teſtium, quam voci mortuæ comparationis literarum, vt probant Ang.Salic.Caſtrenſ.Fulgoſ.Alex.Rom.Rip. Caccialup.Curt.Butr.Abb.Iaſ. Menoch. & Peruſ. quos probat Farinac.citata par.1.fragm.crim.ver.comparatio nu.516.& 517. ex quibus omnibus adnotatur etiam

2868 hoc eſſe iudicis † arbitrarii, quodq. probant per iura aperta citata ſupra in dict. num.2841. quæ etiam citat Farinac.d.num.517.& latius notauimus in 2.modo ſup.num.2733.cum ſeqq.numer.

Exemplificatur dupliciter repugnantia inter teſtes ſubſcriptos in apoca, & literarum comparationem, vno modo affirmatiuè, altero verò negatiuè.

Primus itaque modus eſt, quando teſtes ſubſcripti recognoſcunt eorum manum dicentes ſubſcripſiſſe eos, illamque eſſe eorum propriam manum, & tamen facta literarum comparatione apparet magna diſſimilitudo literarum adducta per debitorem.

Secundus modus quando teſtes contradicunt ſcripturæ dicentes non eſſe ſubſcriptam propria eorum manu, negando ſubſcriptiones, ſed facta literarum comparatione, apparet ſimilitudo, tam ſcripturæ principalis, quam ſubſcriptionum teſtium.

In vtroque caſu concluditur ſtandum eſſe potius di-

2869 cto teſtium, † ſi diſſimilitudo, aut ſimilitudo caracterum nequaquam reſpiciat eorum ſubſtantialem formam, modo vt plenius notauimus ſupra in ſecundo modo recognoſcendi num.2733. cum omnibus ſequentibus, & ſignanter nu.2741. cum ſequent.& probat Scaccia.d.cap.11. ſeptimo modo, num.1034. cum multis ſequentibus.

Extenditur concluſio fortius procedere, ſi diſſimili-

2870 tudo † in primo caſu ſumeretur ex ſcriptura, quam debitor negãs exararet de mandato iudicis poſt ortam controuerſiam, quo in caſu debile iudicaretur argumẽtum comparationis, eo quod facile eſſet debitori turpiores, aut pulchriores, ſeu aliter formare, characteres, vt ſingulariter probat Scaccia in proximo citato loco num.1037.

In iſtis enim caſibus nequaquam ſoli comparationi

2871 † ſemiplenè crederetur, tanquam fallaci, & ſuſpectæ

ex

ex traditis per Maſcard.concluſ.110.num.20.& concl.
330.num.2.& 3.Auditor Perufin.deciſ.7.pluries citata
num.18.Menoch.de arbitrar. citato caſ.114. nu.15. &
& ſequen.Scaccia d.cap.11.num.943. Triuiſ.citata de-
ciſ.53.& latiſſimè Farinac.d. ver.comparatio. nu.498.
& 499.

Secus enim eſſet in præcitatis caſibus,ſi concurre-
2872 ret † magna diſſimilitudo, aut ſimilitudo cha-
racterum iuxta eorum ſubſtantialem formam deductã
ſuperius remiſſiuè, & concurreret ſuſpecta qualitas te-
ſtium,ex quibus dignoſceretur per iudicem teſtes nõ eſ-
ſe veraces,quia tunc crederetur potius comparationi li-
terarum,iudice ſic arbitrante; & hunc eſſe verum intel-
lectum §.ſi verò tale auth.de inſtrum.caut.& fid.ex quo
tex. Menoch. & omnes deſumpſerunt opinionem illam
* communem iudici videlicet, eſſe arbitrarium credere
2873 † teſtibus, aut comparationi literarum, vt reſpondit
ſingulariter Scaccia d.cap.11. modo 7. num.1044. iu-
dex enim non valet arbitrari in hoc caſu vt potius cre-
datur comparationi literarum,quamuis magnam ſimi-
litudinem,aut diſſimilitudinem è conuerſo habenti,niſi
2874 † iudicet teſtes non eſſe veraces ob aliquam qualita-
tatem teſtium ſuſpectorum per tex.in d. §. ſi verò tale,
verſ. vt veracibus potius, itaq. intelligi debere dicta per
nos ſup.num.2741. cum ſequent. in ſecundo modo re-
cognoſcendi, & in ſexto modo nu.2841. cum infraſcri-
pta tamen modificatione.

Modificatur tamen hæc concluſio firmata ſuper in-
* tellectu d.§.ſi verò & d.communis Doctorum ſententię
relatæ per Menoch.d.caſu 114.nu.15. & 16.procedere
2875 quando diſſimilitudo † literarum in ſecundo exem-
2876 plo eſſet parua, & mediocris, quia ſi eſſet † talis, vt
non poſſit aliqua veriſimili via,ſeu ratione concordari,
& ſaluari, quin videantur ſcriptæ à diuerſis; aut in pri-
2877 mo exemplo eſſet tanta ſimilitudo † literarum, vt
non poſſit aliquo veriſimili modo ſaluari, & reparari,
quin videantur ſcriptæ per eaſdem perſonas,& eiuſdem
2878 manus,tunc in his caſibus,redderentur † teſtes ſuſpe-
ctj, & non veraces, & his eiſdem caſibus iudex arbitra-
bitur credendum potius comparationi,ſi eidem videbi-
tur Iaſ.in dict.l.admonendi in 2.repet.ſub nu.86. verſi.
adde quod textus, ff. de iur.iur.quem probat Scaccia d.
cap.11.modo 7. num.1046. & tunc dici non poſſe ſal-
2879 uari,quando ſimilitudo † aut diſſimilitudo non pro-
ueniret ob ætatem mutatam infirmitatem,manum de-
fatigatam,alterationem,aut calami,& atramenti varia-
tionem, ſed ob ſubſtantialium characterum, & forma-
lium diuerſitatem,vt deduximus ſup.citato num.2741.
cum ſequen.

Declarantur tamen prædicta omnia, vt ſi iudex ar-
bitretur potius credendum literarum comparationi ex
2880 præcitatis rationibus,tunc illa fides † non erit plena,
ſed ſemiplena,itaque intelligi Bar.in dict.l.admonendi,
num.26.ver.quod apparet,ac alios relatos per Menoch.
d.caſ.114.num.18.dicentes relinqui arbitrio iudicis, vt
ex Scaccia probauimus ſup.in proximo præcedenti mo-
do probandi num.2833.& ſeq. probatque iterum idem
Scaccia in d.7.modo cap.11.num.1048.

At ego opinionem Scacciæ,in hoc ſatis intricato ar-
ticulo,veram forſan putarem cum veram profiteantur,
ante Scacciam,Alex.in d.l.admonendi,num.31.Iaſ.nu.
88.& 89.Ioan.Coraſ.nu.60.in vltima repetit.Imol.Af-
flict.& alij,quorum veriſſimam opinionem dicit Farin.
in d.parte 1.fragm.crimin.verſ. comparatio num.541.
quodque non debili ratione probaretur, nam aut te-
ſtes ſubſcripti in apoca dicant eſſe veras eorum ſubſcri-
ptiones, & tunc ſi in contrarium deducatur diſſimilitu-
2881 do literarum per comparationem factam; † in dubio
ſemper magis credendum erit teſtibus approbantibus
ſcripturam, quam probationibus per vocem mortuam
2882 reprobantibus, quia aptius, & naturalius † eſt affir-
matiuum teſtimonium,quam negatiuum,vt per infini-
tos probat Farinac.de falſit.quæſt.158.part.2. nu.143.
alios verò ſciens prætereo.

Sin autem teſtes contradicant ſcripturæ, negãdo eo-
rum ſubſcriptiones,vtiq. tanquam ſubſcripti in ſcriptu-
ra aptius probant, quam reliquæ extraneæ probatio-
2883 nes,eo quod † reddunt ſcripturam falſam ad notata
per Bart.in l.1.§. ſi quis neget,ff.quēadmodum teſtam.
* aper.& communem, dicit Feli. in c.cum Ioannes,n.46.
de fid.inſtr.& Couar.variar.reſol.lib.2. cap.1.num.10.
latiſſimè Farinac.de falſit.citata quæſt.158.part.1. illa
2884 ratione,quia ſi vnus tantum teſtis † ſubſcriptus con-
tradicat,ſcriptura vacillat. d. §.ſi quis neget, ergo con-
tradicentibus omnibus ſcriptura falſa redderetur,etiam
ſi alij non ſubſcripti probarent ſcripturam, Menoc. caſ.
105.num.9.Farin.d. loco num.10. & Seſſa deciſ.Arag.
119.vol.2.num.25.

Ex quibus concludi poterit,literarum comparatio-
2885 nem † producere ſolummodo ſemiplenam, licet ip-
ſa magna ſimilitudine, aut in cõuerſo caſu diſſimilitudi-
ne literarum nitatur,eo quod haberet concludentiores
probationes in contrarium nempe teſtes ſcripturales,
vt ex ſuperius traditis.

Attamen, hanc ſemiplenam probationem deſum-
ptam ex comparatione literarum magnam ſimilitudi-
nem, aut diſſimilitudinem in vtroque præcitato caſu
habentium, vt ſuperius num.2875. & ſeq.in modifica-
tione exemplificatum eſt,producere ſemiplenam fidem
2886 † in his caſibus, vt probant Scaccia, Farinacc. & alij;
verum non exiſtimo, ſed omninò per eam plenam eſſe
inductam præſumptam fidem pro petente hanc deſcri-
ptam comparationem; nec beneuolus lector admiretur
2887 audire ſemiplenam probationem † producere ple-
nam fidem,eo quod illud quod non eſt plenum,eodem
tempore non poterit vocari plenum cæteris paribus,
quia hoc non obſtante,nequaquam paradoxicè loquu-
tus fui, ex quo ſi comparatio literarum producit ſemi-
2888 plenam † in vno caſu,vnoque reſpectu, poterit pro-
ducere plenã in eodẽ caſu,ſed diuerſo reſpectu,idcirco
ex infraſcriptis demonſtrabo Scacciam virum alioquin
2889 ſapientiſſimum non benè † aperuiſſe extrema om-
nia huius articuli,nec Farinac. benè eundem articulum
explicaſſe, virum vtique in legali diſciplina, & eo ma-
gis in criminalibus iudicijs luculentiſſimum, & diſer-
tiſſimum.

Inferunt tamen præcitati authores, ex dictis, vt
ſupra,primus in tract.de iudic.cauſ.ciuil.cap.ſæpius, ci-
tato 11.modo 7.numero 1049. cum multis ſequent. &
ſecundus in prima part.fragm.crimin. ver. pluries alle-
gato comparatio, numero 446. cum multis ſequent.
2890 nempè Scaccia, quod data tali repugnantia, † &
contrarietate, aperiretur via iudici ad inquirendum vi-
gore indicij orti ob comparationem literarum contra
delinquentes, & per hoc in dubium reuocat an talis
2891 probatio † faciat indicium ad torturam, & articulo
bene diſcuſſo, concludit, comparationem literarum
in his caſibus ſolam non producere indicium ad tortu-
ram,

ram, ſed tantum pœnam pecuniariam impoſitam per ſtatutum contra negantes apocas, & non facere indicium ad torturam probauerunt ante Scacciam, Crauetta, Vulpell. Maſcard. & alij, quos probat Farinacc. citato loco nu. 447. quodque ſic in praxi ſemper eſſe ſeruatum teſtatur Scaccia d. loco num. 1053.

2892 Sed contra hominem malæ famæ † comparationem literarum ſolam producere indicium ad torturam, dixerunt Crauet. de antiq. tempor. ver. quæritur, num. 72. & 73. Purpur. Viui. Vulpell. Triuiſan. & Maſcard. quos probat Farinacc. in citato loco numero 448. quorum opinionem eſſe veram nullus rationabiliter dubi-
2893 tare poterit, illa ſola ratione, quia comparatio † non producit tantam probationem in criminalibus, ex alijs adductis rationibus per eoſdem authores.

Attamen ſi verè in prædictis loquuti fuerint, non per hoc plenè, vt decet loquuntur, nam ſi præſupponunt eſſe apertam viam iudici ad inquirendum, faten-
2894 tur teſtes † aut ſcribentem negantes, vel quomodocunque contradicentes comparationi literarum veroſimili, vt ſuperius exemplificatum fuit, eſſe ſuſpectos de falſo, & tanquam tales poſſe de falſo inquiri, vt expreſsè fatetur Scaccia citato loco; prout negari non poterit
2895 principalem, & teſtes † confitentes, aut negantes cõtra viſibilem literarum comparationem, eſſe ſuſpectos de falſo, modo vt idem Scaccia fatetur in citato loco num. 1044. & 1046. probaturque per text. & gloſſ. in d. §. ſi verò tale auth. de inſtrum. fid. & caut. in ver. veracibus à contrario ſenſu in text. & gloſſ. in verbo prudentiæ.

Itaque ſi dixerunt teſtes & principales eſſe ſuſpectos; aut dicere debebãt; conſequenter vtique explicare debebant an ſuſpicio falſitatis contra prædictos cauſata, per comparationem literarum in cauſa ciuili plenam induceret fidem; verum ex dictis per eos, implici-
2896 tè † pro negatiua ipſi concludere videntur.

Ego verò contra implicitam eorum opinionem dijudico reſpondẽdum, comparationem literarum, (ſi illa fuerit tantæ efficaciæ, vt ſuperius demonſtratum per
2897 exempla fuit,) facere in ciuilibus † plenam fidem, contra tales de falſitate ſuſpectos, donec probauerint per clariores probationes factum aliter ſe habere, ex illa vulgata, ſed ſingulari regula ſcilicet ſuſpicionem fal-
2898 ſitatis † facere plenam probationem in ciuilibus Gabriel comm. concluſio. libro ſeptimo, concluſio. ſexta, numero 12. Franc. Marc. deciſio. 699. numero primo, & alibi Baiard. ad Clar. §. falſum, nu. 112. vbi de com-
* muni teſtatur, communemque dicit Honded. conſil. 109. numero quinto, volumin. primo, Viui. deciſio. 81. Maſcard. de probat. concluſ. 739. numero 5. Menoch. de præſumpt. libro primo, quæſtio. 99. qui in fine dicit
2899 idem iudicium eſſe de ſuſpicione † falſi orta contra teſtes, quorum depoſitiones ſunt redactæ in ſcriptis, & alij relati ſuperius, tit. de libr. priuat. num. 914. cum ſequentibus.

Nec ignoro Doctores in hoc articulo diſtinguere vitium viſibile, & extrinſecum à vitio inuiſibili, & in-
2900 trinſeco, taliter quod in primo † procedit noſtra concluſio, in ſecundo verò nequaquam; ex traditis
* communiter per Doctores, de qua communi teſtantur Boſſ. titul. de falſit. numero 6. & 13. Claud. ad Bertaz. conſil. 411. litera A, & litera B, & probant Menoch. vbi ſupra numero 3. iuncto numero 11. Maſcar. citata concluſio. 739. numero 6. & concluſ. ſequent. numero 3. & ſequen. Viui. dict. deciſ. 81. nu. 3. Surd. conſil. 132. nu. 61. libro 1, Sfortia Odd. conſil. 78. num. 13. & 37. cum ſequent. Verum dubitant quid in ciuilibus circa vitium
2901 latens inuiſibile, & intrinſecum, an ſuſpicio † habeatur pro veritate; ſuper quo dubio licet; poterit dici hoc in caſu tractari de vitio viſibili, & oculari dum ap-
2902 paret † literarũ diſſimilitudo, aut ſimilitudo, ex qua oritur ſuſpicio, tamen ſi adhuc eſſet vitium latens, & intrinſecum, quod negatur, quamuis non omnium eadem ſit ſententia, quia Boſſ. in citato loco numero 13. additio ad Mandell. conſ. 99. litera B, & litera D, Riminald. iun. conſil. 59. numero 9. & ſequen. vſque ad num. 20. libro 1. qui reprobato Natta conſil. 633. numero 9.
2903 dicit hanc opinionem hoc caſu ſuſpicionem † pro falſitate & veritate nullatenus haberi, veriorem & receptiorem, prout Boſſ. & alij ſupracitati.

Attamen, etiam quando vitium eſſet latens, & in-
2904 trinſecum, ſuſpicionem haberi pro veritate † in ciuilibus, verius reſponderunt Menoch. Maſchard. Natta; Mandell. Sfortia Oddus, & alij, quos probat Farinac. de falſit. quæſt. 152. num. 16. cum multis ſequentibus, vbi in praxi ſic ſeruari teſtatur, & non habere hanc opinionem rationabilem contradictorem teſtatur numer. 32. quia præcitati contrarium tenentes, loquuntur quando
2905 agitur † criminaliter, ſicque eſſe intelligendos dicit Farinacc. vbi ſupra, prout his, & centenis alijs locis allegatis probat Seſſa deciſio 118. volumin. ſecundo, in gloſſ. litera G, dicens vitio viſibili ſcripturam iudicari
2906 falſam, † determinatione iuris; vitio autem inuiſibili, quæ hominis præſumptio dicitur, ea non determinat,
2907 ſed mouet † animũ iudicis ad ita ſentiendum, cuius iudicis arbitrium ſuadet, vt ſuſpecto de falſo non creda-
2908 tur, † ita etiam Farin. Natta, & alij ſupracitati, taliter quod Seſſa dict. loco dicit, his rationibus; opinio-
* nem hanc communem, & in practica omninò ſeruandam; concludo idcirco comparationem literarum inuincibilem, tanquam aggrauantem teſtes negantes, &
2909 contradicentes de ſuſpicione falſos, facere † plenam fidem ex ſuperius traditis, alius enim modus recognoſcendi per comparationem ſigni remanſi notabitur infra numer. 2976. ideo & ſi ſemiplenè comparatio literarum probet regulariter, tamen ex hac ſemiplena quando falſitatis ſuſpicio tribuitur ex efficacia comparationis, plenam inducitur probatio ex ſuperius notatis.

S V M M A R I V M.

2910 *Scriptura priuata recognita per decretum iudicis prouidentis, quod habeatur pro recognita ob debitoris contumaciam plenè probat.*

2911 *Decretum Iudicis, ex quo prouidetur apocam haberi pro recognita ob debitoris contumaciam vim veræ recognitionis habet.*

2912 *Apoca Banci recognita mediante iudicis decreto ob debitoris contumaciam illum non audit, niſi in vinculis, vel facto depoſito.*

2913 *Apoca Banci non exequitur ſeruata forma Regiæ pragmaticæ ſi recognita tantum fuit per decretum Iudicis in contumaciam, niſi recognoſcatur per teſtes, aut principalem, & refertur deciſio S. Conſil. de veritate tamen num. ſeq.*

2914 *Extenſio non fit in odioſis declara numero 2916. cum ſequen.*

2915 *Apoca*

2915 *Apoca Banci exequitur ſeruata forma Regiæ pragmaticæ, licet per decretum Iudicis tantum recognoſcatur in contumaciam debitoris, idque deciſum in S. C. & in praxi ſeruari teſtatur cum multis ſeq.*

2916 *Extenſio fit etiam in odioſis ex identitate rationis ſi diſpoſitio non haberet taxatiuam.*

2917 *Extenſio fit in odioſis quando odium erit rationabile.*

2918 *Extenſio fit etiam in odioſis circa æquiparata, & ſimilia.*

2919 *Recognitio ſcripturæ expreſſa, & recognitio tacita, ſeu ficta per contumaciam facta, in iure æquiparantur.*

2920 *Extenſio fit in odioſis circa æquiparata in caſu controuerſo tantum.*

2921 *Extenſio ſemper admittitur etiam in odioſis, quando duo per ius commune æquiparantur, licet lato ſumpto vocabulo.*

2922 *Recognitionis appellatione etiam ficta recognitio venit.*

2923 *Extenſio in odioſis fit de caſu vero ad caſum fictum ex identitate rationis, ſi vterque caſus æquiparetur in iure, & 2924.*

2925 *Recognitio per contumaciam facta eundem producit effectum, quem producit vera recognitio in ſcripturis.*

2926 *Citatus ſuper ſcriptura priuata non contradicendo videtur fateri contenta in illa ſcriptura.*

2927 *Recognitio expreſſa, & recognitio per contumaciam ſuper ſcripturis factæ parificantur.*

2928 *Pragmatica dans exekutionem Apocis Bancharijs, vt ex illis debitores non audiantur, niſi in vinculis, vel facto depoſito eiſdem recognitis nequaquam eſt odioſa, ſed fauorabilis.*

Extenſio ad alium ſimilem caſum indiſtinctè conceditur, quando diſpoſitio facta fuit, vt lites abbreuientur, ibidem.

Statutum factum pro abbreuiandis litibus dicitur fauorabile, ibid.

2928 *Extenſio datur quando ratio abbreuiandarum litium tantum contineatur in ſtatuto in fine ibidem, & 2929.*

2930 *Apoca qualiter in praxi recognoſcatur ob debitoris contumaciam, & 2931.*

OCTAVVS MODVS RECOGNOſCENDI ſCRIPTURAM PRIUATAM.

VLtimum modum recognoſcendi ſcripturã priuatã, nempe per contumaciam partis non indigere
2910 longa diſcuſſione, ſatis notum eſt; nam † debitor
citatur ad recognoſcẽdum apocam ſua manu ſcriptam,
vel ſubſcriptam, aut ſuo ordine ſcriptam, eoque non
comparente, fit decretum ad inſtantiam creditoris,
quod habeatur pro recognita, Coler. de proceſſ. exeq.
parte tertia, capit. primo, numero 95. & 138. ante eum
Corn. conſil. 229. libro tertio, numero decimo, Gail. de
recognit. ſigilli, practicar. obſeruat. libro primo, obſeru.
80. num. 6. quos probat Scaccia in octauo modo, dict.
capit. 11. de iudic. cauſ. ciuil. nu. 1055. & decretum prę-
2911 dictum † habet vim veræ, & realis recognitionis, vt
probant præcitati Doctores.

Extenditur concluſio etiam, vt hoc caſu non au-
2912 diatur debitor, niſi in vinculis, vel facto depoſito,
quia pragmatica in Regno, ex qua in Apocis Banci
non audiri debitores, niſi in vinculis, vel facto depoſi-
to diſpoſitum fuit, vt in pragmatica 64. de offic. pro-
cur. Cæſar. habebit etiam locum in Apocis Banchi per
contumaciam recognitis, vt in hoc octauo modo, Præſ.
de Franch. deciſ. 502. tota & Rebuff. Perez, & Guttier. &
Couarr. citati per eum.

Contra hanc extenſionem, & conſequenter con-
tra deciſ. Præſid. de Franch. faciunt ea, quæ congerit
2913 Maſull. ad Capic. deciſ. 139. numer. 12. dicens, opor-
tere recognoſci per teſtes apocam, vel per principalem,
vt exequeretur, pragmaticæ diſpoſitio, & ſic contra di-
ctam deciſio. Præſid. de Franch. eum in Sacro Conſil. in
aula D. Petri de Ver. obtinuiſſe pluries, ac Maſullum,
refert Ioan. Baptiſta Toro, in ver. Apoca, articulo non
diſcuſſo more incepto, & ratio principalis, qua mouetur
2914 Maſull. illa eſt, quia in odioſis † non fit extenſio, &
ſic de apoca recognita per principalẽ, aut teſtes, non fit
extenſio ad apocam recognitam in contumaciam debi-
toris, tanquam in odioſis.

Tu verò dicas deciſionem Præſid. de Franch. eſſe
non ſolum veram, ſed omninò vbique receptam in pra-
2915 ctica, itaque ſeruari, † vt in Regno teſtantur meritiſ-
ſimus Marchio Regens Tapia, ad ius Regni tit. de Apo-
cis, ſuper pragm. 64. de offic. procur. Cæſar. ſuperius ci-
tata num. 2. & doctiſſimus Rouit. ad eandem pragmat.
in nouiſs. commentar. num. 32. in ampliatione, & vbiq.
probant Scaccia dict. c. 11. modo ſeptimo, nu. 1055. &
ſapientiſſimus Auendan. de exequ. mand. part. 2. capit.
30. num. 4.

Nec motiuum Maſulli circa extenſionem in odioſis
eſt verum in caſu noſtro ex pluribus, tum & primo, quia
2916 etiam in odioſis † fit extenſio ex identitate rationis,
niſi diſpoſitio haberet dictionem taxatiuam, vt poſt
Bar. Bal. & alios probat Euerard. in loco à ratione in le-
ge larga, verſ. alias autem fieret extenſio, quem ſequitur
Farin. in fragm. crim. p. 1. verb. extenſio, n. 116. quodq.
2917 tãto magis procedit ſi odiũ † ſit rationabile, vt in d.
pragmatica, prout probat Oſaſc. deciſ. 67. poſt num. 8.
& ſequitur Farinacc. loco citato nu. 118. & inferius ex-
plicabitur.

Secundo fit extenſio etiam in odioſis, circa æquipa-
2918 rata, † & ſimilia, vt latiſſimè probat in vtroque caſu
poſt Euerard. in dd. locis Farinacc. in d. verbo extenſio,
num. 118. & ſequen. & num. 202. cum ſequen. at in iure
2919 communi æquiparantur recognitio † facta expreſsè
per principalem, & recognitio tacita per tacitum con-
ſenſum adhibitum per contumaciam in hoc caſu, vt in-
2920 ferius probabimus, at æquiparationem in ſolo † caſu
controuerſo ſufficere, dicunt Doctores, vt extenſio fiat;
Farinacc. in dd. locis, & quando per ius commune duo
2921 parificantur, † vel lato ſumpto vocabulo dictum in
vno procedit in alio ſemper admittitur extenſio, Oſaſc.
dict. deciſio. 67. numero nono; & pragmatica prædicta
vtitur verbo, *riconoſciute*, nihil de expreſſa recognitio-
2922 ne addito, idcirco appellatione recognitionis † la-
to ſumpto vocabulo, venit etiam recognitio per contu-
maciam facta, vt inferius probabitur, ergo licita exten-
ſio, & omninò facienda ex prædictis.

2923 Tertio illatiuè ad præcedentia, ſi recognitio † per
principalem, & teſtes facta dicatur vera, recognitio au-
tem per contumaciam facta dicatur ficta; tunc in odio-
ſis ſit extenſio, etiam de caſu vero ad caſum fictum ex
identitate rationis, cum vterque caſus ſit de iure com-
muni æquiparatus, cap. cum dilectus, & cap. ad audien-
* tiam, vbi Doctor. communiter de clericis non reſiden.
Tiraquell. de legib. connub. gloſſ. 7. num. 48. & gloſſ. 5.
numero 195. Oſac. deciſio. 92. num. 31. & in terminis
Farinacc. vbi ſupra num. 217. qui conciliándo contra-
ria numer. 219. dicit hanc opinionem omninò veram,
2924 quando † verus, & fictus caſus æquiparantur per ius
commune.
Et vtramque, huiuſmodi recognitionem de iure
communi eſſe æquiparatam patet, eo quod eundem
2925 producit † effectum recognitio expreſſa, per quam
conſiteri videtur debitor, quem producit tacita ob con-
tumaciam non reſpondentis; quia contumax citatus,
2926 vt ſcripturæ præſentatæ † conſentiat recognoſcen-
do, aut contradicat, videtur fateri contenta in ſcriptu-
ra, vt probauimus ſupra numero 2603. cum multis ſe-
quentibus & ſignanter numer. 2608. ac in proprijs no-
2927 ſtris terminis idem eſſe recognoſcere † expreſsè, vel
recognoſcere per contumaciam in iure communi
præuio decreto iudicis, præuioque mandato ad reco-
gnoſcendum nonnullis iuribus, & authoritatibus pro-
bat ſapientiſs. Auendan. de exeq. mandat. par. 2. cap. 30.
citato num. 4.
Sed non eſſe verum motiuum Maſulli, ex alio patet,
quia nos nequaquam ſumus in odioſis, immo ſumus in
2928 merè fauorabilius, † eo quod prællegata Regia
pragmat. 64. de offic. Procur. Cæſar. fundata eſt expreſ-
sè in mero fauore, dum in eadem pragmatica, §. *item ſi
ſupplica*, ſupplicatur, vt debitores apocarum Banci ne-
quaquam audiantur, niſi in vinculis, aut facto depoſito,
ad hoc vt lites nullatenus fiant immortales, vt ibi eſt vi-
dere; idcirco extenſio de vno ad alium ſimilem caſum,
vel diuerſum ex identitate rationis in quauis diſpoſi-
tione conceditur, vt lites abbreuientur, quia talis diſpo-
ſitio fauorabilis dicitur ad text. in l. terminato, Cod. de
fruct. & lit. expen. l. quidam examinauerunt in fine, ff. ſi
cert. petat. l. properandum, C. de iudic. cum alijs allega-
tis in noſtro propoſito per Neuizan. conſ. 5. nu. 35. Cot-
ta in mem. ver. lites, & in proprio caſu extenſionis Oſaſ.
deciſ. 22. num. 8. illa ratione, quia vnica tantum ratio li-
tium abbreuiandarum concurrit, ideo datur de vno ad
2929 alium † caſum extenſio, Oſaſc. vbi ſupra & Farinac.
d. loco nu. 91, ac in alijs locis, ex quibus deciſio Præſid.
de Franch. 502. vera, & recepta iudicatur.
2930 Modus autem recognoſcendi in contumacia † re-
fertur per Scacciam de commerc. & camb. §. 7. gloſſ. 2.
numer. 4. & 5. videlicet vt fiat duplex præceptum, & in
vltimo fiat comminatio, vt habeatur pro recognita, vt
deterius, & citato non comparẽte expeditur licentia de
exequendo, ita Scaccia in literis cambij loquutus loco
citato; de duplici etiam præcepto loquitur Rebuff. de
chirograph. & cedul. recogn. in rubr. num. 44. eandem-
que practicam refert Dom. Reg. Tapia citato ſuperius
loco.
Attamen in Regno, vt audiui, & vidi, proceditur per
trinum præceptum, & vltimum præceptum fit cum in-
ſerta forma apocæ recognoſcendæ, & citatur perſona-
2931 liter debitor ſi poterit, licet citatio domi vtique va-
lebit, vt Præſes de Franch. citata deciſ. 502. in fine; &
in vltimo præcepto interloquendo iudex dicit aliàs ha-
beatur pro recognita, vt deterius, modo vt latius in ſe-
quenti vltimo titulo numero 3255. cum multis ſequen-
tibus probabimus, & in ſtatuto hæc requirente, Monac.
deciſ. Lucen. 18. tota.

SVMMARIVM.

2932 *Apoca ſcripta per tertium ſine partium, & teſtium ſubſcriptione, quam faciat probationem contra debitorem, vel contra tertium.*

2933 *Apoca ſcripta per tertium ſi recognoſcatur per debitorem, an plenè recognita dicatur & 2934. & 2935. remiſſiuè, & qualiter.*

2936 *Apoca ſcripta per tertium, ſi ab eodem recognoſcatur an plenè recognita dicatur remiſſiuè.*

2937 *Apoca ſcripta per Notarium abſq. partium, & teſtiũ ſubſcriptione, ſi per eundem Notarium recognoſcatur nullo modo probat.*

2938 *Notarius non facit fidem, niſi de his, quæ coram ipſo tanquam Notario aguntur.*

2939 *Natario tranſumptanti, & exemplanti publicas ſcripturas ab eodem non factas, neque cuſtoditas nequaquã creditur.*

2939 *Notario facienti fidem ab alienas ſcripturas non creditur.*

2940 *Notario fidem facienti in apoca teſtibus ſubſcripta creditur, & qualiter.*

2941 *Notario fidem facienti ſuper veritate ſigilli alieni creditur.*

2942 *Apoca per tertium ſcribentem, & per teſtes videntes illam ſcribere recognita nequaquam probat.*

2943 *Apoca indiget partium, & teſtium, ſubſcriptione, vt euitetur fraus, & falſitatis ſuſpicio, declara, & diſtingue, vt ibidem remiſſiuè.*

2944 *Teſtes recognoſcentes ſcripturam, depouenteſque vidiſſe illam ſcribere plenè probant, ſi in ſcriptura contractus temporalis contineatur, vt puta mutui, ſecus ſi contineantur perpetui contractus, vt puta venditionis & ſimilium, numer. 2945. contra numer. 2946. cum ſequent.*

2946 *Auendan. de execution. mandat. par. 2. cap. 30. nu. 5. confutatur, & 2946. & 2947. & ſeq.*

2947 *Intellectus ad text. in §. ſi tamen quiſquam, authen. de inſtrum. caut. & fid. ſingulariter explicatur, numer. 2948.*

2949 *Apoca ſcripta per tertium de voluntate partium, & per teſtes ſubſcriptos ſic recognita plenè probat, remiſſiuè.*

2950 *Apoca ſcripta, aut ſubſcripta per principalem obligatum tantum qualiter recognoſcatur.*

2951 *Apoca recognita per debitoris acceptationem plenè probat.*

2952 *Debitor ſubſcribens ſcripturam dicendo confirmo, vt ſupra probat, & 2953.*

2952 *Apoca ſcripta, vel ſubſcripta tantum per debitorem idem obtinebit iudicium, cum idem dicatur ſcribere, vel ſubſcribere, & ſignanter, quando dicitur confirmo vt ſupra, & 2953.*

Apoca

2954 *Apoca ſcripta, aut ſubſcripta per debitorem tantum ſi per eundem recognoſcatur acceptando non probat reſpectu creditorum debitoris, ſed de veritate, remiſſiuè.*

2955 *Apoca ſcripta, vel ſubſcripta per debitorem tantum ſi negetur non probabit, & ſi probaretur per teſtes deponentes habere notam manum nu. 2956. ac etiam ſi probaretur per teſtes videntes ſcribere, num. 2957.*

2958 *Apoca vltro citroque obligatoria ſi vnius tantum partis ſubſcriptionem habeat, & acceptationem, nequaquã probabit etiam per alias probationes, & 2959. de veritate, num. 3150. cum multis ſeq.*

2959 *Apoca vltro citroque obligatoria requirit pro forma vtriuſque partis ſubſcriptionem, de veritate verò, num. 3086. cum ſeq.*

2960 *Scriptura carens debitoris ſubſcriptione an ſubſtineatur per ſigillum loco ſubſcriptionis poſitum.*

2960 *Sigillum publicum quam faciat fidem remiſſiuè.*

2961 *Sigillum poſitum in apoca per debitorem habetur loco ſubſcriptionis.*

Sigillum ponens videtur approbare, & conſentire ſi de veritate ſigillum conſtet ibi.

2962 *Sigilli explicatio.*

2962 *Sigillum poſitum in ſcriptura confecta de re ſpectante ad ipſum ſigillantẽ, conſtito de ſigillo, plenam fidem facit, & 2963.*

2964 *Sigillum alienum poſitum in ſcriptura de re ſpectante ad ſigillantem, ſi fuit in ſcriptura expreſſum, plenam facit fidem, & qualiter.*

2965 *Sigillans alienam ſcripturam proprio ſigillo videtur eam approbare; & ſemiplenè probare num. 2966. ſed probata veritate appoſitionis ſigilli plenam facere probationem, num. 2967.*

2968 *Sigilli appoſitio in ſcriptura loco ſubſcriptionis cenſetur.*

2969 *Sigillans poterit ſe deceptum dicere, & contrarium allegare.*

2970 *Sigillum iuris præſumptione probat ideo onus probandi in contrarium transfert.*

2971 *Sigilli vis conſiſtit in probando veritatem ſigilli.*

2972 *Probatio non oritur ſigilli quando prouenit facto debitoris, aut teſtium.*

2973 *Sigilli appoſitio verificari poterit etiam poſt concluſum in cauſa ſi negetur illum fuiſſe appoſitum per debitorem.*

2974 *Sigillum apponens poterit citari ad illud recognoſcendum etiam poſt monitum in cauſa.*

2975 *Sigillum habens authenticam Notarij plenè recognitum dicitur, ſi Notarius de appoſitione illius in ſui præſentia teſtificetur.*

Notarius ſi fecerit fidem in ſcriptura priuata tam ſuper appoſitione ſigilli, quam ſuper ſubſcriptionibus principalis aut teſtium ſigillum, aut ſubſcriptiones in ſui præſentiam eſſe appoſitum, aut factas plenam probationem ſigilli, aut ſubſcriptionum inducit, nec requiritur alia ſigilli vel ſubſcriptionum recognitio, ibidem & numer. 2976.

2977 *Sigilli appoſitio quam probationem inducat remiſſiuè.*

2978 *Sigillum ſignum, aut marcam denotant dominium ſigillantis in Ballis, aut mercibus ſignatis.*

2979 *Panni recognitio fit cum illa parua portione remanſa domino danti pannum ad cimandum.*

2980 *Scriptura ſcripta, vel ſubſcripta per debitorem vel per tertium ſolum teſtibus ſubſcriptis mortuis qualiter recognoſcatur.*

2981 *Scriptura priuata ſubſcripta per debitorem & teſtes, ſi teſtes ſint mortui plenè recognoſcitur per comparationem literarum de manu debitoris ſcribentis vel ſubſcribentis tantum, contrarium, num. 2982. conciliantur opiniones, num. 2983. de veritate autem, num. 2984. & 2985.*

2984 *Comparatio literarum mortuis teſtibus requiritur in ſcriptura priuata, tam ſuper manu debitoris, quam ſuper manu teſtium, & 2985.*

2986 *Scriptura priuata ſcripta per tertium abſque debitoris ſubſcriptione teſtibus ſubſcriptis mortuis, non ſufficit illam recognoſci per comparationem literarum ſuper manu ſcribentium, & ſubſcribentium comprobatur, nu. 2988. contrarium verius, num. 2989. cum ſequen.*

2986 *Recognitio facta per tertium ſcribentem de ſcriptura priuata non ſufficit & 2987. declarata 2992.*

2988 *Scriptura teſtibus ſubſcripta abſque debitoris ſubſcriptione duo pro recognitione requirit teſtium, ſcilicet, recognitionem, & literarum comparationem.*

2989 *Teſtibus ſubſcriptis in apoca, mortuis illorum mors cum ſequuta fuit Dei iudicio parti non imputatur, ideo per ſubſidiariam probationem comparationis literarum ſcriptura plenè recognoſcitur & 2990. 2991.*

2993 *Scriptura priuata ſi careat debitoris ſubſcriptione tunc requirit duo copulatiuè, ſcilicet, teſtium viuorum recognitionem, & literarum comparationem.*

2994 *Apoca legitimè recognita an habeat executionem paratam, ſuper quo articulo nihil, aut pauca reportauerunt Sigiſmund. Scaccia, & Nicol. Genua particulares tractatus ſuper huiuſmodi conficientes, ibidem.*

2995 *Apoca legitimè recognita habet executionem paratam extenditur etiam ſi recognita fuerit per contumaciam partis 2996. & 2997. extenditur ſecundo in qualibet ſcriptura priuata 2998.*

2999 *Apoca vt paratam habeat executionem ſolemnia recognitionis habere debet.*

Apoca recognita per teſtes deponentes de tenore ſcripturæ non habet paratam executionem, ibidem & & 3000.

3001 *Apoca debet verè, & ſimpliciter recognoſci, hoc eſt iterum cognoſci.*

Recognoſcere dicitur iterum cognoſcere, ibid.

3002 *Apocæ recognitio ſi legitimè fuerit impugnata per recognoſcentem executionem paratam non haberet.*

3003 *Apoca tota recognoſci debet ad hoc, vt paratam habeat executionem.*

3004 *Apoca continere debet numerationem, non autem confeſſionem debiti, vt paratam executionem habeat.*

3005 *Apoca expreſsè recognoſci debet, non autem per ſilẽtium debitoris, vt paratam habeat executionem, niſi præcepta Iudicis procedant, & 3006.*

3007 *Executio parata, quam ſcriptura priuata recognita habet, fieri debet de contractu expreſſo in eadem ſcriptura non de tacito, & qualiter cum ſeq.*

3008 *Executio parata datur tam contractui expreſſo, quam tacito, & qualiter, & 3009.*

3009 *Actio pro tacito contractu durat durante expreſſo.*

3010 *Apoca debet recognoſci per principalem debitorem, non autem per tertium ſcribentem, vt paratam habeat executionem, & qualiter ibidem remiſſiuè.*

3011 *Apoca debet recognoſci per legitimam perſonam, vt paratam habeat executionem.*

3011 *Apoca debet continere cauſam debiti vt paratam habeat executionem, & 3012. quamuis per confeſſionem debitoris recognoſceretur, nu.3013. declaratur in ſcriptura continente iuramentum num.3014. ſed qualiter ibidem remiſſiuè.*

3015 *Apoca recognoſci debet coram Iudice competente, vt paratam executionem habeat, & in iudicio etiam extra locum tribunalis, nu.3016.*

3017 *Apoca vt paratam executionem habeat per recognitionem faciendam non debet eſſe antiqua, & ſic non debent eſſe tranſacti anni decem, extenditur etiam ſi fuerit recognita, num.3018.*

3018 *Recognitio non tollit præſcriptionem, quia videtur recognitum debitum, vt præſcriptum, ibid.*

2019 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponi poterit in actu recognitionis facienda de ſcriptura priuata, & non poſt recognitionem factam contrarium, & verius, n.3020. cum ſequen.*

3020 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponitur etiam poſt recognitionem ſcripturæ factam, & 3021.*

3021 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponitur aduerſus quodlibet inſtrumentum paratam executionẽ habens.*

3022 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponitur aduerſus quamlibet ſcripturam paratam executionem habentem.*

Executio parata vt impediatur idem operatur ſcriptura publica ſicut priuata, & qualiter ibid.

3023 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non opponitur per debitorem confitentem debitum in recognitione ſcripturæ.*

3024 *Reconuentio non admittitur poſt factam recognitionem ſcripturæ.*

3025 *Reconuentio non admittitur in caſibus, in quibus Iudicis officio agitur.*

3026 *Reconuentio non admittitur in ſummarijs iudicijs.*

3027 *Reconuentio, quando admittatur in ſummarijs, & executiuis.*

3028 *Apellatio non admittitur à decreto de recognoſcendo ſcripturam.*

3029 *Citatus non grauatur cum de facto ſuo interrogatur.*

Appellatio non admittitur à decretis paratam executionem habentibus, ibid.

Appellatio, quæ de iure non admittitur intelligitur de ſuſpenſiua, ibid.

3030 *Recognitio ſcripturæ in actis præſentatæ quando, & qualiter fiat, & ſeq.*

3031 *Scriptura in actis præſentata, quæ habet debitas ſolemnitates, & ex ſui facie fidem facit in omni parte iudicij, poterit recognoſci etiam per teſtes, aut alias probationes coadiuuantes ſcripturam prædictam.*

3032 *Scriptura in actis præſentata ex ſui facie aliquale faciens adminiculum in omni parte iudicij poterit recognoſci per probationes eandẽ ſcripturam coadiuuantes.*

3033 *Scriptura in actis præſentata nullam ex ſui facile probationem, nullumque adminiculum faciens nequaquam facta concluſione recognoſcitur per alias probationes eandem coadiuuantes, niſi per principalis recognitionem tantum.*

3034 *Citatus ad recognoſcendum ſi indebitè recognitionem impediat, iniuſtèq. ſe opponat in ſui odium ſtabitur ſcripturæ non recognitæ, ſecus verò ſi debitè ſe opponat, quæ oppoſitio ſit in omni iudicij parte, num.3035.*

3035 *Debitor citatus ad recognoſcendum poterit debitè ſe opponere etiam in allegationibus iuris, & poſt ſententiam.*

QVÆSTIONES CIRCA materiam recognitionis.

VEruntamen vt nihil intactum relinquatur in hac materia non parum foreſi, & vt totaliter eius omnes partes explicentur; ex omnibus ſuperius dictis infraſcriptas reaſſumere volui concluſiones, eaſq. melius diſſerere, ſequendo ordinem eiuſdem Scacciæ vt in principio, poteſtatum fuit.

Prima ſe offert concluſio firmanda ex hoc quæſito
2932 videlicet, ſi apoca ſit ſcripta per tertium † ſine partium, & teſtium ſubſcriptione, an probet contra debitorem, & quid contra tertium.

Pro cuius reſolutione duo ſunt diſtinguendi caſus, nam aut recognoſcitur per debitorem, aut verò per illum tertium ſcribentem.

Sin verò recognoſcatur per debitorem, & tunc alij duo veniunt etiam diſtinguendi caſus, nam aut debitor
2933 recognouerit † dicens apocam eſſe ſcriptam ab illo tertio, & nihil eſſet probatum, quia aliud eſt acceptare ſcripturam eſſe ſcriptam per ſcribentem, aliud verò ac-
2934 ceptare † ſcripturam, & contenta in ea eſſe vera, vt ſuperius num.2639. ſatis probatum fuit, & denique numer. ſequentibus declaratum.

Sin autem per debitorem recognoſcatur veritas ſcripturæ, tunc recognitionem pleniſſimam fidem facere,
2935 † ex traditis ſuperius nu.2617. & 2645. ac alibi, benè probatum fuit; & quomodo hæc amplientur, & limitẽtur, latè declaratum fuit ſupra eodem primo modo recognoſcendi, nu.2641. cum ſequen. ac in omnibus præcedentibus numer.

In ſecundo autem principali caſu, quando ſcriptura
2936 recognoſcitur per tertium ſcribentem, & tunc † dicas quæ plenius notauimus ſup. in ſecundo modo recognoſcendi num.2726. cum infinitis ſequentibus.

Extenditur concluſio dicto loco firmata, num.2729. & ſeq. procedere quamuis apoca fuiſſet ſcripta per pu-
2937 blicum Notarium demum recognoſcentem, † quia vtique non probabit, eo quod illam ſcripſit non ſolemnem in publica forma vti notarius, ſed vti perſona priuata, Maſcard. concluſ. 1301. num.9. Scaccia d. cap. 11. nu.1075. cum multis ſeq. Genua, lib.2. de ſcrip. priuat. tit.3. num.7. cum alijs ſequent. illa etiam ratione, quia
2938 Notarius non poteſt facere † fidem, niſi de his, quæ coram ipſo vti Notario in actu, de quo rogatur, aguntur, ac in alijs nulla adhibetur alia fides, niſi ea, quæ adhibetur cuilibet aliæ priuatæ perſonę, plenè Valaſc. conſult.89. num.3.

Subextenditur extenſio etiam ſi notarius exemplaſſet ſcripturas publicas, non autem cuſtoditas per eum,
2939 quia † tunc Notario has ſcripturas tranſumptanti non daretur fides, eo quod ei non creditur facienti fidẽ ad alienas ſcripturas Felin. in c. vltimo, nu.13. de fid. inſtrum. Boer. deciſ. 36. num.4. & 5. ac alij relati per Stephan. Gratian. diſcept. foren. tomo 2. cap.268. num.34. & ſequent.

Re-

Reſtringitur extenſio, vt ea non procedat, quando
in apoca priuata à teſtibus ſubſcripta Notarius etiam
2940 † ſe ſubſcribat, & faciet fidem vti Notarius, tunc fi-
des reſultat ab eo, vti Notario, prout ſingulariter reſol-
uit Steph. Grat. deciſ. 104. quem probat Doctiſs. Rouit.
ad pragm. 1. de notar. matricul. num. 25. quodque pro-
batur authoritate Franc. Marc. deciſ. 990. nu. 5. & Me-
noch. de præſump. lib. 2. præſump. 57. nu. 15. dicentium
2941 fidem † notarij factã ſuper veritate ſigilli in ſcriptu-
ra priuata plenè probare; vt inferius num. 2975. & ſeq.
dicemus.

Extenditur ſecundo principalis concluſio, etiam ſi
2942 cum recognitione † tertij ſcribentis concurrat trium
teſtium depoſitio, dicentium vidiſſe ſcribere tertium il-
lum præfatam apocam in præſentia partium de eorum
commiſſione; quia tunc nec plenè eſſet ſcriptura proba-
ta illa ratione, quia vt euitetur fraus, & falſitatis ſuſpicio
2943 † ſemper apoca indiget partium, & teſtium ſubſcri-
ptione vt ex ea reſultet plena probatio; vt ex Rom. conſ.
204. Rip. in l. admonendi, numero 106. fallent. 4. ff. de
iure iurand. & ex Barth. Soccin. Alexand. Crauett. &
* alijs, communiter teneri dicunt Menoch. dict. caſ. 114.
numero ſecundo, & clarius Scaccia dict. cap. vndecimo,
numero 1086. cum ſequen. & numero 981. tu verò di-
ſtinguas, prout latius declarauimus ſupra in quarto mo-
do recognoſcendi, numer. 2763. cum omnibus ſequen-
tibus numer. vſque ad finem, vbi habebis totam hanc
materiam declaratam cum extenſionibus, & illationi-
bus, verum notabis infraſcriptam proximam reſtrictio-
nem, quam omiſimus ponere in citato loco.

Reſtringitur tamen hæc extenſio, ſi teſtes prædi-
2944 cti viderint ſcribere Apocam, † & in ea continea-
tur contractus temporalis, vt puta mutuum, aut com-
modatum, aut ſimilis alius temporalis contractus, quo
in caſu plenè probarent teſtes, etiam ſi fuerint duo;
quod ſecus erit, ſi in apoca contineantur contractus
2945 † perpetui, nempè venditio, aut alius ſimilis perpe-
tuus contractus, quia tunc procederet extenſio, & ſic
non facerent probationem, ita ſingulariter doctiſſi-
mus Auendan. de exeq. mandat. parte ſecunda, capit.
30. numero quinto, verſicul. & in iſta materia, ad quod
probandum allegat text. in dict. §. ſi tamen quiſquam,
authent. de inſtrum. caut. & fid. Bart. in auth. at ſi con-
tractus, C. de fid. inſtrum. Abb. in c. ſecundo, eodem tit.
& Iaſonem in dict. l. admonendi, in 2. repetit. num. 88.
verſ. item mirum.

Ego autem dico hanc reſtrictionem eſſe ſatis ſin-
gularem, ſi ea vera fuiſſet, tamen dubito de veri-
2946 tate, quamuis authoritas Auendani † ſit ſatis
nota; eo quia ſi vera foret deſtrueret omnia per
Doctores cumulata in hoc articulo, & per nos ſu-
perius in quarto modo recognoſcendi relata, im-
mo Bar. ſuperius adductus nullam facit diſtinctio-
nem contractus temporalis, aut perpetui, prout
nec tali diſtinctione vtuntur reliqui ſuperius per
Auendan. citati, inſuper dico veritatem contrariæ
opinionis ſcilicet, hos teſtes nequaquam probare ple-
nè, etiam in contractu temporali apparere, per eun-
2947 dem † text. in dict. §. ſi tamen quiſquam ci-
tatum per Auendan. eo quod Imperat. ibi his vti-
tur verbis ideſt, (*ſi tamen quiſpiam aut deponens; aut
mutuans, &c.*) ex quibus patet tex. loqui expreſsè in con-
tractibus temporalibus, & demum volens idem Impe-
rator demonſtrare fidem, quam facit ſcriptura priuata,
continens prædictos contractus temporales, aut quoſuis
alios, quando ipſa ſcriptura nõ haberet teſtium ſubſcri-
ptiones, ſubſequitur per hæc verba videlicet, *aut præſen-
tia teſtium, coram quibus contractus eſt factus*; ideo Im-
perator expreſsè dicit teſtes videntes, illo tunc probare
plenè, quando ijdem deponunt de contractu, non au-
tem de ſcriptura, & per hoc dixit, *coram quibus contra-
ctus eſt factus*; itaque communiter eſſe intellectum il-
lum textum, vt in dicto quarto modo recognoſcendi,
notatum fuit, & ita loquitur Bar. in d. auth. at ſi contra-
2948 ctus, † allegatus per Auenda. ex quibus dignoſcitur
authoritates allegatas per Auend. probare contrarium.

Secundo principaliter ſe offert diſcutiendum, vt ex
inde deſumatur concluſio; quando apoca manu tertij
conſcripta ſit ſubſcripta trino teſte, qui recognoſcendo
2949 dicant † apocã ſcriptam, & ſubſcriptam de partium
voluntate, quo in caſu plenam ex his oriri probationem
notauimus latè in quinto modo recognoſcendi numero
2789. cum multis ſeq. & proſequitur latiſſimè Scaccia
d. cap. 11. num. 199. in toto articulo.

2950 Tertio quid apoca ſcripta, † aut ſubſcripta ab vtra-
que parte in actu vltrocitroq; obligatorio, vel à debito-
re tantum in actu reſpiciente fauorem creditoris tan-
tum; & tunc diſtinguendi ſunt duo caſus, & illorum pri-
mus erit; ſi debitor acceptauerit, & recognouerit prædi-
ctam apocam; ſecundus autem ſi negauerit.

In primo caſu breuiter reſpondebitur, talem reco-
2951 gnitionem † plenam fidem facere ex traditis ſupra
in primo modo recognoſcendi nu. 2617. cum alijs ſeq.
& ſignanter num. 2619. cum omnibus ſequent. & pro-
bant Scaccia d. cap. 11. num. 546. ac nu. 1132. Menoch.
præſump. 66. lib. 3. & Surd. deciſ. 137. penes quos habe-
2952 tur idem eſſe ſcribere, † quam ſubſcribere, eo quod
valet præſens recognitio, quãuis ſcriptura nõ ſit ſcripta,
ſed tantum ſubſcripta per recognoſcentẽ, prout idẽ eſ-
ſet, ſi apoca fuiſſet per tertiũ ſcripta, & ſubſcripta, de or-
dine verò debitoris, & ſignanter procedit quando ſub-
2953 ſcribens principalis diceret in ſubſcriptione, † con-
firmo vt ſupra, Molfeſ. ad conſuet. Neap. par. 8. quæſt. 4.
num. 6. & 7.

Reſtringitur tamen concluſio vt ea non procedat
2954 contra † tertium habentem publicum inſtrumẽtum,
vt ſuo loco probauimus, & vltra alleganda ibi, pro abſo-
luto refert Monach. deciſ. Florent. 56. nn. 3. de veritate
verò inferius num. 3171.

In 2. vero caſu, quando ſcriptura negaretur; tunc eã
2955 non probare † ſatis in pluribus locis notatum fuit, eo
* quod communiter tenetur per omnes Doctor. in dict. l.
admonendi, vt in ea refert Ripa, n. 96. verſ. priuata ſcri-
ptura, & latiſſimè teſtantur Genua de ſcriptura priuata
lib. 1. toto, & in 2. libro tit. 1. caſu 4. num. 23. & Scaccia
d. cap. 11. num. 1133.

2956 Extenditur concluſio, etiam ſi ſcriptura † negata
probaretur per teſtes dicentes habere notam manum,
modo vt ſuperius ſatis notatum fuit in tertio modo re-
cognoſcendi num. 2746. cum alijs ſequentibus.

2957 Extenditur ſecundo, etiam ſi probaretur per † teſtes
deponentes in eorum præſentia eſſe ſcriptam, vt decla-
rauimus in quarto modo recognoſcendi, nu. 2753. cum
alijs ſeqq. & demum ſup. in 1. concluſione nu. 2949.

Extenditur tertio in ſcriptura vltrocitroque obli-
2958 gatoria, † quo in caſu, nec ea probaret contra vnum
tantum ſubſcriptum ſi per alias probationes, quam per
partis acceptationem probaretur, ſi deficeret alterius

partis ſubſcriptio, eo quod pro forma in huiuſmodi
2959 ſcriptura requiritur vtriuſque ſubſcriptio † ad text.
in l.ſcripturas, C.qui pot.in pign. hab. vt poſt Roman.
conſ.205.Imol.& Felin.in c.2.de fid. inſtrum. dicentes
quod apoca concernat vtriuſque partis præiudicium in-
diget vtriuſque etiam ſubſcriptione ob formam tradi-
tam per Imper. in d.l.ſcripturas, ex quibus alijs medijs
demum extenſionem noſtram probat Scaccia.dict.cap.
11.num.1116. cum alijs ſequent. ſed de veritate infe-
rius num.3082.3086. & ſequen.ac nu.3150.cum mul-
tis ſequentibus.

Quarto quæritur, ſi ſcriptura careat partis ſub-
2960 ſcriptione † an probetur per ſigillum debitoris per
eum poſitum loco ſubſcriptionis, pro reſolutione quæſi-
ti omittitur diſcuſſio facienda de fide ſigilli publici ſpe-
ctantis ad diuerſa extra noſtrum propoſitum, de quo
poſt Maſcard.concluſ.1309.latè & ſingulariter pertra-
ctat Menoch.de præſump.libro 2.præſump.57. num.1.
vſque ad num.30.excluſiuè.

Quo verò ad priuatum ſigillum ad cuius explicatio-
nem labor noſter dirigitur, dico ſi fuerit poſitum per
debitorem loco ſuæ ſubſcriptionis in apoca, dicitur il-
2961 lud † habere vim ſubſcriptionis, quia qui ponit ſigil-
lum, videtur approbare, & conſentire quando conſtat
de veritate ſigilli, vt poſt Roman.conſil.303.Crauet.
de antiq.tempor.ver.quæritur num.44. cum multis ſe-
quent. Decium in c.2.de fid.inſtrum.num.31.& 64. &
Menoch. de arbitrar. caſ.113. num.10. probat Scaccia
de iudic.cauſ.ciuil.dict.cap.10. num.1159. & ſequent.
artic.6.

Sed vt ſigilli quoque materia plenam habeat expli-
cationem pro ipſius probationis ſcitu, & intelligentia,
infraſcripti ſunt conſiderandi caſus, notati per infra al-
legandos authores, quorum ille erit primus, nempe,
2962 quando ſigillans † ſigillauit ſcripturam confe-
ctam de re ſpectante ad ipſum ſigillantem, & conſtat ſi-
gillantem proprio ſigillo ſigillaſſe. Secundus quando ſi-
gillum adhibetur ſcripturæ de re propria confectæ, & ſi-
gillus non eſt ſigillantis, ſed alterius.

Tertius erit caſus, quando quis proprio ſigillo ſigillat
alterius ſcripturam.

Ad primum caſum datur certa, & clara reſponſio,
2963 quia ſigillum plenam fidem abſque dubio facit † ex
traditis ſup.num.2958.ac probant Rimin.ſen. Bald. &
Franc. quos cum alijs congerit Menoch. de præſumpt.
citato ſuperius loco, num.30. idemque firmant omnes
relati per Maſcar.citata concl.1309.in principio.

Secundo verò caſu; ſi ſigillans expreſſerit cauſam,
ob quam alieno ſigillo ſigillauit vt puta, quia proprium
non habebat, & de voluntate domini ſigilli ſigillauit
2964 tunc ſi conſtat † de his per recognitionem, aut per
aliam probationem vtique ſigillum iudicatur tanquam
ſubſcriptio, & plenam parit probationem, ita omnes ci-
tati per Gabr.de præſumpt. concl.4. num.15.19.& 20.
Maſcard.dict.concluſ.1309.nu.18. cum multis ſequen.
* vbi tripliciter declarat & communem opinionem dicit,
taliter quod ſigillans cauſam exprimat; & proprium ſi-
gillum paratum non habeat, idemq. probat Menoch.in
citata præſumpt.57. num.31.

2965 In tertio verò caſu, an ſigillans approbaſſe † alie-
nam ſcripturam videatur, non omnium eadem eſt ſen-
tentia, & intelligo hunc caſum eſſe proprium noſtrum,
quia debitor ſigillat apocam creditoris, prout ſic loqui
inferius citandos Doctores, patet; quorum aliqui dixe-
runt cenſeri approbatam alienam ſcripturam per ſigil-
lum proprium, vt poſt gloſſ.in l.ſi procuratorem abſen-
tem, ff.de procur.notauerunt Caſtrenſ.in d.l.num.5.ac
alij, nec non & Cyn.Bald.Salic.Alberic. & alij in l.2.C.
de reb.eccleſ.non alien.ac Bart.Alexand.& Iaſ.in l.quæ
dotis, ff. ſolut. matr. Bald. Abb. Imol.& Dec.in c.2.de
fid.inſtrum.Aufrer.ad Capell.Tholoſ.deciſ.24.Crauet.
de antiq.temp.d.ver.quæritur,num.47.cum ſequen. &
Tiraq. Marſ.Aretin.Arch. & alij, quos omnes citat Me-
noch.de præſumpt.citata præſump.57. num.32. & 33.
libro 2.

Alij autem nempè, Salicet. Alberic. Socin.& Felin.re-
lati per Menoch. loco ſæpius proximè allegato, nu.34.
2966 dicunt hoc ſigillum † ſemiplenè probare contra ſigil-
lantem.

Tertia eſt opinio, quam probant Purpurat.in dict.l.
admonendi, num.177.Crauett.dict.ver.quæritur num.
44.& Gabr. dict.concluſ.4.nu.2. & 3. dicentes plenam
2967 ſigillum † in hoc caſu facere probationem, ſi probe-
tur veritas appoſitionis ſigilli.

Quibus opinionibus relatis Menoch.d. præſump.
57.num.36. probat primam opinionem, ex qua proba-
tum eſt præſumi approbationem ſcripturæ per ſigillum
2968 appoſitum † ad inſtar ſubſcriptionis, quam ego ve-
* riorem, & receptiorem dico, eo quod ſemper ſigillans
2969 poterit probare ſe aliud ſenſiſſe, † vel ſigillaſſe va-
cuum folium, aut non legiſſe, vel alio modo ſe dece-
ptum, prout idem Menoch.in numer.ſequen.extenden-
do & reſtringendo poſt Gabr. dicto loco, & vltra Ma-
ſcard. vbi ſupra ſingulariter declarat, ideo probatio
hæc ex iuris præſumptione oritur, quæ transfert o-
2970 nus † contrarium probandi in negantem vulgatis
regulis.

Nec mouet dictum Purpurat. & ſequacium, di-
2971 centium totam vim conſiſtere in probanda † veri-
tate ſigilli, qua probata ſigillum plenè probare nullus
negare poterit, quia benè reſoluit Menoch. citato loco
2972 dicendo probationē illam prouenire † à teſtimonio
teſtium probantium veritatem ſigilli, vel à teſtimonio
debitoris, ſeu ſigillantis recognoſcētis ſigillum, non au-
tem à virtute ſigilli.

Infertur tamen ex ſuperius dictis poſſe probari ve-
ritatem ſigilli, ſeu illud fuiſſe appoſitum per ſigillan-
2973 tem, etiam † poſt concluſum in cauſa, ſi negatum
fuiſſet, Maſcard.citata concluſio.1309.numero 55. &
2974 poterit citari ſigillans † ad recognoſcendum etiam
poſt monitum ad dicēdum ex traditis in ſimili per Ge-
zarell.deciſ.42.prout dicemus inferius.num.3030.cum
ſeq.& in terminis Affl.deciſ.271. nu.3.& 4.ver.in con-
trarium.

Reſtringitur tamen hæc illatio, vt non procede-
2975 dat, quando † ſuper veritate ſigilli Notarius feciſ-
ſet fidem in eadem ſcriptura, teſtificando in ſui præſen-
tia eſſe ſigillatam tali ſigillo, per talem, vt ſolitum eſt
fieri, quando Notarius authenticat per fidem ſubſcri-
ptionem principalis, aut teſtium dicens *in quorum fidem
proprij mei ſigilli munimine*, &c. vel alio ſimili, & con-
ſueto modo, vt tetigi ſupra numero 2940. & ſequent.
2976 quia tunc talis anthentica ſeu Notarij † fides per
eius ſignum plenè probabit ſigillum, aut ſubſcriptio-
nem, nec requireretur alia probatio, vel recognitio,
ita Bart.omnium magiſter in l. ſi procuratorem, num.
3. ff.de procurat.quem probant Franc.Marc. dec.990.
nu.5.& Aufrer.ad Capell.Toloſ.dec.24.idemq. firmat
Menoch.

Menoch. citata præſumpt. 57. num. 15. poſt Dec. in c. poſt ceſſionem de probat.

2977 Limitationes verò, & extenſiones † ad opinionem firmatam ſuperius n. 2968. congeruntur latè per Gabr. citata concluſ. 4. de præſump. Maſcar. allegata concluſ. 1309. Menoch. allegata præſumpt. 57. & per Gratian. diſcept. Forenſ. to. 1. cap. 162. nu. 1. cum multis ſeqq. illos in occurrenti conſulas, ac Scacciā d. c. 11. nu. 1162.

2978 Vnum tantum finaliter notabis, ſigillum † ſignum, vel marcam denotare dominium ſigillantis, & ipſius eſſe ballas, aut merces ſignatas, quæ tali ſigno ſignatę reperiuntur Strach. de mercat. par. 2. n. 11. & 71. & Surd. conſ. 61. volu. 1. nu. 28. notauimus ſuper tit. de Epiſtola nu. 1157. & alia ibidem.

Aliud etiam ſingulariter notabis recognitionem pan

2979 ni † dati ad cimandum fieri cum illa parua portione remanſa domino, Boer. deciſ. 205. nu. 8. & Gratian. diſcept. Forenſ. tom. 3. cap. 500. num. 10.

Quinto principaliter quæritur, quomodo, & qualiter priuata ſcriptura habens teſtium ſubſcriptiones, teſtibus mortuis probet, pro cuius reſolutione duæ veniunt inſpectiones conſiderandæ, & ipſarum illa erit prima, quando ſcriptura eſt ſcripta, aut ſubſcripta † per

2980 debitorem, ſecunda autem inſpectio erit, ſi ſcriptura fuerit ſcripta per tertium abſque debitoris ſubſcriptione.

2981 In prima inſpectione, ſatis erit plenè probata † ſcriptura ſi recognoſcatur manus debitoris ſcribentis, aut ſubſcribentis, per literarum comparationem, Caſtrenſ. in l. admonendi ff. de iur. iur. nu. 42. & conſ. 134. nu. 1. lib. 1. Soccin. conſ. 33. nu. 5. & conſ. 41. nu. 9. & nu. 10. lib. 1. & Crauett. de antiq. temp. ver. quæritur nu. 54. & 63. quos probat Scaccia de iudic. cauſar. ciuil. d. cap. 11. n. 1163. & Bar. Butr. Alex. Iaſ. Rip. Purpur. & Ludouic. Alfer. allegatis, comprobat Genua de ſcrip. priuat. lib. 2. tit. 1. nu. 163. cum multis ſequentibus, idemque probant Fulgoſ. in d. l. admonendi Rom. Cato Sachus, Ptolom. & Curt. relati per Farinacc. in fragm. criminal. p. 1. ver. comparatio num. 519.

2982 Contrarium, & ſic † literarum comparationem non probare in hoc caſu, reſponderunt Cin. Alex. & Vrſill. ad Affl. relati per Farinacc. loco citato num. 518.

Atidem Farinacc. ſatis probabiliter, & benè conciliat, vt prima opinio procedat quando literarum † cō-

2983 paratio ſit magna in ſimilitudine, ſecus verò ſi fuerit modica, quia procederet ſecunda opinio, prout & idem Farinacc. conciliat citato loco num. 520. idemq; ſentit Scaccia d. cap. 11. numer. 1007. limitat. 2. dum probat Rip. in d. l. admonendi num. 112. & 113. & vt probauimus latius ſupra num. 2840. cum ſeq. in 6. modo recognoſcendi.

Sed ſuper hac prima inſpectione, quam diuidendo, & diſtinguendo probauit Scaccia d. num. 1163. aduer-

2984 tendum erit, neminem † ex allegatis per Scacciam in d. loco dicere comparationem literarum, manus debitoris tantum ſufficere ad plenam probationem, niſi Crauett. conſ. 158. num. 7. eo quod reliqui omnes ſuperius citati, & quos citauimus in allegato 6. modo recognoſcendi num. allegato 2840. & ſeq. loquuntur Generaliter, prout Bart. in d. auth. at ſi contractus ſub nu. 8. C. de fid. inſtrum. anteſignanus huius opinionis generaliter loquutus fuit non apериendo, ſi comparatio fieri deberet de manu debitoris tantum, vel etiam teſtium, imò teſtium etiam requiri, expreſsè dicit Genua citato titulo primo, num. 164. & ſequ. citans Rebuff. de Chirogr. recogn. nu. 30. at Crauetta in d. conſ. 158. nihil aliud dicit, niſi quod mors teſtium habebit vim recognitionis, quod verum nullatenus dici poterit, ideo dico opinionem Scacciæ iure non probari, ſed omninò

2985 † requiri literarum comparationem, tam ſuper manu ſcribentis, quam teſtium ſubſcriptorum.

In ſecunda verò inſpectione prima facie reſponden-

2986 dum eſſe exiſtimo non ſufficere † literarum comparationem, quia ſi ille tertius viueret adhuc eidem recognoſcenti ſcripturam per eum ſcriptam dicēdo veram, non credendum probauimus ſupra in 2. modo recognoſcendi nu. 2729. cum ſeq. fortius erit dicendum non cre-

2987 di ſcripturæ eiuſdem, & ſic voci mortuæ † vulgatis regulis per nos ſupra ſæpius adductis.

Comprobantur hæc, quia quando deficit ſubſcriptio

2988 † partium, requirūtur duo copulatiuè, vt puta teſtiū recognitio facta de eorum ſubſcriptionibus, ſecundò quod iuuetur literarum comparatione, vt ex Bar. Abb. Calcan. Crauet. & Coler. probat Scaccia d. c. 11. n. 1106

2989 Quibus tamen non obſtantibus contrarium verius † dicit Scaccia d. cap. 11. nu. 1166. ver. contraria, concludens ſufficere literarum comparationē de manu tertij ſcribentis, & teſtium ſubſcriptorum mortuorum, aut abſentium, ad plenam probationem faciēdam, eo quod

2990 mors ſequuta † iuſto Dei iudicio, non imputatur parti, & propter tot ſubſcriptiones remouetur omnis ſuſpi-

2991 cio, & recipitur ſubſidiaria probatio † per comparationem, idemque probarunt Coler. de proceſſ. exeq. par. 3. cap. 1. num. 137. ver. ſexto fallit adductus per eundem Scacciam, & Genua. d. lib. 2. tit. 3. n. 83. & 84.

2992 Teneas hanc vltimam opinionem † tanquam veram & ęquiorem, & reſpondebis primo obſtaculo, illud non obeſſe, poſtquam procedit † quando vnicus, & viuus deponeret ſuper ſcriptura abſque alia teſtium ſubſcriptione; & ſecundum obſtaculum poſitum in compro-

2993 batione, neque obſtabit, quia procedit † quando teſtes ſunt viui, & recognoſcunt, eo quod copulatiuè requiritur literarum comparatio de manu ſcribentis etiā, ita enim loquuntur Doctores in d. comprobatione allegati, quos refert Scaccia ibidem citatus & expreſſius Gratian. diſcept. Forenſ. tom. 1. cap. 183. nu. 18.

2994 Vltimo quæritur, an ſcriptura priuata † legitimè recognita exequutionem paratam habeat contra debitorem, ad cuius neceſſarij quæſiti, reſolutionem, Genua & Scaccia, quorum vterque confecit particularem tractatum de ſcripturis priuatis, nihil, aut pauca dixerunt, nam Genuā tantum reperio reſpondentem in d. tract. de ſcript. priua. lib. 1. quæſt. 14. num. 15. fol. 55. in magnis, & pro reſponſione ſe remittentem Valaſc. conſult. 170. vol. 2.

Tu autem dicas Apocham legitimè recognitam,

2995 † habere exequutionem paratam, vt poſt Corn. conſ. 296. nu. 9. & 10. lib. 3. probauerunt Rebuff. de chirogr. recogn. nu. 17. Andr. Gail. obſeruat. 80. num. 6. libro 1. Manſuer. in prax. de dilat. num. 9. Boer. deciſ. 295. parte 2. num. 15. Vrſill. ad Affl. deciſ. 85. nu. 5. Caſſan. & Affl. quos citat, & probat Auendan. de exeq. mand. in inferius citando loco, numero 14. ver. ceſſante, D. Franc. del Caſtill. deciſ. 109. num. 36. tom. 2. & latius Stephan. Gratian. diſcept. Forenſ. in citato capit. 183. tom. 1. num. 10. ac in nonnullis alijs numer. alios cumulat, ſed non ſic clarè decidētes, Viſcontus in concluſ. fol. 255. poſt hæc ſcripta viſus.

Exten-

2996 Extenditur hæc concluſio procedere etiam † ſi A-
pocha fuerit recognita per contumaciam debitoris, vt
probauimus ſupra in vltimo modo recognoſcendi nu-
mero 2907. cum omnibus ſequentibus, vbi latiſſimè,
& in Apocha priuata loquuntur omnes citati per Præſ.
de Franch. in allegata deciſione 502. & Auendan. ibi-
dem allegatus parificantes modos hos recognoſcendi
2997 ſcilicet, † expreſſum, & tacitum, idemque firmant
quaſi omnes proximè in concluſione citati, & in ſpecie
Gratian. d. cap. 183. nu. 26. ver. ex iſtis.
2998 Extenditur ſecundo, in qualibet ſcriptura † priuata,
vt præcitati Doctores, & in ſpecie Gratian. vbi ſupra nu.
9. & 10. qui loquitur in computis recognitis.

Reſtringitur tamen concluſio prædicta, eam proce-
dere infraſcriptis tamen conditionibus, & requiſitis con
2999 currentibus, & illud primum nempe vt Apocha † ha
beat ſua ſolēnia recognitionum ſuperius deſcriptarum,
taliter quod ſi probaretur per teſtes deponentes de te-
nore, tunc ex eo, quod iſto caſu teſtes probant, non au-
tem ſcriptura, vt ſuperius pluries probauimus, Apocha
3000 non habebit † paratam exequutionem; quodque e-
tiam probat Scaccia d. cap. 11. nu. 1094. in prima con-
cluſione, licet loquatur in ſtatuto.

Secundo, requiritur, quod debitor recognoſcens ve-
rè, & ſimpliciter recognoſcat, hoc eſt iterum, & de no-
3001 uo † cognoſcat, eo quod cum miniſterio poſita fuit
dictio illa, re, ad hoc vt vetus ſcriptum iterum cogno-
ſcatur ex notatis per Bal. conſilio 180. vol. 5. & Luc.
de Penna in l. 3. Codic. de diuerſ. præd. vrban. lib. 11.

Tertio, requiritur, vt recognitio ſit clara, & non
impugnetur per recognoſcentem, nam ſi impugnare-
tur, & de impugnatione legitimè conſtaret, tunc pa-
3002 ratam † exequutionem talis ſcriptura ſic recognita
non haberet, eo quod non eſſet indubitata confeſſio,
Suarez, in l. poſt rem ff. de re iudic. & ſecundum hæc
intelligendus erit Gabriel. Pereira deciſ. 79. aliàs non
benè loqueretur.

Quarto, requiritur, vt recognitio fiat totius ſcriptu-
3003 ræ, † quia ſi ſola recognitio ſubſcriptionis fieret non
ſufficeret, Præſ. de Franch. deciſ. 304. tota poſt Affl. in
conſt. Regn. volumus 7. notab. aliàs paratam non ha-
beret exequutionem, ita Auendan. inferius citandus.

Quintò requiritur, vt per ſcripturam priuatam † cō-
3004 ſtet de numeratione, non autem de confeſſione de-
bita, Marſ. ſing. 135. Sed ſi aliundè probaretur de nu-
meratione, tunc ſcriptura haberet exequutionem para-
tam, idem Marſ. ſing. 484. niſi fuerint lapſa tempora
opponendi hanc non numeratæ pecuniæ exceptionem
vt ſuis locis dicetur.
3005 Sexto, requiritur expreſſa † recognitio, nec ſufficit
tacita, vt puta ſi debitor præſens ſileret, quia ſilentium
non produceret recognitionem, niſi fieret præcedenti-
3006 bus iudicis præceptis, & in contumacia, † vt ſupe-
rius probauimus, & expreſſius firmat Auendan. inferius
allegandus num. 4. aliud notabitur requiſitum inferius
num. 3173. & 3174. huic non diſſimile.

Septimo requiritur, vt exequutio fiat de contractu
3007 expreſſo in ſcriptura, non autem de tacito reſul-
tante ex recognitione, vt puta ſi confecta eſſet Apocha
conductionis fundi pro vno anno cum promiſſione pen
ſionis, & conductor continuaret conductionem in ſe-
quenti anno, tunc non ageretur per locatorem via exe-
quutiua vigore ſcripturæ recognitæ pro penſione illius
anni ſequentis, quamuis ex Bal. in l. ad probatione nu.
1. C. de probat. & in l. fin. C. de fideicommiſſ. Iaſ. in
§. fuerat col. 26. inſt. de act. & ex alijs notetur non ſolū
3008 verum, ſed etiam tacitum † contractum habere pa-
ratam exequutionem, tamen hoc erit verum durante
primo contractu, quia eo finito finitur, & actio, vt idem
3009 Bal. in l. etiam C. de fideicomm. quæ actio pro † ta-
cito contractu durat durante expreſſo, ita Rebuff. ad
Conſt. Franciæ titul. de liter. obligat. art. 1. gloſ. 9. quem
probat Auend. inferius citandus num. 10.
3010 Octauo, requiritur, vt recognitio fiat † per debito-
rem principalem, non autem per eum, qui ſcripſit de
mandato debitoris, eo quod debitor confiteri debet
mandatum prædictum, ita ex Imol. & Marſ. probat
Auendan. in eodem citando loco num. 4. ver. Sexto, vel
de mandato conſtaret, vt diximus pluries ſuperius, &
ſignanter in quinto modo recognoſcendi num. 2791.
cum ſequentibus.
3011 Nono requiritur, vt recognitio fiat † per habentem
legitimam perſonam recognoſcendi, & quod ſcriptu-
ra contineat cauſam debiti, vt in omni ſcriptura ſupe-
rius pluries probaui, aliàs exequutionem paratam non
3012 haberet, vt de prima huius requiſiti inſpectione † lo-
quitur Auendan. in eodem loco num. 5. ver. ſeptimo re-
quiritur, & de ſecunda, pluries in nonnullis locis loqu-
ti fuimus, & probatur in l. cum de indebito ff. de pro-
bat. cum alijs concord. deductis per Schuuart. Zentha-
ler, in repet. l. magnam C. de contrh. empt. num. 8. &
per Beuſt. in repet. d. l. admonendi, num. 945. latiſſimè
tamen Maſcar. de probat. concluſ. 345. quos in apòcha
3013 † confeſſata per debitorem, non probante; probat
Genua lib. 1. queſt. 4. num. 106. de ſcript. priuat. probāt-
que ante eum, Marſ. ſingul. 482. & Auend. vbi ſupra.

Reſtringitur tamen hoc vltimum dictum in ſcriptu-
3014 ra, † quæ contineret iuramentum, quod vim cauſæ
haberet Rom. Soccin. Marſ. Barbat. & alij, quos in hoc
probat maceratenſ. lib. 2. variar. reſolut. reſolut. vltima
caſ. 33. quem ſequitur Genua in proximo citato loco nu
mero 107. idemq. probat Maſcar. citata concluſ. 345.
num. 36. & ſequ. ac finaliter comprobant omnes relati
per Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 94. & per Man
cin. de iuram. par. 4. effect. 24. Sed de cauſa, quæ con-
tineri debet in apocha iterum dicemus inferius nume-
ro 3166.

Decimo requiritur vt iudex, coram quo fit recogni-
3015 tio † ſit competens, ad tex. in c. at ſi clerici. de iudic.
& probat Auendan. in proximo citato loco, ac fiat re-
3016 cognitio † in iudicio etiam extra locum ſeſſionis, &
tribunalis, Gratian. diſcept. Foren. citato c. 183. nu. 11.

Vndecimo, requiritur, vt apocha recognoſcenda
non ſit antiqua, & ſic vt non ſint tranſacti anni decem
à die natæ actionis, modo vt ſuperius in literis cambij
diximus numero 2502. & ſeq. quia tranſactis annis de-
3017 cem † parata exequutio in huiuſmodi non conceditur,
tur, vt ibi probauimus.

Extenditur hoc requiſitum, etiam ſi ſcriptura fuerit
3018 recognita, † illa ratione, quia qui non poterit conue-
niri, ſibi recognoſcendo non præiudicat, Bal. in c. ſta-
tuimus num. 12. de off. deleg. nam videtur recognitum
debitum, vt præſcriptum; ita hæc omnia requiſita, alia-
que ſingularia ad materiam congerit, & notabiliter
docet Auendan. de exeq. mand. parte ſecunda, capitu-
lo 30. toto.
3019 Sed his præmiſſis quæritur vtrum exceptio † non nu
meratæ pecuniæ opponi poterit per debitorem facta
recogni-

recognitione ſcripturæ, vel ea opponi debuit ante re-
cognitionem factam; Parlador. rerum quotidian. lib. 2.
parte 1. cap. fin. nu. 12. tenet exceptionem. iſtam non
poſſe opponi, niſi in actu recognitionis, & non poſtea.
3020 Contrarium probat † Stephan. Gratian. deciſione
164. in addit. numero 4. prout vtramque opinionem
refert copioſiſſ. Paſchal. de vitib. patr. pot. parte pri-
ma capitulo 8. numero 83. propè finem, & ante Gra-
tian. probat contra Parlador. Ceuall. quæſt. 39. nume-
ro 4. quem citat Gratianus ibi, dicentes exceptionem
non numeratæ pecuniæ poſſe opponi etiam poſt reco-
3021 gnitionem factam prout fieri poterit contra † quod-
libet publicum inſtrumentum paratam executionem
habens; idque probat Auend. de exequut. mand. parte
prima capitulo 16. numero 11. nam ſi opponitur ad-
3022 uerſus quamlibet ſcripturam † exequutionem para-
tam habentem, non immeritò opponi poterit aduerſus
ſcripturam priuatam recognitam cum ex recognitione
exequutionem paratam habeat, eo quod reſpectu im-
pediendæ executionis, idem debeat operari ſcriptura
publica ſicut priuata, vt Gratian. loco citato notat; ſed
vide notabilem limitationem in ſequ. titulo n. 3265.
Reſtringitur tamen opinio Ceuall. & Gratiani, non
3023 procedere ſi debitor recognoſcendo † apocham cō-
feſſus fuiſſet debitum, quia tunc eſſet pluſquam ſimpli-
citer fateri recognitionem, ita Gratian. allegato loco
numero 8.
Quæritur ſecundo an reconuentio in hoc iudicio ad-
3024 mittatur; illamque non admitti † facta recognitione
concluditur, cum, recognita ſcriptura; ſtatim ea officio
iudicis exequitur, clarúque eſt in omnibus caſibus qui-
3025 bus iudicis officio agitur † reconuentionem locū nō
habere, ac eandem non admitti in quolibet iudicio ſum
3026 mario † probatum dicit Auendan. de exequ. mand.
par. 2. c. 30. nu. 6. loquutus in proprijs noſtris terminis,
congerendo gloſ. in l. ſed & ſi reſtituatur ff. de iudic. Bar.
in auth. & conſequenter C. de ſenten. & interloq. omn.
iud. Bal. in l. fin. C. quibus ad liber. proclam. non lic. Bar.
in l. litibus C. de agricol. & cenſ. lib. 10. Caſtr. in l. ſi cui
legatum ff. de cond. & demonſtr. Abb. in cap. 1. de mut.
pet. & alibi; ſed quia Bar. Bal. & reliqui adducti aliter lo-
qui videantur, & ſignanter Bar. in allegata auth. & con-
ſequenter omninò recurrendum ideo erit ad Bar. in l. 1.
§. ad nutricia ff. de var. & extr. cognit. & ad Bal. in d. l.
fin. magiſtraliter diſtinguentes iudicia, vt diſtinguit,
ſed non clarius Carauit. rit. 67. nu. 7. ampl. tertia, verum
vt vnica reſponſione articulus reſoluatur concludas le-
ctor beneuole, reconuentionem denegandam in ſum-
3027 marijs, † & executiuis circa modum procedendi pa-
ri paſſu, ſed admittendam, vt coram eodem iudice illa
tractetur, ita notatur penes Marant. in 4. part. iudicio-
rum diſtinct. 6. nu. 36. quæſt. 3. tota & in ſeq. quem, rea-
ſumit doctiſſ. Barboſ. in l. qui prior. ff. de iudic. num. 40.
niſi vtraque cauſa paratam haberet executionem.
Infertur ex prædictis quod ſtante hoc iudicio ſum-
3028 mario, & executiuo, nequaquam admittitur † ap-
pellatio à præcepto, & præceptis de recognoſcendo ſcri
pturam Bal. conſilio 335. vol. 4. Marant. in ſuo ſpecu-
lo pat. 6. ver. & quandoque appellatur num. 361. &
clarius Auendan. d. cap. 30. num. 2. in fine, & Roman.
Couarru. & alijs allegatis, probat Genua de ſcrip. pri-
uat. libro ſecundo, titulo primo, numer. 32. poſt Maur.
Burgium de Laudim. par. 3. inſpect. 38. num. 23. & 24.
3029 illa ratione, quia non grauatur † citatus, cum de fa-
cto ſuo interrogetur, imò ab omnibus decretis habenti-
bus exequutionem paratam appellationem non admit-
tendam reſpondit Scaccia tract. de appellat. quæſt. 17.
limitat. 9. num. 6. quæ omnia intelligas de appellatio-
ne ſuſpenſiua tantum; probaturque per Rit. Magnæ Cu
riæ 120. vbi Carauit. Caualcan. deciſ. 27. par. 2. nu. 57.
& Luc. Matth. Apicell. tract. de pauper. tutam. tit. de
quinquennal. dilat. in princ. operis num. 16.
Quæritur tertio in hac recognitionis materia. an &
3030 quando recognitio fiat de ſcriptura in actis præſen-
tata, † pro cuius reſolutione tres ſunt diſtinguēdi caſus.
Primus enim erit caſus, quando ſcriptura in actis pre-
ſentata facit ex ſui facie fidem, quia continet debitas
ſubſcriptiones, & eſſet valida.
Aut ſecundo ſcriptura preſentata, ex ſui facie aliqua-
le tantum facit adminiculum, ſed non plenum.
Aut tertio ſcriptura preſentata nullum facit admini-
culum, ſed ad probandum eſſet omninò inualida.
Ad primum, dicas, poſſe recognoſci ſcripturas † præ-
3031 ſentatas in omni parte iudicij per teſtes, aut alias pro
bationes coadiuuantes ſcripturam prædictam, Affl. de-
ciſ. 115. & deciſ. 271. non obſtante concluſione facta
in cauſa.
3032 Ad ſecundum vtique admitti probationes † eaſdem
coadiuuantes ſcripturas præſentatas Præſ. de Franch.
deciſ. 631. vol. 4. tota.
3033 Ad tertium nequaquam admitti recognitionē † per
teſtes, aut alias probationes coadiuuatiuas facta conclu
ſione, reſpondent omnes citati in allegatis deciſionibus
ſed admittendam recognitionem per principalem de-
bitorem, non ſolum poſt concluſum, ſed vſque ad ſen-
tentiam, dixerunt Crauett. conſ. 150. nu. 2. Caputaqu.
deciſ. 5. nu. 5. par. 3. & Gratian. diſcept. Forenſ. tom. 3.
ca. 551. num. 37. dicentes admitti quandocumque, qui
ſi generaliter loquantur, tamen in ſpecie, & magis ſin-
gulariter probat conſiliat. Gizarell. deciſ. 42. tota, qui
ſic nuper in Sac. Conſ. deciſum dicit, itaque intelligēdus
Modernus Maurit. Apicella allegat. 2. nu. 46.
Adnotandum eſſe occaſione ſuperius firmatorū exi-
3034 ſtimo, quod ſi in recognitione petita aduerſarius † ſe
opponat, & indebitè recognitionē impediat, tunc in o-
dium indebitè impedientis, ſtabitur ſcripturæ non re-
cognitæ, quod notabis ad declarationem eorum, quæ
ſuperius diximus non probare ſcilicet, ſcripturam non
recognitam; ita ſingulariter notat Stephan. Gratian. di-
ſcept. Forenſ. tom. 2. cap. 330. nu. 18. & 19.
3035 At ſecus erit ſi debitè ſe opponat, † quæ oppoſitio
conceditur fieri in allegationibus iuris, & etiam poſt ſen
tentiam, vt ſæpius in Rota deciſum dicit idem Gratian.
diſcept. Forenſ. tom. 4. cap. 677. num. 10. 11. & 12. imò
defectus recognitionis opponitur quandocumque idem
Gratian. tom. 3. cap. 551. nu. 36.

SVMMARIVM.

3036 *Scriptura priuata recognita exequitur tam in perſona-
li, quam in reali contra debitorem.*
3037 *Scriptura priuata recognita exequitur contra debito-
rem perſonaliter, & realiter etiam fiſco ſuper bonis pu-
blicatis ſe opponente.*
3038 *Scriptura priuata recognita tunc exequetur ſuper bo-
nis debitoris in concurſu creditorum, quando in illa fue
rint obligata bona, ſecus verò ſi obligatio bonorum non
fuerit interpoſita num. 3039.*

Scriptu-

3040 *Scriptura priuata recognita exequitur cõtra principalem recognoſcentem, eiuſque hæredes etiamſi careat teſtium, & partis ſubſcriptione.*

3041 *Scriptura priuata recognita per confeſſionem debitoris ſubſcribentis illam, ſi careat teſtibus non probabit neque exequetur in damnum tertij habentis publicum inſtrumentum etiam poſterius.*

3042 *Scriptura, quæ vnius tantum obligationem continet illius ſolummodo ſubſcriptionem requirit.*

3043 *Scriptura ſubſcriptionem debitoris tantum habens, ſi ab eodem recognoſcatur nequaquam operabitur contra tertium creditorem inſtrumentarium, licet poſteriorem.*

3044 *Doctores ſcribentes intelliguntur ſecundum allegata per eos.*

3045 *Scriptura priuata carens ſubſcriptione teſtium, licet confeſſata per debitorem, ſi præferretur inſtrumento poſteriori eſſet in poteſtate debitoris facere anteriorem.*

3046 *Scriptura priuata carens ſubſcriptione teſtium licet confeſſata per debitorem reputatur ſuſpecta de antidata, & propterea non præfertur.*

3047 *Scriptura priuata carens teſtium ſubſcriptione etiam ſi fuerit confecta per procuratorẽ ſpeciale mandatũ habẽtem mediante publico, & anteriore inſtrumento nequaquam preferretur creditoribus inſtrumentarijs poſterioribus & 3048. cum pluribus ſeq. vbi de veritate.*

3049 *Obligatio differt à mandato de obligando.*

Effectus ſequutus conſideratur non præambulus.

3050 *Scriptura confecta per procuratorem non poteſt habere maiorem efficaciam quam illa, quæ conficitur per principalem.*

3051 *Scriptura priuata confecta per procuratorem habẽtem mandatum ſpeciale per publicum inſtrumentum anterius, non ſemper poſtponitur inſtrumentarijs creditoribus.*

3052 *Scriptura ſubſequuta attenditur, non autem preambulum ad ſcripturam.*

3053 *Scriptura circa probationem debiti in ea contenti, vel ſi conficiatur per principalem, vel per procuratorem parem inducit effectum.*

Scriptura priuata confecta per procuratorem diuerſimodè iudicatur circa probationem temporis, ibid.

Tex. l. ſcripturas C. qui pot. in pign. habean. fundatur in præſumpt. fraudis. ibid.

Inſtrumento publico exiſtente non erit in poteſtate debitoris facere per antidatam aliquem ex ſuis creditoribus anteriorem ibid.

3055 *Antidatam in ſcriptura priuata facere falſitas eſſet cum eius requiſitis.*

3056 *Falſitatem committere præſumitur ille, in cuius commodum falſitas redundat.*

3057 *Procurator non præſumitur committere falſitatem in beneficium alterius.*

3058 *Falſitas non ſolet committi, niſi cum magno commodo.*

3059 *Procurator non præſumitur facere antidatam in ſcriptura priuata in terminis leg. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab.*

3060 *Creditor procurando antidatam in eius ſcriptura plura pateretur damna, & qualia.*

3061 *Creditores non facile credunt eorum pecuniam debitoribus difficilis, & impoſſibilis ſolutionis.*

3062 *Creditores mutuantes pecuniam timentes debitorum inopiam, & creditorum implicationem ſe prius diligenter informant de facultatibus debitorum.*

3063 *Creditores vbi bonam de debitoribus non habent informationem abſtinet à mutuando.*

3064 *Procurator fines ſui mandati excedere non præſumitur, ſed eos diligenter cuſtodire cenſetur.*

3065 *Præſumitur pro procuratore circa ea, quæ ad ſui officium ſpectant.*

3066 *Procurator faciendo antidatam in ſcriptura priuata ſui mandati fines excederet.*

3067 *Debitori, ſi haberet bona ſufficientia pro ſoluendis omnibus debitis diſpoſitio l. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab. non deſeruiret.*

3068 *Falſitas non ſolet committi abſque cauſa.*

3069 *Debitor non ſoluendo exiſtens præſumitur inclinare ad lucrum, & ad tertium decipiendum cum ſua deficit fides.*

3070 *Debitor non ſoluendo exiſtens præſumitur eum procurare debere antidatas in priuatis ſcripturis pro ſuo intereſſe.*

3071 *Debitor pluribus debitis inuolutus per actus quos faceret, non ſolet alijs creditoribus præiudicare.*

3072 *Fraudis ſuſpicione ceſſante ceſſare debet diſpoſitio leg. ſcripturas C. qui pot. in pignor. hab. quæ ſuper tali præſumptione fundata eſt.*

3073 *Scripturæ priuatæ data verificatur adminiculis, & coniecturis.*

3074 *Fraus, & falſitas præſumitur quando contrahẽtes ſunt ſuſpectæ famæ, & exiguæ facultatis.*

3075 *Fama mala inducit præſumptionem falſitatis.*

3076 *Fama bona excludit falſitatis præſumptionem.*

Scriptura priuata facta per procuratorem mandatum ſpeciale habentem præuio publico inſtrumento an præferatur inſtrumentario creditori poſteriori, ibid. & ſeq.

3077 *Tempus datæ in ſcriptura priuata in terminis l. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab. ſpecificè punctualiter, & in indiuiduo probari debet, & 3078.*

3079 *Scriptura priuata teſtium ſubſcriptione carens, licet confeſſata per debitorem, non præfertur emptori poſteriori, publicum inſtrumentum habenti; ſecus eſſet ſi teſtium ſubſcriptiones haberet.*

3080 *Scriptura priuata teſtium ſubſcriptione carens, licet confeſſata per debitorem ſubſcribentem nequaquam præiudicabit donatario publicum poſterius habenti inſtrumentum.*

3081 *Scriptura priuata etiam ſi careret teſtibus, & alijs ſolemnibus anteponeretur credito inſtrumentario poſteriori, ſi de contentis in ſcriptura deponerent duo teſtes conteſtes, vel qualitercumque appareret de veritate ſcripturæ, aut temporis, numero 3082. contrarium 3083. 3084. de veritate verò in ſequentib.*

3084 *Tex. in leg. ſcripturas Codic. qui pot. in pign. hab. requirit pro forma numerum trium teſtium ſubſcriptorum, ac debitoris ſubſcriptionem contra numeris ſequentibus.*

3085 *Scriptura priuata carens ſubſcriptionibus teſtium præfertur inſtrumento poſteriori, ſi de veritate qualitercumque appareat.*

3086 *Gaſpar Theſaur. reijcitur.*

Tex. l. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab. non requirit pro forma teſtium, & debitoris ſubſcriptiones, ibid.

3087 *Clauſulam annullatiuam habens pro forma inductum cenſetur.*

3088 *Tex. in l. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab. fundata eſt in fraudis antidatę ſuſpicione.*

Suſpi-

Suſpicio ceſſat veritate probata, ibid.

3089 *Scriptura priuata carens debitoris, & teſtium ſubſcriptionibus anteponitur credito inſtrumentario, ſi de veritate contentorum in ſcriptura per adminicula, & coniecturas appareret.*

3090 *Scripturæ data poterit probari etiam per iuramentum ſuppletorium.*

3091 *Scriptura priuata carens debitoris, & teſtium ſubſcriptionibus, ſi de contentis in illa per teſtes probetur, anteponitur inſtrumento, licet de bona fama illorum teſtium non ſit probatum in terminis l. ſcripturas C. qui pot. in pignor. hab.*

3092 *Nicol. Genuam ſupponentem requiri probationem bonæ famæ in teſtibus deponentibus de tenore ſcripturæ in terminis l. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab. gratis fuiſſe loquutum.*

3093 *Scriptura priuata per debitorem recognita ſi haberet vigore conſuetudinis, aut ſtatuti executionem paratam, & vim publici inſtrumenti reputaretur habere, etiam ſi requiſitis d. leg. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab. careret, adhuc poſteriori inſtrumentario anteponeretur.*

3094 *Statutum, vel conſuetudo quibus ſcriptura priuata vim acquirit moueri præſumuntur ex aliqua cauſa detegente fidem ſcripturæ.*

3095 *Apocas Banci, & literas cambij vim publicorum inſtrumentorum habere notatur.*

3096 *Literæ cambij, & apoca Banci præferuntur inſtrumentario credito poſteriori declara num. 3097.*

3098 *Scriptura priuata per debitorem, & tres teſtes ſubſcripta anteponitur inſtrumento poſteriori.*

3099 *Scriptura priuata tres teſtes ſubſcriptos habere debet, vt præferatur ſcripturæ publicæ poſteriori, nec ſufficiunt duo, & procedit quamuis vnus ex duobus teſtibus eſſet notarius, num. 3100.*

3101 *Scriptura priuata duos tantum habens teſtes ſubſcriptos non ſuppletur per tertium ſcribentem in terminis l. ſcripturas C. qui pot. in pign. habent, contrarium numero ſequentibus.*

3102 *Tex. l. ſcripturas fundatur in ſuſpicione fraudis antidatæ, & ſi qualitercumque de veritate appareat ceſſat ſuſpitio & 3103.*

3104 *Scriptura priuata recipit probationem per depoſitionem tertij ſcribentis, & quam probationem recipit, num. 3105.*

3106 *Scripturæ priuatæ probationis vim conſiſtere in remotione præſumptæ fraudis non autem in obſeruatione certæ formæ, & 3107.*

3108 *Scribere, & ſubſcribere paria eſſe.*

3109 *Scribens apocam illam recognoſcens minus ſemiplenè probatur per recognitionem tertij ſcribentis.*

3110 *Probatio duorum teſtium ſubſcriptorum in apoca cum recognitione tertij ſcribentis iungitur ad plenam.*

Scriptura recognita per tertium ſcribentem, & per duos teſtes ſubſcriptos præfertur inſtrumento poſteriori. ibidem.

3111 *Scriptura priuata probatur per depoſitionem vnius teſtis deponentis de contentis in ſcriptura, & per depoſitionem duorum teſtium dicentium vidiſſe ſcribere, vel per comparationem literarum etiã contra inſtrumentarium & 3112. & eo fortius per depoſitionem duorum teſtium ſubſcriptorum num. 3113.*

3114 *Scripturæ priuatæ veritas probatur per adminicula, & coniecturas, & eo fortius per depoſitionem tertij ſcribentis.*

3115 *Scriptura magis verificatur per depoſitiones teſtium, & per alias probationes contra tertium, quam cum principalis recognitione.*

3116 *Scriptura priuata, vt probetur per tertium ſcribentem oportet, vt in ea appareat tertium de mandato ſcripſiſſe.*

3117 *Scribẽs ſcripturam de ordine principalis ſuſtinet illius principalis vicem, & per hoc non poterit officio teſtis fungi, contra num. 3118. cum ſeq.*

3118 *Perſona vna plurium vicem ſuſtinere poterit quando habetur reſpectus ad officia, & officia compatibilia ſunt.*

3119 *Scripturam priuatam ſcribens nomine principalis fungitur officio principalis & teſtis, prout & idem principalis, ſi ſcriberet.*

3120 *Scriptura priuata vt probet trium teſtium ſubſcriptionem requirit etiam contra principalem debitorem, imò & ſi vnus ex tribus teſtibus deſcriptis mortuus ſit, vel abſens, recognitio aliorum non ſufficeret. & 3121. ac 3122. contrarium num. 3123. cum pluribus ſequ. vbi de veritate.*

3123 *Scriptura priuata tribus teſtibus munita plenè probat, ſi per duos teſtes ex illis tribus recognoſcatur tota, etiam altero mortuo, vel abſente tam contra principalem, quam contra tertium. 3124. & 3125. cum multis ſeq.*

3126 *Teſtium numerus certus, qui exigitur ad ſolemnitatem actus, ille idem requiritur ad eiuſdem actus probationem, contra num. 3127. cum ſeq.*

3126 *Scriptura priuata trium teſtium ſubſcriptionem pro ipſius ſolemnitate requirit, triumque pro recognitione depoſitionem vtique requirere debet, contra numero ſequ.*

3127 *Scriptura priuata ſi in ipſius cõfectione requirit trium teſtium ſubſcriptionem, tamen in eius recognitione ſufficiunt duo.*

3128 *Scriptura priuata pro ipſius forma nequaquam requirit trium teſtium ſubſcriptionem, ſed tantum remotionem præſumptæ fraudis in antidata, & 3129.*

Antecedens ſi deſtruatur deſtruitur, & conſequens. ibidem.

3130 *Solemnitas, quæ requiritur in confectione actus eadem requiritur in mutatione, vel additione, ſecus verò in declaratione.*

Intellectus l. hæredes palam §. 1. ff. de teſtam. ibid. & 3131. & 3132.

3131 *Recognitio ſcripturæ non mutat neque addit in ſcriptura ſed idem iterum cognoſcitur, meritò diuerſimodè iudicatur.*

3132 *Solemnitas requiſita in actu non requiritur in reuiſione actus, cum eidem non addatur, nec ille mutetur.*

3133 *Teſtium probatio dignior reputatur comparatione literarum.*

3134 *Scriptura priuata debitoris, & trium teſtium ſubſcriptione munita, plenè verificatur in terminis, leg. ſcripturas, C. qui pot. in pignor. hab. teſtibus mortuis, vel abſentibus per comparationem literarum, fortius itaque vno tantum mortuo, vel abſente, ſi reliqui recognoſcant num. 3135.*

Te-

3135 Teſtium vox viua dignior alijs probationibus per literarum comparationem.

3136 Scriptura priuata per mortem vnius ex teſtibus ſubſcriptis magis probat, & fortius in ea ceſſat præſumpta fraus.

3136 Mors vnius aut aliorum teſtium ſubſcriptorum in apoca magis ceſſare facit præſumptionem fraudis antidatæ.

3137 Scriptura priuata per depoſitionem vnius teſtis de veritate iuncta depoſitione duorum aliorum teſtium deponentium ſe vidiſſe ſcribere plenè probat contra principalem, & tertium.

3138 Comparatio literarum iuncta cum vno teſte de veritate, aut cum duobus videntibus ſcribere, plenè probat priuatam ſcripturam tam contra principalem, quam contra tertium.

3139 Teſtes deſcripti in ſcriptura priuata in terminis l. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab. debent eſſe bonæ famæ, & probatæ opinionis.

3140 Teſtium qualitas in terminis l. ſcripturas Codic. qui pot. in pign. hab. debet articulari, & probari, ſecus ſi ſaltem in genere non opponatur, & qualiter. numero 3141.

3142 Teſtes deſcripti in apoca in terminis leg. ſcripturas Codic. qui pot. in pignor. hab. debent eſſe maſculi, extenditur etiam contra principalem numero 3143.

3144 Teſtes deſcripti in apoca debent cognoſcere contrahentes, vt probent apocam.

3145 Scriptura priuata vltra ſubſcriptionem teſtium debet habere ſubſcriptionem vtriuſque partis, declara numero 3146. cum ſeq.

3146 Scriptura vltro citroque obligatoria requirit vtriuſque partis ſubſcriptionem taliter, quod ſi vna deficiat non probabit etiam contra ſubſcribentem & 3147.

3147 Vtile per inutile vitiatur in correſpectiuis, & connexis.

3148 Scriptura priuata, quæ non ſit vltro citroque obligatogatoria requirit ſubſcriptionem obligati tantum & 3149.

3150 Scriptura priuata an inualidetur ob defectum ſubſcriptionis vnius partis tantum quando ſit vltro citroque obligatoria.

3151 Vtile per inutile in contractibus non vitiatur.

3152 Quantitas dicitur ipſo iure diuiſa.

3153 Vtile per inutile vitiatur etiam in contractibus quando voluntate contrahentium quantitas facta fuit indiuidua.

3154 Vtile potius amplectendum quam laborioſum Sophiſticum.

3155 Exceptio adimplementi indiſtinctè opponitur in contractibus vltro citroque obligatorijs.

3156 Agere probibetur actor, ſi prius ex parte ſua non adimpleuerit.

3157 Agens probare debet ſe adimpleuiſſe ex ſui parte, vt audiatur.

3158 Exceptio reſultans ex ſcriptura non dicitur oppoſita contra ſcripturam.

3159 Agens adimplere prius debet etiam in minimo, & in non ſubſtantialibus, vt audiatur.

3160 Exceptio non adimplementi adeo eſt fauorabilis, quod excepta non dicitur per ſtatutum.

3161 Exceptio adimplementi cenſetur ipſo Iure oppoſita abſque facta excipere debentis.

3162 Exceptio reſultans ex ventre ſcripturæ officio iudicis opponitur.

3163 Agens ex ſcriptura vltro citroque obligatoria repellitur ipſo Iure, ſi non adimpleuiſſet ex parte ſua.

3164 Scriptura priuata tribus teſtibus ſubſcripta etiam abſque principalium ſubſcriptione, ſi fuerit de ordine ſcripta, aut ſubſcripta per tertium plenè probabit tam contra principales obligatos, quam contra tertium, & 3165.

3166 Scriptura priuata, vt probet debet continere cauſam debiti.

3167 Scriptura priuata vt probet contra tertium in terminis l. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab. debet continere diem, menſem, annum, & locum.

3168 Teſtes ſubſcripti in apoca qualiter recognoſcant eorum ſubſcriptiones & apocam. & 3169.

3170 Probatio, quæ ex tempore nititur requirit probationem illius temporis & qualiter virtualiter tempus probatum cenſetur.

3171 Scriptura priuata trium teſtium, & debitoris ſubſcriptione ſubſcripta, ſi recognoſcatur per debitorem principalem tantum probabit tam contra recognoſcentem, quam contra alios in terminis l. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab.

3173 Scriptura priuata in terminis leg. ſcripturas Codic. qui pot. in pign. hab. ſufficit vt debitas ſubſcriptiones habeat, & ſuſpicio antidatæ tollatur.

3173 Recognitio ſcripturæ debet acceptari per aduerſarium expreſsè, vel tacitè, vt effectum operetur.

Recognitio dicitur confeſſio, ibid. & 3174.

3175 Scriptura recognita in contumaciam debitoris eundem probationis effectum producit.

3176 Teſtes deponentes de tenore ſcripturæ debent eſſe periti vt probent contrarium numero 3177. cum ſeq. vbi declaratur.

3177 Teſtes deponentes de tenore ſcripturæ deperditæ debent eſſe periti, literati, & docti.

3178 Teſtes deponentes de tenore ſcripturæ ſcilicet. de contractu in ſcriptura contento etiam non periti probant.

3179 Teſtes deponentes ſuper contractu in ſcriptura contento deponunt per ſenſus corporeos omnibus hominibus communes.

3180 Teſtes deponentes ſuper viſu ſcripturæ amiſſæ debent eſſe periti.

NOTABILIA EX L. SCRIPTURAS C. qui pot. in pign. hab.

SVperius probatum ſatis fuit, ſcripturam recognitam exequi poſſe contra debitorem princi-
3036 palem, quam concluſionem procedere † tam in perſonali, quam in reali reſponderunt Cin. Alber. & Fulgoſ. in d. leg. ſcripturas, quos tam contra principalem quam contra hæredes probant Gabriel. comm. concluſio. titulo de probat. concluſio. nona, numero ſecundo, in prima ampl. P. Auguſt. Morla in ſuo empor. lib. primo titulo de fid. inſtrument. quæſtione tertia, numero 15. quos citat Genua de ſcriptura priuata libro primo ſuper prima concluſ. d. l. ſcripturas num. tertio, fol. 60.

fol. 60. in magnis, quodque extenditur etiam aduerſus
3037 fiſcum † petentem bona debitoris in caſu publica-
tionis, Gabr. & Genua, vbi ſupra, ac Scaccia d. ca. 11. de
iud. cauſ. ciuil. num. 1114. & 1112. & 1113.

Sed prædicta velim intelligas ſi in Apocha bonorum
3038 obligatio † fuerit interpoſita, in quo caſu, loquuntur
Cin. Alber. Fulgoſ. & Bald. in d. l. ſcripturas aliàs ſi non
3039 fuerit interpoſita, tunc exequutio † talis ſcripturæ re-
cognitę concederetur adhibita forma. l. à diuo Pio, §. in
vend. ff. de re iud. nam Bal. Cyn. & ſupracitati Doctores
loquũtur in caſu, & in terminis d. l. ſcripturas, in quibus
fuit cũ hipotecha promiſſum, prout inferius dicemus.

In actione verò perſonali daretur exequutio contra
3040 principalem recognoſcentem, & contra † hæredes,
etiam ſi ſcriptura recognita careat partium, & teſtium
ſubſcriptione, vt ſuperius cum text. d. l. ſcripturas ſæpius
probauimus, & probant Cæſar Barz. deciſ. Bonon. 21.
num. 1. & ſeq. & Genua d. concluſ. 1. d. l. ſcripturas, quia
ſufficit debitoris confeſſio.

Sed vt ad alios terminos eiuſdem . l. ſcripturas deue-
niamus, videndũ erit, an ſcriptura modo predicto reco-
gnita probet cõtra tertium habentẽ publicũ inſtrumẽ-
tũ cũ hipotecha de ſuo credito; ſed poſteri⁹; dico modo
prædicto recognita; ſi Apocha haberet vtriuſq;, ſeu de-
bitoris tantũ ſubſcriptionem quantumuis recognita, &
3041 confeſſata per debitorẽ, † nullo modo probaret cõ-
tra tertium publicum habentem, licet poſterius inſtru-
mentũ, dixi debitoris tantum, quia data ipſius tantum
3042 † obligatione, ſuam tantũ requiri ſubſcriptionẽ pro-
bauimus ſupr. in 6. modo recognoſcẽdi nu. 2846. & ſeq.
dico inquã, in hoc caſu nequaquam tertio hipotechario
3043 creditori quãuis poſteriori Apochã † modo prædi-
cto recognitã præiudicare, vt poſt infinitos probat Ga-
br. cõm. concl. tit. de probat. conclu. 10. tota, at apertius
probant Bart. in d. l. ſcripturas nu. 4. Bal. ſub eodẽ nu. 4.
ver. quid ſi dictũ priuatũ; Caſtr. Anch. Abb. Cald. Ripa
Franc. de Ramp. & alij, quos cõgerit, & ſequitur Tiraq.
de retract. conuent. §. 1. gl. 7. num. 43. & ſeq. alijq; quos
probant Maſcard. concl. 109. nu. 4. & 5. Couarr. practic.
q. c. 22. nu. 5. verſ. hæc verò, Gail. obſeru. lib. 2. obſeruat.
25. ſub nu. 9. Modern. de proceſſ. execut. p. 3. c. 1. n. 115.
Soccin. Gabr. Pet. de Bellapert. & alij, quos congerit in
terminis Scaccia de iud. cauſ. ciuil. d. c. 11. nume. 1124.
idemq; probat Genua. d. lib. 1. de ſcript. priuat. in 2. cõ-
3044 cluſ. d. l. ſcripturas, quãuis diuerſificet caſum, † tamen
intelligitur ſecũdum Doctores per eum allegatos; idq;
3045 præcitati Doctores hac ratione probãt, quia ſi † hoc
admitteretur, de facili debitor, & ad ſui libitum poſſet
fraudare primum creditorem, conſtituendo per ſuum
priuatum chirographum alium anteriorem, & per hoc
3046 Apocha taliter confecta, vti ſuſpecta † de antidata,
non probat contra creditorem hipotecharium inſtru-
mentarium, ita Gabr. d. concluſ. 10. nu. 2. poſt Bart. &
Bald. citatis locis, vt latius comprobant Scaccia, & Ge-
nua proximè citati, in locis allegatis.
3047 Extenditur concluſio etiam ſi Apocha † recognita,
vt ſupra, fuiſſet cõfecta per procuratorem debitoris ha-
bentem mãdatum procurationis per publicum inſtru-
mentum vtique anterius, & diſceptaretur de anteriori-
3048 tate, quia etiam non præiudicaret † creditoribus in-
ſtrumentarijs, quamuis poſterioribus; ita pluribus cita-
tis firmant Tiraq. loco citato, Gabr. d. concl. 10. num. 3.
Scaccia d. c. 11. nu. 1125. extenſ. 2. qui Tiraquellum tã-
tum citat, Genua. d. lib. 1. de ſcript. priuata, ad ſecundã

concluſionem d. l. ſcripturas nu. 3. fol. mihi 63. qui co-
gitandum finaliter reliquit, & Steph. Gratian. diſcept.
forenſ. to. 2. citato c. 287. nu. 29. dicentes non ob id tol-
3049 li ſuſpicionem fraudis ſuper antidata, differt † enim
mandatum de obligãdo ab ipſa obligatione, & obliga-
tio habet conſequentiam contingentem ad mãdatum,
non autem neceſſariam, & conſideratur effectus ſequu-
tus non præambulus, & quemadmodum effectum pro-
3050 ducit † ſcriptura principalis, producere debet con-
fecta per procuratorem maiorem poteſtatem non ha-
bentem, vt hæc & alia congerit Gratian. loco citato, di-
cens veriorem eſſe opinionem hanc, eamque ſequutos
fuiſſe Anchar. Calder. Franch. de Ramp. Felin. Ripa, Ti-
raq. & Surd. idemque probat, & ſequitur Card. Mant. de
tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 24. num. 3. to. 1.
3051 Ego verò, pace tantorum patrum, non † ſemper
hanc opinionem veram dicerem, ex infraſcriptis, licet,
eam receptiſſimam dico.

Rationes enim, quæ adducuntur per allegatos Do-
ctores, licet veræ ſint, tamen non facile applicãtur huic
articulo, quia ſi verum eſt, attendi debere priuatam cõ-
fectam ſcripturam ſubſecutam, non autem publicum
3052 actum ſuper mandato, præambulum, † attamen nõ
eneruabit fundamenta noſtræ opinionis, & priuatam
ſcripturam cõfectam per procuratorem; nullatenus ne-
gabo, eandem habere firmitatem, quã haberet ſcriptu-
ra principalis, nulla in hoc data diuerſitate poteſtatis,
quæ omnia mea confirmantur opinione, eo quod hæc
3053 ſimiliter reſpiciunt probationem † crediti contenti
in dicta ſcriptura, ideo parem producunt effectum, vel ſi
conficiatur ſcriptura per principalem, vel verò per pro-
curatorem; at nos ſumus in probatione temporis, ſuper
quo loquutus Imp. in d. l. ſcripturas fundauit dictam le-
gem in præſumptione fraudis faciendæ in antidata per
debitorem, idcirco ſolummodo diſcutiendum erit, an
fraudis in antidata ſuſpicio, q̃ militat in debitore prin-
cipali, procedere, & militare dicatur in procuratore.

Principalis itaque ratio, quam deſumunt Doctor. ex
d. l. ſcripturas ſuper fraudis prædictæ ſuſpicione, illam
ſuperius retulimus, nempe quod ſi contra tertium cre-
ditorẽ hæc priuata ſcriptura proponeretur, eſſet in po-
teſtate debitoris, præponere poſteriorem, anteriori cre-
3054 ditori; quæ ratio tollitur reſpectu eiuſdem † debito-
ris, in caſu noſtro, dum per publicum inſtrumentum ſe
obligauit creditori huic habere debenti Apocham con-
ficiendam per procuratorem conſtitutum, ad obligan-
dum in præcitato publico mandati inſtrumento, vt fa-
cilè ex infra dicendis apparebit.

Facere ideo antidatam in Apocha in præiudiciũ ter-
3055 tij † falſitas eſſet, quia haberet neceſſaria illa tria cõ-
mitantia, ſcilicet mutationem veritatis, dolum, & tertij
præiudicium, vulgatis regulis; at falſitatem committe-
3056 re illum præſumi, in commodum cuius † redundat
falſitas, vt probat Farinacc. de falſit. quæſt. 153. par. 10.
num. 209. poſt Alberic. Corrad. Rolan. Boſſ. & infinitos
adductos, & ante eum Maſcard. concl. 831. num. 12. ac
alij plerique, idcirco ſi præſumatur, antidatam factam
per procuratorem, prę́ſumi etiam deberet commodum
3057 falſitatis, redundaſſe † in ſui beneficium, quod non
eſſe verum patet, quia redundaret in beneficium credi-
toris præpoſiti per antidatam, & debitoris principalis,
modo vt inferius exemplificabitur.

Aut verò diceretur, procuratorem pro committen-
da hac falſitate, recepiſſe partem crediti propoſiti, vt

euitetur altera iuris propoſitio, ex qua diſponitur falſi-
3058 tatem † nõ ſolitam committi, niſi cum magno com-
modo, aut lucro, vt probant Tiraq. de iudic. in reb. exig.
verſ. & id quidem, Menoc. de præſumpt. præſumpt. 20.
lib. 5. nu. 49. ac infinitis congeſtis, probat Farinacc. cita-
to loco nume. 207. cum ſeq. & tunc oportet probari di-
ctum magnum commodum, & lucrum, quia nullo iure
3059 præſumitur, † nec præſumptio, ſuper qua fundatur
tex. in d. l. ſcripturas comprehendit hãc commodi iſtius
procuratoris probationem, eo quod ſatis extraneus ca-
ſus eſſet, imò contrarium validiori præſumptione præ-
ſumi demonſtratur; Nam reſpectu creditoris per anti-
3060 datam præferendi, oporteret eũ tria † præiudicialia
pati, quorum erit primum; quia ſolueret procuratori
prædicto partem ſui crediti ad obtinendum falſam an-
tidatam, nõ in modica ſumma, vt procurator magnum
cõſequeretur commodum; Secundò poneret reliquum
ſui crediti in periculo] conficiendo ſcripturam abſque
requiſitis d. l. ſcripturas, & ſubmitteret ſe litibus: Tertiò
poneret perſonam, & famam in alio periculo ſi detege-
retur falſitas; quæ omnia abhorrerent ab omni veroſi-
3061 militudine, eo quod omnes creditores † nequaquam
mutuant eorum pecuniam, nec credunt debitoribus, à
quibus difficiliter poſſent recuperare, & exigere, & cum
periculo propriæ perſonæ, & bonorum ſuorũ, hoc enim
3062 fatuitatem ſaperet, cum omnes † credentes pecuniã
timent debitorum inopiam, aliorumque creditorũ im-
plicationem; ideo priuſquam illis ſuam credant pecu-
niam, ſe diligẽter de facultatibus, & alijs creditis infor-
3063 mant, & vbi bonam non habent † informationem,
abſtinent à mutuãdo, vel contrahẽdo prout in ſimili ſic
arguit Scaccia de cõm. & cãb. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 17. n. 3.

Ex parte verò procuratoris, neque præſumendum,
tum ex prædictis, tum etiam, quia ipſe fines ſui manda-
3064 ti † excedere non præſumitur, ſed eos diligenter cu-
ſtodire cenſetur ad tex. in l. diligenter, ff. mandat. & ad-
notat Menoch. conſ. 299. nu. 2. ſemperque præſumen-
3065 dum † pro procuratore circa ea, quæ ad ſui officium
ſpectant, arg. eorum, quæ notat Innoc. in c. innotuit de
eo, qui furt. ord. recep. ac per notata per Menoc. de præ-
ſumpt. lib. 2. præſumpt. 67. nu. 13. 14. & ſeq. ideo, faciẽ-
3066 do antidatam † excederet fines mandati, & per hoc
antidatam non præſumi factam, nec ex parte credito-
ris, nec procuratoris.

Comprobantur prædicta omnia, per ſubſequentes
caſus; nam aut debitor, qui mandatũ procuratori dedit
3067 ad ſe obligandum mediante ſcriptura priuata † eſſet
ſoluendo reſpectu omnium creditorũ, & fruſtra de præ-
latione, diſceptaretur, nec diſpoſitio. l. ſcripturas, C. qui
pot. in pign. hab. deſeruiret, ideo antidata nequaquam
3068 fieret, cum falſitas † non ſoleat ſine cauſa committi,
Farinacc. citato loco num. 203. & conſequenter falſitas
ob antidatã ſine cauſa fieret ſi quilibet ex creditoribus
ſuum exigeret creditum, quo in caſu antidata nõ pręſu-
meretur, tam reſpectu creditoris, quam procuratoris.

Sin autem debitor eſſet non ſoluendo; tunc diſpoſi-
tio tex. l. ſcripturas procedit, & omninò deſeruit, cũ ille
3069 præſumatur † inclinare ad lucrum, & ad decipiendũ,
quia ſua defecit fides, faciliſque eſt ad mentiendũ, & ad
creditores fraudãdũ, prout in decoctis ꝓſequitur Strac-
cha de decoct. f. 177. in paruis, ideo vti talis creditur eũ
3070 † poſſe ſollicitare aliquẽ ex creditoribus ad antidatã
committendam ſuper priuatis ſcripturis, vt partem cõ-
ſequeretur; nõ immeritò inquam Imper. in d. l. ſcriptu-
3071 ras has coniecturauit fraudes, imò actus factus † per
debitorem debitis pluribus inuolutum, non ſolet alijs
creditoribus præiudicare, Muta Siculus deciſ. 42. nu. 9.
Idcirco debitor dando mandatum procuratori mediã-
te publico inſtrumento ad ipſum obligandũ per priua-
tam ſcripturam, cum ſciret datam inſtrumenti procu-
rationis mutari non poſſe, nihil aliud intenderet circa
deceptionem anteriorum creditorum, ſuper quibus ne-
quaquã, & fortius, ſuſpectus procurator iudicãdus erit.
3072 Idcirco ceſſante fraudis ſuſpicione † per prædictas
alias coniecturas, debet quoque ceſſare diſpoſitio. d. l.
ſcripturas, quæ ſuper tali præſumptione fundata eſt, ad
tradita per Bald. & alios quos citant, & ſequuntur Scac-
cia d. ca. 11. nu. 1128. ver. ratio huius Genua d. concluſ.
fol. 63. nu. 20. & Præſ. de Franch. deciſ. 95. nu. 5. & hæc
noſtra opinio tanto fortius procedit, quanto inferius
nu. 3089. in ſecunda extenſione limitationis; probabi-
mus, datam in hac ſcriptura probari poſſe adminicu-
3073 lis, † & coniecturis, exiſtente, inquam, verificatione
datæ, ceſſat præſumptio fraudis, & conſequenter diſpo-
ſitio d. l. ſcripturas, vt latius probat Monac. in Rot. Flo-
rent. deciſ. 35. nume. 2. & 26. ac 27.

Admitterem tamen extenſionem, & non procederet
noſtra opinio, quãdo perſonæ procuratoris, & credito-
3074 ris præferendi; ſunt ſuſpectæ, † quia paruas, habent,
facultates, & quantitas in ſcriptura cõtenta ſit magna,
& vterque prædictorum bona non laborat fama, quia
tunc ratio deſumpta ex d. l. ſcripturas tãto fortius com-
3075 prehenderet procuratorem; nam mala † fama indu-
ceret præſumptionẽ falſitatis, vt poſt congeſta per Me-
noc. de pręſumpt. li. 5. pręſũp. 20. latiſſime congerit cõ-
cordantes Farinac. in citata q. 153. p. 9. prout è cõuerſo
bona fama prædictorum excluderet præſumptionem
3076 † prædictã, ad notata per eundem Menoch. d. lib. 5.
præſumpt. 24. nu. 2. & præſumpt. 20. nu. 5. & nu. 44. &
poſt Maſcar. & innumeros alios modernos, & antiquos
authores, Farinac. citato loco nu. 147. ideo omnia hæc
iudicis arbitrio, committi dijudico perſonarum quali-
tates, & factum conſiderare debentis.

3077 Sed quia de tempore, & data ſcripturæ, † ſpecificè,
pũctualiter, & indiuiduo in terminis d. l. ſcripturas pro-
bandum fore, dixerunt Sfortia Oddus conſ. 100. nu. 67.
94. & 95. quem ſequitur Caball. conſ. ciuil. 121 ſub n. 6.
ideo exiſtimo ſuper hoc articulo dubio iudicem prudẽ-
3078 ter arbitrari † debere, conſiderando optimam præ-
dictarum perſonarum famam.

Extẽditur ſecundò cõcluſio ſuperius firmata proce-
dere fortius, cõtra emptorem publicũ venditionis po-
3079 ſterius inſtrumentũ habentem, † quia talis ſcriptura
priuata nequaquã dicto emptori præiudicaret; vt com-
probant ampliando Gabr. citata concl. 10. nu. 4. Morla
Carroc. Caball. & alij relati per Genuam d. fol. 62. n. 4.
& ſeq. ad d. concluſionẽ 2. Secus tamen eſſet ſi ſcriptura
priuata haberet ſubſcriptiones teſtiũ requiſitas per tex.
in d. l. ſcripturas, quia tũc ſi perferretur creditori inſtru-
mentario, fortius pręferretur emptori, vel alio dominiũ
rei acquirenti, ita Card. Mantic. de tacit. tom. 1. lib. 11.
tit. 24. num. 14. vſque ad finem tituli.

Tertiò extenditur cũ creditore inſtrumẽtario, titulũ
3080 † lucratiuũ habẽte, contra quẽ nec effectũ produce-
re hanc ſcripturã, reſpõderunt Tiraq. in 7. citata gl. §. 1.
de retract. conuent. nu. 44. Gabr. d. concluſ. 10. num. 5.
& Morla in ſuo empor. p. 1. tit. de fid. inſtru. q. 3. nu. 15.
quem probat Genua d. concl. 2. ad l. ſcripturas fol. 62.
num. 8.

n.8.ſed de cócurſu creditorum titulum lucratiuũ habẽ-
tium latius dicemus ſuo loco, reliquas extenſiones con-
gerunt Gabr.& Genua locis citatis, ac aliquas alias Ma-
gon.Rot.Florẽt.dec.122.& Monac.ibid.citata dec.35.
Reſtringitur tamen eadem ſic extenſa cóclusio, vt ea
3081 nullatenus procedat ſi tenor,& contenta † in eadem
ſcriptura verificata eſſent per duos teſtes conteſtes, vt
poſt Gabr. Tiraq. Couarr.& alios, ſic deciſum in Sacro
Conſil.facta relatione ad collaterale, teſtatur Præſes de
Franch.citata deciſ.95.nu.6.7.& 8.Magon. deciſ. cita-
ta 122. Maſcard.concl.109.in fine Anch.iun.q.10. per
totã lib.1.Caball.citato conſ.121.quos probat Monac.
allegata dec.35.n.15.& 16.& 27. ac Guttier. Pappon.
& alij, quos probant Farinacc.deciſ.100 & 102.ac Ge-
nua ad 2.concluſioné d.l.ſcripturas fol.mihi 62. & 63.
à nu.11.vſque ad 25.& Caccialup. Rot. Gen. Crauett.
& alij relati per Gaſpar.Theſaur.deciſ.forenſ.89.libr.1.
num.3. Cardin. Mant.de tacit.& ambig.conuent.to.1.
lib.11.tit.24.n.4.& ſeq.vbi Caputaq. & perplures alij.
Extenditur reſtrictio quomodocunque appareret
3082 de † veritate ſcripturæ, vel temporis, quo, ea confe-
cta fuit, vt Pręſ.de Franc. & omnes præcitati Doctores.
3083 Contrariam opinionem † eorum, quæ firmata ſunt
in reſtrictione, defendit Gaſpar Theſaur. citata q. 89.
nu. 5. dicens re melius per Senatum diſcuſſa, & reuolu-
tis libris,& rationibus, fuiſſe pro ſua opinione deciſum;
& cõtrarium tenentes, vt in reſtrictione (quorum dicta
probantur per tex.in l.cõtrahitur, ff.de pignor.vbi Do-
ctor.& l.vbi numerus, ff.de teſt.) loqui, dicit, & intelligi
debere ſecundum terminos d. l. ſcripturas, requirentis
3084 † pro forma,& ſolemnitate huiuſmodi ſcripturę nu-
merum trium teſtium ſubſcriptorum, vnà cum debito-
ris ſubſcriptione.
✱ Attamen reſtrictio magis communiter, & receptius
3085 tenetur, † vt teſtatur Steph. Grat.diſcept.forẽſ.to.2.
ca.391.toto,& receptiſſimam ſupponit Monach.citata
deciſ.35.licet implicitè; ſuppoſitumque Theſauri de fa-
cili negotio reſoluitur.
3086 Decipitur enim Theſaur.filius, † dum ſupponit tex.
l. ſcripturas requirere pro forma numerum teſtium, &
ſubſcriptiones prædictas, quia negatur hoc per Doctor.
vt docet Pappon.conſ.48.nu. 27. eo quia illud pro for-
3087 ma inductũ dicitur, quod † clauſulam annullatiuam
habet, ex communiter traditis per Doctores in l.1.ff.de
lib.& poſth.vt iterũ inferius n.3128.cũ ſeq.ꝓbauimus.
3088 Secundò, nam lex illa fundata eſt † in fraudis anti-
datæ ſuſpicione, vt probant omnes præcitati authores,
& ſępius ſuperius per nos probatum fuit; ideo probata
✱ veritate ceſſat ſuſpicio, vt per communes regulas præci-
tati authores notant, idcirco ex traditis, & ſuperius no-
tatis patet, Theſaur. filium deceptum, quodque ex in-
fra proximè dicendis comprobatur; eandemq; opinio-
nem Pręſ.de Franch. & aliorum ſuperius citatorum cõ-
probat Scaccia d.c.11.num.1128.& 1129.
Extẽditur ſecundò reſtrictio, eam procedere, ſcilicet
3089 etiam ſi de veritate † contentorũ in Apocha, aut de
die quo fuerit confecta cõſtaret per adminicula,& con-
iecturas, vt nõnullis adductis probat Steph. Gratian.ci-
tato ca.391.nu.7.cum ſequentibus, ad quę probandum
3090 admittit etiam iuramẽtum † ſuppletorium, eo quod
ſolius prælationis eſt contentio, vt ſic ſępius in Rota de-
ciſum dicit; & ſufficere duos tantum teſtes cum admi-
niculo aliquo veritatis, probat idem, to.5. diſcept. cap.
964.num.28.& ſeq.

Extenditur tertiò, quamuis non eſſet probatũ de bo-
3091 na vita, & fama † horum teſtium deponentium de
veritate contentorum in Apocha; illa ratione, quia iſti
teſtes nõ ſunt de deſcriptis,& ſubſcriptis in Apocha, de
quibus loquitur Imp.in d. l. ſcripturas modo, vt ſingu-
lariter probat Gratian.d.c.391.nu.28.cum pluribus ſe-
quent. itaq; in Rota deciſum teſtatur; alia qualitas iſto-
rum teſtium recenſetur inferius num.3175.
3092 Ideo cauẽdũ eſt à Genua † d.lib.1.de ſcript.priuat.
ſup.d.2.concl.nu.11.fol.62. ſupponẽte, requiri proba-
tionem bonæ conditionis horum teſtium, dum dicit ſi
duo teſtes bonæ opinionis,& famæ, &c. eo quia non ſo-
lum illam qualitatem requiri, non probat; ſed gratis di-
cit, ſed de iſta reſtrictione firmata ſuperius numero
3081. aliàs iterum dicemus inferius nume. 3176. & ſe-
quent.
Reſtringitur ſecundò principaliter concluſio, quãdo
3093 ſcriptura † hoc modo recognita ex forma ſtatuti,
aut cõſuetudinis vim publici inſtrumenti haberet, quia
tunc etiam nõ adhibitis requiſitis d.l.ſcripturas; credi-
tor anterior vigore talis ſcripturæ præferretur creditori
inſtrumentario poſteriori, Gabr.d.concl.10.n.18.quã-
uis contrariũ tenere Ripam Corn.& Tiraq. dicat; quia
opinionem illorũ, quos probat Gabr. d.n.18. veriorem
dicunt, Decian.conſ.11.n.143.cum alijs ſeq. & Genua
d.lib.1.fol.63.& 64.à num.28.vſque ad finem ſecundæ
cõcluſionis d.l.ſcripturas, rñdens Decianus fundamen-
tis Rip.& ſequacium; quã Deciani,& Gabr.ac aliorum
opinioné vti veriorẽ ego probo euidenti ratione; nã ſta-
3094 tutũ, † aut conſuetudo, quibus ſcriptura priuata pro-
bationem acquirit, mouentur ratione, quia forſan fides
huiuſmodi ſcripturæ aliqua cauſa clarior appareat, mo-
do, vt videtur in ſequenti illatione, vbi alios citabimus.
3095 Infertur ideo literas cambij,& Apochas Bãci † quæ
vim publicorum inſtrumentorum obtinent, prout de
literis cambij latè diximus ſupra in eodem titulo hoc
eodem capite nu.2372. & probant Zabarell.conſ.153.
Rot.Gen.deciſ.2.n.9.& in alijs ferè deciſionib.Hõded.
conſ.29.vol.2.nu.7.Card.Tuſc.concl.13.litera. C.n.1.
& in litera. L.concl.362.nu.2. quos probat Genua li.3.
de ſcript.priuat.tit.de lit.cambij quæſt.6.nu.10. & ſeq.
& nouiſſimè Ant.Monach.deciſ. Florent.70.num.4 ac
de Apocha Banci inferius titulo de Apocha Banci nu.
3218. dicemus; has itaque literas; publicas ſcripturas
3096 reputatas tribuere prælationem † creditori eas ha-
benti, ex his dictis patet, taliter quod præferretur cuili-
bet alio inſtrumẽtario poſteriori, quæ omnia notata in
ſuprafirmatis reſtrictionibus intelligũtur, ſi in his Apo-
3097 cis,& literis † bonorum obligatio interpoſita fuerit,
pro vt inferius n.3192.probabimus, reſtrictioné etiam
probant Neguſ.de pignor.p.5.mem.2.nu.47.verſ.mo-
dò dubitatur circa d.l.ſcripturas;& Cardin. Mantic.de
tacit.& ambig.conuent.tom.1.lib.11.tit.24.num.7.&
conſtet de illarum veritate.
Vltimò loco adnotatur ex eadem l.ſcripturas; nẽpe
habentem Apocham ſubſcriptam, aut ſcriptam per de-
bitorem, trino etiam teſte ſubſcriptã, cum infraſcriptis
3098 requiſitis, præferri † habenti publicũ inſtrumentum
poſterius, quo ad hipotechã, ita Imp. Leo in citata l.ſcri
✱ pturas verſus finem, itaq; cõiter Bar.Bal.Pet.de Bellap.
ac reliqui oẽs relati per Gabr.com.concl.tit.de probat.
concluſ.10.& 11. probant infinitis cõgeſtis Mart. Vot.
Rot. Piſan.53.nu.1. Bellon. Rot. Gen.deciſ.13.nu.31.
Genua d.lib.1. de ſcript.priuat.3. concl.ad d.l.ſcriptu-

ras fol.65.& Scaccia de indic.cauſ.ciuil.d.cap.11.num.
1126.alijque innumeri, quos ſciens prætereo, & in his
errore labitur D.Viſcontus citandus inferius nu. 3213.

Requirũtur tamen infraſcripta requiſita, vt firmata
cõcluſio locum obtineat, & primo requiritur, quod ta-
lis ſcriptura tres habeat teſtes ſubſcriptos, quia duo nõ
3099 ſufficerent, † ita Imp.in d.l.ſcripturas, & in §.ſi quis
igitur auth.de inſtr.fid.& caut.ac poſt Couarr.practic.
ca.22.& alios, probant Marta vbi ſupra, Maſcard.con-
cluſ.285.num.4.Gabr.d.concluſ.11.nu.3.proceditque
3100 requiſitum, quamuis vnus † ex duobus teſtibus ſit
notarius, Maſcard. vbi ſupra quos omnes probat Ge-
nua citato loco num.5.6.7 & ſeq.

Extenditur requiſitum, vt in numero trium teſtium
requiſitorum, ſubſcribens Apocham (ſi tertius ſcripſe-
3101 rit)nequaquam cõnumeretur, † vt ſingulariter pro-
bat Triuiſan.deciſ.40. lib.1. quem ſequitur Genua loco
citato num.8.

Hanc autem extenſionem, licet ſingularem, veram
3102 nullatenus exiſtimo,dum ſuperius firmauimus †tex.
in d. l. ſcripturas fundatũ eſſe in ſuſpicione fraudis an-
tidatæ, & ad eam tollẽdam requirat trium teſtium ſub-
ſcriptionem; imò pluries diximus ſi de veritate ſcriptu-
ræ appareret per coniecturas, adminicula. & qualiter-
cunque conſtaret (modo vt hęc omnia probata fuerunt
ſuperius nu.3072.3081.3082. & 3089.) de eadem ve-
3103 ritate, ſemper ſcripturam † tribuere prælationem,
quia ex tali probatione fraudis ſuſpicio ceſſaret, ideo
diſpoſitio prædicta ceſſat; at veritas ſcripturæ, & quan-
doq; contẽtorum in ea omni iure recipit debitam pro-
3104 bationem †per depoſitionem tertij ſcribentis,quem
plenam facere,dixit Mandell.conſ.660.volu.4. ſed nos
declarauimus ſup. in ſecũdo principali modo recogno-
ſcendi,nu.2726.cum omnibus ſeq.in toto dicto modo,
& ſignanter nu.2733.probauimus facere hunc tertium
3105 plenam probationem † adminiculis iunctis, eo quia
de ſuo facto abſq; intereſſe deponit, quid fortius in fa-
cto hoc, in quo concurrunt depoſitiones aliorum duo-
rum teſtium ſubſcriptorum.

Nec mea hæc conturbatur opinio ob tradita per nõ-
nullos authores dicentes inductum eſſe per dict. l. ſcri-
3106 pturas pro forma, vt trium teſtium † ſubſcriptione
munita ſit Apocha,quia ſuppoſitum hoc expreſsè ſupe-
rius negatum fuit, nu.3086. & expreſsè negatur per ſa-
pientiſs. Scacciam d.c.11.nu.1157. dicentem vim pro-
bationis huiuſmodi ſcripturæ contra tertium non con-
3107 ſiſtere † in obſeruatione alicuius certæ formæ,ſed in
remotione præſumptæ fraudis.

Secũdò ſubmouetur ſuppoſitum, quia ſi tertius ſcri-
bẽs Apocham de voluntate partium dicitur etiam ſub-
3108 ſcribere, † eo quod ſuperius nu. 2623. probauimus
idem eſſe ſcribere, vel ſubſcribere,& per hoc tertius ſcri-
bens reputatur teſtis ſubſcribens etiam.

Comprobantur hæc omnia,nam ſi dicamus hũc ter-
tium circa veritatem ſcripturæ facere tantum ſemiple-
3109 nam probationem,† ſeu vt rectius loquar, minus ſe-
miplenè probare,vt notatum fuit ſupra in citato ſecun-
do modo recognoſcendi,num.2726.non ne iuncta hæc
3110 minor ſemiplena cum depoſitione † aliorum duo-
rum teſtium inducitur plena probatio,idcirco dijudico
per depoſitionem tertij, & duorum teſtium omninò
tribui ex tali ſcriptura prælationem contra creditorem
inſtrumentarium.

3111 Comprobatur ſecundò, nam depoſitio † vnius te-
ſtis de cõtentis in ſcriptura, & de tempore confectionis
ſcripturæ facit ſemiplenam;quæ ſi iungatur cum depo-
ſitione duorum teſtium nõ ſubſcriptorum in Apocha,
ſed videntium tamen ſcribere, aut ſi cõcurrat probatio
comparationis literarum;tunc ex iſtis iunctis inducere-
3112 tur plena probatio † etiam contra creditorẽ inſtru-
mentarium, vt probant Scaccia d.c.11.n.1129. iuncto
num.1157.nulla alia ratione adducta,niſi quod veritas
ſcripturæ cenſetur ex his bene probata, & fraudis ſuſpi-
ctio remota, vt Scaccia d.nu.1157. idcirco fortius con-
ſtat de veritate per depoſitionẽ tertij ſcribentis, & alio-
rum duorum teſtium ſubſcriptorum, poſtquam pluries
3113 ſupra probauimus plus operari †recognitionẽ teſtiũ
ſubſcriptorum, quam aliorum videntium tantum ſcri-
bere, vel comparationis literarum, eo quod vtraq; hæc
probatio fallax,vt plurimum iudicatur.

Comprobãtur finaliter,nam veritas diei,qua fuit cõ-
3114 fecta Apocha.& ſic veritas ſcripturæ,†verificari po-
terit per coniecturas, & adminicula, vt ſuperius, nume.
3089. probatum fuit, idcirco, quæ maior coniectura
quodque maius adminiculum, quam illud quod reſul-
tat per depoſitionem tertij ſcribentis.

Cum ex recognitione tertij ſcribentis indicium veri-
3115 tatis † magis veroſimile oriatur, quã ex recognitio-
ne principalis aduerſus creditores, eo quod in terminis
l.ſcripturas, C.qui pot.in pignor.hab.plus operatur re-
cognitio teſtium, & per alias probationes, quam prin-
cipalis, vt fraus euitetur.

Modificatur hæc mea opinio, vt procedat tantum
3116 quando † hic tertius diceret in Apocha eam de mã-
dato ſcripſiſſe, quia ſi hoc non eſſet in Apocha teſtifi-
catum,illa diceretur defectiua in exordio, & ſic ex alio
non probaret, modo vt probat ſingulariter Scaccia d.
c.11.num.118.

Nec refragaretur dicenti, tertium illum ſcribentem
3117 † de ordine debitoris principalis ſuſtinere vicẽ illius
principalis, & per hoc non poſſe eodem tempore fungi
officio teſtis contra dictum principalem, quia vna per-
ſona pluriũ vicem ſuſtinere non valet ad tex. in l.ſi plu-
res, ff.de pact.quia leui reſponſione ſoluitur eo qđ ſem-
3118 per vna † plurium vicem ſubſtinere valet, quando
habetur reſpectus ad officia, quibus fungitur illa perſo-
na, & officia ſunt compatibilia, vt concordantibus ad-
ductis probat Bart.in l.tutorem, ff.de his quibus, vt in-
dign.& in l.ſi cõſul.ff.de adopt.at officia hæc ſunt adeo
3119 compatibilia, vt idẽ principalis, ſi ſcriberet, † potuiſ-
ſet fungi officio teſtis contra ipſum eundem, imò tanto
fortius probaret,& ſibi ſoli contra eũ crederetur vulga-
tis regulis, & vt ſępius probauimus; & ſi principali hoc
cõceditur, cõſequenter,& fortius huic tertio cõcedẽdũ.

Extenditur ſecundò principalis concluſio deſumpta
ex hoc iam notato primo requiſito, tam cõtra tertium,
quam contra principalẽ debitorem, eo quod etiam cõ-
tra principalem in Apocha requiruntur tres teſtes, imò
3120 & ſi vnus † horum trium teſtium mortuus eſſet, ad-
huc recognitio reliquorum duorum viuorum facta tã-
tum de eorũ ſubſcriptione, quã de ſubſcriptione mor-
tui non ſufficeret ad plenam probationem contra prin-
cipalem debitorem,& quod diximus de mortuo proce-
3121 dere etiã de abſente, † vt firmauimus ſupra in quin-
to modo recognoſcendi, nu.2806.reſtrict.2.eandemq;
opinionem probarunt Maſcard. concluſ.110.num.18.
clarius, Crauett.de antiq. tempor. ver.quæritur nu.51.
Gabriel.concluſ.citata 10.nume.22.& apertius nu.27.

Surd.deciſ.71.nume.1.& 2.Lancell.Gall.conſ.91.toto
* Carpan.ad ſtat.Mediol.c.96.nume.85.& communem
dicit Menoch.conſ.199.num.26.prout his citatis com-
* munem dicit Genua d.lib.1.de ſcript.priuat.ad 3.con-
cluſ.d.l.ſcripturas nu.54.& veriſſimam profitetur Scac
cia d.c.11.num.993.
Fundamenta, quibus mouentur prædicti commu-
nem dicentes eorum opinionē,& ſi plura ſint, vt viden-
tur penes Surd.& Gall.citatis locis, ac per eundem, Lā-
cellott.Gall.conſ.31.tamen illud erit potētius, eo quod
3122 †pro forma requiritur trium teſtium recognitio,per
text.in d.l.ſcripturas,ideo etiam trium requiri recogni-
tionem.
3123 Contrariam opinionem † ſequuti ſunt Bal.& Salic.
in l.comparationes, C.de fid.inſtrum. quorum opinio-
nem amplectuntur Cephal. conſ.270.toto,Burſat.cōſ.
103.num.6.vol.1.tangit Gail.lib.2.obſeruat.43.nu.4.
verſ.hinc eſt,latè verò Stephan.Gratian.deciſ.94.Alex.
Trentacinquius ſuarum reſolut.reſolut.12.num.11.&
Genua latiſſimè ad d.tertiam concluſ.d.l.ſcripturas, in
lib.1.de ſcript.priuat.num.62.cum multis ſequentibus
articulo, poſt Cephal. vt ſupra citatum, & alios,latiſſi-
mè diſcuſſo dicentes recognitionem illorum duorum
reliquorum teſtium faciendam, vt ſupra num.3117.&
3124 ſeq. exemplificatum fuit, ſufficere ad plenam † pro-
bationem, tam contra principalem,quam ad prælatio-
nem contra tertium poſteriorem, & ſi Genua dicat hāc
contrariam opinionem veriorem,& æquiorem eamque
comprobat nonnullis comprobationibus deſumptis à
Ceph. & ab alijs allegatis, reſpondendo motiuis addu-
3125 ctis †ex aduerſo;tamen ego ad tutelam eiuſdem hu-
ius vltimæ opinionis(quā veriorem,& ſaniorem dijudi-
co,eamque in conſulendo,& iudicando ſemper ample-
ctendam, vt poſt Trentacinq. affirmat idem Genua ci-
tata conclu.3.nu.94.) duo tantum referam fundamen-
ta;vnum ſcilicet pro reſolutione alterius adducti ex ad-
uerſo, alterum verò pro eiuſdem opinionis comproba-
tione, ac & pro eiuſdem opinionis comprobatione ac-
cedit id,quod inferius nu.3136.ſingulariter notabitur.
Primum adducitur ad tollendum id,quod ex aduer-
ſo allegatur, nempe vbi certus numerus teſtium exigi-
tur pro ſolemnitate,& forma actus idem, & non minor
3126 requiritur † in eiuſdem actus probatione ad tex.in l.
hæredes palam,§.1.ff.de teſtam.cum alijs concord.ſed
pro ſolemnitate ſcripturæ priuatæ, vt vim habeat cōtra
tertium,trium teſtiū requiritur ſubſcriptio.d.l. ſcriptu-
ras, ergo in eiuſdē ſcripturæ probatione trium quoque,
recognitio erit neceſſaria, hoc enim vtuntur argumen-
to tenentes primam contrariam opinionē, vt idem Ge-
nua loco citato num.56.& 57.lib.1.de ſcript.priuat.ad
allegatam tertiam concluſionem,refert.
Reſpondetur per eundem Genuam poſt alios, in d.
loco num.87.dicentem,negari conſequentiam, quia li-
3127 cet requiratur † numerus trium ad ſubſcriptionem
ſcripturæ per tex.d.l.ſcripturas,non tamen ſequitur,re-
quiri, eundem numerum in recognitione,idque proba-
ri dicit apertè per text. in allegata l.comparationes, C.
de fid. inſtrument. vbi trium ſubſcriptionem requiri,
duorum autem recognitionem requiri dicit Impe-
rator.
At ego (quamuis reſponſio prædicta ſit ſingularis)
clarius reſoluendo, dico dupliciter euidenter reſolui
præcitatum fundamētum ex aduerſo adductum,& pri-
mo non ſolum negando conſequentiam prædictam, vt
ſuperius, ſed etiam negando ſuppoſitum antecedens,
3128 eo quod † iure non probatur trium teſtium ſubſcri-
ptionem inductam eſſe pro ſolemnitate, & forma ſcri-
pturæ præferendæ, quia d.l.ſcripturas nequaquam vim
probationis contra tertium cōſiſtere iniunxit in obſer-
uatione alicuius certæ formæ, ſed tantum in remotio-
3129 ne † præſumptæ fraudis, vt ſuperius pluries proba-
uimus,nam ſi pro forma trium teſtium numerus requi-
reretur fruſtra allegarētur tot deciſiones, ex quibus fir-
matum fuit ſufficere duos teſtes, aut adminicula tātum
de veritate contentorum, vt præſumpta fraus tollatur
ideo deſtructo antecedente, deſtruitur, & conſequens,
vel è conuerſo.
Secūdò,& magis iuridicè reſpōdebitur,nam data ve-
ritate antecedentis, ſcilicet quod pro forma numerus
trium teſtium ſubſcriptorum in Apocha requiratur per
text.in d.l.ſcripturas, ſed non conceſſa, dataque etiam
veritate concluſionis deſumptæ ex text.§.1.d.l.hæredes
palam, prout veriſſima eſt illa concluſio, tamen facto
huius articuli, nullatenus adaptatur, ſed omnimodo
diuerſi ſunt termini, iureconſ.enim in d.§.1.dicit quod
3130 in mutando actum,& in addendo; eadem † requiri-
tur ſolemnitas,non autem in declarando eundem actū,
vt Bart. in ſummario; at in caſu noſtro nihil mutatur,
3131 nec additur, † ſed idem actus recognoſcitur, ideſt
vetus ſcriptum iterum cognoſcitur, vt hoc verbum tali-
ter declarauimus, ſupra nume.3001.Requiſ.ſecundo,ſi
actus idem non mutatur,nec eidem additur,ſed iterum
videtur,tunc hic ſecundus actus minor declaratione iu-
dicatur, & meritò diſpoſitio d.§.1.d.l.hæredes palam,
non poterit terminis noſtris applicari, & conſequenter
3132 ſolemnitas requiſita † in actu nullatenus requiritur
in reuiſione eiuſdem actus,eo quod per reuiſionem non
mutatur.
Fundamentum autem adducendum pro comproba-
tione huius vltimæ opinionis hoc erit, videlicet veriſſi-
mum eſſe in iure, probationem reſultantem, ex depoſi-
3133 tione teſtium † viua voce facta, digniorem, & vali-
diorem cęteris paribus, iudicari, quam probatio reſul-
tans ex comparatione literarum,vt apertis verbis docet
imperator in ſępius citato,§.ſi verò tale aliquid auth.de
inſtrument. fid. & caut. eo quia literarum comparatio
coniecturalis dicitur, & proinde fallax, vt probauimus
ſupra num.2826.
Deinde veriſſimam eſſe opinionem, ex qua proba-
uimus ſupra, quæſt.quinta numer.2980.cum omnibus
ſequētibus vſque ad finem quæſtionis, comparationem
3134 ſcilicet literarum † plenam inducere probationem
ſuper veritate ſcripturæ priuatæ cū debitis ſubſcriptio-
nibus ſeruata diſpoſitione d. l. ſcripturas, ſi tres illi te-
ſtes ſint mortui, aut abſentes, quam opinionem rece-
ptiſſimam diximus ex dictis quaſi omnium Doctorum
tenentium contrariam opinionem relatam ſupra num.
3120.cum ſequen.& pręcipuè ex dictis,& congeſtis per
Scacciam eundem.
Si itaque idem Doctores firmant ſolam compara-
tionem literarum (habitam per eoſdem pro fallaci)
producere plenā probationem, teſtibus omnibus mor-
tuis,aut abſentibus;quo iure, quaq; ratione negare po-
3135 terunt, teſtes duos proprias recognoſcentes † ſub-
ſcriptione, ac & alterius mortui, vel abſentis,facere vti-
que pleniſſimam probationem, & inducere prælatio-
nem cōtra poſteriorem, ſi eorū probatio penes eoſdem
Doctor.& iure merito,reputatur, & iudicatur dignior,

& validior, negari hoc non poterit; ſed omninò fateri
hos teſtes maiorem facere fidem, quia maior probandi
ratio in hoc caſu concurrit, quam in alio relato, per quæ
omnia tollitur fraudis præſumpt. ſuper qua fundata fuit
l. ſcripturas, ideo de his ſatis; vnum pro complemento,
horum omnium, notabis, quod mors vnius, aut alio-
rum ſubſcribentium arguit fortius ceſſare præſumptam
fraudem per dict. l. ſcripturas inductam, vt ſingulariter
notat Præſ. de Franch. citata deciſ. 95. num. 8. ac num. 5.
Reſtringitur enim requiſitum hoc primum, notatũ
ſupra nume. 3099. ſi vnus teſtis deponeret de veritate
3137 † ſcripturæ, ac ipſius tenore; & duo alij etiã non ſub-
ſcripti deponerent vidiſſe in eorum præſentiam Apo-
cham ſcriptam, etiam ipſis non ſubſcriptis in Apocha;
aut cum vna iſtarum duarum probationum concurre-
3138 ret literarum comparatio; tunc duæ † harum trium,
iunctæ, tanquam ſemiplenæ probationes facerent ple-
nam contra principalẽ, & contra tertium, vt probatum
fuit ſup. num. 3111. & hæc reſtrictio vtique deſeruit pro
comprobatione concluſionis firmatæ ſup. nume. 3123.
cum alijs ſequent.

Requiritur principaliter ſecundò, vt inceptum ordi-
nem requiſitorũ ſequamur; quod teſtes illi tres deſcri-
3139 pti in Apocha, ſint † bonæ famę, & probatæ opinio-
nis; vt notatur in text. d. l. ſcripturas, & in §. ſi quis igi-
tur Auth. de inſtrument. caut. & fid. notantque omnes
Doctor. ibi, vt teſtantur Sfortia Oddus conſ. 100. Mart.
vot. 53. & Genua in d. 3. concluſ. nume. 11. ac latiſſimè
Crauett. de antiq. temp. ver. quæritur nu. 35. 36. & ſeq.
& qualitas hæc probatæ opinionis omninò articulan-
3140 da, & demum probanda † erit, Crauetta vbi ſupra,
& Soccin. Purpur. Ripa Neguſan. & innumeri, quos ci-
tat, & probat Gabr. citata concluſ. 11. de probat. nu. 6.
alijque, quos probant Maſcard. citata concluſ. 285. nu-
me. 6. Guttier. practicar. lib. 5. quæſt. 111. Genua citato
loco num. 12. & ſeq. Præſ. de Franch. deciſ. 644. volu. 4.
& Marlian. deciſ. 22. nu. 5. & ſeq. latius Mantic. de tacit.
lib. 11. tit. 24. num. 13.

3141 Modificatur requiſitum, vt nõ procedat † ſi ex ad-
uerſo non fuerit ſaltim in genere oppoſitum, concurrẽ-
te præſertim aliqua bonitatis notoria coniectura, quia
tunc articulatio, & probatio non erunt neceſſariæ, Cra-
uett. citato loco nu. 39. in fine, quem congregatis claſſi-
bus, ſequutus fuit Senatus Pedemontanus teſte Gaſpar.
Theſaur. quæſt. forenſ. 89. libr. 1. nume. 9. 10. & 11. alias
modificationes reperies penes Gratian. diſcept. forenſ.
tom. 2. c. 391. num. 28. & ſequent.

3142 Requiritur tertiò, vt illi tres † teſtes ſint maſculi,
Crauett. citato loco nume. 34. Gabr. citata concluſ. 11.
num. 5. Couarr. practicar. cap. 22. nume. 5. Maſcard. d.
✱ concluſ. 285. nume. 5. qui communem dicit Guttier. lo-
co allegato n. 2. Scaccia de iud. cauſ. ciuil. d. c. 11. n. 984.
cum ſeq. & alij relati per Genuam in eodem loco cita-
to num. 21. cum multis ſeq. ac & Præſ. de Franch. d. de-
ciſ. 644. in fine, quod verum eſſe etiam contra principa-
3143 lem † diximus ſupra in quinto modo recognoſcen-
di, n. 2804. reſtrict. 1. & pluribus allegatis probat Card.
Mantic de tacit. in citato tit. 24. num. 10.

3144 Requiritur quartò, vt teſtes ipſi cognoſcant † con-
trahentes, modo vt probauimus in d. quinto modo re-
cognoſcendi nume. 2807. & probat Genua citato loco
num. 17. & 18.

Requiritur quintò, vt vltra trium teſtiũ, ſubſcriptio-
3145 nem, requiratur † vtriuſq; partis ſubſcriptio, vt om-
nes fateri dicuit Triuiſ. d. deciſ. 40. & Sfortia Oddus ci-
tato conſ. 100. num. 59. & 70.

Declarabis tamen requiſitum hoc procedere in ſcri-
3146 ptura † vltro citroque obligatoria, in qua vtriuſque
partis ſubſcriptio requiritur, taliter, quod ſi vna defi-
ciat, ſcriptura non probabit, etiam contra partem ſub-
ſcriptam, eo quod hæc Apocha habet correſpectiuita-
tem ad vtramque partem, & ex correſpectiuitate reſul-
tat connexitas, & indiuiduitas, ac inſeparabilitas, ex
3147 quibus † vtile per inutile vitiatur, vt ex infinitis ad-
ductis probat Scaccia d. c. 11. nu. 1115. cum multis ſeq.
ſed de veritate inferius tractabitur num. 3150.

Sin autem ſcriptura non ſit vltro citroque obligato-
3148 ria, tunc ſufficere debitoris tantum † ſubſcriptionem
ſatis probauimus ſupra in 6. modo recognoſcendi nu-
me. 2846. & 2847. hancq; eſſe communem diſtinctio-
nem teſtatur Genua citata concluſ. 3. nume. 46. fol. 68.
citatis Felin. Coraſio, & alijs, quicquid dicant cum Ri-
pa in d. l. admonendi, Sfortia, & Marta locis allegatis,
✱ contra communem loquẽtes, quia communis receptiſ-
3149 ſima eſt etiam in praxi; † vt ex dictis præcitatorum
Doctorum patet, & probat Stephan. Gratian. diſcept.
forenſ. to. 2. c. 391. nume. 41. 42. & ſeq. dicens ſępius ſic
in Rota deciſum; quicquid etiam eodem errore lapſus
dicat Card. Mantic. in ſuperius citato tit. 24. num. 9.

Sed rationes, quas congerit Scaccia in citato cap. 11.
num. 1115. cum multis ſeq. dicens in ſcriptura vltro ci-
3150 tròque obligatoria † inualidari eam etiam reſpectu
debitoris vnius ſubſcripti, ſi ab altero non ſubſcribatur;
velim intelligas non ita ſophiſticè, ſed alio receptiori
3151 modo, eo quod regulariter in contractibus † vtile
per inutile non vitiatur, ad text. in l. ſancimus, §. ſi quis
3152 autem, C. de donat. quia quantitas † eſt ipſo iure
diuiſa ad notata in l. à diuo pio, §. hoc amplius, ff. de re
iudic. prout latius explicat Tiraq. de retract. conuent. in
fine, nume. 143. & 145. licet etiam in contractibus vtile
3153 vitiatur per inutile quando voluntate † contrahen-
tium res deducta in contractu facta eſſet indiuidua, vt
declarando conciliat Alciat. in l. 1. §. ſed ſi mihi Pam-
philum num. 16. & 17. ff. de ver. obligat. poſt alios in d.
§. ſed ſi mihi Pamphilum; ſophiſticando itaque ſi vo-
luntate cõtrahentium obligatio hæc ſit nec ne facta in-
3154 diuidua, eſſet potius laborioſum, † quam vtile, ideir-
co dicas, quod ſi nõ ſubſcriptus in Apocha, præſentaret
Apocham contra ſubſcriptũ, non valeret ex alio, agere,
cum reſolutũ ſit in iure, qd in contractibus vltro citroq;
3155 obligatorijs non detur actio vni partiſi, niſi † primò
ex ſui parte impleuerit ad text. in l. Iulianus, §. offerri, ff.
de act. empt. & qui nõ implet repellitur ab agẽdo, & qui
3156 vult agere prius debet † adimplere, vt ex omniũ Do-
cto. dictis cõcluſum; & deciſum dicit Oſaſc. dec. 50. n. 9.
& per tot. & qui ex cõtractu, vel ſcriptura vltro citroq;
3157 obligatoria agere intendit, liquidò probare † debet,
prius ſe ex ſui parte, adimpleuiſſe Rom. conſ. 244. nu. 2.
Aretin. Socc. & alij, quos probat Verall. deciſ. 316. p. 3.
proſequitur latiſſimè idem Scaccia de cõmerc. & camb.
§. 1. q. 1. nu. 350. cum multis ſeq. poſt Crauett. Rolan.
Canar. Galleſ. & alios, quia hæc oppoſitio fit ex eadem
3158 ſcriptura, & opponere ex ſcriptura † non opponit
contra ſcripturam, modern. de proceſſ. execut. p. 4. c. 1.
nu. 79. proceditq; concluſio, quãuis defectus non adim-
3159 plementi eſſet in minimo, † imo etiam ſi non eſſet in
ſubſtãtialibus, vt Ludouic. Magon. Craſſ. Natt. Burſat.
Rolan. Maſc. Ceph. Menoc. Marlian. Honded. & infini-

ti, quos

ti, quos congerit, & probat Ambroſin. deciſ. epiſcopat. Peruſin. 15. tom. 1. quaſi per totam, imo hæc exceptio
3160 eſt adeo fauorabilis, quod † non cenſetur reiecta per ſtatutum, & opponitur etiam aduerſus inſtrumentum iuratum, & obligationem cameralem, ita Crauetta, Natta Menoch. & innumeri relati per Ambroſin. citata deciſ. num. 13. & Scaccia citato loco, & eo fortius, quod talis exceptio aduerſus agentem, etiam ſi non oppona-
3161 tur † per conuentum, cenſetur ipſo iure oppoſita, nec partis oppoſitio requiritur, & per hoc iudex ex offi-
* cio repellit agentem, Fulgoſ. Bald. Dec. & infiniti, quorum communem opinionem dicit Turret. conſil. 74. num. 34. lib. 1. Craſs. & alij, quos probat Ambroſin. citata deciſ. 15. num. 25. & Scaccia vbi ſupra num. 355. & 356. poſt Canar. & Galleſ. natura enim exceptionum, quæ ex ventre eiuſdem inſtrumenti oriuntur talis eſt, vt
3162 ipſo iure, † & officio iudicis repelli faciat agentem, vt latiſſimè innumeris allegatis probat ſapientiſs. Regens Valenzuel. conſ. 48. nu. 25. cum multis ſequent. & conſ. 88 num. 56. 57. & ſeq. ac alij innumeri, quos prætereo; de his iterum in ſeq. c. 3. tit. 1. n. 1070. cum pluribus ſeq.

Idcirco agendo vnus ex contrahentibus, qui ſcripturam non ſubſcripſit in actu vltrocitroque obligatorio
3163 † repellitur ipſo iure, ſi non probauerit liquido, ex ſui parte adimpleuiſſe, quæ in dicta ſcriptura promiſit, quodque procedere, vel contra principalem debitorem, vel contra tertium poſteriorem ex ſuperius traditis, & notatis; At quando exceptio adimplementi non obſtaret, ſecus, vt ſuperius num. 3150. notauimus.

Declaratur, & Reſtringitur ſecundo, hoc quintum
3164 requiſitum, vt non procedat † ſi Apocha ſcribatur per tertium de ordine, & voluntate ambarum partium in ſcriptura vltrocitroque obligatoria, ſeu de ordine vnius quando vnius tantum præiudicium talis ſcriptura continet, modo vt ſuperius declaratum fuit; quo in caſu probabit etiam contra creditorem inſtrumenta-
3165 rium poſteriorem, ſi de illo ordine † appareat in eadem ſcriptura, modo vt probatum, & ampliatum fuit in quinto modo recognoſcendi num. 2791. cum alijs duobus ſequent. iunctis numer. 2798. cum ſequent.

3166 Requiritur ſexto, vt Apocha contineat † cauſam debiti, alias nullo modo probaret ex traditis ſupra hoc titulo, quæſt. vltima num. 3012. & ſeq. probatque in terminis chirographorum, Manent. deciſ. 70. tota & Surd. conſ. 135. num. 113. & ſequent.

Requiritur ſeptimò, vt ſcriptura hæc contineat diem
3167 † menſem, & annum, ac locum, vt vnanimiter notant Doctor. in d. l. ſcripturas, ac Canon. in ca. 2. de fid. inſtrum. & ex cumulatis per Sfortiam citato conſ. 100. in ſæpius citata concluſ. 3. ad d. l. ſcripturas num. 47. & præcipuè in terminis d. l. ſcripturas, vt probarunt Maſcar. Tiraq. Albenſ. Roland. Alciat. Riminal. Rebuff. Granut. Turret. Put. Borgn. & infiniti relati per Genuā. de ſcript. priuat. lib. 1. quæſt. 3. num. 5. & 9. & nos iterum probauimus ſupra tit. de liter. camb. num. 2343. cum multis ſequent.

3168 Octauò requiritur quod teſtes recognoſcant † proprias ſubſcriptiones, modo quo probauimus ſupra in quinto modo recognoſcendi, quaſi toto, prout etiam declarat Genua in d. concluſ. 3. num. 48. cum multis ſequent. & præcipuè deponere debent eos tempore notato in ſcriptura fuiſſe ſubſcriptos, taliter quòd probent
3169 tempus per recognitionem † temporis ſcripti in Apocha, ita Sfortia citato conſ. 100. num. 64. & 65. cum ſeq. quem probat Genua. d. concluſ. 3. nu. 51. prout hic modus recognoſcendi virtualiter comprehenditur in d. quinto modo recognoſcendi per nos in citato loco declarato, illa ratione, quia probatio, quæ ex tempore ni-
3170 titur requirit † probationem illius temporis, Salic. in l. matrem. C. de probat dicendo, & recognoſcēdo teſtis ſcripturam eam eſſe ſcilicet veram, dicitur probatum tempus virtualiter, vt in ſimili notauimus ſupra in quinto modo recognoſcendi, num. 2792. & 2793.

Reſtringitur hoc octauum requiſitum, vt non procedat quando Apocha trium teſtium ſubſcripta recognoſcatur per principalem debitorem eam ſcribentem, aut ſubſcribentem, vel mandantem ſcribi, & per eundem confiteretur, eam veram, quo in caſu dicta Apocha ſic confeſſata plenè probabit, tam contra principalem cō-
3171 fitentem, quam contra tertium creditorem † inſtrumentarium poſteriorem, in terminis d l. ſcripturas, quamuis teſtes ſubſcripti nequaquam examinentur, nec aliter eorum ſubſcriptiones recognoſcant; & ita non ſolum intelligenda ſunt omnia dicta ad exornatium d. l. ſcripturas, ſed etiam omnes quaſi modi ſuperius diſceptati ad recognoſcendum, & ſignanter quintus modus; ita ſingulariter, & veridicè more ſuo Caſtrenſ. in citata ſæpius. l. comparationes num. 3. prope finem. C. de fid. inſtrum. quem probat Scaccia de iud. cauſ. ciuil. pluries allegato cap. 11. num. 1127. verſ. extende; qui ſi rationem non afferant, tamen illa erit ra-
3172 tio, quia in caſu d. l. ſcripturas ſufficit † exiſtentia triū teſtium ſubſcriptorum, vt præſumptio fraudis antidatæ tollatur; & doctores dicentes requiri ſubſcriptionum teſtium recognitionem, loquuntur, quando ſcriptura non eſt recognita per principalem.

Vltimo requiritur, vt recognitio facta de Apocha
3173 acceptetur per aduerſariū expreſsè, vel tacitè, † quia recognitio eſt confeſſio, quæ acceptari debet, vt confi-
3174 tenti noceat, concurrereque debeat † ſimultaneus conſenſus Cin. in l. vnica queſt. 9. ibidemque Salic. in 15. oppoſitione. C. de confeſs. vt in terminis probāt Alciat. conſ. 12. num. 4. Surd. conſ. 135 num. 114. & ſeq. & Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 287. nu. 1. & hoc requiſitum connumerabis ſuperius inter alia requiſita ſuper recognitione adducta, prout de iſto ibi num. 3006. mentionem fecimus.

Extenditur tamen concluſio firmata ſuperius num. 3098. procedere etiam ſi Apocha recognita fuiſſet
3175 † per contumaciam debitoris ſeruata praxi, de qua ſuperius diximus num. 2931. & latius inferius nu. 3238. dummodo trium teſtium, & debitoris, aut tertij ſuo nomine ſubſcriptiones contineat, ita Gratian. diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 183. num. 27. poſt Coler. ibi allegatum.

Ad clariorem explicationem eorum, quæ notauimus ſupra num. 3081. & ſeq. in reſtrictione, quæritur, an teſtes deponentes de tenore ſcripturæ priuatæ probent,
3176 etiam ſi non fuerint periti; & eos non † probare in proprijs terminis firmat Stephan. Gratian. in additionibus ad eius deciſiones inſertis in primo tomo diſcept. forenſium deciſ. 94. quia eos debere eſſe peritos dicit, allegans Surd. deciſ. 137. num. 7. & in conſ. 144. num. 2. lib. 1. & periti intelliguntur literati, & docti.

3177 Contrarium verius † omninò dicas, quia probatur per omnes deciſiones ſuper hoc articulum ſuperius allegatas, in quibus verbum nullum de hac qualitate dictū eſt, & cum ratione, eo quod leges, & Doctores, quos ad hoc probandum allegat Surd. citatis locis in diuerſo lo-

quuntur caſu, nempe quando inſtrumentum, ſeu ſcri-
ptura erat amiſſum, vel amiſſa, & per hoc ad probandũ
tenorem ſcripturæ deperditę, requiruntur teſtes litera-
ti, & docti, vt ſunt notarij Doctores, & cæterique periti,
vt Bar. in l. 2. §. diuiſione ff. de iur. fiſci, vbi etiam Ang.
ac Butr. Abb. Alberic. & alij relati per Surd. citatis locis,
& longè latius Affl decíſ. 274. tota, vbi Vrſil. ac deciſ.
302. num. 5. & 6.

Sin autem teſtes producuntur ad probandum veri-
3178 tatem, † & tenorem ſcripturæ, non quia viderint ſcri-
pturam amiſſam, ſed quia teſtes interfuerint in celebra-
tione contractus contenti in ſcriptura, & tunc ſufficiũt
eſſe qualiſcunque conditionis ſine peritia, & literatura;
vt ſic declarando conciliat ex mente omnium Surd. ci-
tato conſ. 144. num. 16. & 17. probatque licet breuius
Vrſil. in citata deciſ. 274. in principio, dum ibi dicit
quando teſtes non interfuerint confectioni ſcripturæ;
quodque clara ratione comprobatur, nam teſtes in-
tereſſentes celebrationi contractus deponunt de viſu
tantum contrahentium, & de auditu ſuper tenore con-
3179 tractus celebrati, at viſus ſimplex, & auditus † ſunt
ſenſus corporei omnibus peritis, & impetitis commu-
nes, communiterque & æqualiter cuique diuiſi; teſtes
autem deponentes ſuper viſu ſcripturæ, & qui celebra-
tioni contractus nequaquam interfuerunt, vt probent
tenorem ſcripturæ viſæ deponere debent non ſolum
ſuper his, quæ aſpectu ab omnibus cognoſcuntur, vt eſt
ſcriptura, ſed etiam ſuper his, quæ omnibus non ſunt
3180 communia, † ſed certæ conditioni hominum, & ſic
literatis, & peritis, quibus notus eſt tantum tenor ſcri-
pturæ, quia eam legerunt, vt notatur ex dictis per Bart.
in tract. de teſtibus num. 22. cum ſequent.

SVMMARIVM.

3181 Apoca recognita producit hipotecam contra nu. 3185.
Hipotecaria an detur creditoribus chirographarys illis recognitis ibid. cum multis ſeq.
3182 Executio dicitur pignorum captio, & diſcuſſio.
3183 Hipoteca vnde dicatur.
3184 Perſona ſi exequitur tanto fortius exequuntur bona.
3185 Hipotecaria non datur creditori etiam inſtrumentario niſi expreſsè de hipotheca cautum ſit.
1385 Debitoris bona nequaquam creditori hipothecata cenſentur, niſi in his caſibus, quibus legi placuit illa hipothecari.
3186 Scripturarum priuatarum priuilegia non ex tempore, ſed ex cauſa æſtimantur.
3187 Hipothecariorum creditorum priuilegia non ex cauſa, ſed ex tempore iudicantur.
3188 Antonij Fabri laus.
3189 Sententia habet executionem paratam, ſed non parit hipothecam, niſi pignora in executione iudicati capta fuerint.
3190 Perſona ſi obligetur non per hoc, & bona obligata cenſentur.
3191 Cæpoll. Boer. & Burſat. reprahenduntur.
3192 Rebuſ. & Aegid. reijciuntur.
3193 Scriptura priuata in terminis l. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab. debet continere hipothecam vt inſtrumentis præferatur.
3194 Creditor chirographarius anterior præfertur creditori poſteriori inſtrumentario à die recognitionis facta de chirographo contra num. 3196. cum multis ſeq.
3195 Scriptura priuata operatur effectum poſt recognitionem de ipſa factam, & non aliter.
3196 Obligatio contracta cenſetur à die confectæ ſcripturæ priuatæ.
3197 Scriptura priuata, & contenta in illa vires habuiße videntur à die confectionis ipſius ſcripturæ.
Tex. in l. creditricem C. de remiſs. pign. declaratur ibid. & 3198.
3198 Scripturæ priuatæ recognitio hipothecam non conſtituit, ſed ipſam ſcripturam declarat.
3199 Pignoris, & hipothecæ conſtitutio tenet etiam in ſcriptura priuata ſine die, & conſule ſi ſcriptura recognoſcatur.
Hipotheca per teſtes probatur ibid. & 3200.
3201 Probatio initium ſumit à die rei, de qua tractatur, geſta.
3202 Nullus ſibi ipſi fraudem facere cenſetur.
3203 Scriptura, quæ debitis ſubſcriptionibus caret, ſi veritas temporis, et contentorum in ea per duos teſtes probetur, pariet hipothecam à die quo fuit confecta & 3204.
3204 Scriptura ſubſcripta ad formam l. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab. pariet hipothecam à die confectæ ſcripturæ etiam contra creditores hipothecarios inſtrumentarios & 3205.
3206 Couar. & Praſ. de Franch. confutantur.
3207 Recognitio ſcripturæ facta per principalem debitorem creditoribus non præiudicat.
3208 Tex. in l. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab. quando locum non haberet & 3209.
3210 Lex ſi promulgaretur ſuper caſu rariſſimè contingente inutilis & defectuoſa iudicaretur.
3211 Lex conſiderat quæ frequentius accidunt non quæ raro eueniunt.
3211 Leges ferendæ ſunt de his, quæ frequenter accidunt.
3212 Scriptura priuata effectum operatur à die confectionis tam pro ſorte, quam pro vſuris.
3213 Horatius Viſcontus in quibus notetur.

APOCA, ET SCRIPTVRA RECOGNITA an pariat Hipothecam.

QVæritur finaliter an ſcriptura priuata recognita
pariat hipothecam, taliter quod facta recogni-
tione per modos ſuperius explanatos poſſit
hipothecaria agi, & exequi vigore Apocæ Recognitæ.

Pro cuius quæſtionis reſolutione prima facie reſpon-
dendum eſſe putarem, omnino oriri hipothecariam
3181 † actionem; nam ſi probauimus ſuperius nu. 2992.
cum ſeq. Apocham recognitam habere exequutionem
paratam, ideo ſi paratam illa habeat executionem, con
ſequenter, & hipothecam producere debet cum execu-
3182 tio nihil aliud † ferè ſit, quam pignorum captio, &
3183 diſcuſſio, & hipotheca dicitur ab hy, os † quod eſt
ſub, & theſis quod eſt poſitio, ſcilicet bono. in ſuppoſi
tio, ſeu obligatio, ad Rubr. de reb. eorum noi, ienan-
dis vel ſupponendis ff. ſecundo, nam ſi per exequ io-
3184 nem paratam perſona exequitur quãto fortius † exe-
qui poſſunt bona; Tertio probatur per deciſionem Se-
natus Dolani relata per Criuellum deciſ. 27. in fine, vbi
teſtatur chirographarios creditores collocari cum hi-
pothecarijs.

Re vero melius per peritiores diſcuſſa, decernitur,
ſcripturas non ſolum priuatas, ſed etiam publicas, quan
tumuis recognitas, nequaquam producere hipothe-

cam,

cam, niſi expreſsè in illis de hipotheca ſit cautum, cum non tantum certum, ſed certiſſimum ſit, in iure noſtro,
3185 bona † debitoris citra expreſſam conuentionem, & obligationem, obligata creditori non eſſe, extra eas cauſas, in quibus placuit contrahi tacitè pignus, vel hipothecam, toto tit. in quibus cau. pign. vel hipotheca contrah. ff. & C inutiliter enim quæreretur, in quibus cauſis id fieret, ſi in omnibus, & paſſim admitteretur, chiro-
3186 graphorum enim priuilegia † non ex tempore, ſed ex cauſa æſtimantur, ad tex. in l. priuilegia ff. de reb. author. iud. poſſid. hipothecariorum autem è contrario ex ſolo
3187 ſcilicet tempore † non ex cauſa. l. 1. cum concord. ff. & C. qui pot. in pignor. hab vt his adductis, & alijs longè euidentioribus rationibus, & neceſſarijs conſequen-
3188 tijs, probat † ſapientiſs. Ant. Fab. de error. pragm. tom. 1. decad. 1. error. 1. quem aliàs allegauimus ſupra tit. de liter. cambij num. 2473. & Antonium Fabrum ſequitur & probat Criuel. citata deciſ. Dolan. 27. nu. 13. vltra per nos ad eandem comprobationem allegata in citato tit. de lit. camb. loco allegato in ſuperioribus, & ſequentibus numer.

Nec fundamenta ex aduerſo adducta probant, & duo prima vnica reſolutione tolluntur; quia non rectè ſequitur, habet executionem paratam, ergo & hipothe-
3189 cam, nam ſententia, † & res iudicata habet executionem paratam ad tex. l. 2. & tot. titulo. C. de execut. rei iudic. & tamen hipothecam non parit, niſi in executione iudicati pignora capta ſint, ad text. in l. à diuo pio ff. de re iud. vt poſt Neguſ. Rebuff. Ægid. & Pappon. reſpondit Criuel. citata deciſ. 27. num. 10. & 11. prout ne-
3190 gatur conſequentia † obligatur perſona, ergo bona, vt latius reſpondit Ant. Faber citato err. 1. toto.

Tertio, nec obſtat deciſio prædicta Dolana, quia illa procedit attento decreto Ducali in Burgundia, vt ex eadem deciſione patet.

3191 Idcirco malè fuiſſe loquutos † Cæpol. Boer. Burſ. & alios pragmaticos ſupponentes cenſeri tacitè bona hipothecata, prout malè fuiſſe loquutos, Rebuff. titu. de chirog. & ſchedular. recogn. tom. 1. art. 1 num. 41. & Ægid Magiſtr. in tract. de bonorum proſcript. cap. 44.
3192 opinionem affirmatiuam tenentes, quos † ſub nomine Gallorum reprehendit Ant. Faber citato err. 1. prout hoc eodem errore lapſus reperitur Modernus Barbatus vt notabimus cap. 4. quæſito 11. num. 1532.

Infertur ideo, tex. d. l. ſcripturas ver. ſin autem ius pignor. intelligi debere vt in Apocha trino teſte ſubſcri-
3193 pta † adſit hipothecæ conſtitutio expreſſa, vt ipſa recognita, creditor præferatur poſteriori inſtrumentario, vt notant omnes in eadem l ſcripturas, idemque notant Præſ. de Franch citata deciſ 95. in principio deciſ. dum ſupponit in illa ſcriptura priuata expreſsè de obligatione eſſe cautum; expreſſius notat Gaſpar theſaur. citata quæſt. 89. ſed apertius & magis explicitè Nicol. Genua de ſcript. priuat ſuper ſæpius citata concluſ. 3. ad d. l. ſcripturas, nu. 2. fol. 65. & ante eum Rol. conſ. 84. num. 2. vol. 3. & Thom. Triniſan lib. 1. deciſ. 4 num. 9. Hinc deducit Genua illud notiſſimum carmen.

Cautio priuata cum trino teſte notata.
Hoc ius eſt nacta quod cautio publicè facta.

probauit hoc idem doctiſs. Ant. Faber de error. pragmaticor tom. 1 decad. 1. error. 3. num. 10. & vt ſuperius latè probatum fuit.

3194 Infertur ſecundo ex prædictis quod prælatio † conceſſa creditori chirographario anteriori aduerſus poſteriorem inſtrumentarium, datur à die recognitionis factæ in Apocha præferenda, Couarru. variar reſolut. lib 2. cap. 11 num. 4. quem probat Præſ. de Franch citata deciſ. 95. in fine, videturque eandem probare opinionem, innumeris adductis; Surd. conſ. 547. num 7. mouentur iſti vno tantum rationis prætextu, quod chi-
3195 rographaria obligatio † nullas prorſus vires habeat antequam chirographum agnitum ſit, aut denegatum, idemque probat Stephan. Gratian diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 501. num. 14.

Sed falſum non ſolum illationem, ſed etiam rationem eſſe dicit Ant. Faber de err. pragmaticor. decad 1. error: tertio toto, eo præcipuè, quia quo tempore cele-
3196 bratus fuit contractus, & Apocha † conſcripta, contractam quoque fuiſſe obligationem, nec eam ſolum,
3197 ſed etiam Apocham vires habuiſſe † fatendum erit, & conſequenter hipothecam, quæ in Apocha continetur ad tex. in l. creditricem C. de remiſs. pignot. vbi pet chirographum hipothecatum fundum eſſe conſtat, & per reſtitutionem chirographi remiſſam cenſeri hipothecam probatur, ideo ſi hipotheca in Apocha, conſtituta non eſſet ante eiuſdem Apocæ recognitionem,
3198 † fruſtra in citata. l creditricem decideretur & falsè hipothecam remiſſam ante recognitionem; non enim agnitio Apocæ hipothecam conſtituit, ſed iam tempore confectæ Apocæ conſtitutam declarat, conſtitutio-
3199 nemque pignoris valere † etiam in ſcriptura ſine die, & conſule, ſi per confeſſionem debitoris, aut per alias probationes probetur, decidit iureconſ. in l. cum tabernam §. idem quæſijt ff. de pignor. & ſi nulla ſcriptura confecta ſit adhuc hipothecæ probatio, ipſiuſque
3200 conſtitutio, † per teſtes probarentur ad tex in l. contrahitur ff. de pignor. id enim generale, & perpetuum
3201 eſt in probationibus, vt ad rei geſtæ † tempus retrotrahantur, quando non quid nunc ſit, ſed quid antea geſtum fuerit probatum eſt: Niſi ea probatio ſit, quæ laboraret fraudis antidatæ ſuſpicione, & ſic in terminis noſtræ. l. ſcripturas de qua iuſtam verendi cauſam habent creditores poſt hæc ſuperuenientes, ne quid in eorum necem prælato die factum ſit, non autem iuſtam, de his verendi cauſam habebit principalis debitor, qui
3202 fraudem † ſibi ipſi facere nequit; ita his ad literam & alijs ferè multis adductis probat doctiſs. Faber citato errore tertio, quæ immutato modo tranſcribere volui tanquam omninò ſingularia, licet ſatis clara, & vulgata, comprobaturque hæc opinio per ea, quæ deducentur in cap. 4. quæſito 11. inferius deſignando.

Sed reſpectu, aliorum creditorum, vt ad noſtros deueniamus terminos; ſi veritas Apocæ nequaquam
3203 † probaretur per debitoris principalis tantum confeſſionem, aut literarum comparationem, in Apocha non continente trium teſtium ſubſcriptionem; ſed ea probaretur per teſtes deponentes de veritate contentorum in Apocha, aut verò tractaretur de Apocha ſub-
3204 ſcripta † iuxta terminos. d. l. ſcripturas declaratos ſuperius; tunc intrepidè dicas hipothecam in Apocha conſtitutam parere, & effectum producere à die, à quo Apocha fuit confecta etiam contra creditores inſtrumentarios poſteriores, in his caſibus conſtitutum eſt per ſuperius tradita, ac & per alia elegantius adducta per Fabr. citato err. 3. nu. 9. vſque ad finem erroris, quia
3205 per dictas iuridicas probationes remota † dicitur ſuſpicio fraudis præſumpta per d. l. ſcripturas; & de recepta dicetur tit. de pignor. quæſito 11. extenſione ſexta

numero

numero 1532 cum multis ſequentibus. At ego comprobabo hanc ſuperius firmatam opinionem vnico tantum fundaméto, ſed ſatis demonſtratiuo & neceſſario,
3206 nam ſi vera fuiſſet opinio † Couarru. in citato cap. 11.lib.2.variar.reſolut.num.4. verſ. cui illud adijciendum,& Præſid.de Franch.citata deciſ 95.quia Surd.citato conſ 547. non loquitur in his terminis ſed tantum in Apocha ſcripta, aut ſubſcripta per principalem abſque trium teſtiũ ſubſcriptione vbi authoritate Tiraq.&
3207 innum. Doctorum bene concludit † recognitionem principalis non præiudicare tertio creditori, quamuis Apocha ſit anterior, non negando Surd. poſſe per non ſuſpectas probationes verificari veritatem, etiam contra tertium; dico inquam ſi opinio contraria eſſet vera; diſpoſitio d.l.ſcripturas ſeruiret de vento, & nunquam,
3208 vel ſaltem raro procederet † circa prælationem, quã concedit creditoribus, chirographum ſubſcriptum vtraque partis ſcilicet & teſtium, ſubſcriptione, habentibus; nam creditor chirographarius nunquam procurat chirographi recognitionem, niſi quando ſuum intendit recuperare creditum, at tempore huiuſmodi ſolent comparere,& concurrere alij creditores, ideo ſi hipotheca daretur facta recognitione ſemper præferrentur creditores inſtrumentarij, qui penes acta pro ſui crediti recuperatione comparuerint, & in hipotheca ſemper eſſent anteriores, ſi anterioritas computaretur à die recognitionis, eo quod comparentes creditores præſentant ſcripturas, quæ neceſſariò habent antidatam, prius quam ſuperueniat recognitio; & inſuper quaſi nunquã
3209 creditor chirographarius † procurat recognitionem ſui chirographi per debitorem faciendam, vt facta, per eundem conſeruaretur chirographum agnitum ad finem, vt eo vtatur in concurſu aliorum creditorum ſuperueniendorum, hæc enim nunquam aut raro contingunt, & per hoc nunquam aut raro locum obtineret diſpoſitio.d.l.ſcripturas, & conſequenter inutilis,& defectuoſa tanquam ſuper caſu rariſſimè contingente
3210 promulgata, ad text. ibique Lucas de Penna, in l.vnica C.non lic.habit. Metrocom.lib.vndecimo, quia leges promulgantur, & conſiderant quæ frequentius
3211 † accidunt, non autem quæ rarò contingunt ad text. in l.1 §. ſed & ſi quis il 2. C. de latin.libert. toll.& cap. quia ſæpè de reſt. ſpoliat. ferendæ enim ſemper ſunt leges de his, quæ frequenter accidunt, ad tex.in l.ea quæ rarò ff. de reg.iur.l iura & l.ex his.ff.de legib. cum alijs concord. idcirco vt tollatur inconueniens tollitur ex aduerſo ſuppoſitum; ſed de his aliàs dicturi ſumus tit.de pignor.ſuperius citato.

Extenditur hæc noſtra concluſio, vti veriſſima, procedere etiã circa vſuras legitimas, & vtroque iure pro-
3212 batas, in Apocha promiſſas, quæ debentur† creditori huic chirographario à die promiſſionis, idemque eſſe circa legitimum intereſſe abſque promiſſione decurſum, vt articulo bene,& ſingulariter demonſtrato, probat grauiſſimus Ant.Faber de error.pragm. tom.1.decad.1.err.2.toto, exclamans contra pragmaticos aliud ſentientes illum conſulas amicè lector, ex quibus omnibus dignoſcitur, errore lapſum fuiſſe dom. Viſcontum amicum noſtrum in addit. ad Præſid.de Franch. deciſ.
3213 95.verſ.hinc ſcriptura, ſupponentem, † Doctores per ipſum ibi citatos dicere tex.l.ſcripturas. C. qui pot. in pign. hab. non habere locum, niſi inter principales, non autem contra tertium, cum inter principales non requiratur prouiſio. d.l.ſcripturas, eo quod diſpoſitio d.l.expreſsè procedit reſpectu creditorum principalis, & ad hunc effectum fuit promulgata, nam inter principales quælibet ſcriptura priuata recognita licet teſtibus careat effectum producit, nec inter eos,& reſpectu eorum requiruntur extrema.d.l.ſcripturas; Doctores inquam dicentes Apocham recognitam tertio non præiudicare, loquuntur in Apocha ſine teſtibus confecta, vt apertius adnotat Gratian.diſcept. forenſ.tom.5.c.873. nu.17. & 18. & ſi aliter loquerentur, euidenter deciperentur; quicquid ſi Apocha ſine teſtibus circa eius tenorem probaretur, tunc etiam tertio prę iudicaret, vt ſuperius num.3203.probatum fuit.

SVMMARIVM.

3214 *Apoca Bancaria diuiditur in duplici ſpecie & 3215.*
3216 *Scriptura Banchi ſeu fides, aut partita probat plenè tam pro, quam contra Banchum, & etiam pro vel contra tertium num.3218.*
3217 *Bancum publica authoritate erigitur publicèque ibidem omnia geruntur.*
3219 *Apoca Banchi recognita non ſolum reputatur de iure communi & municipali ſcriptura publica, ſed habebit executionem paratam & 3220. Etiam ſi per tertium de ordine ſcribatur, aut ſubſcribatur.num.3221.*
3222 *Aſſerenti ſcripſiſſe de mandato in ſcriptura vbi idem ſcribens ſubſcribatur, aut notetur plenè credendum.*
3223 *Except.non numeratæ pecuniæ per viam præuentionis oppoſita an admittatur in iudicio apocarum banci.*
3224 *Exceptio non numeratæ pecuniæ aduerſus cedulas bancarias non admittitur cum computentur loco realis ſolutionis.*
3225 *Contractus mediante apoca bancaria celebrati præſenti pecunia fieri dicuntur.*
Articulus factus aduerſus ſolutionem mediante apoca bancaria factam impertinens iudicatur ibid.
3226 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non conceditur banco nec contra bancum.*
3227 *Exceptio non numeratæ pecuniæ admittitur etiam aduerſus apochas bancarias.*
3228 *Apoca bancaria ad inſtar literarum cambij habet executionem paratam, ſed admittitur aduerſus eam exceptio non numeratæ pecuniæ, & 3229.*
3230 *Exceptio non numeratæ pecuniæ conceditur aduerſus apocas bancarias ad inſtar inſtrumentorum, & obligationum penes acta & 3231.*
3232 *Exceptiones quæ in promptu probantur nunquam cenſentur excluſè aduerſus liquidas ſcripturas per ſtatutum.*
3233 *Exceptio non numeratæ pecuniæ cum opponitur infra legitima tempora eo ipſo intelligitur probata.*
3234 *Executio parata conceſſa ſcripturis in illis non comprehenduntur quæ confeſſionem debiti tantum continent.*
Scriptura continens confeſſionem debiti tantum, executionem paratam non habebit.ibid.
3235 *Scriptura quæ numerationem non continet, dicitur de confeſſione non autem de debito.*
3236 *Regia pragmatica promulgata ſuper apocis banci qualiter declaretur remiſſiuè.*
3237 *Apoca banchi loquens de patrocinio præſtando illo non probato executionem paratam nõ habebit, vbi in omni promiſſione de futuro procedit.*

3238 *Apoca*

3238 *Apocæ recognitæ per contumaciam debitoris an poſſit perſonaliter iterum recognoſci per debitorem comparentem cum ſeq.*

3239 *Debitor aduerſus apocam recognitam per contumaciam an valeat moram purgare nouiter, & principaliter recognoſcendo cum ſequent.*

Contumax vt prohibeatur purgare contumaciam oportet vt præſentialiter contemneret iudicis iuſſum, nec iuſſus fieri poterit per nuncium, & qualiter non dicatur verus contumax ibid. & num. 3240. contrarium num. 3241.

3241 *Contumax verus quis, & qualiter non purgabit moram etiam in terminis ſcripturæ priuatæ recognitæ per contumaciam, & 3242. & 3243. ac in ſeq.*

3244 *Contumax an purgabit moram aduerſus recognitionem ſcripturæ cauſatam ob contumaciam debitoris citati cum multis ſeq.*

3245 *Decretum latum in contumaciam dicitur interloquutorium, & in iudicatum non tranſit.*

3246 *Moræ purgatio non datur aduerſus plura iudicis præcepta etiam in terminis recognitionis apocarum in contumaciam debitorum factæ, & 3247.*

3248 *Moræ purgatio aduerſus apocas recognitas non datur, niſi in vinculis, vel facto depoſito extenditur etiam in recognitione facta per contumaciam num. 3249.*

3250 *Moræ purgatio non datur quando executio conceditur per legem.*

3251 *Recognitio ſcripturæ facta coram iudice habet vim cõfeſſionis iudicialis.*

3252 *Confeſſio iudicialis calore iudicij habet paratam executionem.*

3253 *Executio parata datur etiam ob fictam confeſſionem per contumaciam cauſatam.*

3254 *Moræ purgatio quando concedatur etiam aduerſus recognitiones ſcripturarum factas.*

3255 *Scripturæ priuatæ recognitio quot requirit præcepta, & 3256. & 3257.*

3255 *Recognitio ſcripturæ quot requirit præcepta 3256. & 3257.*

3258 *Scriptura priuata recognita per contumaciam quando executionem paratam non habebit, & in illa moræ purgatio admittatur.*

3258 *Moræ purgatio aduerſus ſcripturam recognitam ob contumaciam quomodo detur cum omnibus ſeq.*

3259 *Contumax poterit aduerſus contumaciam contrarium demonſtrare, etiam in ſcripturis recognitis per contumaciam.*

3260 *Contumax non purgabit moram ſi iura quæ produceret promptuariam probationẽ non haberent, ſecus ſi promptuariam haberent num. 3262.*

3261 *Recognita ſcriptura priuata ſtatim officio iudicis executio conceditur.*

3263 *Contumax opponit exceptionem non numeratæ pecuniæ aduerſus apocam recognitam per eius contumaciam.*

Exceptio non numeratæ pecuniæ opponitur per contumacem, ibid.

3264 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponitur aduerſus ſcripturas expreſsè recognitas.*

3265 *Recognoſcens apocam ſi in recognitione aliquo modo fuerit mendax in penam mendacij non audiretur opponendo exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

Exceptio non numeratæ pecuniæ denegatur mendaci ibid.

3266 *Contumax aduerſus recognitionem per contumaciam cauſatam auditur, ſi contumacia requiſitis careret.*

3267 *Contumacia nulliter contracta non parit confeſſionem etiam in recognitione apocæ, ſecus verò in expreſſa recognitione num. 3268.*

3267 *Recognitio apocæ facta per contumaciam nulliter contractam non parit confeſſionem, ſecus in recognitione expreſſa num. 3268.*

3269 *Recognitio facta per contumaciam hæredibus, & fideiuſſori non nocet, quia perſonam contumacis non egreditur & 3270.*

DE APOCHA BANCHARIA Tit. 9.

NEC tamen Apocha (vt illius extrema facilius dignoſcantur) diuiditur in duplici ſpecie; † nam aut
3214 verſamur circa cedulam Bancha-
riam, quam nos vocamus in Regno fidem banci; vel partitam banci ex libris eiuſdem banci deſumptam.

3215 Aut & ſecundo verſamur † circa Apocham banci, quæ fit per debitorem ſuo creditori, vel quandoque fit per creditorem ſuo debitori mutuo recipienti, & quæ bancho dirigitur.

Sin autem verſamur circa primam ſpeciem, nempe fidem, quæ fit per banchum, declarantem banchum tenere creditorem Fabium videlicet in ducatis tot; & partitam banci declarantem quid in libris banci contineatur in beneficium, aut præiudicium alicuius, & tunc in-
3216 diſtinctè dicas plenè has ſcripturas probare, † tam pro, quam contra banchum; vt vno ore probarunt Bar. Salicet. Iaſ. Crauet. Menoch. & infiniti quos congerit Scaccia de iudic. cauſ. ciuil. ſæpius citato cap. 11. nu. 105 cum multis ſeq. & in tract. de commerc. & camb. §. 1. quæſt. 5. num. 17. illa ratione, quia banchum, publica
3217 † & regia authoritate erigitur, publicèque omnia ibidem geruntur, vt etiam latiſſimè proſequitur Genua de ſcript. priu. lib. 4. tit. de libr. ration. official. & tit. de libr. Argentar. nos autem plenius, & magis diſtinctè probauimus ſupra de libris, tit de libr. official num. 17. hoc eodem capite, toto d. titulo, & præcipuè num. 54. cum pluribus ſeq. in quibus locis ampliauimus conclu-
3218 ſionem procedere etiam pro, † vel contra tertium, vt num. 21. & ſeq. locum illum conſulas.

Sin verò verſamur circa ſecundam ſpeciem, & tunc facta recognitione huiuſmodi Apocæ modo, & per modos, vt in præcedenti titulo declarauimus; non ſolum
3219 obtinebit de iure communi paratam † exequutionem, & reputabitur ſcriptura publica, modo vt de literis cambij; & apocis priuatis in vtroque titulo ſuperius firmauimus, ſed etiam de iure Regni inſpecta diſpoſitione Regiæ pragmaticæ, ſuperius allegatæ; quæ collocata eſt in tit. de offic. procur. Cæſ. num. 64. §. *item ſupplica*, & §. *item volemo*; habebit exequutionem paratam ad
3220 inſtar publicorum inſtrumentorum, † & publicarum obligationum penes acta ſtipulatarum, quamuis fuerit ſubſcripta tantum, vt infinitis adductis probat Molfeſ. in terminis ad conſuet. Neapol. par. octaua, quæſtio. 4.
3221 Et pragmatica extenditur etiam † ſi apocha ſcribatur per tertium de ordine, vt deciſum in Sacr. Conſ. & ſancitum per nouellam pragmaticam teſtatur Doctiſſimus Marchio Regens Tapia ſuper eadem pragmatica ad ius regni tit. de apocis num. 3. & licet per Annium

ſingular.

ſingular. 41. dicatur non credi ſcribenti de mandato
eum ſcripſiſſe, vt ſuperius in præcedenti titulo citauimus
in quinto modo recognoſcendi nu. 2794. & ſeq. ac ite-
rum contrarium diximus, & probauimus in 6. modo
recognoſcendi num. 2850.

Tamen vt hic Articulus plenius decidatur dic, aſſe-
3222 renti de mandato † ſcripſiſſe omninò credendum, ſi
is in ſcriptura ſcripta per eum ſit notatus, prout credi
communiter Doctores concludunt, de qua communi
teſtatur Scaccia de iudic. cauſar. ciuil. d. cap. 11. nu. 934.
quicquid dicant in contrarium nonnulli, quos retulimus
ſuperius tit. præcedenti, num. 2726. & quos nouiſſimè
ſequitur eos congerendo Stephan. Gratian. diſcept. fo-
renſ. tom 5, cap. 948. num. 15. & ſeq. quia intelliguntur
modo, vt declarauimus citato loco num. 2727. cum ſeq.

Quæritur tamen an in cauſa, & iudicio apocharum
banci ex capite exceptionis non numeratæ pecuniæ ad-
3223 mittatur præuentio, † articulus hic non fuit deciſus
per Sac Conſ. ſed datus tantum terminus in cauſa ſalua
prouiſione facienda in quaqunque parte iudicij, eo
quod viſus fuit præiudicialis; ita meritiſſimus Regens
Tapia in proximo citato loco titu. de apocis, num. 4.
verſ tertio dubitatur.

Augetur difficultas pro parte, & in beneficium cre-
ditoris, quia in cedulis bancharijs hæc exceptio non ad-
3224 mittitur, eo quod loco ſolutionis † realis computan-
tur Put. deciſ. 163. lib. 1. poſt Bart. in l. ſolutionis nu. 1.
ff de ſolut. ac deciſum pluries in Rota teſtatur Stephan.
Gratian. diſcept. forenſ. tom. 10 cap. 387. num. 38. illa
ratione, quia natura banchariorum eſt, vt contractus,
3225 qui mediante † eorum cedula geruntur, ſemper fiant
pecunia præſenti, & numerata, adeo quod articulus quē
aduerſarius daret ad probandum contrarium, eſſet vti
3226 impertinens reijciendus; nam ſicut banchum † ipſum
non poſſet excipere, ita & alter, cum eo contrahens, vt
probat Scaccia de commerc. & camb. §. 7. gloſ. 3. nu-
mero 33.

Quibus non obſtantibus dico omninò infra legitima
tempora poſſe opponi hanc exceptionem etiam aduer-
3227 ſus † has apochas, tum iuris diſpoſitione modo vt
probauimus, & declarauimus ſuperius hoc eodem ca-
pite titulo de literis cambij num. 2504. cum infinitis ſe-
quent. tum etiam Regiarum pragm. diſpoſitionem, nā
3228 literę † cambij in Regno habent (Regiarum pragm.
diſpoſitione,) (vt eſt videre in nonnullis Regijs prag-
maticis collocatis in titulo de literis cambij) exequutio-
nem paratā ſine appoſitione, aut aliqua alia exceptione
proponenda ad finem impediendi, & tamen ibi proba-
uimus, poſſe opponi infra legitima tempora exceptio-
nem non numeratæ pecuniæ, idcirco ſi apocha bancha-
ria per Regiam pragmaticam 64. de offic. procurat.
Cæſar. eandem paratam obtineat exequutionem ideo
3229 † ad imparia non iudicabitur cum literis cambij.

Et dum apocha bancharia ſit æquiparata inſtrumen
tis liquidis, & obligationibus penes acta, tamen aduer-
3230 ſus † tales ſcripturas, licet liquidas, vtique exceptio
3231 hæc admittitur, vt aduerſus † inſtrumentum latè
Carauit Rit 66. num. 41. cum multis ſequent. & de
obligatione penes acta, aduerſus quam admittitur ex-
ceptio, loquitur Affl. in conſtitut. Regn. cauſa num. 14.
in fine, Rubr. 40. illa ratione, quia ſi per ſtatutum tol-
3232 lantur exceptiones impedientes † executionem ſi-
milium liquidarum ſcripturarum, tamen nunquam cen
ſentur ſublatæ exceptiones, quæ in promptu probantur,
vt latiſſimè Carauit. citato Rit. num. 57. ac omnes alij
relati per Doctiſſimum Rouit. ad eandem pragm. 64.
d. §. *item volemo* num. 52. & ſic in proprijs terminis, at
exceptio non numeratæ pecuniæ eſt talis, quod eo ipſo,
3233 † quod infra legitimum tempus opponitur, dicitur
probata, ad tex. iuncta gloſ l. 2. C. de non num. pecun. &
alijs adductis probat Carauit. citato Rit. 166. num. 47.
& ſeq. alijque nouiſſimi, quos ſciens prætereo, verum in
terminis probant Rebuff. de chirograph. & cedul. re-
cogn. art 2. num. 36. & Auendan. de exeq. mand. par. 1.
cap. 16. nu. 11.

Imò ſtante ſtatuto concedente paratam executionē
3234 ſcripturis, vtique ſcripturæ non habebunt † exequu-
tionem paratam, ſi contineant confeſſionem debiti tan
tum; & non appareat de numeratione, illa ratione, quia
eſſent ſcripturæ de confeſſione, non autem de debito;
3235 † ita ſingulariter Marſil. ſing. 135. quem probaui-
mus ſupra in præcedenti proximo titulo num. 3004.
requiſito 10. idcirco his veris exiſtentibus nō immerito
Sacr. Conſilium ſtatuit terminum in cauſa, vt peritiſſi-
mus Dominus Marchio Tapia refert, quem ſuperius
citauimus.

Ampliabis, & limitabis dictam pragmaticam ſuper
3236 apochis banci, promulgatam, prout eam † ampliāt,
limitant, & declarant duo citati ſapientiſſimi Domini
Marchio Tapia, & Rouit. citatis locis, ne ea etiam quæ
facilè poſſunt penes dictos Dominos videri tranſcribā,
illos in occurrenti conſulas, duo tantum notanda, neceſ
ſarium eſſe; dicam; nam ſi apocha banci loqueretur pro
3237 patrocinio † præſtando exequutionem paratam nō
haberet, niſi patrocinio probato, Molfeſ. ad conſuet.
Neapol. in addit. par. 8. quæſt. 4. nu. 12. prout hoc pro-
cedere in promiſſione de futuro, quia tunc exceptio re-
ſultaret ex ventre ſcripturæ eiuſdem, ad inſtar exceptio-
nis non numeratæ pecuniæ, latè Monach. deciſ. Bonon.
40 puncto 9. de his enim ſatis..

Aliud, vltimo loco, reſtat reſoluendum, pro coronide
concluſionis firmatæ reſpectu cuiuſuis apocæ, aut alte-
rius ſcripturæ recognitæ, in contumaciam debitoris,
modo vt concluſum fuit ſuperius tit. 8. in vltimo modo
recognoſcendi, num. 2910. cum ſeq. & 3006. in apocha
priuata; & circa hanc banchariam concluſum fuit in
eodem præcitato loco, num. 2912. reſtat, vt dixi, reſol-
uendum, an poſt decretum vltimum in contumaciam
prolatum vt habeatur pro recognita ſeruato ordine,
iuſta praxim relatam, citato etiam loco num. 2930. &
3238 ſeq. poſſit Debitor † comparere, & contumaciam
purgando; recognoſcere; pro cuius explicatione pauci
ex noſtratibus, quos viderim, ſcripſerunt.

Sed ego eandem explicationem latius proſequendo,
prima facie reſpondi poſſe exiſtimo, moram purgari,
3239 ipſiuſque purgationem † admittendam, eo quod
confeſſio iſta hæc reſultans ab hac contumacia per com
paritionem reſoluitur, dum nequaquam extrema iuris
ad eam cauſandam fuerunt ſeruata, quia oportebat, vt
contumax in reſpondendo, ſeu recognoſcendo præſen-
tialiter contemneret iudicis iuſſum, nec ſufficit fieri iuſ-
ſum per nuncium, ad text. ibique gloſ. in verſ. iuſſus, in
* cap. 2. de confeſſ. in 6 itaque expeditum dicunt commu
niter omnes, vt poſt Cin. Bart. Salic. & alios, teſtatur
Curt. iunior in l. quod obſeruari num. 55. C. de iuram.
calum. idemque probant Abb. in cap. cum cauſam nu.
13. de iuram. calum. & Papiēſ in form. poſit. actor. verſ.
reſponderi; & in forma excip. contra poſit. ver. tranſ-

miſſarum

miſſatum vbi communi iure hanc non reputari verum
3240 † contumacem probat, quia iuſſus iudicis, præſente
reſponſuro nequaquam fuit adhibitus.
3241 Contrarium & verius † notauerunt omnes magis
* communiter, vt teſtatur Surd. conſ. 360. vol. 3. num. 7.
cum omnibus ſequent. vſque ad finem conſilij reſpondens
tex. d. cap. 2. iuſſum ſcilicet adhibendum per illum
text. verificari ſatis per mediam perſonam Nuncij,
3242 † per regulam, qui per alium facit &c imò text. nec
dicit quod iudex immediatè, & perſonaliter iubeat re-
* ſpondere; quam magis communem procedere, dico
facta comminatione per iudicem, vt ſi in terminis datis
non compareat recogniturus, habeatur pro confeſſo, &
3243 demum ſequuta eiuſdem iudicis declaratoria; ita
infinitis congeſtis probat Surd citato loco, & poſt eum
Gaſpar Theſaur quæſt forenſ. ſexta, lib. 1. num. 4. & nos
latius probauimus in citatis locis tituli, 8. proximi præ-
* cedentis; imo hæc practica communiter & paſſim vbique
recepta eſt pro regula, vt etiam tangit Theſaur. loco
citato numero 11. & expreſſius infra citandi authores;
Attamen remanet difficultas propoſita, ſi purgatio contumaciæ
admittatur, vel non.

Et pro affirmatiua allegari poterunt gloſ. in l. 1. §. hoc
iudicium. ff. ſi quis ius dicent. non obtemp. ac Bald. ibidem,
dicentes per leuem contumaciam, contumacem
3244 non debere † perdere totam cauſam, prout tota perderetur,
ſi moræ purgatio aduerſus hanc fictam confeſſionem
non daretur.
3245 Accedit etiam quod decretum † latum in contumaciam
nõ dicitur diffinitiuum, ſed interloquutorium,
quod nunquam in iudicatum tranſit Bald. & alij in l. ſi
quis adulterij. C. de adulter. latè Farinac. de inquiſit.
quæſt 11. num. 8. ac deciſum dicit Gratian. diſcept. forenſ.
tom. 1. cap. 119. num. 18.
* Pro negatiua verò opinione verius & magis communiter
reſponderunt omnes Doctor. in l. ſi inſulam. ff de
3246 verbor. obligat. illa ratione, quia omnis † mora excluditur
ſtante eiuſdem moræ geminatione, per tria
præcepta facta, & per decretum iudicis, de qua magis
* communi teſtantur Oſaſc. deciſ. 5. numero 12. in fine
deciſionis verſ. non obſtat Caualcan. deciſ. 17. numero
60. & latiſſimè Gratian. diſceptat. forenſ. tom. quarto,
capitulo 639 toto, qui loquuntur in contumace habito
3247 pro confeſſo ſuper † poſitionum reſponſione; ſed in
proprijs noſtris terminis aliquibus ex allegatis adductis,
probat Luc. Matth. Apicella Modernus Regnicola,
in ſuo pauperum tutam. titulo de quinquenn. dilation.
in principio operis numero 17.

Comprobatur concluſio, quia per Regiam pragmaticam
64. de offic. procur. Cæſ. §. *item volemo* purgatio
3248 aliqua † non admittitur, niſi in vinculis, aut facto depoſito
quam ſuperius citato præcedenti titulo numero
3249 2912. ampliauimus procedere etiam in Apocha † recognita
per contumaciam, & ſic in terminis noſtris, idcirco
ſtante dicta Regia pragmatica modo prædicto
ampliata, purgatio moræ citra pragmaticæ requiſita
3250 non admittitur, † vt penes Doctores in d. l. ſi inſulam
notatur, quando per legem conceditur executio; Gratian.
hoc adnotat poſt Bal. & Menoch. per eum citatos;
in allegato cap. 119. tom. 1. diſcept. forenſ. num. 19.

Nec mirum videtur, leges concedere paratam executionem
etiam priuatis ſcripturis recognitis, eo quia
3251 recognitio † facta coram iudice habet vim confeſſionis
iudicialis, & iudicialis confeſſio calore iudicij ha-
3252 bet executionem paratam † ad tex. ibique nota: in l.
eum pro quo. ff. de in ius vocand. quæ executio parata
3253 datur etiam confeſſioni † fictæ cauſatæ per hanc
contumaciam, vt poſt Rebuff Gail. & Coler. probat
Gratian. citato tom. 1. diſcept. forenſ. cap. 183. num. 10.
& ſeq. quia hæc etiam calore iudicij oritur, vt præcitati
authores.

Et contraria vnica reſponſione tolluntur, quia pro-
3254 cedunt quando contumacia non oritur † per tot
præcepta, & citationes, & per comminationem, & decretum,
& ſic ſemota moræ geminatione; aut lege non
iubente modo, vt præcitati authores reſpondent.

Idcirco meritò requiri dicunt Doctores duo præce-
3255 pta † ad recognoſcendum, vt probant authores citati
per nos in præcedenti titulo. 8. numero 2930. &
probant gloſ. in §. ſi quis autem ver admonitus in auth.
de hæred. & falcid. Capic. deciſ. 205. alijque per eum re-
3256 lati, aut vnicum † præceptum cum peremptorio
contumaciæ in forma iuxta tradita per Curt. iunior. in
l. 2. numero 26. C. de edend. dummodo illud vnicum
præceptum fiat cum comminatione prędicta; vel requi-
3257 ri tria præcepta † dixerunt Bald. in l. penult. col. fin.
de conſt. pecun. Marſ. Zabarel. & alij, quos probant Gaſpar
Theſaur. quæſt. forenſ. 6. ſuperius citata num. 11.
& Carauit. Rit. 120. numero ſecundo, qui tex. in l. Senatus
§. quod tribus. ff. de iur. fiſci, ad hoc firmandum allegat,
itaque in foro cuilibet ſeruari dixerunt Carauit. d.
rit. num. 1. Gaſpar Theſaur. vbi ſupra, & Lucas Matth.
Apicel. in ſuperius citato loco num. 15.
* Modificatur tamen hæc vltima magis communis negatiua
opinio, ex qua excluditur moræ purgatio illam
3258 non procedere, ſi ex lectura † ſcripturæ, per contumaciam
iſtam recognitæ non appareat certitudinaliter
de credito actoris, & de neceſſitate pro actore ſcriptura
non concludat, quo in caſu fictam confeſſionem hanc
non operari condemnationem contra contumacem
pro credito obſcurè contento in Apocha, vel modo, vt
notauimus in præcedenti titulo num. 3007. in ſeptimo
requiſito; probant authores ibi allegati, & probat Ioſeph
Ludouic. deciſ. Lucenſ. 44. num. 46. & 47.
3259 Modificatur ſecundò, niſi contumax † comparendo
velit per contrarias probationes contrarium demonſtrare,
vt probant Ludouic. citata deciſ 44. num. 48. &
ſeq. alijque relati per Gratian. citato cap. 19.

Reſtringitur modificatio hæc ſecunda, vt non pro-
3260 cedat, ſi iura † contumacis per promptuarias probationes
probari nõ potuiſſent, quia tunc per ſimilium
iurium productionem, & probationem executio parata
non impediretur, ex traditis in omni ſcriptura paratam
executionem habente; per Carauit. rit. 166. & per Frec.
Canar. Menoch. & alios, quos refert Doctiſs. Rouit. ad
pragm. 64. de off. Procur. Cæſ. ſuperius allegatam, num.
3261 52. quia, facta † recognitione ſtatim iudicis officio
fit executio, vt probauimus ſupra in præcedenti titulo
3262 num. 3024. ſecus tamen eſſet ſi † iura contumacis
promptuariam haberét probationem, quia tunc poſſet
impedire moram purgando ex traditis ſupra hoc eodem
titulo num. 3231. & ſeq.

Modificatur tertiò, ſi per contumacem opponeretur
3263 † exceptio non numeratę pecuniæ infra legitima tẽpora,
quia tunc non obſtante recognitione cauſata per
hanc contumaciam impediretur executio, ex traditis
hoc eodem titulo ſupra num. 3226. cum pluribus ſeq.
rationibus ibidem adductis, & in ſpecie, quia etiam poſt

3264 recognitionem expreſſam, opponitur † hęc exceptio, vt probauimus ſupra tit. præcedenti num. 3020. 3021. cum ſequent.

Huius occaſione, non impertinenter reſtringitur concluſio firmata dicto loco, numero 3021. & ſeq. non procedere eam; ſi recognoſcens Apocham expreſsè; in

3265 recognitione negauerit † ſuam manum; quo in caſu, in penam mendacij non admitteretur ad opponendum de non numerata pecunia Theſaur. deciſ. 50. & Luc. Matth. Apicella loco citato num. 17. in fine.

Modificatur quartò, dummodo Apocha ſic recogni-

3266 ta † contineat omnia requiſita, quæ pertinent ad hunc modum recognoſcendi per contumaciam, quæ habentur inter notata per nos ſuperius in præcedenti titulo, à num. 2999 vſque ad num. 3019 excluſiuè.

Modificatur quintò, vt ea non procedat, data acto-

3267 rum, † & iudicij nullitate, quo in caſu ficta hæc confeſſio non operatur, vt penes omnes præcitatos authores, habetur & præcipuè poſt Bart. in l. ſi filius nu... ff. de interrog. action. penes Apicellam loco citato num. 17.

3268 verſ. nec terminus, quod ſecus eſſet † in expreſſa recognitione, vt poſt Bar. & Marſ. notat Apicell. cit. loco.

Modificatur ſextò, vt hæc confeſſio ficta nullatenus

3269 egrediatur † perſonam contumacis, & per hoc ea nequaquam afficit hæredes contumacis prædicti; ita Rouit. ad pragm. 8. de ordin. iudicior. num. 44. in fine, Apicella vbi ſupra, & latius Gaſpar Theſaur. citata deciſ. 6. num. 7. cum multis ſequentibus, nec afficit fideiuſ-

3270 ſorem, † vt Theſaur. & Apicella citatis locis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ facilius admittitur aduerſus ſcripturam priuatam, declaratur num. 2. & 3.*

4 *Confeſſio per verba habui, & recepi, differt ab ea facta per verba mihi numerauit, aut* mi ha contati, *& 5.*

6 *Numerationis aſſertio in ſcripturis idem operatur, quod operabitur renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ.*

7 *Confeſſio de recepto per manum tertiæ perſonæ excludit exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

8 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, an tollatur per actum geminatum, & 9.*

10 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non admittitur aduerſus literas cambij, ſi in illis dicatur* per la valuta hauuta *declar. num. 11.*

12 *Confeſſio de recepto facta per cedentem non obſtat ceſſionario.*

APPENDIX SECVNDI CAPITIS.

1 EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ facilius † admittitur, & conceditur, ſi aduerſus ſcripturam priuatam proponatur, cum in illa quicquid enuncietur ab eodem contrahente aſſeratur; Cardinal. Mantica poſt Salicet. allegatum; de tacit. & ambig. conuent. lib. 18. titu. ſexto,

2 num. 7. Sed hæc intelligas quando contrahens † dixerit, habui, & recepi, ſecus verò ſi diceret, *di contanti*, aut alio modo de numeratione loqueretur, quia tunc tolleretur

3 exceptio etiam pro ſcriptura † priuata, Card. Mantica vbi ſupra num. 8. Salic. Felin. & alij, quos probat Stephan. Gratian. diſcept. Forenſ. tom. 5. cap. 879. num. 21.

4 & 22. aliud enim eſt dicere † habui, & recepi, aliud verò mihi numerauit, aut, *mi ha contati*, cum ex his verbis non poterit intelligi confeſſio, ſed ſolum naturalis

5 † actus numerationis; nam idem operatur aſſertio numerationis, quod operabitur renunciatio exceptionis

6 non numeratæ pecuniæ, † vt Alex. Prate: Menoch. Tiraq. Lanfranc. Morot. Coſta, Gutterio & alijs citatis probat Gratian. in citato cap. num. 23. & ſeq.

7 Sed ſi dicatur recepiſſe de manu † tertiæ perſonæ, quamuis tantum de confeſſione recipientis aſſereretur, tunc ceſſaret exceptio non numeratæ pecuniæ, quia ſufficit dicere pecuniam per tertium numeratam, Salicet. in auth. Sed iam neceſſe. C. de donat. ante nupt. ſequitur Iaſ. in §. fuerat col. 23. ante fin. num. 89. de act. comprobant Marſil. ſing. 345. num. 2. & Seraph. de priuileg. iuram. 60. num. 16. verſ. ſexto limita, quos probat idem Gratian. vbi ſupra num. 25.

At ſi exceptio non numeratæ pecuniæ tollatur per

8 actum geminatum, † vt ex gloſ. Rolan. Gramat. Borrello, & Catalano notat M. Ant. de Amat. deciſ. Ferrar. 45. num. 3. verius tamen hoc exceptionis remedium non

9 tolli per geminatum actum reſpondit † Menoch. conſ. 918. num. 24. vſque ad 32. lib. 10. quem, Curtio, Cæphalo, Affl. Romano, & Crauetta citatis, probat Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 824. num. 59. & 60.

Sin autem dicatur in literis cambij, *per la valuta ha-*

10 *uuta*; tunc hæc verba important † numerationem ſecundum Rotam Genuen. deciſ. 44. & modo, vt probauimus cap. hoc ſecundo tit. 7. num. 2556. Sed ſi verba illa non

11 iuſtificentur cum facto, quia † non caderet forſan numeratio, tunc nequaquam talia verba importarent numerationem, M. Ant. de Amat. citata deciſ. 45. num. 12. & ſeq.

12 Confeſſio de recepto facta per cedentem † non nocet ceſſionario, quia de vera numeratione conſtare debet, Gabriel. com. concluſ. de action. concluſ. 5. numero 2. Pute. deciſ. 22. lib. 3. Bar. Caſtrenſ. Vrſil. Magon. & alij, quos citat & probat M. Ant. de Amat. deciſ. Ferrar. 16. num. 9.

SVMMARIVM.

1 *Crediti in publicis ſcripturis contenti quanta ſit probatio.*

2 *Inſtrumenti nomine (lato ſumpto vocabulo) comprehenduntur omnia, quæ pro fundi inſtructione veniunt.*

3 *Arma bellica veniunt appellatione inſtrumenti.*

4 *Inſtrumenti nomine venit id, quo quis docetur & inſtruitur.*

5 *Inſtrumenti nomine venit quodlibet ſcripturarum monumentum ad res geſtas pertinentium.*

6 *Inſtrumenti appoſitione veniunt ea, quibus cauſa inſtrui valeat ſiue per tabulas ſcriptas, ſiue per teſtes.*

7 *In hoc opere non diſceptabitur de omnibus ſcripturis ſub nomine inſtrumenti lato ſumpto vocabulo contentis.*

8 *Inſtrumentum publicum quot conſideretur modis, & 9.*

10 *Inſtrumentum publicum dicitur quando aliqua ſcriptura eſt ſigillo authentico ſigillata.*

11 *Scriptura ſigillata ſigillo authentico dicitur potius authentica, quam publica.*

12 *Scriptura ſigillo authentico munita, dicitur publica & authentica ſimul.*

13 *Inſtrumẽtum publicum dicitur, quod iudicis authoritate*

eſt

eſt exemplatum remiſſiuè.

14 *Inſtrumentum publicum dicitur, quod penes acta publicè ſcribitur.*

15 *Inſtrumentum dicitur publicum quod habet ſubſcriptiones ſeruata forma l.ſcripturas.C.qui pot. in pign.hab.*

16 *Scriptura extracta ex publico Archiuio, publicum inſtrumentum dicitur.*

17 *Scriptura, quæ de iure communi, aut de generali, vel ſpeciali conſuetudine, aut per ſtatutum facit plenam probationem, dicitur publicum inſtrumentum.*

18 *Inſtrumentum publicum dicitur quod per publicum Notarium conficitur, Notarius publicus dicitur publica perſona, ibid.*

19 *Inſtrumentum publicum conficitur per ſolum Notarium, ſicut miſſa celebratur per ſolum præsbyterum.*

CAPVT TERTIVM Tit. Primus.

CREDITVM inter contrahentes
conſtitutum, & in publicis ſcripturis
contentum validiori probatione
1 exercetur, cuius probatio, † quanta
ſit, per explanationem ſequentium
titulorum dignoſcetur, ideo ad pri-
mi tituli, declarationem accedam.

Inſtrumenti nomine (latius quidem ſumpto voca-
2 bulo)omnia † ea comprehenduntur, quæ pro fundi in-
ſtructione veniunt, toto tit.ff. de fund. inſtruct. vel in-
3 ſtrum. legat. ac arma † bellica, Cicer. in Acad. nec non
4 & id quo quis docetur, meritoque dicitur † inſtrumen-
tum vetus, & inſtrumentum nouum pro lege veteri, &
noua quibus homo inſtruitur; & contineri etiam quod-
5 libet ſcripturarum monumentum ad res geſtas † perti-
nentium, vt ex Suetonio ad Veſpaſian. eaque inſuper
6 quibus cauſa inſtrui valeat, † tum per tabulas ſcriptas,
tum etiam per teſtes.l.1.ff. de fid. inſtrum.l.in exercen-
dis.c.eod. & l.notionem,§ fin.ff. de verbor. ſignific. vt
in hoc vltimo probat Maſcar. de probat. quæſt.6.num.
90. Leander Galganet. de iur.pub lib.2.tit.31.in prin-
cipio, ac Ioan. Paul. Galter. in praxi inſtrumentaria in
principio operis author Regnicola ſatis laborioſus; &
ante hos Lanfranc. Orian. in ſua praxi iudiciar. tit. de
inſtrum.product in principio.

At ego, omiſſa horum omnium de vocabulo inſtru-
menti latiſſimè ſumpto prouenientium, deſcriptione,
7 & diſceptatione, de quibus in hoc opere † noſtrum non
erit differere; ſermonem tantum agam de inſtrumento
in publicam formam redacto; quod à priuato diuiditur,
(de quo in præcedenti capite ſatis dictum fuit) igitur in
hoc primo titulo quatuor explananda veniunt; quo-
rum illud ſuperiori loco ſubnectetur nempe.

Quotupliciter publicum inſtrumentum accipiatur
quomodoque in hoc titulo conſideretur.

Secundo, quid ſit inſtrumentum hoc in loco conſi-
derandum.

Tertio, qualiter ex tali inſtrumento creditum pro-
betur.

Quarto, qualem conſequatur obligationem, & exe-
cutionem.

8 Ad primum, publicum iſtud inſtrumentum † ſeptem
conſiderari modis dixit Speculat. de inſtrum. edit. §.
nunc dicendum, num.1.2.3.& 4. quem ſequuntur Io.
Andr. in cap.2. in fine de fid. inſtrum. Papienſ. in ſua
pract. in forma product. inſtrum. in gloſ. exhibens nu-
mero 12. Sigiſm. Scaccia de iudic. cauſ. ciuil. cap. 11.
par.5. numero 1171.& Galterius vbi ſupra num.4.ver.
ſtrictè, qui ſex tantum modis ex Speculat. vbi ſup. publi-
9 cum † diuidi inſtrumentum dicit.

Primo conſideratur, & dicitur publicum inſtrumen-
10 tum, quando aliqua ſcriptura, eſt ſigillo † authentico
ſigillata ad tex. in cap. ſcripta de fid. inſtrum. & cap.3.
de probat.& adnotat Galter. vbi ſupra, verum talis ſcri-
11 ptura † dicitur potius authentica, quam publica ſecun-
dum Speculatorem loco citato ſub nu. 2. aut diceretur
12 publica † & authentica ſimul; publica ſcilicet, quia
confecta eſſet per notarium vti notarium in forma, &
authentica, quia eſſet munita ſigillo vniuerſitatis, aut
magiſtratus, eo quod eſſet ſcriptura diuerſæ, & longin-
quæ Regionis, in qua per ſigillum fit etiam legalitas,
modo vt declarat Scaccia loco citato numero eodem,
& ante Scacciam probat Lanfranc. allegato loco num.
13. vbi hoc declarat, magiſtraliter docendo modum
huiuſmodi legalitatis.

Secundo publicum dicitur inſtrumentum, quod iu-
13 dicis † authoritate eſt exemplatum, de quo dicemus
in vltimo, huius capitis, titulo, & ad tex. in cap. fin. de
fid. inſtrum.

14 Tertiò, dicitur publicum inſtrumentum quod † in iu-
dicio penes acta publica ſcribitur, ad text. in l.geſta.C.
de re iudic.& cap. quoniam contra de probat cum alijs
concord.& nos de hoc dicemus in ſequenti titulo.

Quarto dicitur publicum, quod habet ſubſcriptiones
15 † ſeruata forma l ſcripturas. C. qui pot. in pign. hab.
per illum tex. & de hoc ſcripſimus ſupra in præcedenti
capite tit.8.

16 Quinto dicitur publicum, quod producitur † ex pu-
blico Archiuio ad text. in cap. ad audientiam de præ-
ſcript. & cap. peruenit tertia quæſt.1. de quo dicemus
hoc eodem capite tit.3.

17 Sexto dicitur publicum inſtrumentum omnis † ſcri-
ptura, quæ de iure communi, vel de conſuetudine gene-
rali, ſeu ſpeciali, aut per ſtatutum fidem plenam facit;
de quibus in citato tertio titulo dicemus, & hunc mo-
dum omiſit Galterius, vbi ſupra.

Septimo, & vltimo, dicitur publicum inſtrumentum,
18 quod † conficitur per notarium publicum, qui eſt pu-
blica perſona ad tex. in cap.2. & penult de fid. inſtrum.
idque per ſolum notarium conficitur, & in publica for-
19 ma ſcribitur, nam ſicut miſſa † per ſolum presbiterum
celebratur, ita & inſtrumentum per ſolum notarium
conficitur, vt ſcribunt Papienſ. citato loco num. quinto,
& Scaccia allegato etiam loco; & ita in huiuſmodi tituli
explicatione conſiderandum erit, ac de iſta ſpecie in-
ſtrumenti noſtra tractatio erit.

SVMMARIVM.

20 *Inſtrumentum eſt ſcriptura per publicum Notarium ſolemniter ſcripta & reaſſumpta.*

21 *Inſtrumentum publicum, dicitur ſcriptura per publicum Notarium ſcripta, & ſolemniter confecta, & quæ in probatorio iudicio abſque alterius adminiculo plenè probat.*

22 *Inſtrumentum abſque guarentigia rarò aut nunquam conficitur.*

23 *Inſtrumenti publici definitio.*
Guarentigiæ definitio & latius num.27.& 29.

24 *Guarentigia vnde deſumatur, & 25.*

26 *Guarentare & guarentizare eſſe verbum vulgare penes Tuſcos.*
28 *Inſtrumenta omnia in Regno ſunt Guarentigiata.*
30 *Notarij de iure communi dicuntur iudices cartularij.*
31 *Inſtrumento guarentigiato accedit iudicis præceptum.*
32 *Iudex ad contractus in Regno, quam exerceat iuriſdictionem.*
33 *Guarentigia in quo loco inſtrumenti ponitur.*

QVo ad ſecundum principaliter explicandum dico, inſtrumentum in hac ſeptima ſpecie exem-
20 plificatum; eſſe † ſcripturam per notarium
publicum ſcriptam, vel ſolemniter reaſſumptam, vt ſic
21 definiri dicit Galter. citato loco, aut eſt ſcriptura † per
publicum Notarium ſolemniter confecta, & quæ in
probatorio iudicio abſque alterius adminiculo plenè
probat, vt ſic, ex mente Lanfranc. allegato loco num. 7.
& 8. definiri vtique poterit.

Sed quia tractatio noſtra reſpicit inſtrumentum publicum guarentigiatum, eo quod inſtrumenta abſque
22 † guarentigiatione rarò, aut nunquam conficiuntur,
ideo definitio deberet comprehendere has guarentigiæ
clauſulas, vt aduertit Galter. citato loco numero 20. &
meritò taliter definiendo idem author dicit, eſſe ſcilicet
23 ſcripturam à Notario publico factam, † vel ſolemniter
reaſſumptam, qua aliquid fieri, dari, vel ſolui ſub pœnæ,
vel iuramenti appoſitione iudex ad contractus præcipit, quam definitionem omnia habere requiſita idem
author non iniucundè probat, nos autem ſubiungendo
tantum declarationem huius vocis guarentigiæ, quo ad
reliqua remittimus lectorem ad citatum Galterium,
qui in horum, pleniori declaratione congerit omnia
dicta per Barz. de libell. guarentig. Frec. Canar. & alios
omnes.
24 Guarentigia deſumitur † à verbo guarentigo, ſiue
guarentizo, quod ſonat idem, quod do, & confirmo, ad
text. in capitulo primo, § primo, verſic. ſi autem de lege
Corradi de vſibus feud. ibi *ſi dominus poſſidenti guarentizare*, idest confirmare; ita poſt Barz. loco citato,
Iaſ. & Bologniet. in l. prima, §. ſi quis ita ff. de verbor.
obligat. Galter. vbi ſupra numero ſexto, vel deſumptum
25 dicatur à verbo † guarentare, & guarentizare barbaricè per Lombardos in vſibus feudorum prolato, quod
validationem, & confirmationem importat, vt elegan-
26 tius poſt Laudenſ. dicentem verbum hoc vulgare † eſſe
penes Tuſcos, Hotoman. Iacobin. Cuiac. & Coler. aduertit Antonin. Theſaur. deciſ. 26. num. 14. & elegantius, ac latius docet Sigiſm. Scaccia de iudic. cauſ. ciuil.
lib. 1. cap. 62. num. 22.

Et vt Clarius cum eodem Galterio loquamur, Gua-
27 rentigia dicitur † contractus, aut promiſſio publicè geſti confirmatio ſub pena, & iuramenti appoſitione;
nam inſtrumenta ſine pœnæ, & iuramenti appoſitione
guarentigiata non vocantur, vt Regnicolæ omnes, &
expreſſius notat Galter. ibidem numero 13. & per hoc
28 in Regno omnia † inſtrumenta ſunt guarentigiata, quia
ſic, & taliter per Notarios conficiuntur Carauit. Rit.
29 166. numero 5. cum alijs ſeq. inſuper Guarentigia † dicitur quoddam virtuale præceptum per Regium ad
contractus iudicem debitori factum in Regno, eo quia
extra Regnum hoc virtualiter præcipiunt Notarij, qui
30 de iure † communi dicuntur iudices chartularij voluntariam retinentes iuriſdictionem, Marant. in Speculo
par. 4. diſtinct. 18 tota, Bologniet. vbi ſup. numero 222.
Franc. de Leonard. de var. iur. deciſ. capitulo 12. & Galter. citato loco numero 12. ideo hac occaſione Theſaur.
in allegata deciſ. 26. numero 12. dicit in inſtrumento
31 guarentigiato † accedere iudicis præceptum; at in Regno iudicis huiuſmodi officium exercet iudex ad contractus, vt Marant. loco citato de Leonard. & Galter.
32 vbi ſupra; qui virtualiter, vt dixi, facit † hoc præceptum
per ſtipulationem promiſſionis cum pena, & iuramento, vt poſt omnes Regnicolas ſatis latè docet Galter. d.
numero 12. & numero 14. deſignatque locum inſtru-
33 menti, in quo ponitur † guarentigia, nempe quando
notarius in fine dicit, (pro quibus omnibus &c.) reliqua
ad huius definitionis declarationem congerit Galter.
vbi ſupra, & nos iterum in quarta, & vltima conſideratione nonnulla alia dicemus; ac de iudice ad contractus
iterum in ſequenti conſideratione numero 49. & ſequentibus.

S V M M A R I V M.

34 *Inſtrumentum publicum facit pleniſſimam probationem.*
35 *Inſtrumentum dicitur probatio probata.*
36 *Inſtrumenti probatio dicitur miraculoſa.*
37 *Inſtrumentum dicitur probatio probata etiam de iure communi & 38.*
39 *Inſtrumentum plenè probat etiam ſi originaliter non præſentetur, & qualiter.*
Inſtrumenti copia reaſſumpta in pergameno dicitur originale inſtrumentum ibidem.
40 *Inſtrumentum ſine teſtibus plenè probat ſi in publico conſilio, vel parlamento fuerit ſtipulatum.*
41 *Inſtrumentum receptionis factum per fideiuſſorem creditori probat contra principalem debitorem etiam abſentem.*
42 *Inſtrumentum de confeſſione de recepto tantum plenè probat.*
43 *Inſtrumentum ſine iudicis ad contractus interuentu tempore neceſſitatis plenè probat & 370.*
44 *Inſtrumentum abſque notario celebratum, in loco vbi non eſſent Notarij plenè probat, ſi ſub ſigillo curiæ publicentur.*
45 *Inſtrumentum ſine iudicis ad contractus interuentu inter perſonas Eccleſiaſticas plenè probat ſi conficiatur per Notarium Apoſtolicum, ampliatur etiam ſi per Notarium Regium conficeretur num. 46.*
47 *Inſtrumenti tenor ſi aliàs inter partes fuerit ſeruatus, probabit illud etiam ſi ſolemne non fuerit.*
48 *Inſtrumentum carens ſolemnibus, plenè probat ſi adminiculis adiuuetur.*
49 *Inſtrumentum ſine iudice ad contractus extra Regnum probat.*
50 *Inſtrumenta extra Regnum fiunt abſque iudice ad contractus.*
51 *Iudices ad contractus inuenti fuerunt de iure communi.*
52 *Notarius dicitur etiam iudex.*
53 *Inſtrumentum non authenticum, conſuetudine aliqua probare poterit.*
54 *Fides quæ fit per Notarium de his, quæ coram eo tractata fuerint inter partes plenè probat.*

55 *Inſtru-*

55 *Inſtrumentum celebratum facit plenam fidem contra Notarium contrahentem & celebrantem.*

56 *Inſtrumentum caßatum pro capitali an probet pro intereße, cum multis ſequentibus.*

57 *Inſtrumentum quod non dicit nec nos dicere debemus.*

58 *Intereſſe conuentum per receptionem ſortis non cenſetur remiſſum, ſecus in non conuento & 66.*

59 *Inſtrumentum caſſatum probat quo ad intereſſe, præſumptionibus in contrarium non exiſtentibus.*

60 *Maritus recipiendo dotes non cenſetur remittere fructus, etiam ſi 30. annorum fuerint elapſi nu. 61.*

26 *Inſtrumenti caßatio pro ſorte an afficiat intereſſe duo conſiderantur caſus.*

63 *Inſtrumentum quando caſſatur pro capitali non cenſetur caßatum pro intereße, & qualiter & ſeq.*

64 *Inſtrumentum tantum probat quæ in eo de partium voluntate ſcripta reperiuntur.*

65 *Notario atteſtanti vltra ſcripta in inſtrumento non creditur.*

66 *Inſtrumenti caßatio ſuper capitali, præiudicat ſuper intereſſe officio iudicis debito, ſecus ſuper intereſſe conuento 67. & 68.*

68 *Sortis receptio præiudicat petitioni intereſſe officio iudicis debiti, etiam ſi recipiens proteſtetur reſpectu intereſſe, & 69. reſtringitur quando aduerſarius non contradiceret proteſtationi, num. 70.*

71 *Intereſſe petitur ex tacito pacto per innominatum contractum.*

72 *Intereſſe debitum ratione partis de ſorte principali, non ſolutæ, non cenſetur remißum per receptionem alterius partis.*

73 *Maritus recipiens dotes an ſibi præiudicet ſuper intereſſe non conuento.*

74 *Molfeſius confundit fructus naturales dotis cum intereſſe dotium.*

75 *Dotis fructus naturales ex fundo dotali, partus ancillarum, & ſimilium augent dotes, & cum iure actionis petantur non cenſentur remiſſi per receptionem dotium, ſecus in intereße dotium, & in aliјs fructibus ciuilibus & 76.*

77 *Dotis fructus naturales, vel ciuiles iure actionis debitos non cenſeri remiſſos per receptionem dotium.*

Intereſſe per receptionem principalis quando cenſeatur remiſſum, num. 75. 76. & ibid. pluribus ſequentibus.

78 *Sortem principalem recipiens ſibi non præiudicat circa fructus, vel intereſſe iure actionis debitos, vel debitum, & fortius exiſtente debito iurato.*

Iuramentum in promiſſione interpoſitum obtinet vicem clauſulę rato manente pacto, ibid.

79 *Inſtrumentum crediti ſi ſimpliciter fuerit caßatum, an comprehendat caſſationem intereſſe officio iudicis debendi, & quid de intereſſe conuento.*

80 *Intereſſe conuentum an præſumatur remiſſum per receptionem ſortis principalis & 79.*

81 *Creditores ſolent prius recipere intereße decurſum, vel fructus, ſeu vſuras, & demum ſortem principalem.*

82 *Vſurarum cauſa durior iudicatur.*

83 *Inſtrumenti caſſatio præſumit ſolutionem ſortis, & vſurarum.*

84 *Inſtrumentum ſimpliciter caßatum, & cancellatum, de omnibus contentis in illo, caſſatum cenſetur.*

85 *Intereſſe promiſſum ex diuturnitate temporis quando præſumatur ſolutum, & 86.*

87 *Intereſſe præſumitur ſolutum ſpatio decem annorum decurſo ſi de lucroſo tractetur, ſin autem de oneroſo ſpatio 30. ann. & 88.*

89 *Molfeſij dictum circa remiſſionem intereße qualiter intelligendum.*

90 *Inſtrumentum carens ſolemnibus & requiſitis, probabit contra producentem.*

91 *Inſtrumentum probat etiam ſi teſtes ſubſcripti dicant non interfuiſſe, & qualiter procedat, & 92.*

93 *Inſtrumentum in factis antiquis excedentibus etiam 15. ann. magis probant, etiam ſi in aliquo deficiat nu. 94.*

95 *Inſtrumentum probat pro filio Notarij illud celebrantis, etiam ſi fuerit in ipſius poteſtate nu. 96.*

97 *Notarius facere poterit inſtrumentum validum pro ſua vxore & pro omni ſuo conſanguineo affine, vel coniuncto num. 98.*

99 *Conſanguinei affines, & coniuncti poſſunt conſenſu partium eligi in iudices, & arbitros.*

100 *Iuriſdictio voluntaria facilius conceditur, quam contentioſa.*

101 *Inſtrumentum ſubſcriptum tantum per Notarium, & per aliquam perſonam ſcriptum vtique probat, contra numero 103. de veritate verò numero 376. & ſeq. & 450.*

102 *Subſcriptio vicem obtinet totius ſcriptionis num. 102.*

103 *Notarius tenetur ſcribere propria manu inſtrumentum de veritate d. num. 376. & ſeq. & 450.*

104 *Inſtrumentum in Regno reaſſumitur per alium, & Notarius ſe ſubſcribit ex diſpenſatione.*

105 *Doctores citati per Maurit. Apicellam in materia reaſſumptionis inſtrumenti ſcribendæ per alium qualiter intelligantur & 106.*

107 *Inſtrumentum confectum extra Regnum habens requiſita loci, in quo fuit celebratum plene probat, et liquidabitur in Regno via ritus num. 108. concurrentibus tamen quæ notantur nu. 109. & 110.*

111 *Inſtrumenti copia in charta bombacina probat in Sacro Conſ. & qualiter.*

112 *Inſtrumenti copia probat etiam aduerſario inſtante pro exhibitione originalis, & qualiter.*

113 *Producens copiam non tenetur producere originale quod penes Notarium reperitur.*

114 *Producens copiam in forma probante non tenetur exhibere protocollum.*

115 *Suſpicione exiſtente, cogitur Notarius ad exhibendum protocollum & 116.*

117 *Producens inſtrumentum reaſſumptum, illiuſque copia relicta, poterit ſemper cogi ad exhibendum illud reaſſumptum in ſui poſſe remanſum, ſuſpicione allegata.*

118 *Inſtrumenti copia ſolemnis largo modo dicitur originalis & 119.*

120 *Inſtrumenta nouiter reperta probant, & executionem ſententiæ impediunt.*

121 *Tranſactio reſcinditur prætextu inſtrumenti nouiter reperti.*

122 *Sententię executio non impeditur per inſtrumentum non continens factum principale de nouo repertum.*

123 *Inſtrumentum continens factum obſcurum indigens extrinſecus probatione de nouo repertum non impedit executionem ſententiæ, & qualiter.*

124 *Inſtrumentum dotale celebratum etiam ſuper matrimonio contracto probat non ſolum dotes, ſed etiam matrimonium.*

125 *Inſtrumentum probat etiam ſi teſtes inſtrumentarij dicerent verba contrahentium eos non audiſſe.*

AD tertium, firmabo regulam, eamque demum ampliabo, & limitabo, ſcilicet hoc inſtrumen-
34 tum facere † pleniſſimam probationem, vt ſuperius in eius definitione num. 21. cum Lanfranc. probauimus,
35 imò inſtrumentum dici probationem probatam † euidentem, rem notoriam, & caſum legis, ac illum habens valebit quo ad probationem dicere, noli me tangere, vt penes omnes Doctores habetur, quos congerunt Surd. deciſ. 177. num. 4. Viui. deciſ. 5. Dom. Rouit. conſil. 1. num. 30. Cardinal. Tuſc. litera inſtrumentum, concluſ. 237. Surd. conſil. 452. num. 9. volum. 3. Cæſ. Barz. deciſ. 20. 42. & in alijs ferè deciſionibus Carroc. deciſ. 49. nu. 8. Seſſa deciſ. 118. num. 7. & deciſionibus alijs; Anell. de Amat. conſil. 9. num. 15. Doctiſs. Regens Valenzuel. conſil. 2. num. 4. & in alijs conſ. Molfeſ. par. 10. de inſtrum. confec. ad conſuet. Neap. quæſtio. 5. num. 7. & 8. par. 2. Muta deciſ. 6. num. 20. & alij infiniti, quos ſciens
36 prætereo, eo quod probatio † per inſtrumentum dicitur miraculoſa per pellem mortuam, Scaccia de iud. ca. ciuil. cap. 7. nu. 152.

Ampliatur concluſio, procedere etiam de iure com-
37 muni, † quo iure licet inſtrumenta paratam executionem non habeant, vt probabimus inferius in vltima
38 conſideratione; tamen habent paratam † probationem, vt docet poſt Corſet. & Iacob. Nouel. Scaccia loco proximè citato num. 153.

Ampliatur ſecundò etiam ſi inſtrumentum non pro-
39 ducatur † originaliter, ſed præſentetur copia in charta pergamena, quia tunc adhibitis, quæ in prima limitatione, in hac tertia conſideratione dicemus, pleniſſimam facit probationem ad tex in conſt. Regn. conſuetudinem; & in Regijs pragmaticis de fide inſtrum. vbi Doctiſſim. Rouit & in tit. de fid. inſtrum. ad ius Regni meritiſs. Regens Tapia in nonullis locis, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 653. num. 65. & cap. 736. num. 22. & 24. tom. 4. Sed hæc ampliatio declarabitur plenius in quarta conſideratione: nam inſtrumenti copia ſic reaſſumpta largo modo dicitur originalis, ſeu originale inſtrumentum, Surd. conſilio 432. numero 12. & 13. vol. 3.

Ampliatur tertiò procedere in inſtrumento ſine teſtibus; ſtipulato tamen in publico concilio & parla-
40 mento, † Marſ. ſingul. 56. quem probat Auendan. de exequut. mand. par. ſecunda capitulo 19. numero 2. in fine.

Ampliatur quartò, in inſtrumento receptionis pecu-
41 niæ facto † per fideiuſſorem creditori quod probabit etiam contra principalem debitorem abſentem, Bar. in l. duobus §. 1. numero 2. ff. de iur. iur. & Alex. Caſtr. & alij quos congerit, & probat Mantic. de tacit. & ambig. conuen. tom. 2. libro 16. titu. 22. num. 37. Sed de probatione per inſtrumentum contra abſentem latiſſimè ad notauimus in ſuperiori cap. tit. 3. num. 223. cum multis ſequent.

Extenditur ampliatio etiam ſi inſtrumentum confe-
42 ctum fuerit † ſuper confeſſione de recepto tantum Affl. deciſ. 94. num. 3. & alijs citatis probat Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 286. numero 12. tom. 2. & cap. 593. num. 4 tom. 3.

Ampliatur quintò, in inſtrumento tempore neceſſi-
43 tatis confecto, † quod plenè probabit etiam abſque iudicis ad contractus interuentu, Doctiſs. Rouit. ad pragmat. 2. de contract. nu. 5. in nouiſs. commentar. & alij quos probabo inferius in ſeptimo requiſito num. 370.

Ampliatur ſextò procedere in inſtrumento, & publico actu, etiam abſque notario, celebrato in loco, vbi nõ
44 eſſent notarij, quia illud plenè † probaret, ſi ſub ſigillo curiæ publicaretur, Doctiſs. Rouit. citato proximo loco num. 6. & in pragm. 1. de fid. inſtrum. num. 16.

45 Ampliatur ſeptimò, in inſtrumento celebrato † per Notarium Apoſtolicum etiam abſque iudice inter perſonas Eccleſiaſticas, reſpectu quarum Regiæ pragmaticæ non extenduntur Doctiſs. idem Conſiliar. meritiſſimus in citata pragmatica nu. 12. & latius, Molfeſ. tom. 2. ad conſuet. Neap. par. 10. quæſt. 10. num. 12. ac Anna Vrſil. & Ricc. relati per Tor. fol. 274.

Extenditur hæc ampliatio etiam ſi inſtrumentum
46 † celebraretur per Notarium Regium, quia vtique plenè probaret inter perſonas Eccleſiaſticas, eo quod admittitur prorogatio iuriſdictionis in voluntarijs, plenè Molfeſ ad conſuet. Neapol. par. 10. d. quæſt. 10. tota, & ſignanter num. 23. & ſeq.

Ampliatur octauò procedere in inſtrumento ſine
47 debitis † requiſitis, & non ſolemni quod plenam faciet probationem, ſi aliàs ſecundum eius tenorem fuerit ſeruatum, Crauet. conſ. 101. num. 4. vol. 1. & conſ. 274. ac in alijs conſ. quem poſt Cin. Bal. Rom & Iaſon; probãt, & citant Viui. deciſ 484. num. 8. Fab Anna conſilio 88. numero 27. & Mareſcot. variar. reſolut. lib. 1. cap. 81. num. 7.

Ampliatur nonò, in inſtrumento carente ſolemni-
48 bus, quod † vtique probabit, ſi adminiculis adiuuetur Dom. Rouit. ad citatam pragm. 1. de fid. inſtrum. num. 12. in nouiſſimis & latius poſt Salic. Ruin. & alios declarat Mareſcot. variar. reſolut. lib. 1. cap. 46. num. 11. cum pluribus ſequent. vbi num. 14. & 15. bis in Rota deciſum dicit.

Ampliatur decimò, etiam ſi inſtrumentum careat,
49 † iudicis ad contractus interuentu, & ſic vno ex inferius notandis requiſitis, ſi extra Regnum ſit confectum, eo quod de iure communi ſufficit numerus teſtium adhibendorum, vt inferius, ſufficitque Notarius ſolus, ad tex. in §. 1. & §. ſi verò propter, ac toto titulo Auth. de tabell. & fid. inſtrum. prout vbique ſic inſtrumenta fieri
50 † teſtatur Molfeſ. citata par. 10. quæſt. 3 num. 4. quam-
51 uis Doctiſs. Rouitus adnotet, iudices ad contractus † introductos fuiſſe de iure communi ad tex. in l. iubemus nulli poſt, §. his quoque iudicibus iuncta gloſ. in ver. iudicibus, quodque docet in citata pragm. 2. de contract. in principio; verum tex. & gloſ. in d. §. his quoque iudi-
52 cibus; loqui in Notario, (qui dicitur † etiam iudex faciendo præceptum guarentigiæ, vt probauimus ſupra num. 29. 30. cum ſeq.) dicit & declarat Bal. in d. l. iubemus §. ſanè ad intellectum gloſ. in d. ver. iudicibus num. 10. queſt. 6. latiori autem declaratione, originem iudicis ad cõtractus, & notarij authoritatem expendit modernus Barbatus de aſſiſt. præſt. gloſ. 4. num. 48. cum ſequentibus.

Ampliatur vndecimò, in inſtrumento carente requiſitis, & per hoc non authentico, quod plenè proba-
53 bit, ſi conſuetudine † aliqua authenticum fieret, & probationem reciperet, gloſ. & Doctor in cap. cum dilectus de fid. inſtrum. Io. Andr. ad Speculat. & Franc. Marc. quos probat Molfeſ. tom. 1. ad conſuet. Neapol. par. 1. cap 5. num. 30.

Amplia-

Ampliatur duodecimò in inſtrumēto priuato, & ſic
54 in fide priuata, quæ fit per Notarium † de his, quæ vi-
dit, & audiuit fieri inter contrahentes coram eo, quam-
uis inſtrumentum erat nullum ob defectū rogitus eiuſ-
dem Notarij, quæ fides plenam facit probationem, ita
addentes ad Alexand. conſ. 38. libr. 2. & Speculat. quos
probant Cardin. Tuſc. litera, & verbo notarius concluſ.
75. num. 9. & Molfeſ. d. par. 10. tom. 2. quæſt. 9. num. 9.
& Cæſar. Barz. deciſ. Bonon. 50. num. 6. cum multis ſeq.
omninò videndus.

Ampliatur decimotertiò in inſtrumento celebrato
per eundem notarium contrahentem, quod plenam fa-
55 ciet † fidem contra ipſum notarium conficientem, ad
text. in l. non putauit, §. ſi quis in ſuo, ff. de bonor. poſſ.
✱ contr. tab. communem opinionem dicit Bellamer. in
clem. ſi vna num. 89. de reb. eccleſ. non alien. Bal. Alex.
Signorol. quos probat Card. Tuſc. ver. notarius concluſ.
78. refert hos, & ſequitur Molfeſ. citata p. 10. quæſt. 12.
numero 2.

Ampliatur decimoquartò in inſtrumēto caſſato pro
56 capitali, † quod probabit plenè pro intereſſe; ſi de inter-
eſſe conuento in eodem inſtrumento in ipſius caſſatio-
ne nequaquam fuit facta mentio, illis rationibus, quia
57 & primò; nam quod inſtrumentum † non dicit, nec
nos dicere debemus vulgatis regulis, ſecundò quia per
58 receptionem † ſortis principalis regulariter non cenſe-
tur remiſſum intereſſe conuentum, ſed ſolum intereſſe
non conuentum, ad tex. in l. fi. vbi omnes, ff. de eo quod
certo loco Bar. Rom. & Cardin. Tuſc. quos probat Mol-
feſ. citata par. 10. quæſt. 16. nume. 5. & 6. & ſequentibus
59 numer. comprobando dicit caſſationem non † obſta-
re, ſi aliquæ præſumptiones in contrarium non addu-
cerentur, dicens nume. 9. idem eſſe in marito recipiente
dotes promiſſas, quia per dotium receptionem non cē-
60 ſentur remiſſi † fructus dotis, qui iure actionis deben-
tur, ita Molfeſ. ibi poſt Cardin. Tuſc. Roman. Alexand.
Duen. Rolan. Aretin. Balb. Gram. & Barboſ. citatos per
61 eum; quodq; extendit procedere † etiam ſi curſus ann.
30. elapſus fuiſſet, num. 13.

Attamen ego dico ampliationem hanc probatam
62 per Molfeſ. non eſſe totaliter veram, ideo pro † veritate
dictorum per eundem authorem clarificanda duo erūt
conſiderandi caſus.

Nam aut creditor caſſans inſtrumentum, in caſſa-
tione dixit recepiſſe ducatos tot pro capitali pro qui-
bus caſſauit, &c. & tunc dico ampliationem eſſe omni-
63 nò veram, quia caſſatio † cantat ſolummodo de capi-
tali, & intrant in hoc caſu rationes adductæ per Molfeſ.
vt ſupra in ampliatione, ex quo inſtrumentum nō pro-
64 bat, niſi id † quod de partium voluntate ſcriptum in eo
reperitur, & non vltra, Ruin. conſ. 154. num. 12. in fine
65 lib. 5. & ſi vlterius notarius teſtaretur ſibi † non crede-
retur, quia his, quæ ſcripta reperiuntur tantum fides
adhibetur, Honded. conſ. 31. num. 23. cum multis ſeq.
✱ vbi de communi teſtatur, volum. 2. ſed inſtrumentum
reperitur caſſatum pro recepto capitali tantum, & de
his loquitur caſſatio, Surd. conſ. 127. nume. 35. vol. 1. &
eod. vol. conſ. 150. num. 32.

At capitalis receptio, (vt ad ſecundam Molfeſij ra-
66 tionem accedamus) nequaquam præiudicat † petitioni
intereſſe cōuenti, & in eodē inſtrumento promiſſi, quia
præiudiciū oritur reſpectu intereſſe officio iudicis, & ne-
67 ceſſitate iuris debiti, non autem † reſpectu intereſſe iu-
re actionis, & obligationis debiti, vt poſt allegata per
eundem Molfeſ. in ampliatione prædicta, latius articu-
lo, plenius diſputato, docēt Cartar. deciſ. 38. tota, Surd.
de aliment. tit. 1. quæſt. 43. tota, & tit. 6. quæſt. 3. nu. 38.
ac Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 33. num. 13. &
ſequentibus ca. 130. num. 33. & ſeq. cap. 143. nume. 17.
tom. 1. & cap. 244. nume. 33. cum multis ſequent. to. 2.
& poſt Præſ. de Franch. deciſ. 21. doctiſs. Rouit. conſ. 36.
num. 7. & ſeq.

68 Extenditur concluſio reſpectu intereſſe † officio iu-
dicis debiti, vt cenſeatur illud remiſſum per receptio-
nem ſortis capitalis, etiam ſi per creditorem recipien-
69 tem ſortem facta fuiſſet proteſtatio, circa intereſſe † re-
ſeruantem ſibi ius petendi intereſſe hoc, quo etenim ca-
ſu nequaquam proteſtatio iuuaret, quia illa non pote-
rit impedire id, quod per iuris diſpoſitionem, & neceſ-
ſitatem venit Cartar. citata deciſ. 38. & magis commu-
✱ nem opinionem dicit Bero. conſ. 200. nume. 11. quem
alijs innumeris adductis probant Gratian. locis citatis,
& Surd. de aliment. citato tit. 1. quæſt. 43. num. 22. cum
alijs ſequent.

70 Reſtringitur extenſio, quando ſoluens ſortem † ca-
pitalem non cōtradiceret proteſtationi, quia per talem
taciturnitatē reſultaret tacita acceptatio eiuſdem pro-
teſtationis, ita vt eo caſu oriretur tacitum quoddam pa-
71 ctum, † & ex iſto innominato contractu peteretur in-
tereſſe, Dec. in l. vinum num. 5. ff. ſi cer. pet. Iaſ. & Caſtr.
in citata l. fin. ff. de eo, quod cert. loc. Becc. conſ. 45. nu-
me. 4. quos probant Surd. d. quæſt. 43. num. 25. verſ. Se-
cunda ratio, & Gratian. d. cap. 244. nume. 38. ac in alijs
locis, quicquid in contrarium afferat tenendo Bart. in
d. l. fin. num. 3. ver. ex iam dictis, ff. de eo, quod cert. lo-
co, quem ſequitur ſimpliciter Aretin. conſ. 9. colum. 2.
✱ quia contra eum magis communiter concluditur, vt vi-
detur ex traditis per Surd. loco citato, & plenius titul. 6.
quæſt. 3. nu. 39. cum infinitis ſequent. vſque ad nu. 53.

Reſtringitur ſecundò, vt non procedat quo ad inter-
eſſe reſpiciens partem ſortis, forſan non ſolutæ, quia il-
lud regulatur iuſta naturam ſui principalis, cuius non
72 data ſolutione, nullatenus † remiſſio reſultabit, vt de
veriori opinione teſtatur Surd. citata quæſt. 43. nu. 31.
& ſeq. & in d. quæſt. 3. nu. 53. cum alijs ſequent. vbi infi-
nitos congerit, alioſque probando congerit Gratian. d.
c. 244. nu. 41. cum multis ſeq. rationibus per eos addu-
ctis, reliquos ſciens omitto.

Verum id quod, articulo non diſcuſſo, ad compro-
bandum adducit Molfeſ. citatus per nos ſupra num. 59.
& 60. qui dicit idem eſſe in marito recipiente dotē, &c.
73 † non ita indiſtinctè, & facili negocio pertranſit, eo
quod contrariam opinionem profitentur Bald. Alexan.
Iaſ. Imol. & omnes infiniti relati per Surd. d. quæſt. 43.
nu. 8. 9. & multis ſequentibus, ac citata quæſt. 3. nu. 29.
cum multis ſequent. per Vincent. Carroc. de reg. iur. in
6. in c. cum quid par. 4 in quinta limitatione nume. 5. &
per Gratian. in citatis locis.

74 Idcirco patet Molfeſ. confuſè fuiſſe loquutum † tam
in citata quæſt. 16. nume. 9. & ſequent. quam in par. 4.
quæſtio. 10. num. 12. ad eaſdem conſuetudines, tom. 1.
& in additionibus in ſecundo tomo confundendo fru-
ctus dotis naturales cum intereſſe dotium, alijſque fru-
ctibus ciuilibus; & propterea aduertendum erit iura, &
authoritates allegata, & allegatas, per Molfeſ. habere
75 tantum locum in fructibus dotis naturalibus, † vt ſunt
fundi dotalis, aut partus ancillarum, & ſimilium, qui
augent dotem, & iure actionis debentur; ſecus autem
in

76 in intereſſe dotium, & in alijs † fructibus ciuilibus, qui
officio iudicis debētur, & qui remiſſi cenſentur per ſor-
tis receptionem, vt ex mente magis communiter tenē-
tium probant Surd. Carroc. & Gratian. locis citatis, &
in ſpecie Gratianus in citato cap. 244. nume. 33. & 34.
prout magis communiter firmatur, fructus dotis, aut
77 † quodlibet aliud intereſſe naturale, & ciuile iure actio-
nis debitum non eſſe remiſſos, aut remiſſum per rece-
ptionem ſortis, vt latius ſuperius demonſtratum fuit.

Extenditur iſtud vltimum dictum tanto magis pro-
cedere, ſi mediante iuramento ſit facta capitalis, & in-
78 tereſſe † promiſſio, aut capitalis tantum reſpectu fru-
ctuum naturaliū dotis, eo quod iuramētum obtinet vi-
cem clauſulæ rato manente pacto, & eo fortius fructus
non cenſentur remiſſi per receptionem ſortis, Claud.
Bertazol. ad eius patrem, conſ. 262. ver. quarta, & vlti-
ma, quem probat Gratian. citato cap. 143. nume. 17. &
cap. 244. num. 40.

Secundus caſus principalis erit, quando creditor caſ-
ſans inſtrumentum recipiendo ſortem, ſimpliciter caſ-
ſauit non habito reſpectu ad capitalem ſortem tantum
receptam, ſed ſimpliciter caſſauit, & tunc ſubdiſtingue,
79 nam aut tractatur de intereſſe † officio iudicis deben-
do, & tunc ſeruabuntur, quæ ſuperius cōcluſa ſunt cum
extenſione, & reſtrictionibus. Aut verò tractabitur de
intereſſe conuento, & tunc ſi creditor diu ſteterit ad il-
lud intereſſe petendum habebunt locum infraſcriptæ
præſumptiones.

80 Primò præſumitur remiſſum, aut ſolutum † intereſſe
per receptionem ſortis principalis ad text. in l. centum
Capuæ vbi Doct. ff. de eo, quod cer. loc. Rom. conſ. 143.
num. 2. Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 32. nu. 8.
Maſcard. de probat. concluſ. 982. nu. 14. & Maur. Aret.
de ſolution. ca 4. num. 23. oritur enim præſumptio hæc
81 ſatis veroſimiliter, eo quia ſolent creditores † prius re-
cipere vſuras, intereſſe, & fructus, & demum ſortem
principalem, etenim iudicatur cauſa vſurarum durior;
82 † ad tex. in l. in ijs verò, §. Imper. Antoninus ver. quod
generaliter conſtitutum, ff. de ſolut. & l. 1. in fine. C. eo-
dem.

Secūdò præſumitur ſolutum per caſſationem inſtru-
83 menti, † quod in totum, non autem in partem cancel-
latum, & caſſatum dijudicatur, dum ſimpliciter caſſa-
84 tum ſine proteſtatione fuit, eo quia cancellatio † inſtru-
menti, de omnibus contentis in inſtrumento vim ſolu-
lutionis habebit, ad text. cum ibi notatis per Doctor. in
l. emptor. §. Lucius, ff. de pact. probatque alijs adductis
Maur. Aret. de ſolut. cap. 2. §. 3. ſed indiuidualiter, & ele-
gantius Menoch. de præſumpt. libr. 3. præſumpt. 141.
num. 19. ſequitur Gratian. diſcept. forenſ. c. 593. nu. 18.
& 19. & Menoch. loquitur in caſſatione facta penes no-
tarium per publicum actum, & ſic in terminis, ac Surd.
conſ. 16. num. 4. & 5. vol. 1.

85 Tertiò præſumitur intereſſe ſolutum † ex diuturnita-
te temporis, Afflict. deciſ. 13. num. 21. Cęph. conſ. 240.
nu. 9. in fine vol. 2. Maſcard. concluſ. 1325. nume. 27. &
Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 135. nu. 3. 6. 7.
10. & ſeq. quodque eo magis quando cum diuturnitate
86 temporis concurrit ſilentium, † & patientia Cęph. vbi
ſupra, & Gratian. deciſ. 46. nu. 10. poſt Maſcar. d. n. 27.
& in remiſſione intereſſe, & ſic in proprijs noſtris ter-
87 minis, illud cenſeri ſolutum † ſpatio decem annorum
decurſo, ſi de lucroſo intereſſe tractetur, ſin autem de
88 oneroſo ſpatio † annorum 30. ita poſt Oſaſc. deciſ. 132.
& Surd. conſ. 290. num. 12. & 13. volu. 2. in terminis, &
expreſſius Gratian. in addit. ad d. deciſ. 46. nu. 5. & ſeq.
ſed de hoc latius ſuo particulari capite dicetur.

His enim exiſtentibus nequaquam verum indiſtin-
89 ctè † dijudicabo ampliationem Molfeſij, eamque idcir-
co teneas cum ſupracitatis diſtinctionibus.

Ampliatur principalis concluſio, decimoquintò, vt
90 procedat in inſtrumento † carente ſolemnibus, & re-
quiſitis, producto in iudicio, quia illud plenè probabit
contra producentem, licet inualidum cum per produ-
ctionem confeſſio contentorum in illo reſultat Bal. in l.
cum precum nume. 3. C. de liberal. cauſ. Dec. Gozadin.
Bece. Bero. & alij relati per Honded. conſ. 66. nume. 13.
14. 15. & ſeq. & nos latius extrema huius productionis,
& confeſſionis reſultantis explicauimus in ſuperiori ca-
pite tit. 8. num. 2643. cum infinitis ſequentibus.

Ampliatur decimoſextò etiā ſi teſtes omnes inſtru-
91 mentarij † dicant, eos in inſtrumento prædicto nō fuiſ-
ſe præſentes, dummodo cōſtet de eorum ſubſcriptione,
vel dicerent aliud fuiſſe ſcriptum, quam dictum, & tra-
ctatum inter partes, quibus in caſibus in dubio inſtru-
92 mentum probabit; † latiſſimè Surd. conſ. 378. nu. 21.
& ſeq. & conſ. 414. num. 83. cum ſequent. Card. Tuſc. &
alij relati per Molfeſ. ad conſuet. Neap. d. par. 10. to. 2.
quæſt. 6. nu. 10. ſed de veritate dicetur inferius limitat.
10. modificatione octaua num. 598. & ſeq.

Ampliatur decimoſeptimò in factis antiquis etiam
93 excedentibus quindecim annos, † in quibus inſtru-
menta magis probant Adrian. Neguſant. conſ 288. nu-
me. 9. Mantica de tacitis lib. 22. tit. 20. num. 21. tom. 2.
Fab. Ann. conſ. 59. nu. 48. & alij, quos ſciens prętereo,
adeo quod idem conſiliar. Anna conſ. 88. to. 1. nu. 25.
dicit hoc procedere etiam ſi inſtrumentum fuiſſet defe-
94 ctuoſum, † ante eum Crauett. conſ. 274. vol. 2. num. 5.
ſed latius de antiq. temp. ver. octaua datur nume. 16. &
ſequent.

Ampliatur decimoctauò in inſtrumēto facto per no-
95 tarium † pro ſuo filio, quod vtiq; plenè probabit, Bar.
& cęteri in l. ſi pater. ff. de falſ. & Iacobin. in l. teſtis ido-
96 neus, ff. de teſt. dicentes procedere † etiam pro filio
in poteſtate; idem eſt in notario marito, qui poterit
97 conficere † inſtrumentum pro ſua vxore Bart. & reliqui
in l. vxori. ff. de falſ. & Iacobin. vbi ſupra, prout & pote-
rit conficere inſtrumentum pro quolibet cōſanguineo,
98 affine, & coniuncto, † Maurit. Apicella alleg. 16. tota,
99 illa ratione, quia ſi conſenſu partium † poſſunt pater
maritus, aut coniunctus eligi in iudices, aut arbitros in
100 iuriſdictione contentioſa, quid fortius † in voluntaria
tot adhibitis teſtibus, vt penes Bart. & citatos authores
eſt videre.

Ampliatur decimononò etiam in inſtrumento ſcri-
101 pto † per aliam perſonam, & demum ſubſcripto per
notarium, quod vtique plenè probabit; Maurit. Api-
cella Modernus Regnicola allegat. 17. nu. 10. quia ſub-
102 ſcriptio obtinet vicem † totius ſcriptionis; ad quod
firmandum citat Bart. & alios in l. emptor. §. Lucius, ff.
de pact. per illum text. cum gloſ. & idem in l. quæ dotis
vbi Alex. ff. ſolut. matr. Alex. & Iaſ. in l. cum antiquitas,
vbi etiam Caſtrenſ. C. de teſtam. Menoch. Felin. Dec. &
alij, ac in ſpecie Iaſ. in Auth. ſi quis in aliquo num. 4. C.
de eden. inſuper citauit Pręſ. de Franch. deciſ. 300.

103 Contrarium eſt verius, † quia in hoc Mauritius in-
aduertenter loquutus eſt, eo quod notarius propria
manu tenetur ſcribere inſtrumentum in protocollo,

idemque

idemque copiam reaſſumptum in forma probanti, quæ
ſi quandoque in Regno copia ſcribitur aliena manu, &
104 demum ſubſcribitur per notarium, hoc fit † diſpen-
ſatione obtenta à S. Excellentia, alioque modo non re-
cipi in Regno teſtatur idem Pręſes de Franch. citata de-
ciſ. 300. quem idem Mauric. citauit non aduertens con-
105 trarium ibi deciſum, prout & Doctores † omnes cita-
ti per eum nequaquam loquuntur in inſtrumento pu-
blico, & in notario, ſed in alijs ſcripturis, quæ ſola ſub-
106 ſcriptione † totaliter ſcriptæ reputantur, ſed de his la-
tius inferius nu. 376. iterum dicemus, & demum n. 450.
& multis ſeq. vbi apparet Mauritium excuſandum, ibi-
que de veritate.

107 Ampliatur ſecundò in inſtrumento confecto † ex-
tra Regnum, in quo non apparent ſubſcripti teſtes in
eodem deſcripti, dummodo ſeruata ſint requiſita re-
gionis, in qua idem inſtrumentum fuit confectũ, quod
108 non ſolum probabit, ſed etiam liquidabitur † ſerua-
ta forma ritus M. C. itaque deciſum dicit in Sacr. Conſ.
Aloyſ. de Leo in l. 1. C. de nouo. Cod. faciend. nume. 7.
quem citat Ioan. Baptiſta Toro compilator deciſion.
Regn. in ver. inſtrumenta fol. 273. quam deciſionem
omninò veram exiſtimo, eo quod Molfeſ. in 2. to. con-
ſuet. Neapol. par. ro. quæſt. 10. ſuperius citata congerit
caſus maioris difficultatis; ipſum conſulas, ſed intelli-
109 gas ampliationem, dummodo † in tali inſtrumento
adſit legalitas, modo vt dictum fuit ſuperius num. 12.
vel probetur notarium illum plura alia confeciſſe in-
110 ſtrumenta † tanquam notarium, & fuiſſe in poſſeſ-
ſione conficiendi, Afflict. deciſ. 251. Boer. Loffred. Oli
ua Vini. Parlador. Craſſ. & alij, quos probat Io. Bapti-
ſta Toro citato loco fol. 274. referens ex Oliua ſic deci-
ſum in Sacr. Conſ. comprobat doctiſs. Marchio Tapia
lib. 3. de fid. inſtrument. ad conſt. inſtrum. robur nume-
ro nono poſt Gabriel. tit. de fid. inſtrument. concluſ. 1.
numero 6.

Ampliatur vigeſimoprimò etiam in copia inſtrumẽ-
111 ti † ſcripta in charta goſipina, quæ ſi exemplata fuiſ-
ſet à protocollo notarij Neapolitani cum ſubſcriptione
duorum tantum teſtium viuentiũ, ſeu ſi appareat quo-
modolibet, duos tantum viuere teſtes, & demum præ-
ſentaretur in Sacro Conſilio, vtique plenam faceret fi-
dem ex antiquiſſima obſeruantia dicti ſupremi tribu-
nalis, vt probat Afflict. in conſt. Baiulos, nume. 54. pro-
bantque Fabius de Falcò, Camillus Petius in præſentia-
rum meritiſſimus Sac. eiuſdem Conſ. R. Conſiliarius,
Franch. Ant. Coppula, & Fabius Naccarella Aduocati
in eodem ſupremo Senatu in allegationibus iuris inſer-
tis per Io. Baptiſtam Toro ver. inſtrumentum fol. 281.
ver. minor in fine.

Ampliatur vigeſimoſecundò, vt fidem faciat quam-
112 uis † aduerſarius inſteterit in productione facta eidem
inſtrumento fidem non adhibendam, niſi inſtrumento
originali præſentato; quia intenderet illum redargue-
re de falſo, eo quod hac oppoſitione non obſtante in-
ſtrumentum reaſſumptum præſentatum fidem plenam
interim obtinebit, & producens liberatur ab exhibitio-
113 ne protocolli, † quod reperitur penes notarium penes
quem conſeruatur, vt notoris eſt, & per hoc in ſui facul-
tate non erit protocollum in aliena manu cõſeruatum,
& conſeruandum, exhibere, nam fecit producens, quod
114 ei neceſſarium erat † producendo, ſcilicet reaſſum-
ptum in forma probanti, ideo non erit inuoluendus li-
tibus, ita deciſum dixerunt Oſaſc. deciſ. 16. tota, & Pręſ.

art

de Franch. deciſ. 194. etiam tota, idemque poſtmodum
in eodem Sacro Conſilio iudicatum refert Dom. Hora-
tius Viſcontus in additionibus ad d. deciſ. 194. vir hac
tempeſtate moribus, & doctrina exemplariſſimus, &
pręcipuè miraculoſa memoria ditiſſimus, omnique vir-
tute decoratus, comprobauit idem meritis. Reg. Mar-
chio Tapia in ſuo iure Regn. ad conſt. inſtrumen. robur
nume. 10. tit. de fid. inſtrum. lib. 3. & alij plerique, quos
ſciens omitto.

Modificatur ampliatio, vt ſi aliqua ſuſpicio falſita-
115 tis † ex productione reſultaret, tunc poterit iudex in-
ſtante parte cogere notarium ad exhibitionem proto-
colli, ita Præſes de Franc. citata deciſ. 194. nu. 8. Oſaſc.
eadem deciſ. 16. nu. 8. Couarr. citatus in dd. deciſ. Achil.
Perſonal. de adipiſcen. poſſ. num. 150. & alij, quos pro-
bat Farinacc. de falſit. quæſt. 154. p. 2. num. 38.

116 Extenditur modificatio, vt valeat † cogere nota-
rium iudex ex ſuo officio, Præſes de Franch. allega-
to loco.

Reſtringitur ſecundò ampliatio, vt ea non procedat
117 quando producens † produxerit inſtrumentum reaſ-
ſumptum, cuius copiam tantum præſentauerit in actis
retento reaſſumpto, quia tunc cogeretur ad partis in-
ſtantiam exhibere reaſſumptum, ſi redarguendum erit
de falſo, itaque intelligi Bart. & ſequaces in l. fin. C. de
fid. inſtrum. dicit Præſes de Franch. deciſ. citata num. 6.
idque ratione probatur, quia copia authentica per no-
118 tarium † largè dicitur originalis, Surd. conſ. 432. nu-
mero 13. volum. 3.

Ex quibus comprobatur ampliatio, quicquid in cõ-
trarium eſſe deciſum aſſerant Molfeſ. ad conſuet. Nea-
pol. citata quæſt. 20. in proemio tom. 2. num. 7. & Ioan.
Baptiſta Toro tum in ver. inſtrumento fol. 273. tum
etiam in verſ. protocollum fol. 432. & 433. allegantes
Bart. & ſequaces in d. l. fin. C. de fid. inſtrument. Capic.
deciſ. 40. Gramm. in pragmat. 3. de notarijs ſecundum
nouum ordinem regiſtri pragmaticarum; & illud quod
miratione dignum eſt reſpectu Molfeſ. me mirificum
reddit; quia miſcent in eorum hac opinione Præſes de
Franch. regentem Tapiam, Muſcatell. de Ponte, Dom.
Battaglinum; & omnes tenentes ampliationem ſupe-
rius num. 112. firmatam; & Molfeſ. in loco citato, his
verbis vtitur, (regulariter tamen ſi pars aduerſa vellet
ſcripturam aliquam redarguere de falſo, tunc altera
119 pars non ſolum † originale, ſed etiam protocollum
Notarij, qui talem ſcripturam confecit, tenetur exhibe-
re, aliàs copia præſentata nullam faceret fidem,) ad
quam regulam probandam miſcet Doctores contra-
rium expreſsè firmantes, & in ſpecie Præſid. de Franch.
citata deciſ. 194. & alios ſuperius citatos.

Ioannes Baptiſta Toro in d. ver. protocollum, dupli-
citer idem format quæſitum, & in primo decidit, quod
producens non teneatur ſeruata forma ampliationis,
ad quod firmandum citat Præſid. de Franch. Muſcatell.
Petr. ad Capicium Tap. de Ponte, & Viſcontum, qui
verè hoc dicunt; in ſecundo autem idem per eadem
verba motiuum continens, concludit contrarium, &
benè citat Capic. & Molfeſ. citatis locis, ſed inaduerten-
ter citat Præſid. de Franch. de Ponte, Tap. Muſcatell. &
alios pro negatiua tenentes; volui quaſi totaliter tran-
ſcribere dicta duorum horum regnicolarum, vt lector
miretur de inaduertentia Molfeſ. contraria eodem con-
tex. allegatis, viri religione, Doctrina, alijſque bonis
moribus, non mediocriter reputati; quia quo ad Ioan.
Bapti-

Baptiſtam Torum virum alioquin laborioſiſſimum, & in legali diſciplina copioſiſſimum; ſatis eſt in compendio omnes deciſiones Regni congerere, vt ſuo promiſſo inſtituto ſatisfaciat, licet inter ſe contrarias, quamuis in hoc non parum inaduertenter (duas de vna faciendo, ac diuerſificando concluſiones, & Doctores nõ perpendendo) fuiſſe loquutum exiſtimo pace illius viri apud me copioſiſſimi.

Ampliatur vigeſimotertiò in inſtrumentis de nouo
120 repertis, quæ non ſolum † probant, ſed etiam impediunt executionem ſententiæ, ad text. in l. Imperatores, ff. de re iudic. notantque Modern. in l. admonendi, ff. de iur. iuran. Peregrin. deciſ. 31. num. 2. ad text. in l. ſub ſpecie vbi omnes, C. de ſent. & re iudic. l. ſub prætextu. C. de tranſact. l. 2. ff. de iur. iur. & in ca. ſub orta de re iudic. Cartar. deciſ. 132. nume. 14. quodque procedit
121 etiam in tranſactione, quæ reſcinditur † ſub prætextu inſtrumenti nouiter reperti, modo tamen, vt declarat Cæſar Manent. conſ. 142. toto; & vt latius habetur penes Sfortiam de reſt. in integ. par. 2. quæſt. 73. 74. & 75. qui in huiuſmodi ſemper conſulendus erit, & apud quem negatiua, & affirmatiua opinio cum ſuis declarationibus videtur, ac & nouiſſimè per Carroc. de except. rei iudic. excep. 49. tota vbi latius, & nos aliàs dicemus.

Reſtringitur ampliatio, vt non procedat quando in-
122 ſtrumentum † nouiter repertum non contineat factum principale controuerſum per ſententiam, vt puta ſolutionem, quia tunc nõ impediretur executio ſententiæ, Anna ſing. 251.

123 Extenditur reſtrictio etiam in inſtrumento † non ita claro, ſed indigente aliqua extrinſecus probatione, quod non impediret executionem ſentẽtiæ, ſed ea exequeretur cum cautione; Anna in repet. c. 1. de Vaſall. decrep. ętat. ſuper ſummario, & diuiſione text. nu. 237. vbi ſic in Sacro Conſilio referente de Rubeis, deciſum dicit.

Ampliatur vigeſimoquartò etiam in inſtrumẽto do-
124 tali, † quod probabit matrimonium contractum ſi notarius rogaretur de toto actu, tam ſuper dotibus, quam ſuper contractu matrimonij celebrato in præſentia notarij, & teſtium etiam attenta Sacri Concilij Trident. ſeſſ. 24. capit. 1. de reform. matrim. diſpoſitione, modo vt probat Farinacc. deciſ. 324. num. 5.

Ampliatur vigeſimoquintò, vt procedat concluſio
125 toties ampliata, etiam in inſtrumento, † aduerſus quod teſtes inſtrumentarij dicerent eos non audiſſe verba contractus, quia vtique inſtrumentum hoc plenam faceret fidem, eo quod ſufficit teſtes rogatos, aut interuenientes, ſeu inſtrumentarios, potuiſſe audire, licet non audiuerint; Ruin. conſ. 12. num. 9. ver. nec obſtat volum. 2. quem ſequitur Ceph. conſ. 546. nume. 75. ac ſequuntur Surd. conſ. 414. num. 73. volu. 3. Menoch. caſ. 105. num. 31. & Farinacc. citata deciſ. 324. num. 6. ſed de his iterum dicemus inferius limit. 10. modificat. 2. num. 548. verſ. denique infertur, vbi de veritate.

SVMMARIVM.

126 Inſtrumentum non ſolemne carens requiſitis, non probat.

Inſtrumenti ſolemnis requiſita ibidem, & ſequentibus.

127 Inuocatio diuini nominis, an requiratur in inſtrumento, de veritate num. 129. 130. 131. & 132.

128 Deus author vocatus dicitur quodam modo author, & teſtis in contractu celebrato.

129 Inuocatio diuini nominis non eſt neceſſaria circa ſubſtantiam contractus.

130 Conſuetudo, ex qua ponitur inuocatio diuini nominis in inſtrumentis vbique ſeruatur.

131 Inuocatio diuini nominis de conſuetudine ponitur in omni inſtrumento.

132 Inuocatio diuini nominis ſi omittatur, inſtrumentum vitiatur.

133 Annorum appoſitio requiritur in omni inſtrumento.

134 Annorum appoſitio, an ſit de iure, de generali conſuetudine.

135 Conſuetudo, vt annus apponatur in inſtrumento eſt approbata à iure.

136 Conſuetudo, ex qua annus domini ponitur in inſtrumentis vinceret legem in contrarium.

137 Omiſſio ann. Chriſti in inſtrumento vitiat inſtrumentum, & 138.

139 Annorum appoſitio in inſtrumentis ſcribitur per extenſum non autem per abacum.

140 Annus vnde ſumat initium; & in ſeq. num.

141 Annus in quibus locis ſumat initium à die incarnationis Domini.

142 Annus quibus in locis ſumat initium à natiuitate Domini.

143 Annus, an ſumat initium à circumciſione Domini.

144 Annus incipiens à die circumciſionis Domini dicitur vſualis.

145 Strena, boni ominis gratia dari ſolet in prima die Ianuarij.

146 Strenæ datio in die circumciſionis Domini ſuperſtitioſa iudicatur.

147 Annus quotupliciter diuiditur.

148 Annus dicitur quaſi anulus.

149 Nomen Regis, aut Principis regnantis debet apponi in inſtrumento, & in ſequentibus.

150 Principis memoria, per ſui nominis, mentionem in inſtrumentis, apud poſteros conſeruatur.

151 Inſtrumentum abſque nominis Principis regnantis appoſitione, an vitiet, & 152.

153 Indictionis appoſitio in inſtrumento, an de neceſſitate requiratur, contra, numero 160. de veritate verò num. 161.

154 Indictio dicitur numerus annorum conſtans ex tribus luſtris.

154 Anni quinque faciunt luſtrum.

155 Indictio dicitur ab indicendo, ſeu iubendo, & alio modo.

156 Indictio quare dicatur à iubendo.

156 Indictio vnde proceſſit ibidem, & num. 157.

Cæſar Auguſtus qualiter conſtituit tributa in toto Imperio ibidem, & num. 157.

158 Indictio in inſtrumento qualiter neceſſaria ſit; & an vitietur inſtrumentum per eius omiſſionem nu. 159. 160. & ſequent.

161 Indictionis omiſſio vitiat inſtrumentum; de iure communi, & Regni, ac num. 162. & ſeq.

163 Franc. Ant. Robert. de liquid. inſtrument. confutatur, tanquam non bene perpendens Afflict. per eum citatum.

16 Couarruuias Scaccia, & Farinacc. qualiter in materia

via indictionis omittendæ in inſtrumentis intelligantur.

165 *Inſtrumentum per omiſſionem indictionis non vitiaretur ſi conſuetudo ſic dictaret.*

166 *Inſtrumentum per erroneam indictionis oppoſitionem non vitiatur.*

REQVISITA INSTRVmentorum ſolemnium.

Limitatur tamen principalis concluſio num. 34. firmata eam, ſcilicet non procedere in inſtrumento
126 non ſolemni, & requiſita † non continente, quod fidem non facere tenent, vnanimiter omnes Doctores modo, vt ex infracitandis videbitur, ideo neceſſarium putaui congerere requiſita de iure communi, ac municipali, vt hæc, & ſubſequentes limitationes, ac præcedentes ampliationes vires obtineant; & eodem tempore diſceptare de veritate cuiuſlibet requiſiti.

Primò requiri dixit Speculator de inſtrument. edit. §. breuiter numero primo, & ſequent. prout requiri alia ſubſequentia octo requiſita dicit idem magiſter doctrinæ Speculator, nempe illud primò, ſcilicet nominis
127 Domini inuocationem † requirique prius dixit gloſ. in §. nos enim auferimus in ver. auctore Deo, Speculat. vbi ſupra numero primo, & ſecundo Roman. in Rubr. ff. de nou. oper. nunciat. gloſſ. in l. generali, C. de tabular. libro decimo Doctor. in proœm. ffórum, & in proœm. inſtitut. vbi in ſpecie Aretin. numero quarto, verſus finem, & plenius Moderni, ac ante hos Faber. Fulgoſ. in proœm. codicis, Domin. in cap. in nomine Domini 23. diſt. Canoniſtæ omnes in cap. 1. de fid. inſtrument. Ioan. Graſſ. de ſubſtit. procur. in principio numero primo, & ſecundo, Bartol. in l. ſi quis ex argentarijs, §. ſi initium numero 61. ff. de edendo, & refert Menoch. de præſumpt. libro ſecundo præſumpt. 82.

Probatur hæc opinio diſpoſitione text. in dict. §. nos enim auferimus, dict. ver. auctore Deo. ac faciunt dict. cap. in nomine Domini, ca. in nomine, de teſt. & in princip. Rubr. C. de nou. oper. nunciat. princip. C. de off. præf. Præt. Aphric. inſtitut. in principio, ac alia iura, quæ congerit Scaccia de iudic. cauſ. ciuil. capit. vn-
128 decimo nume. 1176. illa ratione, quia Deus † author vocatus, dicitur author, & teſtis quodam modo contractus celebrati, vt ex Bal. in l. ſi quis maior not. 3. n. 2. in fine, ff. de tranſact. adnotant Ioan. Graſſ. & Scaccia locis citatis.

129 Contrarium, vt non ſit de ſubſtantia † contractus, & inſtrumenti huiuſmodi inuocatio, defendunt Caſtr. in l. iuris gentium, §. quod ferè nouiſſima num. 6. ff. de pact. Abb. in capit. 1. de fid. inſtrument. Alexand. in d. Rub. ff. nou. oper. nunciat. alijque relati per Felin. in d. cap. primo numero quarto Bald. in l. 1. C. de nouo. C. confir. Angel. conſ. 274. Iaſ. in d. Rub. ff. de nou. oper. nunciat. Bald. & Alexand. in dict. §. quod ferè Bartol. conſil. 197. & Moderni, inſtitut. in principio, quorum
* omnium communem opinionem dicit Ruin. citatus per Scacciam allegato loco nume. 1179. idemque profitentur Freccia de præſen. inſtr. par. prima numero 3. & Franc. Ant. de Iud. Robert. in ſua praxi. inſtrument.
* conſider. 1. numero quinto, & ex Viuio etiam communem dicit Maſcar. concluſ. ſeu potius quæſt. 6. numero 80. & 81.

130 Verum de generali conſuetudine † vbique ſeruata, de qua teſtantur Caſtrenſ. Abb. & Felin. citatis locis, ac Marq. de ſuſ. de Iudeis, capit. decimo ſub numero primo, ſuper qua neminem contradicere, dicit Scaccia citato loco nume. 1179. non ſolum, talis inuocatio in
131 omni † inſtrumento, & ab omni notario ponitur, ſed
132 ea non poſita inſtrumentum vitiatur, † ita Scaccia vbi ſupra numero 1182. & ſequent. infinitis congeſtis hanc comprobat opinionem, quicquid dicat in contrarium Caſtrenſ. in dict. §. quod ferè numero ſexto, eandem Scacciæ, & aliorum opinionem comprobauerunt Franc. Ant. de Iud. Rober. citato loco, Grauin. ad Rit. declarat. 3. numero vndecimo parte prima. Viui. libro primo commun. opin. opinione 382. num. 4. & Galter. in ſua praxi. inſtrument. par. 1. Rubr. 2. numero primo, & ſecundo, quamuis alij relati per Afflict. in conſtitut. Baiulos omnes numero 17. (& quos idem Afflict. pro-
* bat) contrarium ſentiant, quia hæc magis communis, & verior iudicatur opinio, vt ex relatis per Scacciam citato loco patet, & ex traditis per Franc. Ant. de Iudice Rober. vbi ſupra.

133 Secundò requiritur appoſitio † annorum Domini noſtri Ieſu Chriſti, gloſſ. & text. in dict. §. nos enim auferimus, dict. ver. auctore, gloſſ. in ca. inter dilectos in verbo indictionis de fide inſtrument. gloſſ. in d. §. quod ferè, Speculator vbi ſupra numero quarto verſ. ſubſequenter, Butr. Abb. Felin. & alij in d. cap. primo de fid. inſtrument. Ioan. de Graſſ. loco ſuperius adducto ver. anno à natiuitate, ad text. in citato c. in nomine domini diſtinct. 23. alia congerit iura Franc. Anton. de Iud. Rober. in ſepius adducto loco numero ſexto, Maſcard. in d. quæſt. 6. nume. 82. verum Doctores diſcordant; ſi hoc requiſitum de iure potius, vel de generali conſue-
134 tudine † requiratur, attamen requiri omnes conue-
135 niunt, taliter quod talis conſuetudo † dicitur approbata à iure per dict. cap. in nomine Domini, vt adnotat Abb. vbi ſupra, adeo quod etiam ſi reperiretur lex in
136 contrarium, tamen hæc conſuetudo † ſic approbata contineret legem, vt aduertit gloſ. in d. §. non enim auferimus ver. Auctore, & probat Sigiſm. Scaccia d. c. 11. num. 1187.

137 Ampliatur requiſitum, vt ſi illud † omitteretur, inſtrumentum non valeret gloſſ. in dict. §. non enim auferimus citato ver. auctore Speculat. dict. num. 4. Abb. in d. cap. primo nume. 3. Aretin. in dict. proœm. inſtitut. numero tertio, & 5. Bal. in tractat. de Tabell. numero 43. & 48. quos probat Scaccia allegato loco nume. 1189. quorum opinionem, ac aliorum non ſolum veriſſimam
138 dicit Ioan. Graſſ. vbi ſupra, ſed in praxi omninò † receptam dicit ſapientiſſ. Couarru. practicar. capit. 20. numero ſecundo, oportet enim ſcribi hoc requiſitum
139 per extenſum † non autem per abacum ſecundum gloſſ. in conſtitut. Regni conſuetudinem, quam in ver. & legibilem per nonnulla iura, quæ citant, & hoc probant Afflict. in d. conſtit. conſuetudinem nume. 29. & in conſtitut. Baiulos omnes nume. 18. Freccia de præſent. inſtrument. parte prima numero quarto, & Franc. Ant. de Rober. Grauin. & Galter. citatis locis.

Annus itaque hic diuerſo modo, inſpectis diuerſa-
140 rum prouinciarum moribus, ſumit initium; † nam authoritate gloſſ. in dict. §. non enim auferimus ver. auctore,

ctore, in Anglia, Alemania, & in Regno Franciæ, ſu-
141 mit initium ab incarnatione † Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſicà die 25. Martij in feſto Annunciationis B. Mariæ ſemper Virginis, vt refert Rota deciſ. 4. aliàs 108. ſecundum curſum de iudic. in nou. & deciſ. 17. aliàs 638. in antiq. itaque ſeruari apud Genuenſes, & Florentinos, teſtatur Scaccia d. cap. 11. nume. 1190. hæcque obſeruantia approbata videtur per text. in d. c. in nomine Domini.

142 Roma autem, ac tota Italia † Hiſpania, Aragonia, Catalonia, Dacia, & Vaſconia, ac etiam communis Chriſtianorum obſeruantia incipit annos à natiuitate Domini, vt nonnullis alijs Rotæ deciſionibus, poſt Ioan. Graſſ. citato loco probat Scaccia allegato cap. 11. nu. 1191. & rationem vtriuſque obſeruantiæ notat Io. de Graſſ. vbi ſupra.

143 Alij autem ſumunt initium † à Circumciſione Domini, & ſic à Calendis Ianuarij, ſecundum antiquum Romanorum morem, vt probant Ioan. de Graſſ. allegato loco, & Aymo Riual. de hiſtor. iur. ciuil. libro primo numero ſeptimo prout, & nos in omnibus alijs negocijs, & actibus vtimur hoc initio tanquam ianua to-
144 tius anni, † diciturque annus vſualis, & non immeritò, ſicut olim hodie etiam in illa prima die Ianuarij
145 Strena boni † ominis gratia dari ſolet, vt recenſet Aymo Riual. citato loco, ſed huiuſmodi datio Strenæ
146 † tanquam ſuperſtitioſa improbatur ad text. in cap. non obſeruetis 26. quæſt. 7. congerit Sigiſm. Scaccia d. cap. vndecimo nume. 1192. & vltra hunc vſualem an-
147 num congeruntur vtique annus naturalis, † aut emergens, legitimus, ceremonialis, & alijs modis, penes omnes gentes, vt docet idem Scaccia de iudic. cauſ. ciuil. cap. 3. num. 361. ac & quando incipiat penes alias gentes idem in allegato capit. vndecimo numero 1193. &
148 & ſequent. diciturque annus quaſi anulus, † quia in ſe redit, iuxta illud Virg.

Atque in ſe ſua per veſtigia labitur annus:
Nam menſibus in ſe currentibus voluitur.

149 Tertiò requiritur nomen Regis, aut Principis † Regnantis in loco, in quo conficitur inſtrumentum, dict. Auth. vt præponatur nom. imper. Doctor. in d. §. quod ferè, ac in Rub. ff. de nou. oper. nunciat. gloſ. in citato c. inter dilectos de fid. inſtrument. Doctor. in dict. capitulo primo, de fid. inſtrument. poſt Speculat. vbi ſupra Afflict. in citata conſtitut. Baiulos numero 19. Couarr. in allegat. capit. 20. numero primo verſ. ſecundo, Freccia, Rober. Grauin. & Galter. citatis locis ſequentibus tamen numeris; & probat Menoch. de præſumpt. libro ſecundo præſumpt. 83. illa ratione, quia conſer-
150 uatur apud poſteros illius principij memoria; † com-
✻ munem Doctorum opinionem dicit Maſcar. d. quæſt. 6. numero 88.

Et ſi maior pars Doctorum ſupracitatis ſimpliciter pertrauſeat concludendo neceſſarium eſſe hoc requiſitum, tamen ſi omittatur, inſtrumenti periculum circa
151 eius vim abeſſe, † reſpondit Couarr. allegato loco, quodque verum non exiſtimo ex dictis omnium Doctorum ſuperius citatorum, qui contrarium videntur ſentire, & in ſpecie Afflict. dict. numero 19. dicens non vitiari inſtrumentum, ſi de conſuetudine aliter ſeruari
152 viſum fuerit, ideo non exiſtente conſuetudine † in contrarium inſtrumentum vitiaretur; addas quæ in fine ſequentis requiſiti dicentur num. 162.

Quartò requiritur indictionis appoſitio ſecundum
153 conſuetudinem † loci, eo quia apponitur numeranda, vel à natiuitate Domini, vel ab incarnatione, aut alio tempore, vt docuit Speculator ſuperius citatus, quem ſequuntur Freccia, & Grauin. vbi ſupra; & in Regno, eam incipere à primo die Septembris cuiuſlibet anni, reſponderunt Robert. & Galter. citatis locis, numeris ſequent. indictio enim dicitur quidam nume-
154 rus † annorum conſtans ex tribus luſtris, at anni
155 quinque faciunt luſtrum vnum, † ad text. in l. item quæritur, §. quo completo, ff. locat. ideo in quolibet quintodecimo anno completur indictio, quæ dicitur ab indicendo, ſeu iubendo, diciturque iuſſio, ſeu præ-
156 ceptum, eo quia Cæſar Auguſtus per triennium † ante Aduentum Domini noſtri propoſuit edictum pro ſolutione tributi facienda Imperio, diuiſi in tribus luſtris ſingulis quindecim annis ſoluendi, vt in primo luſtro ferrum pro armis; in ſecundo argentum pro militaribus ſtipendijs; & in tertio aurum in ærario reponendum, ſolueretur, meritò inde hodie retinetur idem no-
157 men indictionis † non ad ſignificationem tributi, ſed temporis quindecim annorum, quibus completis dicitur indictio prima, & decurſis alijs quindecim annis dicitur ſecunda indictio, & ſic de ſingulis vſque ad decimamquintam indictionem, qua finita nouiter inchoatur prima, & deinceps ſequuntur aliæ vſque ad aliam decimam quintam, vt poſt Speculat. in allegato. §. breuiter ver. poſt annos, adnotauerunt Couarr. variar. reſolut. cap. duodecimo libro primo Ioan. de Graſſ. citato tract. ver. indictione ſexta, Franc. Anton. de iud. Rober. in citata prima conſideratione numero nono Scaccia latius, & verius in dicto capitulo vndecimo numero 1230. & Galter. in d. parte prima Rub. 2. nu. ſeptimo, & ſequent.

Requiri autem huiuſmodi indictionis appoſitionem
158 † in inſtrumento, dixerunt neceſſariam Freccia, Grauin. Galter. Speculat. & Couarr. locis citatis, ac Bart. in l. ſi librarius, ff. de reg. iur. & in l. nominatim, ff. de condit. & demonſtr. ac in l. ſi quis ex argentarijs, §. ſi initium, ff. de eden. gloſſ. in c. inter dilectos de fid. inſtrument. in ver. indictionis, & probatur in toto titul. Auth. vt præponat. nom. imp. ac per text. in l. vnica in fine, C. de Iuſtin. Cod. confirm. dic. cap. inter dilectos, & per citatum cap. in nomine Domini, finaliter com-
✻ munem opinionem dicit Scaccia in dicto capitulo vndecimo nume. 1196. & ante eum Couarr. dicto capitulo duodecimo variar. libro primo num. 7. & Maſcard. d. quæſt. 6. num. 86.

159 Imò ob huiuſmodi omiſſionem † vitiari inſtrumẽtum, dixerunt Bart. in d. l. ſi nominatim numero primo, & in d. l. ſi librarius numero tertio, vbi cęteri Doctores, & in ſpecie Dec. numero quinto verſ. & iſta, Bal. in d. l. vnica ſub numero quarto, Roman. conſ. 235. Ripa in l. admonendi num. 158. vbi etiam ante eum Bart. num. 34. ff. de iur. iur. Bald. in tract. de Tabell. num. 43. & Vital. de camb. in tract. clauſu. ver. de errore fol. 308.
✻ nume. 11. quorum communem opinionem dicit Scaccia d. c. 11. num. 1197.

Contrariam opinionem expreſsè tenent Robert. citata conſiderat. 1. num. 9. Couarr. practicar. citato cap. 20. num. 1. ver. de indictione, qui haud clarè, ſed incer-
160 tè hoc tenere † videtur, Scaccia in proximo citato loco cogitandum relinquens, & omnes Doctores citati

per

per Farinacc. inferius allegandum tenentes errorem in-
dictionis poſſe corrigi, vel quoquomodo iuſtificari, vi-
deturque tenere hanc etiam opinionem Crauett. infe-
rius citandus.
* Sed primam eſſe magis communem, & omninò rece-
161 ptiorem, † patet ex relatis in ſuperiori n. 159. & ex in-
ferius citandis, nempè ex Corn. conſil. 93. volum. 4. col.
1. ver. etiam inſtrumentum Anan. in cap. cum graui, de
crim. fal. col. 4. Bald. in cap. cum in iure peritus, numero
16. de offic. deleg. Iaſ. in l. argentarius, numero 11. ff. de
eden. Natta conſil. 47. libro 1. Ruin. conſil. 23. lib. quar-
to per totum Surd. conſil. 390. numer. 9. volum. 3. Hon-
ded. conſil. 66. num. 41. & 42. volum. primo, & magis
* communem opinionem dicit Ioſeph Ludouic. deciſio.
Lucenſ. 13. numer. 35. & ſequen. quam magis commu-
* nem comprobauit † Regia pragmatica collocata in no-
162 uis, in titul. de notar. pragm. 2. dum ex ea præcipitur
non ſolum indictio, ſed nomen Regium, annumq. do-
minationis, ac reliqua requiſita, vt in dict. pragmatica,
ex qua concludo, in Regno requiri annum Regni inui-
ctiſſimi noſtri Regis, & hanc indictionem abſque ſcru-
pulo; ſed cum infraſcriptis modificationibus.
Nec Robert. ſimpliciter contrarium firmans benè
163 perpendit † Affli. in dict. conſtit. baiulos omnes, quem
ſequendo contrariam opinionem probat; quia Afflict.
ibi, n. 20. in fine, totum contrarium de iure comproba-
uit, eo quod dixit, inſtrumentum non vitiari, ſi de con-
ſuetudine indictio non ſolet apponi, modo vt in prima
modificatione dicemus; at ſi contraria conſuetudo non
erit, Affli. concludit indictionis appoſitionem pro vali-
ditate inſtrumēti omninò neceſſariam; & Couarruuias
* opinionem hanc magis communem expreſſe probat in
164 † vtroque capite allegato, dum in cap. 20. practicar. ſe
remittit ad caput. 12. variar. ibique allegat omnes hanc
* magis communem ſectantes, & de ea teſtatur, & ſic in-
tellectus allegatur per Ioſeph Ludouic. citata deciſ. Lu-
cenſ. Scaccia verò, & Farinacc. cum allegatis per eos
intelliguntur ſecundum ſubſequentes modificatio-
nes.
165 Modificatur requiſitum, vt non procedat ſi in † loco
contractus adeſſet conſuetudo non apponendi indictio-
nem in inſtrumentis, quia tunc inſtrumentum non vi-
tiaretur, Affl. in dict. conſtit. Baiulos num. 20. in fin. Ri-
pa reſp. ſequen. ad 4. reſponſ. ſub nu. 27. & 28. de prob.
& Scaccia de iud. cauſ. ciuil. citato cap. 11. nu. 1199. ac
Couar. citato cap. 12. variar. num. 7.
Modificatur ſecundò in caſibus, in quibus Notarius
166 † poterit corrigere errorem indictionis, nempè quan-
do indictio eroneè fuerit poſita, non autem totaliter o-
miſſa; quia tunc inſtrumentum non vitiaretur Bar. in d.
l. ſi nominatim, & l. ſi librarius, Bald. in l. Imperator la
prima, in fine, ff. de ſtat. hominum, & hanc communem
* opinionem dicit Scaccia d. cap. 11. num. 1200. & 1201.
alios hoc idem tenentes congerunt Honded. citato loco
& Surd. allegato conſil. 390. num. 33. latius tamen Fari-
nac. de falſ. quæſt. 156. num. 43. par. 1.

S V M M A R I V M.

167 *Notarius in quibus caſibus valeat corrigere errorem; & numer. ſeqq.*
168 *Notarius regulariter poterit corrigere errorem.*
169 *Notarius indictionem erroneè poſitam poterit corrigere, & num. 170.*
171 *Correctio patens ſecundum ius, iuriſque præſumptionem corrigens ſemper permittitur.*
172 *Notarius poterit corrigere indictionem erroneè poſitam ſua authoritate abſque Iudicis miniſterio; extenditur etiam data copia parti, numero 173. & 174. contra numero 175. de veritate numero 176. cum multis ſequent.*
176 *Notarius non poterit corrigere errorem diei.*
177 *Diei error in inſtrumentis & ſi reſpiciat officium Notarij, tanquam latens abſque iudice non poterit corrigi per Notarium, & 178.*
179 *Indictionis error, quando poterit corrigi per Notarium.*
180 *Error præſumitur in indictione, & non in annis Domini, qui de facili ſciri poterunt.*
181 *Indictionis error facilius corrigitur per ſolum Notarium quando ex præcedentibus, vel ſubſequentibus inſtrumētis de protocollo error dignoſcitur.*
182 *Indictionis veritas ſi non appareat in inſtrumento, nullum inſtrumentum reputabitur, & qualiter extendatur, & reſtringatur num. 183. remiſſiuè.*
184 *Indictio omiſſa poterit addi per ſolum Notarium.*
185 *Notarius non apponendo indictionem nequaquam dicitur functus officio ſuo.*
186 *Notarius facilius poterit omiſſam indictionem apponere quam erroneè poſitam corrigere, & quare numer. 187.*
188 *Error ita præſumitur apponendo, ſicut in non apponendo, quando in vtroque caſu veritas detegitur, limitatur tamen, num. 189. remiſſiuè.*
190 *Error circa omiſſionem diei in inſtrumento corrigitur per Notarium.*
191 *Error circa omiſſionem diei in inſtrumento reſpicit officium notarij, & conſequenter corrigitur per eum etiam poſt datam copiam parti, num. 192. cum non dicatur ex hoc functus officio ſuo, num. 193. contra num. 194. cum pluribus ſeq.*
195 *Notarius diem omiſſum in inſtrumento ex ſe ipſo non valet corrigere poſt copiam datam parti, cum res non ſit integra.*
196 *Diei omiſſio in inſtrumento tendit ad incertum tempus.*
197 *Diei omiſſio non corrigitur per Notarium etiam ante datam copiam parti ſecundum aliquos.*
198 *Error diei non corrigitur per Notarium abſq. Iudice poſt datam copiam parti.*
199 *Error diei, ſi vis inſtrumenti eſſet in tempore, nequaquam corrigitur per Notarium ſine Iudice: etiam ſi copia non eſſet data parti num. 200.*
201 *Error circa omiſſionem diei concernens ſubſtantiam negocij, reſpicit potius factum negocij, quam ſolemnitatem ſcripturæ.*
202 *Error diei omiſſi; ſi probetur, tunc corrigitur per Notarium, etiam ſi concernat ſubſtantiam Negocij.*
203 *Vtile per inutile non viciatur, ſi de diei veritate conſtat.*
204 *Notarius errans in die in inſtrumento poterit ſua authoritate corrigere.*
205 *Notarius ponens in inſtrumento vnam diem pro alia*

per errorem poterit corrigere ante datam copiam parti, reſtringe ſi ius inſtrumenti conſiſtat in tempore, num. 206. reſtringe ſecundo, quando copia eſt data parti, num. 207.

208 *Error, qui poterit nocere parti ſine iuſſu iudicis cum cauſæ cognitione non corrigitur.*

209 *Notarius poſt ortam litem ſuper eius errore non valet illum corrigere.*

210 *Error diei in inſtrumento, qui dilucidatur, per aliquam iuris præſumptionem poterit corrigi per Notarium tam ante, quàm poſt datam copiam parti, quam poſt ortam litem ſuper errore.*

211 *Errans ſemper iuuatur à lege quando veritas detegitur.*

212 *Error, qui iuris præſumptione dilucidatur, exemplificatur.*

213 *Error potius præſumitur in numero dierum, quam in die per feſtiuitatem deſignato.*

214 *Error Iudicis authoritate, & cum cauſæ cognitione, ſemper & omni tempore corrigitur.*

215 *Falſitas ſcripturæ, nec Iudicis authoritate poterit corrigi.*

216 *Error Iudicis interuentu ſemper poterit corrigi.*

217 *Error non corrigitur per Notarium poſt datam copiam parti, etiam non authenticam nec ſolemnem.*

218 *Notarius melius faciet de nouo conficere originalem ſcripturam, quam in ea facere cancellationes, & additiones.*

219 *Error falſæ latinitatis corrigitur per Notarium data, aut non data copia parti: dummodo non mutetur ſubſtantia verborum, num. 220. 221. & 222.*

221 *Falſæ grammaticæ correctio non afficit partes.*

223 *Latinitas falſa reddit literas Apoſtolicas ſuſpectas de falſitate.*

NOTARIVS QVANDO poſſit corrigere errorem in Inſtrumento.

SEd reſtat, & opportunè, videndum, quando No-
167 tarius valeat † corrigere ſuum errorem, ad cuius
quæſiti reſolutionem proponam communem illam di-
ſtinctionem, quam probant Moderni in citata l. ſi li-
brarius, Felin. in cap. ex literis de fid. inſtrum. & om-
nes innumeri relati per Farinacc. citata quæſt. 156. par.
* 1. tota, communemq. dicit Scaccia d. cap. 11. nu. 1202.
ver. & hæc diſtinctio, ſcilicet

An tractabitur circa pertinentia ad officium Notarij, & erit primus articulus diſtinctionis.

An verò tractabitur de pertinentibus ad partes, & erit ſecundus diſtinctionis articulus.

Quo ad primum articulum omiſſo ordine, quo vti-
tur Farinacc. ſatis diffuſo, more ſuo, ſequendo ordinem
Scacciæ circa regulam poſitam, non autem circa exten-
ſiones, ampliationes extenſionum, ipſarumque reſtri-
ctiones, non parum diffuſo etiam ſermone collocatas:
168 dico regulariter † Notarium poſſe corrigere hunc er-
rorem quandoque propria authoritate, quandoque au-
thore Iudice, quandoque ante datam copiam parti, &
quandoque poſt datam copiam; vt ex infra dicẽdis ap-
parebit.

169 Ampliatur regula, quo ad Indictionem † (quæ de
pertinentibus ad officium Notarij per citatos authores
connumeratur) vt procedat, quando non fuerit omiſſa,
170 ſed poſita † eroneè, modo vt probauimus ſupra num.
166. illa ratione, quia omnis correctio permittitur, quæ
171 eſt patens, † & corrigit ſecundum ius, ſeu præſum-
ptionem iuris, ideo aduerſarius non habebit causã con-
tradicendi, modo vt probat Scaccia dict. capit. vndeci-
mo, nu. 1204. magiſque communem dicit Farinacc. ci-
tatus in dict. numer. 43. poſt Maſcard. Claud. Bertaz. &
alios.

Subampliatur ampliatio vt valeat Notarius hunc er-
172 rorem corrigere propria authoritate † ſine iudicis mi-
niſterio, Bald. in dict. l. vnica, C. de Iuſtin. Codic. confir.
numero quinto, verſ. ſed an tabellio Felin. in dict. cap. ex
literis ſub numer. 10. verſ. quartus caſus eſt de fid. inſtr.
ſingularius verò & notabiliter Vital. in tract. Clauſul.
ver. reſtat videndum an notarius nu. 3. fol. 315. & Scac-
cia vbi ſup. num. 1206.

Extenditur ſubampliatio, etiam ſi de inſtrumen-
173 to † fuiſſet data copia authentica parti, quia talis cor-
rectio prouenit ex lege, ſeu coadiuuatur legis præſum-
ptione, nec alicui nocet, dum abſque tali correctione
ſic præſumeret lex, eo quod error indictionis dignoſci-
tur ex appoſitione anni exiſtente in inſtrumento, ideo
per legem præſumitur, & recurritur ad Notarium, vt
corrigat, quia anni Domini appoſitio detegit errorem
indictionis, & per hoc quamuis copia in publicam for-
174 mam redacta ſit parti conſignata, † poterit corrigi
error indictionis, quia non dicitur copia data cum ca-
reat forma ſubſtantiali, & correctio nemini nocet, mo-
do vt ſingulariter Vital. in proximo citato ver. num. 2. &
3. fol. 314. & 315. & latè docet, quem probat Scaccia d.
cap. 11. num. 1205.

175 Contra extenſionem † reſpondit Ioan. Andr. in cap.
vltimo, de reg. iur. in 6. ſub num. 12. dicens ſiue indictio
ſit omiſſa, ſiue eroneè poſita, data inſtrumenti copia au-
thentica, nõ poterit addi, nec corrigi abſque iudicis au-
thoritate & Io. Andr. citat Scaccia vbi ſupr. num. 1207.
Ad cuius cõtrarij corroborationem ego addo innume-
ros alios relatos per Farinac. citata part. 1. nu. 10. & 11.
* cum ſequent. qui num. 12. de magis communi opinio-
ne teſtatur, Scaccia autem dicit, nõ eſſe recedendum ab
extenſione, nihil aliud adducens.

176 Ego verò exiſtimo veriſſimam † eſſe extẽſionem, non
* obſtante magis communi opinione in contrarium ad-
ducta per Farinac. quæ deſumitur à Doctoribus loquen-
177 tibus in errore diei non appoſiti, aut malè, qui † error,
ſi reſpiciat pertinentia ad officium Notarij, tamen eſt
error latens, non autem petens, & latentis, & patentis
diuerſam rationem eſſe in huiuſmodi, docuit Vital. loco
178 citato, quia in primo Notarius, nec propria † authori-
tate valet corrigere, niſi iudicis (& cum cauſæ cognitio-
tione) authoritate; vt inferius in ſecundo articulo dice-
mus, immo Doctores relatos per Farinac. loquutos fuiſ-
ſe diuerſimodè, patet ex eodem Farinaccio allegante;
demum hęc noſtra opinio meliori ratione fulcitur, vt ex
ſuperius traditis, tamen intelligi debet cum infraſcripta
reſtrictione.

Reſtringitur extenſio prædictæ ſubampliationis pro-
179 cedere tantum qñ in inſtrumento cõſtat † de certo tpe
quo fuit celebratum, ſeu confectum abſque indictione,
veluti ſi fuerit appoſitus Annus à Natiuitate, vel Incar-
natio-

natione, aut Circumciſione Domini, quia tunc calcu-
latis annis Domini, apparet iuris præſumptione, tam
error quam emendatio indictionis; & id intellexit dice-
re Vital. loco citato; illa ratione, quia error præſumi-
180 tur in indictione, † & non in annis Domini cum om-
nes ſciant annos Domini, non autem indictionem, vt
Bart. Bald. & Vital. allegatis probat Scaccia dict. capit.
* 11. num. 1208. & communem rationem eſſe dixit Co-
uarruu. dict. cap. 12. num. 7. alijſque allegatis probat
eandem rationem Farinacc. citata parte 1. numero 45.
ſed reſtrictionem ſingulariter probat Crauett. de an-
tiq. tempor. ver. viſo de fama num. 40. & ſequen. & Bar.
Bald. Din. Decio. Iaſ. Cagnol. Felin. Æmil. & alijs cita-
tis peroptimè probat Surd. citato conſil. 390. numero
33. qui dicit idem eſſe ſi ex toto protocollo, ſeu ex lectu-
181 ra proximorum inſtrumentorum veritas † indictionis
dignoſceretur, quia eadem concurrit ratio.

182 Secus enim eſſet, ſi non appareret † in inſtrumen-
to, vel alio modo de tali errore, quia omninò inſtrumē-
tum eſſet nullum Feli. in d. c. ex literis, & Honded. in ci-
tato conſ. 66. num. 42. in fine.

Subampliatur ſecundo ampliatio, & demum exten-
ditur, ac reſtringitur, modo vt fuit extenſa, & reſtri-
183 cta prima ſubampliatio; vt procedat etiam † quando
184 indictio in totum fuerit omiſſa, quia poterit † propria
authoritate addi per Notarium, vt poſt Bart. Bald. Ale-
xand. Maſcard. & alios probat Farinacc. in dict. par. pri-
ma, numero 40. illa ratione, quia Notarius non appo-
185 nendo † indictionem non dicitur functus officio ſuo,
Bart. in dict. l. ſi librarius, ſub numero tertio, Bal. in tra-
ctat. de tabell. num. 47. latè Vital. citato loco, & pro-
bat Scaccia dict. cap. 1203. & inter iſtam, & illam ſub-
186 ampliationem non eſſe rationis † diuerſitatem, pro-
bat notabiliter more ſuo, Surd. citatis conſil. & numero;
immo ſecundum Scacciam maior difficultatis ratio cō-
currit cum prima ſubampliatione, eo quod in illa No-
187 tarius † quodam modo videbatur functus officio ſuo
apponendo indictionem, licet erroneæ, quod ſecus
eſt in iſta, in qua non apponendo ſuum omittit offi-
ciū, verum non ignoro nōnullos authores dicentes ma-
gis vitiari inſtrumentum per omiſſionem indictionis,
quam per appoſitionem erroneam, vt Dec. in dict. l. ſi
librarius, & alij relati per Honded. citato conſil. tamen
nullus ex prædictis negare poterit, legem ita præſume-
188 re † errorem apponendo, quam non apponendo, ſi ve-
ritas indictionis dignoſcatur per annorum Domini ap-
189 poſitionem, ideo de his ſatis, limitatur tamen † regula
modo vt dicemus inferius num. 209.

Ampliatur ſecundo regula principalis, vt Nota-
190 rius † valeat corrigere errorem ſuum circa omiſſio-
nem diei non appoſiti in inſtrumento (quæ omiſſio
191 concernit etiam officium † eiuſdem Notarij, vt om-
nes præcitati, & citandi authores vno ore dicunt) Bart.
in l. Imperator la prima, ff. de ſtat. hom. num. 3. Bald.
in Rubric. num. 25. verſi. ſed pone, Cod. de fid. inſtrum.
ac Bald. de Peruſio in tractat. de tabel. numer. 43. & 47.
Felin. in dict. cap. ex literis, num. 2. de fid. inſtrum. idem
Bart. in citata l. ſi librarius, num. 4. de reg. iur. vbi Dec.
eum ſequitur numer. ſexto, clarius Vital. in citato tract.
clauſ. verbo de errore Notarij, ſub numer. 10. fol. 312.
quos probat Scaccia dict. cap. 11. num. 1210. idemque
probant Maſcard. concluſ. 4. num. 16. Franch. Marc. de-
ciſ. 743. num. 1. & 2. parte prima, & alij, quos probat
in terminis noſtris Farinacc. dict. quæſt. 156. parte pri-
ma, numer. 29. ſed expreſſius Cagnol. in dict. l. ſi libra-
rius, numero 22. & Mainer. num. 29. Foller. in ſua pra-
ctic. crimin. ver. item quod committit falſitatem, num.
61. Maſcard. dict. concluſ. 4. num. 25. ver. aut quandoq.
conſtat, & concluſ. 644. num. 6. alijq. omnes, quos citat
Farinac. d. quæſt. 156. parte 1. num. 47.

Extenditur ampliatio, vt procedat non ſolum quan-
192 do Notarius nondum tradidiſſet copiam † authenti-
cam parti, quo caſu res eſt clara, ſed etiam quando il-
lam tradidiſſet, quia adhuc poſſet diem apponere in
inſtrumento, Bald. in dict. l. vnica in fin. C. de Inſt. Cod.
confir. qui ſi dubitatiuè loquatur, tamen extenſionem
tenet Scaccia citato capit. vndecimo, num. 1211. illa ra-
193 ratione, quia non dicitur Notarius † functus officio
ſuo non apponendo diem, & edendo inſtrumentum ſi-
ne die.

194 Contra verò extenſionem † & verius reſponderunt
Bart. in dict. l. Imperator, ff. de ſtat. homin. poſt Specu-
lator. per eum citatum, Bart. & omnes in dict. l. ſi libra-
rius, ac innumeri illi relati per Farinacc. citata quæſtio.
156. parte prima, numer. 10. num. 47. & num. 60. qui-
* bus in locis de magis communi opinione ſæpius penes
195 nonnullos authores teſtatur, nam data copia † parti
res amplius non dicitur integra, ideo Notarius non va-
let ex ſe ipſo ponere diem omiſſum, illa ratione, quia
196 omiſſio diei † tendit ad incertum, eo quod incerta, &
latens eſt dies, quo inſtrumentum fuit confectum, &
non iuuatur iuris, aut hominis præſumptione, vt ſingu-
lariter declarat Vital. in dict. tractat. de clauſul. verſi. re-
ſtat videndum num. 2. fol. 314. imo in hoc non deſint
authores magnæ authoritatis, vt eſt Specula. Ioan. And.
Butr. & alij, qui negauerunt correctionem, ſeu appoſi-
197 tionem diei omiſſi, propria † authoritate faciendam,
etiam ante datam copiam parti; vt eſt videre penes Fa-
rinac. dict. loco num. 48. & 49. idcirco contra Scacciam
verius, crebrius, & receptius concluditur, Notarium
198 diem omiſſum non poſſe † apponere in inſtrumento
poſt datam copiam parti, abſque iudicis interuentu,
* quam hanc magis communem opinionem notabis pro
reſtrictione, & limitatione ampliationis.

Extenditur proxima limitatio tanto fortius pro-
199 cedere quando vis † inſtrumenti eſſet in tempore, il-
liuſque ſubſtantia conſiſteret in data diei, quo in caſu
nullo modo poterit Notarius ex ſe ipſo apponere diem
omiſſum, vt notatur ex mente omnium citatorum Do-
ctorum per argumentum à fortiori, quia ſi firmauerunt
procedere limitationem in caſibus, in quibus ſubſtantia
negocij non conſiſtit in tempore quanto fortius in iſto
caſu, at in terminis, Dec. in dict. l. ſi librarius numero 6.
ver. in quo aduertendum, & Scaccia. dict. capit. vndeci-
mo, num. 1212.

Dilatatur, & ſubextenditur hæc extenſio, etiam ſi
200 copia † inſtrumenti nullatenus data fuiſſet parti, quia
adhuc ſi ſubſtantia negocij conſiſteret in tempore, ne-
quaquam Notarius ex ſe ipſo poſſet apponere diem o-
miſſum abſque cauſæ cognitione, ita Scaccia citato cap.
11. num. 1213. illa tantum ratione motus, quia dies iſto
201 caſu adeo nocet parti, vt potius † conſideretur quid de
negocio, quam de ſolemnitate, ideo ego dico vt potius
conueniat, ſecundo inferius declarando articulo, quam
iſti, & ſi nihil aliud allegat Scaccia, tamen idem firma-
uerunt Bald. & Ang. in dict. l. Imperator, & expreſſius
Farinac. in citato loco num. 56. quos & alios probat Seſ-
ſa deciſ. Arag. 135. nu. 27. & 28. vol. 2.

Declaratur ſub extenſio, quãdo error diei omiſſi pro-
202 baretur, † quia ſtante probatione dies poterit apponi,
etiam ſi in ſubſtantia negotij conſiſteret, & ſic in priori-
tate, vel poſterioritate Alexan. ad Bar. in d.l. ſi librarius
ver. ſed quid ſi apponantur ſolemnitates Dec. ibidem n.
6. & 7. Cagnol. nu. 22. verſ. niſi tempus Maſcar. d. con-
cluſ. 644. nu. 7. & Farinacc. vbi ſupra num. 57. illa ratio-
203 ne, quia quando conſtat † de veritate diei, vtile per
inutile non vitiatur, vt in ſimili notat Coſta in tract. re
integr. diſt. 85. nu. 6. & 7.

Ampliatur tertiò principalis regula procedere etiam
204 ſi Notarius † non omiſit ponere diem ſed tamen il-
lum erroneè poſuit, puta erat dies tertia Ianuarij, &
Notarius poſuit, & ſcripſit die quinta, quia vtique pro-
205 pria † authoritate, ſed ante quam daret copiam par-
ti, poterit corrigere ſuum errorem ſi ſubſtantia negotij
206 non conſiſteret † in tempore, vt ſuperius notatum
fuit, ita Bar. Bal. Ang. & Soccin. quos probat Dec. in
d.l. ſi librarius num. 7. ver. & hoc de plano, clarius Vi-
tal. in d. ver. reſtat videndum an notarius, num. 3. folio
314. Felin. in d.c. ex literis num. 9. quos citat, & ſequi-
tur Scaccia d. cap. 11. numero 1215. & 1220. Claud. ad
Bertaz. conſilio 543. vbi de veriori opinione, Maſcar.
citata concluſ. 644. numero 9. 10. & 11. & Farinacc.
qui alios congerit dicta quæſtione 156. parte 1. nume-
ro 51. & 53. quicquid in contrarium afferant nonnulli
relati per Scacciam, & Farinacc. citatis locis, quorum
207 opinionem procedere quando copia † fuiſſet conſi-
gnata parti, reſponderunt poſt præcitatos authores ij-
dem Scaccia, & Farinacc. vbi ſupra, eo quia error, † qui
208 poterit nocere parti ſine iuſſu iudicis cum cauſæ co-
gnitione nequaquam corrigitur, vt adnotat Scaccia vbi
ſupra, ſed tutius eſſe in huiuſmodi erroris correctione
adire iudicem, reſpondit Farin. vbi ſupra nu. 54. quod
ego ſecurius, & verius dico.

Limitatur ampliatio, vt non habeat locum, re non
209 integra, puta ſi ſuper hoc errore fuiſſet orta † contro-
uerſia in iudicio, quia tunc eius correctio per ſolum no-
tarium abſque iudice non daretur, prout non daretur
in caſu primæ, & ſecundæ ampliationis, vt adnotant
Gram. Ludouic. Lanfranc. Alberic. Bal. Cagnol. Mai-
ner. Claud. Bertaz. & alij relati per Farinacc. citata
quæſt. 156. parte 1. numero 9. & ex Bal. Felin. Dec. &
Soccin. aduertit Scaccia vbi ſupra numero 1220. in
medio.

Modificantur limitationes, vt non procedant, quan-
210 do error diei † poſſet corrigi iuris præſumptione, quia
tunc notarius poſſet illum corrigere, tam ante datam
copiam parti, quam poſt, & tam ante ortam litem er-
roris, quam poſtea; illa tantum ratione, quia veritate
211 apparente † ſemper lex adiuuat errantem, vt ex Vi-
tal. & alijs ſuperius num. 173. traditum fuit.

Exemplificatur modificatio quando notarius in in-
212 ſtrumento diceret † die tertia Ianuarij in feſtiuitate
circumciſionis domini; aut die decimoquinto in Nati-
uitate Domini Noſtri; nam tunc error patens eſſet in
eodem inſtrumento dum omnes ſciunt tempus, & dies
dictarum feſtiuitatum; & iuris præſumptione fauente
notarius poſſet corrigere, eo quod præſumitur potius
213 error † in numero dierum, quam in die feſtiuitatis ſa-
tis noto, vt probatum fuit in indictione ſupra numero
180. & probat in terminis Scaccia in d. cap. 11. nume-
ro 1223. & 1224.

Modificantur ſecundò omnes reſtrictiones, & limi-
tationes ad ampliationem, vt non procedant quando
in correctione erroris harum ſolemnitatum concurre-
214 ret authoritas iudicis, † quia tunc omni tempore po-
terit præuia cauſæ cognitione corrigi error, ita Scaccia
d. capitulo 11. numero 1225. & probatur penes om-
nes præcitatos authores; niſi eſſet falſitas, & non er-
215 ror, quia † tunc neque iudex valeret corrigere vt Bal.
& alij relati per Felin. in d. capitulo ex literis, quos pro-
bat Scaccia d. capitulo 11. numero 1226. ac Farinacc.
latiſſimè in ſequentibus partibus eiuſdem quæſtionis,
& ſignanter eadem citata parte prima, numero 9. ver-
ſic. vbi poſt querelam, in quo loco poſt Gram. & Lu-
douic. hoc probat: & dato iudicis iuſſu, dataque autho-
216 ritate † ſemper error corrigitur, data aut non data co-
pia, ita idem Farinacc. citata par. prima, numero 67.
penes quem habetur modus concedendi authoritatem
hanc ſatis ſingulariter.

Modificantur, ſeu potius extenduntur limitationes
ſupranotatę circa copiam datam parti, vt non ſolũ pro-
217 cedãt in copia † per publicã formã reaſſumpta, in quo
loquuntur præcitati Doctores, ſed etiam quando co-
pia non eſſet neque publica, nec authentica, itaque in-
telligi communem prędictorum Doctorum opinionem
reſponderunt Bertazol. conſil. 543. num. 5. & Farin. vbi
ſupra num. 12. dicentes ſic eſſe loquutos Doctores alle-
gatos in maiori parte.

Pro coronide autem omnium ſuperius circa huiuſ-
modi errorem notatorum aduertendum erit pro No-
tarijs, qualiter ad euitandum ſuſpiciones falſitatum,
quæ ſolent oriri ob cancellationes, & additiones, melius
218 eſſet † errores præcitatos non corrigi ſic per eos, ſed
ex integro facere, & cõficere nouum originale, aut pro-
tochollum, ita Franciſc. Marc. deciſ. 163. num. 15. verſ.
quinimmo Cagnol. in dict. l. ſi librarius, num. 23. Claud.
ad Bertaz. citato conſil. 543. & alij relati per Farin. vbi
ſup. in fine d. part. 1. num. 81.

Infertur ex omnibus ſuperius citatis, dictis, & allega-
tis, quod Notarius fortius, & eo magis poſſit corrigere
219 errorem falſæ latinitatis † data, aut non data copia
parti, Dec. in dict. l. ſi librarius ſub num. 5. & Bald. quos
probat Scaccia. dict. cap. 11. num. 1227. & fiet correctio
220 hæc, dummodo non † mutetur aliqua verborum ſub-
ſtantia, quandoque, vt Bald. & Felin. in citato c. ex lite-
ris notant, licet Felin. dubitet, modo vt hos refert, &
ſequitur Scaccia vbi ſupra, nu. 1228. ſed quia falſæ gra-
221 maticæ correctio, † partes non afficit, ideo magis
* communiter concludunt Doctores poſſe fieri eam per
Notarium in omni tempore dummodo ſermonis ſub-
222 ſtantia † non mutetur, modo vt poſt Bart. Bald. Ang.
& Alber. in citata l. Imperator, ff. de ſtat. hom. ac Bart.
Dec. Cagnol. & alios in dict. l. ſi librarius, & poſt Franc.
Marc. deciſ. 743. nu. 4. par. 1. at Maſcar. & alios, probat
Farinacc. in citata par. 1. num. 32. & in eadem quæſtio.
156. par. verò 2. num. 94.

Reſtringitur hæc illatio, eam ſcilicet non procedere
223 in Literis † Apoſtolicis, in quib. falſa latinitas arguit
* earum falſitatem, itaque communiter teneri teſtatur
Farinac. citata parte 2. num. 95.

S V M M A R I V M.

224 *Error in inſtrumento reſpiciens intereſſe partium non corrigitur per Notarium, etiam Iudice authorante, & qualiter num. ſequent.*

225 Vtile per inutile in ſeparabilibus non vitiatur.
226 Scripturæ defectiuæ in ſolemnitatibus ſubſtantialibus non creditur.
227 Actus ex coniecturata mente contrahentiũ nõ vitiatur, licet verbis expreſſis illa non appareat, & error corrigitur modo vt ibi.
228 Tacita & coniecturata voluntas contrahentium quadrupliciter conſideratur.
229 Tacitum dicitur, quãdo venit in neceſſariam conſequẽtiam expreſſi.
230 Tacitum coniecturatum habetur pro expreſſo.
231 Tacitum idem, aut plus operatur quam expreſſum.
232 Tacitum dicitur, quod venit ex natura actus.
233 Tacitum dicitur, quod ex coniecturis legitimè probatis deducitur.
234 Coniectura, & legalis præſumptio, pro expreſſo & certo reputatur.
235 Præſumptio hominis tanquam obſcura, & incerta non facit expreſſum.
236 Tacitum dicitur quod facto demonſtratur, & potentius dicitur, quam quod verbis exprimitur.
237 Voluntas clarius declaratur facto quam verbis.
238 Actus non vitiatur ſi voluntas contrahentium coniecturis probetur legitimis, & qualiter.
239 Notarius propria authoritate corrigit id, quod fuerit omiſſum poni per contrahentes, ſi id tacitè ſubintelligatur poſitum ante tamen datam copiam parti extenditur etiam poſt datam copiam, num. 240. dummodo noua non inducatur conuentio, num. 241.
242 Notarius addẽdo ea, quæ nouam conuentionem inducerent nouum contractum faceret, & rationem recti ſermonis deſtrueret.
243 Agere ex expreſſo, vel ex tacito differt.
244 Locatio facta pro vno anno cenſetur tacitè facta pro ſequentibus, ſi continuata fuerit.
Notarius addendo in inſtrumento locationis, locationem ſequentis anni per contrahentes non expreſſam, licet continuatam nulliter ageret, & puniretur, ibidem.
245 Sermonis rectitudo qualiter lædatur in contractibus.
246 Notarius quæ poterit addere in inſtrumento.
247 Notarius poterit addere in inſtrumento pactum de non petendo, aliaſque clauſulas liberatorias de natura contractus ſubintellectas, & qualiter.
248 Notarius addendo in inſtrumento, quod lex omninò præſumit abſque delicto facit.
249 Contractus perfectior fit ſi ei addatur per Notarium id quod ex tacita voluntate contrahentium lex præſumit.
250 Notarius addere poterit in inſtrumento obligatorias clauſulas ſuper his, quæ rei principaliter obligatæ naturaliter inhærent.
251 Clauſulæ acceſſoriè poſitæ in contractu pro ipſius confirmatione regulantur ſecundum eiuſdem contractus naturam.
252 Contractus principalis pactis, & clauſulis tribuit intellectum.
253 Clauſulæ acceſſoriæ vires contractus confirmant.
254 Notarius addendo clauſulas, quæ de natura contractus ſubintelliguntur prohibetur facere, ſi ex tali additione efficacius obligaretur debitor, & puniretur, numer. 255. & 256.
257 Notarius addere prohibetur id quod circa ſubſtantialia inueroſimiliter ſubintelligitur.
258 Notarius poterit addere quæ de natura contractus ſubintelliguntur, licet per contrahentes non ſint expreſſa.
259 Notarius poterit addere in inſtrumento venditionis clauſulam euictionis omiſſam.
260 Notarius in inſtrumento venditionis perfecta addedere poterit, quod periculum rei venditæ ſit emptoris.
261 Notarius poterit addere quod mutuatarius mutuum eiuſdem generis, & qualitatis reddat.
262 Depoſiti natura eſt, vt dominium non transferatur, quodque per Notarium addi poterit.
263 Feudum abſque conſenſu domini non alienatur quodque addi poterit per Notarium in inſtrumento.
264 Notarius poterit addere in inſtrumento omnia dicta in ſuperioribus num. & qualiter.
265 Naturalia contractus tacitè inſunt.
266 Naturalia contractus, quænam ſint, & numero 267.
268 Interpretatio congrua ſumitur à natura contractus, taliſque præſumitur contrahentium voluntas, qualis naturæ contractus congruit.
269 Naturalia contractus loquuntur quaſi ipſa natura loquatur.
270 Naturalia cõtractus omiſſa poſſunt addi per Notarium, tanquam ad eius offitium pertinentia.
271 Notarius intelligitur rogatus de clauſulis conſuetis omiſſis, poteritque eas addere.
272 Notarius, licet non valeat extendere ſubſtantialia Negocij, poterit tamen intellectum, quem habuerũt contrahentes in rogando ipſe exprimere.
273 Notarius poterit addere, quæ de tacita voluntate contrahentium ſubintelliguntur, & quæ de natura contractus inſunt, ac ſolita extendere remiſſiuè.
274 Clauſulæ apponi ſolitæ, potius de ſtilo Notariorum, quam de voluntate contrahentium cenſentur deſcriptæ in inſtrumento, contra nu. 275. conciliantur opiniones, num. 276. & 277.
278 Notarius addendo quod ex tacita voluntate contrahentium ſubintelligitur, vel quod de natura contractus ineſt, non recipit dubitationem ab his, quæ de ſtilo ponuntur: cum in prædictis lex præſumat, numer. 279.
280 Notarius non poteſt addere id, quod à contrahentibus non fuerit dictum, in actu requirente ſcripturam pro ſui validatate reſtringitur circa ea, quæ ſunt facti tantum, num. 281.
282 Error Notarij nocet contrahentibus in his, quæ ſcripturam requirunt; contra num. 283. conciliantur opiniones, num. 284. & 285.
283 Error Notarij teſtibus poterit probari.
286 Notarius an valeat ſuum corrigere errorem, remiſſiuè.
287 Error Notarij, tam circa ſolemnitatem actus quam circa contrahentium voluntatem recipit correctionem, vt ſuperius.
288 Notarius non poteſt ſcribere in inſtrumento niſi quæ à contrahentibus dicta ſunt, & de quibus fuit rogatus.

289 *Aſſerenti, Notarium ſcripſiſſe quod à contrahentibus non ſuit dictum, non datur tanta fides, ſed idem durius ribus probationibus afficitur.*

290 *Error potius præſumitur in Notario ſcribente aliter quam dictum per contrahentes fuit, quam falſitas; declara & tempera, num. 291. remiſſiuè.*

292 *Omiſſio, aut error Notarij in actu requirente ſcripturam diuerſum effectum producunt, quam in actu non requirente ſcripturam.*

293 *Error Notarij in actu requirente ſcripturam, an corrigatur remiſſiuè, & quid in actu non requirente ſcripturam.*

294 *Error Notarij circa ea, quæ tacitè ſubintelliguntur poterit corrigi per ipſum Notarium, remiſſiuè.*

295 *Error Notarij in actu non requirente ſcripturam circa qualitates per partes enunciatas, & ea quæ tacitè non ſubintelliguntur ſi probetur, partibus non nocet, & qualiter, ſecus in actu ſcripturam requirente, numero 296.*

297 *Notario ſcribenti quæ partes non dixerunt, illudq; aſſerenti, partibuſque verò negantibus, non creditur, niſi alijs adhibitis probationibus.*

298 *Notario ſcribenti, & addenti quod fuerit omiſſum, partibus etiam ita aſſerentibus, omninò ſtandum.*

299 *Creditur illi, contra quem dirigitur erroris emendatio, cum plenè credatur contra confitentem.*

300 *Error circa omiſſa, quæ tacitè non ſubintelliguntur in actu non requirente ſcripturam, ſi probetur per validas coniecturas, poterit corrigi.*

301 *Error Notarij aſſerentis contra partes aliter dicentes, non corrigitur etiam medio iuramento ſuppletiuo.*
Notarius, an ſine indice errorem omiſſionis valeat corrigere, ibid. verſ. ſed data.

302 *Notarius poſt datam copiam parti, aut poſt motam litem ſuper errore ex interuallo abſque iudice errorem non poteſt corrigere.*

303 *Notarius poteſt ſine Iudice corrigere errorem, quando inſtrumentum non eſt adhuc redactum in mundum, dummodo non mutet ſubſtantiam ſcripturæ, num. 304. de veritate verò, nu. 319. 320. & 321.*

305 *Notarius an valeat corrigere errorem manifeſtum in ſubſtantialibus remiſſiuè.*

306 *Notarius non poteſt corrigere errorem occultum ſine Iudice.*

307 *Notarius ſolus corrigit ſuum errorem indiſtinctè data legitima erroris probatione, tam in omittendo, quam in committendo, de veritate verò, numer. ſequentibus.*

308 *Iaſon. & Farinacc. de errore notantur.*

309 *Notarius abſque indice non poteſt corrigere ſuum errorem, etiam per legitimas probationes demonſtratum, & num. 310. 311. & 312.*

313 *Notarius poteſt ſine Iudice errorem manifeſtum corrigere.*

314 *Notorium æquiparatur ſententiæ.*
Veritas apparens dicitur probatio probata, & non probanda, nec fori diſcuſſione indiget, ibidem, & 315. vbi notorium negari non poterit.

316 *Scriptum per Notarium, quod erat omiſſum, ſi concordat cum veritate apparente, debet per Iudicem confirmari, & ratum haberi, & extenditur etiam data copia parti, num. 317.*

318 *Notarius poterit corrigere errorem apparentem ex præcedentibus, vel ſubſequentibus verbis.*

319 *Notarius poterit corrigere errorem occultum, & latentem incontinenti, remiſſiuè, dummodo illud incontinenti per Iudicem arbitretur, num. 320.*

321 *Iudex qualiter arbitrabitur ad correctionem erroris Notarij incontinenti faciendam, & qualiter corrigatur ex dicto Notarij, & vnius teſtis.*

322 *Authoris opinio, vt ſine Iudice Notarius non valeat errorem corrigere deſeruit pro Iudice arbitrante ſuper partis lamentatione contra Notarium.*

323 *Opinio Doctorum dicentium Notarium poſſe corrigere errorem ſine iudice, quando de errore conſtat, eſt tenenda quando partes non contradicunt; quando verò contradicunt, tunc redigitur ad examen iudicis, num. 324. & apparente veritate erroris, iudex ratam habebit correctionem, num. 325.*

326 *Iudex amplecti debet quod veritati aſſiſtit.*

327 *Error Notarij ſi fuerit in actu requirente ſcripturam, qualiter corrigatur.*

328 *Error Notarij tanto fortius corrigi poterit, ſi ex præcedentibus, & ſubſequentibus dignoſcatur.*

329 *Notarius aliud quam à contrahentibus dictum ſcribens, iudicabitur eum potius erraſſe, quam falſum commiſiſſe.*

330 *Notarius omittens ſolemnia ſubſtantialia in inſtrumento pena falſi tenetur, & num. 331.*

332 *Notarius omittens ponere ſolemnia neceſſaria in teſtamento, tanto fortius falſus præſumitur.*

333 *Præſumptio falſitatis orta ex omiſſione ſolemnium in teſtamento indicatur iuris, & de iure.*

334 *Notarius omittens ponere ſolemnia ſubſtantialia præſumitur falſus, tam circa teſtamenta in ſcriptis, quam nuncupatiua, & quæuis inſtrumenta, fortiuſq. quando concurrit aliqua doli præſumptio, num. 335.*

336 *Notarius tanto fortius præſumitur falſus ob omiſſionem ſolemnitatum ſubſtantialium, ſi ſolitus eſſet eas in alijs inſtrumentis non omittere.*

337 *Opinio Doctorum dicentium, Notarium non præſumi falſum ob omiſſas ſolemnitates, niſi in caſu, l. iubemus, C. de teſtam. communiter confutatur, & num. 336.*

338 *Inſtrumenta & teſtamenta diuerſitatis, vel ſpecialitatis rationem non habent.*

339 *Solemnia ſi ex præſumpto dolo omittantur per Notarium tunc etiam procedit diſpoſitio text. l. iubemus. Cod. de teſtamen.*

340 *Notarius punitur de falſo ex dolo præſumpto.*

341 *Notarius in dubio potius falſum committere dicitur, quam errare, ſi fuerit malæ famæ, & ſuſpectus, aut aliter ſcriptura vulneraretur, & qualiter, ſecus verò ſi hæc non concurrerent, num. 342.*

343 *Notarius omittens ſubſtantiales ſolemnitates alijs Notarijs ſatis manifeſtas, præſumitur falſus, ſecus verò ſi omiſerit quæ peritis tantum ſunt nota, num. 344.*

345 *Notarius omittens ſubſtantiales tantum ſolemnitates ſuſpicatur de falſo, non autem de alijs ſolemnitatibus.*

346 *Notarius bonæ famæ, imperitus, & inſagax potius errare, quam falſum committere præſumitur.*

347 *Notarius omittens ponere ſubſtantiales ſolemnitates in caſu,*

caſu, quo præſumitur falſus; tunc extraordinariè tantum arbitrio iudicis puniretur.

348 *Notarius quando præſumatur erraſſe, vel falſum commiſiſſe remiſſiuè.*

349 *Inſtrumentum debet continere diem, & menſem, & ſi omittantur corriguntur, remiſſiuè, num. 350.*

351 *Inſtrumentum reaſſumptum abſque die, & menſe non vitiatur, ſi de illis appareat in protocollo.*

352 *Inſtrumentum abſque die, & menſe, non vitiatur, ſi de illis appareat in eodem inſtrumento, & qualiter.*

353 *Inſtrumentum ſine expreſſione loci, nec conſuetudine validum reddi poterit.*

354 *Inſtrumentum, & contractus in illo deſcriptus vitiantur ob non appoſitionem loci, in quo fuerint celebrata.*

355 *Locus loci deſcribi debet in inſtrumento, declara vt numer. ſequentibus.*

355 *Notarius non tenetur exprimere locum loci in inſtrumento, puta in Ciuitate Neapolis in domo talis, & nu. 356. de veritate verò inferius.*

357 *Notarius in expreſſione loci loci, ſeruabit conſuetudinem Regionis.*

357 *Locus generaliter expreſſus ſi tacitè includat ſpecialem locum, tunc loci loci expreſſio in inſtrumento non erit neceſſaria, & 358.*

358 *Loci loci expreſſio tunc omninò facienda erit, quando locus in inſtrumento ſatis generaliter exprimeretur, & qualiter ac num. 359.*

Inſtrumentum ſine expreſſione loci loci, quando non faceret fidem, ibid. & num. 359.

360 *Locus loci omninò neceſſaria eſt expreſſio in inſtrumento, & qualiter, remiſſiuè.*

361 *Inſtrumenti validitas nouem requirit requiſita ſecundum Speculat.*

362 *Inſtrumenti requiſita de iure Regni continent, & illa de iure communi.*

ARTICVLVS SECVNDVS quoad correctionem erroris Notarij.

IN ſecundo autem articulo, licet Doctor. infra citandi varias diſtinctiones colligunt, & ſatis latè ſuper eo loquantur: tamen ego ex eorum dictis, ſequentes conſiderandos exiſtimaui caſus.

Nam aut omittatur aliquid in inſtrumento tangens partium intereſſe, & illud erroneè omittatur per eoſdem contrahentes, quia non fuit dictum, nec ſcriptum.

Aut ſecundo, fuit omiſſum per contrahentes, ſed ſcriptum per Notarium.

Tertio verò fuit dictum per contrahentes, ſed per Notarium omiſſum, vel malè poſitum.

In primo caſu conſtituo regulam, concludendo ne-
224 quaquam errorem poſſe corrigi in quo vis † tempore etiam iudice authorante, quia ſi omiſſum reſpicit actus ſolemnitatem, & ſubſtantiam, tunc vitiat actum, ob defectum voluntatis contrahentium, ſin autem reſpiciat aliquod ſeparabile ab actu, tunc illud ſeparabile vitia-
225 tur, & non actus ex illa ſatis vulgata regula, vtile † per inutile in ſeparabilibus nō vitiari, de qua aliàs diximus, ad tex. in l. ſi vnus, Cod. de teſtam. & l. cum proponebatur, ff. de leg. 2. cum notatis ibidem per Doctor. prout de ſubſtantialibus teſtamenti loquitur Farinacc. d. quæſt. 156. par. 2. num. 98.

Extenditur regula procedere, vt non tantum actus
226 vitiatur, ſed etiam non creditur † ſcripturæ ll. ſupracitatis, probatque Vital. de clauſul. in citato verbo de errore Notarij, num. 9. fol. 311.

Declaratur tamen eadem regula, non procedere in
227 his, quæ dependent ex voluntate contrahentium † legitimè coniecturata, licet verbis expreſſis non apparente, quia tunc actus, nec ſcriptura vitiantur, & error incontinenti poterit corrigi per Notarium ante datam copiam, vel poſt iudicis iuſſu interueniente.

Ad cuius declarationis explicationem oportet principia eiuſdem tantum explanare, quia de his dicendis, ſuis particularib. locis in ſequenti tomo latius habebitur
228 loquutio, idcirco tacita, † & coniecturata voluntas quadrupliciter conſideratur.

229 Primò dicitur tacitum, quando venit † in neceſſariam conſequentiam expreſſi, ad text. in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iudic. & hoc tacitum coniecturatum habetur pro
230 expreſſo, † ſicut illud, quod venit in neceſſarium antecedens, ad tex. in l. illud ff. de acqu. hær. & idem aut plus operatur, l. 1. ff. de auth. tut. & l. nonnunquam ff.
231 de cond. & demonſt.

232 Secundo dicitur tacitum, quod † venit ex natura actus, & id vtique pro expreſſo habetur l. cum quid ff. ſi cert. pet. & l. interdum ff. de ver. oblig.

233 Tertio dicitur tacitum, quod ex † coniecturis legitimè probatis deducitur, ad tex. in l. ſi ſeruus plurium §. vltimo ff. de legat. 1. & tunc ſi erit coniectura, & præſum-
234 ptio legalis, pro expreſſo † reputatur, & certo; l. filiū ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. & l. cum auus de condit. & demonſtr. ſecus autem ſi præſumptio fuerit ho-
235 minis, † quia tanquam obſcura, & incerta non facit expreſſum, quod fuit tacitum, & per tales coniecturas appareret, ad tex. in l. qui plures vbi gloſ. Aret. & Iaſ. ff. de vulg. cum concord.

236 Quarto dicitur tacitum quod facto † poterit demonſtrari l. Paulus ff. rem rat. hab. & hoc dicitur tacitū verbis, & expreſſum facto; imò potentius alijs, quia magis facto, quam verbis voluntas exprimitur, & declaratur
237 ad tex. in c. cauete 22. quæſt. 5. c. dilecti filij il 2. de appellat. l. ſi tamen §. ei qui ff. de ædili. edict. Anch. Gozad. Crauett. Salic. & alij, quos probat Card. Mantica de tacit. & ambig. tom. 1. tit. 5. lib. 1. nu. 30. cum multis ſeq. penes quem notantur, quæ ſuper tacito nos ſuperius tranſcripſimus.

Redeundo itaque ad noſtrum inſtitutum, ſi voluntas
238 contrahentium tacita † probetur per neceſſariam cōſequentiam expreſſorum verborum, aut ex natura actus celebrati, vel ex iuris præſumptionibus, aut quarto, per factum euidens in eodem inſtrumento, vel quomodolibet legitimè probatum, & ex actu celebrato dependēs, tunc eo, quia lex ita diſponit, actus nequaquam vitiatur, inſtrumentumque ſuſtinetur ob huiuſmodi taciti operationem, Iaſ. Alciat. & Tiraq. quos probat Card. Mantica de tacit. & ambig. conuent. tom. 2. lib. 13. tit. 7. nu. 14. ſi notarius ſcripſit omne id, quod ex enarratis tacitis voluntatibus legitimè coniecturatur.

239 Quibus in caſibus poterit Notarius corrigere † errorem ante datam copiam parti propria authoritate circa omiſſa poni per contrahentes, quæ probantur per tacitas conuentiones ſuperius enarratas, quam concluſio-
240 nem ego extendo etiam poſt datam † copiam, dummodo Notarius addendo omiſſum nequaquam indu-
241 cat nouam conuentionem, † licet tacitè ſubintellectam,

ctam, quaſdam enim enumerat Card. Mant. d. tō. 1. de
tacit. & ambig. conuent. lib. 1. tit. 5. quia circa eas ope-
ratur lex, nam ſi notarius aliquam ex eis adderet orire-
242 tur nouus contractus † & ratio ſermonis recti deſtrue-
243 retur, quia differt agere † ex expreſſo contractu, & hi-
potecha ab agendo ex tacitis conuentionibus, vt in ſe-
quenti tomo dicemus latius; at modo illo, non ſolum
mutaretur verborum contractus ſubſtantia. vt ſuperius
num. 219. & 222. notatum fuit; ſed etiam læderetur re
ctitudo ſermonis habiti in contractu, veluti ſi condu-
244 ctus fuiſſet fundus ad vnum annum, † & continuare-
tur conductio vltra annum, tunc ex tacita locatione cē-
ſeretur relocatus fundus pro ſequentibus temporibus
continuatis ad tex. in l. qui ad certum ff. locat. & con-
ducti, ideo ſi in instrumento locationis factæ per vnum
annum adderetur per Notariū locatio per alios annos,
de qua partes loquntæ non fuerint; prohiberetur face-
re, & non ſuſtineretur noua conuentio, quam nouiter
addendo poſuit, & diuiſionibus taciti ſubintellecti non
conueniret totaliter, lædereturquè propterea rectitudo
245 loquutionis habitæ, & ſermonis † contenti in inſtru-
mento contra tex. l. Plautius ff. de aur. & arg. leg. adde
246 re corrigendo poterit omne illud, † quod lex præſu-
mit, & naturæ, ac rationi contractus, & præſumptæ
menti, & voluntati contrahentium conuenit; non au-
tem quod nouam diſpoſitionem nouumque effectū in-
ducit, Gratian. diſcept. Forenſ. tom. 3. cap. 548. nu. 39.
& Præſ. de Franch. deciſ. 567. nu. 2.

247 Infertur itaque quod ſi creditor reſtituiſſet † ſcriptu-
ram ſui crediti ſuo debitori, & ſuper huiuſmodi reſtitu-
tione celebratum fuiſſet inſtrumentum, in quo nullum
pactum de non petendo debitum reperiretur, nec ali-
qua alia clauſula liberatoria, tunc ſi notarius adderet in
prędicto inſtrumento aliquod pactum de non petendo,
poneret id, quod de natura contractus reſtitutionis ſcri-
pturæ crediti ſubintelligitur, & quod de tacita volunta-
248 te creditoris lex omninò præſumit, † ideo quādocum-
que poneret abſque delicto faceret, ad tex. in l. Labeo
ff. de pact. & notatur in l. creditricem C. de remiſſ. pign.
in hoc enim non læditur rectitudo ſermonis, nec ſub-
249 ſtantia contractus, ſed perfectior fit † de tacita, & iu-
ris præſumpta contrahentium voluntate, & alia ratione
inferius notanda.

Infertur ſecundò, quod ſi debitor meus obligaſſet per
inſtrumentum mihi rem ſuam, poterit notarius addere
250 in inſtrumento obligationem eorum, quæ rei † acce-
dunt, & eidem naturaliter inhærent ante ſeparationem,
ſecundum tamen notata in l. Paulus §. 1. ff. de pignor.
& l. 3. C. in quib. cauſ. pign. quia etiam ſi hoc non ex-
primatur, tacitè per legem ſubintelligitur; duæ enim
hę illationes euidenti ratione comprobantur, quia clau-
251 ſulæ acceſſorię appoſitæ † ad confirmandum contra-
ctum intelliguntur ſecundum naturam eiuſdem contra-
ctus, Soccin. Sen. in l. 1. num. 103. ff. ſolut. matr. ac in
conſ. 47. num. 5. lib. primo, principalis enim contractus
252 pactis, & clauſulis tribuit intellectum Bal. in l. iuris gē-
tium §. pactorum, in fine, aut ante ff. de pact. igitur clau
ſulæ prędictæ ſubſequentes appoſitæ per notariū ſequun
253 tur naturam contractus, ipſiuſque vires † confirmāt,
Cardin. Mantica de tacit. tom. 1. tit. 9. lib. 2. nu. 4.

Modificantur tamen iſtæ duæ illationes, vt non pro-
cedant, ſi Notarius cumulaſſet in pacto de non petendo
254 alias clauſulas efficaciores & in obligatione acceſſio-
num, & fructuum congereret pleniorem obligationē,
tunc ex iſtis clauſulis non ſolum primi contractus vires
255 † accipiunt, ſed etiam pleniorem effectum producē-
rent, & per hoc mutarentur, & ſuppletionem reciperēt
256 ideo notarius puniretur, † & additamentum non eſ-
ſet ſecundum ſimplicem contractus naturam, & lega-
lem præſumptam contrahentium voluntatem, ita Rip.
in l. qui Romæ §. duo fratres num. 49. ff. de verb. oblig.
& Crauett. conſ. 737. num. 17. & 18. quos probat Man-
tica vbi ſupra num. 12. & Præſ. de Franch. vbi ſupra.

Modificantur ſecundò vt notarius nequaquam ſup-
pleat, quod in contractu deficit ob expreſſionem non
257 factam per contrahentes, circa ſubſtantialia † eiuſdē
contractus, ſi velit extendendo abbreuiaturam, addere
ſubſtantiale omiſſum, quod inuerosimiliter non conie-
cturaretur, ſermoniſque rectitudinem offenderet, mo-
do vt hęc modificatio ſic deſumitur ex traditis per Man
tic. citato loco tit. 10. nu 3. 4. & 5.

Infertur tertiò, nam notarius poterit addere, & po-
258 nere † in inſtrumento omnia, quæ naturā, cōtractus,
in inſtrumento celebrato contenti, reſpiciunt, & ſequū-
tur, quamuis per contrahentes non ſint expreſſa, vt
259 puta de natura venditionis eſt euictionem † præſtari
per venditorem, ad tex. in l. ex empto in principio ff. de
260 actio. empt. idem etiam de natura emptionis † eſt, vt
perfecto contractu periculum ſit emptoris ad tex. in l. 1.
ff. de peric. & commo. rei vend. ac et de natura mutui
261 eſt, vt res † in eodem genere, & eadem bonitate, &
qualitate reddatur l. 2. & l. cum quid ff. ſi cert. pet. de-
262 mum natura depoſiti eſt, vt dominium † non transfe-
ratur, eademque ſpecies reddatur ad tex. in l. 1. §. is quo-
que il. 2. ff. de act. & oblig. & l. 2. in principio ff. ſi cert.
pet. finaliter (vt finem his exemplis infinitis ponam)
263 feudi ea eſt natura, † vt ſine cōſenſu domini non poſ-
ſit alienari, vt tot. tit. de prohib. feud. alien. per Lothar.
(de quibus & alijs latius ſuis particularibus titulis in ſe-
quent. tomo dicemus) in omnibus enim iſtis, & ſimili-
bus, ſi contrahentes, contrario pacto non conueniant,
ſed nihil dicant; poterit Notarius addere, & ponere in
264 inſtrumento † nempe quod venditor teneatur de eui-
ctione; quod emptor (perfecta emptione) ſubeat peri-
culū rei emptæ, quod mutuatarius reſtituat rem mutua
tam eiuſdem qualitatis, & bonitatis; depoſitarium te-
neri ad reſtitutionem rei depoſitæ, vt in contractu, vel
inueſtitura feudi addat, & ponat quod feudum non a-
lienetur irrequiſito domino, eoque non aſſentiente, &
ſic de ſingulis ſimilibus naturam contractuum reſpiciē-
265 tibus, illa vulgata, ſed ſatis ſingulari ratione, quia ta-
citè & naturaliter † contractibus hæc inſunt, & natura-
266 lia ſunt qualitates quædam innatæ, ex quibus † virtus
contractus proficiſcitur, & ſemper ineſſe videntur, ſi
pacto non tollantur, & frequentiori, ac aſſidua quadam
267 conſuetudine, † quæ in nomen naturæ tranſijt ad con
tractus acceſſerunt, vt ex Zaſ. Corraſ. Bellon. Bal. & Ri-
min. Iun. notat Cardin. Mantic. de tacit. tom. 1. lib. 1.
tit. 13. num. 10. & 11. vnde à natura contractus cōgrua
268 † ſumitur interpretatio, vt talis præſumatur volunta s
contrahentium qualis naturæ ipſius contractus cōgruit,
& hoc pro expreſſo habetur, quia naturaliter ineſt, qua-
269 ſi natura ipſa † loquatur, Bal. conſ. 330. num. 2. lib. 3.
& in l. ſi repetendi num. 2. C. de condict. ob cauſ. Rom.
& Aret. quos probat Card. Mantica vbi ſupra num. 15.
idcirco hæc quæ naturaliter ſubintelliguntur, quamuis
270 † à contrahentibus dicta non fuerint, poterunt tamen
per Notarium exprimi in inſtrumento, eo quod ad eius
officium

officium pertinent, Alex. conſ. 28. num. 2. lib. 2. Crau. conſ. 811. nu. 5. & Menoch. conſ. 37. num. 22. & ſeq. dicens eſſe receptiſſimam omnium interpretum ſententiam, quam probat idem Mantica in citato tit. 13. nu.
271 16. prout & intelligitur rogatus notarius † de clauſulis conſuetis, quamuis nihil à partibus dictum fuerit, poteritque eas addere, & de nouo ponere, Steph. Gratian. diſcept. Forenſ. tom. 3. citato cap. 548. nu. 36. & 38. at quamuis non valeat notarius extendere circa ſubſtantiã
272 negotij, poterit tamen † intellectum, quem habuerũt contrahentes in rogando, ſcribendo ipſe exprimere, addit. ad Guid. Pap. deciſ. 129. lit. a. & Neuizan. conſ. 28. num. 23.

Et quod poſſit Notarius addere de nouo ea, quæ de
273 tacita, & coniecturata voluntate † contrahentiũ ſubintelliguntur, & quæ ſecundum naturam contractus tacitè inſunt, ac ſolitas, & conſuetas clauſulas ponere, aut extendere, etiam ſi per contrahẽtes non fuerint illæ expreſſæ; diuerſo tamen modo, & per varia media diſcurrentes, latiſſimè probant congerendo omnia iura omnesque authoritates materiam hanc declarantia, & declarantes, Gabr. commun. concluſ. tit. de conſuetud. concluſ. 3. latè, Maſcar. de probat. concl. 1102 & 1103. latius, & Farinacc. de falſitate, quæſt. 157. p. 2. tota.

Quicquid in contrarium nonnulli afferant, dicentes,
274 clauſulas apponi ſolitas potius † de notariorum ſtilo, quam de partium voluntate cenſeri deſcriptas in inſtrumento, vt eſt videre penes Neuizan. d. conſ. 28. num. 7. Couarru. in rubr. de teſtam. par. 2. num. 14. Tiraqu. de conſtit. limit. 31. num. 12. Mantic. & alios, relatos per Farinacc. citato loco nu. 35.
275 Quia non ſolum noſtra opinio † eſt magis communis, vt eſt videre penes Menoch. citato conſ. 37. nu. 22. & nu. 103. cum omnibus ſequentibus lib. 1. quem probat Card. Mantica de tacitis, allegato tit. 13. num. 16. & alij relati per eundem Farinacc. vbi ſupra num. 33. & 34. ſed etiam conciliantur opiniones, nempe noſtram
276 opinionem procedere † quando per appoſitas clauſulas non mutatur ſubſtantia, nec ſpecies contractus celebrati, eaſque eſſe ſecundum veroſimilem mentem contrahentium; at contrariam opinionem procedere quando per appoſitas clauſulas mutatur ſubſtantia contra-
277 ctus, actumque per eaſdem appoſitas † clauſulas ortũ diuerſam à contractu aſſumere naturam; & ex appoſitis clauſulis alteratur veroſimilis mens contrahentium, vt poſt Couarr. Tiraq. Menoch. Gabr. & alios refert idem Farinacc. vbi ſupra num. 37. & 38. & Præſ. de Franch. citata deciſ. 567. num. 2.

Accedit inſuper quod altercatio, & difficultas locum
278 obtinet in appoſitione clauſularum, nos autem principaliter loquimur, quando Notarius velit addere, † & in inſtrumento ponere ea, quæ ex coniecturata, & præſumpta mente contrahentium ſubintelliguntur, & ea quæ ſecundum naturam contractus tacitè inſunt, quibus in caſibus non erit locus dubitationi propoſitæ, ſi de ſtilo, aut voluntate, eo quod hæc ſemper de voluntate contrahentium ſupponũtur ineſſe, hocque ſupponit,
279 & præſumit lex, † aut ex facto, & ex alijs ſuperius adductis clarificatur, ideo attendenda quæ nos ſupra tradidimus; verum de clauſula hipotecæ, & clauſula conſtituti, latius dicetur cap. 4. tit. de pignor. & hipotec. quæſito 6. num. 233. cum multis ſequentibus, locum illum conſulas.

Limitatur verò concluſio firmata ſuperius nu. 239. & ſequentibus non procedere in contractu, aut quauis
280 alia diſpoſitione † requirente ſcripturam pro ſui validitate; in quo Notarius non poteſt aliquid ſupplere, nec extendere vltra id quod à contrahentibus, aut diſponente dictum fuit; Gabriel. de conſuet. citata concluſ. 3. nu. 39. & ſeq. vbi de magis communi opinione teſtatur, quem demum probat Farinacc. vbi ſupra nu. 72.

Modificatur limitatio, vt ea tantum procedat circa
281 ea, quæ ſunt † facti, non autem circa ea, quæ ſunt iuris, quia iſta ſupplentur, & ponuntur per Notarium in caſibus ſuperius traditis, modo vt Gabr. & Farinacc. locis proximè citatis docent.

Modificatur ſecundo, nam non parum diſſentiunt Doctores, an notarij error in omittendo noceat parti-
282 bus in his, quæ ſcripturam † requirunt, eo quod, illũ nocere reſponderunt Ang. Salic. & Corn. in l. ambiguitates C. de teſtam. & talem errorem non poſſe corrigi etiã de mandato iudicis, reſpondit Vital. in tract. clauſ. ver. reſtat videndum num. 12. fol. 319.
283 Contrariam opinionem, † vt hic error valeat teſtibus probari, & illum partibus non per hoc nocere, probauerunt Bellaper. in l. errore C. de teſtamen. ibidemque Cin. Alberic. & Alex. ac Ang. ſibi contrarius in d. l. ambiguitates.

Tamen vt redeamus ad modificationem; tempera-
284 bis † has contrarias opiniones cum Bal. in d. l. errore num. 6. 7. & 8. quem probat Farinacc. in ſuperius citata quæſt. 156. par. 2. num. 106. & 111. diſtinguente inter omnimodam, & non omnimodã omiſſionem, quia
285 in prima non datur erroris probatio † in diſpoſitione requirente ſcripturam, & illa partibus nocet, ſecus autem ſi aliquid fuerit ſcriptum, aliquidque omiſſum, quia tunc partem omiſſam ſupplet Notarius, ſi illa ſubauditur ex ijs, quæ ſcripta ſunt; hanc verò modificationem intelligas circa ea, quæ ſunt facti ſecundum terminos primæ modificationis.
286 Reliquas ampliationes, & limitationes ad hanc † materiam ſtudioſus lector videre poterit penes Gabr. Mantic. Maſcar. & Farinacc. in locis adductis, licet ea, quæ nos ſuperius adnotauimus ſic declarata penes eos, ſicque diſtincta non reperiet, verum velim intelligas hunc primum caſum cum eius declarationibus tam circa ſollẽnitatem ſubſtantialem † actus celebrati, quam circa
287 voluntatem contrahentium, quia quælibet omiſſa vitiant actum, Vital. in d. ver. de errore notarij. nu. 9.

Quo verò ad ſecundum principalem caſum propoſitum ſupra nu. 223. ver. aut ſecundo, paucis illum ex-
288 plicabo, conſtituẽdo regulam negatiuam, † Notariũ ſcilicet, non poſſe ſcribere, niſi ea, quæ dicuntur per cõtrahentes, & de quibus fuit rogatus, nec poterit apponere aliquid aliud in inſtrumento, niſi illud, quod agitatum, & per partes tractatum fuit coram ipſo tanquã tabellione, ita Curt. Sen. conſ. 55. quem tanquam benè loquentem probat Farinacc. citata quæſt. 157. par. 2. limit. 1. nu. 65. idemque notat Cardin. Mantica de tacit. & ambig. conuent. tom. 2. lib. 24. tit. 8. num. 24. ac docent omnes præcitati authores, quorum communẽ dicit Farinacc. vbi ſupra.
289 Temperatur cõcluſio, nam aſſerenti Notarium † ſcripſiſſe, quod non fuit dictum, non datur indubitata, & ordinaria fides, ſed ille durioribus probationibus afficitur, vt reſponderunt Alciat. Dec. & alij, quos probãt Maſcar. concluſ. 1098. & Menoch. de arbitr. caſ. 105. & in citato conſ. 37. nu. 134. & de præſump. lib. 2. præſumpt.

ſumpt. 79. num. 3. quodque ratione probatur, quia ſi
probetur aliter fuiſſe ſcriptum, quam dictum, tunc
290 † præſumendum erit potius Notarium erraſſe, quam
falſum commiſiſſe, Maſcar. vbi ſupra nu. 17. & concluſ.
644. num. 1. ac alibi Menoch. de præſumpt. in allegata
præſumpt. 79. num. 12. latiſſimè autem Farinacc. alle-
gata quæſt. 156. par. 4. nu. 142. cum multis ſeq. ſed de
veritate huius dicti cum eius declarationibus adeundi
ſunt ijdem authores allegati.

291 Temperabis limitabis, & ampliabis hunc caſum, mo-
do vt ſuperius in primo caſu fuit declaratum, illum con-
ſulas locum, quia vterque caſus pari deciſione ſoluitur.

Tertius caſus principalis ſubdiuiditur in duplici in-
292 ſpectione, nam aut error omiſſionis † circa ſubſtan-
tialia reſpicientia negotium contrahentium, ſit com-
miſſus in contractu, vel diſpoſitione requirente ſcriptu-
ram, aut verò in non requirente.

293 In prima inſpectione reſpondendum eſſe, † modo vt
fuit notatum ſupra num. 280. cum alijs ſequentibus, &
idem quod ibi ex Gabr. & Farinacc. probauimus ante
hos comprobauit Vital. tract. clauſ. ver. ſequitur quali-
ter nu. 12. verſ. ſi autem probatur error.

In ſecunda verò inſpectione duplex conſiderabitur caput, nam aut tractatur de his, quæ ſunt de natura cõtractus, vel diſpoſitionis, vel de conſuetis apponi in inſtrumento, quæ per notarium fuerint omiſſa; aut ſecundò tractatur de his, quæ reſpiciunt diſpoſitionem circa alias ſuas qualitates, enunciatas, & agitatas per partes, de quibus Notarius fuit rogatus, & illæ fuerint omiſſæ per Notarium.

294 Primum caput deciditur per ſuperius in primo † caſu
tradita cum omnibus ibidem adductis declarationibus,
ideo illam conſulas deciſionem.

Secundum tamen caput altera etiam ſubdiſtinctione
dilucidatur, nam aut conſtat legitimè per teſtes, aut fa-
cti euidentiam, vel per aliam probationem legitimam
de errore Notarij omittentis ſcribere, quæ contrahen-
tes, vel diſponentes dixerunt, & tunc talem errorem
295 partibus non nocere, & per hoc corrigi poſſe nullus
eſt, qui rationabiliter contradicit, ſed omnes commu-
niter firmant, de qua communi teſtatur Farinacc. alle-
gata quæſt. 156. par. 2. nu. 105. limit. 3. & limit. 5. nu.
115. alios innumeros ſciens omitto, dummodo non ſit
296 actus † ſcripturã requirens, in quo adhibenda erit di-
ſtinctio per nos ſuperius nu. 284. notata.

Aut ſecundo de errore omiſſo non conſtat per alias
probationes, niſi per Notarij aſſertionem, quia contra-
297 hentes † negant, aliud fuiſſe dictum, & non ſcriptum,
& tunc ſoli notario nequaquam credendum, reſpondit
Alberic. in d. l. Imperator. ff. de ſtat. hom. nu. 5. in fine,
Bal. in l. cum proponebatur ff. de leg. 2. Vital. de clauſ.
ver. reſtat videndum il. 2. num. primo, fol. 320. Maſcar.
concluſ. 4. nu. 25. & Farinacc. allegat. quæſt. 156. part.
3. num. 130.

Dixi, quia contrahentes negant, eo quòd ſi fatean-
298 tur, erratum eſſe † eorum confeſſioni ſtabitur, Dec. in
l. ſi librarius ff. de reg. iur. num. 8. verſ. ſecundo de faci-
li, Vital. vbi ſupra verſ. reſtat videndum il primo num.
5. verſ. adde quod non ſtabitur Felin. in allegato c. ex
literis, nu. 2. verſ. item per ipſos facientes inſtrumenta
de fid. inſtrum. Maſcar. concluſ. 644. num. 16. lib. 2. ac
Bar. Bal. & alij relati, & quos probat Farinacc. d. quęſt.
156. par. 3. nu. 129. quodque idem erit, ſi ille tantum ex
299 contrahentibus fateatur, contra † quem dirigitur er-
roris emendatio, quia contra confitentem plenè credi-
tur; vt ex dictis per eoſdem authores dignoſcitur, & præ-
cipuè per Vital. vbi ſupra, & patet cuique, ac nos ſæpius
in 2. capite probauimus, dum diximus cuilibet ſcriben-
ti, aut atteſtanti credendum.

Extenditur concluſio firmata in primo capite, etiam
300 ſi error † omiſſionis probaretur per coniecturas ple-
nè verò probatas, Bal. in d. l. cum proponebatur, Vital.
in d. verſ. reſtat videndum, il. 2. num. 1. fol. 320. ibi per
teſtes vel indicia; & Farinac. d. par. 3. nu. 121. quia tunc
admittitur correctio, vt ſupra.

Extenditur concluſio firmata in ſecundo capite, verſ.
301 aut ſecundo etiam ſi Notario † ſic aſſerenti deferretur
iuramentum ſuppletiuum, Dec. in d. l. ſi librarius ſub
num. 4. Felin. in d. c. ex literis ſub num. 10. Pet. Gerard.
ſing. 16. nu. 3. & Farinacc. vbi ſupra nu. 131.

Sed data erroris probatione, an Notarius ſolus corrigere ſui authoritate valeat, ad cuius quæſiti reſolutionem duplex vtique inſpectio conſideranda erit; nam & primo an Notarius dederit copiam inſtrumenti, illumq; publicauerit, vel fuerit orta quæſtio erroris.

Aut verò inſtrumentum non fuit exemplatum, nec error in controuerſia poſitus inter intereſſe prætendẽtes

Prima inſpectio ſubdiuiditur in duplici caſu, nam aut
302 Notarius † velit corrigere ex interuallo; & indiſtinctè
ſolus abſque iudice, non poterit, vt notatur penes infra
citandos authores.

Aut verò velit Notarius corrigere incontinenti quan
do inſtrumentum adhuc non erat redactum in mundũ,
303 & eum ſolum poſſe, † reſponderunt Gulicl. Mayner.
in d. l. ſi librarius n. 29. Claud. ad Bertaz. conſ. 543. verſ.
primo limita, ac Cagnol. Menoch. Maſcar. Mancin. Vi-
tal. & innumeri relati, & probati per Farinacc. citata
304 quæſt. 156. par. 1. nu. 60. & 62. dummodo † non mu-
tet ſubſtantiam ſcripturæ, ſed de veritate inferius num.
319. 320. & 321.

Secunda autem inſpectio vtique in altero duplici ca-
ſu ſubdiſtinguitur, nam aut ſumus in errore patenti, &
305 manifeſto, † vt puta, quia caret inſtrumentum aliqua
ſubſtantiali clauſula negotium principale concernente,
ſed apparente, & tunc adhibenda erunt ſuperius in pri-
mo principali articulo tradita per nos num. 168. cum
infinitis ſequentibus; ſed de his iterum inferius.

306 Aut verò ſumus in errore latente, & occulto, † tunc ſi
velit ipſe corrigere, nullatenus poterit, quia eſſet ſuſpe-
ctus de falſo, ſed adhibere debet iudicis authoritatem
partibus citatis, ita Vital. in d. verſ. reſtat videndum il
primo ſub nu. 5. & Farinac. alios citans in d. quęſt. 156.
par. 1. nu. 69.

Verum circumſcriptis omnibus præfatis caſibus, &
inſpectionibus, data probatione erroris per concluden-
tes, & legitimas probationes, ſemper, & indiſtinctè tam
ante, quam poſt datam copiam parti, Notarium poſſe
ſua authoritate abſque iudice corrigere errorem † tam
307 in omittendo, quam in committendo colligitur ex tra
ditis per Bal. Alber. & Ang. in d. l. Imperator ff. de ſtat.
hom. per Bar. Dec. Cagnol. & Mayner. in d. l. ſi libra-
rius ff. de reg. iur. communem, & indubitatam omniũ
Doctorum opinionem hanc dicit Iaſ. in conſ. 28. nu. 1.
li. 1. quos omnes probat Farinac. allegata quæſt. 156. p.
1. nu. 76. dicens hoc idem tenere Maſcar. concluſ. 644.
nu. 12. & paſſim omnes communiter.

Ego autem ſemotis inſpectionibus, & caſibus prædictis, dico pace illorum patrum, Iaſonẽ in d. conſ. 28. &

Farinacc.

308 Farinacc. † d. num. 76. non parum aberraſſe, tum in
*ſupponendo opinionem relatam per eos eſſe communẽ;
tum etiam eſſe veram, quia falluntur, dum ex infra ci-
tandis apparet, non communem neque indiſtinctè ve-
ram; nam licet Bal. in d. l. imperator lectura 3. num. 2.
*Alberic. & Ang. ibidem teneant opinionem quam cõ-
munem dicunt Iaſ. & Farinacc. vbi ſupra eandemque
profiteantur Bar. in d. l. ſi librarius cum aliquibus alijs
congeſtis per Farinacc. & Iaſ. locis proximè citatis, ta-
men Bal. in eadem l. Imperator lectura prima num. 12.
Bar. & cæteri ibidem, ac Bal. in rub. C. de fid. inſtrum.
num. 45. Cuman. & alij relati per Dec. in d. l. ſi librarius
num. 6. & 7. ver. & hoc de plano, tenent contrarium,
ſcilicet, quando publicatum eſt inſtrumentum, & copia
309 data eſt parti, ſi de errore conſtet, tunc † error corri-
gitur iudicis interuentu, quodque indiſtinctè verum di-
cit Dec. in citato loco, veriſſimumque dicit Maſcar. con
cluſ. 644. num. 12. Ang. Cuman. & Soccin. relati per
Dec. nec non & benè probatam hãc Decij opinionem,
dicit additionator ad Dec. citato num. 7. litera g. prout
indiſtinctè hoc procedere quando tractabitur de re ſpe-
ctante ad contrahentes, ſubſtantiamque negotij tãgen-
te, videtur concludere poſt Maſcar. concluſ. 4. num. 16.
Mancinus de iuram. par. 4. effect. 210. num. 4. & tamen
Dec. Maſcar. & nonnulli fuerunt vtique citati per Fari-
nacc. pro ſua opinione; idcirco ex his patet, opinionem
relatam per Iaſon. & Farinacc. nequaquam eſſe com-
310 munem, imò, hæc vltimo loco relata † receptior vi-
detur.

Ideò quo ad veritatem opinionum relatarum, amice
311 lector nequaquã recedas ab hac noſtra vltima † opi-
nione vti veriori, & receptiori, quæ nõ ſolũ probatur ex
ſuperius traditis, ſed etiã ex dictis per Specul. de inſtru.
edit. §. poſtremò nu. 6. & 7. Bar. in d. l. Imperator num.
3. verſ. conſulto tamen, & eiuſdem Farinacc. eadem
quæſt. 156. par. 1. nu. 48. 49. & 54. qui tutius eſſe cor-
rectionem fieri per Notarium iudicis interuentu in his
312 † quæ facilius quam hæc, per notarium ſolum corrigi
poterunt, ſed eam velim recipias cum infraſcriptis mo-
dificationibus, ex quibus iudicio meo conciliantur con-
trarietates.

Modificatur primò, vt non procedat hæc noſtra opi-
313 nio † in errore omiſſionis notorio, & manifeſto, quo-
modolibet apparente, qui negari non valet, quia tunc
poterit omiſſum ſcribi per notarium, quia notorium æ-
314 quiparatur † ſententiæ, & veritas apparens dicitur
probatio probata, & non probanda, & per hoc non in-
diget diſcuſſione, aut fori diſceptatione, & nihil aduer-
315 ſus † notorium allegari poterit, idcirco ſi ſcriptum pro
emendatione omiſſi concordat cum veritate apparen-
316 te, iudex demum † debet habere ratum, coram quo
inſuper diſputabitur, vt ſingulariter more ſuo docet
Bal. in d. l. Imperator 1. lectura, nu. 9. cum ſequentibus,
vbi etiam Fulgoſ. nu. 2. Vital. in d. ver. reſtat videndum
il. 1. nu. 5. Felin. in d. c. ex literis nu. 9. de fid. inſtrum. &
Iac. Nouell. quos probat Farinacc. d. quæſt. 156. par. 1.
317 num. 73. loquentes quando copia † vtique data fuiſ-
ſet parti, vt expreſſius aperiunt Vital. vbi ſupra nu. 5. 6.
& 7. & Farinacc. prout de errore probando per præce-
318 dentia, aut ſubſequentia † verba inſtrumenti loquitur
idem Farinacc. d. quæſt. par. 2. num. 101.

Modificatur ſecundò quando notarius, etiam in er-
319 rore latente, & occulto corrigeret † omiſſum reponen-
do in inſtrumento incontinenti, modo vt ſupra nu. 303.
probatum fuit, & probant poſt illos relatos per Farin.
dicto loco, Tiraq. de retract. conuent. gloſ. 5. num. 19.
§. 1. & Scaccia de iud. cauſ. ciuil. citato cap. 11. nu. 1229.
320 dummodo illud † incontinenti iudicetur demum per
iudicem, cuius arbitrio remittitur, Claud. ad Bertaz.
conſ. 543. col. 3. verſ. primo limita; qui inſpecta demũ
veritate correctorum, & emendatorum iudicabit † pro
321 emendatione facta, vt inferius dicemus in ſequenti
modificatione; & in continenti dicitur, quando inſtru-
mentum eſt in fieri, Marſ. ſing. 123. nu. 3. & quando de
errore conſtaret per dictum Notarij, & vnius teſtis in-
ſtrumentarij omninò correctio conceditur, Steph. Gra-
tian. diſcept. Forenſ. tomo quinto capit. 825. poſt hæc
ſcripta viſus.

Modificatur tertiò, nam opinio hæc noſtra ſic modi-
322 ficata, deſeruiet iudici pro iuſtificanda † lamentatio-
ne danda contra Notarium emendantem, & ponentem
in inſtrumento quod per prius non erat ſcriptum per
eundem, ſed dictum per contrahentes; opinio verò cõ-
traria finaliter ſuum obtinebit effectum, & locum, † eo
323 quod ſi partes tacent, & emendationi conſentiunt res
ſopita eſt per ea, quæ notauimus ſuperius num. 298. aut
verò contradicunt, & eorum contradictio de neceſſita-
324 te redigi debet demum † ad examen iudicis boni viri
ad tex. in l. continuus §. cum ita ff. de ver. oblig. qui vi-
dendo emendationem factam fuiſſe iuſta probationem
325 factam de veritate omiſſionis habebit eam omninò †
ratam, eo quod iudex amplecti debet, quod veritati aſ-
326 ſiſtit † arg. tex. in l. ob carmen §. fin. in fine ff. de te-
ſtibus, vt in terminis notant Bal. in d. l. Imperator nu.
9. Vital. in d. ver. reſtat videndum il primo num. 6. &
7. & alij quos prætereo.

Modificabis quartò omnia ſuperius dicta procedere
in correctione erroris facienda circa omiſſa in contra-
ctu, & diſpoſitione nequaquam requirente pro ſui va-
liditate ſcripturam: quia ſi eſſet diſpoſitio ſcripturam
327 requirens, requireret † etiam diſcuſſa, & deciſa ſupe-
rius nu. 380. cum ſequentibus modificationibus, & de-
clarationibus vſque ad nu. 286.

Extenduntur omnes modificationes, vt illę tanto
fortius procedant quanto clarius omiſſa per Notarium
328 † ſupplentur, & probantur per præcedentia & ſubſe-
quentia; Bar. Bal. Salic. Ang. Alex. Iaſ. Corn. Sicar. &
alij in l. errore C. de teſtam. Dec. & Mayner. in d. l. ſi li-
brarius, quos probat Farinacc. d. quæſt. 156. par. 3. nu.
136. & tactum fuit ſuperius num. 318.

Pro complemento tamen concluſionum ſuper Nota
riorum erroribus deſuper firmatarum; duæ aliæ ſubne-
ctentur, non parum vtiles, & neceſſariæ quarum hæc
erit prima videlicet.

Notarium ſcribentem aliud, quam à partibus dictum
329 † aut aliàs falſum exprimentem, potius præſumi er-
raſſe, quam falſitatem commiſiſſe, probatur in l. quod
adhibitis in fine C. de his, qui ſibi in teſtamen. adſcrib.
probantque Bal. in l. errore C. de teſtam. Fel. in d. c. ex
literis Dec. in d. l. ſi librarius Foller. in pract. crim. verb.
item quod commiſit falſitatem num. 58. Vital. in ſępius
citato ver. de errore Notarij nu. 1. Gabriel libr. 7. con-
cluſionum, concluſ. 2. nu. 16. Alciat. de præſ. reg. 3. prę-
ſump. 13. num. 10. Maſcar. concluſ. 644. num. primo &
ſeq. ac in alijs ſuis concluſ. Cepoll. Iaſ. Oſaſc. Boſſ. Frãc.
Marc. Ioſeph Ludouic. Hierony. Gabr. Claud. Bertaz.
Franc. Becc. Curt. Sen. Cuman. Alex. Natta, & Rolan.
quos probat Farinacc. citata quæſt. 156. par. 4. nu. 142.

eum ſequent. quicquid contrarium nõnulli afferant; De
mum eandem receptam opinionem probat Menoch. de
præſumpt. lib. 2. præſump. 79. nu. 12. & lib. 5. præſ. 3. nu.
36. ac lib. 6. præſump. 23. nu. 30. & præſumpt. 32. nu. 3.
idemque perpetuò memoriæ tradendum paucis verbis
aduertit Doctiſſ. Rouit. ad pragm. 1. de notar. num. 8.
in nouiſſimis.

Altera & ſecunda ſe offert concluſio, quæ huic primæ
aduerſari videtur nempe, Notarium omittentem † ſo-
330 lemnia ſubſtantialia in inſtrumento falſi pena teneri,
vt vnanimiter Cin. Odoffr. Salic. Caſtr. Aret. Corn. &
alij in l. iubemus C. de teſtamen. firmarunt, quia licet
regulariter in notario potius error præſumatur ex tra-
ditis in prima concluſione, non tamen ſic eſt quando in
331 inſtrumento omittit ponere debitas † iuris ſolennita-
tes gloſ. in d. l. iubemus §. fin. in gloſ. fin. ibidemque
Cin. Salic. Alex. Ang. Aret. & Corn. Foller. vbi ſupra
num. 60. & alij quos probat Maſcar. concluſ. 1098. nu-
mero 32. lib. 2. & concluſ. 532. num. 16. 17. & 18. ac an
te eum probauit, & receptiſſimam dixit Menoch. de ar-
bitr. caſ. 370. num. 4. quam opinionem multo magis
procedere in teſtamento condito per notarium, qui ſi
332 omiſit ponere † neceſſarias ſolemnitates penam falſi
non euitabit, quaſi quod doloſè in tam neceſſaria cau-
333 ſa verſatus fuit, vt ex expreſſo tex. d. l. iubemus §. fin.
vbi gloſ. quæ dixit hanc doli præſumptionem eſſe iuris,
* & de iure, idque communiter notari dicunt Felin. in d.
capitulo ex literis, & omnes infiniti, quos congerit dif-
fuſè more ſuo Farinac. allegata quæſt. 157. p. 1. tota.
334 Extenditur concluſio hæc, procedere quamuis Nota-
rius † omitteret ſolennitates ſubſtantiales aliorum teſta-
mentorum, & inſtrumentorum, & ſic diſpoſitio d. l. iu-
bemus loquentis in teſtamento in ſcriptis extenditur ad
omnia inſtrumenta, quorum dolo præſumpto ſolemnia
per Notarium omittuntur, quodque ex magis doctorũ
* communi opinione recipi, dixerunt Corn. in d. l. iube-
mus Alciat. d. præſump. 13. nu. 12. Thob. Nonius in-
ſtit. de teſtam. in fine principij num. 66. Menoch. d. caſ.
370. nu. 4. & in conſ. 37. lib. 1. nu. 3. vbi hanc opinio-
* nem magis communem ſine controuerſia procedere
335 dicit quando concurrit aliqua † doli præſumptio, &
* eandem magis communem amplectitur Maſcar. d. con-
cluſ. 1098. num. 33. præſertim quando ſolennitatem,
336 quam omiſit † Notarius eſſet ſolitus apponere in alijs
inſtrumentis, quos omnes probat Farinacc. quæſtione
157. de falſit. parte prima, numero 12. quicquid in con
trarium dicant Clar. in §. falſum num. 22. Grat. conſ.
16. vol. 1. num. 44. pract. Corrad. rub. de falſar. num.
10. Auguſt. ad Ang. in ver. falſario nu. 51. Ioſeph. Lu-
* douic. deciſ. Lucenſ. 13. nu. 68. & alij dicentes commu-
niter teneri non poſſe Notarium puniri de falſo † ob o-
337 miſſas ſolennitates, niſi in caſu d. l. iubemus, & ſic in
* caſibus à iure expreſſis, quia extenſio magis commu-
niter tenetur, illa ſola, ſed ſatis ſingulari ratione, ex quo
338 non videtur † diuerſitatis, & ſpecialitatis ratio inter
teſtamenta, & inſtrumenta, quam probat Alciat. loco
citato.

Extenditur ſecundo vt procedat etiam ſi præſumpto
339 dolo omittantur † ſolémnia, itaque communiter ab
* omnibus intelligi tex. in d. l. iubemus, vt ex ibidem no-
tatis, probat Farinac. vbi ſupra num. 14. dicens Iaſonẽ
* in d. l. iubemus teſtari de recepta communiter ab omni-
bus hac opinione, exceptis Bal. Richar. & Fulgoſ. &
340 quod hic ſit vnus caſus ſingularis, in quo † notarius
punitur de falſo ex dolo præſumpto.

Attamen, vt euidenter appareat conciliatio harum
duarum concluſionum inter ſe pugnantium infraſcri-
ptas oportuit congerere conciliationes; nempe.

Primam procedere concluſionem, quando notarius
341 non ſit † malæ famæ, nec ſuſpectus, vel non omiſerit
aliquod prohibitum de iure omitti, aut per aliquam cir-
cumſtantiam, & falſitatis præſumptionem non appare-
ret eum dolo omiſiſſe, quia ſi hæc adeſſent Notarius pu-
niretur, & non procederet concluſio, vt habetur penes
Farin. citata quæſt. 156. p. 4. limit. 1. limit. 2. & 3. at ſi hæ
342 malæ præſumptiones abeſſent, ſecus.

Secundam verò concluſionem procedere in ſolenni-
343 tate omiſſa † notoria, & alijs notarijs manifeſta, velu-
ti ſi teſtes, annos domini, & alia euidẽtia omiſerit, ſecus
344 autem ſi Notarius omiſerit, † quæ peritis tantum no-
tarijs ſunt nota, vt ex Ang. in d. l. iubemus, dicit hãc mo-
dificationem Farinacc. d. quæſt. 157. par. 1. num. 15.
pulcherrimam, & veriſſimam.

Modificatur 2. hęc ſecunda concluſio procedere tan-
345 tum in † omiſſione ſolennitatum ſubſtantialiũ, vt ex
Alex. in d. l. iubemus, adnotat Farinac. vbi ſupra nu. 16.

Modificatur tertiò in Notario bonæ famæ, imperito,
346 † inſagaci, & nõ verſuto, in quo non procedit conclu-
ſio, ſed arbitrio iudicis videntis omiſſionem potius er-
roneam, quam doloſam poterit notarius impunè eua-
di, vt poſt Gargiar. Bauer. Foller. Bertaz. Maſcar. &
Baiar. docet Farinac. vbi ſupra nu. 17.

Modificatur quartò, vt Notarius in terminis conclu-
ſionis huiuſmodi nequaquam puniatur ordinariè, ſed
347 extra ordinem † arbitrio iudicis, vt ſic concordando
opiniones probant Menoch. d. caſ. 370. num. 5. & Ma-
ſcar. de probat. citata concluſ. 1098. nu. 35. quorum mo
dificationem veriſſimã dicit Farinacc. citato loco n. 18.
348 Reliqua tamen ad hanc materiam † habebuntur pe-
nes Card. Mantic. Menoch. Farinacc. omnium latiſſi-
mè, & Maſcar. locis citatis.

Quintò requiritur, (vt ad requiſita inſtrumentorum
redeamus vnde digreſſi, ſed vtiliter ſumus) vt appo-
349 nantur in inſtrumento † dies, & menſis ad tex. in l. 1.
C. de Apoch. publ. libro 10. Bar. Bal. & Felin. quos
probat Afflict. in citata conſtitut. Baiulos omnes num.
19. Robert. in allegata conſiderat. 1. num. 8. Grauin.
ad rit. declarat. 3., parte prima numero 14. Cagnol.
in ſæpius allegata l. ſi librarius ff. de reg. iur. quos ſequi-
tur Galter. in ſua prax. inſtrument. rub. 2. parte prima,
numero ſexto, alia iura, aliaſque authoritates citat Co-
uarruu. in allegato capitulo 20. practicar. numero ſe-
* cundo, verſ. quarto, eadem, vbi de communi omnium
ſententia teſtatur, & ante eum Guid. Papa deciſ. 582.
350 Sed quando dies corrigatur per notarium diximus la-
tius ſuperius nu. 190. & ſequentibus.

Reſtringitur hoc requiſitum quando dies, & menſis
351 eſſent poſiti † in protocollo, quia ſi fuiſſent omiſſi in
reaſſumpto, inſtrumentum non vitiaretur, vt ex Freccia
& alijs adnotat Galter. vbi ſupra, & ante eos Roman.
ſing. 238.

Reſtringitur ſecundò, vt non ſit neceſſaria menſis
352 appoſitio, † quando dies ex eodem inſtrumento cer-
tificaretur, veluti ſi fuiſſet dictum in die Sanct. Ioann.
Baptiſtæ, die Natiuitatis Domini, & his ſimilibus, Bar.
& alij in leg. ſi quis §. ſi initium ff. de eden. Felin. &
Dec. in capitulo primo, de fid. inſtrumen. & Couarru.
vbi ſupra.

Sextò

Sexto requiritur locus, in quo inſtrumentũ ſit confe-
353 ctum, cuius appoſitio omninò erit neceſſaria, † taliter
quod conſuetudo in contrariũ non teneret Felin. Dec. &
alij in citato c. 1. de fid. inſtr. Affl. in d. conſt. Baiulos om
nes, n. 19. Freccia de præſent. inſtr. p. 1. nu. 8. Grauin. vbi
ſup. nu. 17. Robert. d. conſider. 1. nu. 17. Viui. opin. 183.
Galter. loco citato n. 12. & poſt nonnulla iura adducta,
* communem opinionem dicit Couarr. d. cap. 20. n. 3. &
non appoſito loco celebrati inſtrumenti vitiari contra-
354 ctũ, † & inſtrumentũ reſpondit Cappella tholoſ. deciſ.
492. per tex. in c. Abbate ſanè §. pen. ver. ex his, de re iu
dic. lib. 6. c. quoniam contra de probat. auth. quib. mod.
nat. efficiunt. legit. §. quantum, l. optimam vbi gloſ. Cin.
Bal. C. de contrah. ſtipul. Specula. Io. Andr. Faber, & alij
quos probat deciſio Cappellæ vbi ſupra.

Sed an oportet apponi locum loci in inſtrumento; &
355 requiri reſpondent † Grauin. & Galter. citatis locis: tu
autẽ lector beneuole; Notariũ nõ adſtringendũ ſuper lo
ci loci expreſſione, dicas, nõ enim cogitur dicere in terra
356 Balneoli; † & in domo talis, quamuis in huiuſmodi
357 ſeruabitur conſuetudo, qua † non exiſtente ſi in gene-
rali loco tacitè includatur ſpecialis, tunc illius generalis
expreſſio ſufficit, ſin autem tacitè nõ includatur, ſed om
ninò incertè, veluti ſi dicatur in prouincia princip. vltra,
aut in tali diœceſi, & tunc tanquã nimis generalis expreſ
358 ſio non ſufficeret † tanquam ſatis indeterminata, ideo
inſtrumentum redderetur ſuſpectum, & quouſque locus
ſpecialis, & certus non probaretur per aduerſarium, nul
359 lam interim faceret fidem, † ita Aufrer. ad Cappell.
Tholoſ. citata deciſ. 492. ſingulariter hæc congerens.

Sed indiſtinctè requiri expreſſionẽ loci loci, de rece-
360 ptiſſima † opinione teſtatur Menoch. de præſump. l. 2.
præſ. 84. n. 2. teſtaturq; Cæſar Barz. deciſ. 39. nu. 25. 41.
51. & ſeqq. qui infinitos cumulant authores; verũ intel
ligas hanc receptiſſimã concluſionẽ, vt intellexerũt Me-
noch. & Barz. & præcipuè Menoch. eleganter eã decla-
rans, & cũ contraria concilians, aliaq; congerit Stepha.
Gratian. deciſ. 28. num. 2. cum ſequent. & diſcept. Fo-
renſ. tom. 5. cap. 899. num. 17.

Et ſi per Specul. in tit. de inſtr. edit. §. breuiter, & per
alios graues authores ſuperius citatos cõgerantur nouẽ
361 requiſita pro inſtrumentorũ validitate, quorũ ſex tan
tum retulimus, vt in prænotatis eſt videre, reſtarẽt ideo
alia tria proponenda, nempe, teſtes, nomen tabellionis;
& Notarij ſignum; idcirco vt citius eadem requiſita ex-
plicentur, cõmodius putaui congerere requiſita de iure
362 Regni, in quibus † & illa tria etiam continentur, ac &
vnico labore ex eis peruenitur ad notionem ſolemnium
reaſſumptionis inſtrumentorum, vt illud liquidetur, &
plenam conſequatur fidem.

S V M M A R I V M.

363 *Inſtrumenti validitas requirit interuentum Notarij publici celebrantis illud, iudicis ad cõtractus, & teſtiũ.*
364 *Iudicis ad contractus interuentus; in inſtrumento requiritur de iur. Regni.*
365 *Notarius poſt alias deſcriptiones tenetur deſcribere in inſtrumento nomen iudicis ad contractus, côram quo ſtipulatio facta fuit, de iur. Regni.*
366 *Notarius creari debet ab habente poteſtatem.*
367 *Notarij in Regno creantur per Præſid. Sacri Conſ. Viceprotonotarium.*
Iudices ad contractus creantur per eundem Preſ. Sacri Conſilij, ibidem.
368 *Iudicis ad contractus officium, antiquitus exercebatur per iudices annales electos per vniuerſitates; prout & hodie in Regno, in aliquibus locis num. 369.*
370 *Inſtrumentum abſque iudicis ad contractus interuentu validè conficitur in loco, in quo talis iudex nõ reperitur.*
371 *Teſtium nomina, & cognomina deſcribuntur per Notarios in calce inſtrumenti.*
372 *Inſtrumentum, ſine iudice, & abſque publico Notario, ſineque teſtibus nequaquam probat, & 373.*
374 *Teſtium ſubſcriptio in Regno omninò neceſſaria eſt in reaſſumptione inſtrumenti, & 375.*
376 *Inſtrumentum poterit reaſſumi, aut ſcribi per aliam perſonam, etiam priuatam, ſi Notarius fuerit impeditus, quodque verum dicit Couarruu. etiam ſi Notarius impedimento careat; de veritate verò nu. ſequentibus.*
377 *Notarius, vt valeat ſcribi facere inſtrumentum ab alia perſona priuata, quæ requirantur in Regno, & numero 378. & 379.*
380 *Notarius prohibetur aliena manu ſcribere protocollum.*
381 *Inſtrumentum vt valeat, Notarius debet eſſe Rogatus.*
381 *Rogatio Notarij probatur per idem inſtrumentum.*
381 *Notarius pro validitate inſtrumẽti præſumitur rogatus*
382 *Teſtes non oportet eſſe rogatos in inſtrumentis.*
383 *Teſtes in quibus caſibus oportet eſſe rogatos in publicis ſcripturis, et 384. vbi Galter. reprehenditur, & n. 382.*
385 *Teſtes quando ſunt rogandi in inſtrumentis, & qualiter intelligãtur doctores ſuper huiuſmodi loquẽtes, & 386.*
387 *Inſtrumentum vt valeat, requirit Notarij ſubſcriptionem, & ſignum.*
388 *Inſtrumentum ſine ſigno Notarij non probat.*
389 *Inſtrumentum ſine ſigno Notarij non probare, conſuetudine eſt inductum.*
389 *Notarius ſignum ſolitum mutare non poteſt, nec alterius ſigno vti.*
390 *Inſtrumenti validitas requirit iudicis ad contractus, & teſtium deſcriptionem & ſubſcriptionem, de iure Regni, & 391.*
392 *Notarius ſi dicat in inſtrumento reaſſumpto, præſente iudice, & infraſcriptis teſtibus, ſed illos non deſcripſit, licet ijdem ſe ſubſcripſerint; inſtrumentum valet ſecundum Afflictum, ſed ſecus verum ſecundum Frecciam; de veritate verò num. ſequentibus.*
393 *Protocollum ſimpliciter requirit teſtium, & iudicis ad contractus in loco, vbi talis iudex neceſſarius eſt, deſcriptionem pro ſui validitate.*
394 *Inſtrumentum reaſſumptum erit validum, licet non habeat deſcriptionem iudicis ad contractus, & teſtium, dummodo Notarius de illis generaliter mentionẽ faciat vt dictum fuit nu. 392. & illi ſubſcribantur, ac n. 395.*
396 *Inſtrumentum continens ſummam ſupra librã auri debet habere tres teſtes, deſcriptos vltra iudicem ad contractus, & ſi ſumma ſit infra ſufficiunt duo teſtes.*
397 *Teſtes inſtrumentarij debent eſſe omni exceptione maiores, & ſcribere ſcientes in loco, vbi tales haberi poterant, & ſi ſecus ſufficit crucis ſignum teſtificatum per Notarium, & 398. aliàs in Regno inſtrumenta fidem non facerent, num. 399.*
400 *Signum Crucis teſtium in inſula Siciliæ, non ſeruatur.*
401 *Notarius & iudex ad contractus non connumerantur in numero teſtium requiſito per conſtitut. Regni in inſtrumentis circa robur inſtrumentorum.*
402 *Inſtrumenti tenor poterit probari per Notariũ, et iudice*

ad contractus, prout & per teſtes.

403 Libra auri diuerſimodè deſcribitur.

404 Libra auri continet aureos ſeptuaginta duos de iure cōi.

405 Aureus continet ſextam partem unciæ.

406 Libra auri conſtat ducatis octuaginta ſex, & hodie cōſtat centum & ſeptem aureis.

407 Galterius notatur circa interpretationem libræ auri.

408 Libra auri continet ducatos ſeptuaginta duos, cum duodecim vncijs conſtet.

409 Vncia continet ſex aureos.

410 Libra auri ob cumulationem duodecim vnciarum per ſex vices antiquitus conficiebatur.

411 Libra auri hodie continet nonaginta ſex ducatos Venetos, ſeu Florentinos.

412 Oliua, & Galterius ſupponentes libram auri continere aureos octuaginta ſex mutuo acceperunt à Felino corruptè ſuper huiuſmodi loquente.

413 Libra auri hodie valet centum aureis ſecundum Gaſpar. Theſaurum.

414 Libra auri attento computo, & calculo continet ducatos nonaginta ſex Venetos, ſeu Florentinos.

415 Libra auri in Regno continet ducatos centum, & quinque tarenoſque tres cum ducatus Florentinus conſtet carolenis vndecim.

416 Libra auri conſtat ducatis nonaginta quatuor, & vna quarta ducati.

417 Libram auri hodie in Regno Siciliæ conſtare, ducatis ſeptuaginta duobus, vnciamque ducatis ſex.

418 Libra auri conſtat ducatis ſeptuaginta duobus, prout & conſtabat antiquitus legalis libra.

419 Vncia in Regno ſex continet ducatos ſecundū cōem vſū.

420 Vſus vulgaris & communis deſeruit ad interpretationem cuiuſuis legis etiam diuinæ, licet à proprio vocabuli ſignificato diſcederetur; & fortius quando conformatur cum iure communi num. 421.

422 Inſtrumentum continens ſummam infra libram auri etiam ſi tertiæ decurſæ, vel intereſſe adſcenderent ad libram; duos tantum requirit teſtes, illoſque ſufficere.

423 Teſtes inſtrumentarij debent eſſe omni except. maiores.

424 Creditor non probans teſtes inſtrumentarios eſſe omni exceptione maiores non valet inſtrumentum liquidare, & qualiter fiat; quod veriſſimum de iure dicitur, ſed in praxi inuſitatum, num. 425.

426 Inſtrumentum ſuſpectum non poterit liquidari exiſtentibus teſtibus vilibus.

427 Exceptio falſitatis in promptu probanda impedit liquidationem inſtrumenti & 428. prout & qualibet alia legitima exceptio.

429 Praxis tātò fortius ſuſtinetur cū de iure etiā probetur.

430 Teſtium inhabilitas tollitur per partium approbationē; ſecus quando per ſtatutum aliquid circa teſtes pro forma requireretur num. 431.

432 Probatio nulla maior, quam propria confeſſio.

433 Debitor tacitè videtur approbare teſtes deſcriptos in inſtrō ſui debiti, & fateri eos eſſe omni except. maiores.

434 Vtens teſtibus videtur fateri probitatem teſtium, & ſatisfacit ſtatuto.

435 Omiſſio eius quod pro forma per ſtatutum requiritur, tunc vitiat, quando ſtatutum contineret æquitatem, & implementum non probaretur.

436 In inſtrumento requiritur, vt facti ſeries ſcribatur literis intelligibilibus.

437 Conſtitut. Regni conſuetudinem, non eſt vſu recepta circa requiſitum literarum intelligibilium.

438 Conſtitutio Regni conſuetudinem, & ſi non fuerit vſu recepta, tamen eius diſpoſitio locum habere poterit ſi totum inſtrum. aut in parte ſubſtantiali fuerit illegibile.

439 Non ſcriptum, & illegibile ad imparia iudicantur.

440 Inſtrumētum debet legi partibus coram teſtibus vt probet; intellige in inſtrumento continente diſpoſitionem requirentem ſcripturam num. 441.

442 Inſtrumentum in Regno debet reaſſumi in carta pergamena, vt probet.

443 Inſtrumentum ſcriptum in charta vili, de iure communi redditur ſuſpectum.

444 Inſtrumentum ſcriptū in charta papyrica licet non reperiatur in iure ſecundū Specul. illud non probare, tamen minus probat quam ſcriptum in pergameno.

445 Debitor nō poterit opponere, teſtes inſtrumentarios non fuiſſe ſubſcriptos & fuiſſe mortuos, quando inſtrumentum reaſſumptum eſt in pergameno.

446 Inſtrumentum ſcriptum in charta bombacina non liquidabitur, & in iudicio ordinario qualiter faciendum numero 447. & 448.

449 Inſtrumentum continere debet iuramentū, & penam, & ſi alterutrum iſtorum deficiat non liquidabitur.

REQVISITA INSTRVmentorum de iure Regni.

Requiritur ſeptimò, vt in contractus ſtipulatione, inſtrumentique confectione interueniant † Nota-
363 rius publicus, iudex ad contractus, & teſtes, vt in tex. conſt. Regni inſtrumentorum robur, & conſtit. Baiulos omnes, & adnotant Affl. in d. conſt. Regni prædicta Baiulos omnes nu. 20. requiſ. 8. & alijs Regnicolis omiſſis, probant Rober. & Galter. vbi ſupra, probaturque per enarrata in pragm. 1. de fid. inſtru. idemque eſſe de iure communi, probatur per ſuperius alia duo requiſita ex illis tribus, quæ congerit Speculat. de nouem adductis requiſitis per eundem Speculat. vbi ſupra, licet interuētus
364 † iudicis ad contractus ſit ſpecificè requiſitus per ius Regni, tamen quodammodo illum inuentum fuiſſe de iure communi, notauimus ſuperius n. 50. & 51. qui Notarius poſt deſcriptionem diei, menſis, anni, & indictio-
365 nis cum nomine Regis, deſcribere † tenetur nomen iudicis ad contractus ſecundum ſolitā formā, de qua teſtātur Rober. & Galter. locis citatis ſuper hoc requiſito, &
366 Notarius creari debet † ab habēte poteſtatem ad tex. in conſt. Regni in locis demanij, Iſern. in c. quæ ſint regalia, Abb. & Felin. in d. cap. 1. de fide inſtr. in Regno autē creantur Notarij per circumſpectū præſidentem Sacri
367 Conſ. † Viceprothonotarium, à quo etiam creantur iudices ad contractus, quamuis antiquitus hoc officium
368 exercebatur per † iudices annales per vniuerſitates electos, vt probatur per Reg. pragm. 2. de contract. prout
369 in his etiam temporibus ſeruatur in quibuſdam locis † enumeratis in d. pragm. 2. ſtāte ſolutione dirictorū, quæ circūſpecto Viceprothonotario, aut officio magni prothonotarij, fit, & valere inſtrumētū etiā abſq; iſto iudice
370 † in loco, vbi non reperitur, diximus ſuperius, nu. 43. ampl. 5. & probat Grauinen. de liquid. inſtr. vbi ſupra allegatus p. 1. declar. 4. n. 21. ſequitur Galter. in citata rub. 2. p. 1. n. 14. at quandoque deſcribuntur etiam teſtes per
371 nomina, & cognomina † per notarios, per quos quādoque

doque deſcribũtur in calce inſtrumentorũ, vt de vtraq;
practica teſtatur Rober. in d. conſiderat. 1. numero 11.
372 & ſine iudice, notario publico Regio, † ſineque teſti-
bus, inſtrumentum non probare, prout ſine teſtibus
tantum, pro abſoluto tenent omnes præcitati autho-
373 res; nam de notario, † & teſtibus notatur in gloſ. §. ſi
verò abſint auth. de hæred. & Falcid. in ver. tabularijs,
ac in nonnullis alijs iuribus relatis per Affl. loco proxi-
mè citato numero 21. vbi etiam infiniti authores, pro-
ut & notatur in conſtitut. Regni, & pragmat. ſuperius
allegatis, ſed de his tanquam notis ſatis, ſed teſtium
ſubſcriptionem in Regno eſſe omninò neceſſariam † in
374 inſtrumento reaſſumpto, patet ex ſuperius allegatis
375 authoribus, quamuis † de iure communi nequaquam
vt poſt Capic. deciſ. 29. de receptiori opinione teſtatur
Couarruu. practic. citato cap. 20. nu. 4.

Sin autem Notarius fuerit iuſto impedimento impe-
ditus, tunc poterit ſcribi facere inſtrumentum reaſſum-
376 ptum in pergameno per alium etiam priuatum, † vt
receptum de iure communi dicunt Affl. in citata con-
ſtitut. Baiulos omnes numero 20. ac latius numero 37.
Couarruu. practicar. capitulo 21. & Robert. d. conſide-
rat. 1. numero 11. verſ. & quando imò Couarruu. pro-
bat eſſe verum, quamuis Notarius impedimẽto careat,
quæ notes ad comprobationem opinionis Maurit. Api-
cell. alleg. 17. numero 10. quam improbauimus ſupe-
rius ampl. 19. numero 101. & ſeq. ſed cauendum à ta-
li opinione, cum in Regno duo copulatiuè requirantur,
vnum quod Notarius iuſto impedimento ſit impedi-
tus, vt poſt Bal. in rub. de fid. inſtrument. numero 43.
377 probant omnes relati per Affl. & Robert. locis cita-
tis, ac Præſ. de Franch. deciſ. 300. & Galter. in d. rubr.
2. num. 22.

378 Secundò requiritur vt cum impedimento † obtinea-
tur diſpenſatio Proregis, aut hoc in priuilegio fuerit
conceſſum, vt ſolitum eſt concedi, Præſ. de Franch. vbi
ſupra ac Affl. Rober. & Galter. qui non ſic clarè ape-
379 riunt, ſed † nos pro veritate latius explicabimus infe-
rius, limit. ſecunda, numero 450. cum multis ſequent.
ex quibus opinio Mauritij aliam recipiet comprobatio-
nem, & robur.

Extenditur hæc noſtra opinio, vt tanto fortius pro-
cedat, ſi Notarius velit ſcribi facere protocollum alie-
380 na manu, quia magis † prohiberetur, Bald. vbi ſupra
Doctor. in c. inter dilectos de fid. inſtrument. Grauin.
& reliqui relati per Galter. vbi ſupra numero 22. ſed de
veritate dicetur inferius num. 454. cum ſequentibus.

381 Denique Notarius debet eſſe rogatus, † aliàs inſtru-
mentum non valeret auth. de tabell. §. nos autem, Spe-
cul. Ang. Alex. Bal. & alij, quos probant Affl. in d. con-
ſtit. Baiulos num. 22. & Rober. vbi ſupra num. 16. Frec
cia, citato loco num. 2. & Galter. nu. 16. & de rogatione
ſtatur ſcripturæ hoc atteſtanti, vt Affl. & Rober. vbi ſu-
pra, imò præſumitur Rogatus, Galter. citato loco num.
17. ex deciſionibus per eundem allegatis, quicquid idẽ
Galter. dicat de rogatione teſtium, quos etiam oporte-
382 re rogari dicit, † quia in hoc fallitur, eo quod poſt Spe
cul. Abb. & alios, iuribus etiam adductis contrarium
probat Affl. vbi ſupra, quem idem Galter. malè illum
perpendens allegat, & vltra allegata per Affl. adeſt
tex. expreſſus in leg. ad fidem ff. de teſtamen. & probat
gloſ. in auth. rogati Codic. eod. verum, oportet eſſe ro-
383 gatos, in quibuſdam † caſibus expreſſis in iure tan-
tum, quòs enumerant Speculat. de teſtam. & ante eum
gloſ. in §. ſed & ſi inſtrumenta authent. de inſtrumen.
384 caut. & fid. ſcilicet, in ſolutione, † ſolutionis confeſ-
ſione, teſtamento & repudio; ſed fallitur Galterius ob
formam inſtrumentorum fieri ſolitam, quam ipſe re-
fert, dum ibi dicitur (nos iudex Notarius, & teſtes in-
fraſcripti ad hoc vocati ſpecialiter & rogati,) quia for-
ma illa verificatur in perſona Notarij, & in illis qua-
385 tuor † caſibus, imò Bellamer. deciſione 267. & Cap-
pella Tholoſ. deciſione 183. (quas deciſiones allegat
Galterius pro ſua opinione) loquuntur in Notario tan-
tum, licet Aufrer. ad Tholoſanam, loquatur etiam de
teſtibus, tamen iudicio meo Galterius intellexit dicere
386 † de teſtibus rogandis in quatuor caſibus de iure ex-
preſſis, prout ſic intellexit Freccia de præſent. inſtrum.
part. 4. num. 13. ibi, (ſi daremus caſum, in quo teſtes
debent eſſe rogati.)

Octauo requiritur ſubſcriptio Notarij, ipſiuſque ſi-
387 gnum, † Speculat. & alij quos probat Affl. in d. conſt.
Baiulos omnes in 9. requiſito num. 23. qui cùm Bart.
388 concludit inſtrumentum ſine † Notarij ſigno nõ pro-
bare, Grauin. Freccia, & Rober. quos refert, & probat
Galter. in d. rubric. ſecunda, numero 36. requiſ. 15. ac
Viuius vtique ibidem allegatus, idemque probant Bar.
Abb. Felin. Rebuff. & Boer. quos citat Couarruu. in
ſæpius allegato capitulo 20. practicar. numero quinto,
dicens hoc iure conſuetudinis potius, quam communi
inductum eſſe, ſine quo inſtrumentum non valere; qui
389 Notarius † ſignum ſuum mutare non poterit, nec al-
terius ſigno vti, Bal. Felin. & alij, quos probat Rober.
dict. conſider. nu. 12. probat hæc omnia, licet breuiſſi-
mè Gratian. diſcept. Forenſ. tom. 3. capit. 551. nu. 5.

390 Nonò requiritur deſcriptio, & ſubſcriptio iudicis †
ad contractus, & teſtium, licet de iure communi ſub-
ſcriptio teſtium non requiratur, ſed tantum deſcriptio,
Affl. in d. conſtit. Baiulos omnes numero 22. in 8. re-
quiſito, & iudicis ad contractus interuentus nequaquã,
vt ſæpius diximus, tamen de iure Regni in inſtrumento
probanter reaſſumpto, per conſtitutiones, & pragma-
ticas allegatas, requiritur iudicis, & teſtium deſcriptio
391 per Notarium † ipſorumque ſubſcriptio, & probatur
penes omnes Regnicolas; de hac teſtium ſubſcriptione
vide notabile dictum inferius in fine tituli nu. 1187.

Nihilominus ſatis controuertitur inter Affl. in con-
ſtit. inſtrumen. robur numero 11. & Frecciam in ſupe-
rius citata parte 4. numero quinto, & tota; ſi Notarius
392 dicat in inſtrumento reaſſumpto in pergameno † præ-
ſente iudice, & infraſcriptis teſtibus, & tamen illos non
deſcripſit, vt iuris, ſed ijdem ſe ſubſcripſerunt; Affl. ta-
men non obſtante defectu deſcriptionis requiſitæ de
iur. communi ad gloſ. in l. generali Codic. de tab. libro
decimo, & leg. donatio, Codic. de donat tenet ſufficere
ſubſcriptionem, ſequendo Barth. de Capua, Freccia ne-
gat, ſed iudicio meo diuerſificat factum, quia miſcet
protocollum cum reaſſumpto, eo quod in protocol-
393 lo † ſimpliciter, & indiſtinctè neceſſaria erit deſcri-
ptio teſtium, quia non ſubſcribuntur, & procedit opi-
nio Frecciæ, per iura per eundem allegata, prout eius
opinio nequaquam procedere rationabiliter poterit in
reaſſumpto, & ſic in caſu figurato per Afflict. in quo
ſufficit, Notarium facere mentionem in genere de in-
fraſcriptis teſtibus, ſi demum ſubſcribantur, quia veri-
394 tas † relationis Notarij clarificatur per ſubſecutam
ſubſcriptionem per ea, quæ in ſimili diximus ſuperius
395 numero 356. & ſequent. & melius ſuperius nu. 328.

396 Teſtes enim debent eſſe tres † vltra iudicem ad con-
tractus ſi ſumma contenta in inſtrumento ſit ſupra li-
bram auri, ſin autem ſumma ſit infra, ſufficiunt duo te-
ſtes, d. conſtit. Regni, inſtrumentorum robur, demum
teſtes debẽt eſſe omni except. maiores ac ſcientes literas
397 † .ſ. vt ſcribere ſciant, ſi in loco celebrati contractus
haberi poterunt, ſin verò literati haberi non poterunt,
398 ſufficit † crucis ſignum teſtificatum per Notarium, vt
moris eſt, quæ omnia receptum eſt in Regno, ſerua-
ri debere, aliàs inſtrumenta nullam fidem faciunt,
399 † ſeu publica vocari non merentur, ita diſponit dict.
conſtitut. inſtrument. Robur, vbi Iſernia, Afflict. &
cæteri, ac probant Freccia Grauin. Robert. Galter. &
omnes, probatque Doctiſſim. Marchio Tapia ad di-
ctam conſtitut. in titulo de fid. inſtrumen. libro tertio,
ſatiſque notum eſt cuique ex noſtratibus; quicquid de
400 ſigno † crucis teſtis illiterati non ſeruando dicat Mu-
ta ad pragmaticas Siculas tit. 24. tom. 1. nu. 7. quia in-
telligitur ſecundum morem Siculum.

Numerus teſtium prædictorum, defectum non pa-
401 titur, imò Notarius † nequaquam connumeratur in
eodem numero, nec iudex ad contractus, per tex. dict.
conſtitut. inſtrumentorum robur; quod velim intelli-
gas circa probationem per inſtrumentum faciendam,
aut circa paratam executionem ex eo cauſandam; ſe-
402 cus autem ſi creditor velit probare tenorem † contra-
ctus per teſtium probationem; quia tunc Notarius, &
iudex poſſent, & poterunt vti teſtes deponere, & in nu-
mero prædicto connumerarentur, vt poſt Alexan. con-
ſilio 146. numero 9. vol. 2. probat hoc Vrſill. ad Affl.
deciſione 134. num. 5. alijque relati per Galter. vbi ſu-
pra num. 35. in fine.

403 Libra verò auri ſi diuerſimodè † deſcribatur per Do-
ctores, nempe per Oliua. in ritu Archiepiſc. 25. nume-
ro 5. Carauit. rit. 15. numero ſeptimo, & ſequ. Ioan.
Anton. à Leo de Fortiat. in l. quod te. ff. ſi cert. pet.
verſ. & ſcias Couarruu. latè in tractat. vet. collat. nu-
miſm. capitulo quarto, & Viui. opin. 76. numero quin-
to, quos citat, & ſequitur Galter. in d. rubr. ſecunda,
numero 36. ex quibus deſumit concluſiones has idem
404 Galterius, libram ſcilicet, auri continere † aureos ſe-
ptuaginta duos de iure communi ad tex. in leg. quoties
Codic. de ſuſcept. & Arch. libro 11. & aureum conti-
405 nere † ſextam partem vnciæ, ac conſtare libram au-
406 ri ducatis † octuaginta ſex, & hodie continere cẽtum
407 & ſeptem aureos, hæc ille, non † parum corruptè,
credo ob defectum illius ſui operis imperfectæ impreſ-
ſionis.

408 Libram tamen auri continere aureos † ſeptuaginta
duos de iure communi d. leg. quoties, eo quia conſtat
eam continere duodecim vncias, & quælibet vncia
409 † ſex aureos, quamuis quinque dicat Afflict. inferius
citandus, quodque tranſit ſine difficultate attento tem-
pore antiquo, ex quo per neceſſe vncia conficiebat † ſex
410 aureos, ob cumulationem duodecim enim vnciarum
per ſex vices, conficiebatur libra auri; at hodie eandem
411 libram continere † nonaginta ſex ducatos Venetos,
ſeu Florentinos teſtantur inferius citandi authores, quic
quid dicant Oliua, & Galterius allegati ſupponentes li-
bram auri conſtare aureis octuaginta ſex, eo quod Oli-
412 ua, à quo accepit hoc Galterius † deſumpſit à Felin.
in c. conquerente ſub numero ſecundo, de off. ordin.
& impreſſionem Felini cum additione ad eum eſſe cor-
ruptam teſtatur Sigiſm. Scaccia de commerc. §. ſecun-
do, gloſ. 3. numero 44. inſuper Gaſpar Theſaur. infe-
413 rius citandus dicit libram auri † hodie valere centum
aureis.

Attamen ego attento computo, & calculo facto per
modernos dicentes hodie valorem libræ auri adſcende-
414 re † ad 96. ducatos Venetos, ſeu Florentinos, vt poſt
Bud. Alciat. Agricol. & innumeros relatos, probant
Brun. de monet. augum. Henri. Bott. de Sinod. Epiſc.
parte tertia, Feder. Schenc. de teſtament. numero 61.
Lancell. Galli. de ſtatut. ver. ſolidos Fabian. de Mont.
de emption. & vendit. quæſtione ſexta, principio, ſub
numero tertio, Sarn. ad reg. Cancell. in regul. de valor.
exprim. quæſtione 9. verſ. ab iſtis Demet. Alabal. de
ponder. & menſ. Gomes. in citata regul. de valor. ex-
prim. Rebuff. de lit. obligat. articulo quinto, gloſ. pri-
ma numero tertio, Gaſpar Theſaur. de augum. mone,
numero 18. Sigiſm. Scaccia de iudic. cauſ. ciuil. libro
primo capitulo 99. quæſtione ſecunda, & latius in cita-
to §. 2. gloſ. 3. numero 38. cum multis ſequent. & Ot-
tauian. Vulpell. de pace quæſtione 51. numero nono,
ac omnium latiſſimè Cardinal. Tuſch. concluſ. 348. di-
cerem libram auri in Regno aſcendere ad ducatos ar-
415 genteos centum, & quinque, tarenoſque tres, † quia
vt audiui quilibet ſcutus, aut aureus Florentinus con-
ſtat in Regno carolenis vndecim, & per hoc facto cal-
culo compleretur ſumma prædicta, & tanto minor iu-
dicaretur, ſi credendum erit Sigiſmundo Scacciæ citata
416 gloſ. 3. numero 42. dicenti hodie libram auri † con-
ſtare ducatis 94. & vna quarta parte alterius ducati de
moneta Florentina, aut Veneta, & ſi antiquitus erat
ſcutorum ſeptuagintaduo, hodie eam conſtare ſcutorũ
107. dixerunt Coſta Anchar. Iunior, & Rimin. Iun.
quos probat Marc. Anton. de Amat. deciſione Ferrar.
20. numero 1.

Verum exiſtimò potius credendum additionatori ad
Felin. d. capitulo conquerente ſub numero ſecundo, in
litera b. quem refert etiam, Scaccia d. gloſ. 3. numero
417 49. dicenti in Regno Siciliæ libram † auri hodie con-
ſtare ducatis ſeptuaginta duobus, vnciamque ducatis
ſex, prout & conſtabat legalis libra, tempore antiquo,
418 † quod ego duplici authoritate probabo, nam & pri-
mò probatur authoritate Afflict. in conſtitut. pœnam
nouem vnciarum; numero ſecundo, not. 1. dicentis li-
bram auri conſtare ducatis ſeptuaginta duobus abſque
alia temporum, & valoris diſcuſſione; ſecundò, proba-
tur authoritate communis vſus loquendi in hoc Regno
in quo appellatione vnciæ continentur ſex ducati, † ita-
419 que communiter ab omnibus indiſtinctè vſitatur, vti-
turque, & ſeruatur, nulla perſonarum diuerſitate ha-
bita, ideo hic communis vſus non ſolum conformatur
cum iure communi, ſed validus foret ad interpretan-
420 dum † quamlibet legem dubiam, etiam diuinam, li-
cet à proprio vocabuli ſignificato diſcederetur, ad tex.
in capitulo maiores vbi Panorm. de Baptiſ. & notat Ni-
col. Euer. in loco ab opinione vulgi toto, quid fortius
421 † quando eſt conformis cum iure communi.

Ampliatur conſtitutio inſtrumentorum robur cir-
ca numerum duorum teſtium requiſitorum in inſtru-
mento continente ſummam infra libram auri, etiam
422 ſi ſit inſtrumentum, cuius quantitas † capitalis non
excedat libram, ſed tertiæ decurſæ augerent, & exce-
derent, quia vtique numerus duorum teſtium ſuffice-
ret, vt articulo diſcuſſo deciſum in Sac. Conſ. dicit meri-
tiſſim. Marchio Regens Tapia ad eandem conſtitut.

tit. de

tit. de fid. inſtrum. in ſuo ius Regn. num. 3.

Et circa ea, quæ ſuperius numero 397. diximus,
423 ſcilicet, teſtes hos inſtrumentarios debere eſſe † omni exceptione maiores, Afflict. in d. conſtitut. inſtrumentorum robur, not. tertio, numero 31. & Freccia latius de præſent. inſtrumen. parte quinta, tota, dicunt vi dictè conſtitutionis debitores poſſe opponere aduerſus inſtrumenta liquidanda, dicendo teſtes deſcri-
424 ptos eſſe inhabiles, † & nō maiores omni exceptione, & ſic eadem inſtrumenta carere fide, & probatione, vt in d. conſtitutione, ſuper qua exceptione debere audiri debitores, præſtita per eos cautione de ſtando iuri ſuper hoc, nec ijdem debitores carcerentur, ſed expectandus erit exitus probationis faciendæ per creditorem de habilitate teſtium requiſita per dictum ſtatutū, hæc Affl. d. numero 31. cum multis ſequentibus diſcuſſa demum ſatis ſingulariter per Frecciam vbi ſupra, concludens de iure opinionem Afflicti eſſe veriſſimam,
425 ſed in practica † inuſitatam, verum crederem quod ſi inſtrumentum laboraret vrgenti ſuſpicione falſitatis, &
426 teſtes eſſent viles, quod non peccaret iudex † admittendo opinionem Afflict. ita Freccia in fine dictæ quintæ partis; ſed abſque dubitatione vera eſſet de omni iure modificatio Frecciæ, quia per diſpoſitionem rit. Magnæ Curiæ 166. vbi Carauit. & reliqui, ſatis receptum
427 eſt in Regno liquidationem † inſtrumenti impediri per exceptionem promptuariam tam reſpectu ſatisfactionis, quam reſpectu illiquiditatis, vt puta ſimulationis, aut falſitatis, vt adnotat Carauit. in citato rit. 166.
428 numero 58. & ſequ. ideo ſi vrgens falſi ſuſpicio † in promptu appareret probatio inſtrumenti tolleretur, quia in his ſuſpicio falſi pro veritate haberetur, ex plenius traditis per nos in præcedenti capite, titulo quinto, num. 914. cum multis ſeq.

Verum ego probando practicam citatam per Frecciam vbi ſupra, eo quod adhuc ſeruatum non vidi, vt per hanc exceptionem impediatur liquidatio, dico eam
429 † tanto fortius ſuſtineri quanto de iure etiam roborari exiſtimabitur; nam & ſi Affl. & Freccia nonnulla congerant reſpondendo illi fundamento ſcilicet, inha-
430 bilitatem teſtium tolli † per partium conſenſum, quia ex illo fides teſtium inhabilium cenſetur approbata vulgatis regulis relatis per eoſdem authores, dicentes hoc
431 non procedere, quando à ſtatuto aliquid pro forma † requiritur, quo caſu partium conſenſu tolli non poterit per allegata per eos; attamen ego dicerem hāc qualitatem eſſe omninò probatam, nam nulla maior pro-
432 batio † quam eiuſdem principalis confeſſio vulgatis regulis, ideo debitor in inſtrumento tacitè videtur fa-
433 teri teſtes † rogatos per eum eſſe vitæ, & opinionis probatos, dum eiſdem vſus fuit ex traditis per Felin. in c. præſentium num. 7. de teſtam. ſi enim vtens teſte vi-
434 detur fateri † probitatem teſtis, ad tex. in leg. ſi quis teſtibus, Codic. de teſtibus, tunc videtur ſatisfactum ſtatuto requirente probationem huius qualitatis per confeſſionem partis, ſed ſatis erit hoc meum aſſum-
* ptum probari per communem praxim tollentem hanc exceptionem, idcirco de his hactenus, imò tunc vitiat
435 † omiſſio eius, quod pro forma per ſtatutum requiritur quando continebit æquitatem, & adimplementum non probaretur per partis confeſſionem Bar. in l. non dubium num. 20. C. de leg. & Alder. Maſcar. de general. ſtat. interpreta. concluſ. 9. nu. 72. vbi de partis confeſſione.

436 Decimò requiritur, vt facti ſeries ſcripta ſit † in inſtrumento literis intelligibilibus Alexan. Anchar. Grauin. Freccia, Rober. & Bal. quos in hoc requiſito citat Galter. in d. rub. 2. numero 32. quodque diſpoſitum dicit per Conſt. Regn. conſuetudinem quam, idemque comprobando poſt Affl. in conſt. priuilegia tractatum dicit in Reg. Cam. Anna ſing. 253.

Contra hunc requiſitum facit, quod dicit Fab. Iord. in addit. ad dictam conſtitutionem ſcilicet, conſtitu-
437 tionem illam † non eſſe vſu receptam circa hoc, prout etiam teſtantur Fabius de Falco in quibuſdam ſuis iurium allegationibus inſertis in opere Ioann. Baptiſtæ, Thor. fol. 281. ver. miror, & Doctiſſimus Marchio Regens Tapia in d. ſuo ius Regn. tit. de fid. inſtrumen. ad eandem conſtitutionem.
438 Nihilominus ego dicerem quod ſi conſuetudo † non ſit vſu recepta, tamen eius diſpoſitio tanquam iuri communi conformis ex traditis per Ann. vbi ſupra locum obtinebit quando ſcripta in inſtrumento totaliter, aut in parte aliqua ſubſtantiali illegibilia forent, quia idem
439 eſſet † nō ſcriptum, vel ſcriptum & non intelligibile ex traditis per allegatos authores.
440 Vndecimò requiritur, vt coram teſtibus † legatur inſtrumentum partibus, Felin. in capitulo primo, de fid. inſtrum. Afflict. in d. conſtitut. Baiulos omnes numero 23. requiſ. 10. Freccia in prima, part. de præſent. inſtrumen. numero 13. Rober. in prima conſider. numero 17. & Galter. qui eos refert d. rubr. 2. numero 33.
441 quod procedit in inſtrumento continente † contractum, aut diſpoſitionem requirentem ſcripturam, vt Afflict. & Freccia aduertunt, & fit quando ſtipulatur inſtrumentum.
442 Duodecimò requiritur in Regno, vt ſcribatur † in charta pergamena, ad tex. in d. conſtitut. conſuetudinem quam, aliàs nullam faceret fidem, Freccia vbi ſupra numero 14. & parte 14. in principio, Afflict. in d. conſtit. conſuetudinem, & in d. conſtitut. Baiulos numero 24. Rober. loco allegato numero 18. Grauin. parte prima declar. 12. & Galter. vbi ſupra numero 28.
443 imò de iure communi inſtrumentum † ſcriptum in charta vili redditur ſuſpectum Bal. in l. contractus ſexta col. Codic. de fid. inſtrumen. quem probat Afflict. in d. conſtitut. Baiulos citato numero 24. & ſi Speculat. de inſtrumen. edit. §. poſtremò verſ. item quod in-
444 ſtrumentum dicat ſcriptum inſtrumentum † in charta papyrica non reperiri in iure, quod non probet, tamen non ſic probare qualiter ſcriptum in pergameno,
445 probat, quia in iſto debitor non poterit † opponere teſtes non eſſe ſubſcriptos, & mortuos, vt docet Freccia d. 14. parte numero quarto, quicquid enim ſit de iure communi tamen in Regno quando inſtrumentum producitur ad liquidandum, & in cauſis magnis etiam
446 in iudicio ordinario, omninò † conſtitutio prædicta ſeruatur, nec liquidabitur in charta bombicina, etiam
447 exiſtente pacto inter † contrahentes, ita Freccia vbi ſupra quæſtione prima tota, niſi cum pacto con-
448 curriſſet antiqua illius loci † obſeruantia: quod in iudicio ordinario reſtringitur per notata ſuperius ampliatione 21. num. 111.

Decimotertiò, & Vltimò requiritur iuramentum,
449 vel pæna, † & ſi horum alterutrum non eſſet in inſtrumento appoſitum illud liquidari ſeruata forma ritus non poterit, vt in princ. nu. 27. & ſeq. notatum fuit, & probant Freccia de præſent. inſtrum. parte ſexta, tota,

Carauit. & alij in rit. 166. Rober. conſiderat. 2. numero 2. & Galter. vbi ſupra num. 34. & ſequ. ſed quando executionem non habeat, vel habeat inſtrumẽtum abſque iuramento, & pęna in ſequenti vltima conſideratione dicemus.

SVMMARIVM.

450 *Inſtrumentum ſcriptum per alium, ſed ſubſcriptum per Notarium non probat, & proinde non poterit liquidari, contra numero 451. extenditur contraria opinio, numero 452. 453. & 454. de veritate verò numero ſequent.*

451 *Notarius iuſto impedimento impeditus poteſt committere etiam priuato, vt ſcribat inſtrumentum, & demum ipſe ſubſcribat.*

452 *Notarij ſubſcriptio trahit ad ſe totam ſcripturam, & proinde ſufficit pro validitate inſtrumenti per alium ſcripti.*

454 *Notarius poterit aliena manu ſcribere protocollum, & demum ipſe ſubſcribere; contra num. 455.*

456 *Notarij induſtria non eligitur in ſcribendo, ſed vt det fidem geſtis.*

457 *Scribere, & ſubſcribere idem ſunt.*

458 *Scripturæ fides, & authoritas tota pẽdet à ſubſcriptione.*

459 *Notarius in Regno circa praxim non poterit alienamanu ſcribere inſtrumenta abſque diſpenſatione.*

460 *Inſtrumentum cauſam obligationis non continens, aut erroneam, & falſam nequaquam liquidabitur, contra num. ſeq. de veritate verò inferius.*

461 *Inſtrumentum iuramento vallatum etiam ſine cauſa, liquidabitur, cũ iuramentum habeatur pro efficaci cauſa obligationis.*

462 *Debitor ſe ex certa ſcientia obligando etiam ſine cauſa obligationis expreſſa teneretur in vim donationis, & num. 466.*

463 *Cauſa inſtrumentalis dicitur criminalis ob iuramentum, & alia, contra num. 465.*

464 *Obligatio in cauſa criminali ſine cauſa licet iuramento vallata vires non habet.*

465 *Obligatio efficacior requiritur in criminalibus, & etiam erroris reuocatio facilius admittitur.*

466 *Obligatio ex certa ſcientia debitoris proueniens ſubſtinetur etiam ſine cauſa; & quæ dicatur cauſa criminalis ciuilis, aut mixta, remiſſiuè.*

467 *Inſtrumentum referens ſe ad aliud nequaquam liquidabitur abſque relato etiam in publicam formam præſentando; modificatur hoc dictum remiſſiuè, nu. 468.*

469 *Inſtrumentum referens probat, & liquidabitur abſque relato, & quando.*

470 *Inſtrumentum, in quo deficeret ſubſtantia contractus, non probat.*

471 *Inſtrumentum continens aliquid in imagine ſine die, & teſtibus non probat.*

472 *Inſtrumentum factum per Notarium clericum nõ probat contra nu. 473. 474. 475. & ſeqq.*

476 *Inſtrumentum confectum per clericum Notarium, poſt municipales leges prohibitiuas exerceri Notariatus officium per clericos celebratum nequaquam probat.*

477 *Inſtrumentum confectum per clericum poſt clericatum effectum Notarium dicitur nullum & quare.*

478 *Inſtrumentum licet conficiatur per clericum Notarium, tamen ſemper iudicabitur validum quo ad contrahẽtes.*

479 *Monachus abſque Prælati licentia nulliter conficit inſtrumenta, ſi eſſet notarius.*

480 *Monachus ſi ante monachatum, vti Notarius confecit inſtrumenta poterit (ipſo effecto monacho) ponere in protolloco, aut quomodolibet complere, idque fortius in clerico num. 481.*

482 *Inſtrumentum factum per Notarium Apoſtolicum nõ probat in Regno.*

483 *Inſtrumenta ſpectantia ad ſpiritualia, & Eccleſiaſtica & ad quas alias pias diſpoſitiones, confecta per Notarios Apoſtolicos omninò probant.*

484 *Inſtrumenta confecta per Notarios Apoſtolicos probant inter perſonas eccleſiaſticas remiſſiuè.*

485 *Notarius Apoſtolicus validè conficit teſtamenta, & alias vltimas voluntates.*

486 *Inſtrumentum confectum per Notarium Apoſtolicum etiam in prophanis plenè probat de iure communi.*

487 *Mundus totus dicitur diœceſis ſummi pontificis.*

488 *Inſtrumentis, alijſque publicis ſcripturis confectis per Notarios Apoſtolicos, de communi obſeruantia iudices ſæculares fidem non præſtant.*

489 *Teſtibus probantibus contenta in ſcripturis confectis per Notarium Apoſtolicum creditur, non illis ſcripturis*

490 *Inſtrumentum, & quælibet publica ſcriptura confecta in Regno per Notarium abſque regia poteſtate creatum ſunt nulla.*

491 *Contractus, aut quælibet diſpoſitio nequaquam probantur in Regno per ſcripturas confectas per Notarios Apoſtolicos, vti publicas, licet probentur per illas vti priuatas.*

492 *Affl. & Auna circa poteſtatem Notarij Apoſtolici loquentes in Regno reijciuntur.*

493 *Inſtrumentum celebratum inter patrem, & filium in poteſtate exiſtentem nequaquam probat.*

494 *Obligatio ciuilis nullatenus contrahitur inter patrem, & filium in poteſtate.*

495 *Pater & filius vnica reputantur perſona.*

496 *Diſtinctio debet eſſe inter obligantem, & obligatum, ſeu creditorem, & debitorem.*

497 *Obligatio ciuilis non cadit inter fratres in eadem, & communi patria poteſtate conſtitutos.*

498 *Frater, ſi fratri obligaretur, patri obligatus cenſeretur.*

499 *Obligatio ciuilis inter patrẽ, & filiũ in poteſtate, ac inter fratres quando cadere poterit, remiſſiuè.*

500 *Obligatio ciuilis cadit inter patrem, & filium in caſtrenſibus, quaſi caſtrenſibus, & aduentitijs, de quibus non quæritur vſusfructus patri.*

501 *Contractus inter patrem, & filium in poteſtate ſuſtinetur, ſi palam, & bona fide fuerit celebratus.*

502 *Contractus inter dominũ, & eius legalem adminiſtratorẽ validus erit ſi palam, & bona fide fieret, & 503.*

504 *Palam fieri dicitur, (vt fraus, & metus ceſſare cenſeantur,) quando fit coram iudice maiore, & qualiter.*

505 *Palam an dicatur fieri, ſi per publicum inſtrumentum fiat, & 506. cum ſeq.*

507 *Doctores loquentes de metu reuerentiali in contractibus ſupponunt inſtrumenta eſſe celebrata ſuper contractibus, & 508. & 509.*

510 *Iudicis ad contractus Notarij, & teſtium præſentia nequaquam purgabit metum contrahentis.*

511 *Iudicis, & aliorum præſentia quando non purgabit metum, remiſſiuè.*

512 *Obligatio ciuilis inter patrẽ, & filiũ in poteſtate, ac inter*

fratres

fratres efficaciter contrahitur, iuramento accedente.

513 Iuramentum facit ſilere patriam poteſtatem.

514 Conuentio qualibet inter patrem, & filium iuramento firmatur, ſemotis fraudis, & metus coniecturis numero 515.

516 Inſtrumentum reprobatum per teſtes inſtrumentarios non probat, & qualiter.

517 Inſtrumentum reprobatur per duos teſtes inſtrumentarios neceſſarios quicquid aliqui Doctores in contrarium dicant, cum ſine lege loquantur num. 518.

519 Inſtrumentum reprobatur per duos teſtes inſtrumentarios ex neceſſarijs, etiam ſi Notarius ſit bonæ famæ.

520 Teſtes duo ex neceſſarijs reprobant inſtrumentum, etiam ſi dicant eos tempore celebrationis illius fuiſſe abſentes.

521 Inſtrumentum reprobatur per depoſitionem vnius teſtis ex neceſſarijs, taliter quod non facit fidem.

522 Inſtrumentum vti ſuſpectum non probat, ſi vnicus teſtis ex neceſſarijs dicat, in illius celebratione eum non interfuiſſe.

523 Inſtrumentum reprobatur etiam per teſtes ſupernumerarios.

524 Teſtis vnus ex inſtrumentarijs negans interfuiſſe tempore celebrationis inſtrumenti, facit vacillare inſtrumentum.

525 Inſtrumentum reprobatur dicto duorum, vel trium teſtium, etiam non deſcriptorum in inſtrumento, vbi qualiter deponere debeant, remiſſiuè.

526 Teſtium inſtrumentariorum depoſitione non ſolum reprobatur inſtrumentum, ſed etiam punitur Notarius de falſo, quamuis non inſtrumentarij deponerent pro inſtrumento, num. 527.

528 Inſtrumentum non ſolum reprobatur, ſed etiam Notarius inquiritur ad torturam de falſo dicto duorum teſtiū reprobantium ex neceſſarijs.

529 Inſtrumentum reprobatur dicto duorum, aut vnius ex neceſſarijs, dicentium non interfuiſſe in celebratione inſtrumenti, licet pro veritate contentorum in inſtrumento centum deponerent teſtes, & 530.

531 Inſtrumentum falſum in vno cenſetur falſum in omnibus.

532 Notarius dicto duorum, aut plurium teſtium ſupernumerariorum, vel non deſcriptorum in inſtrumento illud reprobantium, an vltra reprobationem inſtrumenti inquiratur de falſo, & 533.

534 Inſtrumentum an dicto teſtium inſtrumentariorum, vel non deſcriptorum reprobetur, vel Notarius falſus cenſeatur, arbitrio Iudicis remittitur.

535 Iudex qualiter arbitretur probationem teſtium reprobantium inſtrumentum.

536 Iudicis arbitrium non debet eſſe effrenatum, ſed ſemper limitatum ſecundum iuris regulas.

537 Teſtes reprobantes inſtrumentum debent concludenter, & per neceſſe deponere, & num. 538. & ſeq.

539 Teſtes non retinentes memoriæ tenorem inſtrumenti, vel facti, veriſimile erit, id quod controuertitur nec memoriæ retineri.

540 Teſtes deſcripti in inſtrumento illud reprobantes non ita tenentur deponere, qualiter tenentur extranei.

541 Teſti alleganti rationem, quare vnum, & non alterum memoriæ ipſe retinuit, creditur.

542 Teſtes deponentes per verbum, non recordor, quando pleuè probant in materia tam inſtrumentali, quam quauis alia, & 543.

544 Teſtes inſtrumentarij reprobantes inſtrumentum ſufficit, vt dicant fuiſſe ſcriptum, quod ipſi non audierint dici per contrahentes, ſed quædam diuerſa audierint.

545 Teſtes reprobantes inſtrumentum ſufficit vt dicant, rem non fuiſſe geſtam prout illa apparet ſtricta in inſtrumento, licet non recordentur qualiter geſta fuit; dummodo ſint ex deſcriptis in inſtrumento, num. 546.

547 Teſtes inſtrumentarijs tanquam vocati ad intereſſendum contractui ſatis videntur concludere dicendo ſimpliciter non interfuiſſe, vel non audiuiſſe.

548 Teſtes dicentes fuiſſe præſentes, ſed non audiuiſſe ſic dici, prout notarius ſcripſit non reprobant inſtrumentum; ſecus ſi adderent, quod ſi ſic fuiſſet dictum prout reperitur ſcriptum ipſi adiuiſſent, & aliter, vt nu. 549. dummodo non ſint ex deſcriptis, in inſtrumento, num. 550.

551 Teſtes omnes inſtrumentarij, ſi dicerent eos non intellexiſſe, quod Notarius ſcripſit, facerent indiciū ad torturam contra Notarium, & inſtrumentum non probaret.

552 Suſpicio, quæ in criminalibus faceret indicium; in ciuilibus verò faceret plenam probationem, quia ſuſpicio falſitatis in ciuilibus habetur pro veritate, num. 553.

554 Teſtes non deſcripti in inſtrumento illud reprobantes debent eſſe omni exceptione maiores.

555 Teſtium reprobantium inſtrumentum qualitas debet articulari, & probari.

556 Teſtes inſtrumentarij, licet non ſint omni exceptione maiores, tamen reprobant inſtrumentum, & 557.

558 Inſtrumentum ſuſtinetur ex teſtibus deſcriptis, ideo reprobatoria maior requiritur.

559 Inſtrumenti præſumptio eliditur, per depoſitionem teſtium inſtrumentariorum reprobantium.

560 Teſtes inſtrumentarij debent eſſe omni exceptione maiores, vt ex eis conuincatur Notarius.

561 Teſtes inſtrumentarij, ſi cenſentur approbati per contrahentes nequaquam cenſentur approbati per Notarium.

562 Teſtes inſtrumentarij non reprobant inſtrumentum, ſi aliqua exceptio contra eos ſuperueniat poſt celebratum inſtrumentum, & qualiter.

563 Teſtes inſtrumentarij non reprobant inſtrumentum, ſi eorum inhabilitas non erat nota contrahentibus, quæ demum detegatur.

564 Teſtis inſtrumentarius reprobans inſtrumentum, ſi fuerit vnicus debet eſſe omni exceptione maior.

565 Teſtes inſtrumentarij reprobantes inſtrumentum in Regno debent eſſe omni exceptione maiores.

566 Statutum, aut lex requirens idoneitatem teſtium in celebratione inſtrumenti, tanto fortius requiri virtualiter iubet in reprobatione inſtrumēti ex maioritate rationis.

567 Teſtes pro inſtrumento habent præſumptionem iuris pro eis, & deponentes contra inſtrumentum habēt præſumptionem iuris aduerſus eos.

568 Extenſio in legē, & in ſtatuto conceditur ex maioritate rationis.

569 Extenſio an concedatur in pœnalibus correctorijs, & exorbitantibus remiſſiuè.

570 Extenſio in fauorabilibus non ſolum conceditur ex maioritate rationis, ſed etiam ex identitate rationis, licet ſtatutum loqueretur per taxatiuam num. 571. & etiam

ſi diſpoſi-

ſi diſpoſitio taxatiua non eſſet ſimpliciter fauorabilis, ſed indifferens, num. 572. quid ve fortius in caſu fauorabili, & abſque taxatiua, num. 573.

574 *Conſtitutio Regni inſtrumentorũ robur circa teſtiũ qualitatem non ſeruatur in praxi.*

575 *Extenſio in correctorijs, exorbitantibus, & odioſis fortius ex minoritate rationis non datur, cum regulariter non detur ex identitate, vel ex maioritate rationis.*

576 *Extenſio correctionis non conceditur in caſu, in quo concurrit minor ratio extendendi circa teſtium habilitatem.*

577 *Extenſio omninò prohibetur quando per denegationem extenſionis ſtatutum reducitur ad ipſius obſeruantiam.*

578 *Teſtes inſtrumentarij reprobantes inſtrumentum, & ſi non ſunt omni exceptione maiores, reprobant tamen, ſi fuerint numero plures, dummodo non patiantur plures exceptiones, num. 579.*

579 *Teſtium numerus non habilitat quando teſtes plures patiuntur exceptiones.*

580 *Teſtium nullus numerus, etiam magnus habilitat depoſitiones, ſi teſtes paterentur exceptiones quo ad dicta, puta quo ad inueriſimilitudinem, & numero 581.*

582 *Teſtium inhabilitas non ſuppletur per numerum teſtiũ, qui fuiſſent intereſſati in cauſa.*

583 *Teſtes reprobantes inſtrumentum, etiam non interrogati debent reddere cauſam, & rationem ſcientiæ, ſed qualiter cenſeatur virtualiter reddita, numer. 584. remiſſiuè.*

585 *Teſtes reprobantes inſtrumentum tenentur deponere ſuper toto inſtrumenti tenore, intellige, vt numero 587.*

586 *Teſtes deponentes de toto tenore inſtrumenti per eos reprobati ſatis videntur allegare rationem, & cauſam dicti.*

587 *Teſtes reprobantes inſtrumentum tenentur ſuper toto inſtrumenti tenore deponere in criminalibus tantum, non autem in ciuilibus.*

588 *Teſtes reprobantes inſtrumentum tenentur deponere de certo loco, & tempore celebrati inſtrumenti, niſi de his aliàs appareret, num. 589.*

590 *Inſtrumenti reprobatio tunc recipitur, quando conſtat de identitate teſtium reprobantium.*

591 *Homines reperiuntur, qui vno nomine, eodemque cognomine vocantur.*

592 *Teſtium inſtrumentariorum identitas ſatis præſumptiuè probatur.*

593 *Neganti identitatem teſtium incumbit onus probandi illam.*

594 *Teſtes neceſſarij ſunt, qui validè reprobant inſtrumentum, non autem ſupernumerarij.*

595 *Teſtes ſupernumerarios non ſemper reprobare inſtrumentum, notatur.*

596 *Teſtes ſupernumerarij non reprobant inſtrumentum, & qualiter.*

597 *Teſtes ſupernumerarij reprobant inſtrumentum, ſi neceſſarij tacent, vel mortui ſunt, ſecus ſi pro inſtrumento deponerent.*

598 *Inſtrumentum non reprobatur per teſtes inſtrumentarios, qui inſtrumento ſe ſubſcripſerint.*

599 *Subſcribens deponere videtur omnia contenta in ſcriptura ſubſcripa.*

600 *Teſtis per duplex dictum contrarium conuincitur de mendacio, & ſibi in ſecundo dicto non creditur.*

601 *Subſcriptio prius facta conuincit contradicentem teſtem de falſitate.*

602 *Subſcriptio facta in ſcriptura præfertur depoſitioni contrariæ ſecundo loco factæ, licet iudiciali, & iuratæ, ac num. 603.*

604 *Teſtis depoſitio ſecundo loco facta iudicialiter, & cum iuramento præualet primæ extraiudiciali, intellige vt in ſequent.*

605 *Teſtis depoſitio iudicialis, & iurata ſecundo loco facta nequaquam præualet primæ extraiudiciali, & ſine iuramento per ſubſcriptionem emanatæ.*

Depoſitio iudicialis ſubſequens præſumitur facta ad partis ſubornationem, ſi aliqua alia extraiudicialis ſcripta præcedat, ibid.

606 *Depoſitio teſtis illa attenditur, quæ coniecturis, & veroſimilitudine adiuuatur, quando prima non probaretur per ſubſcriptionem.*

607 *Inſtrumentum reprobaretur per teſtes inſtrumẽtarios, quamuis illi eßent prius ſubſcripti, ſi dicerent, & probarent eos fuiße deceptos in ſubſcriptione.*

608 *Inſtrumentum non reprobaretur per teſtes inſtrumentarios, ſi pro inſtrumento reliqui inſtrumentarij pari numero deponerent.*

609 *Teſtes coadiuuantes inſtrumentum, cæteris paribus, præferuntur reprobantibus.*

610 *Teſtes numero pauciores deponentes pro inſtrumento, præferuntur pluribus numero, reprobantibus.*

611 *Duobus teſtibus affirmantibus fidem inſtrumenti plus creditur, quam pluribus alijs negantibus.*

612 *Duobus teſtibus affirmantibus contenta in inſtrumento magis creditur, quam mille negantibus.*

613 *Teſtes numero, & qualitate maiores, reprobantes inſtrumentum præferuntur numero, & qualitate paucioribus coadiuuantibus.*

614 *Teſtes reprobantes inſtrumentum in criminalibus, vt præferantur coadiuuantibus, conſiderari debent nonnulla per iudicantem, & quæ.*

615 *Teſtes coadiuuantes inſtrumentum numero pauciores in criminalibus ſemper præferuntur reprobantibus, pluribus numero, cęteris verò paribus adhibitis adhibendis, remiſſiuè.*

616 *Teſtes inſtrumentarijs reprobantes inſtrumentum, numero pauciores præferuntur coadiuuantibus numero pluribus in ciuilibus.*

617 *Teſtes reprobantes inſtrumentum pauciores illo tunc præferuntur coadiuuantibus numero pluribus, quando coadiuuantes non ſunt in ſufficienti numero pro validitate inſtrumenti.*

618 *Inſtrumentum, licet falſum non reputetur dicto teſtium reprobantium, ſi aliorum teſtium dicto coadiuuetur numero inſufficienti; tamen in ciuilibus fidem nõ facit, ſecus ſi coadiuuantes eſſent numero ſufficientes; 619.*

620 *Teſtes inſtrumentarij coadiuuantes inſtrumentum, quãdo ſunt in numero non ſufficienti, & quando autem ſunt in numero ſufficienti, 621.*

622 *Teſtes reprobantes inſtrumentum præferuntur adiuuãtibus quando adiuuantes non ſint numero ſufficientes circa fidem inſtrumenti tantum citra verò pęnã falſi.*

623 *Teſtis etiam vnicus ex inſtrumentarijs, ſi contradixerit inſtrumento præfertur coadiuuantibus numero autem inſuf-*

inſufficientibus, eſſeque hanc receptiſſimam opinionem, num.624.

625 *Menoch. dicens arbitrio iudicis remittendum an teſtes reprobantes præferantur adiuuantibus inſtrumentum, reprehenditur per Farin. & 626.*

627 *Teſtes reprobantes inſtrumentum tunc præferendi ſunt coadiuuantibus, & è conuerſo, ſecundum præcedentes diſtinctiones, quando pugna eſſet ſuper voluntate contrahentium, aut diſponentis.*

628 *Teſtium pugna, ſi non reſpiceret voluntatem contrahentium, aut diſponentis, ſed ſolemnia inſtrumenti; tunc inter eos præferrentur coadiuuantes cæteris paribus.*

629 *Teſtibus inſtrumentarijs negantibus eorum intereſſentiam tempore celebrati inſtrumenti, præferuntur alij pares numero dicentes illos interfuiſſe, ſi de abſentia nulla alia appareat probatio, ſed hoc arbitrarium Iudici eſſe, num.630.*

631 *Inſtrumentum reprobatur dicto teſtium inſtrumentariorum negantium eorum intereſſentiam tempore celebrati inſtrumenti, licet ceteri, numero verò inſufficienti, fateantur propriam intereſſentiam.*

632 *Teſtes reprobantes inſtrumentum ob intereſſentiam ipſorum negatam, & aliunde etiam probatam; aut ob abſentiam coadiuuantium, quamuis vnius abſentia probetur, reddunt inualidum, & falſum inſtrumentum, licet centum alij pro inſtrumento deponerēt, & licet vnicus, & ſupernumerarius eſſet teſtis reprobatorius, numer.633.*

634 *Notarius an connumeretur in numero teſtium coadiuuantium inſtrumentum, & quam pro illo probationem faciat, remiſſiuè, & num.635.*

636 *Teſtes inſtrumentarij pares numero qualitate, & conditione, reprobantes inſtrumentum præferuntur adiuuantibus etiam habentibus cum eis notarium, ſed in ciuilibus tantum.*

637 *Teſtes reprobantes inſtrumentum quam faciant probationem; reliquis inſtrumentarijs tacentibus, vel mortuis, & 638. remiſſiuè.*

639 *Inſtrumentum ſuſpectum de falſo non probat.*

640 *Suſpicio falſi habetur pro veritate in ciuilibus, remiſſiuè.*

641 *Inſtrumenti fides duabus præſumptionibus tollitur, quādo ciuiliter agitur.*

642 *Falſitatis ſuſpicio ſufficit ad tollendam fidem inſtrumento, & 643.*

644 *Præſumptio duplex requiritur ad tollendam fidem inſtrumento.*

645 *Præſumptiones plures ſunt, quibus tollitur fides inſtrumento, & quæ ſint remiſſiuè, num.646.*

647 *Cancellatio, abraſio, apoſtilla, interlineatio, manus diuerſitas, & aliæ præſumptiones, tollunt fidem inſtrumento, remiſſiuè.*

648 *Inſtrumentum reaſſumptum ex protocollo occultato, & de quo non conſtat fidem non facit.*

649 *Inſtrumentum reaſſumptum non probat, ſi non reperitur ſcriptum in protocollo, & alia inſtrumenta reperiantur.*

650 *Inſtrumentum reaſſumptum ex protocollo caſu omiſſo, vel non apparente abſque culpa, & dolo probat, & qualiter.*

651 *Negligentia Notarij circa inſtrumenti cuſtodiam partes non afficit.*

652 *Notarius qualiter cuſtodire teneatur protocollum, & quomodo probet eiuſdem protocolli amiſſionem, remiſſiuè.*

Originalis ſcriptura, an laceretur per Notarium de conſenſu partium, antequam redigatur in libro protocolli, & quomodo teneatur protocollum exhibere, ibid.

653 *Inſtrumentum confectum per Notarium condemnatum de falſo fidem non facit.*

654 *Officio priuatur, qui deliquit in illo.*

655 *Notarius condemnatus de falſo, ſuper attinentibus ad eius officium nequaquam validè conficit inſtrumenta.*

656 *Inſtrumentum confectum per Notarium condemnatum de falſo fidem facit ſi in ſententia condemnationis nullatenus ſit expreſſa priuatio officij, & 657. contra num. 658.*

659 *Pena priuationis officij, quam quis ob delictum commiſſum in officio incurrit, ipſo iure nullatenus incurritur, ſed media ſententia, de veritate verò, num.661. & ſequent.*

660 *Officio priuari quendam ipſo iure, aliquam legem non reperiri hoc dicentem.*

661 *Officij priuationem ipſo iure eſſe inductam ob delictum in eodem officio commiſſum.*

662 *Pena iuriſdictionis prohibitiua reſpectu officialis ſemper in dubio ipſo iure inducta cenſetur.*

663 *Prohibitio legis, quando dirigitur in partem delinquentem, & non in iudicem, priuatio tunc ipſo iure inducitur.*

664 *Rurſus, dictio, idem importat, quod denotat dictio, vlterius, quæ ipſo iure importat.*

665 *Affirmatiua habens vniuerſalem negatiuam præcedentem continet de ſui natura annexam priuationem ipſo iure.*

666 *Notarius condemnatus de falſo ipſo iure cenſetur priuatus eius officio, & 667.*

668 *Inſtrumentum confectum per Notarium condemnatum de falſo non probat, quamuis per alias probationes comprobaretur.*

669 *Probatio extrinſeca circa tenorem inſtrumenti non ſupplet Notariatus authoritatem.*

670 *Inſtrumentum non dicitur publicum ratione nullitatis perſonæ.*

671 *Inſtrumentum confectum per Notarium condemnatum de falſo probat, ſi partium conſenſu recipitur; nō in vim inſtrumenti, ſed taciti pacti, aut confeſſionis, vel conuentionis.*

672 *Inſtrumenta duo inter eaſdem partes eodem tempore, & ſuper eodem facto ſi appareant confecta per Notarium, & illa ſint contraria neutri creditur.*

Inſtrumentum continens repugnantia nullatenus probat, ibidem.

673 *Inſtrumenta contraria confecta ſuper eodem facto per Notarium, licet diuerſis temporibus, neutri creditur, & qui hanc materiam pertractarunt, num.674. & extenditur, etiam ſi per duos, & diuerſos conficiantur contraria inſtrumenta, num.675.*

676 *Inſtrumentum reaſſumptum repugnans protocollo non probat.*

677 *Protocollo creditur in dubio, non autem inſtrumento leuato.*

678 *Inſtrumenta contraria ſi præſententur per diuerſas perſo-*

ſonas,aut per vnum producentem,ſemper recurritur ad protocollum.

679 *Inſtrumentis extractis fides non datur, ſed protocollo.*

680 *Inſtrumentum reaßumptum ſi originali contradicat, non ſolum non probat,ſed ſuſpicatur de falſo.*

681 *Inſtrumenta contraria probant ſi contrarietas non fuerit in ſubſtantialibus,remiſſiuè.*

682 *Inſtrumentum reprobatum in parte,an cenſeatur reprobatum in toto remiſſiuè.*

683 *Inſtrumentum probat quando varietas non eſt nocibilis, & diuerſitas conſiſtat in verbis tantum.*

684 *Inſtrumentum continens inueriſimilia fidem non facit.*

685 *Inueriſimilitudo dicitur imago falſitatis, & quod non eſt veriſimile dicitur ſuſpectum de falſo.*

686 *Inſtrumentum continens inueriſimilia dicitur ſuſpectũ de falſo.*

687 *Inſtrumenta inueriſimilia continentia quæ nam ſint,remiſſiuè.*

688 *Inueriſimilitudo arbitrio Iudicis indicanda remittitur.*

689 *Iudicis arbitrium circa inueriſimilitudinem regulari debet ſecundum iuris regulas.*

ALIA CIRCA INSTRVMENtorum probationem,quæ pertinent ad tertiam conſiderationem ſuperius propoſitam.

Limitatur principaliter ſecundò, principalis concluſio ſuperius ampliata, (vt ad inceptas limitationes vnde digreſſi ſumus redeamus)illam non procedere
450 †in inſtrumento ſcripto per aliam perſonam,ſed tantum ſubſcripto per Notarium, quod non probare firmauimus ſupra in ampliatione 19.num.101.& ſequen. & num.376.

Contra ampliatitionem reſpondit Mauritius Apicella in dictis locis citatus,reſponderuntque ante eum Bar. in l.quædam,§. nihil intereſt,num.4.& Caſtr.nu.etiam 4.ff.de eden. Bart. Bald. Alexand.& alij, quos probant Papienſ.in pract.in forma product.inſtr.gloſ.exhibens, num.6.probantque. Iaſ. in auth. ſi quis in aliquo,num. 3.ver.ſed caue.& num.ſequent. & Dec.in l.1. num.34. ff.de off.eius, Affl.deciſ.6. num.2. Felin. in c.inter dilectos,de fid.inſtrum.& Gabriel.comm.concl.libro 1. tit. de præſump.concl.3.num.35. dicentes, (excepto Mau-
451 ritio)Notarium iuſto impedimento†impeditum poſſe committere etiam priuato, vt reaſſumendum inſtrumentum ſcribat,ipſeque demum ſubſcribat, idq. communiter teneri,teſtatur Sigiſm.Scaccia de iudic.cauſ.ciuil.cap.ſæpius allegato 11.num.568.

Extenditur hæc contraria opinio procedere,etiam
452 ſi Notarius non ſit impeditus, illa ratione,quia † eius ſubſcriptio trahit ad ſe totam ſcripturam, Cardin. in c. cum P.Tabellio de fid.inſtrum. Abb. in c.inter dilectos eod.tit. Anchar.conſi.242.ſub num.2.Dec.conſil.447. ſub nu.9.& 10.& in d. authent. ſi quis in aliquo ſub nu.
∗16.& 17. vbi de communi opinione teſtantur, & poſt Maſcar.Speculat.Ioan. Andr. & poſt nonnulla iura ad-
∗ducta eandem communem opinionem probat Scaccia vbi ſupra num.570.cum multis ſequen. eamque in practica ſeruari teſtatur num.579.ſolutis per eundem contrarijs.

453 Extenditur ſecundò,vt procedat quamuis † ſcribens, cui committitur non ſit Notarius, Felin.in citato capit. inter dilectos,num.7.Gabriel.d.concl.3.nu.43.& Scaccia contraria ſoluens loco citato, num.581.

454 Extenditur tertiò, etiam in ſcriptura † protocolli, quia Notarius Rogatus poterit ſcribi facere protocollum manu alterius Notarij, dummodo ipſe ſubſcribat, gloſ.Angel.Alex.& Iaſ.quos probat Affl. in ſuperius citata conſtit.Baiulos nu.66.Anchar.Pariſ.Caſtrenſ.Dec. & alij,quos probant Menoch.de arbitr.caſ.187.num.5.
∗qui de magis recepta opinione teſtatur, & Scaccia in d. cap.11.num.541.cum multis ſequentibus,quicquid diximus ſuperius num.103.& num.380.

455 Pro opinione verò † relata per nos in d.num.380. vltra ibi allegata reſponderunt Maſcar. de probat.concluſ.921.num.2.Gabr.d.conclu.3.nu.36.& Caſtr. Angel.Felin.Crauet.& Gramat. quos citat Scaccia, vbi ſupra,num.542.& ſeq.qui verò contrariam opinionem, & ſic extenſionem veriorem dicit,tribus his adductis rationibus,quarum hæc prima, nam induſtria tabellionis
456 † non eligitur in ſcribendo, ſed eligitur, vt det fidem
457 geſtis, ſecundam allegat rationem, quia paria † ſunt ſcribere totam ſcripturam manu propria, vel alterius manu ſcriptam ſubſcribere, tota enim ſubſcribenti tribuitur: tertiam ex allegatis Authoribus congerit ratio-
458 nem,quia authoritas, † & fides ſcripturæ tota pendet à ſubſcriptione,quas rationes accepit Scaccia à Cardin. Abb. Alex. Dec. Pariſ. Caſtr. Alex. Felin. Aretin. Anchar. & ab alijs relatis per eundem vbi ſup.num.545.546.&
459 547. verum in praxi † ſeruatur deciſ.Præſid.de Franc. 300.in hoc Regno,modo vt retulimus ſupra num.378. & 379.

460 Limitatur tertiò, non procedere in † inſtrumento, cauſam obligationis non continente, vel falſam, aut erroneam habente cauſam,quod non probabit,ad tex. in c.ſi cautio de fid inſtrum.vbi omnes Canoniſtę,Marſil. ſingular.482.vbi dicit id ſcire doctos,& imperitos latiſſimè Maſcar.conclu.345. & probant Anna ſingul.250. Milan.Siculus deciſ.10.lib.1. num.1. cum alijs ſequent. & Gratian.diſcept.Forenſ.tom.3.cap.497.num.10. loquens in inſtrumento continente cauſam falſam,& non veram, at nos latiſſimè notauimus in ſuperiori capite tit.3.num.173.& tit.4.num.876. cum ſeq. idemq; notat Gratian.in addit. ad deciſ.137.nu.2. loquens in inſtrumento.

Contra limitationem reſpondent infra citandi,in caſu quando inſtrumentum vallatum eſſet iuramento, vt
461 in quolibet inſtrumento videtur, quia † iuramentum habetur pro efficaci cauſa obligationis Plot.in l. ſi quãdo, num.36. & 37. C.vnde vi, Abb.Ruin.Felin.& alij, quos congerit Maſcard.in citata concluſ.345. num.36. alioſque congerunt Seraph.de priuileg.iuram. priuileg. 94.& Mancin.de iuram.par.4.effect.24.& nos in dictis locis diximus, ac in inſtrumento iurato probant Bald. Alexa.Foller.Grauin.& Bar.relati per Galterium in ſua praxi inſtrum.2.primæ part.num.8.ampl.3.fol.102.&
462 fortius, quando debitor ex certa ſcientia † ſe obligaſſet, quia eius obligatio valeret in vim donationis, Bart. in l.ſi dari, ff.de verb. obligat. Gratian. vbi ſupra nu.2.

Verum,quo ad inſtrumentum exiſtimarem, prædicta non procedere;cum ob iuramentum,pœnam, periurium,

463 rium, & alia cauſa † inſtrumẽtalis dicatur criminalis,
Afl.deciſ.64.num.2.Freccia de præſent. inſtrum.part.
6.num.1.& part.11. queſt.3.nu.4.Cauenſ.rit.144.nu.
3.& rit.166.n.24.Caraui.rit.182.nu.9.Præſ. de Franc.
deciſ.162.num.6.& 15.Grauin.par.2.declar.24. num.
95.& ferè omnes Regnicolæ, vt probat notabiliter Ca-
mil.Villan. in quibuſdam allegationib. inſertis in oper.
Dom.Marchion.Tapiæ,de iur.Regn.lib.3. tit.de inſtr.
liquid.ad rit.166. vbi ſic deciſum refertur; & obligatio
464 in cauſa † criminali, ſine cauſa etiam iuramento val-
lata inutilis redditur, Maſcard.d.concluſ.345.num.39.
quia in criminalibus efficacior requiritur obligatio, &
465 datur facilius † erroris reuocatio, Maſcard. vbi ſupra
immo Annam in citato ſing.250. ſequitur ſimpliciter
Doctiſſimus Rouitus in rubr.de inſtrum.liquid.numer.
17, & 18. ſed prædicta iudicio meo non parum debili-
tantur per ea, quæ notabilius congeruntur per eun-
dem Doctiſ.Rouit.ad pragm.1.de offi.Baiul.num.32,
vſque ad finem commentar. dicentem,cauſam inſtru-
mentalem non eſſe criminalem,ſed merè ciuilem,quęq.
non euacuantur per adducta in contrarium à Camillo
Villano in loco ſuperius citato,licet ſingulariter tradita,
attamen ſi appareret de certa ſcientia debitoris ſe ſic
466 obligantis,quia † omninò iuncto iuramento valeret,
inſtrumentum etiam ſine expreſſione cauſæ vt ex Bart.
& Gratian.ſuperius notauimus nu.462. ſed quando di-
catur cauſa criminalis quando ciuilis, vel mixta etiam
in his terminis,videndus eſt Farin.de var.& diuerſ.quę-
ſtio.quæſt.100.cap.1.toto.

467 Limitatur quartò in inſtrumento † quantumuis pu-
blico referente ſe ad aliud inſtrumentum, & ad aliam
ſcripturã,quia nihil probat,niſi ſcriptura relata præſen-
tata, modo vt probauimus in ſuperioribus in ſuperiori
capite, tit.3. num.144. cum multis ſequentibus Alciat,
in l.vbi autem non apparet.§.qui vinum,num.11. ff.de
verb.oblig.Iaſ.Aldouin.Menoc.Turrett.Magon. Vant.
Maſcar.Rebuff.& alij,quos probat Giurba deciſ.10.nu.
14.& alij innumeri, quos ſciẽs omitto; dummodo ſcri-
ptura relata in publicam formam etiam præſentetur, vt
ſuo loco dicetur.

468 Modificatur limitatio, modo vt modificauimus † in
ſuperiori capite citato,tit.3.num.148.149.& 150.

Modificatur ſecundò illatiuè ad præcedentem, quan-
469 do inſtrumentum † referens continebit omnia cõtra-
ctus ſubſtantialia,& de relato cauſatiuè, & conditiona-
liter tantum facta fuit mentio,quia tunc inſtrumentum
referens probabit,ita Rebuff.Iaſ.Guttier. Galleſ. Boer.
Parlador.& alij relati per Giurb.citata dec.10.num.15.

Limitatur quintò, quãdo in inſtrumẽto deficeret ſub-
ſtantia contractus, quia illud circa ſubſtantiale omiſſũ
470 nequaquam † probabit, vt in ſimili adnotat Præſ. de
Franch.deciſ.567.n.2.ſed latiſſimè in terminis Cardin.
Mantica de tacitis,& ambig.conuent.tomo 1. lib.1.tit.
12.toto.

471 Limitatur ſextò, in inſtrumento continente † aliquid
in margine, etiam protocolli, ſine die, & teſtibus, quod
non probare dixerunt Ann.ſing.247.Viui.deciſ.45.nu.
4.& alij relati per Io.Bapt.Thor. in ſuo compendio de-
ciſionum,ver.inſtrumentum, fol.375.

Limitatur ſeptimò in inſtrumento facto per Clericũ,
472 quod † nequaquam probabit, meritiſſ.Marchio Tapia
in ſuo iure Regn.lib.1. ſuper conſt. Clerici quoque, ſub
tit.de Epiſc.& cler.nu.9.allegans Io.Bernard. Diez hoc
dicentem,ſuppoſito tamen Clerico notario Regio, idq.
probatur authoritate d.conſtit.Clerici quoq. & conſtit.
inſtrumentorum robur.

473 Contra limitationem reſponderunt † ex Modernis,
Doctiſſ.Imbrian.de iud.Regn. par.poſterior. num.22.
poſt Marantam,& Panorm.& Maſtrill.deciſ.159.nu.9.
quodq. ex Mandoſ.& Diaz probat Doctor Marta de iu-
riſdict.part.4. cent.2.caſ.116.nu.15.idemque ante hos
firmauit Afflict.in d.conſt.Reg.inſtrumentorum robur
nu.36.idq. veriſſimum eſſe patet ex eodẽ doctiſ.March.
Tapia ad d.conſtit.inſtrum.robur ſubſiſtit, de fid.inſtr.
474 nu.8.vbi hoc inſtrumentum nullum dicit, ſi abſq. † iu-
dicis ad contractus interuentu celebretur, ergo ſi cum
475 iudice conficiatur validum ex prædictis iudicabitur,&
* hanc communem Doctorum ſententiam eſſe, teſtatur
Couar.pract.quæſt.cap.19.nu.8. ver.quod ſi Sacerdos,
in quo toto numero habebitur ſolemnis, & ſingularis
Doctrina diſtincta more illius Doctiſſimi viri, ac ante
eum Dec.in l.in ambiguis, §. non eſt nouum, ff. de reg.
iur.& Iaſ.in l.1.§.huius ſtudij,ff.de iuſtit. & iure, penes
quem habentur ampliationes, & fallentiæ ad hanc opi-
nionem,quarum vnam refert,& ſequitur Couarr. in ci-
tato loco,nempè, hãc opinionem non procedere ſi Cle-
476 ricus † Notarius ante clericatum creatus celebraſſet
inſtrumentum poſt legem interdictiuam clericis exer-
cere officium Notariatus, ex qua fallentia in Regno nõ
ſuſtinerentur inſtrumenta modo prædicto per Clericos
Notarios confecta ſtantibus pluribus conſtitutionibus
Regni hoc publicè prohibentibus.

Sed fallentia proximè citata procedit, ſi inſtrumentũ
conficiatur per clericum effectum Notarium poſt cleri-
477 catum, ideo iudicaretur inſtrumentũ nullum † ratio-
ne contẽptus legis, attamen ſatis me turbat veritas con-
tra fallẽtiam cum in iure receptiſſimum dicatur actum
ſcilicet contra legis, ſeu ſtatuti prohibitionem irritari in
478 odium,& damnum agentis, † non autem in damnum
tertiorum contrahentium, prout in terminis reſpondẽt
Greg.Lop.Salas,& Alder.Maſc.quos probat Farinac.in
fragm.crim.par.2.ver.lex,nu.202. firmantes valere in-
ſtrumentum, vt valere etiam nouiſſimè, infinitis citatis,
probat Carol.de Graſſ.de effect.clericat.eff.8.num.4.&
ſeq. qui articulum ſublimitat, declarat, & explicat ſatis
abundè, illum in occurenti conſulas.

Monachus autem abſque ſui Prælati licentia nulliter
479 ipſo iure † conficit inſtrumenta ad tex.in c.1.cap. ſed
nec, ne clerici, vel monachi, ac in ſpecie notat Dec. in c.
2.de iudicijs,num.8.

Modificatur hoc in Monacho, qui ſi ante monacha-
480 tum † vti Notarius confeciſſet inſtrumenta, poterit
poſt profeſſionem ponere in protocollum, vel poſitum
in protocollo complere,& ſignare gl.Franc.Floria. Bal.
Abb.Feli.Bernar.Dec.& Chaſſan.quos probat Couarr.
vbi ſup.verſ.monachus, quod fortius extenditur in cle-
481 rico,qui ſi in clericatu † fuiſſet inhabilis ad tale officiũ
exercendum, poterit tamen hæc facere.

Limitatur octauò in Regno, in quo inſtrumentum
482 confectum † per Notarium Apoſtolicum nullam in-
ducit probationem,tũ ex notatis per Afl.in citata con-
ſtit.inſtrumentorum robur, nu.22. quæ probantur per
eundem deciſ.245.probant denique Anna Pater, & Fi-
lius ſingul.245.& 246.tum etiam ex adductis per Boer.
deciſ.242.Couar.cap.19.in fine practicar. Frec.de præ-
ſent.inſtrum.par.3.Carauit.rit.166. nu.8. Andr. Faber
& Argent.quos probat Doctiſſ. Rouit. ad pragm.2. de
contract.nu.12.in nouiſſimis.

Reſtrin-

483 Reſtringitur limitatio procedere tantū in † propha-
nis, ſecus autem in rebus ſpectantibus ad ſpiritualia, &
Eccleſiaſtica, in quibus inſtrumenta, & quæuis aliæ piæ
diſpoſitiones valida, & validę redduntur, vt vnanimiter
probant omnes pręcitati authores, & deciſum in Sac. C.
dicit Vrſill. ad Affli. vbi ſupra.
484 Reſtringitur ſecundò inter perſonas † eccleſiaſticas,
vt probauimus ſuperius ampl. 7. num. 45.
Reſtringitur tertiò, in quibusvis alijs diſpoſitionibus
485 † per vltimam voluntatem factis, ſuper quibus valere
inſtrumentum, teſtamentum, aut aliam vltimam volū-
tatem celebrata, & celebratam per Notarium Apoſto-
licum reſponderunt Affl. in citata conſtit. inſtrumento-
rum robur d. nū. 22. quem ſequitur Moder. ad praxi Ar-
chiepiſc. cap. 69. nu. 24. cum ſeq. illa ratione, quia pium
vtique, & ſpirituale dicitur exequi voluntates teſtatorū.
Ego verò, attenta iuris communis diſpoſitione, qua
non ſolum vera eſſe prædicta exiſtimarem, ſed etiam di-
486 cerem ſcripturam publicè per Notarium † Apoſtolicū
confectam non ſolum in eccleſiaſticis, ſed etiam in pro-
phanis plenam inducere fidem, ex cumulo allegatis per
Card. Tuſch. conclu. 72. & Molfeſ. 2. tom. ad conſuetud.
487 Neapol. par. 10. quæſt. 10. illa ratione, quia totus † or-
bis dicitur dięceſis Summi Pontificis; attamen ob com-
488 munem obſeruantiam iudices ſæculares † non præſtāt
fidem huiuſmodi ſcripturis, niſi coram eis in plenario
iudicio contractus cōtenti, & diſpoſitiones cum eorum
ſolemnibus per teſtes probētur, quo caſu crederetur te-
489 ſtibus † non autem ſcripturis, prout de hac obſeruan-
tia teſtantur Affl. vbi ſup. num. 24. in fine, & Modernus
ille in praxi Archipiſco. Neapol. citato cap. in addit. nu.
26. & tangit Molfeſ. vbi ſupra.
Inſuper de iure Regni, & præſertim per pragmati-
490 ca in 2. de contractibus, quælibet publica † ſcriptura
tam per vltimam voluntatem, quam per actum inter vi-
uos confecta per quemlibet Notarium citra Regiam po
teſtatem creatum, nulla; & inualida redditur, vt teſta-
tur etiam Doctiſſ. Rouit. in citato proximo loco, ideo
non immeritò ille eruditiſſimus vir in eodē loco, nu.
13. docet, contractum celebratum per Notarium Apo-
491 ſtolicum † in hoc Regno non probari per ſcripturam
per eundem Notarium confectam vti publicam, ſed be-
nè vti priuatam, vt ante eum probat Marant. conſ. 3. per
eundem Meritiſſimum Conſiliarium citatus, & per hoc
ſtātibus legibus municipalibus Regni, nec benè loquu-
492 tos fuiſſe † Ann. d. ſing. 246. nec Affli. in d. conſt. Re-
gni, teſtatur Modernus Galterius in ſæpius citata rub. 2.
in ſua prax. inſtrum. p. 1. par. num. 21. fol. 21. & 22. ideo
ſi in iudicio ordinario probaretur tenor publicarū ſcri-
pturarum confectarum per Notarium Apoſtolicum,
non credetur ſcripturis, ſed probationi, vt ſupra, numer.
489. probauimus, & in ſimili dicemus, nu. 671. ex qui-
bus redditur inutilis diſputatio d. Viſcōti, poſt hæc ſcri-
pta viſi, in ſuis concl. fol. 127. colum. 1.
493 Limitatur nonò in inſtrumento celebrato † inter pa-
trem, & filium in poteſtate exiſtentem, quod tanquam
inualidum nullam producit obligationem, & proinde
probatio, quæ ex eo oritur, inualida iudicatur, & inuti-
494 lis; illa ratione, quia inter patrem, † & filium in pote-
ſtate nulla cadit ciuilis obligatio ad text. vbi Bart. Crot.
& reliqui, in l. frater à fratre, ff. de condict. indebiti, quia
495 vterque vnica reputatur perſona ad text. in l. fi. C. de
impub. & alijs ſubſt. & inter obligantem, & obligatum
496 † debet eſſe diſtinctio, ad text. in l. Vranius & l. ſi quis
pro eo, §. 1. ff. de fideiuſſ. & l. 2. ff. de ſtipulat. ſeru. pro-
baturque per text. in l. lis nulla, ff. de iudic. & adnotant
poſt Doct. in dict. l. frater à fratre, Nonius inſtit. de obli
gat. §. nunc tranſeamus, latè Dom. Paſch. de vit. pat. po-
teſt. part. 1. cap. 4. in principio, & Cæſar Manent. deciſ.
30. num. 8. ſeu inter creditorem, & debitorem.
Extenditur limitatio etiam in inſtrumento celebra-
to inter fratres, ſub patria poteſtate inſtitutos, inter
497 quos † neq. cadit ciuilis obligatio, quia ſi caderet, ac-
498 quireretur † eidem, & communi patri, & per hoc iſto
etiam caſu filius patri obligaretur, quod ſupra negatum
eſt, ita nonnullis iuribus probat Dom. Paſchal. vbi ſupra
numero 3.
499 Modificantur tamen, tam limitatio, † quam eius ex-
tenſio omnibus modis, quos congerit, & ſingulariter
probat Ioan. Baptiſta Caccialup. in d. l. frater à fratre,
ſuperius citata, nu. 56. cum multis ſequent. & alijs mo-
dis relatis per Surd. conſil. 9. volum. 1. num. 7. & de ali-
ment. tit. 8. priuileg. 37. num. 9. per Menoch. & Regen.
de Ponte, quos refert Domin. Paſchal. vbi ſupra, nume-
ro 13.
Infertur tamen ex modificationibus congeſtis per
Caccialupum, & alios citatos, quod cadit obligatio in-
500 ter † patrem, & filium, ſuper caſtrenſibus, quaſi ca-
ſtrenſibus, & aduentitijs, de quibus patri non quæritur
vſusfructus, vt poſt Bart. in dict. l. frater à fratre, & poſt
Duen. Surd. Canalcan. & Menoc. probat Dom. Paſchal.
in citato loco, num. 7. & ſequent. & ante eum Cardin.
Mantica de tacit. & ambigu. conuent. tomo 1. libro 6.
✶ tit. 14. num. 26. & eſt communis Doctorum diſtinctio,
vt eſt videre penes repetentes Modernos, dict. l. frater à
fratre.
501 Infertur ſecundò, quod pater poterit † contrahere
cum filio in poteſtate, & proinde inter eos cadit, & ca-
dere poterit etiam ciuilis obligatio, idemque inter fra-
tres ſub patria poteſtate conſtitutos, ſi contraherent pa
lam, & bona fide, vt poſt Bar. notant. omnes in d. l. fra-
ter à fratre, & ſupponunt in omni adminiſtratore Do-
502 ctores † citati in modificatione (adhibita tamen ſin-
503 gulari diſcuſſione circa tutorem, quæ † ex nonnullis
authoribus notatur per Dom. Paſchal. citato loco num.
13. de qua, & de omnibus iſtis ſuis particularibus locis,
iterum ſed latius nos dicemus.)
Declaratur illatio, vt tantum procedat quando illud
504 palam † fiet in præſentia iudicis maioris, puta præſi-
dis, prætoris, & aliorum maiorum, quia tunc fraudem,
& metū ceſſare diceretur, vt ſingulariter notat Gerard.
ſingular. 57. num. 5. quem probant Gramat. conſ. crim.
40. n. 25. & Conſiliar. de Bottis ad Bart. in dict. l. frater
à fratre, ex qua declaratione nullatenus verum puto id,
quod notant Caccher. deciſ. 144. ſub numer. 14. quem
citauimus ſuperiori capite titul. ſeptimo, quæſtio. 5. nu-
mer. 2041. & Dom. Paſchal. in citato loco, num. 18. di-
505 centes palam † etiam fieri, quod per publicum inſtru-
mentum fit, dico non puto verum, vt ceſſare fraudem, &
metum dicatur, quia Bart. in l. in fraudem, ff. de his
quib. vt indig. à quo acceperunt hoc præfati Domini,
nihil aliud dici dicit, niſi quod qui publicum facit inſtru
mentum, palam facit, & meritò contractum publicè
506 fieri per inſtrumentum non negabo, † ſed per illum
publicum actum totaliter ceſſare metum reuerentia-
lem paternum, & conſequenter fraudem ex eo præ-
ſumptam, non admittam, eo quod Doctores loquen-
507 tes † de metu reuerentiali ſæpe ſupponunt contractus,
medio

medio inſtrumento celebratos eſſe, vt poſt. Bart. in l. 1.
§. quæ onerandæ ff. quar. rer. act. notant omnes in l. in-
terpoſitas. C. de tranſact. & ſignanter etiam ſi per nota-
508 rium in inſtrumento † dicatur ſponte, & ſine metu
&c. vt poſt Iaſ. & Claudium Seyſell. in d. l. interpoſitas
probant Card. Tuſch. ver. metus concluſ. 223. num. 16.
& 42. & Farinac. eodem verbo in fragm. crimin. par. 2.
num. 165. ac ante hos Menoch. de præſump. lib. 3. præ-
509 ſum. 126. num. 30. qui dicit eodem metu præſumi po-
ſitas clauſulas in inſtrumento, ideo Doctores de metu,
& fraude loquentes ſemper, aut vt plurimum ſuppo-
nunt metum illatum etiam inſtrumentis ſuper contra-
510 ctibus celebratis, & per hoc præſentia iudicis † ad con-
tractus, Notarij, & teſtium non purgabit fraudem ex
metu præſumptam; præſentia autem iudicis, & aliorum
conſanguineorum, ac proborum virorum quando au-
511 tem non purgabit metum, † Gramat. deciſ. 103. num.
62. cum multis ſequentibus, & poſt Maſcar. Menoch. &
alios, Farinac. vbi ſupra nu. 158. cum alijs ſequentibus.
Reſtringitur verò limitatio, eiuſque extenſio, tam in
illis, quorum vſusfructus non quæritur patri, quam in
omnibus alijs rebus profectitijs, aut quomodolibet pa-
512 tri quærendis, vt ſi ſuper his † obligatio contrahatur
per contractum inter patrem, & filium, aut inter filios
ſub eadem poteſtate conſtitutos, quamuis naturaliter
tantum contracta illa obligatio videatur, vt ex ſuperius
dictis, probauimus, tamen ſi ſuper ea interponatur iu-
ramentum, redderetur eadem efficax, Bar & Alex. quos
probat Gratian. diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 82. num. 10.
513 illa ratione, quia iuramentum facit ſilere † patriam po
teſtatem, ad tex. in cap. fin. de iudic. in ſexto. Marcabr.
conſ. 30. num. 6 Ripa in l. ſi vnquam queſt. 15. num. 34.
C. de reuocan. donat. & lib. 3. Reſponſor. cap. 9. nu. 10.
Bal. Ceph. Alciat & alij, quos probat Mancin. de iuram.
514 par. 4. effect. 50. & per hoc omnis conuentio † inter
patrem, & filium iuramento firmatur, vt adnotant Se-
raph de priuileg. iuram. priuileg. 72. num. 6. & Mancin.
d. par. 4. effect. 41. nu. 3. quodque veriſſimum exiſtimo
515 ſemotis fraudis, & metus coniecturis, prout adnotat
poſt Soccin. Calcan. Tiraq. & alios, Mancin. in d. par. 4.
effectu 52. toto.
Limitatur decimo, in inſtrumento reprobato per te-
ſtes inſtrumentarios dicentes aliter ſcriptum per Nota-
rium, quam dictum per contrahentes, aut negantes in-
ſtrumenti celebrationem, vel cōtrahentes, aut aliquem
516 eorum non fuiſſe præſentes, quibus modis † reprobari
inſtrumentum notatur per omnes Doctores ſuper hac
materia loquentes, & præſertim penes citandos autho-
res Bar. in l. 1. §. ſi quis neget. ff. quemadm. teſt. aper. &
alij ibidem, Innoc. in cap cum Ioannes Heremita nu. 2.
de fid inſtrum. alijque relati per Maſcar. queſt. 6. nu. 36.
& alibi, quodque vnanimiter Doctores probare dixe-
runt Menoch. de arbitr. caſ. 105 & latiſſimè Farinac. de
falſitate quæſt. 158. par. 1. numero 2. inſuper indubita-
tum dicit Seſſa deciſ. 119. tom. 2. num. 25. & ſeq. & rece-
ptiſſimum iudicabitur ex ſequentibus extenſionibus.
Extenditur primò hæc limitatio, vt procedat etiam
517 † ſi duo tantum teſtes deſcripti in inſtrumento, & ne-
ceſſarij ad contractum modis iam dictis, aut vno modo
ex relatis impugnando reprobent inſtrumentum, quia
vtique illud inualidari, & non probare, decernitur, ita
*Felin. in d. cap. cum Ioannes, in quo communiter cano-
niſtas pertranſire teſtatur, vt refert, & ſequitur Couar.
variar. lib. 2. c. 13. nu. 11. verſ. ſecunda concluſ. commu-
*nemque dicit Boer. deciſ. 118. nu. 15. & 18. eandemque
communem vocat Maſcar. concluſ. 919. nu 9. ac alibi, &
*communem ex centenis authoribus dicit Farinac. vbi ſu
pra nu. 4. ampl. 1. prout & eandem receptam opinionē,
quò ad fidem inſtrumenti in ciuilibus illud videlicet nō
probare, firmat veridicus Cabal. reſolut. crimin. tom. 1.
caſ. 183. nu. 1. & 2. ac ante eum. Baiar. ad Clar. §. falſum
518 nu. 100. quicquid in contrarium aliqui dicant, † nem-
pè hos duos teſtes eſſe ſingulares, ſi non deponant eos,
tempore celebrati inſtrumenti, iunctim fuiſſe abſentes;
eo quod ſine lege loquuti ſunt, vt reſpondendo dicunt
relati per Seſſam & Baiar. vbi ſupra, imo ſubtiliter, &
philoſophicè eos fuiſſe loquutos, & proinde ab eo non
relatos, nec ſequutos dicit Cabal. vbi ſup. in fine.
Dilatatur, & ampliatur extenſio etiam ſi Notarius
519 † fuiſſet bonæ famæ, quia vtique inſtrumentum non
*probabit, Farinac. de communi in loco citato num. 5.
Ampliatur ſecundò extenſio, vt procedat, etiam ſi il-
520 li duo teſtes, † aut omnes inſtrumentarij negent eos
interfuiſſe celebrationi inſtrumenti, quia talis depoſitio
vtique ſufficit ad reprobandum inſtrumentum, vt pro-
bant Baiar. ad Clarum citato loco Menoch. in d. caſu
*105. nu. 9. Cabal. vbi ſupra nu. 1. & communem, & re-
ceptam ab omnibus Doctor. hanc opinionem eſſe, te-
ſtatur Maſcar in citata quæſt. 6. num. 47. ac Inn. Hoſt.
Butr. Anch. Abb. Fel. Bar. Bal. Io Sicard. Lanfr. Fulgoſ.
Nat. Paciano & alijs citatis, probat Farinac. in d. quæſt.
158. p. 1. nu. 7. quicquid nonnulli in contrariū loquātur.
Extenditur ſecundò principalis limitatio, procedere
521 etiam ſi vnus teſtis † ex neceſſarijs in inſtrumento, ei-
dem contradicat, quia tunc licet omninò falſum non
reddatur inſtrumentum, tamen eius fides vacillat, &
nullam facit probationem Bellam. Butr. Anch. Imol.
Zabar. Felin. & alij in d c. cum Ioannes Heremita de fid.
inſtr. Cin. Iacob. Aren. & Salicet in l in exercendis. C. de
fid. inſtrum. Bar. Bal. & Fulgoſ. in d. l. 1. §. ſi quis neget ff.
quemadmod. teſt. aper. dicens Fulgoſius, hanc opinio-
nem ſequutam eſſe in d. §. ſi quis neget ab omnibus Do-
ctoribus ibi, quamuis ille contrarium firmet, ſed repro-
batur à Menoch. citato caſ. 105. num. 13. & 15. Franc.
Marc. deciſ 486. nu 8. par. 1. & Boer Curt Foller. Alciat.
Boſs. Natta, Corrad. Monticel. Mainer. Ronchegal. &
*alijs citatis magis communem dicit Farinac. d q. 158.
p. 1. nu. 13. & Seſſa in citata deciſ. 119. nu. 25. Sed vide
quæ dicentur inferius nu. 564.
Comprobatur hæc extenſio, quia neque probaret in-
ſtrumentum, ſi vnicus teſtis neceſſarius diceret ſe non
522 interfuiſſe † in inſtrumento, qui pariter inſtrumenti
fidem debilitat, & vti ſuſpectum non probat, ita Innoc.
& alij præcitati authores in d. c cum Ioannes, vbi etiam
Io. Andr. Boic. Abb. & reliqui omnes canoniſtæ; Bar.
Bal. Caſtr. & Io. Sicard. in d l. in exercendis, qui vltimus
*dicit, ſic communiter teneri per canoniſtas, & legiſtas,
quodque probatur per tex. in d. §. ſi quis neget, vbi gloſ.
Odofred. Alberic. Roman. Fulgoſ. & omnes magis
*communiter dicunt hoc procedere, tam in teſtamento,
*quam in quolibet alio inſtrumento; & magis commu-
nem etiam dicunt Soccin. Neuizan. & Boſs. relati per
Farinac. vbi ſupra nu. 15. & 16. ac Main. Maſcar. & alij
innumeri relati per eum.
Extenditur tertiò principalis limitatio, vt procedat
523 etiam ſi teſtes † reprobantes inſtrumentum non eſ-
ſent de neceſſarijs, ſed eſſent ſupernumerarij dicentes
aliter ſcriptum à Notario, quam dictum à contrahenti-
bus,

bus, quia tunc vacillat inſtrumentum & non probabit, Cin. Bald. Fulgoſ. Caſtrenſ. & alij in d.l. in exercendis, communem dicit Curt. Sen. conſ. 55. num. 1. Ruin. Menoch. Foller. Mayner. Franc. Marc. Hercul. & alij, quos citat Farinac. in d. quæſt. 58. par. 1. num. 78. dicentes ſufficere duos teſtes. Sed de veritate inferius.

524 Ampliatur extenſio eò fortius procedere, ſi aliqui † ex inſtrumentarijs dicerent, eos non interfuiſſe tempore celebrationis inſtrumenti, quo in caſu etiam vnus ſufficeret ad inualidandum inſtrumentum, vt ex Innoc. Hoſti. Butr. Io. And Bellam. Soccin. Maſcar. & alijs probat Farinac. vbi ſupra num. 10. & 12.

Extenditur quartò, etiam in teſtibus non deſcriptis
525 † in inſtrumento quorum duo ſufficiunt ad reprobandum illud, vt non probet, aut ſaltim tres, ita Innoc. in d. cap. cum Ioannes numero 7. Hoſt. Io. Andr. Henr. Boic. Bellam. Abb. Bal. Butr. Zabarel. & reliqui in eodem præcitato cap. cum Ioannes, Bal. Caſtr. Sicard. & alij in d.l. in exercẽdis. C. de fid. inſtr. & ex Boer. Foller. Curt. Sen. Soccin. Gram. Menoch. Mayner. & ex alijs innumer. magis communem dicit Farinac. citata queſt. 58 par. 1. num. 32. & 33. & ante eum Maſcar d. quæſt. 6 num. 59. & 60. Sed hoc procedit dummodo deponant, modo vt poſt Farinac. quæſt. 158. par. 2. num. 181. qui refert probationem quam faciunt; teſtibus inſtrumentarijs mortuis; ſed modum quo vti debent in deponendo poſt alios deducit Adrian. Nugufant. conſ. aut quæſtio. 7. num. 12.

Extenditur quintò limitatio hæc decima, vt non ſolum ex ea inſtrumentum non probet, ſed etiam Nota-
526 rius † punitur de falſo, vt vnanimiter omnes Doctores in d. limitatione relati concludunt, nec reperitur, qui contrarium dicat; & patet ex relatis per Farinac. vbi ſu-
527 pra num. 66. & extenditur etiam ſi non inſtrumentarij deponerent pro inſtrumento Seſſa deciſ. citata 119. num. 26.

Ampliatur verò ſecundò extenſio prima notata ſupra num. 517. procedere non ſolum circa inualidatio-
528 nem † inſtrumenti, ſed etiam proceditur ex ea contra Notarium de falſo, contra quem proceditur ad torturam, vt Doctores in d. extenſione relati concludunt, & inter cęteros Cabal. d. caſ. 183. & Farinac. ſeu ex relatis per eum vbi ſup. num. 64.

Subampliatur ampliatio poſita ad illam primam extenſionem ſupra num. 520. vt procedat, etiam ſi cen-
529 tum † alij teſtes deponerent de veritate contentorum in inſtrumento, quia data, & probata abſentia horum duorum teſtium apparet eſſe admixtam falſitatem in inſtrumento dum falsò in eo reperiuntur deſcripti teſtes hi reprobantes, ita Innoc & reliqui in d. cap. cum Ioannes Maſcar. in citata quæſtio. ſexta, numero 48. & Farinac. in d. queſt. 158. num. 10.

Ampliatur extenſio ſecunda, vnà cum eius comprobatione, notata ſupra numero 521. & 522. procedere,
530 etiam ſi aduerſus † illum ſolum teſtem centum alij dedeponerent, dicendo inſtrumenti tenorem verum, ſi ille ſolus teſtis negauerit interfuiſſe, & eius abſentia fuerit probata, ita Farinac. vbi ſupra numero 12. illa eadem ratione, quia falſum inſtrumentum in vno datur falſum
531 in omnibus, † vt inferius.

Ampliantur inſuper, tam extenſio tertia, eiuſque ampliatio, & demum extenſio quarta, non ſolum procedere circa inualidationem inſtrumenti, ſed etiam vt ex
532 eis ſuſpicetur † contra Notarium ad inquirendum, vt fatentur Doctor. in eiſdem locis allegatis; verum ſi redarguitur inſtrumentum de falſo per teſtes non deſcriptos plures duobus, & omni exceptione maiores, tunc forſan ſufficerent ad condemnandum Notarium, ex traditis per Farinac. in d. quæſtio 158. par. prima, numero ſexageſimoſexto, vbi innumeros congerit; ſed
533 quod faciant indicium † vnus, duo, aut plures teſtes inſtrumentarij, vel extranei videndus poſt infinites relatos Farinac. in citato loco numero 67. vſque ad numero 75.

Modificatur tamen limitatio cum omnibus eius extenſionibus, & ampliationibus, procedere concurrente
534 † arbitrio iudicis iudicare debentis ſuper qualitate teſtium, & Notarij, ac facti antiqui, vel recentis, ex quibus idem iudex laborare habeat, & nitatur indagare
535 veritatem conſiderando præfatas qualitates, † necnon, & conſiderare habeat numerum teſtium, omniaque alia de iure conſideranda; Innoc. Butr. & alij in d. capitulo cum Ioannes Boſs. Monticel. Corrad. Ang. Alex. Soccin. & alij, quos probat Farinac. vbi ſupra numero ſexageſimotertio, & poſt Menoch. d. caſ. 105. arbitrarium iudici hoc eſſe reſpondit Surd. conſilio 414. numero 100. & Cardin. Tuſcul. alijſque antiquis, & recentioribus allegatis, probat etiam, Molfeſ. tom. ſecundo, ad conſuet. Neapol. par. decima, quæſtio. ſexta, numero decimo, & ſeq. taliter quod conſideratis iam dictis, conſideratiſque dicendis iudex benè iudicabit, quia
536 eius arbitrium non debet eſſe † effrenatum, ſed ſemper limitatum ſecundum regulas iuris, vt ſæpius in ſuperiori capite in pluribus titulis probauimus, idcirco conſideratis regulis iuris enarratis bene arbitrabitur.

Modificantur ſecundò, omnia ſuperius dicta, vt tunc
537 procedere habeant quando teſtes reprobantes † inſtrumentum concludenter, & per neceſſe deponant Boer d. deciſ. 118. numero ſeptimo, in fine, & Alexan. Crauet. Iaſ Dec. Anchar. Regien. Alex Styat. Iul. Scarlatin. Menoch. de arbitr. Maſcar. Pacian. Oſaſc. & Hieron. Laur. quos congerit, & probat Farinac. vbi ſupra numero 116. & Clarius, & melius Surd. conſilio 378. numero quadrageſimoquinto, & quadrageſimoſexto, volum. tertio, exemplificat Boſs. de falſ. numero nono,
538 dicendo, teſtis, non interfui, † vel interfui, ſed non ita dictum per contrahentes, imo tenetur teſtis recitare totum factum controuerſum, referreque totum inſtrumenti tenorem, ſaltem ea, quæ controuertuntur alias ſi deficiat imminuitur fides, illa ratione, quia ſi teno-
539 rem inſtrumenti, aut facti memoriæ non retinet † veriſimile vtique erit, quod id quod controuertitur, nec memoriæ retineatur, illudque nunc audet affirmare at tex. ibique gloſ. in l. Lucius. ff. de his qui not. infam. Crauet. conſilio ſeptuageſimoquinto, numero vigeſimooctauo. Maſcar. d. quæſtio ſexta, numero ſeptuageſimoſecundo, & ſingularius Surd d. conſil. 378. numero 45. & 46. ac Io. Vic. Honded. conſilio 99. volum. ſecundo, numero 31. & 32. & de his iterum inferius num. 587. & numer. præcedentibus.

Declaratur procedere hæc modificatio, in teſtibus
540 † extraneis, & non deſcriptis in inſtrumento, quia in deſcriptis, & ſic in inſtrumentarijs ſufficit exemplificatio Boſſij. ſuperius citata; vt ſingulariter probat Pacian. de probat. libro primo, capitulo quadrageſimo, numero vigeſimoſecundo, & vigeſimotertio, iuncto numero trigeſimo, & trigeſimoprimo, & Surd. aliqua, in con-

conſilio 414. volum. tertio, numero 83. ſed expreſſius Maſcar.d.quæſtio.ſexta,numero 40. & dicemus numero 545.546.& 547.

Declaratur ſecundo, non procedere quando teſtis
541 † allegat rationem, quare magis vnum quam alterum memoriæ retinuit; Surd. d. conſilio 378. numero 46. & de his iterum inferius. numero 587. vbi alia declaratio.

Ex qua ratione, & ex declarationibus proximè notatis,dico non ſemper eſſe veram concluſionem; quam
542 Doctores proponunt,ſcilicet,teſtes † inſtrumentarios deponentes non recordari de tenore inſtrumenti, aut de eorum abſentia,vel præſentia dubitatiuè inquam ſuper his deponentes, non reprobare, nec ſuſpectum reddere inſtrumentum, Menoch. d.caſ. 105. numero 31. Maſcar. d.quæſtio.ſexta, numero 40.41. & ſeq.Surd.d. conſilio 378.numero 45. & infiniti, quos citat Farinac. d.quæſtio.58.par. prima, numero 118. qui de hac opinione, ſeu de ipſius veritate dubitat;eo quod ſufficit teſtes deponere virtualiter de controuerſis nempe ſi fa-
543 ctum non erit † antiquum, & teſtis diceret non recordor, quod hoc per contrahentes dictum ſit, quia ſi dictum fuiſſet,ipſe recordaretur, aut ſi diceret;non recordor me interfuiſſe, quia ſi interfuiſſem recordarer,ita intelligendum hoc dicit Caſtrenſ. in citata l.in exercendis.C.de fid. inſtrum. numero quarto, in ſecundo caſu, verſic. hoc tamen videtur intelligendum, & alij quos probant,poſt Tiraq. ad l.ſi vnquam. C. de reuocan.donat. in præfat. numero 47. Menoch d.caſ.105 numero 31.in fine,& Farinac.vbi ſupra numero 122. prout ſufficere ſi teſtes dicant, notarium ſcripſiſſe illud, quod
544 non audiuimus † dici per contrahentes, ſed quædam alia verba diuerſa, de quibus non recordamur,quo in caſu inſtrumentum reprobatur, quia ſatis videtur probata negatiua, Felin. in d capitulo cum Ioannes de fid. inſtrum. ſub numero 51. verſ. quod ſi teſtes dicerent; imo ex Lanfranc. in capitulo quoniam contra, ſeu ex additionatore ad illum,dicit Farinac. vbi ſupra numero 123. ſatis eſſe ad reprobandum inſtrumentum teſtes
545 deponere † rem non fuiſſe ſic geſtam,prout reperitur in inſtrumento, licet non recordentur quomodo geſta fuit,ad quod probandum allegat Monticel.in repertor. de teſt.fol.321. verſic.fin. colum.ſecunda, & Maſcar in d.quæſtio. ſexta, numero 40. quodque verum exiſtimo
546 in teſtibus inſtrumentarijs † deſcriptis in inſtrumento, modo vt Maſcar. loquitur, & nos diximus ſupra in prima declaratione numero 540. & probat Farinac.d. quæſtio.158.par.prima,numero 128. quicquid in contrarium dicat Boſſ. vbi ſupra, qui confusè loquitur, vt fatetur idem Farinac. loco citato,at contra Boſſ.tenent Dec. & Pacian. citati per Farinac. & Maſcar.d.numero 40. ac Farinac. vbi ſupra, quodque ratione ſuadetur,
547 quia teſtes inſtrumentarij tãquam vocati ad intereſſendum contractui, ſatis videntur concludere dicendo ſimpliciter, non audiuiſſe, vel non interfuiſſe, vt refert ibidem Farinac.

Denique infertur, teſtes dicentes fuiſſe præſentes,
548 † ſed non audiuiſſe ſic dici, prout Notarius ſcripſit, non reprobare inſtrumentum, vt probauimus ſuperius numero 125.ampliat.25. niſi addatur per teſtem quod
549 ſi ſic fuiſſet dictum ipſi † audiuiſſent, nec poterat dici, quod non audiuiſſent, Bald.conſilio 37.numero primo, verſic.in contrarium libro primo. Alex. conſilio 43.numero 18.libro quarto.Dec.conſilio 101.numero ſecundo, libro primo. Foller. in d. ver. item quod commiſit falſitatem numero 64. Pacian. de probat. libro primo, capitulo 40. numero 16. 17. & 19. ac alij,quos probat Farinac.vbi ſupra numero 125 & 126. idque verò pro-
550 cedere in teſtibus non inſtrumentarijs,† vt ex Farinac. Maſcard. & alijs probauimus ſupra proximis numeris 546.& 547. & ſecundum iſta intelligitur ampliatio notata in citato ſuperiori numero 125. hoc eodem capite.

Infertur finaliter, quod ſi omnes teſtes inſtrumenta-
551 rij dicerent eos non intellexiſſe † orirétur magna ſuſpicio aduerſus Notarium,quę faceret indiciūm ad torturam,ita Boſſ.in d.tit. de falſ.numero nono, verſiculo ſi tamen omnes dicerent,quem probat Farinac. vbi ſupra numero 130. & proinde inſtrumentum probationem non faceret, eo quod in ciuilibus operatur verita-
552 tem, & plenam probationem † quælibet ſuſpicio,quæ in criminalibus faceret indicium ad torturam, ex Doctoribus adductis ſuperius numero 528. & prout latius in ſuperiori capite tit.quinto,numero 913 cum ſequen.
553 diximus ſuſpicionem falſitatis haberi pro veritate † in ciuilibus.

Modificantur tertiò procedere ſi teſtes reprobantes
554 inſtrumentum, ſint idonei ac omni † exceptione maiores, nullam prorſus etiam minimam patientes exceptionem Bal.Imol.Zabar. Abb.Felin. & Bellencin.in d.capitulo cum Ioannes,ac Bart Bald Salic.& Sicard.in d.l.in exercendis Bart. in d.l. prima, §. ſi quis neget ff. quem.teſt.aper numero 12.& Fulgoſ.ibi, Boer.d.deciſ. 118. Menoch. citato caſ.105. numero 33.Maſcar.in d. quæſtio.ſexta,numero 56.68 & 70.ac concluſ.919.numero quinto,& ſexto,& Aretin. Alex.Crauet.Curt.Iaſ. Cuman. Anan. Neuiz. Nat. Lanfranc. Foller. Corrad. Monticel. Mayner. Bertaz. Styatic. Scarlatin. Tenn. & Oſaſc. quos omnes probat Farinac. in citata quæſtio. 158. par. prima,numero 92. Surd. conſilio citato 378. numero 33. & 34. & alijs etiam cumulatis latius adnotat idem Surd. conſilio 414. Superius etiam citato numero 92.ac & Honded. citato conſilio 99. numero vigeſimoſexto.

555 Et qualitas hæc, quod teſtes debent † eſſe omni exceptione maiores, omninò debet articulari, & probari Boer. citata deciſ. 118. numero 27. Maſcar. d.concluſ. 919. numero 8. Scarlatin. Oſaſc. Burſat. Bertaz. & alij relati per Farinac. vbi ſupra numero 98. Honded. vbi ſupra num. 29.

Temperabis, & ſubmodificabis hanc tertiam modi-
556 ficationem illam non procedere in teſtibus † inſtrumentarijs, qui etiam quod non ſint omni exceptione maiores reprobabunt inſtrumentum, Curt. Sen. Nat. Corrad.Foller.Monticell.Ferr.Gargiar. & Io. Ronchegall quos probant Maſcar.d.quæſtio.6.numero 56. 57. & 68.Menoch.d caſ.105. numero 6. & ſeq. & Farinac.
✱ vt ſupra numero 106.ſublimit.tertia,dicens eam magis communem numero 108. Sed procedere modificatio-
557 nem reſpectu teſtium non deſcriptorum † in inſtrumento,quia reſpectu illorum diuerſa eſt ratio, eo quod inſtrumentum maiorem præſumptionem habet, quaſi
558 ſuſtineatur † ex teſtibus in eo deſcriptis, ideo fortior probatio requiritur, cum adſit præſumptio pro inſtrumento contra partẽ; quod ſecus eſt in reprobatione per
559 teſtes deſcriptos,quia tunc eliditur † præſumptio,quæ

pro inſtrumento faciebat, ita ſingulariter more ſuo Ste-
phan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 1, cap. 192. num. 24.
25 & 26.
Reſtringitur temperatio reſpectu contrahentium
560 tantum, & ſic vt non requiratur † qualitas hæc te-
ſtium inſtrumentalium reprobantium inſtrumentum
circa eius fidem reſpectu contrahentium, aut alio modo
contra eos, ſed ſi velit iudex parte inſtante procedere
contra Notarium pro falſitate, tunc omninò debet
præcedere articulatio, & probatio iſtius qualitatis, vt
teſtes inſtrumentarij reprobantes ſint omni exceptione
maiores; ita Boſſ. vbi ſupra, Menoch. d. caſ. 105. nume-
ro ſeptimo, Anchar. & Styatic. quos probat Farinac.
vbi ſupra numero 111. ac Cæpol. & alij, quos probat
Honded. d. conſilio 99. numero 27. & 28. illa ratione,
quia ſi teſtes inſtrumentarij cenſentur approbati per
561 contrahentes, non tamen cenſentur † approbati per
Notarium, ita præcitati authores.
Reſtringitur ſecundò, vt procedat modificatio etiam
562 reſpectu teſtium inſtrumentalium, ſi exceptio † ſuper-
ueniat poſt celebratum inſtrumentum, quia tunc ea
probata diminuitur fides teſtium reprobantium., ta-
liter quod non plena ex eis oritur probatio, Franc.
Marc. deciſio. 486. numero decimoquinto, par. prima.
Menoch. vbi ſupra numero ſeptimo. Farinac. d. quæſtio.
158. par. prima, numero 112. & Surd. d. conſilio 414.
numero nonageſimotertio, & conſilio 378. citato nu-
mero 34.
Reſtringitur tertiò, quando qualitas inhabilitatis
563 teſtium non erat cognita † contrahentibus, quia tunc
ea detecta procederet effectus modificationis, quia
ignorans non approbat, Alexand. Styati. conſil. crimin.
diuerſ. 117. quem probat Farinac. vbi ſupra numero
113. ad tex. in l. nec ignorans. C. de donat. l. mater de-
cedens. ff. de inoffic. teſtam. & Aret. addit. ad Crot. de
teſt. Æmil. de teſt. Natta, & alij, quos probat idem Fa-
rinac. de teſtib. quæſt. ſexageſimaſecunda, limit. ſeptima
numero 118.
Reſtringitur quartò, quando vnicus tantum teſtis
inſtrumentarius reprobaret inſtrumentum, quia tunc
564 † debet eſſe omni exceptione maior, & qualitas iſta
probari debet, Crauet. conſilio quinquageſimoſexto,
numero nono & ſeq. idemque probarunt Maſcar. d.
quæſtio. ſexta, numero quinquageſimonono, & Surd.
d. conſilio 378. verſ. quando teſtis eſt vnicus numero
trigeſimoquarto, ac poſt hos comprobat Gratian. cita-
to capitulo 192. numero vigeſimoſeptimo, quam reſtri-
ctionem notabis pro limitatione, & declaratione ſecun-
dæ extenſionis notatæ ſuperius num. 521.
Reſtringitur quintò in Regno; in quo per conſtitut.
eiuſdem Regni incipientem inſtrumentorum Robur
565 (ſæpius ſupra citatam) ſtatuitur, teſtes rogandos † in
inſtrumẽtis debere eſſe omni exceptione maiores, alias
inſtrumenta nequaquam probare per eandem conſtit.
ſancitum fuit, dicerem indiſtinctè huius qualitatis pro-
bationem in teſtibus inſtrumentarijs reprobantibus
inſtrumentum, eſſe neceſſariam, quodque ratione com-
probabo; nam ſi ſtatutum prædictum, aut municipalis
& communis Regni lex requiri dixit huiuſmodi quali-
tatem in teſtibus adhibendis ad probandum inſtru-
566 mentum, eo fortius † requiri virtualiter mandauit in
teſtibus ad reprobationem inſtrumenti adhibendis ex
maioritate rationis, quæ in hoc ſecundo caſu concurrit;
567 nam teſtes pro inſtrumento habent iuris præſumptio-
nem pro eis, Imol. in d. capitulo cum Ioannes, & latiſſi-
mè Farinac. d. quæſtio. 158. par. ſecunda, tota; idcirco
ſi habentes pro eis iuris præſumptionem indigent hu-
iuſmodi qualitatis probatione, quanto fortius hac ea-
dem probatione indigent habentes iuris præſumptio-
nem contra ſe, vt notauimus ſupra numero 557. & ſeq.
568 & extenſio in ſtatuto indubitatè conceditur † ex ma-
ioritate rationis, vt probarunt per infinitas authorita-
tes Gomeſ. in capitulo ſtatutum num. trigeſimonono,
de reſcript. in ſexto, Euerar. in ſuis cent. modis argum.
in loco à ratione legis larga, Villagut. in tract. de extenſ.
leg. Rubr. de extenſ. ll. limitatiuarum numero ſeptimo,
* quodque communiter ab omnibus Doctoribus teneri
teſtantur Gomeſ. vbi ſupra Villalob. in com. opin. lit. E.
& Farinac. in fragm. crimin. par. prima, ver. extenſio,
numero ſeptuageſimoprimo, imo non parum apud no-
ſtrates diſputatur, & diſceptatur ſi extenſio conceditur
569 † ex maioritate rationis in penalibus, correctorijs, &
exorbitantibus, modo vt poſt Cranet. de antiq. temp. §.
videamus modò de aliquibus, & poſt Euer. Villagut. &
infinitos alios proſequuntur Farinac. vbi ſupra in nu-
mer. ſequent. & Honded. in conſilio nonageſimoquin-
to, numero nonageſimonono, cum omnibus ſequenti-
bus libro primo; quid enim fortius in his terminis non
penalibus, nec exorbitantibus, aut correctorijs, ſed om-
ninò fauorabilibus, & penalia excludentibus, in quibus
570 ſufficere identitatem † tantum rationis, vt Euer. vbi
ſupra, & latiſſimè per nonnullas columnas Farinac. vbi
ſupra numero octuageſimo, cum infinitis ſequentibus;
at præcipuè in fauorabilibus datur extenſio ſtatuti
571 etiam ſi ſtatutum loquatur † per taxatiuam, Bart. Iaſ.
Ripa, & Crot. in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrim. Euerar.
in citato loco, Crauet. de antiquit. tempor. par. quarta,
in ver. tranſeo nunc ad quartam partem numero. 120.
qui ampliat concluſionem, etiam ſi diſpoſitio taxatiua
573 non eſſet ſimpliciter fauorabilis, ſed indifferens, † quia
poſſit ſe habere ad fauorem, & ad odium, quodque
* communiter teneri teſtantur Viui, opin. 193. Villagut.
vbi ſupra Rub. de extenſ. ll. exorbit. numero quinto, &
Farinac. allegato loco numero octuageſimotertio, quid
573 fortius in facto, in quo ſumus † in ſtatuto totaliter fa-
uorabili, & abſque taxatiua.
Nec noſtra concluſio amareſcit, eo quia conſtitutio
574 † Regni prædicta circa præfatam qualitatem te-
ſtium non ſeruetur in praxi, modo vt ex Freccia proba-
tum ſuperius fuit in nono requiſito numero 425. &
434. cum ſequenti, eo quod, licet ſit correcta conſtitu-
tio circa illud vnum, tamen correctio nequaquam ex-
tenderetur ad hoc aliud ex maioritate rationis in d.
575 conſtitutione comprehenſum, quia nullo iure † caue-
tur dari extenſionem in correctorijs, penalibus, odioſis,
vel exorbitantibus, ex minoritate rationis, cum regula-
riter prohibeatur ex identitate, & maioritate, quidue
fortius ex minoritate, vt poſt Euerar. Villagut & alios
latiſſimè colligitur ex Farinac. in fragment. par. prima.
ver. extenſio in nonnullis locis, ſed in terminis noſtris
maior ratio habilitatis teſtium concurrit in reproba-
tione inſtrumenti, quam in celebratione, vt probaui-
mus ſuperius numero 566. & ſeq. meritò ſi corri-
gitur conſtitutio in caſu celebrationis inſtrumenti,
vbi concurrit minor ratio, correctio nequaquam ex-
576 tendenda, in caſu † reprobationis, vbi concurrit ma-
ior

ior habilitatis teſtium ratio, imò per inobſeruantiam
conſtitutionis receditur ab ipſa conſtitutione, ſed per
maioritatem rationis in caſu reprobationis reditur
577 † ad eiuſdem conſtitutionis obſeruantiam, & conſe-
quenter procedunt quæ in ſimili adnotat Farinac. in
dicto loco numero octuageſimoſexto, cum multis ſeq.
poſt innumeros authores adductos, ex quibus con-
cluditur, in Regno requiri huius qualitatis teſtium pro-
bationem; quæ notabis, cum penes alios Regnicolas
non inuenies, vt videre potui.

Temperabis, & ſubmodificabis ſecundò, ſupradi-
ctam tertiam modificationem, illam non procedere
578 quando reprobantes † inſtrumentum ſunt numero
plures, quia tunc etiam ſi non ſint omni exceptione
maiores, valent ad reprobandum inſtrumentum, Curt.
Sen. conſilio 53. numero quinto, quem probat Farinac.
d. quæſtio. 158. par. prima, numero 105. quam ſubmo-
dificationem intelligas dummodo teſtes plures non
579 patiantur † exceptiones, quia ſi plures paterentur de-
fectus, numerus eos non habilitaret, Siluan. conſilio 91.
numero 23. & Burſat. conſilio 320. numero 118. &
& conſilio 321. numero 31. libro tertio, aut ſi defectus
580 † paterentur quo ad dicta, non autem quo ad perſo-
nas; eo quod quo ad dicta nullus numerus etiam ma-
581 gnus † habilitare poterit dicta teſtium puta inueriſi-
milia deponentium, vt poſt Monticel. Ruin. & Maſcar.
probat hæc omnia Farinac. de teſtib. quæſtio. 62. limit.
13. tota, prout, & non ſuppletur inhabilitas per nume-
582 rum, ſi illa oriatur ob intereſſe † teſtium habentium
in cauſa, quia hoc in caſu teſtis in totum repellitur,
Gabr. de teſtibus concluſ. ſexta, numero octauo; & Fa-
rinac. vbi ſup.

Modificantur quartò, procedere in teſtibus rédden-
583 tibus rationem eorum dicti † etiam non interrogatis,
quia ſi reprobatorij inſtrumentum non reddant cau-
ſam, aut rationem ſcientiæ, nequaquam probant, vt
probat Felin. in d. capitulo cum Ioannes Heremita, &
Bellencin. ibidem ac alij, quos congerunt. Caccher. con-
ſilio 64. & 66. Franc. Marc. deciſio. 486. Menoch. in d.
caſ. 105. numero tertio. Pacian. de probat libro primo,
capitulo 40. numero 14. Maſcar. & alij relati per Fari-
nac citata quæſt. 158. par. prima, numero 136 & de te-
ſtam. quæſtio. 70. numero 38.

Sed quomodo implicitè, & virtualiter ratio cenſea-
584 tur † allegata per teſtem, eaque ſufficiat, declarat la-
tiſſimè idem Farinac. in citata quæſtio. 70. capitulo ſe-
585 cundo toto; at ſi teſtes deponerent † de toto tenore in-
ſtrumenti, (prout tenentur deponere ad tradita ſuperius
numero 538. cum ſequentibus) ſatis videntur rationem
586 dicti allegare teſtes totum tenorem † inſtrumenti to-
tumque factum controuerſum exponentes, eo quod in
tali narratione implicitè, & virtualiter continetur ratio
ſcientiæ, quæ veroſimiliter, aut tacitè poterit ex narratis
videri, vt ex Fulgoſ. Ripa Aret. Cagnol. Butr. Abb. Fe-
lin. Ang. Corrad. Hipp. Rimin. & ex alijs probat idem
Farinac. de teſt. d quæſtio. 70. capitulo tertio, numero
149 Et quod ſuperius tactum fuit, teſtes reprobantes
inſtrumentum debere totum illius tenorem narrare,
587 intelligas in criminalibus † non autem in ciuilibus,
Anchar. Regien. quæſtio. 71. numero 12. & ſequent.
par. prima, quem ſequitur Farinac. in allegata quæſtio.
158. numero 135. itaque intelligi debent, quæ ſuper
hoc iterum diximus ſuperius numero 538. cum ſe-
quentibus.

Modificatur quintò, vt teſtes omnes reprobatorij
588 deponant † de certo loco, & tempore, in quo fuit in-
ſtrumentum celebratum, cum poterit eſſe, duo fuiſſe
confecta inſtrumenta diuerſis locis, & temporibus, ad
tex. in d. capitulo cum Ioannes. §. ad hoc autem, de fid.
inſtrum. Bart. in d. l. prima, §. ſi quis neget, & d l. in
exercendis, Maſcar. d. concluſ. 919. numero quarto. Me-
noch. vbi ſupra numero 34. Baiar. ad Clar. in §. falſum
numero 104. quos, & alios congerit Farinac. vbi ſupra
589 numero 131. niſi appareret aliunde † de loco, & tem-
pore, ita tex d. §. ad hoc, & præcitati authores: prout
apparere debet de identitate teſtium inſtrumentalium
590 † reprobantium, vt illi proprij ſint, qui deſcripti ſunt
591 in inſtrumento, quia multi eodem nomine, † & co-
gnomine vocati reperiuntur Zabar. & Bellenc. in d. ca-
pitulo cum Ioannes Boſſ. Foller. & alij, quos probant
Menoch. in d. caſ. 105. numero quarto. Baiar. vbi ſupra
numero 107. & Farinac. citatus numero 137. & poſt
hos Adrian. Neguſ. conſilio, aut quæſtio. octuageſima-
tertia, numero decimo, ac Gratian. citato capitulo 192.
numero trigeſimo, loquens in expreſſione loci, & tem-
poris.

592 Quod vltimum intelligas, identitatem teſtium † ſatis
probari præſumptiuè; & per hoc neganti eos eſſe illos,
593 qui deſcripti apparent incumbit onus probandi † hanc
negatiuam, vt ex pluribus limitationibus per Doctores
congeſtis, adnotat hanc declarationem Farinac. vbi ſu-
pra num 141.

Modificantur ſextò tam limitatio poſita ſuperius
numero 516. quam eius extenſiones ampliationes, &
comprobationes poſitæ vſque ad numerũ 523. exclu-
594 ſiuè, vt procedant in teſtibus neceſſarijs † in inſtru-
mento reprobato, non autem in ſupernumerarijs, mo-
do vt in dictis locis expreſſum fuit, & proinde deuenitur
ad ſequentem aliam modificationem.

Modificatur (ſeptimò, ſecundum ordinem modifica-
tionum) extenſio tertia poſita ſub numero 523. eam
595 ſcilicet non eſſe † ſemper veram, nam Innoc. Ioan.
Andr. Hoſtienſ. Henric. Boic, Bellamer. Anchar. Butr.
Imol. Zabarell. Abb. & reliqui in ſæpius citato capitulo
cum Ioannes, Boer. d. deciſio. 118. numero decimo-
octauo. Marſil. ſingul 285. Franc. Marc. in pluries alle-
gata deciſio. 486. Boſſ. Crauet. Monticel. & alij, quos
probat Farinac. in d. quæſtio 158. numero 75. 76. & 77.
probatque Surd. citato conſil. 378. numero vigeſimo-
ſexto, volum. tertio, dicunt teſtes ſupernumerarios non
596 reprobare † inſtrumentum, eo quia reſtat numerus
aliorum teſtium neceſſariorum, vt puta ſi in teſtamen-
to rogati fuiſſet decem teſtes, quorum tres reprobarent
teſtamentum; attamen iſti tres tanquam ſupernumera-
rij non inficiant, quia remanent ſeptem, pro ſufficienti
teſtium numero adhibendo in teſtamentis, qui ſeptem
vocantur neceſſarij.

Veruntamen hanc contrariam opinionem intelligas
597 quando reliqui teſtes neceſſarij expreſſè † deponunt
pro inſtrumento, quia ſi tacerent, aut mortui eſſent,
vtique ſupernumerarij reprobarent inſtrumentum, ſi
illi expreſſè contradicerent Crauet. conſilio quinqua-
geſimoſexto, numero ſeptimo, & decimoquinto. Boſſ.
de falſ. numero trigeſimonono. Corrad. de inſtrum.
ſub numero decimonono. Menoch. d. caſu 105. numero
vigeſimoſeptimo, & ſeq. & Farinac. d. quæſtio. 158. par.
1. numero 89.

Quicquid in contrarium afferant Neuiz. conſilio 25.

numero 18. & 19. & Alex. Imol. & Dec. per Neuiz. re-
lati, quos citat Farinac. vbi ſupra, & quampluriniis al-
legatis, comprobat Surd. allegato conſilio 378. nu-
mero 26.
Octauò modificantur limitatio, & eius extenſiones,
iuxta ſeruatum ordinem, non procedere quando teſtes
inſtrumentarij omnes, aliqui, aut vnus, reprobantes in-
ſtrumentum ſe prius inſtrumento ſubſcripſerunt, quia
598 † non reprobât inſtrumentum dicentes eos non inter-
fuiſſe, aut non ſic dictum, prout ſcriptum, modo vt pro-
bauimus ſuperius in ampliat. 16. nu. 91. & 92. eo quod
599 ſubſcribens deponere† videtur omnia contenta in ſcri
ptura ſubſcripta, ideo per duplex dictum conuinceretur
600 de mendacio, & ei non datur fides † in ſecundo dicto
habente iuris præſumptionem contra ſe, vt probant Do
ctores citati in d. ampliat. 16. Subſcriptio n. prius facta
601 conuincit contradictionem † denuo per eundem te-
ſtem factam de falſitate; & per ſubſcriptionem ſuſtine-
tur inſtrumentum, quia ſubſcriptio facta in inſtrumen-
602 to, aut teſtamento præfertur † depoſitioni contrariæ,
etiam iuratæ, & iudiciali, vt poſt Bar. Bal. Imol. & alios;
* communem opinionem dicit Seſſa deciſ. 119. num. 31.
32. vol. 2. & ſeq. & poſt Abb. Imol. Felin. & Neapod.
deciſum in Sac. Conſ. dicit Capic. deciſ. 192. num. 6. 7. &
8. ac etiam deciſum dicit Seſſa vbi ſupra num. 34. & 35.
in illo Aragonenſi Senatu.
* Nec debilitatur hæc concluſio ex communiter tradi-
tis per Doctores contra Bart. in l. eos. ff. ad l. Corn. de
603 falſ. dicentem, depoſitionem † teſtis iuratam, & iudi-
cialem eneruari, & inualidari per primam extraiudicia-
lem, quia vt dixi, & ſi hæc opinio Bar. ſit de iure canoni-
co verior, ſecundum Aretin. in cap. per tuas num. 33. de
* teſt. tamèn magis communis, & verior eſt in contra-
604 rium opinio, quod ſcilicet depoſitio † iudicialis teſtis
præferatur anteriori extraiudiciali, Tindar. de teſtib. lib.
* 2. cap. 1. & cap. 2. vbi de communiori Canoniſtarum
opinione, Couarruu. variar. reſolut. lib. 2. cap. 13. nu. 7.
* Gabriel. lib. 7. concluſ. 31. num. 1. vbi de magis commu-
ni Clar. §. fin. quæſt. 53. verſ. primus caſus, vbi etiam Ba-
iar. Viui. opin. 903. Menoch. de arbitr. caſ. 108. Andr.
Gail. obſeruat. 104. num. 18. lib. 1. quorum aliquos con-
gerit, & ſequitur Seſſa in citata deciſ. 119. num. 36. Lau-
* rent. deciſ. Auen. 91. num. 4. verſ. ſi quidem Bart. & de
receptiſſima, alijs citatis authoribus, teſtatur Farinac. de
* teſtib. quæſt. 66. par. 6. num. 193. ac de communiori
veriori, & practicata, idem Farinac. ibidem num. 194.
in fine, vbi tribus, aut quatuor modis ampliat; verũ his
non obſtantibus veriſſima eſt concluſio, quam proba-
uimus ſuperius num. 602. ex infraſcriptis.
Quia omiſſis limitationibus alijs relatis per Gabr. &
Farinac. citatis locis; vna, & ſingularis per Doctor. ad-
ducitur in noſtris terminis limitatio, nempe Doctrinam
Bart. ſuperius relatam obtinere locum quando prima
605 extraiudicialis depoſitio facta fuiſſet, & redacta † in
ſcriptura cum ſubſcriptione teſtis tempore actus geſti,
& in ſcriptura emanati, & ſic quando teſtis inſtrumen-
tarius ſe ſubſcripſit inſtrumento ante ſecundam iura-
tam depoſitionem contra idem inſtrumentum; tunc
enim ſecunda iudicialis depoſitio præſumitur emanata
ad partis ſubornationem, & per hoc non attenditur, ita
Aret. in d. cap. per tuas numero 35. & Dec. numero 43.
de teſt. Menoch. d. caſ. 108. numero 25. & alij infra
citandi, quicquid contrarium tenere nonnullos, referat
Gabr. allegata concluſ. 31. numero 11. 12. & deci-
motertio, tamen non recedendum erit à limitatione, vt
adnotat Farinac. de teſt. citata par. ſexta, numero 123.
& latius quampluriniis adductis fundamentis probat
Seſſa in citata deciſio. 119. numero trigeſimoſexto, &
ſequentibus.
Extenditur limitatio, quamuis teſtis reprobatorius,
inſtrumentarius tamen, non fuiſſet ſubſcriptus, aut non
fuiſſent ſubſcripti, ſi plures eſſent; tempore actus geſti,
ſed quocunque alio tempore poſt, quia attenderetur
606 ea depoſitio, † quæ coniecturis, & veroſimilitudine
adiuuaretur; ita Seſſa citata deciſ. 119. numero 42. in fi-
ne, & 43. Secus ſi adeſſet ſubſcriptio; quia tunc citra
coniecturas attenderetur ſubſcriptio, ita Seſſa vbi ſupra
num. 44. in fine.
Reſtringitur tamen hæc limitatio, ſeu tota modifica-
607 tio non procedere, quãdo teſtes reprobatorij, † quam-
uis eſſent deſcripti in inſtrumento dicerent in ſecunda
depoſitione eos in ſubſcriptione fuiſſe deceptos, & de-
ceptionem legitimè probaſſent, quia tunc concedere-
tur, & admitteretur reprobatio inſtrumenti per ſecun-
dam depoſitionem, ita Capic. deciſ. citata 192. numero
quinto, & Surd. d. conſilio 378. numero vigeſimoſe-
cundo.
Modificantur nonò, quando aduerſus teſtes repro-
608 bantes, deponerent † alij coadiuuantes inſtrumen-
tum, & vni, ac alteri deſcripti eſſent in inſtrumento, ac
numero, & qualitate eſſent pares, ex quorum depoſitio-
nibus res efficeretur dubia, quo in caſu teſtes coadiuuan
609 tes † præferuntur reprobantibus, quia iudicatur pro
inſtrumento, ita Innocent. Hoſtienſ. Ioan. Andr. Bel-
lamer. Anchar. Butr. Imol. Bellenc & reliqui in ſæpius
citato capitulo cum Ioannes Heremita de fid. inſtrum.
Bellamer. & Aretin. in capitulo tertio loco de probat.
Caſtrenſ. in l. in exercendis. C. de fid. inſtrum. numero
tertio, & quarto. Franc. Marc. deciſio 486. numero 16.
vt poſt Maſcar. probat Farinac. citata quæſt. 158. par.
2. num. 146.
Sed quia ante ſcriptam modificationem extendunt
infiniti authores, eam etiam procedere quando teſtes
610 coadiuuantes † inſtrumentum eſſent numero pau-
611 ciores, illa ratione, quia plus creditur duobus † affir-
mantibus inſtrumenti validitatem, quam pluribus alijs
improbantibus, & negantibus, vt in ſpecie notarunt
Imol. in d. capitulo cum Ioannes colun. octaua, Alex.
conſilio ſeptuageſimotertio, libro primo, numero pri-
mo, & conſilio nonageſimotertio, numero duodeci-
mo, libro quinto. Crauett. conſilio quinquageſimo-
ſexto, numero ſeptimo. Neuiz. Corrad. Gabr. Mayner.
& Montic. quos refert Farinac. in proximo citato loco
numero 147. imo magis credi duobus coadiuuantibus,
612 & affirmantibus † vera eſſe contenta in inſtrumento,
quam mille negantibus, reſponderunt Hoſtienſ. Ioan.
Andr. Henric. Boic. Guid. Bellam. & Bellenc. in eodem.
cap. cum Ioannes Heremita, vt penes eundem Farinac.
videtur.
Idcirco oportet etiam ſcire, alios authores dixiſſe,
613 teſtes reprobantes inſtrumentum † ſi fuerint nu-
mero, aut qualitate maiores præferri alijs teſtibus
coadiuuantibus numero, & qualitate paucioribus, vt
videtur penes Hoſtienſ. Bellamer. Boic. Butr. Abb.
Bellenc. & Felin. in eodem capitulo cum Ioannes, &
penes alios, quos congerunt Boſſ. in titu de falſ. nume-
ro trigeſimoprimo. Foller. in prax. crimin. ver. item
quod commiſit falſitatem, numero 64. Mayner. in l. vbi
repugnan-

repugnantia.ff.de reg.iur. Menoch.de arbitr. in allega-
to caſ.105.num.45.& alij relati per Farinacc.vbi ſupra
numero 149.

Et per hoc omiſſis pluribus diſtinctionibus relatis
per eundem Farinaccium, dico eam tantum eſſe noſtro
inſtituto adaptandam, ſcilicet, altercationes Doctorũ
circa prælationem teſtium coadiuuantium inſtrumen-
614 tum, faciendam teſtibus reprobantibus habere † lo-
cum quando criminaliter de falsò agendum erit, quo
in caſu plures fieri debent conſiderationes per iudican-
tem, nempe circa numerum, circa verò qualitatem, &
veriſimilitudinem, ſed ceteris paribus ſemper præferũ-
615 tur † coadiuuantes, etiam numero pauciores, adhibi-
tis, quæ congerunt prçcitati authores.

Quando autem ciuiliter agendum eſſet, vt in noſtris
terminis; tunc non ſolum non creditur coadiuuantibus
616 † paucioribus, ſed etiam potius creditur paucioribus
teſtibus inſtrumentarijs reprobantibus, quam numero
pluribus, coadiuuantibus, vt inſtrumentum non pro-
bet; ita Soccin.conſ.28.nume.2.verſ.reſpondeo etiam,
& num.3.lib.3.ac conſ.92.num.1.& num.2. eodem li-
bro, Iaſ.conſ.13.col.2.verſ.non obſtat etiam prædictis
libr.3.Dec.conſ.105.nume.4.& ſeq.ac Soccin. & Becc.
quos probat Surd conſ.414.lib.3.nu.18.verſ. Reſpon-
det item locum habere, & in terminis ſic probando di-
ſtinguit Farinacc.vbi ſupra num.152.& 153.

Declaratur hæc diſtinctio, procedere quando teſtes
617 coadiuuantes † inſtrumentum nõ ſint in numero ſuf-
ficienti ad validitatem inſtrumẽti, de cuius reprobatio-
ne agitur, quia tunc etiam ſi teſtes coadiuuãtes ſint nu-
mero plures, vtique nõ præferuntur alijs reprobãtibus,
numero verò paucioribus, & per hoc inſtrumentum nõ
618 probabit † licet falſum non reputetur, at ſi teſtes coa-
diuuantes ſint in numero ſufficienti, tunc in quouis nu-
619 mero ſint præferuntur, † & inſtrumentum non ſolum
falſum non erit, ſed etiam probabit.

Exemplifica primum caſum quando nõ ſunt in ſuf-
ficienti numero, nam ſi ad validitatem inſtrumenti re-
quirerentur tres teſtes, attamen eſſent ibi deſcripti qua-
620 tuor, quorum duo reprobarent † inſtrumentum, duo
verò alij coadiuuarent, vel, & fortius ſi in inſtrumento
requirerentur quinque teſtes ad ipſius, ſeu contractus in
eo contenti validitatem, & tamen eſſent deſcripti ſeptẽ,
quorum tres tantum reprobaſſent inſtrumentum, qua-
tuor verò coadiuuaſſent, tunc in iſtis caſibus inſtrumẽ-
tum non probaret, licet falſum non reputaretur, illa ra-
tione, quia numerus teſtium coadiuuantium nõ eſt ſuf-
ficiens ad validandum inſtrumẽtum, prout clarius exẽ-
plificaretur in teſtamẽto, in quo requiruntur ſeptem te-
ſtes, quorum vnus, aut duo reprobaſſent, reliqui verò in
maiori numero coadiuuantes approbarent, ex prędictis
præualeret depoſitio reprobantium, licet numero pau-
ciorum ob allegatam rationem.

Exemplifica ſecundum caſum, quando in ſcriptura
teſtamenti, in quo requiruntur ſeptem teſtes, deſcripti
621 tamen eſſent decem, quorum tres † reprobarẽt teſta-
mentum, & reliqui ſeptem approbarent; vel in inſtru-
mento requirerentur, tres teſtes, & tamẽ deſcripti eſſent
ſex, quorum tres reprobarent, tres verò coadiuuarent,
tunc indiſtinctè cęteris alijs paribus, præferrentur coa-
diuuantes, quia eſſent in ſufficienti numero; vt hæc om-
nia notantur penes Innoc. in d.c.cum Ioannes num.3.
& 4.Hoſtienſ.num.7.Io.Andr.nume.8.Butr.nume.29.
Bellamer. num.38.& 39. Bellenc.nu.157.Felin.nu.51.
ac alij, de fid.inſtr.Io.de Amic.conſ.116.num.15. Boſſ.
622 in tit.de falſ.num.37. & ſeq. qui quando teſtes † coa-
✱ diuuantes non ſunt in numero ſufficienti, communem
dicit, & neminem contradicere circa inualiditatem in-
✱ ſtrumenti, citra verò falſitatis penam; communem etiã
dicit doctiſs.Alciat.conſ.599.nume.3.qui ampliat eam
623 etiam procedere, quando vnus † tantum teſtis cõtra-
diceret inſtrumento, quod vtique fidem non faceret,
quamuis reliqui omnes coadiuuaſſent inſtrumentum, ſi
non eſſent in ſufficienti numero, vt in exemplificatis;
Foller.in citato loco fol.204.verſ.tertio intelligitur Lu-
douic.deciſ. Lucenſ.13.num.16. Burſat.conſ.33.n.15.
✱ verſ.& licet aliàs, vbi etiam communem dicit, Surd. d.
conſ.414.num.29.propè finem verſ.nec in hoc erit, vbi
veram dicit, & tetigit ſuperius in eodem conſ. num.18.
verſ.ſtantibus autem, & ante hos Alex. conſ.17.nu.14.
ver.nec obſtat lib.3.Soccin.in citato conſ.28.ex quibus
omnibus apparet euidenter, hanc opinionem eſſe rece-
624 ptiſſimam † veriſſimam, & magis communem, vt etiã
✱ teſtatur Farinac.inferius citandus; Quicquid Menoch.
625 † d.caſ.105.num.19.(dicens arbitrio iudicis quęſtio-
nem hanc dirimendam,) Iaſ.conſ.124.lib.1.nume.14.
col.3.ante finem, & col.4.in princ.qui dicit contrariam
✱ opinionem communem, quam ſequũtur relati per Me-
noch.vbi ſupra, & Maſcard. in pluries citata quæſtio.6.
nume.53.in fine, & nu.54.qui dicit hanc noſtram opi-
✱ nionem communi omnium Doctorum cõſenſu eſſe re-
626 iectam; quia Menochium † ſuo ſolito more neſcien-
tem aliter quæſtionem dirimere iudicis arbitrio diri-
mendam reliquiſſe, & Iaſonem, ac Maſcard.temere te-
ſtatos fuiſſe de communi, reprehendendo, reſpõdit Fa-
rinacc.in citata quæſt.158.p.2. num.162.163. & 164.
& re vera ex enumeratis Doctoribus, & ex Bar.in l.1.ff.
§.ſi quis neget, ff.quemadm.teſtam.aper.Io.de Imol.&
& Io. Calder.in citato ca.cum Ioannes heremita; Lan-
franc.de Orian. in ſua prax.ver.inſtrumẽtorum produ-
ctiones, cap.9.num.44.in fine, & nume.45.quos refert
Maſcard vbi ſupra; apparet hanc eſſe receptiſſimam, &
veriſſimam.

Declaratur ſecundò hæc eadem diſtinctio, vt proce-
dat, quando pugna inter teſtes reprobantes, & teſtes
627 coadiuuantes eſſet † ſuper voluntate contrahentium,
aut diſponẽtium, quo in caſu procedunt dicta in diſtin-
ctione, & in proxima præcedenti declaratione, quia te-
ſtes contradicunt teſtamento, aut inſtrumento dicen-
tes non ſic dictum, prout fuit ſcriptum.

Secus autem ſi pugna teſtium reſpiceret ſolemnia
628 † inſtrumenti, nempe quod teſtes reprobantes dicant
eos non interfuiſſe, & ſic deficeret numerus teſtium re-
quiſitus, tunc ſi coadiuuantes numero pares dicerẽt te-
ſtes reprobantes interfuiſſe, omninò inſtrumentum vti
coadiuuatum non ſolum non eſſet falſum, ſed plenam
faceret fidem; ſed quia ſuper hoc intereſſe, vel non in-
tereſſe teſtium variè ſuperius loquuti fuimus, ideo pro
faciliori, & clariori apparatu duos conſiderabo ar-
ticulos.

Nam, aut & primo teſtes reprobantes dicant eos
tempore celebrati inſtrumenti in ipſius celebratione
non interfuiſſe, & de eorum abſentia nulla alia appa-
reat probatio; teſtes verò coadiuuantes dicant re vera
629 illos interfuiſſe, & tunc ſufficit † eos eſſe pares omni
legitima paritate, vel plures etiam in numero non ſuf-
ficienti, quia magis creditur in hoc articulo coadiuuan-
tibus, quam reprobantibus, vt vnanimiter omnes Ca-
noniſtæ.

noniſtæ in d.ca. cum Ioannes heremita de fid.inſtrum.
✱ & vtriuſque ſcholæ Doctorum communem opinionem
eſſe fatetur Alciat.in allegato conſ.599.num.1. Gram.
Foller. Maſcard.Corrad. & Menoch. quos probat Fari-
nacc.vbi ſupra num. 160.dicens ex Menoch.d.caſ.105.
630 num.22.hoc † tribuendum eſſe iudicis arbitrio, quod
veriſſimum exiſtimo.

Aut & ſecundò teſtes reprobantes negant eorũ præ-
631 ſentiam,coadiuuantes verò affirmant † propriam eo-
rum intereſſentiam,& tunc coadiuuantes nihil operan-
tur , ſi nõ fuerint in ſufficienti numero ad validationem
actus requiſito, vt ſuperius, & ita poſt Cin.Caſtr.Felin.
Corrad.& Boſſ.conciliat Farinacc.vbi ſup.num.165.

Sin autem probata eſſet abſentia reprobantium in-
ſtrumentum iuxta eorum depoſitiones per alias proba-
tiones , vel eſſet probata abſentia coadiuuantium cõtra
eorum affirmatiuam,in vtroque articulo,etiam ſi vnius
tantum abſentia probata eſſet, vt aliàs diximus, inſtru-
632 mentum non ſolum reprobaretur † in ciuilibus,& nõ
probaret , ſed etiã falſum reputaretur in criminalibus ,
quamuis alij centum inſtrumẽtarij , aut extranei depo-
nerent pro inſtrumento,licet fuiſſet,vt dixi,vnus ſuper-
633 numerarius teſtis † reprobatorius inſtrumenti, cuius
probata eſſet abſentia per eum in reprobatione allega-
ta,ita Innoc.& omnes vnanimiter in d.c.cum Ioannes,
✱ quorum communem dicit Bellencin. ibidem nu. 163.
Foller.vbi ſupr. Boſſ.in d.tit.de falſ.nume.27.verſ.item
vnus teſtis neceſſarius. Io.Sicar.in l.in exercendis n.11.
C.de fid.inſtr.& Corrad.Styatic.& Mayner.quos,& in-
numeros alios probat Farinacc.vbi ſupra nume.161.ac
alij omnes,quos probauimus ſuperius nume.520.524.
529.& 530.

634 An autem notarius † faciet numerum in coadiuua-
tione inſtrumẽti taliter, quod numeretur in numero te-
ſtium, & an pro vno , vel duobus teſtibus reputetur , &
635 quam faciet probationẽ, † plenè Farinac.in d.q.158.
p.2.limit.4.nu. 167. cum multis ſequentibus , vbi qua-
tuor diſtinguit caſus;& in caſu quando teſtes inſtrumẽ-
tarij reprobantes cum coadiuuantibus ſunt in pari nu-
636 mero † pari qualitate, & conditione quamuis cũ coa-
diuuantibus concurrat depoſitio notarij , tamen ſi in-
ſtrumentum per hoc non erit falſum , erit enim omni-
nò inualidum, & non probabit Boer.deciſ.118.nu.11.
✱ & 27. teſtaturque de magis communi Doctor. opinio-
ne, & pro ea ſępius iudicatum; Demum quando reliqui
637 teſtes inſtrumentarij † ſunt mortui,aut tacent,viui ta-
men reprobant inſtrumentum , quorum ſi fuerit vnus ,
638 aut plures , & ſi ſit de neceſſarijs, † aut ſupernumera-
rijs , quæ probatio reſultet contra inſtrumentum latè
idem Farinacc.citato loco limit. 6.nume.178.cum alijs
ſeq.vſque ad finem partis ſecundæ eundem cõſulas ple-
nè more ſuo loquentem.

Vndecimò limitatur principalis cõcluſio ſuperius de-
cem alijs modis etiam limitata , eam non procedere in
639 inſtrumento, quod per præſumptiones,† & coniectu-
ras redditur ſuſpectum de falſo, quia illud nõ probabit,
illa ratione , nam ſuſpicio falſitatis in ciuilibus habetur
640 † pro veritate, vt probauimus in proximo præcedenti
capite titulo quinto , nume. 914. cum pluribus ſequen-
tibus .

Sed cõueniens iudicaui, referre, quot præſumptiones
requirantur , vt fides ſcripturæ tollatur , & ſecundò de-
ducere, quænam ſint iſtæ falſitatis ſuſpiciones , & con-
iecturæ,vel præſumptiones.

Ad primum, concluſiuè reſoluendo dico , duas præ-
641 ſumptiones † ſufficere ad tollendum fidem inſtrumẽ-
to quando ciuiliter agitur, Anan.conſ.49.nume.3.verſ.
nam duæ præſumptiones,Corrad.in pract.Rub.de Fal-
ſar.nu.38.Crauett.conſ.134.nu.39.Cacher.deciſ.117.
642 vbi falſitatis ſuſpicionem haberi pro veritate † ad tol-
lendam fidem inſtrumento, num.7.& nume.12.in fine
dicit ſufficere duas præſumptiones,Cęph.conſ.287.nu-
me.4.Gabr.de maleſic.lib.7.concluſ.6.num.5.Vini.de-
ciſ.81. qui idem pluries deciſum refert ſuſpicionẽ, ſcili-
643 cet falſitatis ſufficere in ciuilibus † ad tollẽdam fidem
inſtrumento, & demum num.10.probat duas ſufficere
644 præſumptiones,† Baiar.ad Clar.in §. falſum nu.233.
Ioſeph Ludouic.conclu.45.ampliat.6.Bertaz.conſ.91.
num.32.& conſ.411.num.2.& 14. Maſcar.concl.740.
nu. 45. & Hipp. Rimin.ac Decian. quos omnes congeſ-
ſit, & probat Farinacc.de falſit.quæſt. 152.octaua diſt.
numero 28.

Ad ſecundum reſoluendum, dico quamplurimas eſ-
645 ſe præſumptiones ,† quibus inſtrumentum vacillare ,
& fidem perdere , ſtatutum eſt , ſed eas referre eſſet la-
borioſum , & omninò inconueniens noſtræ tractatio-
646 ni; idcirco ſtudioſus lector eas omnes videre † poterit
penes Menoch. de præſumpt.lib.5. præſumpt.20.tota,
Neguſant.iuniorem conſ.aut quæſt.7.licet non ſic latè,
ſed latiſſimè penes Farinacc.de falſitat.quæſt.153.p.1.
tota,vbi de Apoſtilla.p.2.tota, vbi de cãcellatione,p.3.
vbi de interlineatione,par.4.vbi de abraſione par.5.vbi
647 quomodo prædicta procedant,par.6.de † diuerſitate
manus, & in ſequentibus partibus; ſed ſingularius,p.9.
& inſuper notabiliter more ſuo penes Ioſeph Seſſa. de-
ciſion. Aragon.128.tota to.2.omiſſis alijs, quia pleniſ-
ſimè per præcitatos authores materia totalis , dilucida-
tur,vt nihil omiſſum reperiatur, illos in occurrenti con-
ſulas,addo etiam Carroc.deciſ.66. & Morot.conſ.17.

Duodecimò limitatur non procedere in inſtrumen-
648 to † extracto ex protocollo occultato, vel quod nõ re-
peritur , quia petitum exhiberi de eo non conſtat, nam
ſi nõ probetur caſu omiſſum protocollum , tunc inſtru-
mentum ex eo reaſſumptum non probabit , ita de ma-
✱ gis communi opinione teſtantur Menoc. de adipiſcẽd.
poſſeſſ.remed.4.nu.742.& ſeq. Couarr.practicar.c.19.
nume.3.verſ.ſecundum etiam,qui demum contrarium
defendit,Card.Tuſc.concluſ.247.ver.inſtrumentum,&
alij quos cõgerunt,& ſequuntur Farinacc.d.q.153.p.8.
nu.142.& Seſſa deciſ.72.tota,to.1.ac Gratian. diſcept.
forenſ.tom.1.cap.187.num. 11. & de hoc iterum infe-
rius num.752.cum multis ſequentibus tractabitur.

Eoque fortius procedit concluſio quando inſtrumẽ-
649 tum non reperitur † in protocollo ſcriptum , & alia
inſtrumenta reperiuntur tamen protocollata in eodem
tempore , tunc ſine dubio inſtrumentum vti violenter
ſuſpectum non probabit, Gramat.deciſ.106.nume.37.
Couarr.d.c.19.num.3. verſ. quarto erit obſeruandum,
Cardin.Tuſc.in ver.originale num.38.& ſeq. Menoch.
citato remed.4.nume.736.& de præſumpt.lib.5. citata
præſumpt.20.num. 32.& alibi,quos ſequitur Farinacc.
d.p.8. nu.144. & in hac extenſione conueniunt omnes
✱ authores abſque contradictore.

Modificatur limitatio, vt non procedat quando caſu
650 fuit † omiſſum protocollũ , aut quomodolibet nõ ap-
pareat de eo,ſine lata culpa,& dolo notarij, quia negli-
651 gentia † circa cuſtodiam protocolli partem non affi-
ceret, ſed notarium, Maſcar.concluſ.740.nu.33.& 34.

Menoch.

Menoch. citato remed.4.nu.735. quos refert Farinacc. in d.p.8.num.134.ſed latius, & clarius Steph. Gratian. diſcept. forenſ.tom.3.c.468.nume.41.& 42. & tom.4. cap.653.num.65.

652 Sed quomodo cuſtodire teneatur notarius † quomodoque probet amiſſionem protocolli,& an originale primo loco ſcriptum antequã redigatur in libro protocolli de conſenſu partium valeat notarius lacerare, quandoque idem protocollum teneatur exhibere, plenè Farinacc.de falſ.q.154.p.3.tota.

Decimotertiò limitatur, in inſtrumẽto confecto per 653 notarium condemnatum de falſo, quod † nullam faciet probationem, Bart.in l.eadem lege, §.hac lege n.1. ff.ad l.Iul.repetund. Bal.in l.in exercendis num.6. verſ. tertio modo, & verſ.eſt abſurdum. C.de fid.inſtr.Ang. in l.iubemus n.3.C.de prob.Bart.Bal.Ang.Caſtr.Fulg. & Alex.in l.ſi quis ex argentarijs,§. cogentur.ff.de edendo, quorum communem opinionem dicit Alex.ibi n.6. Innoc.in c. fraternitatis nume.1.ante finem, de Heret. ibidemque Hoſtien.Io.Andr. Anchar. Marian.Soccin. Anan.& Felin.Corſet.ſingular.369.verſ.Tabellio Marſil.ſing.593. Affliĉt.in conſtitut. Regn. iudices vbique, num.11.Tiraq.de pęn.temper.cauſ.58.num.8.Add.ad Alciat.de præſumpt.reg.2.præſumpt.7.litera D.in verbo aſſeſſoribus,Pacian.de probat.libr.2.cap.22.nu.16. Oſaſc.deciſ.117.num.11.communem dicit Clar.§.fin. quæſt.73.nu.4. Maſcard.de probat. concluſ.1005.nume.45.Cardin. Tuſc.concluſ.100.ver.notarius num.6. & 7.& num.22.de communi opinione Add.ad Aretin. Ang.de maleſic.Bonifac.de Vital.Ferrbah.Ronchegall. Franc.Marc. Mõticell.& Hipp. Rimin.quos omnes cõgerit Farinacc. quæſt.155.par.3.de falſit.num.33.cum multis ſeq.idemque probat Guid.Papæ ſing.780.& alij vbique per tex.in l.ſi quis aliquid.C.de ſuſceptor.li.10. l.iudices, C.de dignit.lib.12.& l.ſi quis. C.de off. Præf. Præt.quibus iuribus illa probatur cõcluſio, quod delin-
654 quens in officio† priuatur officio, vt idem Farinac.vbi ſupra adnotat nume.37.& latius de deliĉt. & pęn.q.19. nume.42.& ſeq. à qua regula non diſcedendum, dixit idem Farinacc.in d.quæſt.155.nume.38. qui Doctores
655 loquuntur quando notarius † fuerit condemnatus de falſo pro delicto falſitatis cõmiſſæ in eius notariatus officio; probat hoc etiam licet breuius, Menoch. de præſumpt.lib.5.præſumpt.20.num.27.

Sed an ſi in ſententia non ſit expreſſum, quod officio
656 priuetur, inſtrumẽta confecta teneant,& valeant, †ſuper quo non eſt omnium vna ſententia cum Bar.in cõſ. 174.num.4.ſeq.par.1.incip. ſer Ioannes poſt Speculat. ibidem allegatum, Fulgoſ. in d.l. ſi quis ex argentarijs, §.cogentur num.5.ff.de eden. Nell.de Bannit.in 4.p.1. tempor.quæſt.51.aut 151.Firman.in repertor.ver.notarius,quos referunt Gabr. de probat. concluſ.8.nu.6. & Farinacc.in d.q.155.p.3.nu.40.opinionem Nell.ſequitur Follèr.in prax.crimin.ver. Banniantur num.39. & Marſ.in pract.§.aggredior nu. 108. & ſingular.200. num.2.quos ſequi etiam videtur Baiar. ad Clar.in §.fi. citata q.73.num.47. idemque probare cenſetur Tiraq. in l.ſi vnquam ver.reuertatur.C.de donat.numer.412.
657 dicant notarium condemnatum de falſo † poſſe conficere inſtrumenta,eaque valida eſſe ſi in ſententia prohibitio, & priuatio huiuſmodi non fuerit expreſſa.
658 Contrarium defenderunt † Bald. in l.in exercendis num.21.verſ.ſed Bar.dicit. C. de fid.inſtru.Ang.in l.2. §.miles,ff.de his qui not.infam. Caſtr. in l.ſi quis ex argentarijs num.3.ff.de eden.& in l. militibus nu.4. C.de teſtam.addentes ad Aret.inſtit. de cap.diminut. §. quibus autem,Caſtr.conſ.103.num.1.lib.2. Cagnol.in l.ſi librarius nu.66.ff.de reg.iur. Ferr.Gargiar.conſ.crimin. diuerſ.126.num.63.lib.1.Franc.Marc.deciſ.666.nu.1. p.1.& deciſ.299.nu.2.p.2. vbi de communi opin. Bertaz.conſ.21.nu.2.lib.1.Pacian.de probat.d.lib.2.c.22. nume.10.& ſeq. volentes in huiuſmodi ipſo iure priuationem induci.

Deciſio huius articuli pendet ab altero ſcilicet,an pę-
659 na † priuationis officij, quam quis propter deliĉtum in officio commiſſum incurrit, an ipſo iure, an medio ſententiæ, ſuccedat,ad cuius reſolutionem ſubintrat regula, quod pęna priuationis ipſo iure nunquam incurritur,niſi ſit expreſſa, ex cumulo allegatis per Tiraq. in d.l.ſi vnquam, diĉtoque verbo reuertatur num. 248. & alibi pluries, imò non reperiri legem dicentem ipſo iu-
660 re † quendam officio priuari,teſtatur Capic.dec.121. numero 23.

Attamen opinionem Bald. & ſequacium ſuperius ci-
661 tatorum volẽtium in huiuſmodi ipſo iure officij † priuationem eſſe induĉtam,eſſe veriorem, quia verba text. in d.l.ſi aliquid.C.de ſuſcept.lib.10.quatuor modis põderantur ad inducendam ipſo iure officij priuationem,
662 † primò quia vbi agitur de pęna iuriſdiĉtionis prohibitiua, reſpeĉtu officialis, ſemper dicitur in dubio ipſo
663 iure induĉta, ſecundò quia verba d. legis † ſunt direĉta in partem, & non in iudicem,ergo ipſo iure inducitur priuatio, tertiò,quia eadem lex vtitur diĉtione,rur-
664 ſus, † quæ cum videatur ſimilis diĉtioni, vlterius, importat idem,quod ipſo iure,quartò illa alia verba in eodem text.poſita ſcilicet, officium gerat, &c.præcedente vniuerſali negatiua nemo eorum, &c. habent de ſui na-
665 tura † annexam priuationem ideo ipſo iure, & non medio ſententiæ priuat, ita Tiraq. in d.ver.reuertatur, nu.61.179.& alibi, quem punĉtualiter refert Farinacc. de deliĉt.& pęn.citata quæſt.19.nume.47.vbi ſic etiam deciſum dicit in Rota, taliter quod declarata falſitate
666 per ſententiam,ob quam notarius condemnatur,† eo ipſo dicitur etiam priuatus officio ipſo iure,ita Farinac. in locis citatis,per tex.in d.l.ſi aliquid, prout idem ſimpliciter videtur ſequi doĉtiſs. Rom.ſuper pragm.13.de official.num.16.imò ex prædiĉtis apparet hanc opinionem non ſolum veriorem, ſed etiam receptiorem,atta-
667 men de veritate † dicetur inferius limitatione 16.nume.773.& 774.cum multis ſequentibus.

Extenditur hæc concluſio,vt procedat,quamuis alijs
668 etiam probationibus; probaretur † inſtrumẽtum verum, ita Bald. in l.iubemus num.6.verſ.ſi autem perſona eſt damnata.C.de probat.ibidemque Salicet.& Firman.in repertorio,quos citat, & ſequitur Farinacc.d.q. 155. par.3. nume.42. illa ratione, quia licet extrinſeca
669 † probatio probet tenorem, & inſtrumentum, tamen eo quod deficit notariatus authoritas, inſtrumentum
670 nõ poterit dici publicum † ratione nullitatis perſonæ, ita Bald.in allegata.l.in exercendis. C.de fid.inſtru.notatque Farinacc.in princ.d.p.3.

Reſtringitur tamen concluſio, ſi partes ſponte reciperent inſtrumentum celebratum per talem notarium
671 condemnatum, quia tunc † fides huiuſmodi inſtrumenti conualidatur, partium conſenſu, non in vim publici inſtrumenti, ſed tacitæ confeſſionis,conuentionis, & paĉti,vt probant Marian. Soccin.& Felin.in allegato cap.fraternitatis de hæret. Marſ.ſing.593.nume.2. Pacian.

cian.de probat.d.cap.22.num.23.lib.2. & Farinac.vbi
ſupra nu.75.nonnullas alias extenſiones; & longè plu-
res reſtrictiones congerit Farinacc.d.quæſt. 155.par.3.
tota de falſit.

Decimoquartò limitatur ſi duo inſtrumenta appa-
672 rerent † præſentata, confecta per notarium in eodem
facto, eodemque tempore, & illa apparerẽt diuerſa, vel
contraria, aut de repugnantia appareret in eodẽ inſtru-
mento præſentato, quia tunc non probaret, ſi vnũ fuerit
inſtrumentum continens contraria, & repugnantia in-
ter ſe, ſin autem fuerint duo, ſibi ipſis repugnãtia, neutri
crederetur, gloſ.in c.in memoriam il 3.diſtinct.19.Bal.
Franc.de Aret.& alij, quos probat Gramat. conſ.crim.
24.num.4.& 5.Maſcard.concluſ.740.num 41.Menoc.
de arbitr.caſ.187.num.43. & de præſumpt.lib.5.citata
præſumpt.20.nu.24.ac Bonifac. Monticell. Goffr. Spe-
culat. Ruin. Pariſ. Alba. Natt. Cęph. & Riminal. quos
omnes probat Farinacc. de falſ.quæſt.153.par.7.num.
121.quod procedere dicunt præcitati authores, etiam
673 ſi diuerſis temporibus † extracta à protocollo appa-
reant, ſi idem contineant factum, ſed diuerſis tempori-
bus, vt in ſpecie Adria. Neguſant.conſ.7.num.14.

Materia enim huiuſmodi limitationis plenè habetur
674 † penes Bal. in l.Imperator.ff.de leg.2. Alex.conſ.70.
lib.1.& latius conſ.190.libr.6.Vital.de Camban.in tra-
ctatu clauſular. in ſępius citata clauſula, aut verbo, de
errore notarij, § eſt videndũ il ſecondo, Boet.deciſ.252.
Cęph conſ.88.nume 6. Cin in l.in exercendis, C de fid.
inſtrum. vbi etiam Bald. Mayner. in l.vbi repugnantia,
ff.de reg.iur.& latiſſimè Cardin. Tuſc. practic. concluſ.
ver.inſtrumentum concluſ 248.249. 250. & in ver.ori-
ginale concl. 202. qui extendit concluſionem noſtram
675 etiam ſi inſtrumenta † repugnantia eſſent celebrata
per diuerſos notarios, modo vt hos refert Farinac.in al-
legata q 153.p 7 num.122.

Extenditur inſuper eadẽ concluſio tanto magis pro-
676 cedere, ſi inſtrumentum reaſſumptum † repugnabit
protocollo, aut ab eo ſit diuerſum, quia tanto minus
677 probabit, dum in dubio creditur protocollo † nõ au-
tem inſtrumento leuato, ad text.& ibi gloſ.in §.fi.auth.
de Tabell Bar Bal.Ang. & Caſtr.in l.Sempronius, ff.de
legat.2.l.ſi quis ex argentarijs, §. præter vbi Bart.& cę-
teri omnes, ff.de eden. Franc Marc.deciſ 163.nume.2.
& 9.& deciſ.164 nume.7 par.2. Cardin. Tuſc in citata
concluſ.202.nu.1.& 13. ac Pariſ.Soccin. Neuizan. An-
char Roman & Mandoſ.ad eum, Alexand.Bero.Boer.
& Cęph quos citat, & probat Farinac.vbi ſupra n.126.

Extenditur demum procedere quamuis inſtrumen-
678 ta diuerſa † præſentarentur per diuerſas perſonas, aut
per vnum producentem, quia ſemper recurrendum erit
pro vera probatione protocollo, & inſtrumentis extra-
679 ctis nequaquam datur fides, † ſed protocollo; ita Surd.
conſ.142.toto lib.1.& Gratian.diſcept. forenſ.citato c.
187.num.20.vſque ad finem, quicquid diſtinguit Gar-
gia.patroc.25. ſi contradicat protocollo.

Extenditur finaliter, vt non ſolum inſtrumentum nõ
680 probet, ſed etiam † eſt ſuſpectum de falſo, ſi originali
contradicat, Cęph conſ.287.num.11.& ſeq.lib.2. Car-
din. Tuſc.in ver inſtrumentum concluſ.247. nume.23.
Virg.Boccac. Alex. & Soccin. quos omnes congerit, &
ſequitur Farinacc.vbi ſupra num.126.

Reſtringitur tamen concluſio, quando repugnantia
681 non eſſet † in ſubſtantia facti, de quo videbis dicta per
nos in ſuperiori capite, tit.5.num.911.vbi tractauimus,
682 an inſtrumentum reprobatum in parte † cẽſeatur re-
probatum in toto, aut quando varietas non eſt nocibi-
683 lis, vel quando diuerſitas conſiſtat in verbis † tantum
Pariſ.conſ.28.num.37.lib.2.& nu.38.Natta conſ.314.
lib.2.Menoch.d.caſu 187.num.43.& Farinacc.vbi ſup.
num.132.reſtringitur alio modo, vt dicemus in limita-
tione 16.vbi alia ad materiam.

Decimòquintò limitatur in inſtrumento continente
684 inueriſimilia, † quod non faciet fidem, Abb.conſ.99.
nume.4.lib.1.Socc.conſ.28.nu.9.lib.3. Alba conſ.224.
ſub num.6 & ſeq & adden. ad eum Crauetta conſil.28.
134 & 75.latè; Natta conſ.633.num. 13. & ſeq.& nu-
me.18 lib.3. Neuizan.conſ.46.nu.14. Bertaz.conſ.91.
num.26 & conſ.411.nu 8. Cacheran. deciſ.117.nu.8.
Menoch de præſumpt.lib.5.citata præſump.20.nu.12.
& ſeq.Maſcard.concluſ.740.num.35.& 36.Ioſeph Lu-
douic deciſ.Lucenſ.13.numero 29.Cęph.Nouell.Port.
Imol.Decian.& alij relati per Farinacc. quos probat d.
quæſt.153.de falſitate par.9.num.176.& ſeq.probatq;
Sigiſm. Scaccia de iud.cauſ.ciuil.cap.11.nu.160.& nos
iterum tetigimus in ſuperiori capite tit.3.nu.102. cum
multis ſequẽtibus illa ratione, quia inueriſimilitudo di-
685 citur † imago falſitatis, & quod non eſt veroſimile di-
citur ſuſpectum de falſo, vt Abb.Campeg.Dec.Crauet.
Boſſ. Tiraq.Alber. Maſcar. & alijs allegatis notat Scac-
cia vbi ſupra num.163.prout inſtrumentum continens
686 † inueriſimilia dicitur ſuſpectum de falſo, Soccin.dic.
conſ.28.Crauett dicto conſ.28.Tiraq in l.ſi vnquam in
præfat.numer.48. verſ. quod quidem. C. de reuocand.
donat. Maſcard. d.concluſ.740.num.35.& Scaccia, ac
Farinacc.vbi ſupra.

687 At ſi diuerſa notantur exempla † inſtrumentorum
inueriſimilia continentiũ, penes quamplurimos ex præ-
citatis Doctor.& præcipuè penes Soccin.Alba.Crauett.
688 Menoch.& alios, tamen illud, quod erit † inueriſimile
arbitrio iudicis remittendũ ex multis, notauit Menoch.
de arbitr. caſ 85.nu.4. Verum regulandum erit ſecun-
689 dum iuris regulas circa veriſimilitudinem, † & inueri-
ſimilitudinem, quas retuli in ſuperiori capite tit.3.nu.
107.cum multis ſequentibus.

SVMMARIVM.

690 *Inſtrumentum reaſſumptum abſq; totius reaſſumptio-
nis ſolemnitatibus non probat, & quæ ſint reaſſumptio-
nis ſolemnia.*
691 *Inſtrumentum reaſſumẽdum debet eſſe prius redactum
in libro protocolli, & 692.*
692 *Conceſſio, & prouiſio ſubſecuta refertur ad ſupplicata.*
693 *Inſtrumentum, an reaſſumatur ſi reperiatur in liſta
Baſtardello, vel in alia parua ſcriptura.*
694 *Inſtrumentum, vt reaſſumatur ex ſcripturis non reda-
ctis in forma protocolli duæ conſiderari debent inſpe-
ctiones, & quæ.*
695 *Inſtrumentum repertum in filzis, et in alijs paruis ſcri-
pturis, exiſtentibus viuis notario, & alijs in numero
opportuno data culpa, vel dolo notarij non poteſt reaſſu-
mi, & qualiter.*
696 *Inſtrumentis non redactis in legitimo tempore in pro-
tocollo non creditur.*
697 *Inſtrumenta reperta in faſciculis carent requiſitis pro-
tocolli, & 698.*
699 *Inſtrumentum repertum in faſciculis, non exiſtentibus*

dolo,

dolo, vel culpa notarij poterit reaſſumi.

700 *Leges Regni circa reaſſumptionem inſtrumentorum, caſum mortis notarij, & teſtium conſiderauerunt. & qualiter.*

701 *Omiſſa ſi ſupplentur, & non ſcripta ſi ſcribantur, nequaquam vitiant.*

702 *Inſtrumenti validatio pertinet ad officium notarij.*

703 *Notario, quæ competant, quæ autem contrahentibus circa validitatem inſtrumenti.*

704 *Inſtrumenta ponere, illaque in protocollis redigere pertinet ad officium notarij, idemque de iure Regni ſtatutum eſſe, num. 705.*

706 *Notarij negligentia partibus nocere non debet, nec veritati præiudicare.*

707 *Notarius nunquam dicitur functus eius officio, niſi redacto inſtrumento ad perfectionem.*

708 *Notarius tenetur perficere inſtrumentum nō redactum in perfectionem.*

709 *Erroris circa imperfectionem inſtrumenti correctio fit per notarium.*

710 *Omiſſum corrigitur per notarium incontinenti, quod intelligitur ante quam inſtrumentum redigatur in mundum.*

711 *Inſtrumentum in mundum redigi dicitur, quando ponitur in protocollo.*

712 *Notarius ponendo inſtrumentum in protocollo dicitur perficere inſtrumentum, illudque incontinenti corrigere.*

713 *Inſtrumentum repertum in filzis poterit authoritate iudicis, etiam dato dolo, vel lata culpa notarij, reaſſumi.*

714 *Notario, iudice, & teſtibus in numero opportuno, viuentibus, partes non inſiſtunt, vt inſtrumentum ponatur in protocollo.*

715 *Notarius non ponens inſtrumenta in protocollo punitur tam de iure communi, quam de iure Regni.*

716 *Notarius omittens ſubſtantialia inſtrumenti punitur, remiſſiuè.*

717 *Inſtrumentum repertum in faſciculis ſi careat omnibus requiſitis, non poterit reaſſumi, ſecus ſi requiſita ſint de his, quæ cenſentur appoſita, num. 718.*

719 *Inſtrumentum repertum in faſciculis ſi vix poterit legi, non erit reaſſumendum, & 721.*

720 *Inſtrumentum repertum in faſciculis, ſi careat ſubſtantia non reaſſumetur, & 722.*

723 *Inſtrumentum repertum extra librum protocolli, quibus nominibus nuncupetur.*

724 *Inſtrumentum repertum extra protocollum varijs indicatur legibus.*

725 *Protocollum qualiter deſcribatur, & quomodo in praxi intelligatur.*

726 *Galterius diuerſimodè declarat protocollum, & non ſic latè, vt declarat Farinacc.*

727 *Protocollum dicitur à protos, quod eſt primum, & collum à collatione literarum, quaſi prima collatio literarum in charta.*

728 *Adam dicitur protoplaſma quaſi primo plaſmatus à Deo.*

729 *Stephanus Sanctus dicitur protomartir, ideſt primus martir poſt Chriſtum.*

730 *Protocollo potius creditur, quam reaſſumpto.*

731 *Protocollo potius credendum, quam matrici, ſeu originali, vel abbreuiaturæ, & 732.*

733 *Matrici, ſeu notulæ inſtrumenti originaliter ſtipulatæ potius credendum, quam protocollo.*

734 *Matrici, ſeu notulæ inſtrumenti magis credendum, quam protocollo, licet matrix careat ſigno, & notarij ſubſcriptione, ſed alias habeat perfectiones, & qualiter.*

735 *Inſtrumentum non poteſt reaſſumi à matrice, ſi illa diſcordat à protocollo, & qualiter.*

736 *Inſtrumentum de iure communi non reaſſumitur, niſi ab originali in mundum, & per extenſum in libro extenſorum redacto, quodq; expreſſius decernitur de iure Regni, num. 737.*

738 *Inſtrumentum adito iudice poterit reaſſumi de iure communi à matrice; & in Regno adito Excellentiſs. pro Rege, & qualiter.*

739 *Fides extracta à matrice inſtrumenti verificata in iudicio attenditur, & probat.*

740 *Inſtrumentum reaſſumptum ſecundum matricem diſcordantem à protocollo, an attendendum.*

741 *Facta multa tenent, quæ fieri prohibentur.*

742 *Inſtrumētum nequaquam poterit reaſſumi, niſi ex protocollo habente requiſita, cum de ſolemnitate inſtrumentorum requiratur protocollatio.*

743 *Solemnitas per legem, aut ſtatutum introducta eſt iuris publici.*

744 *Introducta ad formalem ſolemnitatem actus, pro bono publico ſtatuta ſunt, & partium pacto non poſſunt tolli, & 745.*

746 *Regula, vt facta teneant, quæ fieri prohibentur non habet locum, quando partes eiſdem renunciare prohibentur.*

747 *Facta, & facienda vitiantur, & prohibentur quando partium renunciatione non tolluntur.*

748 *Inſtrumentum reaſſumptum à matrice diſcordante à protocollo non probat, niſi requiſitis adhibitis, remiſſiuè.*

749 *Inſtrumentum reaſſumptum à protocollo, ſi diſcordet à matrice, tanquam ſuſpectum non probat.*

750 *Scripturæ ſi diſcordent neutri creditur, quia ſuſpicantur de falſo, donec veritas perquiratur, num. 751.*

752 *Inſtrumentum reaſſumptum non ſolum non probat, ſed etiam ſuſpicatur de falſo, ſi protocollum non inueniatur, aut ſcriptum in illo non reperiatur, contrarium num. 753. cum multis ſeq. de veritate verò in alijs numer. poſt.*

754 *Maſcard. notatur de dubio penes Scacciam.*

755 *Tex. in §. illud auth. de Tabell. procedit tantum in Ciuitate Conſtantinopolitana ſecundum quoſdam.*

756 *Sigiſm. Scaccia vtitur medijs Couarruuias illo non citato.*

757 *Inſtrumentum reaſſumptum protocollo non inuento, vel non ſcriptum in illo apparens, non probat, & de falſo ſuſpicatur ſecundum receptiſſimam opinionem.*

758 *Doctores negantes, reaſſumptum non probare, vel de falſo ſuſpectum, ſi non reperiatur ſcriptum in protocollo, aut ſi idem protocollum nequaquam inueniatur, loquuntur in matrice nuncupata per eos protocollum.*

759 *Protocollum qualiter differat à matrice, & in quibus.*

760 *Doctores confundunt voces matricis, & protocolli ſepe ſæpius.*

761 *Notarius rogatur per contrahentes, vt de contractu in ſcriptis conficiat inſtrumentum.*

762 *Inſtrumentum ſine protocollo non probat, & de falſo ſuſpica-*

ſuſpicatur, ſi caſu non probetur protocollum nõ reperiri.

763 *Diſpoſitionis in publicam formam redactæ, ſubſtantia, in prima ſcriptura conſiſtit.*

764 *Notarius poterit torqueri ſi protocollum non inueniatur, & caſu omiſſum non probetur.*

765 *Reaſſumptum ſi probaret abſque protocollo fruſtra quæreretur de pena notarij non habentis protocollum.*

766 *Notarius non habens penes ſe protocollum nequaquam punitur, ſi partes non lęderentur.*

767 *Scripturæ notarij aptæ ad nocendum, & ſi non lædant, tamen faciunt punire notarium extra ordinem.*

768 *Baldus in Rubr.C.de fid.inſtrum. ſaluatur, & interpretatur, vt loquatur in matrice, quæ, ſi non appareat, ſufficit protocollum.*

769 *Protocollum inſtrumentorum in Regno plures continet ſolemnitates.*

770 *Notarius quando venit puniendus ob protocollum non inuentum, omninò fatendum erit, reaſſumptum non probare, & ſuſpectum eſſe de falſo.*

771 *Notarius condemnatus de falſo, ſi non valet conficere inſtrumenta, poterit tamen confecta per eum ante condemnationem, ponere in protocollo, & 772. licet, quodammodo huiuſmodi inſtrumenta ſuſpecta reddantur, numero 773.*

674 *Notarius condemnatus de falſo non cenſetur ipſo iure priuatus eius officio ante ſententiam condemnationis.*

775 *Delinquens in officio nulla lege reputatur ipſo iure priuatus eodem officio.*

776 *Sententia condemnatoria delicti ſufficit, vt ex ea condemnatus, intelligatur etiam priuatus officio, in quo deliquit, & qualiter, & num. 777.*

REQVISITA AD INSTRVMENTORVM reaſſumptionem, & ſolemnia.

DEcimoſextò limitatur in inſtrumento, ſolemniter nullatenus ex protocollo reaſſumpto, ſolemniaq;
690 reaſſumptionis nequaquam continente, quod † non probabit, nec fidem faciet ex inferius citandis authoribus, ſed vt hæc limitatio apertius dignoſcatur, conueniens erit ſolemnia reaſſumptionis congerere, idcirco, vt inſtrumentum reaſſumptum probet, requiritur, &

691 Primò, quod inſtrumentum reaſſumendum † ſit prius per notarium redactum in libro protocolli, at ſi non redigatur, regulariter fidem non facere, probatur ex pleniſſimè traditis per Couarr. practicar.quęſt.c.19. nume.2.& 3.& de iure Regni poſt conſtit. Baiulos omnes ſtatutũ fuit per Regias pragmaticas, ſcilicet pragm. 2.de notarijs, & pragm.2.de fid.inſtrum.in qua vltima
692 ſupponitur in ſupplicatione, inſtrumenta debere † eſſe redacta in protocollis, vt fidem faciant, ideo conceſſio, & prouiſio ſubſequuta refertur ad ſupplicata, ad tex.in c.inter dilectos, §.ceterum de fid.inſtrumen.cum alijs adductis per Gram.deciſ.106.nume.31.& Galter. in ſua prax.inſtrum. Rub. vnica nume.4.fol.61.redigiturq; in protocollo cum omnibus requiſitis notatis per pragm.2.de notar.ſuperius citatam.

Super quo primo requiſito vtique conueniens erit,
693 quærere, an reaſſumptio concedatur † ſi inſtrumentum nõ reperiatur redactum in protocollo ad formam publicam relatam, ſed illud reperiatur in liſta, Baſtardello, aut in alia parua ſcriptura.

Pro cuius quæſtionis reſolutione, duæ veniunt conſiderandæ inſpectiones, ſcilicet illarum prima, quãdo no-
694 tarius iudex, † & teſtes in numero legitimo viuerent.

Secunda quando notarius iudex, aut teſtes ſunt mortui, aut aliqui ipſorum in numero per infraſcriptas leges municipales requiſito, & enunciato.

Prima inſpectio paucis abſoluitur, nam dato dolo notarij, ob quem nullum, aut pauca inſtrumenta redigeret in protocollo, ſed quaſi omnia teneret in filza, aut Baſtardello, & quod dixi de dolo, dico idem de lata cul-
695 pa notarij, ob quorum defectum dicerem † inſtrumẽta ſic reperta non poſſe in publicam formam reaſſumi, per ea, quæ in ſequenti inſpectione dicenda erunt, quia carerent debitis requiſitis, quæ requiri dixerunt leges Regni, & præcipuè, vt infra terminum præfixum rediganturin protocollis, ſtatuitur per pragm. 3. de nota-
696 rijs, & non redactis in protocollo † non credendum, quia in publicam formã redigi ea non valent, pragm.2. de fid.inſtrum.in ſupplicatione, licet loquatur quando
697 deficit † numerus viuentium teſtium, quia carent requiſitis, ex quo in ſimilibus inſtrumentis repertis in fa-
698 ſciculis nequaquam ponuntur ſolemnia, quæ † poni ſancitum fuit in protocollis, vt in pragm.prædicta 2.de notarijs.

Modificarem tamen hanc primam inſpectionem,
699 quando abeſſet † lata culpa, abeſſetque dolus notarij, quo in caſu ſemper per eundem notarium reaſſumuntur in publicam formam, quia demum per ordinem rediget inſtrumenta in protocollo, quia re vera leges Regni, & Doctores Regnicolæ caſum mortis notarij, &
700 teſtium tantum † conſiderauerunt circa reaſſumptionem faciendam de inſtrumentis repertis in faſciculis, & in alijs paruis folijs, eo quod omiſſio faciendorum non
701 vitiaret, † ſi facienda ſupplentur, & non ſcripta ſcribentur, ad tex.in l.1.in fine, ff.de vent.inſpic.l.vnum ex familia, §.vltimo, ff.de leg.2.ca.1.de ſponſal.nam validare, & aptare inſtrumentum, vt de iure valeat pertinet
702 ad officium † notarij, ad text.in c.fraternitatis de heret.ibique notata, latiſſimè in nonnullis locis Farin. de falſitate p.1.q.154.& ſeq.par. vbi habentur, quæ per-
703 tinent ad notarium, ipſiuſque officiũ, † quæ verò ad partes, ſed ponere inſtrumenta eaque in protocollo re-
704 digere abſolutè, & indiſtinctè pertinere ad † notarij officium, vt de iure communi id ſtatutum dicit inter alios Couarr.practicar.c.19.nu.2.ver.de his, & doctiſs. Rouit.in pragm.2.de notarijs nu.4. dicens illam pragmaticam concordari cum iure communi, demum in
705 Regno ſtatutum fuit † per præcitatam pragmaticam 2.de notar. vbi datur etiam forma conficiendi librum protocolli idcirco, vt ad inſtitutum redeamus, dico, dũ pertinet hoc ad officiũ notarij, ipſius itaque negligẽtia,
706 partibus non debet † nocere, nec veritati præiudicare arg.tex.in l.ſi quis in nomine, & l.error.C.de teſtam.
707 imò & fortius, ac in noſtris terminis, notarius † viuus non poterit dici functus ſuo officio, donec inſtrumentum perfecerit, imperfectum, & inutile eſſet inſtrumentum, ſi illud non redigeretur in protocollo, ideo tene-
708 tur, † quod imperfectum, & inutile eſt reſpectu ſui debiti officij, illud perficere, vtiliterque gerere arg.l.2.§. cum ita, ff. de opt. leg. denique huius erroris correctio
709 † cõceditur omni iure eidem notario, nam ſuperius in quarto requiſito, nu.303.& 304. diximus corrigi poſ-
710 ſe † per notarium eius omiſſiones incontinenti; & illud incontinenti diximus eſſe antequam inſtrumẽtum redigatur in mundum, at in mundum redigi inſtrumẽ-

tum

711 tum dicimus quando ponitur † in protocollo, vt ad-
notat Farinacc. de falſit. quæſt. 154. par. 3. numero 28.
verſ. Manuale inſtrumentum, idcirco ponendo inſtru-
mentum in protocollo dicitur perficere inſtrumentum
712 † illudq; vtiliter incontinenti corrigere ſuper his, quæ
ad ſui officium pertinent.

Modificatur ſecundò, hæc inſpectio, vt ea non pro-
713 cedat quando reaſſumptio fieret iudicis † authorita-
te, quia tunc etiam dato dolo, aut quauis notarij ne-
gligentia reaſſumuntur inſtrumenta etiam in filzis, &
paruis folijs exiſtentia, vt in ſequenti inſpectione vide-
bitur, in qua concurrit maior difficultas, adhibitis ad-
hibendis, vt ibi dicemus.

Modificatur tertiò, quia raro contigere poterit du-
714 bitatio ſuper hac inſpectione cum notario viuo † vi-
uiſque exiſtentibus iudice, & teſtibus videlicet in nu-
mero opportuno, reaſſumuntur inſtrumenta, & par-
tes circa debitum officium notarij non inſiſtunt, eo
quod notarius non redigendo ſua inſtrumenta in pro-
tocollo punitur tum de iure communi, tum etiam de
715 iure † Regni, vt habetur penes præcitatos, & ci-
tandos authores, & ſtatuitur in Regno per allega-
tas Regias pragmaticas, & de iure communi omit-
716 tens † notarius ſubſtantiales ſolemnitates punitur,
vt diximus ſuperius numero 330. & in terminis Afflict.
in conſtitut. Baiulos omnes, num. 91. & 92.

Comprobatur verò inſpectio, quando inſtrumen-
717 tum † repertum in illis faſciculis, aut in alijs paruis
folijs careret omnibus debitis requiſitis, ad notata
per Franc. Marc deciſ. 163. numero decimo, & ſequent.
parte ſecunda, Boer. deciſ. 252. nume. 8. Maſcard. con-
cluſ. 4. numero decimoquarto, & Sfort. Odd. conſil. 78.
ſub nume. 23. qui in ſimili caſu loquuntur, dummodo
718 requiſita non ſint de his, quæ cenſentur † apposi-
ta, & poſſunt apponi, vt aliàs in citato quarto requiſi-
to nos latiſſimè demonſtrauimus; & in ſpecie adnotat
in terminis noſtris Cæſar Barz. deciſ. 39. num. 44. & ſe-
quentibus; aut verò inſtrumentum in faſciculis reper-
719 tum, † ſit taliter defectuoſum, vt vix legatur, vel de-
720 ficiat in aliqua ſubſtantia, † quibus in caſibus ne-
quaquam poterit reaſſumi, ex notatis circa illegibili-
721 tatem † per Bero. conſ. 1. nume. 6. & ſequent. libr. 1.
Pariſ. conſ. 38. nume. 22. & 23. lib. 2. Menoch. de arbitr.
caſ. 187. num. 21. & ſequent. Maſcard. citata concluſ. 4.
num. 13. & Cardin. Tuſc. in ver. originale concluſ. 202.
num. 7. & 8. in ſimili loquentes, & circa ſubſtantialium
722 defectum, † Præſ. de Franch. deciſ. 567. nume. 2. tom.
quarto.

Repertum enim in faſciculis, aut in alio paruo folio
723 extra librum protocolli, licet varijs nominibus † nun-
cupetur per Noſtrates, nempe originale matrix, im-
breuiatura, notula, Broliardellum, Baſtardellum, &
alijs nominibus, vt eſt videre poſt Bald. Pariſ. Menoch.
Maſcard. Oſaſc. & Cardinal. Tuſc. per ipſum allegatos,
penes Farinacc. citata quæſt. 154. par. 3. numero 28. va-
rijſque legibus iudicetur, vt penes eoſdem authores,
724 tamen differt † à protocollo, quia iſtud dicitur li-
725 ber extenſorum, in quo notarius † poſt rogatum,
& ſtipulatum inſtrumentum in illa prima notula, ma-
trice, aut abbreuiatura cęterata, & abbreuiata illud
redigit in hoc libro protocolli, in mundum, & per ex-
tenſum, prout ſic aptius deſcribit Farinacc. vbi ſupra,
quicquid impropriè, aut propriè diuidendo adnotet

726 Galter. in d. ſua prax. ver. † vel reaſſumptum num. 7.
& 8 quamuis iuridicè, & non iniucundè loquatur; pro-
tocollum itaque omiſſa diffuſa, ſed ſatis ſingulari, &
plena explicatione, quam facit doctiſs. Couarru. pra-
727 cticar. citato cap 19 num. 2.) dico illud dici, † à pro-
tos, quod eſt primum, & collum, à collatione litera-
728 rum, & per hoc dicitur protocollū quaſi prima † col-
latio literarum in charta, prout Adam dicitur proto-
plaſma, quaſi primo plaſmatus à Deo, item Diuus
729 Stephanus † protomartir, ideſt primus martir, poſt
Chriſtum, vt referuut hæc omnia Azo in ſumma in au-
th. de Tabellion. ſub numero ſecundo idemque gloſſ.
ibi in §. illud. ver. protocollum, & Couarruu. cita-
to loco.

Circa autem proximè dicta quęritur, cui credendum
eſſet, ſi reperiretur diuerſitas, aut repugnantia inter
protocollum, matricem, ſeu primam notulam, vel ab-
730 breuiaturam, & inter reaſſumptum; † nos autem cir-
ca repugnantiam, aut diuerſitatem inter protocollum,
& reaſſumptum probauimus ſuperius in 14. limitatio-
ne nume. 676. & ſequent. credendum eſſe protocollo,
731 † & bene, ſed in hoc quæſito videntur idem decide-
re Franc. Marc. citata deciſ. 163. numero decimo, &
ſequent. Boer. deciſ. 252. num. 8. Menoch. in citato ca-
ſu 187. nume. 22. Maſcard. concluſ. 4. nume. 13. verſ. li-
mita hoc, & Sfortia conſ. 78. ſub nume. 23. dicentes
732 magis credendum protocollo tanquam debitis † ſub-
ſcriptionibus, ſigno, & alijs requiſitis, plenius exten-
ſo per notarium, quibus matrix, & abbreuiatura
caret.

Contrarium verius dixerunt Pariſ. conſ. 38. num. 22.
& 23. libro ſecundo, Bero. conſ. 1. nume. 6. & ſequent.
lib. 2. Ferr. Gargiar. conſ. crimin. diuerſ. 126. nume. 72.
lib. 1. & omnes relati per Menoch. d. caſ. 187. nume. 21.
& ſequen. & per Maſcard. vbi ſupra num. 13. quodque
probat Cardin. Tuſc. ver. originale, conclu. 202. num. 7.
733 & 8. dicentes potius credendum primæ matrici, † &
notulæ originaliter ſtipulatæ, & ſcriptæ per notarium,
quamuis fuiſſet calamo cancellato per tranſuerſum,
dummodo poſſit legi, vt Pariſ. & Bero. ac Maſcard. ſu-
* perius citati, quorum opinionem magis communi-
ter receptam eſſe teſtatur Farinacc. in allegata quæ-
ſtione 153. de falſit. parte ſeptima nume. 131. quam-
734 uis illa matrix † careat ſigno, & notarij ſubſcri-
ptione, dummodo ſit perfecta hoc eſt cum expreſſio-
ne teſtium, qui inſtrumento interfuerunt, & loci vbi
inſtrumentum celebratum fuit, & conſtet illam fuiſ-
ſe ſcriptam manu notarij ipſius, vt adnotat Farinacc.
vbi ſupra, hancque veram profitetur doctiſs. Ronit. ad
pragmat. 2. de notar. num. 19. quamuis loquatur inter
matricem, & authenticum, quia ſupponit ſemper eſſe
ſtandum matrici.

Sed attenta hac ſecunda opinione tanquam veriſſi-
ma, & receptiſſima infraſcriptos pro intelligentia pu-
taui eſſe conſiderandos caſus.

735 Primus enim erit quando diſcordat matrix † à pro-
tocollo, & tamen adhuc non eſt leuatum reaſſum-
ptum, & tunc dicas, reaſſumi non poſſe inſtrumen-
tum à matrice, licet potius matrici credatur, quia de
736 iure communi non reaſſumitur inſtrumentum † ni-
ſi ab originali in mundum, & per extenſum in li-
bro extenſorum redactum, vt probat Boer. citata
deciſione 252. numero octauo, & ex alijs præcitatis

authoribus adnotat Farinacc. vbi ſupra numero 131.
& de iure Regni eſt magis expeditum per citatam
737 † pragmaticam ſecundam de fid.inſtrument.vt ſupe-
rius notauimus, ex qua ſeruatur in Regno, reaſſum-
ptionem tunc concedendam, quando inſtrumentum
redactum eſt in protocollo, ſed creditori ſuccurritur
738 per aditum † habendum ad iudicem, & in Regno
ad Excellentiſs. Proregem, modo, vt in ſequenti in-
ſpectione dicemus, per quem conſtito de veritate, vt
inferius, prouidebitur, quod reaſſumetur ſecundum
matricem, aut præſentando fidem ſecundum tenorem
739 † matricis eam poterit creditor in iudicio ordinario
verificare, & obtinebit, vt ex Parid. de Put. notat do-
ctiſs. Rouit. ad pragm.primam de fid. inſtrument.nu-
mero duodecimo, quamuis in publicam formam non
poſſit reaſſumi.

Secundus erit caſus quando inſtrumentum eſſet re-
740 aſſumptum † ſecundum tenorem matricis, ſed diſ-
cordaret à protocollo; & tunc licet dici poſſit debe-
re ſubſtineri ob illam regulam ſcilicet, quod multa
741 facta tenent, † quæ fieri prohiberentur ad text. in
l. 2. §. biduum, ff. quando appellandum ſit cum alijs
concordant. adductis per Bald. Alberic. & Iaſon. in l.
patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui, &c. & per Dec. in l.
in ambiguis, §. non eſt nouum num. quarto, ff. de reg.
iur. tamen contrarium verius dicendum erit, quia de
742 ſolemnitate inſtrumentorum † requiritur protocolla-
tio, & de ſolemnitate ſubſtantiali, vt videtur penes
omnes præcitatos authores, & probatur per Regni
conſtitutiones, & pragmaticas ſuperius citatas; idcir-
743 co omnis ſolemnitas per legem, † aut ſtatutum in-
troducta eſt iuris publici ad notata in l. nemo poteſt,
ff. de leg. 1. & per Bald. in l. ius publicum, ff. de pact.
cum nonnullis alijs concord. & omnia, quæ ſunt ad
ſolemnitatem formalem actus ſtatuta, introducta
744 ſunt † pro bono publico, cui ideo ſolemnitati par-
tes non valent renunciare, nec per eorum pacta de-
745 rogari poterit, ad text. in l. quos prohibet, ff. de po-
ſtul. cum alijs ſimilibus adductis in ſimili per Parid.
de Put. de reaſſumpt. inſtrum. Rub. 4. & per hoc in il-
746 lis, in quibus partium renunciatio † locum non ob-
tinebit, neque locum obtinebit regula citata, vt fa-
cta teneant, quæ fieri prohiberentur, eo quod in hu-
747 iuſmodi prohibentur † fieri, & facta vitiantur, ita
Dec. in dict. §. non eſt nouum numero 11. ver. ſecus vi-
detur in fine prope num. 12. concluditur itaque in hoc
ſecundo caſu inſtrumentum reaſſumptum ſecundum
tenorem matricis, contra, aut diuerſum à protocollo
748 nequaquam probare, † niſi adhibitis, quæ in primo
caſu notauimus.

Tertius autem caſus, quando inſtrumentum reaſ-
ſumptum concordaret cum protocollo, ſed repugna-
749 ret matrici, & tunc † tanquam ſuſpectum de falſo
nequaquam probaret ex traditis per Doctores, quos ci-
tauimus ſuperius num. 680.

Demum quando apparet repugnantia inter diuer-
750 ſas ſcripturas ſemper ſuſpicio falſi oritur, † & neu-
tri creditur, ex traditis per omnes præcitatos autho-
res, & probant Gramat. conſil. crimin. 24. numero
quinto, & ſexto, ac Cephal. Natta Menoch. & innu-
meri relati per Farinacc. de falſit. dict. quæſtio. 153.
par. 7. princip. num. 121. & 122. quodque procedit do-
751 nec perquiratur † veritas, vt penes præcitatos au-
thores, & quos citat Farinacc. in allegato nume-
ro 122.

Inſuper attentis prædictis, oritur comprobatio li-
mitationis 12. notatæ ſuperius nume. 648. & ſequent.
752 vbi probauimus reaſſumptum non ſolum † non pro-
bare, ſed eſſe violenter ſuſpectum, ſi protocollum non
inueniatur, aut ſi in protocollo, originale reaſſumpti
non reperietur.

753 Verum contra limitationem reſponderunt † Co-
uarruias ibidem allegatus, & ante eum, Bald. in Rub.
C. de fid. inſtrument. ſub nume. 39. verſ. ſecundo quæ-
ro, & ſub numero 49. verſ. quæro dixi, Caſtr. conſil.
125. libro ſecundo ſub nume. 6. verſ. non obitatur,
Alexand. conſ. 175. ſub numero quarto libro ſeptimo,
Lanfranc. de Orian. in ſua pract. ver. inſtrument. pro-
duct. nume. 28. & Felin. in cap. cum P. Tabellio numero
ſecundo verſ. 2. quæritur de fid. inſtrument. qui om-
nes ſequuntur Bald. in loco citato, quorum commu-
✱ nem opinionem dicit Sigiſin. Scaccia de iud. cauſ. ciuil.
cap. vndecimo nume. 720. & ſequent. obiurgans, Ma-
754 ſcard. † in concluſ. 711. nume. 37. titubantem de hac
communi reſpondens poſt Bald. text. in §. illud auth. de
755 Tabellion. quem procedere tantum in ciuitate † Con-
ſtantinopolitana, authores dixerunt; verum hos om-
nes citauit Couarr in allegato ca. 19. num. 3. verſ. quod
✱ ſi aliqua ſcriptura, & verſ. primum vbi, & communem
etiam dixit, quem non allegauit Scaccia, ſed eo taci-
756 to † eiſdem vtitur medijs; eandem opinionem ſequun-
tur relati per Cardin. Tuſc. in ver. inſtrumentum, & in
ver. originale in pluribus concluſionibus, & nouiſſimè
veriorem opinionem dicit Stephan. Gratian. diſceptat.
forenſ. tom. 5. poſt hæc ſcripta viſus, capit. 877. nume-
ro 25. quicquid aliud ſentiat Farinacc. infra citando
loco.

✱ Sed limitationem magis communiter eſſe receptam
757 † probauimus dict. num. 648. & ab ea difficile eſſe re-
cedere dixit Menoch. in dict. remed. 4. citato in dicta li-
mitatione, eamque citatis infinitis authoribus veriſſi-
mam dicit Farinacc. de falſ. in dict. quæſt. 153. part. 8.
nume. 142. dicens aduertendum eſſe, Bald. in dict. rub.
C. de fid. inſtrument. eumque ſequentes, relatos per
✱ Couarruu. & Scacciam, (qui faciunt communem alle-
gatam per Scacciam, & Couarru. locis citatis,) loqui
758 in matrice, † & imbreuiaturis licet illam protocol-
lum nuncupent; & in huiuſmodi diſſerere protocol-
759 lum, & matricem, † ac in omnibus ſatis demonſtrat
idem Farinacc. quæſt. 154. part. 3. numero 28. vbi ex
dictis omnium authorum deducit differentias, & pro-
760 bat, eoſdem authores † ſæpe ſæpius confundiſſe has
voces, modo, vt & nos tetigimus ſuperius numero
✱ 423. & ſequent. & hanc magis receptam opinionem
ratione probat idem locupletiſſimus author in citata
parte octaua, citatoque numero 142. eo quod contra-
hentes in quolibet contractu rogant notarium, vt il-
lum per inſtrumentum conficiat in ſcriptis, ideo ne-
ceſſariò ſequitur, quod inſtrumentum ſine protocol-
lo non ſolum non probat, ſed ſi non probetur omiſ-
762 ſum caſu dicitur † ſuſpectum de falſo, & punitur nota-
rius modo, vt idem Bald. in citata Rub. & allegatis lo-
cis probat, cum ratione rationis, quia in prima ſcri-
763 ptura ſtat ſubſtantia † diſpoſitionis, eandemque re-
ceptiorem probat Gaſp. Theſaur. quæſtio. forenſ. 47.
libro tertio.

Ean-

Eandem magis receptam opinionẽ comprobo alia
ratione; nam Bald. & cęteri eum ſequentes omnes de-
mum dicunt, quod ſi non reperiatur protocollum po-
764 terit notarius † etiam torqueri ſi non probaret caſu
omiſſum, & acriter puniretur, dico itaque ego, quod ſi
reaſſumptum abſque protocollo probaret, fruſtra quæ-
765 reretur de tortura † in caſu non nocibili, & abſq; par-
tis lamentatione, & ſi leges dicerent notarium torquẽ-
dum præſupponerent per neceſſe partis præiudicium,
quo ſemoto, notarius ſic acriter non puniretur, imò
766 nulla pena eum puniri † dixerunt Affliẽt.deciſ.21.nu-
me.12.alijque quos referunt Honded.conſ.109.nume-
ro 55. & Ambroſin.deciſ. Epiſcop.Peruſ.25.par.1.nu-
me.32. & 33. aut quia tractatur de ſcripturis notarij,
767 quæ ſunt † aptæ ad nocendum, ideo eum extraordi-
nem puniendum, vt idem Honded. citato conſil. 109.
num.53.volum.1.& latiſſimè Farinacc.de falſit.quæſt.
150.par.12.tota; & per hoc non caderet tortura, idcir-
768 co, vt ſaluetur Bal. tenendum erit eum fuiſſe † loqu-
tum in matrice, quæ ſi non appareret ſufficeret proto-
collum, vnde fuit extractum reaſſumptum; ideo om-
ninò dicendum erit, hanc eſſe receptiorem opinionem,
& meritò ſequendam in iudicando, & conſulendo; &
769 eo fortius in Regno, in quo tot requiruntur † ſolem-
nitates ad confectionem protocolli, ideo propterea ſi
cadit tortura contra notarium non probantem amiſ-
ſionem protocolli, per neceſſe dicendum erit reaſſum-
770 ptum † ſuſpectiſſimum de falſo, illudque per hoc non
probare; verum hoc iudici arbitrarium dicerem ex cu-
mulatis ſuperius num.648. cum multis ſeq. ſtante opi-
nionum prædictarum diuerſitate.

Quæritur finaliter ad materiam huius primæ limita-
tionis, an notarius condemnatus per ſententiam de fal-
ſo, ſi non valet conficere in futurum alia inſtrumenta,
quæ non probare latè demonſtrauimus ſuperius in 13.
771 limitatione tota, poſſit, & valeat † ponere in proto-
collo inſtrumenta præterita celebrata ante condemna-
772 tionem; & eum poſſe, ac inſtrumenta eſſe valida † re-
ſponderunt omnes authores, vt teſtatur Couarr.d.cap.
19.nume.5.concluſ.quinta in fine, verſ.fatentur tamen
omnes, idemque teſtantur Baiard.ad Clar.§.falſum nu-
me.245. Pacian.de probat.lib.2.cap.22.num.20. Car-
dinal.Tuſc.in ver.notarius concluſ.100.num.11.& 22.
& innumeri, quos omnes probat Farinac.de falſit.alle-
gata quæſt.155.par.3.nume.43. licet aliqualiter etiam
773 ſuſpecta † reddantur hæc præterita inſtrumenta, vt
✱ poſt Gargiar. & Baiard. communem etiam dicit Fari-
nacc.vbi ſupra num.44.

Sed huiuſmodi occaſione, iterum redeundo ad alle-
gatam 13 limitationem, & propriè ad notata in nume-
ro 659. cum ſequentibus vſque ad numerum 668. ex-
cluſiuè, velim ea intelligas, vt notarius de falſo accuſa-
774 tus, † & conuictus, nequaquã ipſo iure cenſeatur pri-
uatus officio notariatus ante ſententiam condemnatio-
nis de falſo in eodem officio, eo quia nulla lege caue-
775 tur, vt delinquens † in officio, ipſo iure cenſeatur pri-
uatus eodem officio, vt bene deduxit Capic. citata ibi
deciſ.121.num. 23. ſed non requiri ſententiam expreſ-
776 ſiuam priuationis, ſed tantum † condemnatoriam
delicti, dixerunt Bart. Angel. Ioan.de Platea Iacob.Re-
buff.Caſtrenſ. Alex.Iacob. de S.Georg. Iaſ. Bald.Dec.
Afflict. Tiraquell. Aluar. Clar.& Franc. Marc.quorum
✱ Alex. Dec.Clar.& Franc.Marc.communem dixiſſe, te-
ſtatur Rota Romana in tribus eius nouiſſ.deciſionibus,
quas congerit integraliter Farinacc. conſil.5. volum.1.
num.36.37.& 38. ac nume.42. vſque ad nume.49. vbi
poſt diſputatum articulum, modo, vt idem Farinacc.di-
ſputauit in locis per nos in dict. limitatione 13. citatis,
Domini Rotæ auditores dupliciter articulo diſcuſſo, &
diſputato modo prædicto deciſum retulerunt; idemque
ſimpliciter verum dicit Rouit. ad pragmat.3.de notar.
nume. 6. citans Farinacc.& deciſiones Rotæ allegatas,
vltra alios, quos probauimus in d.limitat.13. ideo ſub-
777 ſequuta condemnatione de falſo per ſententiam † cõ-
tra notarium delinquẽtem, falſumq; committentem in
eius officio abſque expreſſione priuationis officij, non
poterit idem notarius exercere tãquam tacitè per ean-
dem ſententiam priuatus ex præallegatis.

SVMMARIVM.

778 *Inſtrumentum qualiter reaſſumatur ex liſta, vel fil-*
za, notario viuo, teſtibus, & iudice mortuis, remiſ-
ſiuè.
779 *Inſtrumentum repertum in filza, mortuis notario iu-*
dice, & teſtibus qualiter reaſſumatur; quid ſi viuat
iudex ad contractus, & vnus teſtis, vel duo teſtes vi-
uant, num.780. aut viuo notario, vel illo mortuo, nu-
mero 781. remiſſiuè.
782 *Inſtrumenti reaſſumptio in omnibus caſibus qualiter*
fiat.
783 *Inſtrumenti reaſſumptio facienda de protocollo, leues*
dubitationes continet.
784 *Inſtrumenti reaſſumptio facienda de folio reperto ex-*
tra protocollum varias opiniones continet.
785 *Inſtrumentum repertum in faſciculis filzis liſtis, aut*
Baſtardello notarij mortui qualiter reaſſumatur, &
quid quando reperiretur in aliquo folio ſeparato à præ-
dictis liſtis, & filzis num.786.
Inſtrumentum repertum in faſciculis carens expreſſione
diei loci, & teſtium, vel ſubſtantia contractus, nequa-
quam poterit reaſſumi, 788. & 789.
790 *Inſtrumentum repertum in faſciculis, vbi dicitur eo-*
dem die, & coram eiſdem, ſi præcedant alia, poterit
reaſſumi.
791 *Inſtrumentum repertum in faſciculis, vel alijs liſtis,*
vel Baſtardello, in quo dicitur eodem die, & coram
eiſdem, tunc poterit reaſſumi, quando aliud præcedit
inſtrumentum, & faſcicula, vel liſtæ ſunt ligata ad
modum libri.
792 *Inſtrumentum repertum in faſciculis Baſtardello, vel*
liſtis continens loci, diei, & teſtium expreſſionem, ac
contractus ſubſtantiam, poterit reaſſumi, & qua-
liter.
793 *Thomas Gramaticus deciſ. 206. intelligitur quando*
inſtrumentum repertum extra protocollum aliquo re-
quiſito careat, & 794.
795 *Inſtrumentum repertum in folio ſeparato à faſcicu-*
lis, & ab alijs abbreuiaturis continens omnia requi-
ſita in originali, nequaquam poterit, ſecundum ali-
quos reaſſumi, quia eſſet mera chartula, declara, vt
numero 796. de veritate verò declarationis num.797.
& ſeq.
798 *Inſtrumentum repertum in folio, ſeparato à faſciculis,*
ſeu abbreuiaturis, ſed illud reperiatur confuſum cum
alijs ſcripturis in ſceda notarij ſpectantibus ad ſcedam,

ſi requiſita contineat poterit reaſſumi.

799 *Præſes de Franch. deciſ. 567. loquitur in folio reperto extra ſcedam, & ſeparato à faſciculis.*

800 *Inſtrumentum poterit reaſſumi ex abbreuiatura reperta in ſceda, & 802.*

801 *Inſtrumentum, an reaſſumatur ex abbreuiatura redacta in folio ſeparato à faſciculis, ſed reperta in ſceda; iudicis arbitrio remittitur.*

803 *Inſtrumentum non poteſt reaſſumi ex folio ſeparato à faſciculis, & extra ſcedam notarij reperto.*

804 *Inſtrumentum protocollatũ formiter, poterit reaſſumi, prout iacet in protocollo, & non aliter.*

805 *Inſtrumentum reaſſumi debet in pergameno cum deſcriptionibus, & ſubſcriptionibus iudicis ad cõtractus, & teſtium, ac cum ſigno notarij, & alijs.*

806 *Notarius reaſſumens inſtrumentum notarij mortui non poteſt abbreuiaturas extendere, ſed tantum tranſcribere debet; & quando ſunt extendendæ, qualiter fiat extenſio.*

807 *Inſtrumentum ſemel reaſſumptum poterit reaſſumi, & 808. & reaſſumetur abſque partis citatione numero 809.*

810 *Reaſſumptionis iudicium requirit, vt opponens de falſitate teneatur ſpeciem falſitatis declarare.*

811 *Reaſſumptio non impeditur per vitium viſibile, & qualiter.*

812 *Beneficia, an concedantur in iudicio reaſſumptionis.*

813 *Notario ſcribenti in margine protocolli, inſtrumentum eſſe reaſſumptum, & parti traditum creditur.*

814 *Reaſſumptio inſtrumenti, an requirat iudicis authoritatem remiſſiuè.*

815 *Inſtrumentum reaſſumitur, notario, & vnico teſte viuentibus.*

816 *Inſtrumentum quietationis qualiter reaſſumatur vnico tantum teſte viuente.*

817 *Reaſſumptio inſtrumenti, notario profugo, vel aliter impedito, an fiat iudicis ordinarij authoritate abſque diſpenſatione, & quid de notario mentecapto numero 818.*

819 *Reaſſumptionis inſtrumentorum materia penes quos authores tractetur.*

QVo ad ſecundam autem inſpectionem diuiſam
ſuperius num. 694. ſi notarius viuit, & iudex ad
778 contractus, & teſte † ſunt mortui, ſeruatur diſpoſitio
pragmaticæ primæ de fid. inſtrum. ſin autem mortuus
ſit etiam notarius, & tunc ſeruatur diſpoſitio alterius
779 † ſequentis pragmaticæ ſecundæ de fid. inſtrument.
ſin verò viuat vnus teſtis, & iudex ad contractus, aut
780 duo teſtes, & ſit viuus notarius, poterit † ille reaſſumere
alijs in locum demortuorum aſſumptis, ſed ſi notarius
ſit mortuus, reaſſumetur per alium notarium,
781 poteſtatem † habentem in priuilegio, vel ſeruabitur
forma tradita per Regnicolas, & precipuè per omnes
relatos per doctiſs. Rouit. in commentarijs nouiſs. ad
allegatas pragmaticas, præſertimq; nouiſſimè tradunt
Galterius in ſua praxi inſtrumentar. Rub. vel reaſſumptum
tota, & Molfeſ. ad conſuet. Neap. p. 10. quæſt. 13.
782 tota, tom. 2. penes † quos habetur forma totalis reaſſumptionis,
illos conſulas in occurrenti, & de forma
precipuè meritiſs. Reg. Tap. ad conſt. Baiulos, & omnes
in ſuo ius Regn. de fid. inſtrument. libro tertio.

783 Sed ſuper reaſſumptione facienda † de inſtrumento
reperto in protocollo cũ ſuis requiſitis exiguæ oriuntur,
& leues dubitationes, at verò ſi tractabitur de reaſſumendo
inſtrumentum repertum in aliquo folio nõ
redactum in protocollo, tunc varij varia ſcripſerunt,
784 † vt eſt videre penes Gram. Caſtr. Menoch. Capic. Peregr.
& alios relatos per D. Rouit. ad citatam pragm. 2.
de fid. inſtrum. inter quos Peregr. ſeptem congerit caſus
in deciſ. 33.

Tu tamen duos tãtum diſtinguas caſus, & illum pri-
785 mo, quando inſtrumentum † reperiretur in faſciculis,
filzis, liſtis, aut in Baſtardello notarij mortui.

786 Secundus verò quando reperiretur in aliquo † folio
ſeparato à prædictis abbreuiaturis.

Primus caſus ſubdiſtinguitur, nam aut inſtrumẽtum
repertum in faſciculis, & in prædictis abbreuiaturis nõ
contineret perfectionem, ſcilicet diei loci, & teſtium ex-
787 preſſionem, aut non contineret † ſubſtantiam contractus,
vt circa loci, & teſtium expreſſionem loquitur
Farinacc. de falſit. quæſt. citata, 153. par. 7. num. 131. &
788 de ſubſtantia contractus † loquitur Præſ. de Franch.
deciſ. 567. num. 2. & Cardin. Mantica, quos citauimus
ſuperius, limit. 5. num. 470. & tunc nequaquam poterit
789 reaſſumi, † vt adnotant pręcitati authores, imò Farinacc.
loquitur in caſu maioris difficultatis.

Modificatur tamen id, quod diximus circa defectum
diei loci, aut teſtium, & non procedat ſi dicatur in in-
790 ſtrumento, † eodem die, vt coram eiſdem, & tamen
folium inſtrumenti reperiatur in faſciculo, in quo præcedens
folium contineat diem, & teſtes; quia vtique reaſſumeretur
ex traditis per Doctor. in l. ſi quis ex argentarijs,
§. initium, ff. de edend. dummodo Baſtardellus,
791 aut faſcicula † ſint ligata ad modum libri, vt poſt
Bart. in d. §. initium nume. 22. aduertit Surd. conſ. 187.
to. 2. num. 34. & 35.

792 Aut verò contineat prædicta omnia, † & tunc non
obſtantibus adductis per Gram. in citata deciſ. 106. tota,
reaſſumetur inſtrumentum adhibita cauſæ cognitione
illa ſummariè tradita per præcitatos authores, vt
porrigatur memoriale Excellentiſs. Proregi, per quem
committitur prçſidi Sacri Conſ. aut Sac. Conſ. per quem
prouidetur, aut committitur, modo, vt referunt Molfeſ.
& Galterius vbi ſupra, & capta informatione de commiſſis
prouidetur, quod reaſſumatur, quicquid in contrarium
deducat Gramat. vbi ſupra, cuius deciſio pote-
793 rit procedere † quando inſtrumentum repertum in
faſciculis careret omni ſolemnitate, & requiſito, vt conciliando
reſpondit Galter. vbi ſupra nume. 18. referens
fuiſſe contra deciſ. Gramat. deciſum in Sacro Conſ. nouiſſimè
Regio Conſiliario Freccia, vt adhibitis adhibẽ-
794 dis poſſit reaſſumi inſtrumentum repertum in † dictis
abbreuiaturis, quodq; communiter in praxi receptum
eſſe in Regno teſtatur Molfeſ. in citata quęſt. 13. nu. 14.
idque procedere etiam de iure communi, poſt Cardin.
Tuſc. & alios probat idem Molfeſ. vbi ſupra nume. 15.
& poſt Par. de Puteo teſtatur D. Rouit. in citata pragmat.
2. de fid. inſtr. nu. 15. fuiſſe de ſtilo Regni latè Cæſar
Barz. deciſ. 39. tota.

Secundus caſus vtique ſubdiſtinguitur; nam aut inſtrumentum
repertum in illo folio ſeparato contineat
omnia, quæ requiruntur in quolibet originali; aut verò
contineret, ea tantum, quæ continentur in huiuſmodi
abbreuiaturis, notis, aut matricibus poſitis in faſciculo,
vel in Baſtardello, aut filzis.

In

795 In primo caſu ſubdiſtincto, quamuis † ex Præſid.
de Franch. in citata deciſ. 567. & ex alijs probet Molfeſ.
non poſſe reaſſumi inſtrumentum repertum in aliquo
folio ſeparato à faſciculis liſtis, vel filzis, vel Baſtardel-
lo, quia eſſet mera chartula, nec fidem faceret, tamen
ego dicerem Doctores prædictos loqui quando folium
796 † illud ſeparatum nõnullis extrinſecus indigeret pro-
bationibus, ſed ſi in iudicio reaſſumptionis probaretur,
illum folium eſſe ſcriptum manu notarij mortui, & ve-
ritatis aliqua alia concurrerent adminicula, ac omnia
requiſita eſſent ibi deſcripta, dicerem poſſe reaſſumi;
ſed quia reputatur inualida illa charta, ſic ſeparata,
797 vt adnotant præcitati authores, ideo cogitabis † quo
ad reaſſumptionem tantum, quia in ordinario iudicio,
ſecus eſſet, vt aliàs diximus.

Attamen ſi illa charta ſeparata à faſciculis reperia-
798 tur † in ſceda notarij, & confuſa cum omnibus alijs
ſcripturis ad ſcedam ſpectantibus dicerem abſque ſcru-
pulo poſſe ab ea reaſſumi inſtrumentum, tum quia ca-
ſus propoſitus per Præſ. de Franch. citata deciſ. 567. ex-
primitur ibi quando folium, ſeu quia folium illud ſepa-
799 ratum inuentum fuit in quadam arca ſeparata † à fa-
ſciculis; tum etiam quia ex abbreuiatura reperta in ſce-
800 da reaſſumi poſſe † inſtrumentum, ſufficereque re-
pertam eſſe in ſceda, vt de ea reaſſumptio fieri poſſe,
deciſum dicit facundiſs. Viſcont. ad Præſ. de Franc. in ci-
tata deciſ. quæ omnia ego dicerem remittenda eſſe iu-
801 dicis arbitrio, cui committitur † reaſſumptio, vt vi-
ſa informatione de notarij legalitate, ac de alijs admi-
niculantibus veritatem illius matricis, valeat ille, vt in-
ris, prouidere, quia arbitrio iudicis committendam re-
aſſumptionem inſtrumẽtorum ex iſtis abbreuiatis ma-
tricibus etiam non ſolemnibus, reſponderunt Bartol.
Crauett. & Bero. quos probat Cæſar Barz. deciſ. cita-
ta. 39. numero 66. quamuis deciſio relata per Viſcont.
vbi ſupra probetur etiam ex dictis per Surd. conſ. 187.
volum. ſecundo numero 36. vbi dicit ſufficere ſcriptu-
802 ram Notarij † eſſe repertam in ſcripturis notarij de-
functi.

Secundus verò caſus ſubdiſtinctus paucis explicabi-
803 tur, eo quod à tali † chartula tanquam fidem non fa-
ciente, & vti non reperta in faſciculis, & cum alijs in-
ſtrumentis ſcedæ, nequaquam reaſſumitur inſtrumen-
tum, ita Præſ. de Franch. & Molfeſ. in locis citatis, & in
ſpecie Surd. vbi ſupra num. 36.

Requiritur ſecundò, (vt redeamus ad requiſita reaſ-
ſumptionis) qualiter protocollato inſtrumento cum
omnibus requiſitis per pragmaticam 2. de notarijs, quę
aliàs fuerunt per nos in alijs deductis requiſitis enarra-
ta, & enarrãtur demum per Galterium citato loco nu-
mero vndecimo, & ſequent. confecto itaque libro pro-
804 tocolli formiter, requiritur, vt dixi: vt † reaſſumatur,
& exempletur vnà cum additionibus, vel interlineatio-
nibus, & cancellationibus ibi exiſtentibus, ſi quæ erunt,
& prout iacet, Præſ. de Franch. deciſ. 485. numero quin-
to, & doctiſs. Reg. Tapia ad d. conſtit. Baiulos, & om-
nes numero 6. in tit. de fid. inſtrument. lib. 3. ſui, de iur.
Regn.

805 Requiruntur finaliter, vt exempletur in † charta
pergamenea cum deſcriptionibus, & ſubſcriptionibus
iudicis teſtium, & cum ſigno notarij, ac cum omni-
bus alijs requiſitis ſuperius in prima limitatione no-
tatis.

806 Notarius verò reaſſumens † inſtrumentum notarij
mortui non valet abbreuiaturas extendere, ſed ſolum
debet tranſcribere Bald. in citata Rub. de fid. inſtrum.
quæſtione quarta, & ſi eſſent extendendæ qualiter fiat
extenſio Præſes de Franch. in citata deciſ. 567. & Seſſ.
deciſ. 83. numero ſeptimo, & an inſtrumentum ſemel
807 † reaſſumptum, (quod poſſe reaſſumi dicunt omnes,
etiam mortuis notario iudice, & teſtibus, etiam prag-
matica circumſcripta, omnique alia municipali lege,
vt poſt Parid. de Puteo de reaſſumpt. inſtrum. Rub. 20.
refert doctiſs. Rouit. ad pragmat. 2. de fid. inſtrument.
numero ſeptimo, probatque Seſſa citata deciſ. 83. nu-
mero 12. & ſequent. quicquid de contraria obſeruantia
808 † teſtetur Guid. Papa deciſ. 2. quia contra eum loqui-
tur eius additio, & omnes citati per Seſſ. vbi ſupra, ſed
in Regno nulla cadit dubitatio,) reaſſumatur abſque
809 † partis citatione, quod ſic reſpõderunt omnes, quos
probat Seſſa vbi ſupra; an teneatur ſpeciem falſitatis
810 † declarare opponens de falſitate in hoc iudicio reaſ-
ſumptionis Capic. deciſ. 79. an impediatur reaſſumptio
811 ob vitium viſibile in ſcriptura reaſſumenda, quod nõ,
ſed facta reaſſumptione prouidebitur in iudicio ordi-
nario pro ea, Præſ. de Franch. dict. deciſ. 485. an autem
812 concedantur beneficia † in iudicio reaſſumptionis,
quamuis ſummario Anna ſing. 255. citatus ab omni-
813 bus regnicolis; an credatur notario ſcribenti † in
margine inſtrumentum fuiſſe ſemel reaſſumptum, &
parti traditum, quod ſic Pariſ. de Puteo vbi ſupra, &
Galterius in dicta Rubr. vel reaſſumptum numero 38.
814 & an requiratur † iudicis ordinarij authoritas Galter.
vbi ſupra numero 37. ſed melius Seſſa dict. deciſ. 83. in-
815 ſtrumentum reaſſumitur etiam ſi vnicus tantum † te-
ſtis viuat, ac viuat notarius, Vrſill. ad Afflict. deciſ. 48.
numero tertio, inſtrumentum quietationis reaſſumi-
816 tur † etiam vno teſte viuo capta informatione de te-
ſtibus alijs fide dignis, modo vt declarat Minad. deciſ.
12. penes quem habentur requiſita reaſſumptionis, &
817 notario aufugiente, † vel aliter impedito, an iudex or-
dinarius abſque diſpenſatione valeat committere alio
notario reaſſumptionem, Afflict. deciſ. 6. & de nota-
818 rio † mentecapto Præſ. de Franch. deciſ. 300. finali-
819 ter, reaſſumptionis materiam habebis † penes præ-
citatos authores, & vltra eos Guid. Papa citata deciſ. 2.
19. 118. 122. & Boer. deciſ. 36. Franc. Marc. deciſ. 163.
par. 2. & deciſ. 517. parte prima Oſaſc deciſ. 16. Put. de-
ciſ. 159. libro primo, & deciſ. 152. libr. 3. Minſig. obſer-
uat. 73. cent. 4. Capic. deciſ. 29. deciſ. 171. & deciſ. 192.
Couarr. practic. quæſt. cap. 21. Boer. deciſ. 254. Muta ad
pragmaticas Sicil. tit. 24. tom. 1. de offic. notarior. fol.
271. & penes alios innumeros, quos ſciens prætereo,
quia non eſt noſtrum, vt dilatemur in his; adde Mi-
nad. deciſ. vndecima, & Dom. Rouit. conſ. 91. numero
ſecundo, & ſequent.

S V M M A R I V M.

820 *Inſtrumentum confectum per Notarium vaſallum non prodeſt, nec nocet Baroni, & 821. & 822.*

823 *Inſtrumentum confectum per Notarium vaſallum nocet Baroni ſecundum Molfeſium, dicentem rationem cap. Ladiſlai, ex quo prohibetur Notarius inſtrumenta conficere, eſſe Baronalem timorem, quem ceſſare dicit contra eundem Baronem.*

824 *Notarius etiam contra ſe ipſum poterit conficere inſtrumentum remiſſiuè.*

825 Ratione ceſſante ceſſat diſpoſitio.
826 Molfeſius concludens inſtrumentum validè confici per notarium vaſſallum contra Baronem reijcitur.
827 Statutum, aut lex fundatum ſuper aliqua ratione, illa ceſſante ceſſabit ſtatutum, & 828.
829 Capitulum Regni, Ladiſlaus circa prohibitam inſtrumentorũ celebrationem per notarios vaſallos caſus diſſimiles comprehendit tanquam vniuerſales continens dictiones, & de intellectu eiuſdem capituli, 830. 831. & ſeq.
832 Publico fauore conſiderato per legem, aut ſtatutum; ſi ratio ſtatuti ceſſat, non ceſſabit ſtatutum.
833 Inſtrumentum confectum per notarium vaſallum probat contra Baronem in vim taciti pacti, & conuentionis, Barone volente.
834 Inſtrumenta confecta per notarium vaſallum tenent de iure communi.
835 Inſtrumenti confecti per notarium vaſallum tenore probato non obſtabit eiuſdem inſtrumenti inualiditas.
836 Inſtrumento vitiato non vitiatur contractus in illo cõtentus.
837 Renuncians inſtrumento non cenſetur renunciaſſe contractui in illo contento.
838 Inſtrumento nullo creditor poterit vti probationibus factis ſuper tenore inſtrumenti, cum hoc caſu probationes probant non inſtrumentum num. 839.
840 Inſtrumentum confectum per notarium vaſallum nequaquam poterit via ritus liquidari, aut aliqua via exequi, etiam ſi eius tenor probetur, cum non illud probet, ſed teſtes, & 841.
842 Obligationes penes acta validè fiunt per notarium vaſallum.
843 Molfeſius tenens obligationes penes acta non poſſe confici per notarium vaſallum reprehenditur.
844 Teſtamenta, & codicilli validè conficiuntur per notarium vaſallum, contrarium, & verius nume. 845. & ſequent.
846 Inſtrumentorũ appellatione teſtamẽta cõprehendũtur.
847 Falſitas magis ſuſpicatur in teſtamentis, quam in alijs ſcripturis, cum illa maiori ſolemnitate celebrentur.
848 Fabius Annius Regius conſiliar. confutatur, & laudatur.
849 Teſtamentum nomine contractus non continetur.
849 Contractus, & inſtrumentum differunt.
850 Statutum loquens de contractu extenditur ad teſtamentum.
851 Inſtrumentum dicitur charta, in qua actus deſcribitur.
852 Cantractus dicitur ille actus, quem partes celebrant, vt puta venditio, locatio, & huiuſmodi.
853 Inſtrumentum differt à contractu in illo contento; contra num. 854. de veritate num. 856.
855 Baldus in l. teſtamentum num. 4. C. de teſtam. dilucidatur, & num. ſeq.
856 Contractus nihil commune habet cum inſtrumento.
857 Inſtrumenti nomine ſtricto ſumpto vocabulo continentur teſtamenta, & codicilli.
858 Inſtrumenti definitio comprehendit teſtamenta, & codicillos, & 859. & 860.
861 Teſtamentum dicitur publicum inſtrumentum.
862 Contractus appellatione ſi veniat teſtamentum, fortius illud venire appellatione inſtrumenti.
863 Inſtrumenti publici appellatione per ſtatutum facta venit qualibet ſcriptura per publicum notarium facta, & qualiter in his procedat opinio Barbati.
864 Falſitatis committendæ ſuſpicio facit extendere ſtatutum ad omne illud, ad quod lato ſumpto vocabulo extendi poterit, etiam in correctorijs, & exorbitantibus, & 865.
866 Statutum diſponens in vno extenditur ad aliud, ſi vtrumque fuerit pariſicatum per ius commune per modum regulæ.
867 Teſtamentum, & inſtrumentum pariſicantur per modum regulæ per legem communem.
868 Dictio omnia comprehendit ſimilia, & diſſimilia, continetque ea, quæ non comprehenderentur, num. 869.
870 Scripturæ appellatione publica, & priuata continentur.
871 Teſtamentum continetur appellatione ſcripturæ publicæ.
872 Scriptura publica dicitur quando publica authoritate conficitur, ſcilicet per notarium iudicem, & teſtes.
873 Teſtamentum per publicum notarium conficitur cum iudicis ad contractus, & teſtium interuentu.
874 Obligationes penes acta ſub nomine publicarum ſcripturarum veniunt, & tamen non prohibentur confici per notarium vaſallum, & 875.
876 Obligationes penes acta non continentur appellatione publicarum ſcripturarum comprehenſarum in cap. Regni Ladiſlaus, quia in publicam formam non rediguntur.
877 Teſtamenta rediguntur in publicam formam.
878 Digreſſiones fieri debent quando ſunt vtiles.
879 Inſtrumentum mutui facti filiofam. de reſtituendo in maiori ſumma poſt obitum patris, non probat tanquam inualidum; & procedit etiam ſi reſtitutio fuerit facta in eadem ſumma, num. 880.
881 Inſtrumentum factum contra filiumfam. pro quouis cõtractu nullam fidem facit; imò, & contractus erit nullus num. 882.
883 Inſtrumentum nonnullis caſibus non probat, remiſſiuè.

INSTRVMENTA CONFECTA PER Notarium vaſallum, an probent pro Barone.

DEcimoſeptimò limitatur in inſtrumento confe-
820 cto per notariam vaſallum, quod † non prodeſt
Baroni, nec eidem nocebit, Anna ſingular. 244. per cõſtitutiones Regni in locis demanij, & lege præſenti; ac & per c. Regni Ladiſlaus, quod capitulum comprehendere tam inſtrumentum celebrandum pro Barone, quã contra, ante Annam probauit. Afflict. in d. conſtitut. Regn. in locis demanij num. 15. verſ. ſed mihi occurrit, idemque comprobarunt Præſ. de Franc. deciſ. 118. doctiſs. Rouit. conſ. 91. num. 11. Molfeſ. ad conſuet. Neap. tom. 2. par. 10. quæſtio. 12. tota, Dom. Compater meus Capibl. de Baron. de pragmat. 1. num. 346. cum multis ſequent. reprehendens Frecciam de contraria obſeruantia, teſtantem, & bene, eo quod omnes Regnicolæ,
821 capitulum, conſtitutiones, † & deciſiones in Regno
ſuper hoc ſeruari modo iam dicto, teſtantur, prout & idem comprobant, Scaglion. rit. 163. nume. 44. generaliter tamen loquutus, & Campagn. in citato cap. Ladiſlaus, aut non ſine prudentis; ſituato per Campagn. in nume. 289. Galter. in ſua prax. inſtrumentar. ver. in publica forma, &c. nu. 19. alijque addentes ad dictum cap. inter alios, Conſiliar. de Bott. ibi.

Extendi-

Extenditur Concluſio, vt inſtrumentum non probet,
822 nec pro Barone, nec contra Baronem, † vt adnotant omnes præcitati authores, prout cum eiſdem ita concluſum fuit in limitatione.

Contra extenſionem reſpondit Molfeſ. in loco cita-
823 to, dicens † rationem, qua factum fuiſſe Capitulum Ladiſlai incip. ſine prudentis, eſſe nè ob dominorum timorem Notarij falſa conficerent inſtrumenta, ponerentque inuſitatas clauſulas, indebitaque, & inſolita pacta apponerent, & conſequenter contrahentes deciperent, ſed rationem iſtam ceſſare dicit Molfeſ. cum
824 notarij † etiam contra ſe ipſos validè inſtrumenta conficiunt, vt nos probauimus ſuperius numero 55. Ampliat. 13. & Dominus Capiblanc. loco citato refert ſimpliciter Molfeſium hoc probantem, ſed eo relato digreditur ad diuerſos terminos, concludit itaque Mol-
825 feſ. quod ceſſante † ratione, debet ceſſare diſpoſitio cap. prædicti.
826 Sed extenſio communiter † ab omnibus tenetur, &
* contra communem Regnicolarum opinionem ac contra deciſiones relatas loquutus eſt Molfeſ. cuius opinio ſi robur reciperet ex illa ſatis vulgata regula, nempe le-
827 gem, † aut ſtatutum fundatum, aut fundatum ſuper aliqua ratione, illa ceſſante, ceſſare legem, vel ſtatutum,
828 † ad tex. in l. adigere §. quamuis. ff. de iur. patr. cum infinitis concordant. adductis (poſt Euerard. inferius allegandum) per Tiraq. in tract. ceſſante cauſa &c. litera L. numero 130. Attamen, ſtantibus vniuerſalibus di-
829 ctionibus, † quibus vtitur Rex in illo capit quæ comprehendunt etiam caſus diſſimiles ad tradita per Aug. Barboſ. in dictione 206. & ſtante ratione expreſſa in eodem ſtatuto, reſpiciente publicum fauorem, ne ſcilicet
830 iura, & actiones ſuppreſſa † veritate diſpoſitionum ob timorem Notariorum ſubditorum veritatem ſcribere extendere, aut reaſſumere ab inſtrumentis ſcriptis, iuſtè
831 timentium, deperdantur, & vt effrenata † licentia Baronum, & Notariorum in huiuſmodi cohiberetur, ac ex alijs verbis exiſtentibus in d. cap. publicum reſpicientibus fauorem, ſtante itaque publico vtilitatis fauore,
832 nunquam ſtatutum † ceſſat, ſi ratio ceſſabit, prout per tex. in l ſi quis in graui, & per notata ibi per Bar. ac per Bal in l. prima, C. de prec. imp offer. probat Nicol. Euerar. in ſuis mod. argum. in loco à ratione legis ſtrictæ, ſeu limitata, fol. 110. & 111. verſ. iſtud tamen fallit, & in limitationibus in quarta limitatione, & vt latius notatur per Farinac. in prima. par. fragm. crimin. verb. extenſio num. 79. cum infinitis ſeq.

Modificatur verò extenſio, vt ea nullatenus procedat:
833 quando vaſallus præſentaret inſtrumentum † contra Baronem volentem, ſeu confitentem contenta in eo, quo in caſu obtinebit vaſallus non in vim inſtrumenti nulli declarati per dictum capit. Sed in vim taciti pacti, & conuentionis per ea, quæ probauimus ſuperius limit. 15. num 671.
834 Reſtringitur verò limitatio, vt ea nequaquam † procedat de iure communi, quo iure valent huiuſmodi inſtrumenta confecta per Notarium vaſallum, vt probat idem Molfeſ. citata quæſt 12. in principio, quæ reſtrictio ſine difficultate procedit.

Reſtringitur ſecundò, quando per teſtes fuiſſet probatus tenor inſtrumenti, quo probato, licet inſtrumentum ſit ratione ſolemnitatis nullum, tamen reſpectu
835 voluntatis, dicetur diſpoſitio † in illo contenta benè probata, ex qua poterit condemnari obligatus debitor, vt nonnullis medijs, pluribus deciſionibus adductis probat Dom. Capiblanc. in citato loco; ſicque in illa audientia deciſum, ea ratione, quia vitiato, & annullato
836 inſtrumento, † non vitiatur, nec annullatur contractus, ſi modò de eo appareat, vt vltra allegatos authores per D. Capibl. probant Tiraq. qui alios citat in tract. de retract. lign. §. 2 gloſ 1. num. 2. verſ. & vt magis, & Scaccia infra citandus.

Comprobatur reſtrictio, nam etiam ſi aliquis renun-
837 ciaret † inſtrumento ſui crediti, non per hoc cenſeretur renunciaſſe credito contento in prædicto inſtrumento renunciato, ſed tantum probationi, & paratæ executioni, quæ concederentur publico inſtrumento, vt poſt Felin. & alios probant Tiraq. citato loco, Maſcar. concluſ. 1270 num 9. & Sigiſm. Scaccia de iudic. cauſ. ciuil cap. 5. numero 163. verſ corroboratur ſecundo, ac Surd. deciſ. 277. num. 5.
838 At prædicta velim intelligas, vt creditor † vti non valeat inſtrumento iam totaliter annullato, ſed vti poterit probationibus teſtium in ordinario iudicio examinatorum, quia in prædictis caſibus non erit inſtrumentum,
839 quod probabit, ſed teſtium depoſitio, † vt implicitè ſupponit D. Compater Capibl. vbi ſupra & ſupponunt omnes præcitati authores, & latiſſimè, clariuſque Soccin. conſ. 274. inc. p. in cauſa Dominæ Liſæ ſub num. 2. lib. 2. ac alijs citatis; aduertunt Modernus in tract. de proceſſ. execut. par 3. cap. 1. num. 133. & Sigiſm. Scaccia aliàs per nos in ſimili allegatus in ſuperiori capite tit. 8. num. 2781. cum multis ſequentibus.

Ex quibus infertur, inſtrumentum taliter confectum
840 † non habere executionem paratam, nec liquidari poſſe via ritus, aut alio executiuo modo, nec illius probatione creditorem iuuari, docet Sigiſm. Scaccia in allegato tract. cap. 11. num. 1094. & dicetur licet generaliter, inferius in ſequenti conſideratione, dico inſtrumentum confectum per Notarium vaſallum, aut quolibet alio modo nullum verificatum per teſtes, quia ſunt
841 teſtes, † qui probant non autem inſtrumentum.

Reſtringitur tertiò, vt non procedat in obligationi-
842 bus penes acta † ſtipulatis, quæ probabunt, validèque fiunt per Notarium vaſallum, vt deciſum dicit Præſ. de Franch. citata deciſ. 118. Fab. Anna ad patrem in allegato ſingul. 244. & omnes præcitati authores, in ſpecie Dom. Capibl. vbi ſupra poſt Card. Tuſc. per eum citatum, quicquid contrarium firmando dicat Molfeſ.
843 † eodem citato loco, adducens Præſ. de Franch. in allegata deciſ. 118. non aduertens, Præſidem de Franch. contrarium determinaſſe, & ſecundum hanc reſtrictionem in Sacro Conſ. dixiſſe, deciſum, ſequiturque Dom. Marchio Tapia ad capit. prædictum, ſub titulo de fid.
* inſtrum. lib. 3. iuris Regn. num. 5 idcirco decipitur Molfeſ. adducens Præſ. de Franch. vbi ſupra, & Riccium in collectan. 187. qui pro hac reſtrictione loquuntur; cauendum per hoc erit à Molfeſio, malè ſcribentes pertendente.
844 Reſtringitur quartò in teſtamentis, & codicillis † quæ poſſunt confici per Notarium vaſallum, Fab. de Anna in addit. vbi ſupra, ſequitur Dom. Capibl. in citato ſuperius loco, ſequuntur demum Galter. in d Rub. in publica forma ſumptum, fol. 41. numero 20. ac alij regnicolæ.
845 Contra hanc reſtrictionem † reſpondit oculatiſſimus D. Marchio Tapia in proximo ſuperius citato loco, numero 3. & ſeq. per infraſcripta media videlicet, & primò,

mò, ob ponderationem faciendam illorum verborum
exiſtentium in tex. illius cap. Regni Ladislaus, ibi *inſtru-*
menta, & ſcripturæ, nam inſtrumentorum appellatione
846 † teſtamenta comprehenduntur, ad tex. in l. 2. in prin
cipio cum gloſ. ff. quemadm. teſtam. aperiant. proba-
turque hoc ex dictis per gloſ. Andr. Barth. de Capua, &
Affl. ad conſtit. Regn. inſtrumentorum robur, dum te-
ſtamenta ſub verbo inſtrumenta, comprehendi tra-
dunt, idque tradi per eundem Affl. deciſ. 270. poſt nu-
merũ 6. facitque etiam, quia ratio illius capituli, quæ eſt
847 ne falſitates committantur magis viget † in teſtamen-
tis, quæ ob talem ſuſpicionem maiori ſolemnitate cele-
brantur ad tex. in l. hac conſultiſſima. C. de teſtam. hæc
meritiſs. ille Marchio, & Regens citato loco.

Ego non tantum opinionem doctiſſimi Domini
Marchionis Tap. vti veriſſimam amplector, & indiſtin-
ctè amplectendam dijudico, ſed miror de contraria
848 opinione, habente authorem Annium † illum iunio-
rem, iureconſultum ſua tempeſtate ſubtiliſſimum, ac
alios ſequaces non minoris ingenij, eoquod duplici la-
borat infirmitate, dictum Bal. in l. teſtamentum nume-
ro 4. C. de teſt. cuius authoritate mouetur conſiliar. An-
na in citata addit. ad ſingular. paternum 244. vno &,
primo; quia illud Bald. dictum non applicabitur facto,
849 dum ille dicit an nomine contractus † contineatur te-
ſtamentum, & magiſtraliter more ſuo decidit, non con-
tineri poſt gloſ. ibi, ex euidenti diuerſitate inter vnum,
& aliud; hoc enim dictum facto noſtro non applicabi-
tur, vt dixi, quia non parum differunt contractus, & in-
ſtrumentum, vt patet inferius numero 853. & per hoc
nihil referret, ſi appellatione contractus non veniret te-
ſtamentum.

Altero, & ſecundo laborat vitio Bal. dictum in alle-
* gata l. teſtamentum, quia contra eum magis commu-
niter reſponderunt authores, vt poſt gloſ. Item & Bar-
thol. de Capua, ac alios antiquiores, teſtatur Afflict. in
citatis locis, ac poſt Marant. & reliquos probat Vrſil. ad
850 Affl. in d. deciſ. 260. dicentes † ſtatutum loquens de
contractu extendi ad teſtamentum.

Pro opinione verò Bal. facit, nam inſtrumentum dif-
851 fert † à contractu, quia inſtrumentum dicitur illa char-
ta, in qua deſcribitur actus per contrahentes celebratus;
contractus verò eſt ille actus, quem partes celebrant, vt
852 puta venditio, permutatio, locatio, & huiuſmodi, vt
poſt Bar in l. ſi quis legatum numero 2. ff. ad l. Corn. de
falſ. Bald. & alios, probat Surd. deciſ. 277. numero 3. &
ſequent. deducitque Dom. Rouit. ad pragmaticas, Ru-
bric. de fide inſtrum. in principio, meritò enim Bald. in
d. l. teſtamentum diuerſificauit contractum à teſtamen
853 to, quia verè † ille differt ab inſtrumento.
854 Contra autem † Bald. opinionem faciunt, quæ con-
gerit pro ratione, Affl. in d. conſtit. Regni inſtrument.
robur numero 3. vbi pluries in Sac. Conſ. deciſum te-
ſtatur de veritate autem inferius numero 856. cum
ſeq.

Sed omiſſis his & ſimilibus diſceptationibus, ex alio
855 dico opinionem Bal. in d. l. teſtamentum † concluſio-
nem noſtram nullatenus turbare, idque ſic probabo;
nam aut opinio Bald. vera non eſt, prævaletque contra-
ria receptior, & res ſopita eſt contra Annium, & ſequa-
ces, tanquam contra receptiorem, & veriorem opinio-
nem loquutos; aut verò opinio Bal. eſſet verior, & tunc
ex traditis per eundem Bald. ibi & per Doctiſs. Rouit. in
856 Rub. de fid. inſtrum. ſuperius citatum, nihil † commu-
ne habet contractus, cum inſtrumento, ſed vnius ab alte
ro differt, modo vt nos etiam ſupra numero 836. & ſe-
quen. probauimus, ideo ſi verè prout veriſſimè diffe-
runt, nihil refert, ſi appellatione contractus non veniat
teſtamentum, cum cap. Ladislaus nullam de contracti-
bus faciat mentionem, ſed de inſtrumentis, at ſuperius
cum Bar. Surd & Rouit. diximus, inſtrumentum dici il-
lam cartam, in qua deſcribitur actus à contrahentibus
celebratus, ideo euidenter patet nomine inſtrumenti
857 ſtricto ſumpto † vocabulo contineri teſtamentum,
vel codicillum, eo quod vtique charta dicitur, in quo
deſcribitur diſpoſitio teſtatoris ab illo celebrata, & id
apertius probatur ex traditis per nos in principio huius
858 tituli, vbi definitur † inſtrumentum, & quidque illud
continere diximus, ſcilicet eſſe quodlibet ſcripturarum
859 monumentum † ad res geſtas pertinentium, & vt ibi,
ex quibus dignoſcitur definitionem inſtrumenti conue-
860 nire teſtamento, † quod ſcripturale monumentum ad
geſtam diſpoſitionem pertinens dicitur.

At omiſſis mendicatis medijs, id probatur per alle-
gatum text. in l. 2. ff. quemadm. teſtam. aper. ſtatuen-
861 tem, teſtamentum † publicum inſtrumentum dici:
862 Idcirco ſi appellatione contractus venire † etiam te-
* ſtamentum ex ſuperius citata communi, probauimus;
quid fortius appellatione inſtrumenti, cuius nomine
ſtricto ſumpto vocabulo venit quælibet ſcriptura pu-
blica inſtruens, vt in principio huius cap. notatum fuit,
863 imò appellatione publici inſtrumenti † facta per ſta-
tutum venit quælibet publica ſcriptura per publicum
Notarium confecta; Seſſa deciſ. 181. tom. ſecundo nu-
mero quarto, cum multis ſequent. etiam in ſtricta ſigni-
ficatione; ex quibus dignoſcitur non eſſe perpetuò vera,
quæ in hac materia cumulauit Barbatus de aſſiſt. præſt.
gloſ. quarta, poſt hæc ſcripta viſus, licet in caſu compro-
miſſi notabilia dijudico.

Inſuper, ſubſiſtente eadem ratione timoris falſitatis
committendæ in materia quantumcunque ſtricta, ſtatu-
864 tum † comprehendit omne illud, ad quod extendi po
terit lato ſumpto vocabulo, vt eleganter probat Oſaſc.
Pedemontanus deciſ. 67. num. 9. quodque etiam proce-
865 dere in correctorijs, & exorbitantibus † dixerunt Bar.
Roman. Roch de Curt. Soccin. Gozadin. Iaſ. Calcan.
Imol. & alij relati per Crauet. de antiquit. temp. par. 4.
in principio num. 81. 83. & 84 idemque probat, & com-
* munem opinionẽ dicit Villalob. commun. opin. litera
E. num. 154. Villagut. Euerar. Rol. Natta, & alij quos
omnes probat Farinac. in fragm. crimin. par. 1. ver. ex-
tenſio num. 247. & ſeq. fortius enim in his, quæ ſtricto
ſumpto vocabulo veniunt.

Finaliter comprobatur opinio Doctiſſimi Regentis
* Tap. contra Ann. iuniorem; per illam communem con-
cluſionem; nam quando per ius commune duo pariſi-
866 cantur per modum regulæ, ſtatutum † diſponens in
vno habet locum in alio, ad tex. in l. ſi quis ſeruo alieno.
C. de furt. & ſer. corr. Soccin. in l. 1. ff. de leg. 1. Viui. in
* ſuis commun. opin. ver. ſtatutum, & communem dicit
Oſaſc. vbi ſup. Honded. conſ. 75. nu. 25. vol. 1. Villalob.
vbi ſupra, & infiniti, quos probat poſt Euer. & Villagut;
Farinac. in citato loco nu. 202. cum multis ſequent. id-
867 circo teſtamentum non ſolum parificatur † cum in-
ſtrumento, ſed etiam dicitur, vero ſumpto vocabulo, in-
ſtrumentum. d. l. 2. ff. quemadm. teſt. aperiantur.

Fortificatur comprobatio, quia Rex in citato cap.
Ladislaus vtitur dictione vniuerſali, ſcilicet (omnia in-
ſtrumenta

ſtrumenta &c.) & per hoc non ſolum in illa dictione,
868 † omnia, comprehenduntur ſimilia inter ſe inſtrumenta, ſed etiam diſſimilia, vt poſt infinitos relatos probat Auguſtin. Barboſ. de diction. dictione 207. num. 1. poſt Ricc. deciſ. Archiepiſc. 287. num. 1. & 4. par. 2. &
869 inſuper continet ea, quæ † non comprehenderentur, Ant. Monach. deciſ. Florent. 69. num. 9.

Deinde vt diximus, Rex in illo cap. vſus fuit non ſolum verbo inſtrumenta, ſed etiam ſcripturæ, dicendo omnia inſtrumenta, ſcripturæ &c. ex quo verbo, ſcripturæ, omnis tolleretur amaritudo (ſi ob aliquam difficultatem amara redderetur noſtra concluſio) quod negatum ſuperius fuit; eo quod appellatione ſcripturæ,
870 † quælibet publica, & priuata continetur, ad notata per Speculat titu. de inſtrum. edit §. nunc dicendum in principio, & Papienſ. in prax. in forma productionis inſtrum. in gloſ. exhibens num. 12. ac per Canoniſt. in c. 1. & 2. de fid. inſtrum. & per alios ex noſtratibus, quos
871 omitto, at teſtamentum † comprehendi ſub nomine ſcripturæ publicæ, patet ex dictis præcitatorum authorum declarant cum extrema ſcripturæ publicæ, & probatur ex tex. & per notata in eo in d. l. 2. ff. quemad. teſt. aper. ac nullus eſt, qui negare hoc auderet, idcirco quid inde, nam actus publicus, ſeu ſcriptura publica dicitur
872 † quod fit authoritate publica, ſcilicet cum interuentu Notarij, iudicis, ac teſtium, vt probatur per Regiam pragm. 2. de contract. ibidemque Doctiſs. Rouit. & te-
873 ſtamentum ſic conficitur, vt expreſsè notatur in d. pragmat. ideo nulla remanet difficultas, in hac opinione.

Nec ſecundò amareſcit concluſio, eo quod obliga-
874 tiones † penes acta, vtique appellatione publicarum ſcripturarum veniunt, vt præcitati authores firmant, & in ſpecie poſt Speculatorem, Scaccia de iudicijs cauſ. ciuil. cap. 11. num. 1171. & in ſequenti titulo latius dice-
875 mus; & tamen poſſunt per Notarium vaſallum † confici, nec ſub nomine inſtrumentorum, ac publicarum ſcripturarum in d. capitulo Ladislaus, comprehenduntur, vt probauimus ſuperius reſtrict. 3. numero 842. & ſeq.

Quia reſpondetur, nam ideo non comprehenduntur
876 in citato cap. quia non ſunt in publicam formam † redigendæ, vt requirit cap. predictum, modo vt poſt Præſ. de Franch. citata deciſ. 118 docet doctiſs. Marchio Ta-
877 pia vbi ſupra num 5. teſtamenta † verò rediguntur in publicam formam; ergo ex diuerſis non fit illatio; & ſit ſatis dictum ſuper hoc, nec inconueniens iudicabitur
878 hæc & ſimilis digreſſio cum fuerint in illa nonnulla notabilia cumulata.

879 XVIII. Limitatur in inſtrumento confecto † ſuper aliqua quantitate mutuata filiofamilias cum promiſſione reſtituendi poſt obitum patris in maiori ſumma; quod vti nullum non probat, nec aliquam fidem facit, ad tex. in pragm. 1. de contract.

880 Extenditur limitatio etiam ſi reſtitutio † mutui, eſſet, in eadem ſumma mutuata facienda; toto tit. ff. & C. ad Macedon. quia ex tali inſtrumento nulla oriretur fides.

Extenditur ſecundo, non ſolum in contractu mutui,
881 ſed etiam † in omni alio contractu, quia inſtrumentum contra filiumfamilias pro quouis alio contractu regulariter dicitur in Regno nullum, ad tex. in pragm. 2. ad Macedonian.

Extenditur tertiò, vt non ſolum inualidetur inſtru-
882 mentum, ſed etiam annulletur † contractus circa omnia prædicta, vt iuribus citatis; ſed de his omnibus ſuo particulari titulo dicemus latius.

Nonnullas alias congererem limitationes, ſed abſtinui facere, ne opus promiſſum dilatetur circa extranea,
883 Verum ſtudioſus lector nonnullas alias poterit cumulare limitationes, eaſque deſumere à citatis authoribus.

SVMMARIVM.

884 *Inſtrumentum babens omnia requiſita dicitur guarentigiatum.*

885 *Inſtrumenta guarentigiata vigore ſtatutorum per totam Italiam executionem paratam babent.*

886 *Inſtrumentum abſque guarentigia de iure communi non babebat executionem paratam.*

887 *Inſtrumenta in Regno ſecundum Ritus M. C. executionem paratam babent.*

888 *Inſtrumentum idem eſt in Regno eſſe guarentigiatum, vel ſolemnizatum ſeruata forma ritus M. C.*

889 *Statutum concedens executionem paratam inſtrumento guarentigiato dicitur conforme cum iure communi.*

890 *Debitor per inſtrumentum dicitur confiteri coram Notario, iudice, & teſtibus.*

891 *Inſtrumentum, vt executionem babeat debet eſſe liquidum.*

892 *Inſtrumentum liquidum, quod dicatur, & 893.*

894 *Liquidum quæ alia ſignificet.*

895 *Inſtrumentum vt dicatur liquidum, quæ continere debeat.*

896 *Cauſam non liquere dicitur, cum de illa non conſtat.*

897 *Inſtrumentum de per ſe illiquidum poterit liquidari per aliud inſtrumentum liquidum.*

898 *Inſtrumentum illiquidum liquidabitur per quodlibet genus probationis certum, & liquidum.*

899 *Ritus M. C. 286. loquitur exemplificatiuè, & 900.*

901 *Inſtrumentum illiquidum non liquidabitur in Regno ſecundum eius praxim per aliud genus probationis, quam per aliud inſtrumentum liquidum ad Carauitæ dictum.*

902 *Carauita dicens inſtrumentum illiquidum non poſſe liquidari per aliud probationis genus, quam per inſtrumentum, reijcitur.*

903 *Inſtrumentum referens ſe ad aliam ſcripturam abſque illa non probat, ſed exhibita ſcriptura relata liquida, tunc inſtrumentum referens non ſolum probabit, ſed liquidabitur num. 904. dummodo præcedat citatio ſuper vtraque ſcriptura num. 905.*

906 *Inſtrumentum capitulorum matrimonialium liquidabitur cum fide Parochi, ex qua conſtat matrimonium fuiſſe contractum, ſed inferius.*

907 *Fidem Parochi probare, matrimonium eſſe contractum, non deciditur per deciſ. Præſid. de Franch. 366. imo ex ea implicitè babetur probationem banc non eſſe liquidam num. 908. & Sac. Conſ. fundatum fuiſſe ſuper aduerſarij confeſſione, num. 909.*

910 *Inſtrumentum vnum per aliud liquidatur quando probatio liquidatiua ſit certa, & ſine exceptione.*

911 *Fides*

911 *Fides parochi tanquam probatio elidibilis non probat.*

912 *Teſtibus, & non teſtimonio creditur.*

913 *Fides ſimplex parte incitata nullam probationem inducit.*

914 *Fides, & ſi fiat per Doctorem, vel aliquam perſonam egregiam nequaquam probat, ſed ſi eſſet iurata, & conſtaret de probitate facientis, ſemiplenam faceret probationem num. 915. ſecus ſine his, vt num. 916.*

917 *Copiæ extractæ de libro mercatoris non creditur.*

918 *Inſtrumentum capitulorum matrimonialium liquidabitur cum fide parochi, & 925.*

919 *Parochus debet conficere librum, in quo dies contractorum matrimoniorum deſcribere debet.*

920 *Fides Parochi plenam probationem facit cum ad Parochi officium huiuſmodi ſpectant.*

921 *Matrimonium per librum parochi, aut per fidem plenè probatur.*

922 *Fidei Parochi de matrimonio contracto creditur, ſicut et libro eiuſdem parochi.*

923 *Fides de matrimonio contracto probat, etiam ſi fiat per ſucceſſorem parochum, & 924.*

925 *Inſtrumentum capitulorum matrimonialium liquidatur cum fide parochi.*

926 *Fides parochi plenè probat.*

927 *Fides ſimplex etiam perſonæ egregiæ non probat, ſecus verò ſi fiat de originali ab eodem, qui fecit originale numero 928. ſufficitque ſola ſubſcriptio extrahentis num. 929.*

930 *Fides Parochi probat, ſi in illa deſcribantur teſtes, vel ſi recognoſcatur num. 931. aliàs ſecus.*

932 *Fides cuiuſuis officialis illam extrahentis ab aliquo libro probat, ſi recognoſcatur; & de recognitione opponit aduerſarius, etiam in allegationibus iuris. 933.*

934 *Inſtrumentum capitulorum matrimonialium non liquidatur in M. C. cum fide parochi, & quare, numero 935.*

936 *Inſtrumentum liquidabitur, & ſi illiquidum, ſi illud clarificetur per partis confeſſionem etiam per verba enunciatiua; & in ſpecie inſtrumentum capitulorum matrimonialium 937.*

938 *Inſtrumentum dotale promiſſorium liquidabitur, ſi per partis confeſſionem appareat de matrimonio contracto.*

939 *Inſtrumentum quodlibet illiquidum, liqnidabitur per aduerſarij confeſſionem clarificantem illiquiditatem.*

940 *Nulla maior probatio, quam oris confeſſio.*

941 *Inſtrumentum quantitatis illiquidæ, liquidabitur, ſi quantitas clarificata fuerit prius per teſtes.*

942 *Inſtrumentum non liquidum continet obligationem velatam, quæ poterit detegi, tam per ſcripturas, quam per teſtes, aut aliud genus probationis validum.*

943 *Quantitas illiquida promiſſa per inſtrumentum, ſi liquidari velit per teſtes fieri debet parte citata, & ordinariè.*

944 *Iudicium liquidationis vti diuerſum ab inſtrumentario recipit omnes ordinarij iudicij exceptiones.*

945 *Iudicium liquidationis, licet requirat partis citationem, tamen illa ſummariè, & non ordinariè erit audienda.*

946 *Inſtrumentum quantitatis illiquidæ liquidabitur, & facta executione ante tamen ſubhaſtationis iudicium, incertum liquidabitur.*

947 *Petitio rei illiquidæ recipit condemnationem, & demum liquidabitur.*

948 *Inſtrumentum capitulorum matrimonialium per teſtes viua voce de matrimonio contracto deponentes abſque partis citatione, poſſe liquidari, ſecus in inſtrumentis quantitates incertas continentibus, vbi pars citatur ſecundum Galterium.*

949 *Inſtrumentum continens quantitates illiquidas liquidabitur, & demum abſque partis citatione quantitates clarificabuntur, & 950.*

950 *Liquidatio quantitatum illiquidarum contentarum in inſtrumento eſt de appendicibus inſtrumenti meritò paratam habet executionem; & parte incitata fit.*

951 *Iudicium liquidationis quantitatum illiquidarum in inſtrumentis contentarum eſt ſummarium, licet pars erit citanda, intellige, ſi promiſſio incerta dependeat ex cauſa in eſſe deducta, & qualiter numero 952: ſecus ſi ex cauſa non deducta in eſſe, & qualiter numero 953. & 954.*

955 *Inſtrumentum promiſſionis illiquidæ liquidabitur etiam non clarificata promiſſione, quando liquidatio duceretur in notorium per exercitium, & qualiter, numero 956.*

957 *Inſtrumentum certæ promiſſionis, vt puta frumenti vini, vel olei, certæque quantitatis, ſed illiquidi valoris; liquidabitur.*

958 *Valoris incertitudo debitum incertum non reddit.*

959 *Inſtrumentum certæ quantitatis pecuniarum in obligatione liquidabitur, quamuis aliqua ſpecies illiquidi valoris fuiſſet in ſolutione; licet debitor ante liquidationem poſſit conſignare ſpeciem promiſſam 960. & 961.*

962 *Inſtrumentum quantitatis ſpeciei incerti valoris qualiter liquidabitur, 963. & 964. 965. & 966.*

967 *Inſtrumentum ſi liquidaretur pro aliqua ſpecie promiſſa conſiſtente in numero, vel pondere, aut menſura (valore tamen incerto, non eſſet neceſſaria clarificatio valoris, ſi ſuper eadem ſpecie, aut eiuſdem qualitatis exequeretur inſtrumentum & qualiter numer. ſeq.*

968 *Promiſſio certa, certam executionem recipit dummodo non differat in valore.*

969 *Inſtrumentum cenſuale exequitur contra tertium poſſeſſorem incitatum probatione poſſeſſionis præcedente.*

970 *Inſtrumentum continens promiſſionem debiti principalis incerti liquidabitur poſt clarificatum debitum, parte incitata, Secus verò ſi contineat debitum pro intereſſe, aut alijs acceſſionibus, & 971. & ſeq.*

973 *Inſtrumentum, quod liquidatur per alias ſcripturas, aliaſque probationes, liquidabitur præuia citatione tam ſuper tenore inſtrumenti, quam aliarum prædictarum probationum, & qualiter.*

974 *Inſtrumentum continens obligationem facti vtique liqui-*

liquidabitur, de veritate verò numero 976. & ſequentibus.

975 Inſtrumentũ liquidabitur contra præciſè obligatum ad factum.

Obligatus præciſè ad factum dicitur debitor, & comprehenditur in Ritu M.C.V. ibid.

Obligatus ad factum quando præciſè teneatur, quandoque ſoluendo intereſſe liberetur; remiſſiuè ibid.

976 Obligatus ad factum intellectualiter promiſiſſe cenſetur intereſſe.

977 Inſtrumentum non habet executionem paratam pro eo, quod intellectualiter in illo promittitur.

978 Inſtrumentum continens obligationem præciſam facti liquidabitur, vt puta ſi promittatur in illo ratificatio, aut ſimilis actus & 979. ſecus quando obligatio producit ſolutionem intereſſe, num. 980.

981 Inſtrumentum continens tacitam promiſſionem ex neceſſitate reſultantem liquidabitur, quicquid alij contrarium verius dicant, num. 982.

983 Inſtrumentum continens tacitam promiſſionem ex neceſſitate reſultantem non liquidabitur, ſi ſtatutum, ex quo executionem recipit, de tenore faceret mentionem, cum in tali caſu quod virtualiter elicitur non ſit de tenore.

984 Inſtrumenta in Regno non liquidantur pro tacitis, & neceſſarijs promiſſionibus, cum Ritus M. C. V. & citationes, quæ inſtrumentorum liquidationem præcedunt faciant mentionem de tenore, & 985.

986 Author ſuam affert opinionem contra deciſionem Sacri Conſ.

987 Deciſio Sacri Conſilij ex Præſide de Franch. 325. declaratur, & num. ſequentibus.

988 Actus principalis ſi ſpirauit, id quod ex eo virtualiter reſultat non eſt de tenore inſtrumenti continentis actum principalem.

989 Conducta res ob continuatam conductionem cenſetur tacitè reconducta.

990 Inſtrumentum continens locationem vnius anni, non dicitur continere penſionem debitam pro reconductione tacita ſequentis anni, cum prima conductio finito anno ſpirauit, num. 991. Secus verò ſi primus contractus adhuc duraret num. 992.

993 Antecedens, vel ſubſequens, quod ſtabit ſine ſubſequente, vel antecedente, non diceretur de tenore inſtrumenti vtrumque continentis; & 994. Secus verò, ſi vnum ſine altero nequaquam ſtaret num. 995.

996 Quod in neceſſariam conſequentiam verborum expreſſorum venit pro expreſſo iudicatur, & quandoque plus, quam expreſſum operatur num. 997.

998 Quod in neceſſariam conſequentiam ad effectum expreſſi præſupponitur cautum reputabitur, licet non exprimatur.

999 Expreſſum dicitur quod pendet ab eo, quod verè exprimatur.

1000 Quod colligitur ex vi promiſſionis dicitur de tenore inſtrumenti.

1001 Quantitas debita verè indicatur, quæ ex eodem inſtrumento deberi probabitur.

1002 Debitum verè dicitur, quod per relationem ad aliud debetur; & prædicta procedunt etiam in materia ſtricta, dato tertij præiudicio & quando expreſſio pro forma requireretur, num. 1003.

1004 Deciſio Sacr. Conſ. Præſidis de Franch. 325. elidibilis, & dubitabilis iudicanda, cum promiſſio tacita ibi reſultans ſatis de tenore inſtrumenti reputabatur, & 1005.

106 Debitor ſe ſubmittendo incuſationi, & liquidationi inſtrumenti per pactum pro aliqua pecuniarum quantitate, ſatis illam expreßè promiſiſſe cenſetur.

1007 Procurator conſtitutus ad petendum aliquam rem poterit petere eiuſdem rei exhibitionem.

1008 Liquidatio inſtrumenti eſt actus, qui non poteſt ſtare ſine promiſſione ſolutionis debiti, ipſiuſque obligatione.

1009 Liquidatione, ſeu incuſatione inſtrumenti deducta in pactum; expreſsè videtur etiam conuenta ſolutio debiti, ob quod liquidatio paciſcitur.

1010 Liquidatio, ſeu incuſatio inſtrumenti conuenta includit debiti promiſſionem.

1011 Incluſum iudicabitur expreſſum cum eo, in quo includitur.

1012 Stipulatio incluſa in fideiuſſione pro expreſſa iudicabitur.

1013 Deciſionis Præſ. de Franch. 325. declarationes penes alium authorem ſic latè non reperiuntur.

1014 Inſtrumentum liquidabitur, quamuis liquidatio in pactum non deducatur.

1015 Ritus M.C.V. ſunt leges communes in Regno.

1016 Inſtrumentum ſi dicat, pro ducatis centum, aut pro his, quæ facto calculo debeantur liquidabitur pro centum, licet facto calculo non debeantur, & 1017. etiam ſi expreſsè dicatur illud tantum deberi quod facto calculo appareat debitor, num. 1018. & qualiter.

1019 Inſtrumentum quantitatis illiquidæ iam liquidatæ, liquidabitur licet à liquidatione quantitatis fuerit appellatum.

1020 Quantitatis incertæ liquidatio circa extrema inſtrumenti affert nouum grauamen, & conſequenter recipit appellationem.

1021 Appellatio à liquidatione facta per calculatorem ſemper admittitur.

1022 Iudicis decretum debet præcedere, ex quo declaretur liquidum inſtrumentum, & demum illud liquidari, de veritate num. 1026.

1023 Liquidatio incertorum contentorum in inſtrumento habet ſe vt incidens ad executionem paratam eiuſdem inſtrumenti, ideo eius naturam aſſumit, & 1024.

1025 Cauſa inſtrumentalis ſuper principali grauamine tota terminatur, ne ſuper articulo quolibet partes vexentur.

1026 Liquidatio incertorum contentorum in inſtrumento nequaquam requirit decretum iudicis, ne iudicium ſummarium fiat ordinarium.

1027 Inſtrumentum liquidatum contra principalem debitorem qualiter exequatur contra poſſeſſorem rei ſpecialiter obligatæ, & 128.

1029 Inſtrumento deperdito dabitur executio parata pro eius tenore probato per teſtes peritos, & 1030. modificata, vt num. 1031. & 1032.

1033 Praxis ad obtinendum executionem paratam pro tenore inſtrumenti deperditi, probato; reputatur inanis,

&

& qualiter ; ſed erit vtilis in debito conditionali, vel in diem, & quomodo, numero 1034.

1035 *Inſtrumenti liquidatio habebit executionem paratam etiam appellatione interpoſita , quæ effectum operabitur quo ad deuolutionem tantum, non antem quo ad ſuſpenſionem, numero 1036. extenditur etiam ſi fuerit liquidatum inſtrumeutum illiquidum , numero 1037. ac etiam ſi fuerit dictum de nullitate, numero 1038. & etiam ſi in iudicio appellationis deuolutiuo ſuperior reuocaſſet interloquutoriam liquidationis inſtrumenti , quia ad huc non impediretur executio vſque ad ſententiam inappellabilem, numero 1039.*

1040 *Sententia lata in iudicio appellationis deuolutiuo ſuſpenditur per appellationem.*

1041 *Inſtrumenti liquidatio non impeditur per petitam in integrum reſtitutionem.*

1042 *Sententia , ob quam inſtrumenti liquidatio declaratur nulla , aut inſtrumentum declaratur nullum , facit cauſam inſtrumentalem inappellabilem.*

1043 *Inſtrumentum liqnidabitur etiam exceptione vſurariæ prauitatis propoſita , & in promptu probata ; & 1045. coutra. uumero 1044. de veritate numero 1046. cum multis ſequen.*

1047 *Inſtrumentum tanto fortius liquidabitur pro capitali credito non obſtante vſurariæ prauitatis exceptione oppoſita.*

1048 *Inſtrumenti liquidatio impeditur exceptione vſurariæ prauitatis notoriæ, ac manifeſtæ, oppoſita.*

1049 *Inſtrumentum liquidabitur contra ſocerum , de veritate numero 1096.*

1050 *Inſtrumentum liquidatur contra emptorem etiam ſequuta euictione in caſu per Sacrum Conſilium deciſo.*

1051 *Inſtrumentum liquidabitur non obſtante præuentione cum abſolutione à iuramento , ſi illi fuerit renunciatum.*

1052 *Inſtrumentum liquidabitur ad inſtantiam vnius ex reis credendi , licet per alium fuerit data dilatio.*

1053 *Inſtrumentum liquidabitur, quamuis debitor priuilegiatus elegiſſet forum.*

1054 *Inſtrumentum liquidabitur, licet fuerit petita remiſſio per Baronem, cuius debitor fuerit vaſallus , & quando.*

1055 *Inſtrumentum quando liquidabitur non obſtante comparitione de ſero, & non obſtante depoſito, 1056. & 1057.*

1057 *Inſtrumentorum liquidationes non impediuntur , quando ſolutiones promiſſæ ſunt in conditione, non autem conditio erit in ſolutione , & fiunt depoſita non explicita.*

1058 *Inſtrumentum au liquidabitur contra prodigum.*

1059 *Inſtrumentum non liquidabitur contra ſubditum magni Admirati; in M.C.V.*

1060 *Inſtrumentum liquidabitur contra illos de ſeptem officialibus magnis in M.C.V.*

1061 *Inſtrumentum liquidabitur contra ſoluentem annatas , & tertias ſi fuerit debitor debitis inuolutus.*

1062 *Inſtrumentum non legitimè reaſſumptum nequaquam liquidabitur.*

1063 *Inſtrumentum quod liquidari dicitur intelligitur de valido.*

1064 *Inſtrumentum quod non probat , nec liquidari poterit.*

1065 *Inſtrumentum illiquidum nou liquidabitur.*

1066 *Inſtrumentum illiquidum dicitur ratione perſonæ, & ratione contractus.*

1067 *Inſtrumentis liquidis non autem illiquidis executio parata conceditur.*

1068 *Inſtrumentum pactionatum, & vltrocitroque obligatorium nou liquidabitur per creditorem non adimplentem prius ex parte ſua, & qualiter.*

1069 *Conditionis adimplendæ defectus impedit debiti promiſſi petitionem.*

1070 *Agenti non adimplenti prius ex ſui parte denegabitur actio.*

1071 *Exceptio non adimplementi opponitur non ſolum circa ſubſtantialia , ſed etiam circa accidentalia contractus.*

1072 *Exceptio adimplementi obſtat etiam circa minimum.*

1073 *Periurium cauſatum ex non adimplemento non remittitur per partem.*

1074 *Exceptio adimplementi omnibus alijs fauorabilior eſt.*

1075 *Exceptio non adimplementi procedit etiam ſi excipienti uon interſit, quia dicitur fides violata & 1076. vbi etiam impedito obſtabit ibidem.*

1076 *Exceptio non adimplementi admittitur etiam aduerſus inſtrumentum iuratum, & cameralem obligationem, & 1077.*

1077 *Statutum prohibens opponi exceptiones aduerſus ſcripturas habentes executionem paratam non comprehendit exceptionem adimplementi.*

1078 *Exceptio non adimplementi oritur ex eodem inſtrumento ; ideo opponere ex inſtrumento non dicitur opponere contra inſtrumentum.*

1079 *Exceptio non adimplementi cenſetur oppoſita ipſo iure, & iudicis officio abſque partis inſtantia.*

1080 *Exceptio nou adimplementi opponitur non ſolum ante liquidatiouem inſtrumenti, ſed etiam poſt, & impedit executionem.*

1081 *Exceptio non adimplementi, ſi implementum fieri deberet in ipſa ſolutione, aut poſt ſolutionem quid operetur, remiſſiuè.*

1082 *Inſtrumentum non liquidabitur via ritus M.C. Contra patrem.*

1083 *Patrem carcerari ad filij inſtantiam inhumanum , & abhominabile iudicaretur.*

1084 *Inſtrumentum uon liquidabitur contra patrem ratione reuerentia debita per filium patri.*

1085 *Inſtrumentum non liquidabitur contra matrem ; cum inhumanitatis ratio maior concurrat in matre, quam in patre 1086.*

1087 *Filius ob naturalis retributionis legem tenetur magis matri, quam patri.*

1088 *Mater ardentius amat filios, quam pater.*

1089 *Filius de rigore iuris , licet teneatur potius alere patrem, quam matrem , tamen morali ratione , vt dedecus, aliudque euitetur inconueniens, tenetur alere*

in

in pari neceſſitate potius matrem & 1090.

1091 *Parentibus duplici præcepto obligantur filij, affirmatiuo ſcilicet,& negatiuo.1092.& 1093.*

1094 *Filius carcerari faciendo patrem, aut matrem duplici contraueniret præcepto.*

1095 *Inſtrumentum non liquidabitus contra omnes, quibus beneficium ratione reuerentiæ debetur.*

1096 *Inſtrumentum contra ſocerum non liquidandum, duramque iudicandam deciſionem Pſaſ.de Fsanc.366.& num.1097.*

1098 *Inſtrumentum non liquidabitus contra ſocerum eiſdem sationibus, quibus non liquidabitus contra aſcendentes.*

1099 *Inſtrumentum non fuit per M. C. liquidatum contra ſocerum, ſed dictum quod fieret depoſitum, itaque confirmatum per Sae.Conf.*

1100 *Author non admitteret liquidationem inſtrumenti contra ſocerum, ſed æquiorem executionem concederet.*

1101 *Inſtrumentum non liquidatus contra patrem ſpiritualem, & 1102.*

1102 *Pater ſpiritualis non tenetur, niſi in quantum facere poterit.*

1103 *Compater ſine venia in ius non vocabitur, prout & parentes naturales.*

1104 *Patri ſpirituali in exhibitione seuerentiæ plus defeſendum,quam patri carnali.*

1105 *Inſtrumentum non liquidabitur contra fratrem, nec frater ad inſtantiam fratris carcerabitus.*

1106 *Inſtrumentum non liquidabitur contra vxosem maritum, clericum, patronum, Donantem, colonum partiarium, & alios, qui habent beneficium, vt non teneantur, niſi in quantum facere poterunt licet dicto beneficio ſit iuramento renunciatum, numero 1107.*

1108 *Inſtrumentum non liquidabitur contra filium familias conſtito de patria poteſtate in promptu; etiam ſi filiusfam. obligatus eſſet vnà cum patre, & qualiter, numero 1109.*

1110 *Filiusfam. non obſtante senunciatione per eum facta beneficio ſibi conceſſo per generalem renunciationem non carcerabitur.*

Filius fam. vt patiatus Inſtrumenti liquidationem, & carcerationem, debet per ſpecialiſſimam renunciationem ſuo senunciare beneficio, ibid. & 1111.

1112 *Inſtrumentum quando, & qualiter liquidabitur contra filiumfamilias & 1113.*

1114 *Inſtrumentum non liquidabitur contsa debitorem graui morbo labosantem, grauique infirmitate oppreſſum, de veritate num.ſequent.*

1115 *Labosans in extremis pro mortuo iudicatur.*

1116 *Inſtrumentum, ſi liquidetur contra debitorem mortuum in illa die, in qua liquidatio facta fuit, vtique nulliter liquidabitur.*

1117 *Debitos ſi non eſſet impedimento magnæ febris, vel mortis impeditus, potuiſſet impedire inſtrumenti liquidationem.*

1118 *Teſtes an validè recipiantur parte abſente.*

1119 *Inſtrumentum validè liquidatus contra febricitantem,aut de proximo moribundum.*

1120 *Infirmus citatus ſuper tenore inſtrumenti debet mittere excuſatorem.*

1121 *Infirmitas,vt quid facti non præſumitus.*

1122 *Infirmitas debitoris ſi ſuperueniat poſt ceptam cauſam liquidationis inſtrumenti,fortius liquidatio procederet.*

1123 *Tex.l.quæſitum ff.de Re iud. non psocedit, niſi iudicis ſcientia data;& in dubio psæſumitur ignorantia.*

1124 *Ignorantia ſemper psæſumitus eorum, quæ ſunt facti.*

1125 *Debitorem,in obligatione quantitatis certæ deductæ in ſtipulationem caſus mortis, & quæuis alia difficultas non excuſant à mora.*

1126 *Inſtrumentum contra graui morbo laborantem nequaquam liquidabitur ex benigniori opinione.*

1127 *Citatus quando non tenetur compasere nequaquam patietur validam inſtrumenti liquidationem.*

1128 *Citatus qui non tenetur comparere nequaquam efficitur contumax.*

1129 *Peremptorium citationis contra non contumacem non currit.*

1130 *Citatio ſine pesemptorio dicitus nulla,nec ex illa liquidabitur inſtrumentum.*

1131 *Inſtrumenti liquidatio facta contra non citatum, vel citatum,ſed comparere non obligatum,nulla dicitur, & pro non facta reputabitur,& 1132.*

1133 *Ritus M.C.V.266.& 267.circa excuſatosem infirmitatis declarantur.*

1134 *Inſtrumenti liquidatio ſi fuerit incepta requirit miſſionem excuſatoris per debitorem infirmum faciendam.*

1135 *Sententia contra infirmum graui infirmitate dicitur nulla etiam iudice ignorante,licet non ipſo iure.*

1136 *Sententia lata contra mortuum dicitur ipſo iuse nulla, etiam iudice ignorante.*

1137 *Laborans infirmitate ad mortem reputatur mortuus.*

1138 *Impeditus iuſto impedimento non tenetur mittere excuſatorem.*

1139 *Iudicis ſcientia de impedimento citati non requiritur quando citatus non tenetus mittere procuratosem, ſeu excuſatorem, & quibus sationibus, 1140. 1141. & 1142.*

1143 *Mora committi aut non committi in obligatione dandi erit in conſiderationem eisca denegationem actionis, non autem circa condemnationem, quæ nullo modo datus contra impeditum, & 1144.*

1145 *Executio nulliter conceditus contra mortuum, & conſequenter contra moribundum.*

1146 *Debitor conſtitutus in vinculis impedit liquidationem inſtrumenti ſatisfactionem,aut alteram legitimam exceptionem opponendo; ſed exceptionibus non probatis remanebit condemnatus quo ad debitum & pœnam numero 1147.*

1148 *Inſtrumentum ſine iuramento, vel ſine pena non liquidabitus.*

1149 *Inſtrumentum,elapſis annis viginti à die natæ actionis non liquidabitur.*

1150 *Actio pœnalis præſcribitus ſpatio viginti annorum.*

1151 *Inſtrumentum elapſis annis viginti liquidabitur, ſi debitor hoc non oppoſuerit.*

1152 *Præſcriptio actionem ipſo iure non excludit, ſed ope exceptionis.*

1153 *Psæſcriptio debet per partem opponi, & demum iudicis officio ſuppletur.*

1154 *Inſtrumētum celebratum ad inſtantiam officialis creditoris, an liquidabitur, & 1155.*

1156 *Inſtrumentum non liquidabitur ad inſtantiam ceſſionarij, & in quo caſu liquidari poterit, numero 1157. 1158. 1159.*

1160 *Cedens non cogitur liquidare inſtrumentum ad inſtantiam ceſſionarij, niſi ad id fuerit obligatus, & 1161.*

1162 *Inſtrumentum qualiter liquidabitur ad inſtantiam creditoris infirmi.*

1163 *Inſtrumentum ad inſtantiam creditoris legatarij, vel cuiuſuis non recipientis iuramentum de facie ad faciem (excepto herede) non liquidabitur, & 1164.*

1165 *Inſtrumentum non liquidabitur, ſi aduerſus illud opponantur per debitorem legitimæ exceptiones in promptu probandæ.*

1166 *Exceptio ſatisfactionis aduerſus debitum in ſcriptis redactum probatur per teſtes rogatos ad ſolutionis actum.*

1167 *Inſtrumentum in ordinario iudicio inter eaſdem partes præſentatum non poterit via executiua in iudicio ſummario liquidari, niſi iudicium ordinarium nulliter ceptum fuiſſet, nu. 1168. vel ſi Reus fuiſſet contumax in iudicio ordinario, nu. 1169.*

1170 *Inſtrumentum continens quantitatem infra vnciam via Ritus M.C. non liquidabitur.*

1171 *Debitor inſtrumentalis infra vnciã qualiter cogendus, aut cõdemnandus per iudicem erit, 1172. 1173. 1174. 1175. & 1176.*

1177 *Inſtrumentum infra vnciam ex reſiduo maioris ſummæ liquidabitur ad formam Ritus M.C.V.*

1178 *Inſtrumentum quibus in caſibus non liquidabitur. remiſſiuè.*

1179 *Debitori confeſſo oretenus dilatio dierum decem dabitur, pro ſumma infra vnciam; ſed pro maiori ſumma dabitur quadrimeſtre.*

1180 *Inſtrumentum liquidabitur ex capite falſæ aſſertionis, etiam ſi fuerint ſolutæ tertiæ; quod non procedit, ſi corpus remanſum fuerit ſufficiens, & numero 1181.*

1182 *Inſtrumentum illiquidum liquidatur per quamlibet publicam ſcripturam, dummodo probationem extrinſecus non requirat, & nu. 1183.*

1183 *Scriptura publica dicitur, quæ recognitionem non requirit, imo & publica ſcriptura recognitionem etiam requirit, & qualem, & nu. 1184. & 1185.*

1186 *Inſtrumentum illiquidum poterit liquidari per quamlibet aliam ſcripturam, quæ ſit liquida, & clara.*

1187 *Creditor, ſeu actor an poterit repetere inſtrumentum quod præſentauit in charta pergamena abſque teſtibus ſubſcriptis, vt procuret ſubſcriptionem.*

INSTRVMENTVM QVOMODO OBLIGET, & quam habeat executionem.

QVo verò, ad quartam, & vltimam explanationem faciendam, ſeu conſiderationem propoſitam in principio tituli nu. 7. Scilicet quomodo inſtrumentum obliget quamque habeat executionem; ſubnectetur infraſcripta regula.

Inſtrumentum, omnia requiſita enarrata in ſuperiori proxima conſideratione, omniaque extrema ibi-
884 dem explicata continens, dici † guarentigiatum, modo vt declarauimus ſuperius in principio tituli, numero 20. 21. 22. cum infinitis ſequentibus, idcirco inſtrumentum omni ſolennitate vallatum obligare promiſſorem, & debitorem præcisè, & contra illum paratam habere executionem, reſponderunt infiniti authores citati per Anto. Theſaur. deciſ. 26. nume. 12. Freccia de præſent. inſtrumen. par. 6. Carauit. latiſſimè Rit. 166. alijque commentatores ibidem, Bened. Barz. & alij citati in ſecunda conſideratione, immo per totam Ita-
885 liam vigere ſtatuta † dantia executionem paratam his
* inſtrumentis communiter teneri, dicit Cæſar. Barz. deciſ. Bonon. 110. numero vigeſimoſexto poſt Marſ. ſing. ſeptimo & poſt alios relatos per Barz. & Theſaur. citatis locis, inſuper comprobatur Regula per meritiſſ. Regentem Tap. Doctiſſ. Rouit. Scaglion. Troyſ. Robert. Galter. & per omnes, inferius, locis particulari-
886 bus, citandos quicquid aliud † erat de iure communi in inſtrumento abſque guarentigia, vt penes eoſdem authores habetur, & probat Caſtill. Siculus deciſ. 109. numero trigeſimoprimo Præſes de Franch. & centum alij, quos ſciens omitto; idcirco in Regno
887 abſque ſcrupulo paratam executionem † ex præcitato Ritu Magn. Cur. inſtrumenta obtinent, cum infraſcriptis ampliationibus, & limitationibus inter notabiliora collectis; & per hoc, viſo quando inſtrumentum via Ritus poſſit liquidari, aut guarentigiatum valeat exequi (quia idem erit) apparebit, debitorem eſſe præcisè obligatum, & contra eum paratè exequi poſſe;
888 idem enim eſt in Regno inſtrumentum † eſſe ſolemnizatum ſeruata forma ritus, vt liquidetur, aut eſſe guarentigiatum modo vt in dicto numero vigeſimoſecundo in principio huius tituli docuimus, vt exequatur & propterea Ritus noſter, ac omne aliud ſtatutum concedens inſtrumento guarentigiato paratam execu-
889 tionem † dicitur conformis, & conforme iuri communi, vt ſingulariter more ſuo, contra Rebuff. reſpondit Doctiſſ. Regens Tapia in ſuo iur. Regn. libro tertio titulo de inſtrumen. liquidat. in Rubr. numero ſe-
890 cundo, & tertio, quia debitor dicitur confeſſus † coram iudice Notario, & teſtibus in Regno, & extra coram Notario, & teſtibus, vt poſt Dom. Marchionem Tap. nos notauimus in dicto principio numero 27. & ſequentibus, ob virtuale præceptum debitori factum, vt ibi.

891 Attamen antequam ad regulæ ampliationes, deueniamus, illud primo loco ſupponendum, neceſſariò erit, inſtrumentum hoc exequendum, debere eſſe liquidum, vt omnes citati, & citandi authores notant, & notatur in Ritu præallegato; idcirco neceſſarium, & oportunum putaui declarare quale ſit hoc inſtrumentum liquidum.

Liquidum enim dicitur à liqueo liques, liquereq. cõ-
892 ſtare eſſe † dicit gl. in l. idem Pomponius, (& in quibuſdã pandectis incipit, ſi de meis,) §. fi. ff. de recep. arbi.
893 & liquidum dicitur inſtrumentum quando † certum clarum, aut purum eſt, ac aliqua extrinſecus probatione non indiget, & quaquunque exceptione non tergiuerſatur, Freccia de præſent. inſtrum. part. 7. Carauit. Rit. 167. num. 14. Galleſ. de obligat. Camer. par. 3. cap. de

de liquid. numer. 21. Grauinenſ. de inſtrument. liquid.
par. 3. declarat. 21. nume. 63. quos refert Galter. in ſua
prax. inſtr. par. 2. prim. par. Rub. aduertat ad debita, nu-
me. 1. liquidum fluidum, amplumque, quoqne ſignifi-
894 care, † probatur ex illo Virgil. nempe.
Principio cęlum, & terras, campoſque liquentes;
Denique, vt liquidum dicatur inſtrumentum opor-
895 tet, † vt creditum in eo contentum conſtet manifeſtè,
& certè, modo, vt apud Cicer. de Natura Deorum in 1.
habetur, ex quo notatur, ideo, penes iudices dici, de
896 cauſa non liquere, † eo quod de ea non cõſtabat,
idemque penes Gel. libro 13. probari, ſed Cicer. Budæ.
Quintil. & infinitis author. cuiuſlibet profeſſionis, &
paginæ, congeſtis, plenius ſuper huiuſmodi docet ſa-
pientiſs. Valenz. Regens meritiſs. conſ. 6. nume. 31. cum
multis ſequent.
897 Ampliatur principalis regula procedere etiam † ſi
inſtrumentum liquidandum ſit de per ſe illiquidum,
quia vtique poterit liquidari, per aliud inſtrumentum
liquidum, ita diſponitur per Rit. M. C. 167. & 286. vbi
latiſſimè Carauit. idemque practicari, teſtatur Aun.
ſingul. 257. ac idem probarunt Præſ. de Franch. deciſ.
366. inferius allegandus, & Dom. Marc. Tapia in d. tit.
de inſtrum. liquid. ad Rit. prædictũ, 286. & paſſim om-
nes Regnicolæ, ac iuris communis diſpoſitione etiam
caueri, habetur penes Bald. Iaſ. Carroc. & Rebuff. quos
probat Giurba deciſ. 114. num. 17. de his iterum habe-
bitur ſermo inferius num. 1182. cum ſeq.
Extenditur ampliatio, eam procedere non ſolum
898 quando producitur aliud inſtrumentum † liquidum
pro liquidando altero illiquido, vt in ampliatione, ſed
etiam ſi produceretur quodlibet aliud genus probatio-
nis, dummodo ſit liquida probatio, & certa, Carauit. in
citato Ritu 167. numero 15. quodque probari dicit per
citatum Ritum 286. qui ſi loquatur ſolummodo quan-
do aliquis declaratur hæres, tamen illum ritum loqui-
tum fuiſſe exemplificatiuè, & per hoc exempla non re-
900 ſtringunt † regulam, ita Carauit. vbi ſupra, & nume-
ro ſequent. quicquid alij relati per Carauit. alio modo
diſtinguant, vt idem numer. ſequentibus refert, dicens
veriorem eſſe hanc opinionem de iure, & ſi idem au-
thor dicat, numero 18. in Regno, in praxi, ſimiles
901 † probationes illiquiditatum, ſeu ſimiles liquidatio-
nes, per aliud genus probationum ad liquidandum
inſtrumentum non admitti, nec ſeruari, niſi in hæ-
rede tantum, in quo ritus loquitur; tamen eum in hac
902 ſeruata praxi aberraſſe tanquã Aduocatũ, nec officia-
lem non exiſtentem in M. C. aut Sacr. Conſil. & per hoc
inexpertum, reſpondit oculatiſſimus Præſes de Franch.
deciſ. 366. numero nono dicens ſemper practicatam eſ-
ſe opinionem Frecciæ de præſent. inſtrument. part. 8.
quæſt. 1. quem ſequendo comprobat meritiſs. Marchio
Tapia in dict. tit. de liquid. inſtrument. libr. 3. ad ritum
prædictum 286. numero decimo, quæ opinio vti rece-
ptiſſima in praxi comprobatur per ſequentes compro-
bationes, ſeu illationes; & iuri conſonam dicit Stephan.
Gratian. diſcept. forenſ. tom. tertio, capitulo 444. nu-
mero trigeſimotertio, & trigeſimoquinto, & Præſ. de
Franch. deciſ. 420.
Ex qua regula, & praxi infertur primò, quod quam-
903 uis † inſtrumentum referens ſe altero inſtrumento
non probet, modo vt declarauimus ſuperius limit. quar-
ta, numero 467. cum remiſſione vt ibi; tamen ſi produ-
904 cetur inſtrumentum † relatum liquidum, & ſolemne,
non ſolum primum referens illiquidum probabit, ſed
etiam poterit liquidari ex traditis in proxima extenſio-
ne; & probatur per citatum, Ritum 167. in vltimo di-
cto verſ. poteſt etiam, comprobatque Galter. in prax.
inſtrum. in ſecundo, primæ par. Rubr. aduertat ad de-
bita numero nono, verſiculo quinto amplia; à quo ca-
uendum erit, dum in eodem loco dicit poſſe liquidari, ſi
905 in vltimo peremptorio † præſentetur inſtrumentum
relatum, quia hoc dictum intelligitur dummodo præ-
cedat citatio, modo vt idem declarat in Rub. præſentet
inſtrumentum, numero trigeſimonono, & quadra-
geſimo, & clarius declarabimus inferius numero
973.
Infertur ſecundò poſſe liquidari inſtrumentum capi-
906 tulorum † matrimonialium cum fide Parochi, ex qua
conſtet matrimonium fuiſſe contractum Præſ. de
Franch. citata deciſio. 366. numero nono, licet non
explicitè dicat, quia ſufficit poſſe probari per omne ge-
nus probationis; itaque illum intelligunt Dom. Mar-
chio Tapia in citato Ritu 286. & Galter. vbi ſupra
Rub. aduertat ad debita num. 15.
907 Ego autem non video, quomodo probetur † in de-
ciſ. Præſ. de Franch. 366. inſtrumentum capitulorum
matrimonialium poſſe liquidari cum fide Parochi ſu-
per matrimonio contracto, eo quod in principio deci-
ſionis refert ille oculatiſſimus Præſes oppoſitionem
partis factam aduerſus huiuſmodi genus probationis
908 non eſſe æquè liquidum, & demum licet † in Sac.
Conſ. deciſum fuiſſe refert pro liquidatione inſtrumen-
ti, tamen id factum fuiſſe ſtante aduerſarij confeſſione,
909 ſuper qua fundatum fuit † Sac. Conſ. idcirco potius
pro contraria opinione deberet allegari, eoque fortius,
quia tunc vnum inſtrumentum per aliud probationis
genus liquidatur, quando probatio liquidatiua ſit certa,
910 † & nulla exceptione debilitanda, vt ſuperius dixi-
mus, & adnotant omnes præcitati authores allegati in
extenſione, ideo videtur concludendum, nequaquam
911 credendum huic elidibili † probationi per fidem Pa-
rochi, faciendæ.
912 Comprobatur hæc ſecunda opinio, quia teſtibus, † &
non teſtimonio creditur Præſ. de Franch. deciſio. ſexa-
geſimam, numero vndecimo, & duodecimo, loquens
in fide; & clarius in omni ſimplici fide Decian. conſilio
quinquageſimoprimo, numero nonageſimoſexto, libro
ſecundo. Abb. in capitulo ſicut nobis de ſentent. excom-
913 munic. & fortius quando obtinetur † ſimplex fides
parte non citata, Rot. Ian. deciſio. ſeptuageſimaſexta,
numero vndecimo, quodque procedit etiam ſi ſimplex
914 fides fiat per Doctorem, † Nobilem, Prætorem, aut
aliam egregiam perſonam, quicquid in contrarium do-
ducat Decian. loco citato numero 101. quia oporteret
probari de probitate fidem facientis, & deberet eſſe
915 iurata, † quo in caſu ſemiplenam tantum faceret pro-
bationem, quid fortius, quando non præcedit probita-
916 tis probatio, & fit abſque iuramento; † ita poſt Felin.
Decian. & innumeros alios, probat Stephan. Gratian.
diſceptat. forenſ. tom. quarto, capitulo 677. numero 8.
14. 15. 16. 17. & 18.
Comprobatur ſecundò nam quamuis credatur li-
917 bro mercatoris regulariter, tamen † non per hoc
creditur copiæ extractæ de aliquibus partitis præfati
libri, itaque in iudicijs ſeruari, teſtatur Scaccia de

iudic. cauſ. ciuil. capitulo vndecimo, numero 593.
918 Pro illatione verò, & ſic validè poſſe liquidari † inſtru-
mentum capitulorum matrimonialium, probatur nam
diſpoſitione Sac. Conc. Triden. ſeſſione 24. de reform.
matrim. capitulo 1. propè finem, ſancitum fuit Paro-
919 chos † habere debere libros, in quibus coniugum, &
teſtium nomina, diemque, & locum contracti matri-
monij deſcribi per eos debere; ideo hiſce libris plena
920 datur fides ad matrimonij probationem; † quia ad Pa-
rochi officium hoc ſcribendi onus; dicta diſpoſitione,
* ſpectat; vt communiter concludi patet ex traditis per
Monald. conſ. 78. vol. 2. num. 6. & 7. probaruntque
Borgnin. deciſ. 12. numero 23. par. 2. Maſcar. de pro-
bat. concluſ. 672. tota, & præcipuè n. 18. Robuſter de-
ciſ. 340. num. 1. inter deciſiones nouiſſimas diuerſor.
vol. 2. Viui. deciſ. 489. num. 9. tom. 3. Lancellott. Gal-
lia. conſ. 15. num. 3. qui vanum nunc eſſe de hoc diſpu-
tare dicit, quos probat Genua de ſcript. priuata libro
quinto, titulo de libr. plebanorum quæſt. vltima, pro-
batque demum Farinacc. deciſ. 337. in vol. prius im-
preſſ. numero primo; idcirco ſi per librum Parochi ple-
921 nè probatur † matrimonium, meritò fidei extractæ,
ex illo libro plenè vtique credendum ad eiuſdem matri
monij probationem, ſi enim creditur libro ſcripto per
922 Parochum, † vt firmatum eſt, creditur etiam fidei ab
eodem libro extractæ, & per eundem ſcribentem ſcri-
ptæ, aut ſubſcriptæ, & id adeo verum eſt, & vtique pro-
923 cedit, ſi fides facta † eſſet per ſucceſſorem parochum
abſque alia ſolemnitate, vt poſt Iaſ. Dec. Caputaq. &
alios, probat in quolibet ſucceſſore officij, Sigiſm. Scac-
cia in d. tract. de iudic. cauſ. ciuil. citato capitulo 11.
numero 738. cum multis ſequentibus; imò in terminis
924 noſtris, & ſic in extractione fidei † ex tali libro fidem
plenam facientis loquuntur Monald. & Farinacc. cita-
tis locis; de probatione fidei factæ per Parochum viden
dus erit dom. Viſcontus poſt hæc ſcripta viſus, in ſuis
concluſionibus; ver. liber, folio 165. & folio 125. ver.
inſtrumentum.

Quid tenendum? dicas illationem omninò eſſe ve-
925 ram, & propterea inſtrumentum † capitulorum ma-
trimonialium licet conditionale circa matrimonium
ſubſequendum, & per hoc illiquidum, poterit tamen
liquidari per fidem Parochi, probantem matrimonij
926 ſubſecutionem, eo quod illi plena † in huiuſmodi con-
ceditur fides ex proximè traditis: nec obſtabunt ea,
quæ de ſimplici fide ſuperius diximus, eam ſcilicet, e-
927 tiam de viro † egregio non probare, quia procedunt
in ſimplici fide, ſimplicique atteſtatione, nos autem lo-
928 quimur de fide extrahenda ab originali, & per hoc ſi
creditur † facienti originale, creditur etiam extrahenti
ab eodem originale, vt cum Sigiſm. Scaccia ſuperius
probauimus, & probant Bar. Lanfranc. Lap. Couarru.
* & alij, quorum communem dicit Maſcard. de probat.
929 concluſ. 711. numero 35. ſufficitque † ſola ſubſcri-
ptio extrahentis Maſcard. concluſio 1395. numero ſe-
ptimo, loquens in notario, & idem erit in qualibet per-
ſona publica.

Modificatur tamen hæc illatio, vt procedat, ſi in fi-
930 de † Parochi deſcribantur teſtes, vt notatur per Fari-
nacc. loco citato; vel & meliùs dummodo fides illa re-
931 cognoſcatur, † eſſe eam ſcriptam, aut ſubſcriptã ma-
nu Parochi, alias fidem, & probationem illa non face-
ret, ita Gratian. in allegato capitulo 677. numero 10.
& ſeq. & in terminis cuiuſuis fidei extrahendæ, ab ali-
932 quo † originali per officialem ad hoc munus electum;
vt ea non probet, niſi recognoſcatur manus, & ſigillum
illius officialis extrahentis, Maſcar. citata concluſ. 1395.
incip. tranſumptum numero 23. in fine, & Scaccia d.
capitulo 11. num. 748. & pars poterit de hoc opponere
933 etiam in allegationibus iuris, † & poſt ſententiam, vt
deciſum dicit Gratian. vbi ſupra num. 12.

Non immeritò igitur audiui nequaquã ſeruari in M.
934 C. vt liquidetur capitulorum † matrimonialiũ inſtru
mentum cum fide Parochi; quia illa indiget recogni-
tione, & propterea, ſi non erit recognita exceptione
935 eliderетur, † & conſequenter liquida, ac certa non iu-
dicaretur, & ſic contra rit. diſpoſitionem, notabis ita-
que hæc omnia, quia penes alium Regnicolam non in-
uenies ſic diſcuſſa licet domin. Viſcontus poſt hæc ſcri-
pta viſus ſimpliciter firmet, inſtrumentum capitulo-
rum poſſe liquidari per fidem Parochi, & ad hoc alle-
gat deciſionẽ Præſid. de Franch. 366. ſuperius citata,
quodque firmat in ver. inſtrumentum fol. 125. in ſuis
concluſ. & malè, vt ſupra.

Infertur tertiò poſſe liquidari inſtrumentum illiqui-
936 dum, ſi illud illiquidum clarificetur † per aduerſarij
confeſſionem factam in iudicio, vel extra, etiam per
verba enunciatiua; Præſes de Franch. citata deciſione
366. numero ſeptimo, & ſequent. ideo liquadabitur in-
937 ſtrumentum capitulorum matrimonalium † ſi per ad-
uerſarij confeſſionem conſtet de matrimonio ſubſe-
quuto, vt ex eodem Præſide in d. deciſione 366. prout
& liquidabitur inſtrumentum dotis promiſſorium, † ſi
938 de matrimonij contractu adimpleto conſtet per par-
tium aſſertionem in eodem inſtrumento Viui. deciſio-
ne 111. ſecus verò quo ad alios vt ibi, aut verò conſtet,
modo vt notauimus ſuperius in ſuperiori conſideratio-
ne ampliat. 24. numero 124. ſicut liquidabitur quod-
939 libet † inſtrumentum continens promiſſionem, aut
quantitatem illiquidam, quæ fuerit per principalis con
feſſionem per prius clarificatam, & liquidatam, tum
940 quia nulla maior probatiò, † quã oris confeſſio vulga-
tis regulis, & probat Præſ. de Franch. vbi ſupra, tum
etiam, quia talis probatio admittitur facienda etiam per
teſtes, vt in ſequenti illatione.

941 Infertur quartò, nam liquadabitur † inſtrumentum
continens incertam quantitatem, intereſſe, aut alte-
rius rei promiſſionem incertam, & illiquidam, ſi prius
illa liquidabitur per teſtes ſuper huiuſmodi liquida-
942 tione examinandos, eo quod inſtrumentum † non
liquidum continet obligationem velatam, quæ poterit
detegi inſtrumentis, teſtibus, aut quouis altero proba-
tionis legitimo genere, Bald. in leg. cum teſtamento
numero tertio, & ſexto, Codic. de manumiſſ. teſtam.
& in l. ſi cauſam numero ſexto, C. de execut. rei iudic.
Barz. Galleſ. & alij relati per Surd. conſilio 248. nume-
ro 12. volum. ſecundo, Gratian. diſcept. Forenſ. tom.
tertio, capitulo 444. numero 33. & 35. latiſſimè Sigiſ-
mund. Scaccia de appellat. quæſtione 17. limitatione
9. numero 24. cum ſequent. Præſ. de Franch. deciſio-
ne 292. Oſaſ. Couarrun. Turrett. Milan. Parlador,
Guttier. Brunor. Becc. Minſing. Menoch. Eſcobar, Pe-
rez, Muta, Decian. Graſſ. Intrigl. Suarez, Sola, Ceph.
Caualcan. Bim. Caball. Bero. Rot. Auen. Magon. Bo-
er. Aſin. Anguiſ. Tepat. Coſta, & innumeri, quos con-
gerit Giurba deciſ. 15. nu. 6. ex quibus dignoſcitur, hãc
opinio-

opinionem non habere contradictorem rationabilem.

Difficultas autem huius illationis conſiſtit in hoc, an in liquidatione per teſtes facienda requiratur partis citatio; & ſi requiratur procedi debeat ordinariè, an ſummariè, ſuper quorum explicatione non eſt omnium eadem ſententia, eo quod Muta Siculus deciſione 23. numero 5. poſt aliquos per eum citatos præſupponit,
943 ordinariè citata parte procedendum eſſe † ad liquidationem promiſſionis illiquidæ factæ in inſtrumento, quando liquidatio fit per teſtes; idemque videtur ſentire Galleſ. ad form. Camer. obligat. parte 3. capitulo de liquidat. numero tertio, dicens iudicium liquidatio-
944 nis tanquam diuerſum à † iudicio inſtrumentario, & recipit omnes ordinarij iudicij exceptiones; idemque clarius firmat Modern. de proceſſ. execut. par. 3. cap. 1. ſub num. 33. & 34. & cap. 5. nu. 25. & ante eum Bar. in l. 3. nu. 15. C. de pignor. in 2. lectura.

Alij autem dixerunt, citandum eſſe debitorem ſuper
945 iudicio liquidandæ quantitatis, ſed illum † ſummariè tantum audiendum, ſummarièque in eodem iudicio procedendum, & receptis probationibus, procedendum ad inſtrumenti executionem, ſeu liquidationem, Bar. Bal. Alex. Suarez, & alij, quos in hoc probat Couarru. variarum reſol. lib. 2. cap. 11. nu. 1. verſ. in ſumma, ſequitur Giurba vbi ſupra, & firmat expreſsè Galleſ. loco citato num. 5. ac alij plures.

Alij verò firmauerunt procedi debere ad liquidatio-
946 nem, & executionem inſtrumenti † pro quantitate illiquida, & facta executione ante tamen ſubhaſtationis iudicium, actor liquidabit incertum, ita Paul. Caſtr. in l. 1. num. 9. ff. de eden. quem refert Couarru. vbi ſupra verſ. cæterum; & in caſu ſimili ſcilicet, in condem
947 natione, aut executione petita rei illiquidæ † poſſe ſequi condemnationem, & demum liquidari, Benedict. Barz. de Guarentig. p. par. quæſtione 2. verſ. ſed tamen in hoc.

Galterius autem in praxi inſtrumentali, in 2. prim. parte. rubr. aduertat ad debita, numero 13. ſupponit; poſſe procedi ad liquidationem rei incertæ in vltimo
948 peremptorio, præſertim † in probatione matrimonij per teſtes viua voce hoc declarantes abſque partis citatione, licet in ſequenti numero citationem partis admittat in probatione quantitatis incertæ; illudque in nõnullis locis coram inferioribus iudicibus practicaſſe.

Vltimo loco, reliqui authores dixerunt, liquidatio-
949 nem † incertorum fieri debere parte incitata, eo quod inſtrumentum paratam habet executionem, & vti tale, citatione non indiget, niſi ſuper ipſius interrogatione ſeruata forma ritus, ſed liquidare extrema † inſtru-
950 menti, nempe incertas quantitates in eo promiſſas, eſt de appendicibus inſtrumenti, at extrema inſtrumentorum appendicia, vtique paratam habent executionem ita poſt Cum. Aloyſ. de ſept. Milan. & alios Siculos, Caſtill. deciſione 192. vol. 2. numero 2. & 3. cum alijs ſequent.

Quid dicendum in hac controuerſia? Dicas opinionem, ex qua diximus partem citandam in hoc iudi-
951 cio, iudiciumque eſſe ſummarium, † & ſic ſecundam
* opinionem eſſe cæteris receptiorem, & veriorem, eamque probant etiam Bened. Barz. de Guarantig. parte 1. quæſtione ſecunda, & Sigiſm. Scaccia de Appell. citata quæſt. 17. limitat. 9. num. 35. & 41. poſt Bar. Felin. & Galleſ. allegatos per eum; ſed eam velim intelligas cum infraſcriptis modificationibus, idemque probat Gratian. in citato cap. 444. nu. 38. & ſeq.

Modificatur primò, vt proxima prædicta concluſio non procedat, ſi promiſſio incerta, & illiquida facta in
952 inſtrumento † ſit ex cauſa iam in eſſe deducta tempore contractus, quia tunc inſtrumentum liquidabitur ante quam fiat liquidatio, quantitatis ſi hoc in pactum deductum fuit, vt puta promiſiſti ſoluere, & ſatisfacere mihi de omnibus damnis illatis, aut de intereſſe paſſo, etiam ante liquidationem; eo quia ita eſt conuen-
953 tum pro cauſa in eſſe deducta; ſecus autem † ſi cauſa non eſſet tempore contractus in eſſe deducta, vt puta
954 ſi promiſiſti non contrauenire ſub pena † ducatorum centum, nam quamuis ſit conuentum, vt exequeretur ante liquidationem, tamen iure fieri hoc non poterit, vt poſt Bar. in d. leg. 3. numero 16. probant Galleſ. vbi ſupra numero 10. & ſequ. & Scaccia allegato loco numero 31. & ſequ. eo quod indigeret contrauentionis probatione.

Modificatur ſecundò non procedere quando liqui-
955 datio deducitur † in Notorium per ipſius exercitium, ita quod actoris intentio ſit fundata, veluti ſi promiſſor caperetur in loco prohibito per promiſſionem pœnalem factam per ipſum promiſſorem, quo in caſu non
956 † requiri liquidationem, & in omni alio ſimili caſu, reſpondit Bar. in citata l. 3. ſub num. 14.

Modificatur tertiò non procedere quando promiſſio
957 facta in inſtrumento fuiſſet † de certa quantitate frumenti vini, aut olei, licet non appareat de certo valore
958 frumenti, olei, vel vini, ſiquidem † valoris incertitudo debitum incertum non reddit; quo in caſu liquidabitur inſtrumentum, & facta executione, pendente ſubhaſtationis iudicio probabitur valor rei promiſſæ, iuxta doctrinam Caſtrenſ. in citata leg. 1. ff. de eden. & ſic tertia opinio hoc in caſu procederet, prout adnotat Couarru. variar. reſolut. libro 2. citato capitulo 11. numero primo, verſ. quarto, omnibus, & ſecundum hanc notabilem Couarru. doctrinam intelligi debent, ea, quæ dicit Robert. de liquidat. inſtrum. conſiderat.
959 ſecunda numero 15. nempe ſi pro ducatis puta centum promittatur † conſignatio tantæ quantitatis frumenti certa die facienda, prout communiter tunc valebit, nulla expreſſa quantitate certa, decidit, poſſe liquidari inſtrumentum pro ducatis centum, qui ſunt in obligatione, quamuis frumentum ſit in ſolutione per tex. ibique gloſ. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem
960 ff. de ſolut. licet debitor citatus valeat † ante litem conteſtatam, & ſic ante liquidationem inſtrumenti conſignare frumentum, idemque decidit numero 16.
961 ſi fuerit expreſſa quantitas † frumenti, ſed ipſius valor certificandus, verum modificat, vt non valeat creditor incuſare obligationem, aut inſtrumentum liqui-
962 dare † pro quantitate frumentaria, niſi prius conſtet de valore; dico inquam, Robert. debere intelligi ſecundum doctrinam Couarrun. illa ratione, quia valo-
963 ris incertitudo † debitum incertum non reddit, verum huic noſtro dicto adderem praxim relatam per Galterium in quarta opinione, ſcilicet, quod in vltimo peremptorio in promptu per teſtes, aut ſcripturam,
964 fidem facientem † valor probetur in ſcriptis per ſummariam cognitionem, non autem per viuam, vocem vt Galter. malè adnotat: ſed pro pleniori declaratione dictorum per Robert. videndus Giurb. deciſ. 114. tota.

Declarabis tamen dicta in fine ſupraſcriptæ mo-
965 dificationis procedere quando executio, † & liquida-

tio fieret pro certo numero frumentario expreſſo in ob-
ligatione, quia tunc procedit modificatio, ſecus autem
966 ſie quantitas frumentaria non eſſet expreſſa, quia †
procederet opinio Robert. vbi ſupra.

967 Declarabis ſecundò, nam ſi exequeretur † contra de-
bitorem pro quantitate frumentaria expreſſa, (valore
tamen incerto) & executio fieret ſuper frumento in ea-
dem quantitate ſeruata forma obligationis, tunc nulla
requireretur liquidatio pro capitali promiſſione, quia
968 certa fuit promiſſio, certaque erit † executio ex tra-
ditis in ſimili per Giurb. citata deciſione 114. dum-
modo non differat in valore, quia tunc fieret liquida-
tio, vt ſupra.

Modificatur quartò, in inſtrumento cenſuali exe-
969 quendo contra tertium poſſeſſorem † via executiua,
quo in caſu probaretur poſſeſſio tertij poſſeſſoris illo in-
citato; tanquam appendix, & extremum executionis pa
ratæ conceſſæ cenſuali inſtrumento contra tertium, &
facta liquidatione, ſeu poſſeſſionis probatione, dabitur
executio, & ita procedit vltima opinio, ſicque loqui Do-
ctores Siculos ibi allegatos, modo tamen vt latè decla-
rat Caſtill. vbi ſupra.

Modificatur vltimò, nam licet tractetur de liquida-
970 tione debiti † principalis; ſiue autem de liquidatione
intereſſe, & acceſſionum, ſemper requiritur, vt prius fiat
liquidatio, & deinde concedantur incuſatio, & execu-
971 tio, ſed cum hac differentia, quia in primo † caſu non
requiritur partis citatio in ſecundo verò ſic, ita Cumia
Intrigliol. Muta, Giurb. & Blaſi. Lancea, quos probat
Caſtill. in citata deciſ. 192. nu. 14. & 15. ſed an detur
972 appellatio à liquidatione † incerti vidè in ampl. 6.

Modificantur omnia ſuperius tradita, vt procedant,
973 dummodo in citatione facienda † ſuper tenore inſtru
menti, fiat etiam mentio de alio inſtrumento, alijſque
documentis, quibus proceditur ad liquidationem in-
ſtrumenti præſentati ad hoc, vt citatus debitor certi-
ficetur de omnibus, ita poſt Carauit. citato rit. 167. nu.
29. docet Præſ. de Franch. deciſ. 420. num. 3. vol. 3. &
clarius deciſ. 623. num. 5. vol. 4.

Ampliatur ſecundò, principalis regula, procedere e-
974 tiam ſi inſtrumentum † liquidandum nequaquam cō-
tineat pecuniariam promiſſionem, nec aliam rem con-
ſiſtentem numero, pondere, & menſura, ſed obligationē
facti tantum, quia vtique liquidabitur inſtrumentum,
975 quia obligatus ad factum debitor † eſt, & comprehen-
ditur in ritu M.C. dummodo tamen præcisè ad factum
teneatur, nec liberaretur debitor ſoluendo intereſſe (mo
do vt quando præcisè quādo verò ſoluendo intereſſe te-
neatur promiſſor declarant Alex. & reliqui repeten. in
l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de verb. oblig.) prout
ſingulariter docet Rober. de liquid. inſtr. conſiderat. 2.
num. 6. quem ſimpliciter refert Doctiſſ. Rouit. ad Reg.
pragmaticas de inſtr. liquidat. in rub. num. 16.

Contra amplationem facit, nam quando promitti-
976 tur † factum, intellectualiter ſuccedit obligatio ad in-
tereſſe, & quod intellectualiter comprehenditur in in-
977 ſtrumēto nequaquā executiuo modo † petitur, Butr.
in c. tranſlato 3. col. 2. nu. 8. de conſtitu. Alex. in l. 1. nu.
13. ff. de l. 2. & probatur per tex. in d. l. ſtipulationes non
diuiduntur §. Celſus & leg. ſi quis ab alio ff. de re iudi. ex
quibus iuribus deducitur obligationem facti produce-
re id quod intereſt.

Teneas ampliationem, quæ procedit quando obli-
978 gatio facti † præcisè obligat ad factum, vt ibi diximus,
vt puta ſi fuerit promiſſum fieri inſtrumentum de ali-
quo contractu, aut promiſſa fuerit aliqua ratificatio, vt
deducit hæc, & alia Rober. vbi ſupra dicens deciſum in
Sacr. Conſ. in terminis ratificationis promiſſæ, ſed quā-
979 do obligatio facti præcisè obligat † ad factum poſt ci-
tatos authores in d. l. ſtipulationes; ſingulariter habe-
bitur magiſtralis deciſio, penes Couarruu. part. 1. Re-
lect. §. 4. nu. 6. Ant. de Burg. de empt. & vend. in rubr.
nu. 2. 3. 4. & ſeq. & latius penes Hercul. in l. in executio-
ne nu. 150. cum infinitis ſequent. ff. de verbor. obligat.
contraria autem procedunt quando obligatio facti pro-
980 ducit ſolutionem intereſſe, † eiuſque obligationem,
ſed circa hæc contraria, conſideranda erunt tradita in
ſequenti ampliatione, & ſignanter, quæ congerit Ca-
cher. inferius citandus.

981 Ampliatur tertiò, in inſtrumento continente † taci-
tam promiſſionem ex neceſſitate reſultantem; quia
vtique poterit liquidari pro illa tacita promiſſione, Bal.
in l. 1. §. vt plenius num. 3. C. de rei vxor. act. & in leg.
vbi adhuc col. quarta, ver. aduerte ibi C. de iur. Dotiū,
in l. ad probationem nu. 1. C. de probat. & in l. fin. Cod.
de fideicom. Marſ. in rubr. C. de probat. Iaſ. in §. fue-
rat inſtitut. de action. numero 58. cum multis ſequent.
Iacobin. in l. iuris gent. §. quod ferè in 2. lectura, vbi
* communē opinionem dicit, ff. de pact. communemq;
que dicunt Anto. de Alex. in d. §. quod ferè, Suarez in
repet. l. poſt rem ff. de re iudic. numero 3. qui dicit hāc
opinionem ſeruari in praxi & omni carere difficulta-
te, Neguſant. de pignor. parte ſecunda, memb. 4. nu-
mero 218. & veriorem, ac receptiorem dicit Cacher.
deciſ. 129. verſ. contraria tamen opinio, num. 10. cum
omnibus ſeq. Carroc. de loc. & conduct. titulo de lucro
ceſſante moroſo num. 3. Crauett. conſ. 149. nu. 11. Fe-
der. de Sen. conſ. 158. numero 1. Dec. conſ. 68. nu-
mero 3. Surd. conſ. 143. numero 19. & 20. lib. primo,
conſ. 294. libro 2. numero 21. Zanch. in l. hæredes mei
§. cum ita ff. ad Trebell. Surd. deciſ. 254. nu. 39. Curt.
Iun. conſ. 139. num. 3. & 4. Imol. in l. 1. num. 9. ff. de
his, quæ in teſtam. delent. Stephan. Gratian. diſcept.
Forenſ. tom. 1. cap. 37. num. 45. & ſeq. ac tom. 3. cap.
444. num. 45. cum alijs ſequ. & Auendan. de execut.
mand. par. 2. capit. 30. numero 10. quicquid in con-
982 trarium † afferant Butr. Bald. & alij relati per Ca-
cher. & Grat. vbi ſupra & per Præſ. de Franch. infe-
rius citandum.

Reſtringitur ampliatio, vt non procedat, quando ſta
983 tutum † dans executionem inſtrumento faceret men-
tionem de tenore inſtrumenti, quia hoc caſu quod vir-
tualiter elicitur non eſt de tenore, & in eo non habebit
inſtrumentum executionem paratam; vt authoritate
gloſ. in d. §. quod ferè, ſic reſpondiſſe Felin. Anton. de
Alexan. Hieronym. Gig. Galleſ. & Didac. Perez. quos
probauit Sac. conſ. teſte Præſ. de Franch. deciſ. 325. nu-
mero quinto, loquutus ad propoſitum rit. Magnæ Cu-
riæ, in hoc Regno facientium mentionem de tenore in-
ſtrumenti, vt etiam comprobatur per formam citatio-
984 num, quæ paſſim ſuper † tenore inſtrumentorum ex-
pediuntur in omnibus tribunalibus Regni, modo vt
idem oculatiſſ. Præſes teſtatur; & per hoc in Regno ne-
quaquam obtinebit locum præfata receptiſſima opi-
985 nio, eo quod † obſtant verba ſtatutorum prædi-
ctorum.

986 At ſi mihi liceat meam dicere opinionem, † meum-
que afferre iudicium; licet exiguum in his, quæ deciſa vi-
dentur

dentur per Sacr. Conſil. Neapolitanum ob tantam eius
authoritatem, regnicolis, & exteris ſatis notam, & quæ
diſcuſſa, & relata fuerint per ſapientiſs. illum Præſidem;
dico ſupraſcriptam reſtrictionem per Sacr. Conſil. deci-
987 ſum non videri ſemper veram, † & præcipuè in caſu il-
lius deciſionis, & vt mouimum, probatum demonſtretur,
dico vt reſtrictio & ſic deciſio Sacr. Conſ. vera iudicetur,
infraſcriptorum alterum concurrere debere, meo par-
uulo iudicio dijudicandum eſſe; exiſtimarem.

Illudque primum; nam ſi primus contractus ſpira-
988 uit, † licet maneret, & ſubſiſteret per tacitam ſubin-
tellectionem, etiam ex neceſſaria conſequẽtia, tunc pro-
cederet reſtrictio, & Sacri Conſilij deciſio, quia virtualis
ille tacitus contractus, ſeu tacita illa ſubintellectio non
eſſet de tenore inſtrumenti, in quo per expreſſa verba
celebratus erat contractus, aut actus iam ſopitus; exem-
plificatur requiſitum, nam qui ad certum tempus con-
989 ducit finito quoque tempore † ex tacito conſenſu ne-
ceſſario per legem præſumpto, intelligitur conduxiſſe,
ſi continuauerit habitare in alio ſequenti tempore, quia
Dominus cum patitur colonum in fundo eſſe ex inte-
gro locare videtur, ad text. in l. quid certum, ff. loc. &
conduc. & l. item quæritur, §. qui impleto, ff. eod. hoc
enim in caſu, ſecunda penſio non includitur in inſtru-
990 mento † primæ locationis, de ipſiuſque tenore nequa-
quam dicitur, eo quod illa prima conductio ſpirauit, &
991 ſopita fuit, ita poſt Rebuf. per eum citatũ ſingulariter
more ſuo, Doctiſs. Auenda. de execut. mand. par. 2. cap.
30. num. 10. toto; ſecus verò eſſet ſi primus contractus
992 non eſſet ſopitus, † quia parata executio daretur etiam
pro tacito, ita Auendan. vbi ſupra.

Secundum generalius, & notabilius concurrere de-
bet requiſitũ, nempè ſi expreſſum in inſtrumento tan-
993 quam neceſſariũ ſubſequẽs, † aut antecedens, poterit
ſubſiſtere rationabiliter, ſtareq. valeat abſq. antecedẽte,
vel ſubſequẽte, quia tunc illud antecedẽs, aut ſubſequẽs
tanquam ſimpliciter non neceſſarium nullatenus con-
994 tinetur in tenore inſtrumenti † expreſſim; ſed omni-
nò tacitè non comprehenſibile ſub nomine expreſſi, li-
cet per extẽſionem comprehẽdatur, ita poſt Fran. Aret.
in l. illud, ff. de acquir. hæred. aduerti dicit Tiraqu. de le-
gib. connub. gl 7. nu. 170. verſ. ſed illud (inquit Aret.)

Sed quando actus ſequens non poterit rationabiliter
995 † ſtare ſine antecedenti, aut è conuerſo tunc verius eſ-
ſe dijudicandum illud antecedens ſubintellectum; ex-
preſſum iudicari ex manifeſta mente contrahentium,
ita Aret. & Tiraq. vbi ſupra, per text. in d. l. illud.

Quodque comprobatur, nam id quod in neceſſariam
996 † conſequentiam verborum expreſſorum venit ad
997 tex. in l. 2 ff. de iuriſ. om. iudi. ſemper pro expreſſo † iu-
dicatur prout & illud quod venit in neceſſarium ante-
cedens dict. l. illud, & non ſolum idem quod expreſſum
operatur ſed quandoque plus, ad text. in l. 1. ff. de auth.
tutor. & l. nonnunquam. ff. de condit. & demonſt. cum
ſimilibus, probatque his adductis Mantica de tacit. &
ambig. conuent. tom. 1. lib. 1. tit. 5. num. 30.

Comprobatur ſecundò, nam ſi aliquid neceſſariò
998 præſupponitur † ad effectum expreſſi, licet per verba
expreſſa nõ ſit cautum, tamen cautum reputabitur Ber-
tazol. conſ. ciuil. 83. num. 26. & Soccin. Alex. Ruin. Pariſ.
* & alij quorum communem opinionem dicit Maſcard.
concluſ. 1141. num. 14. probatque Adrian. Neguſ. reſp.
12. num. 11. & reſponſ. 190. nu. 30. expreſſimq. etiam
999 dici, quod pendet † ab eo, quod verè expreſſum fuit
Bald. in l. vnica, num. 10. C. de his, qui ante aper. tab. &
Neguſant. reſp. 343. num. 42. ac Menoch. de præſumpt.
lib. 4. præſump. 110 num. 44.
1000 Comprobatur tertiò, nam illud quod colligitur ex vi
promiſſionis dicitur de tenore inſtrumenti, Iaſ. in §. fue-
rat inſtit. de action. num. 60. verſ. item motus quia illud;
immo verè propriè promiſſa quantitas illa dicitur, quę
1001 † deberi probabitur ex eodẽ inſtrumento cum illud
1002 propriè & verè intelligatur, quod per † relationem
ad aliud debetur Cacher. citata deciſ. 129. nu. 12. in fine
& num. 13.
1003 Comprobatur quartò; quia prædicta † procedunt
etiam in materia ſtricta, etiamq. dato tertij præiudicio,
& vtique quando expreſſio pro forma requireretur, ita
poſt innumeros allegatos probant Zanch. in citato §.
cum ita præallegato num. 210. & Gratia. citato ſuperius
cap. 37. num. 44. & ſeq.

Idcirco dico, Præſ. de Franch. aut Sacr. Conſ. in citata
1004 † deciſ. 325. reſpectu caſus illius deciſionis elidibile,
& ſatis dubitabile decidiſſe; nam in illo inſtrumento ſa-
tis conſtabat de debito ducatorum tercentum octua-
ginta duorũ, & per hoc ſatis promiſſa debebat intelligi
1005 illa quantitas, ſi eam deberi † in eodem inſtrumento
videbatur, vt ex Oſaſc. probauimus ſuperius comprobat
3. num. 100. & ſeq.

Secundò, dum in dicto inſtrumento conuentum fuit
liquidari, & incuſari poſſe etiam prò dicta quantitate
ducatorum tercentum octuaginta duorum, ſatis enim
1006 includebatur promiſſio † eos ſoluendi ſi debitor ſe
ſubmiſit executioni faciendæ per creditorem contra ip-
ſum pro dicta ſumma, quia illud venit in neceſſarium
antecedens, ad tex. in l. ad rem mobilem, ff. de procurat.
1007 vbi datus procurator ad petendum † poterit procu-
rator exhibitionem rei petendæ etiam petere, quia exhi-
bitio rei reſtituendæ eſt neceſſarium antecedens reſti-
tutionis, ſeu petitionis eiuſdem rei.
1008 Tertiò; liquidatio inſtrumenti eſt actus, qui † non
poteſt ſtare ſine promiſſione ſolutionis, ipſiuſque obli-
gatione, quia nunquam poterit liquidari, ſeu incuſari
inſtrumentum, niſi præcedat debitum in eo promiſſum,
vt fatentur Præſ. de Franch. vbi ſupra. & omnes præcita-
1009 ti authores, meritò conuenta liquidatione † per con-
trahentes, expreſsè videntur paciſci de promiſſione ſol-
uendi, ſine qua non ſtabit incuſatio, ſeu liquidatio con-
uenta per ea, quæ de neceſſario antecedenti ſuperius per
text. in l. illud de acquir. hæred. & l. ad rem mobilem de
procu. probauimus, & cum Aret. & Tiraq. vbi ſup. num.
993. cum multis ſequentibus, & præcipuè, num. 995.
1010 Quartò, liquidatio & incuſatio † inſtrumenti pa-
ctuita includit debiti promiſſionem ex ſuperius tradi-
1011 tis, & ſi includit, illud incluſum expreſſum † omninò
iudicatur, ad inſtar verbi fideiubeo, quod includit ſtipu-
1012 lationem, † quæ expreſſa iudicabitur, Menoc. de prę-
ſump. lib. 6. præſump. 14. num. 21. & 22. quibus exiſten-
1013 tibus dubitabilis redditur † Sac. Conſ. citata deciſio.
ideo hæc omnia notabis ſi placent, quia penes alium nõ
reperies ſic latè declarata, quam opinionem noſtrã pro-
batam nouiſſimè vidi nonnullis medijs penes Gratianũ
diſcept. forenſ. tom. 5. poſt hæc ſcripta viſum, cap. 852.
num. 24. cum pluribus ſequen. de quo non parum gaui-
ſus fui.

Ampliatur quartò, in inſtrumento liquido, quod
1014 liquidabitur, quamuis in illo † partes nequaquam
cõuenerint vt in caſu ſolutionis non faciendæ creditor

valeat

valeat liquidare illud via rit.Magn.Cur.cui contrahen-
tes non ſe ſubmiſerunt,eo quod ritus M.C.ſunt ius com
1015 mune†in Regno,& ſubmiſſio,quæ fit attento ſolito,
fit ad maiorem cautelam, quia ſufficit rit. diſpoſitio ad
cauſandam liquidationem;ita occulatiſſimus Præſ. de
Franc.deciſ.366.num.6.& 15.
Ampliatur quintò,quando debitor obligaretur in in-
1016 ſtrumēto,puta in ducatis centū,vel in ea ſumma,†de
qua facto demum calculo reperiatur debitor,nam pote-
rit liquidari inſtrumentum pro ſumma expreſſa,licet in
futurum poſſit reddi dubia per calculum faciendū, poſt
alios, & ſignanter Galleſ. Rober. & quamplurimos ſic
deciſum dicit Præſ.de Franch.deciſ.292.tota,qui loqui-
1017 tur quando in affictu territorij certæ menſuræ,†puta
decem iugerum ad certam rationem pro quolibet iuge-
re,adiecto pacto,quod menſurari debeat, at in terminis
ampliationis loquantur Gramat.deciſ.58.num.10.&
11.Robert.de liquid.inſtrum.conſidera.2.num.7. Soc-
cin.in l.pecuniam,ff.ſi cert.pet.Cagnol.in l.is damnum
dat §.quod pendet,num.5.ff.de reg.iur.Surd.conſil.38.
num.25.volum.1.& conſil.527.num.19.volum.4. Bo-
rell.conſ.77.Rouit. ad rubr. de inſtrum.liquidat. ſuper
pragm.num.24.& ſequ.Villalob.com. opin. litera E,n.
250.Lancellot.de attent.par.2.cap.4.limit.28. num.1.
& Azeued.Rebuff. & alijs citatis probat Eſcobar.de ra-
tiocin.cap.33.num.28.ac cum eo magis veram,& com-
* munem dicit Stephan.Gratian.diſceptat. forenſ. tomo
1.cap.183.num.31. cum ſeq.& deciſum dicit Vrſill. ad
Affl.deciſ.205.num.7.idemq. Cartar.deciſ.49.nu.8.&
Cæſ.Barz.deciſ.90.num.15.
Extenditur ampliatio,etiam ſi expreſsè dictum fue-
1018 rit, quod ſi facto calculo minor † quantitas debita
reperiatur illa tantum cenſeatur promiſſa, nam adhuc
poterit liquidari inſtrumentum pro ſumma expreſſa,
pendente calculo,ita Soccin.Cagnol.& reliqui ſupra ci-
tati authores.
Ampliatur ſextò etiam ſi quantitas illiquida in in-
ſtrumento contenta fuerit liquidata, & à dicta liquida-
1019 tione † fuerit appellatum,quia nō obſtante appella-
tione, liquidabitur inſtrumentum; quamuis per liqui-
dationem incertæ quantitatis, aut reliquorum incerto-
1020 rum circa extrema † inſtrumenti inferatur nouum
grauamen, & à quolibet grauamine appellatio detur l.
ſi ab arbitrio, ff.qui ſatiſd. cogan. at in ſpecie à liquida-
1021 tione facta † per calculatorē ſemper appelletur, Vr-
ſill.ad Affl.deciſ.35.num.2.& deciſ.175.num.1.Galleſ.
ad form.oblig.cam.tit.de liquidatione,nu.18.Menoch.
de adipiſ.rem.5.quæſt.10.eo quod prius præcedere de-
beat decretum iudicis,ex quo declaretur inſtrumentum
1022 liquidum antequam liquidetur,ſeu incuſetur, Bal. in
l.2.num.11.C.de execut.rei iudic.& Soccin. conſil.51.
volum.3.lib.1.
Nam contraria opinio eſt verior,& receptior, quia
1023 liquidatio † incertæ quantitatis, aut aliorum incer-
torum inſtrumenti facta ante eiuſdē inſtrumenti incu-
ſationem, habet ſe vt incidens in executionem paratam
1024 inſtrumenti, ideo † eius naturam aſſumit clem. di-
ſpendioſam de iudic.Bar.in l.ſolet.col.fin.ff. de alim. &
cibar. legat.ne ſuper quolibet articulo partes vexentur
1025 † nono iudicio,quia ſuper principali demum graua-
mine (vt circuitus euitetur) tota terminabitur cauſa; vt
his,& alijs adductis,probat Cachera.deciſ.129. in pro-
prijs terminis,præcipuè num.10. cum ſeq.latè verò, &
vtique in iſtis terminis Eſcobar.de ratiocin.cap.33.nu-
mer.20.cum multis ſequent.& Gratian.diſcepta.foren.
tom.1.citato cap.183.num.33.cum alijs ſequen.
Immo ad euitandum hoc inconueniens,ne cauſa fiat
1026 ordinaria † per has diſputationes, verius eſt contra
Bald.& Soccin.ſuperius citatos,nequaquam requiri de-
cretum ſuper facta liquidatione incerti, ne iudicium ſū-
marium fieret ordinarium,vt in terminis probat Couar
ruu.var.reſol.lib.2.cap.11.nu.1.verſ. primo ex his con-
ſtat Roderic.Soarez in d.l.poſt rem iudicatam, ff. de re
iudic.limit.4.Cacher.vbi ſup.Eſcobar.allegato loco nu.
25.& Gratian.citato cap.num.48.
1027 Ampliatur ſeptimò,vt liquidato†inſtrumento con-
tra principalem obligatum illud poſſit exequi contra
tertium poſſeſſorem rei ſpecialiter hipotechatæ,eo inci-
tato,dummodo in obligatione illius rei ſpecialiter obli-
gatæ fuerit pactum factum cum principali debitore de
non alienando, declarando contractū alienationis nul-
lum ſi fieret,ita poſt Bart.& Imol.in l.ſi ita quis,§.ea le-
ge,ff.de verb.oblig.probarunt Neguſan.de pignor.par.
2.memb.1.num.5.Couarr.variar.reſolut.lib.3.capit.7.
num.6.ver.hinc etiam Guttier.lib.2.pract.c.177.num.
4.& in l.nemo poteſt,num.38.ff. de leg.1. Suarez in d.
l.poſt rem iudicatam in declaratione ad l.regiam limit.
1.num.5.Valaſc.de iur. emph.quæſt.32. itaque practi-
cari teſtatur Ceuall.quæſt.76.num.29.& quæſt.36. nu.
16. ac magis tutam hanc opinionem dicit Modern. de
proceſſ.execut.par.2.cap.3.num.460. & 461. Gonzal.
Salazar & Iaſ. quos omnes probant, Sephan. Gratian.
diſceptat.forenſ.tomo primo,cap.150.num.10.& toto
capite, ac Felician.de cenſur. tomo 1.libro 1. capit.10.
numero 3.
Modificabis ampliationem procedere dummodo li-
1028 quidatio † extremorum prius fiat,nempè rem illam
ſpecialiter obligatam, & mediante pacto factam in-
alienabilem poſſideri per tertium exequendum, & hu-
iuſmodi liquidatio fiat illo tertio incitato, modo vt pro-
bauimus ſuperius,num.950.
Ampliatur octauò, vt executio parata vtique dabi-
1029 tur pro inſtrumento guarentigiato † deperdito, &
non apparente, ſi eius tenor probetur per teſtes, per le-
1030 gitimam probationem,nempè per teſtes † peritos &
literatos,modo vt per Afflict.deciſ.274. Surd.dec.137.
& conſ.144. ac per alios ſuperius demonſtrauimus, vt
ex traditis per Bellon.conſ.22.num.8. cum ſequ. Alex.
conſ.93.num.15.lib.6.Roder.Soarez in citata ſæpius l.
poſt rem iudicatam in declarat.l.Regni,limita.3.num.
4.& 5.Marſ.ſing.484.in 2.caſu, Angeli, Valaſc. de em-
phite.quæſ.7.num.17.P.Auguſtin.Morla in empor.tit.
11.de fid.inſtrum.quæſt.1.num.17. verſ.verum, Mon-
ter.deciſ.Arag.30.num.7.& tota, Menoch. de adipiſc.
remedio 4.num.107. quæſt.16. iunctis numer.110. &
113. quam ampliationem notabis, vnà cum infraſcri-
ptis declarationibus ad intelligentiā eorum, quæ notat
Doctiſſ.Rouit.ad rubr.de inſtrum.liquid.num.49.
Modificatur ampliatio,vt illa ſolummodo procedat,
1031 quando teſtes † periti deponentes de tenore depo-
nant de guarentigia,alijſque clauſulis neceſſarijs,inſtru-
menti deperditi; examinenturque penes iudicem parte
citata, & ſit ſcripturà confecta ſuper talibus atteſtatio-
nibus iudicis authoritate ex qua ſcriptura oritur Noto-
1032 rium, †ideo dabitur parata executio, ita Soarez in
allegata l.poſt rem iudicatam,& Valaſc.vbi ſupra.
Sed quia inanis penes nonnullos iudicaretur hęc pra-
1033 xis, † poſtquam ſi hæc omnia debent agitari, & pu-
bli-

blicari parte citata, in contradictorio iudicio, res in lon-
gũ protraheretur, adeo vt tantum, & forſan minus con-
ſumaret tempus creditor ordinariè agendo, & in ter-
mino ordinario hæc probando.

1034 Attamen poterit eſſe vtilis praxis iſta; in † credito
debito in diem, aut in credito conditionali; nam pendẽ-
te dilatione ſoluendi, aut conditionis purificatione, cre-
ditor poterit hæc conſummare, & cõſũmatis illis, obti-
neret executionem paratam pro ſuo credito debendo,
prout poſt Soarez, & omnibus prædictis congeſtis; pro-
bat Stephan. Gratian. diſceptat. foren. tomo 4. cap. 749.
num. 17. cum omnibus ſequent. ſecundum enim predi-
cta intelligi debent Cauenſ. & Carauit. citati per Viſcon
tum in ſuis concluſ. ver. inſtrumentum fol. 127. cum in
materia inſtrumenti deperditi ſimpliciter illos ſequa-
tur.

1035 Ampliatur nonò etiam ſi à liquidatione † inſtru-
menti facta fuerit appellatum, quia illud inſtrumentum
liquidatum obtinebit executionẽ appellatione, quo ad
ſuſpendendum non obſtante, Robert. de liquidat. inſtr.
conſiderat. 4. num. 79. vbi praxis in Regno, ac Barz. de
guarentig. Canar. & Graum. relati per Galter. in prax.
inſtrum. rubr. vltima, num. 13. prout in omnibus cauſis
executiuis reſponderunt, ſic fieri de iure, cum in his ſo-
1036 lum deferatur † appellationi, quo ad deuolutionem
tantum, non autem quo ad ſuſpenſionem, Menoch. de
adipiſc. remed. 4. num. 828. Enger. conſil. 72. num. 52.
Rol. conſil. 77. num. 1. lib. 2. & Cacher. deciſ. Pedem. 25.
num. 19. ac Marc. Ant. Amat. deciſ. March. 29. num. 47.
cum ſequen.

Extenditur ampliatio, etiam ſi inſtrumentum fuerit
1037 † illiquidum, quia vtique appellatio executionem pa
ratam non impedit, ſed deuoluit tantum, Bald. & Sola.
ad conſtit. Sabandiæ, quos probat meritiſs. Regens Ta-
pia lib. 3. in ius Reg. tit. de inſtrum. liquid. ſuper rit. 166.
nu. 35. eo quod ſi fuerit liquidatum eandem obtinebit
executionem ex allegatis.

Extenditur ſecundò etiam ſi fuerit dictum de nulli-
1038 tate † inſtrumenti, aut liquidationis, vel obligatio-
nis, quia hæc exceptio non impedit executionem liqui-
dationis paratam, Bero. conſ. 119. num. 1. lib. 3. Rober.
Lancell. de atten. nullit. pend. num. 150. & alibi Caſſad.
deciſ. 10. nu. 5. cum ſequent. de reſcript. Guttier. de con-
tract. iur. cap. 2. num. 23. verſ. quinto poteſt ſaluari Gal-
leſ. de oblig. Camer. part. 1. quæſt. 3. Honded. conſil. 17.
num. 45. lib. 2. & Gratian. diſceptat. foren. tom. 4. capit.
667. num. 18.

Extenditur tertiò, etiam ſi per ſuperiorem in iudicio
1039 appellationis deuolutiuo fuerit reuocata † interlo-
cutoria liquidationis, & executionis conceſſæ, quia ad
huc non impediretur executio, donec iudicium deuolu-
tiuum definiatur per ſentẽtiam inappellabilem, Hõded.
vbi ſupra Burſat. & Neuizan. quos probat Gratian. ci-
tato cap. 667. num. 21. illa ratione, quia cum fuerit ap-
pellatum à ſententia lata in deuolutiuo, non debet ea
1040 † eſſe in aliqua conſideratione, eo quod ſuſpenditur,
per appellationem ad tex. in l. 1. ad finem. ff. ad Turpill.
& poſt alios Afil. deciſ. 188. num. 4.

Extenditur quartò, etiam ſi fuerit petita reſtitutio
1041 in integrum, quia adhuc liquidatio, † ſeu eius execu-
tio non impeditur, vt poſt Menoch. Barz. Lancell. Rip.
& poſt nõnullas nouiſſimas deciſiones Rotæ, allegatos,
& allegatas probat Gratian. vbi ſup. num. 29.

Reſtringitur ampliatio, quando fuiſſet pronuncia-
1042 tum † per primum, aut ſecundum iudicẽ, inſtrumẽ-
tum eſſe illiquidum, aut nullum, vel aliquo alio modo
vulnerata fuiſſet inſtrumenti liquidatio contra actorem
quia tunc in beneficium rei eſſet facta cauſa appellabi-
lis, vt ita nouiſſimè deciſum per duas deciſiones in Ro-
ta Romana, teſtatur fuiſſe Stephan. Gratian. in citato c.
667. num. 19. alia enim cumulat idem Gratian. tomo 5.
diſceptat. foren. cap. 968.

Ampliatur decimò, etiam in inſtrumento vulnerato
1043 † per exceptionem vſurariæ prauitatis, quia liquida-
bitur etiam ſi exceptio prædicta in promptu probetur,
Surd. conſ. 327. num. 15. 16. & 17. vol. 3.

1044 Contra ampliationem † reſpondit Ioſeph Seſſa de
inhib. cap. 4. §. 2. num. 7. & 8. prout vterque refertur per
Doctiſs. Rouit. ad pragm. in rubr. de inſtrum. liquidat.
num. 32.

Comprobatur opinio hæc contra ampliationem ex
traditis per Barz. de guarentig. p. 3. quæſt. 7. Dec. in c. ex
parte, nu. 87. fallent. 28. de off. iud. deleg. Galleſ. ad for.
cam. oblig. tit. de vi inſtr. oblig. camer. nu. 1. tertia par.
princip. tractatus Tiraq. de retract. conuent. §. gloſſ. 2.
num. 38. in fin. D. Ant. Padill. in l. quamuis, num. 49. C.
de iur. & fact. ignor. Bonacoſſ. concluſ. crimin. ver. exce-
ptiones vſurariæ, Natta conſ. 497. Caccher. deciſi. 137.
quos probat Caroc. deciſ. 133. num. 4. & 5. vbi ex Cac-
✱ cheran. magis communem opinionem dicit.

Pro opinione Surdi in citato conſil. 327. idem Surd.
congerit Laur. Rodulph. Ioan. Baptiſta Lup. Aldobran.
ad Dec. in d. c. ex parte Caualcan. Lancell. Gall. Marant.
Capic. Anan. Gail. Barz. & alios, quam Surdi, opinionẽ
1045 in praxi ſeruari † teſtatur Sigiſmun. Scaccia de com-
merc. & camb. §. 7. gloſſ. 5. numero 66. verſicul. tamen
opinio.

Quid tenendum: omiſſis enim nonnullis conciliatio-
nibus, quas Doctores cogerunt, dicas in praxi receptio-
1046 rem eſſe opinionem Surdi, & proinde † ampliationẽ
tenendam ex ſuperius traditis.

Extenditur itaque ampliatio, vt tanto fortius proce-
1047 dat, quando inſtrumentum liquidaretur † pro capi-
tali, eò quia vſura non poteſt eſſe regulariter in exactio-
ne capitalis, quia ſi non impeditur in alijs in inſtrumen-
to promiſſis, eò fortius in capitali, ita Laurent. de Ro-
dulph. in cap. conſuluit, par. 2. quæſt. 135. ſub nu. 29. de
vſur. quem probant Surd. vbi ſupra, & Scaccia loco cita-
to, num. 76.

Reſtringitur tamen ampliatio, ſi vſura in exceptione
1048 † propoſita fuiſſet manifeſta, & notoria, quia tunc
procederet opinio contraria, vt videtur ſentire Vrſill. ad
Afflict. deciſ. 31. num. 4. & alij Moderni regnicolæ, quos
probat Ioan. Baptiſta Toro, in compendio deciſionum
Regni verſ. exceptio vſurariæ, in fine fol. 191. ſed magis
in terminis Sigiſm. Scaccia vbi ſup. num. 78.

Ampliatur finaliter (genericè tamen) omnibus in-
1049 fraſcriptis modis, & primò ampliatur in † inſtrumen-
to præſentato contra ſocerum, quod vtique liquidabi-
tur, Præſ. de Franch. deciſ. 366. ſed hoc melius declara-
bitur inferius limitat. 5. num. 1096. idem in inſtrumen-
1050 to præſentato per venditorem † contra emptorem
pro pretio rei venditæ, quamuis ſit ſequuta euictio, dato
tamen pacto, quod venditor non teneatur de euictione,
in caſu ſingulari relato per Præſ. de Franch. deciſ. 239.
prout etiam in inſtrumento, in cuius liquidatione præ-
1051 ſentaretur † habilitatio à iuramento, obtentaq. præ-
uentione, ſi his fuiſſet renunciatum in eodem inſtru-
mento,

mento, Præſ. de Franch. deciſ.670. liquidabitur etiam
inſtrumentum contra obligatum duobus correis credē-
1052 di † inſolidum, licèt ab vno ex eis fuerit prorogatum
tempus ſolutionis, vt ſingulariter idem Præſ. deciſ.281.
liquidabitur vtique quamuis per debitorem priuilegia-
1053 tum † fuiſſet facta electio fori, ita Modern. Nouar. ad
collectaneas pragmaticales, collect. 120. in fine: prout
etiam liquidabitur in Magna Curia, vel in Regijs audiē-
1054 tijs, contra debitorem † quamuis per Barones fuiſſet
petita remiſſio, dummodo huiuſmodi cognitionem nō
haberent ſpecificè in priuilegio, Doctiſs. Rouit. ad prag.
1. de inſtrum. liquidat. vbi ſic deciſum refert; liquidabi-
1055 tur inſtrumentum † vel liquidatum exequeretur etiā
ſi ante contumaciam contractam, vel per comparatio-
nem de ſero poſtea purgatam, factum fuiſſet depoſitum
creditore volente recipere ſuum creditum, & non recu-
1056 ſante; aut eſſet † implicitum, conditionatum, & de-
creto liberationis indigens, quia quādo ſolutio pecuniæ
1057 eſt in conditione † non autem conditio eſt in ſolutio-
ne, depoſita non explicita nequaquam liquidationem,
aut exequutionem inſtrumenti impediunt, Doctiſs. Ro-
uit. ad pragm. 4. de inſtrum. liquid. in nouiſs. num. 7. &
ſequen. vbi alia ad materiam; an liquidetur contra pro-
1058 digum † latiſſimè idem Doctiſs. Rouit. in proxima
citata pragmatica, & Præſes de Franch. deciſ. 672. tota
volum. 4. & Molfeſ. conſ. 8. an verò liquidabitur contra
1059 ſubditos † Magni admirati, in M.C.V. negatiuè deci-
ſum dicit meritiſs. Marchio, & Regēs Tapia ad ius Reg.
ſuper rit. 54. tit. de offic. magn. Admir. quod notabis ad
declarationem eorum, quæ ampliando notauimus cum
Nouario ſuperius num. 1053. videndus etiā ſuper hoc,
Freccia de ſubſeud. lib. 1. tit. de offic. mag. Admirat. nu.
31. liquidabitur etiam inſtrumentum in M.C.V. contra
1060 aliquem † ex ſeptem officialib. magnis Regnis Flau.
Amendula ad Præſid. de Franch. deciſ. 274. ſub num. 5.
1061 liquidabitur inſtrumentum annuorum † introituum
quamuis annatæ, & tertiæ ſint ſolutæ per debitorem, ſi
debitor ſit multis inuolutus debitis, quia mora in hoc
caſu nequaquam per tertiarum ſolutionem purgabitur,
Anna ſingular. 349. toto, quem ſequuntur Marcell. Ca-
la de modo artic. & proband. gloſ. 4. quæſt. 24. num. 58.
& Galter. in ſua prax. inſtrumen. rub. aut facta liquidat.
num. 45. authores ex noſtratibus non ſic facilè contem-
nendi alias etiam colligerē ampliationes, ſed eas habe-
bis in ſequenti tomo in nonnullis titulis ex ibidem no-
tatis, & præcipuè in materia inſtrumētorum annuorum
introituum.

Limitatur principalis concluſio, non procedere in in-
1062 ſtrumento carēte † requiſitis reaſſumptionis, quæ la-
tè retulimus ſuperius in ſuperiori conſideratione, ac ca-
rente alijs ſolemnibus ibidem enumeratis, quod non li-
quidabitur, eo quia nec etiam probare inſtrumentum
latiſſimè in conſiderationibus prædictis demonſtraui-
mus, nam inſtrumentum ſine debitis requiſitis dicitur
1063 inualidum, & inſtrumenta quæ ſunt † executioni de-
mandāda, & liquidanda intelliguntur de validis, ad tex.
in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. Gramat. deciſi. 27.
num. 4. Præſes de Franch. deciſ. 86. & deciſ. 623. volum.
4. nu. 4. ac doctiſ. Valenzuel. conſil. 32. nu. 80. hoc enim
in caſu inſtrumentum non habebit executionem para-
tam, & proinde non liquidabitur.

Limitatur ſecundò in inſtrumento quod in ſuperiori
1064 tertia conſideratione † diximus non probare, vt vi-
detur ſuperius num. 126. cum omnibus ſequentibus li-
mitationibus, ex traditis latiſſimè, ibidem.

1065 Limitatur tertiò in inſtrumento illiquido, † quod ſi
præſentetur non habebit executionem paratam, & pro-
inde nō liquidabitur, diciturque inſtrumentum illiqui-
dum, quod extrinſecus indiget alia facienda probatio-
ne, vt probatur per rit. 167. vbi Carauit. num. 14. & du-
pliciter illiquidum dicitur ratione, ſcilicet perſonæ, aut
1066 † ratione cōtractus, prout de omni illiquiditate latiſ-
ſimè habetur penes Frecciam de præſent. inſtrum. part.
7. cum omnibus quæſtio. & tota; ac videbitur etiam per
ſubſequentes limitationes, at executio parata conceſſa
1067 inſtrumentis, † ſemper liquidis conceditur; non au-
tem illiquidis, vt ex ritu, & Doctoribus, probat in ſpecie
Freccia de præſent. inſtrum. par. 7. in princ. num. 15.

1068 Limitatur quartò in inſtrumento † pactionato, &
vltrocitroque obligatorio quod tanquam illiquidum
non liquidabitur, niſi prius appareat legitimè, credito-
rēm ex parte ſua adimpleuiſſe, ſi adimplementum fa-
ciendum ex parte agentis erit adimplendum ante ſolu-
tionem faciendam per debitorem inſtrumentarium,
nempe ſi debitor promiſerit centum creditori, ſi Nauis
ex Aſia venerit, aut ſi creditor aliquid aliud facit, idcir-
1069 co defectus † conditionis adimplendæ impedit de-
biti promiſſi petitionem, ad tex. in l. ſi ea conditione, C.
de condit. inſertis cum concordant. Bart. in l. 1. circa fi-
nem, ff. de reb. cred. text. & Doctor. omnes in l. Iulianus,
§ offerri. ff. de act. empt. & in noſtris terminis Freccia de
præſent. inſtrum. par. 8. quæſt. 1. & Rober. de liquid. in-
ſtrum. conſiderat. 2. num. 12. ac in omni petitione, &
1070 actione reſolutum eſt in iure in contractibus † vltro-
citroque obligatorijs, non dari actionem agenti, niſi il-
le ex ſui parte, primò adimpleuerit ad tex. in d. §. offerri,
& qui non implet repellitur ab agendo Bal. & innumeri
relati per Oſaſc. deciſ. 50. num. 9. & tota, & per Roland.
conſ. 53. num. 27. & 28. quod adeo verum eſt, vt reus va-
leat hanc adimplementi exceptionem opponere non
1071 † ſolum circa ſubſtantialia ipſius contractus, verum
etiam circa accidentalia, vt Baldo, Alexandro, Corneo;
Rolan. Surd. Ludou. Bec. Magon. Maſcard. & alijs alle-
gatis, probant de Graſſis de except. ad materiam ſtatu-
ti exclud. excep. 23. except. num. 47. & Ambroſin. deciſ.
Epiſcopat. Peruſ. 15. num. 11. & procedunt hæc etiam ſi
1072 in minimo † defectus conſiſteret Bald. Natt. Iaſ. Ro-
lan. Becc. & Menoch. quos probat Honded. conſ. 86. nu.
15. & Dec. Curt. iun. Ceph. Surd. Crauet. Marcian. Ma-
ſcard. Grimal. & alij, quos probant Carol. de Graſſ. vbi
ſupra num. 39. & Ambroſin. citato loco nu. 12. & tanto
magis prædicta procedunt, quanto ſingulariter aliqui
dicunt, quod ſi ex non adimplemento factus eſt nō ad-
1073 implens periurus, periurium † hoc non poterit per
partem remitti Felin. in c. 1. de iur. iur. Rolan. conſi. 34.
volum. 3. & Manent. deciſ. 38. num. 52. immo hæc exce-
1074 ptio eſt omnium aliarum fauorabiliſſima † Criuell.
deciſ. Senat. Dolani 111. num. 28. inſuper exceptio non
1075 adimplementi habebit locum etiam ſi non † interſit
eorum, quibus verſa vice aliquid fuit promiſſum, quia
non tantum fundata eſt in intereſſe hæc exceptio, ſed
1076 etiam † in violatione fidei vt innumer. Doctoribus, &
deciſionibus adductis probat Steph. Gratian. diſcep. fo-
renſ. tom. 2. cap. 301. num. 13. & ſeq.

Et vt ad inſtitutum ordinem redeamus, exceptio hæc
admittitur, & opponitur, licet adimplere debens, fuiſ-
ſet impeditus, quia hoc in caſu, impedimentum excuſa-
ret ſolum à mora, & pęna, non autem quod impedito

actio

actio competat, ita Butr. Abb. Natta, Crauett. Deci. Me-
noch. & alij quos probat Gratian. diſcept. foren. tom. 5.
c. 851. & etiam aduerſus inſtrumentum iuratum; & ca-
1077 meralem † obligationem, quia ſtatutum prohibens
in huiuſmodi exceptiones has nequaquam comprehé-
dit, Canar. de execut. inſtr. quæſt. 26. Galleſ. de oblig. ad
form. cam. par. 4. quæſt. 1. num. 8. Scaccia de iudic. cauſ.
ciuil. lib. 1. cap. 63. num. 1. verſ. ſed nimis, & in tract. de
✱ commerc. §. 1. quæſt. 1. num. 355. communem opinio-
nem dicit Cæſar Barz. deciſ. Bonon. 36. num. 24. & poſt
Maſcard. Menoch. Ludouic. Marſil. Becc. Burg. Rom.
Soccin. & alios, probant Carol. de Graſſ. de except. ad
mat. ſtat. exclud. allegata ſuperius excep. 13. numer. 41.
Turrett. conſ. 74. num. 38. lib. 1. & Ambroſin. citata de-
ciſ. 15. n. 27. Maſtril. deciſ. 260. n. 2. Caſtil. deci. 123. nu.
11. vol. 2. Muta deciſ. 73. n. 20. Milan. deciſ. 4. nu. 1. 2. 8.
& ſeq. lib. 2. & id illa ratione comprobatur, quia hæc ex-
1078 ceptio † oritur ex ventre eiuſdem inſtrumenti, & per
hoc opponere ex inſtrumento non eſt opponere contra
inſtrumẽtum, Modern. de proceſſ. execut. p. 4. c. 1. n. 79.
Scaccia de commerc. citata quæſt. 1. num. 354. Barz. de
guarentig. par. 3. quæſt. 16. Cæſar Barz. deciſ. Bonon. ci-
tata, num. 23. & 24. latè Monac. deciſ. Bonon. 40. punct.
9. toto, & penes alios præcitatos authores, penes quos
etiam adnotatur, hanc exceptionem cenſeri oppoſitam
ipſo iure, iudicis officio abſque partis inſtantia, prout
1079 præcipuè adnotant Scaccia vbi ſupra, num. 356. Cæ-
ſar Barz. loco citato num. 25. Ambroſin. numer. 25. &
Monach. nu. 1. citatis deciſionibus, accedit etiam quod
1080 poterit opponi † non ſolum ante liquidationem in-
ſtrumenti, ſed etiam poſt liquidationem, in ipſa tamen
executione, Cęſ. Barz. vbi ſupra, num. 25. & Monach. nu.
6. & 11. ac executionem impediri, & inhibitionem con-
cedi, dixit Gratian. diſcepta. foren. tomo 2. cap. 273. nu.
19. & 20. dummodo ſuper huiuſmodi exceptione non
adſit controuerſia, ex qua illiquida redderetur, quia tũc
non obſtaret, vt nouiſſimè deciſum dicit idem Gratian.
tom. 5. diſcep. poſt hæc ſcripta viſus, num. 2. & ſequent.
immo ab hac liquidatione controuerſionis appellari po
terit, vt penes eundem authorem, num. 6. Denique ob-
ſtabit hæc exceptio etiam circa adimplementum facien
dum vigore alterius contractus, dummodo ſint corre-
ſpectiui, vt ſingulariter infinitis adductis probat idem
Gratian. d. tom. 5. cap. 853. num. 30. cum ſequent.

1081 Sin autem adimplementum faciendum eſſet † in
ipſa ſolutione, aut verò poſt ſolutionem, tunc attenden-
da erunt, quæ diſtinguendo in practica adnotant Fran.
Ant. de iud. Rober. in citata 2. conſiderat. eod. num. 12.
toto & num. 13. ac Carauit. rit. 167. num. 29.

Sin verò ſtaret per eum, cui adimplendum erat, tunc
non obſtante adimplemento, exceptio iſta non prodeſ-
ſet agenti, vt infinitis medijs probat nouiſſimè Stepha.
Gratia. diſceptat. foren. tom. 5. cap. 851. n. 2. cum multis
ſequentibus, & ſingularius in cap. 1000. num. 21. exem-
plificans, num. 24. & 25. in promittente conducere gra-
num, qui non tenetur niſi prius pretium ſibi ſoluatur,
cum in ordine ſolutio prius facienda erit.

Limitatur quintò in inſtrumento contra patrem, cõ-
1082 tra quem nullatenus † liquidatur via ritus, ad tradita
per Præſ. de Franc. deciſ. 162. poſt Frecc. Minad. & alios
ibidem adductos, quæ limitatio pluribus rationib. pro-
batur, & præſertim his duabus, nempè inhumanum ab-
hominabile, & execrandum iudicaretur videri patrem
1083 † ad filij inſtantiam carcerari, filiumq. crudelib. cru-
deliorem cenſeri; denique & ſecundò ratione reuerentię
1084 † Præſ. de Franch. vbi ſupra, & deciſ. 164. prout illo,
& alijs relatis, probat copioſiſſimus, & laudatiſſimis
moribus, Paſchal. de vir. pat. poteſt. parte ſecunda, cap.
9. numero 13.

1085 Extenditur limitatio in matre contra quam † neque
liquidabitur inſtrumentum via ritus, prout deciſum di-
cit Præſes Rom. Cur. Battaglin. ad Cin. in l. qui in pote-
ſtate C. de in ius voc. quicquid vnum ex Regijs Cõſilia-
rijs in contrarium dixiſſe, referat Præſes de Franch. deci-
1086 ſio. 366. in fine, eo quod † inhumanitatis crudelita-
tis, & abhominabilitatis maior cõcurrit ratio in matre,
1087 quam in patre, quia filius naturalis † retributionis
lege tenetur, magis matri; quam patri, amorem retri-
1088 buere, dum mater ardentius † amat filium, quam pa
ter, Grat. conſil. 83. num. 12. volum. 2. Marc. Mantua ſin
gular. 419. quos probat Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 106.
nu. 4. & 5. immo ſi cæteris paribus filium teneri dicant
1089 authores, potius † alere patrem, quam matrem de
rigore iuris, tamen morali ratione, & certæ ęquitatis, te-
1090 neri alere in pari neceſſitate potius † matrem, vt de-
decus, aliudq. alterum euitetur peccatum, vt poſt alios
relatos notant Megal. 1. 2. inſt. confeſſ. lib. 2. cap. 1. quæ-
ſtio. 1. num. 5. & Molfeſ. in ſumma tract. 11. cap. 18. nu.
67. debentur enim parentibus ex duplici precepto cha-
1091 ritatis filialis † amor, honor, & reuerentia, affirmati-
1092 uo ſcilicet, vt filius diligat eos non ſolum † interius,
ſed etiam exterius, exhibendo illis honorem, ac reueren
tiam verbis ſignis & factis; & negatiuo præcepto, exclu-
1093 dente † omnem contumeliam, perſequutionem, aut
quodlibet malum, vel tædium prouocans ad iram, Nau.
Regin. & alij quos probat Molfeſ. vbi ſupra, num. 52. &
53. ſi enim carcerationem patris, aut matris peteret fi-
1094 lius, omnia hæc conſummaret, & adimpleret † ob
peſſima carceris extrema, quę vbiq. paſſim per noſtra-
tes congeruntur; & ſic duplici contraueniret præce-
pto.

Extenditur ſecundò reſpectu omnium, quibus bene-
1095 ficium, ne quis † teneatur niſi inquantum facere po-
terit ratione reuerentiæ conceditur, vt probat ex tradi-
tis per Præſ. de Franc. Io. Vinc. Ann. & Ameſc. Dom. Pa-
ſchal. citato cap. 9. num. 13.

Ex qua extenſione infertur, inſtrumentum contra
1096 ſocerum † non debere liquidari, vt innuit idem Do-
min. Paſcal. vbi ſupra, nu. 21. verſ. qua ratione, & ſic du-
ram dijudicandam dicit deciſionem Præſidis de Franc.
1097 366. & proinde dubiam eſſe † ampliationem noſtrã
finalem notatam ſuperius nu. 1049. eo quia procedunt
1098 hoc in caſu illæmet rationes, † quibus non liquida-
bitur inſtrumentum contra patrem, matrem, auum,
auiam, & alios aſcendentes, pro quibus latè loquitur
idem Dominus in allegato capite, prout de eadem deci.
366. dubitatum vidiſſe Pręſid. Battaglin. ad Cin. in l. qui
1099 in poteſtate, C. de in ius voca. qui dum per † Mag. Cu.
fuiſſe prouiſum, dicit quod ſocer, contra quem inſtru-
mẽtum liquidari petitum fuit, faceret depoſitum, idem
confirmatum fuiſſe per Sacr. Conſil. teſtatur; ego verò
quicquid ſeruãt hæc Magna tribunalia, ſemper enim iu-
1100 dicarẽ contra liquidationem † ex traditis per eũdem
Præſ. de Franch. in d. dec. 164. cuius deciſionis rationes
ſatis aduerſãtur deciſioni prædictæ 366. & vterer ęquio-
ri executione, modo vt reſolutum dicit Marc. Ant. de
Amat. deciſ. 16. tota.

1101 Extenditur tertiò, non ſolum in omni † aſcendente;
ex

ex præcitatis authoribus,& præſertim ex Amat.& Paſc.
1102 citatis locis;ſed etiam in patre ſpirituali, † cõtra quẽ
nec liquidabitur inſtrumentum , quia eidem competit
idem reuerentiale beneficium,vt ipſe non teneatur, niſi
in quantum facere poterit , prout probat Surdus de ali-
1103 ment.tit.1.quæſt.11.num.11.& per hoc ſine† venia
in ius non vocatur compater,prout & parentes natura-
les,Bal.Gugl.de Cun.Caſtrenſ.Ang.Roma.Alex.& Iaſ.
in l.generaliter,ff.de in ius voc.& cæteri innumeri,quos
congerit Tiraq.ad l.ſi vnquam,verſic.ſuſceperit liberos,
num.28.& ſeq.C.de reuoc.donat.Aretin.Iaſ.& Gomeſ.
in §.pęnales inſtit.de action.Maſcard. & innumeri alij ,
quos probant Gaſpar Baez de debit. inope. cred.addic.
cap.17.num.39.Bonauoglia ad Iaſonem, in l.ſunt qui,
ff.de re iudic.& M.Ant.Amat.citata deciſ.16.nu.4. nec
M.C.V.aliud prouidere circa huiuſmodi inſtrumenti li-
quidationem deberet, quia plus deferendum dicit patri
1104 ſpirituali,† quam carnali in exhibitione reuerentiæ ;
gloſ.quam probant Barbatia in l.2.ff.de verbor.obliga.
Tiraq.num.27. & Surd. num.11. & ſequent. in citatis
locis .

Extenditur quartò in fratre,qui ad inſtantiam fra-
1105 tris † non carceratur,nec contra eum inſtrumentum
liquidabitur,prout de carceratione pleniſſimè loquitur
Antonin.Theſaur.deci.119.tota,quicquid in contrarIũ
deducat Gaſpar Baez in citato loco , nu.80. & de liqui-
datione inſtrumenti contra fratrem , poſt Frecciam de
præſent.inſtrum.par.12.quæſt.1.num.5.latiſſimè non-
nullis congeſtis probat,& benè Dom.Paſchal. allegato
cap.9.num.19.& ſeq.

1106 Extenditur finaliter in marito , † vxore ; patrono ,
clerico donante,colono partiario,& nonnullis alijs,qui-
bus idem beneficium , ne teneantur vltra quam facere
poſſint,cõceditur,vt adnotãt poſt Gaſparem in d.tract.
de debit.inope.M.Ant.de Amat.& Dom.Paſchal. alle-
gatis locis, cum declarationibus tamen adductis per D.
Paſchal.in d.cap.9.omninò videndum poſt Barboſ.in l.
maritum,ff.ſol.matr.illos conſulas, quamuis de hoc be-
neficio , aliàs nos latiſſimè ſuo loco dicemus, ad quem
locum lectorem beneuolum remittimus.

Procedunt tamẽ limitatio,& eius extenſiones etiam
1107 † ſi dicto beneficio ſit cum iuramento renunciatum,
vt probant præcitati authores,& ſignanter de Amat. &
Paſchal.in locis citatis .

1108 Limitatur ſextò in inſtrumento præſentato†contra
filiumfamilias, quod nequaquam liquidabitur conſtito
in promptu de patria poteſtate , tempore obligationis ,
tum de iure communi ad tradita per Canar. de execut.
inſtrument.quæſt.18.Grauin.par. 2. declarat.17.num.
42.tum etiam de iur. Regni ad pragm.1.de Senatus cõ-
ſult.Macedon.vbi latiſſimè Carauit.& nouiſſimè Dom.
Rouit.ad d.prag.nu.26.in nouiſs.comment. probantq.
Galterius, ac reliqui omnes regnicolæ , & præcipuè Ca-
rau.rit.166. num.76.

1109 Extenditur limitatio etiam ſi filiusfamil. † fuiſſet
obligatus vnà cum patre, & in promptu conſtaret de e-
mancipatione ſubſequuta poſt obligationem , aut de
morte patris,& illius nulla poſſideret bona,& ſic nouus
effectus eſſet homo , quia non obſtante generali renun-
1110 ciatione beneficijs nequaquam † carcerabitur , nec
contra eum exequeretur Præſ.de Franch.deci.181. Ro-
uit.vbi ſupra,num.37.cum multis ſequen.Giurba deciſ.
42. & 43.& Marius Muta deciſ.94.tota, Molfeſ.conſ.4.
vſque ad n.10.penes quos infiniti authores hoc probãt,
1111 ſed requiritur ſpecialiſſima , cuius forma † notatur
apud Rouit.Giurb.& Mut.citatis locis .

Modificantur limitatio,& extenſio;vt inſtrumentum
1112 præſentandum † contra filium familias liquidetur
tempore vltimi peremptorij , decernendo iudex quod
procedatur ad liquidationem, verùm pro debito & pę-
na ſuperſedeatur in executione perſonali , donec aliter
fuerit prouiſum; & demum ſuper nullitate dabitur ter-
minus , eò quod creditor nonnulla poterit prætendere
ſuper validitate actus,Carauit.rit. 166. num.77.

Quando verò valida fuiſſet liquidatio , aut non vali-
1113 da , in iſta materia , videndi † ſunt in ſpecie Ca-
rauit.& Doctiſſ.Rouit.in dict.pragm.1. de Senat. Con-
ſult.Maced.ac Giurb.& Muta,allegatis decisionibus,pe
nes quos,quãplurimi ſingulares caſus, ſed quia ſuo par-
ticulari loco tractabitur de huiuſmodi cõtractibus, me-
ritò de his hactenus.

Limitatur ſeptimò in inſtrumento præſentato con-
1114 tra † debitorem graui morbo laborantem,grauique
infirmitate oppreſſum,ad tex.in l.quæſitum, ff.de re iu-
dic.& l.1.ff.quæ ſentent.ſine appellat.reſcind. notatque
Alberic.in l.filiæ meæ emancipatæ, & ægrę,ff.ſolut.ma-
trimo. nam in extremis laborans , aut de proximo mo-
1115 riens, † pro mortuo iudicatur, Gratian.diſcepta.fo-
renſ. capitul.711. numero quarto , tomo quarto , vbi
concordantia iura congerit , quod non liquidabitur ex
prædictis .

1116 Extenditur limitatio etiam ſi facta fuiſſet † liquida-
tio in illa die,in qua moribundus deceſſit,quia vti nulla
reuocaretur per ſuperius allegata .

1117 Comprobatur extenſio , quia ſi debitor† non fuiſſet
impeditus hoc febricitatiuo , & ineuitabili impedimen-
to,ac eodem die non deceſiſſet,potuiſſet vtique compa-
rere de ſero,ac alia opponere in promptu,& liquidatio-
1118 nem impedire , † ad notata circa teſtium receptio-
nem,parte abſente factam per Canoniſt. in c.2. de iure
iuran.ita hæc & alia congerit Conſiliar. Gizarell. deci-
ſio 9. tota.

1119 Contrarium verius ſenſiſſe † alios , reſpondit idem
Gizarellus vbi ſupra,infraſcriptis præcipuè rationibus ,
nam data iuſtitia liquidationis , ac ſeruato ordine ad li-
quidandum,iudicabitur valida liquidatio.

1120 Secundò, quod infirmus debet mittere † excuſato-
rem , quando citatur ſuper tenore inſtrumenti attenta
1121 Rit.M.C.266. diſpoſitione, eò quia infirmitas † vt
quid facti non præſumitur .

Quod tanto fortius procedere dicit, ſi impedimen-
1122 tum † infirmitatis ſuperuenit poſt cęptam , aut præ-
paratam cauſam,ſicque limitari text.in dict.l.quæſitum
ff.de re iudic.dicit Iaſ.in l.2.§.ſi quis in iudicio,ff.ſi quis
caut.

1123 Tertiò , prædicta non procedere, & † præſertim
diſpoſitio,dict.l.quæſitum, niſi iudicis ſcientia data , at
in dubio præſumi ignorantiam,ad tex.in c.præſumitur,
de regul.iur.in 6. & præſertim eorum,quæ ſunt facti, vt
1124 † infirmitas ad tex.in l.in bello,§.factæ,ff.de capt.&
poſtlim.reuerſ.

Quartò , nam in obligationibus quantitatis certæ ,
deductæ in ſtipulationem , caſus mortis , & quæuis
1125 alia difficultas , † non excuſat à mora & propterea
non habet locum dict. l. quæſitum,ſed habebit locum,
text.in l.ad dies, ff.de verbor.obligat. vt probat Bart.in
l.continuus,§. illud,ff.de titul.de verb.obligat.commu-
* niter ab omnibus approbatus ; vt latè docet idem Gi-

zarellus

tarellus vbi ſupra, in eadem deciſione.
Sed adductis per Gizarellum; licet ſingulariter, & no-
tabiliter; non obſtantibus dicerem limitationem noſtrã
1126 † vti æquiorem, & benigniorem omninò amplecten-
dam; prout vti talem amplecti dixiſſe ocũlatiſſimum
Præſidem de Franch. in eadem deciſ. Gizarelli modo, vt
idem Gizarellus teſtatur, quamuis eum mutaſſe hanc o-
pinionem dicat, quia limitatio vti vera, & benigna, ac æ-
qua ex infraſcriptis reſolutionibus ad fundamenta ad-
ducta per Gizarellum comprobabitur.
Primũ fundamentũ Gizarelli limitationẽ non infrin-
git; licet concurrat iuſtitia liquidationis, eò quia deficit
1127 perſona citati; quæ vel infirma morbo graui, † non
tenetur comparere, vt in ſummario dictæ l. quæſitum;
notat Bar. ibidem, & qui nõ tenetur comparere nequa-
1128 quam efficitur † contumax; ſi non comparuit cum
ille, qui non arctatur comparere contumax dici nõ po-
terit, vt probarunt Ang. Bal. Salic. Bellãm. Aret. Alex. &
alij relati p Feli. in c. cũ inter ver. limit. 2. de excep. quos
citat, & ſequitur Surd. dec. 26. n. 7. & 8. probatq. Menoc.
de recuper. remed. 5. n. 16. & contra illum, qui cõtumax
1129 fieri nequit non currit † peremptorium; & ſine perẽ-
1130 ptorio citatio nulla iudicatur, † vt poſt Affl. in conſt.
edictorum probat Rober. de inſtrument. liquid. conſi-
derat. 4. num. 30. & 31. idcirco iudex procedendo ad li-
quidationem contra non citatum, aut citatum, & com-
1131 parere † non obligatum, indebitè nulliter, & iniuſtè
agit, & ſic quo ad hanc partem, liquidatio eſſet nulla, &
1132 pro non facta iudicaretur, † vt ſatis in terminis no-
tatur in eadem l. quæſitum, verſ. igitur ſi rei, ibi, res non
non videtur iudicata.
Secundũ fundamentũ vtiq. non obſtat, quia rit. 266.
1133 & 267. nequaquam dicũt † requiri excuſatorem in-
firmitatis, ſed tantum dicunt poſſe mitti excuſatorem
per abſentem, vel infirmum, idcirco diſpoſitio d. l. quæ-
ſitum non infringitur per ritum, miſſio autem excuſato-
1134 ris requiritur quando cauſa liquidationis † eſſet incę-
pta, vt Iaſ. & cęteri authores in l. 2. §. ſi quis in iudicio, ff.
ſi quis caut. probant, & idem Gizarel. fatetur, & poſt in-
cęptam ſuperueniſſet infirmitas, nam tunc requireretur
excuſatio, & infirmitatis allegatio, vt penes prædictos
authores habetur.
Tertium fundamentum facili etiam negocio tollitur,
nam authores citati per Gizarellum admittunt ſenten-
1135 tiam, † dici nullam etiam ignorante iudice, ſed non
1136 ipſo iure; ſecundò & fortius, nam ſententia † lata
contra mortuũ dicitur ipſo iure nulla, etiam iudice igno
rante; Præſ. de Franch. deciſio. 245. & ſuperius diximus,
quod laborans infirmitate ad mortem reputatur mor-
1137 tuus, † quod vltimum probat Gratian. diſcep. foren.
tom. 1. cap. 18. nu. 36. ideo ſuper hoc non erit facienda
diſtinctio ignorantiæ, & ſcientiæ.
Comprobatur hæc reſolutio, nam Bar. & alij in dict.
l. quæſitum ac Iaſ. & cæteri in dict. §. ſi quis in iudicio,
vbi etiam Bar. & in l. 1. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript.
1138 dicunt, reum iuſtè impeditum † non teneri mittere
excuſatorem, ideo ſi excuſator, in allegatione iuſti impe-
dimenti de iure non requiritur, meritò ſcientiam iudicis
1139 de impedimento † non requiri firmandum erit, quia
ſi hoc in caſu, eſſet neceſſaria ſcientia, fruſtra daretur
priuilegium infirmo, vt non teneatur allegare infirmita-
1140 tem † argument. eorum, quæ in his terminis docet
Ioann. Andr. ad Speculat. titul. de procurat. §. ratione
quoque in fine, immo magis grauaretur, ſi oporteret iu-

1141 dicis ſcientiam † de ſuo impedimento deducere, ad
quam inducendam inuenta fuit impedimenti allegatio,
1142 ideo vbi quis allegatione immunis fit; immuniſque
reputari debet ſuper probatione eius, quod allegare non
tenebatur, prout de antecedenti, & ſubſequenti leges
dijudicant.
Quartum, & vltimum fundamentum faciliori etiam
reſolutione tollitur, nam ſi verum ſit in obligatione
1143 dandi; † & ſic in promiſſione certæ quantitatis non
committi moram; non per hoc contra impeditum hoc
iuſto impedimento licet moroſum; dari poterit ſenten-
tia; aut decretum, eò quod nulliter fertur ſententia
contra febricitantem grauiter, quamuis mora commit-
tatur, quia actio non denegetur, ſed condemnatio, aut
1144 quodlibet aliud iudicium † per modum decreti e-
rante impedimento, dict. l. quæſitum, text. enim ille an-
nullat iudicis pronunciam, non autem impedit moræ
commiſſionem.
Denique iuſto iure cauetur inſtrumentum, aut quod-
1145 libet † executiuum iudicium poſſe exerceri contra
mortuum, meritò idem dicendum erit contra moribũ-
dum ex ſuperius traditis, quicquid mora contra eius hę-
redes producere valeat, cuius productio nulloque iure
etiam impeditur, hæc enim notes ſi placent; ſed qualiter
liquidabitur inſtrumentum contra debitorem infirmũ,
videnda erit pragmatica vltima, de inſtrument. liquid.
numero ſeptimo.
Limitatur octauò, in inſtrumento præſentato contra
1146 debitorem, † qui ante liquidationem conſtituit ſe in
vinculis, quo in caſu poterit deducere ſatisfactionem;
omneſque exceptiones aduerſus inſtrumentum compe-
tentes, & caſu quo non probauerit in termino compe-
1147 tenti † remanebit condemnatus, & exigi poterit de-
bitum, & pęna, ita Rit. M. C. diſpoſitione attenta, poſt
alios Regnicolas, teſtatur Gizarellus deciſ. 72. num. 1.
Limitatur nonò in inſtrumento, in quo non fuit in-
1149 terpoſitum † iuramentum, aut pęna, modo vt adno-
tauimus ſuperius in tertia conſideratione, requiſito 13.
num. 449. quia tunc non liquidabitur tale inſtrumen-
tum, ſi horum alterutrum deficiat, modo vt probãt Do-
ctores in dicto 13. requiſito relati; comprobatque Do-
ctiſſim. Rouit. ad rub. de inſtrum. liquidat. in nouiſſimis
commentar. num. 8.
Limitatur decimò in inſtrumento quantumuis liqui-
1149 do, † & iurato, quod elapſis annis viginti à die natæ
actionis nequaquam liquidabitur, ita diſponente rit. M.
C. 167. Præſ. de Franch. deciſ. 341. Carauit. in d. rit. Ro-
ber. in allegata 2. conſider. num. 5. & poſt alios Regni-
colas notant Conſiliar. de Bott. ad rit. prædictũ, doctiſſ.
Rouit. vbi ſup. nu. 38. & omnes paſſim; illa ratione, quia
1150 pęnalis † actio pręſcribitur ſpatio 20. annorũ ad tex.
in l. querela, C. de falſ. vt adnotat Rober. de inſtr. liquid.
citato proximo loco, quicquid in alia aula aliter deciſũ
dicat Pręſ. in d. dec. 341. vt benè aduertit D. Viſcont. ibi.
1151 Modificatur limitatio, vt eatenus inſtrumentũ † non
liquidabitur elapſis annis viginti, quatenus fuerit ex ad-
uerſo oppoſitum, quia ſi non fuerit oppoſitum, videtur
pati ſe conueniri debitor, & de facto condẽnari; ita Ro-
ber. citata conſid. 2. d. nu. 3. quodque ratione firmatur,
1152 quia præſcriptio ipſo iure actionem non excludit, ſed
ope exceptionis ad tex. in c. ad aures, vbi Anch. & Felin.
de præſcrip. Boer. deciſ. 344. Surd. dec. 24. Guttie. Card.
Tuſc. & alij, quos citat Giurba dec. 13. n. 6. & per hoc eſt
1153 opponi neceſſe eſt, & iudicis † officio ſupplẽda nõ ſit,

Felin. Bald. Magon. Ioſeph Ludou. Guid. Pap. Cald. de
Ponte Balb. Affl. Cancer. & infiniti quos probat Giurba vbi ſupra.

Limitatur vndecimò, in inſtrumento celebrato ad
1154 inſtantiam † creditoris exiſtentis officialis in loco, in
quo coram eodem præſentaretur, quia nequaquam liquidabitur, niſi eo modo, quo declarat doctiſſ. Rouit. in
loco ſuperius, citato num. 5. dicens poſt Ang. Parid. de
Put. & Auiles, requiri, vt officialis creditor cedat iura
1155 ſua † alteri, ita quod de euictione non teneretur quo
in caſu admitteretur liquidatio, verum ceſſare prohibitionem, ſi inſtrumentum potuiſſet liquidari corã collega officialis creditoris, dicit idem doctiſſim. Rouit. loco
citato.

Sed tu beneuole lector recedas ab illa parte huius limitationis, ex qua dicunt præcitati authores, officialem
poſſe cedere iura ſua, ſupponentes ceſſionarium poſſe li-
1156 quidare inſtrumentum, eò quia ceſſionarius † nullatenus valet liquidare inſtrumentum, cum iuramentũ in
1157 eius facie † non fuit præſtitum, nec ipſe nominatur in
inſtrumẽto, Affl. in conſt. Regni, eos qui ſcienter, quæſtio. 10. num. 16. Præſ. de Franc. deciſ. 353. in princ. Viu.
lib. 2. opin. 779. Carauit. rit. 286. Vrſil. ad Affl. deciſ. 64.
nu. 8. Scaglion. rit. 163. Galt. fol. 160. Barz. & alij relati
per Affl. in d. conſt. conſt. & idem doctiſſ. Rouit. vbi ſupra nu. 10. & ſeq. quicquid in contrarium diſtinguant.
1158 † Grauin. & alij, quibus reſpondit Carauit. vbi ſupra,
quæ notabis pro duodecima limitatione.
1159 Declaratur hæc duodecima limitatio, vt † ceſſionarius valeat liquidare inſtrumentum cum interuentu tamen cedentis Vrſill. loco citato; ſed cedens non cogitur
1160 inuitus † liquidare Præſ. de Franch. allegata deciſ.
353. niſi cedens obligatus fuerit ad liquidandum inſtã-
1161 te ceſſionario † Scaglion. vbi ſupra nu. 21. quos omnes refert & ſequitur Doctiſ. Rouit. citato loco, congerit
alios D. Viſcontus ad d. deciſ. 353.

Limitatur decimotertiò, in creditore infirmo, qui nõ
1162 poterit † liquidare inſtrumentum per acceſſum Iudicis ad eius domum, ſed debet aſportari corã iudice pro
tribunali ſedente; ita poſt Rober. in 4. conſid. num. 6. &
Carauit. rit. 166. nu. 23. deciſum dicit Præſ. de Franc. deciſ. 676. tota, vol. 4. refert hos D. Viſcontus poſt hæc ſcripta viſus in ſuis concluſ. ver. creditor infirmus fol. 43. &
ver. inſtrumentum, fol. 136. ſuperius citato.
1163 Limitatur decimoquartò, in creditore † legatario,
& in omni alio non nominato in inſtrumento, corã quo
iuramentum de facie ad faciem non fuit præſtitum, (excepto hærede cum præambulo,) qui creditor non pote-
1164 rit † liquidare inſtrumentum, vt poſt Gortam adnotat Carauit. rit. 178. num. 11.

Limitatur decimoquintò, in omni inſtrumento ad-
1165 uerſus quod in promptu † poſſint opponi exceptiones paratam executionem impedientes, quos congerunt Carauit. rit. 166. Freccia de liquid. inſtr. par. 9. q. 7.
Modern. de proceſſ. execut. par. 4. cap. 1. & 2. Canar. de
execut. inſtrum. q. 1. 2. 3. 4. & 11. ac ſeq. Bellug. in ſpecu.
princ. rub. 41. §. leges Regni, nu. 19. & Menoc. præſump.
48. lib. 2. quos congerit, & ſequitur doctiſ. Rouit. in citata rube. num. 31. congerit etiam Galleſ. ad form. cam.
oblig. partic. 4. q. 1. & nos de nonnullis ſuis particularibus locis dicemus, prout in ſeq. tomo.

Modificabis limitationem in illa parte, in qua præcitati authores firmant in promptu poſſe probari ſatisfa-
1166 ctionem † per teſtes, de debito in ſcriptis redacto, vt
procedat, ſi teſtes fuerint rogati ad actum ſolutionis adhi
nec ſufficit obiter fuiſſe, & propter aliud præſentes, ita
ſingulariter aduertit Doctiſſ. Rouit. in allegata rubr. de
inſtrum. liquid. nu. 30. refert hoc nouiſſimè D. Viſcontus in ſuis concluſ. fol. 125. poſt hæc ſcripta viſus, dicens
aduerſus hanc promptuariam probationem nõ admitti
actoris replicationem, niſi ordinariè, ex Roberto.

Limitatur decimoſextò, in inſtrumento in iudicio or-
1167 dinario † præſentato, quod nequaquam poterit præſentari in iudicio executiuo inter eaſdem partes, & ſic ſi
per creditorem fuerit inceptum ordinariè agi, puta iure
aſſiſtendi, non poterit per eundem liquidari via executiua inſtrumentum, Maranta in ſuo ſpeculo part. 6. actu
8. num. 31. & diſput. 6. tota, Bald. Aret. Iaſ. Neguſ. Tiraquell. Gabr. & alij, quos probat Doctiſs. Rouit. ad pragmat. 1. de conſeruator. nu. 4. & ſequen. & alij, quos congerit Sigiſm. Scaccia de iudic. cauſar. ciuil. lib. 1. cap. 62.
num. 33. & cap. 76. ſub num. 9. idemque ante eum Coler. de proceſſ. execut. part. 3. cap. 5. num. 31. & ſequen.
quicquid in alijs terminis dicat Carauit. Rit. 288. numero 33.

Sublimitatur limitatio vt non procedat, quando iudi-
1168 cium † ordinarium primo loco inceptum nulliter
fuiſſet ceptum, quia eo vti nullo non obſtante poterit
actor vti remedio executiuo, Corſet. ſingular. 144. in
verbo iudicium.
1169 Sublimitatur ſecundò, quando reus in iudicio † cepto ordinariè fuiſſet contumax, quia tunc non poterit
idem debitor ſe opponere aduerſus ſecundum, executiuum iudicium, ita Abb. Felin. & alij, quos probant Corſet. vbi ſupra in fin. & Galleſ. ad form. cam. obligat. partic. 3. quæſt. 3. num. 7.

Limitatur decimoſeptimò in inſtrumento continen-
1170 te minimam quantitatem † infra vnciam quod via
ritus M. C. non liquidabitur, vt diſponitur per rit. 187.
vbi commentatores.

Modificatur limitatio, vt iudex hoc in caſu facere po-
1171 terit † præceptum, quod debitor ſolueret infra certos
dies, vt idem ritus diſponit, dummodò debitor fateatur
debitum oretenus, quia ſi in ſcriptis fateretur, condẽna-
1172 retur per ſententiam in ſcriptis † proferendã, vt ibi
adnotat Carau. nu. 3. in fine; numerus verò dierum ſolet
1173 eſſe decem dierum, † vt Carauit. loco proximè cita-
1174 to; ſed conceſſa dilatione debitor debet cauere † de
ſoluendo finito termino, vt creditor remaneat ſecurus,
ita gloſ. ad l. ſi debitori, ff. de iudic. vbi Barboſ. nu. 148.
1175 cũ ſeq. quodq. intelligas ſi debitor nihil † poſſideat,
aut ſit de fuga ſuſpectus, vt notatur in præcitato Ritu.

At ſi negauerit debitor, & allegauerit ſatisfactionem,
vel aliam oppoſuerit exceptionem, iudex prouidebit re-
1176 cipiendo † probationem ſeruata forma eiuſdem Ritus, modo quo proceditur in cauſis infra ſummam.
1177 Secundò modificatur limitatio, ſi ſumma † contenta
in inſtrumento eſſet ex reſiduo maioris ſummę, quia tũc
dato quod fuiſſet infra vnciam, vtique inſtrumentum liquidaretur Carauit. in citato rit. 287. in 1. limit. nonnul-
1178 las limitationes, quas omitto, † videre poteris amice
lector penes Frecc. Grauin. Carauit. Scacc. & oẽs præallegatos authores precipueq. penes Galter. in prax. inſtr.
2. 1. p. rub. aduertat ad debita, & ante hos penes Marãt.
in ſuo ſpeculo par. 6. actu 8. toto.

Et dum ſuperius tetigimus, nu. 1171. & ſeq. dilatio-
1179 nem dandam † debitori confeſſo eſſe dierum decem,
notabis ſecus eſſe in debito maioris quantitatis, quo in

caſu

caſu concedẽdum eſſet quadrimeſtre, Iaſ. in l. ſi domus,
§. in pecuniam, ff. de legat. 1.

Inſtrumentum liquidabitur licet fuerint ſolutæ ter-
1180 tiæ, ſi tamen † apparuerit de falſa aſſertione ſuper
corporibus obligatis, vt adnotarunt Meritiſſ. Marchio
Tapia in 4. par. iuris Regni ſuper pragmatic. 2. de cenſ.
num. 113. quem citat Tor. in compendio deciſion. fol.
120. vbi de tali praxi teſtatur; iſtud tamen modificatur
& notabiliter declaratur per D. Viſcontum in ſuis con-
cluſ. ver. inſtrumentum, fol. 126. poſt hæc ſcripta viſum,
1181 non procedere † quando corpus remanſum eſſet ſuf-
ficiens pro debito, vt deciſum refert tam per Rot. Rom.
quam per Sacr. Conſ.

Deinde idem Dom. Viſcontus in eodem loco, fol.
124. refert ex notatis per Carauit. & Tartagliam, quan-
do inſtrumentum illiquidum liquidabitur per aliud li-
quidum ſeruata forma, rit. 167. & 286. ſufficere poſſe
1182 liquidari † per quamlibet publicam ſcripturam, vt
nos etiam comprobauimus ſuperius, num. 897. cum ſe-
quẽtibus, quam opinionem dico veram, & in praxi ſer-
uatam, dummodo illa publica ſcriptura ſit talis, quæ
extrinſecus probationem nõ requirat, cum publica ſcri-
1183 tura † illa propriè dicatur, quæ recognitionem nõ re-
quirit ad notata per nos inferius tit. 3. num. 2. 3. 4. & ſe-
1184 quen. immo & publica ſcriptura † etiam recognoſci-
1185 tur per requiſita in illa contenta † vt adnotauimus
ſuperius cap. 2. tit. 8. num. 2600. & 2601. probatio enim
ex qua inſtrumentum liquidabitur, in his terminis, de-
1186 bet eſſe liquida † & clara, vt docet inter alios meritiſ.
Marchio Tapia in 3. li. iur. reg. tit. de inſtrum. liquid. ad
rit. 286. in fine.

Creditor enim ſi præſentauerit inſtrumentum in iu-
1187 dicio in charta † pergamena abſque teſtibus ſubſcri-
ptis, an poterit illud repetere pro procuranda ſubſcri-
ptione dicas poſſe ante tamẽ liquidationem, per ea quæ
notat Luc. de Pẽna in l. rura ad finem, C. omn. agric. de-
ſer. lib. 12. & Luc. de Penna probat D. Viſcontus in ſuis
concluſ. fol. 124. ver. inſtrumenta, in ſimili; poſt hæc
ſcripta viſus.

Reliqua in materia inſtrumentali vltra præcitatos authores habentur penes Dom. Horatium Viſcontum meum obſeruandiſſimum in ſuis concluſ. ver. inſtrumenta, & ver. inſtrumentum, fol. 123. cum ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio penes acta quid ſit, & quam probationem producat.*

2 *Obligatio penes acta quæ.*

3 *Obligatio penes acta tanquam publica ſcriptura inter publicas connumeratur.*

4 *Obigatio penes acta plenè probat, & paratam habet executionem.*

5 *Debitor per obligationem penes acta præcisè obligatur.*

6 *Obligatio penes acta ſpontanea condemnatio dicitur.*

7 *Obligatio penes acta paratam executionem habet; & fortius de iure Regni, num. 8.*

9 *Obligatio penes acta habet promptiorem obligationem, quam inſtrumentum.*

10 *Obligationis penes acta incuſatio, vel executio citationem non requirunt, numer. 11. & 12. vbi qualiter in praxi.*

13 *Galterius in praxi inſtrumentali confutatur.*

14 *Obligatio penes acta qualiter habebit executionem paratam contra hæredec debitoris, & ſeq.*

15 *Obligatio penes acta æquiparatur ſententiæ.*

16 *Sententia in iudicatum tranſacta, ſi exequatur contra principalem, citationem non requirit, ſecus contra hæredem, num. 17.*

18 *Obligatio penes acta exequitur contra hæredem, & qualiter.*

19 *Obligatio penes acta exequitur contra hæredem, etiam pro pœna fiſco debita, contra num. 20. & 21.*

22 *Obligatio penes acta validè recipitur etiam per actuariũ, Iudice abſente, & 23. 24. & 25.*

26 *Obligationec penes acta validè recipiuntur per Actuarios Iudice abſente in eorum domo, vel per ciuitatem, & in ſtrata publica.*

27 *Contractus quilibet iudicialic paratam habet executionem.*

28 *Obligatio penec acta recepta die feriato ad honorem Dei, habebit executionem paratam.*

29 *Obligatio penes acta, licet ſit actus iudiciarius, tamen eſt voluntariæ iuriſdictionis.*

30 *Obligatio penes acta, licet ſit voluntariæ iuriſdictionis, tamen, vti actus iudiciariuc non expletur die feriato ad honorem Dei, contra num. 31. cum ſeq.*

32 *Actus voluntariæ iuriſdictionis, vt ſunt emancipatio, & ſimilec, licet coram iudice fiant explentur tamen diebus feriatic ad honorem Dei, & 33.*

34 *Emancipatio fieri debet coram Iudice.*

35 *Actuc voluntariæ iuriſdictionis explentur ſine ſtrepitu iudiciario.*

36 *Actus, qui ſtrepitum iudiciarium requirunt, non explentur diebus feriatis ad honorem Dei.*

37 *Actuc iudiciales, qui ſunt qui explentur diebuc feriatis ad honorem Dei, & 38.*

39 *Confeſſio iudicialis recipitur etiam diebus feriatis ad honorem Dei.*

40 *Obligatio penes acta non poteſt incuſari diebus feriatis ad honorem Dei.*

41 *Actus incuſationis obligationis penes acta dicitur iudicialic, & contentioſæ iuriſdictionis.*

42 *Obligationis incuſatio requirit cauſæ cognitionem, & qualiter, ac 43.*

44 *Actus prohibiti expediri diebus feriatis ad honorẽ Dei, ſunt qui cauſæ cognitionem requirunt.*

45 *Actuc, qui poſſunt expleri cæteris diebus feriatic ad honorem Dei, excepto die dominico, contra. quia dierum feſtorum nulla facienda erit diſtinctio, nu. 46. ideo nulliter, num. 47.*

48 *Iuriſdictio contentioſa non exercetur diebus feriatis ad honorem Dei.*

49 *Obligationec penes acta non conficiuntur diebus feriatis ad honorem Dei, abſque peccato.*

50 *Obligatio penes acta etiam ſine cauſa confecta promptã, & paratam habet executionem.*

51 *Confeſſio iudicialis ſine cauſa valet cum conſulto, & ſpõtè cenſetur facta.*

52 *Obligatio penes acta ſine iuramento paratam habet executionem.*

53 *Obligatio penes acta habet paratam executionem calore iudicij.*

54 *Iuramentum in obligationibuc penes acta nihil operatur circa executionem paratam, licèt quaſi nunquam omittatur, & 55.*

56 *Obligatio penes acta creditore abſente operatur ratione iuramenti, & executionem paratam habebit.*

57 *Obligatio penes acta incuſari poterit per ceſſionarium, & habebit executionem paratam.*

58 *Obligatio penes acta, ſi incuſabitur in curia, in qua non fuit ſtipulata, quæ praxis ſeruabitur.*

59 *Citatio ad dicendum cauſam quare non debeat incuſari obligatio, quem producat effectum.*

60 *Obligatio ſtipulata in aliena Curia qualiter cum copia incuſabitur in propria curia.*

61 *Obligatio penes acta ſi incuſatur præuia citatione ad dicendum cauſam quare, &c. qualiter audiendus erit debitor, & 62.*

63 *Obligationes ſtipulatæ coram iudice appellationis ſunt validæ, & paratam habebunt executionem.*

64 *Obligatio penes acta incuſata poſt præuentionem, quid operetur.*

65 *Obligatio penes acta illiquida non incuſabitur.*

66 *Obligatio penes acta illiquida, quæ remiſſiuè.*

67 *Obligatio penes acta illiquida non habet executionem paratam.*

68 *Obligatio penes acta, quæ dicatur antiqua, & an habeat paratam executionem, & incuſari poterit, & qualiter.*

Decennium requiſitum, vt obligatio penes acta efficiatur antiqua connumeratur à die natæ actionis.

70 *Debitor poterit opponere de ſatisfactione, & de alia legitima exceptione aduerſus obligationem penes acta antiquam, etiam non facto depoſito, & extra carceres, ſed illa incuſabitur, ſi in termino citationis debitor nihil momenti oppoſuerit, nu. 71.*

72 *Obligatio penes acta non incuſabitur, ſi fuerit recepta cōtra formam Regiæ nouellæ pragmaticæ.*

73 *Obligatio penes acta continens ſummam vltra quinquaginta ducatos, quam habere debeat formam, & quid ſi infra dictam ſummam attentis pragmaticis Regnis, & 74.*

75 *Obligationes penes acta receptæ per ſcribat in Ciuitate Neapolis, nulliter recipiuntur.*

76 *Obligationes pactionatæ, illiquidæ, vel eorum ſubſtantia carentes, aut qualitercunque conditionatæ, & vltrocitroque obligatoriæ, qualiter non incuſabuntur.*

77 *Obligatio penes acta incuſata contra principalem an exequatur contra fideiuſſorem non incuſatum, & quid exiſtente fiſco creditore.*

DE OBLIGATIONIBVS penes acta iudicialia.

Tit. 2.

IN explicatione huiuſmodi tituli duo
tantum explananda veniunt, nempè
1 & illud primum, ſcilicet, quid † ſit
obligatio penes acta.
Secundum illud erit videlicet,
quam probationem, quamque obligationem & executionem, ſcriptura
hæc producat.
Ad primum obligatio penes acta illa dicitur, quę per
2 † confeſſionem, aut quamlibet aliam conuentionem in
iudicio factam debitor creditori obligatur, vt probatur,
per inferius alleganda, ex quibus deſumitur hæc deſcriptio; vt clarius quælibet huius deſcriptionis pars in ſequentium explicatione dignoſcatur.
Ad ſecundum, obligatio penes acta tanquam publi-
3 ca † ſcriptura connumeratur inter publicas, vt eſt videre penes Speculator. de inſtrumen. editione, §. nunc dicendum, Papienſ. in practic. in forma productionis inſtrumen. gloſſ. exhibens, numer. 12. & ordinatius penes Scacciam de iudic. cauſar. ciuil. capitul. vndecimo, parte quinta, numer. 1171. qui pleniſſimè probat, prout poſt omnes Canoniſtas in ca. 2. de fid. inſtrument. docent idem Scaccia vbi ſupra, numer. 1170. & Ioan. de Amic. conſil. 21. num. 10.
Eadem itaque obligatio penes acta non ſolum plenè
4 probat † ſed præcisè obligat, & taliter quod paratam, & ſubitam habet executionem, idcirco ad ipſius pleniorem intelligentiam firmabo regulam cum ſuis extenſionibus, & reſtrictionibus more ſolito.
5 Præmittitur ideo, obligationem † penes acta receptam, calore iudicij obligare præcisè debitorem, eo
6 quia ſpontaneam condemnationem vocari eam † dixit Antonin. Theſaur. deciſi. 26. numer. 13. & proinde ha-
7 bere executionem paratam, † probatur per gloſ. in authent. generaliter, verbo conſcribat Cod. de epiſcop. & cleric. notaturque per Bald. Caſtrenſ. & Alexand. in l. cum pro quo, ff. de in ius voc. Andr. Iſern. & Affli. quos citat Præſes de Franch. deciſio. 118. numer. ſeptimo Afflict. deciſio. 30. & deciſio. 387. Præſ. de Franch. deciſ. 200. numero 22. & deciſio. 480. numer. ſeptimo, Carauit. rit. 127. numer. quinto, Galleſ. Barz. & alij relati, & quos probat Theſaur. allegata deciſ. 26. num. 13. Ioan. de Amic. loco allegato, Caſtill. Siculus deciſ. 108. num.
* 8. tomo ſecundo, & communem opinionem dicunt Curt. iun. in l. tale pactum §. qui prouocauit, num. 27. ff. de pact. & Sigiſmund. Scaccia de iudic. cauſ. ciuil. libro primo, capit. 62. numer. 2. Doctiſſim. Rouit. ſuper pragmatic. 2. de iuriſdict. inuicem non turb. numero 9.
8 & in Regno † diſpoſitio hæc communis, renouatur per Ritum Magn. Cur. 128. immo promptiorem obligatio-
9 nem, & executionem habet hæc ſcriptura † penes acta, quam habeat inſtrumentum, Grauin. part. tertia, declarat. 14. numer. 35. eo quia pro cauſanda executione nul-
10 la requiritur citatio; † ſed incuſata pena per creditorem, aut aliam legitimam perſonam ſtatim expediuntur literæ executoriales realiter, & perſonaliter prout teſtatur Præſ. de Franch. in citata deciſ. 118. & eſt euidens
11 praxis in Regno † deſumpta ab allegato ritu 128. vt teſtatur ex exteris Sigiſmund. Scaccia in allegato capit. 62. num. 21. quicquid aliud de iure communi ſeruari
12 debere, † dicit, idemque, Canar. de execut. inſtr. quæſt. 43. in fine, & per hoc cauendum à Moderno Galterio
13 † in dict. rubr. in publica forma ſumpto dicente, nu. 44. quod aliquando hoc contingat; eo quia vbique in Regno vt teſtatur Præſ. de Franch. dict. deciſ. 118. ſeruatur præcitata executiua praxis.
Extenditur primò hæc concluſio, vt procedat non
14 ſolum contra principalē obligatum, † ſed ēt contra hæredem eius, contra quem obligatio hæc penes acta habebit etiam paratam executionem; hærede verò citato ad dicendum cauſam quare &c. Grauin. par. 2. decla-
15 rat. 3. n. 8. illa ratione, quia obligatio † penes acta æquiparatur ſententiæ ad text. in l. 1. C. de confeſſ. cum alijs concordan. expreſſèq. diſponit hoc rit. Mag. C. 128. & quando ſententia in rem iudicatam tranſacta exequitur
16 cōtra principalē, citationē † nō requirit, quod ſecus erit
con-

17 contra hæredem, contra quem † exequitur eo citato
Marant.in ſuo ſpeculo parte ſexta,actu vltimo,num.18.
Carauit.in dict.rit.128.& Vrſill.ad Afflict.deciſio.145.
vbi notatur ſummatim audiendum hæredem,proponé-
18 tem † verò aliquid momenti, dummodo prius conſtet
eum eſſe hæredem,vt ex Vrſillo notatur, quodque in li-
quidatione, & inſtrumenti executione probat D. Vi-
ſcontus poſt hæc ſcripta viſus, in ſuis concluſ.ver.inſtru-
mentum fol.125.

Subextendit hanc extenſionem Modernus Galterius
in ſua prax.inſtrument. rubr. aduertat inſuper ad debi-
torem,nu.34.verſ.ſed ego iuxta pręmiſſa cum ſequenti-
19 bus numer. procedere etiam quo ad pęnam † fiſco de-
bitam, ad quam vnà cum debito principali hæres tene-
retur, & contra eum obligatio exequeretur & incuſare-
tur,ſi in citatione facta,ad dicendum cauſam quare, in-
20 ſertus eſſet tenor obligationis, eo quia ciuiliter † hæres
incuſari poterit pro pęna Affl.deciſ.381.num.9.quo ci-
tato in d.deciſ.381.& in conſt. eos qui ſcienter,num.7.
ac citato Freccia de præſent.inſtr.par.11.quæſt.1.num.
25.reliquit hoc cogitandum Galterius.

Tu autem Lector ſtudioſus habebis hanc ſubexten-
ſionem inutilem,& otioſam, eò quod in praxi ſeruatam
21 † Freccia loco allegato non vidit, nec in præſentiarum
ſeruari videtur.

22 Extenditur ſecundò,etiam ſi hæc obligatio † recipia-
tur Iudice abſente; per ſolum actuarium,eò quod gene-
raliter actuarij licentiam habent capiendi obligationes
à iudicibus, ideo validè recipiuntur per actuarium ſo-
23 lum, obligationes † omnes in Regno, itaque notiſſi-
mum eſt in praxi vt poſt alios teſtantur Carauit. dicto
rit.128.num.12.& ſequen.Vrſil.ad Afflict.deci.3.num.
8.quicquid in contrarium dicant Lucas de Penna,Gra-
mat.& alij relati per Carauit.vbi ſupra; contrariumque
teſtatur Marant.in ſuo ſpeculo,par.6.actu 10. num.19.
& 20.qui ita intelligit Affl.deciſ.135.num.5.alio modo
intellectum per Carauit. vbi ſup.ſed vt dixi in practica
24 in toto Regno ſeruata,obſeruatur† id quod Caraui.te-
ſtatur; prout in prouincia Aprutij vidiſſe ſic ſeruatum,
25 etiam iudice inſcio,& abſente, † Sigiſm.Scaccia de iud.
cauſar.ciuil.citato libro primo,cap.62. nu.5. & pro ab-
ſoluto ſupponit doctiſs.Rouit. ad pragmat.2. de iuriſd.
inuic.non turb.num.3.cum pluribus ſequent. & in alijs
numer.

Subextenditur extenſio,quamuis actuarius cõcipiat,
26 & recipiat obligationes has, extra locum † iudicij, in
eius domo,vel per ciuitatem,aut in ſtrata publica,Cara-
uit. vbi ſupra,probatque poſt Grauin.par.3.declar.14.
Galter.in citata praxi rubr.in publica forma ſumptum,
num.40.& 41.

Extenditur tertiò, vt habeat locum in quolibet con-
27 tractu † iudiciali,qui vtique executionem paratam ha-
bebit Bald.in l.qui crimen,nu.16.C.qui accuſ.non poſſ.
* communem dicunt,Alexand.& Iaſ.quos citat.Coler.de
proceſſ.execut.par.3.cap.2.nu.24.per text. in l.tale pa-
* ctum,§.qui prouocauit,vbi Bar.ff.de pact.communem-
que opinionem dicit Sigiſm.Scac.citato cap.62.nu.2.&
Maſcard.concluſ.345.num.17.

Extenditur quartò,in obligatione penes acta recepta
die feriato ad honorem Dei, quæ etiam paratam habe-
28 bit † executionem, illa ratione, quia obligatio penes
acta eſt voluntarius actus, qui etiam die feriato expleri
poterit,vt probat Caraui.citato rit.128. num.14. & ſe-
quitur Galter.in proximo citato loco,num.43.quamuis
29 actus iudiciarius † vocetur, tamen eſt voluntariæ iuriſ-
dictionis,vt latè probat Carauit. vbi ſup.

30 Contrarium firmat † Sigiſm.Scaccia in allegato cap.
62.num.3.verſ.quærò circa;per text.in l.fin.C.de ferijs,
idirco receptio obligationis penes acta eſt actus iudicia-
rius.

31 Teneas extenſionem, † quam probat Carauita per
text.l.vt in die, & l.actus,C.de fer. & probatur per eun-
dem text.dict.l.fin. eò quia licet penes acta fiant, & co-
ram iudice,non tamen per hoc deſinunt eſſe voluntariæ
32 iuriſdictionis, vt ſunt † emancipationes, quæ ſunt vo-
33 luntariæ iuriſdictionis, & expleri poſſunt † die feriato
ad honorem Dei, dict. l. vt in die cum alijs allegatis; &
34 coram iudice,& non aliter fieri † debent,ad tex.in l.nu-
do,& l.fi.C. de emancip.liber. vt refert Carauita vbi ſu-
35 pra,& benè hæc enim quę ſunt † voluntariæ iuriſdictio-
nis expediuntur ſine ſtrepitu iudiciario, ea autem,quæ
36 ſtrepitũ deſiderant prohibentur † ad text.in c.fi. de fe-
rijs; & extenſio tanto fortius ſuſtinetur, quanto verius
procedit modificatio ſequentis illationis,num.45.com-
probantur denique hæc omnia per ea,quæ notat Guid.
Papa deciſ.215. num.2. vbi congerit nonnulla iudicia-
37 lia,quæ explentur † diebus feriatis ad honorem Dei, &
in tota deciſione,latius Menoch.de arbitr. iud. quæſtio.
30. num.9. & in nonnullis iudicialibus etiam requiren-
38 tibus cauſæ cognitionem † & ſine ea; latiſſimè Scac.de
iud.cauſ.ciuil.cap.5.lib.2.nu.17.cum infinitis ſequenti-
bus,num.106.107.& ſequen.

39 At in terminis; in confeſſione iudiciali, quæ † recipi-
tur etiã in die feriato ad honorem Dei, poſt Bal. & Ma-
rant.allegatos probat idem Scaccia ſibi contrarius in d.
cap.5.nu.76.nec obſtabit iuramentum, quia etiam ſine
eo obligatio hæc tenet, vt inferius.

Infertur meritò ex hac extenſione, nequaquam, va-
40 lere incuſationem † obligationis, quæ per creditorem
contra debitorem fieret, die feriato ad honorem Dei,
eò quia non ſolum actus incuſationis obligationis pe-
41 nes † acta dicitur iudicialis, ſed etiam neceſſarius, &
contentioſæ iuriſdictionis, dum redditur in inutum;
42 immo & fortius quia non poteſt expleri † abſque cau-
ſæ cognitione cum videndum erit,ſi obligatio erit liqui-
da, & ſi incuſans fuerit perſona legitima; quibus defi-
43 cientibus, incuſatio nullatenus recipitur, † vt in limi-
tationibus dicetur, & per hoc ad iſta hæc cognoſcen-
dum requiritur cognitio cauſæ, ideo iura, & canones
quibus prohibentur iudicialia exerceri, intelliguntur
44 & loquuntur in his, quæ † cauſæ cognitionem requi-
runt, ita nonnullis adductis iuribus adnotat Guid.Pa-
pa citata deciſ.215.nu.3.verſic. præterea iura,quæ præ-
cipiunt, latiſſimè Scaccia in loco proximè citato,num.
79.vſque ad num.96.

Modificatur illatio, quæ non procedit, quando ſim-
45 pliciter † exequitur ſententia, inſtrumentum, aut
obligatio, ſcilicet quo ad pignorationem, quia exce-
pto die Dominico valet executio,Guido Pap. citata de-
ciſio.215. tota.

46 Contrarium circa diſtinctionem † dierum feſto-
rum, quia nulla differentia datur circa obſerua-
tionem dierum aliorum feſtorum, & diei Dominici,eò
quod omnes inducti ſunt ad Dei honorem; & ve-
rius, reſpondendo dicit Sigiſmund. Scaccia, vbi ſu-
pra numero 95. & proinde contra modificationem
* communiter reſponderunt Doctores relati per Vant.
Aſin. Menoch. & alios, quos probant latiſſimè Scaccia

vbi ſupra numero 91. & ſeq. Theſaur. deciſ. 95. & Caroc.
de excep. rei iudic. except. 7. num. 4. ex quibus notatur,
47 † nullam eſſe executionem.

Idcirco, quando requiritur cauſæ cognitio, & exerce-
tur contentioſa iuriſdictio (vt in incuſatione obligatio-
48 nis penes acta, vtrumque exercetur) nequaquam † pro-
cedit validè actus in diebus feriatis ad honorem Dei,
Scaccia vbi ſupra, num. 106.

Modificatur tamen extenſio ſuperius firmata: nam
licet obligationes recipiantur die feriato ad honorem
49 Dei validè, tamen non per hoc euitatur peccatum † eo
quod per ordinarios etiam locorum prohibētur hæc fie-
ri, Abb. in c. fin. de ferijs, ſub nu. 18. quem probat Scacc.
d. cap. 5. num. 109.

Extenditur quintò in obligatione penes acta confe-
50 cta † ſine cauſa, quæ vtique eandem promptam, & pa-
ratam executionem habebit, ita Grauin. in citata tertia
parte, declarat. 14. numer. 32. vſque ad 36. quem ſimpli
citer ſequitur Modernus Galter. in dict. rubric. in publi-
ca forma ſumptum numer. 41. quodque probarunt Ca-
ſtrenſ. & alij in l. 1. ff. de confeſſ. alijque infiniti, quos
probat Maſcar. de probat. concluſ. 345. num. 16. dicens
* communiorem numer. 19. verſ. ſed communior illa ra-
tione, quia præſumitur facta conſulto, & ſponte, ideo
51 † ab ea nō receditur Maſcard. vbi ſupra num. 17. ſed ad
exornatum, & corroborationem huius extenſionis vi-
denda ſunt, quæ notauimus in ſuperiori titulo nu. 459.
vſq. ad num. 467 in locis ibi remiſſis.

Extenditur ſextò in obligatione ſine iuramento ſti-
52 pulata, † quæ etiam habebit executionem paratam,
Afflict. deciſio. 30. numer. 4. quodque ratione proba-
tur, quia obligatio penes acta fulcitur priuilegio execu-
53 tionis paratæ, calore iudicij † ex traditis in principio,
numer. 6. & ſequent. & per hoc iuramentum circa exe-
54 cutionem paratā nihil in obligationibus † huiuſmodi
operatur, niſi corroboratiuè; attamen inutiliter, iſtud in
diſceptatione ponitur, eò quia in omnibus obligatio-
55 nibus † ponitur iuramenti clauſula; & raro non omit-
titur.

Extenditur ſeptimò, in obligatione penes acta rece-
56 pta, † & iurata, abſente creditore, pro quo iuramen-
tum operatur Afflict. deciſio. 135. num. 5. verſicul. item
non obſtat, ideo poterit incuſari ab eodem creditore,
& incuſata habebit executionem paratam, Sigiſmund.
Scaccia de iudic. cauſar. ciuil. libro primo citato capit.
62. numero 5.

Extenditur octauò, in obligationibus penes acta in-
cuſatis ad inſtantiam ceſſionarij ſpecialem poteſtatem
57 habentis, quæ paratam † executionem habebunt Cara-
uit. rit. 286. numero 7. vbi ponit formam ceſſionis fa-
ciendæ.

Extenditur nonò in obligatione penes acta recepta
58 † in alia Curia, quæ præuia tamen citatione ad dicen-
dum cauſam quare non debeat incuſari, poterit demum
incuſari & habebit executionem paratam, termino ci-
tationis elapſo, ad hoc vt verificentur verba citationis
59 contra debitorem expeditæ, † dum in ea dicitur ad di-
cendum cauſam quare non debet incuſari, vt ſic apertè
notatur ex ſingulariter traditis per Afflict. deciſio. tertia
tota, itaque debent intelligi, poſt Hern. eundem Afflic.
Carauit. citato rit. 128. numero 3. verſic. primus caſus,
Præſ. de Franch. deciſ. 118. numer. 9. & reliqui Moder-
ni Regnicolæ, dicentes obligationem penes acta alte-
60 rius curiæ ſtipulatæ, non poſſe † cum eius copia incuſa-
ri, niſi præuia dicta citatione; quodque vti ſolidiſſimum
in iure ſupponit Sapientiſs. Rouit. ad dictam pragmat.
2. de iuriſdict. inuicem non turband, numero quinto &
ſequent. in nouiſſim, verſic. neque in hoc vertitur, dum
ibi ſupponendo dicit, ſi deueniatur ad actum incuſa-
tionis, &c.

61 Modificatur tamen extenſio, vt illa procedat † dum-
modo in termino citationis debitor nihil momenti op-
ponat, quia ſi opponeret aliquid momenti, nempè ſatiſ-
factionem, aut aliam legitimam defenſionem; ſuper tali
62 oppoſitione debitor ſummatim † eſſet audiēdus, ex tra-
ditis in ſimili per Vrſill. ad Afflict. deciſ. 145. quem cita-
uimus ſuperius, num. 17. & 18. & per Præſ. de Franch.
deciſ. 405. num. 8.

63 Extenditur decimò, in obligationibus ſtipulatis † co-
ram iudice appellationis, cuius iuriſdictio per partes fuit
prorogata per ſtipulatam obligationem; quę vtique pa-
ratam habebūt executionem, prout ſingulariter, & do-
ctiſſimè hoc fundat ſapientiſs. Rouit. in ſæpius citata
pragmat. ſecunda, de iuriſdict. inuic. non turb. vbi ſatis
abundè.

Extenditur vndecimò, quamuis præcedant præuen-
64 tio † & ſuperioris prouiſiones in forma præuentionis
quod ſuperſedeatur in accuſando, quādo iam ceſſit dies
ſolutionis, quia his non obſtantibus vtique obligatio in-
cuſatur, & exequitur prout diſponitur per reg. pragma.
47. de off. mag. iuſtit.

Reſtringitur tamen principalis concluſio, illam ſcili-
65 cet non procedere in obligatione † penes acta illiquida,
prout probant omnes authores citati ſuperius, num. 6.
66 7. 8. & ſequentibus, quando autem dicatur † obligatio
liquida, aut illiquida, (quia vno cognito reliquum co-
gnoſcitur) ſatis declarauimus in ſuperiori titulo numer.
892. & ſeq. & n. 1065. cum ſeq. ideo illiquida obligatio
67 executionem paratam † nullatenus habebit.

Reſtringitur ſecundò in obligatione penes acta anti-
68 qua, † nempè in illa, in qua patet eam fuiſſe ſtipulatam
ſupra decennium, quia eo elapſo, paratam executionem
non habebit, ſed debitor citandus foret ad dicendum
cauſam quare non debeat incuſari, ita poſt Affli. & alios
docet Carauit. citato rit. 128. num. 3. verſicul. ſecundus
caſus, & Robert. de liquidat. inſtrum. conſiderat. 2. nu-
mer. 3. verſic. & in hac fallentia, decenniumque prædi-
69 ctum computandum à die natiuitatis actionis dicunt
præcitati authores; at ſi Carauit. dicat ſatisfactionem,
aliamque forſan exceptionem opponendam, opponi
70 poſſe † extra carceres, etiam non facto depoſito, con-
tra additionatorem Afflict. in conſtit. dilationes litera
A, bene dicit, verumque exiſtimo, & in praxi ſeruatiſſi-
mum, tamen ſi termino ſuper legitima exceptione pro-
poſita elapſo nihil momenti probaſſet debitor incuſatio
71 pro debito, † & pęna concederetur, vt fines, & extrema
citationis ſeruarentur ex traditis per nos ſuperius, num.
58. & 59. extenſione nona, cum adductis in modifica-
tione.

Reſtringitur tertiò, in obligationibus ſtipulatis, &
72 confectis † abſque ſolemnitate teſtium ſubſcribendo-
rum, aut actuarij ſubſcribendi attenta quantitate con-
tenta in eis, eo quod in obligationibus continenti-
bus ſummam ſupra ducatos quinquaginta, requiri-
73 tur, ſubſcriptio † obligatio cum ſubſcriptione duo-
rum teſtium recognoſcentium eiuſdem obligati per-
ſonam, at ſi obligatus neſciat ſcribere, ſubſcri-
betur actuarius nomine debitoris, cum aſſertione, quod
ille

ille neſcit ſcribere, ſed ſi ſumma contenta in obligatio-
74 ne † non ſit ſupra ducatos quinquaginta, tunc ſufficit ſubſcriptiò principalis debitoris ſcientis ſcribere, aut nòn ſcientis, ſubſcriptio actuarij, vt diſponitur per Regiani pragm. 17. titulo de actuarijs, in nouiſſima compilatione.

75 Reſtringitur quartò in obligationibus receptis † per ſcribas in ciuitate Neapoli, quæ vti nulliter receptæ, executionem non habent, ſed recipi, ſancitum fuit; per actuarios, ita diſponitur per Reg. pragm. 9. de actuar. in nouiſſ. compilat.

Reſtringitur inſuper in omnibus obligationibus eo-
76 rum ſubſtantia † carentibus, ac illiquidis pactionatis, conditionatis, & alijs modis confectis taliter quod promptuali, aut notoria legitima exceptione elidi poſſent, modo vt in inſtrumento in ſuperiori titulo adnotauimus, cuius limitationes ſtudioſus, & prudens lector poterit applicare his ſcriptis, ſi viderit eas applicari poſſe, prout illarum quamplurimæ applicantur ſatis commodè.

Obligatio penes acta incuſata contra principalem,
77 an exequatur † contra fideiuſſorem non incuſatum, & quid ſi creditor eſſet fiſcus, quorum deciſionem videre poterit amicus lector, in ſuperiori 2. cap. tit. 3. nu. 564. 565. & 566. locum illum in occurrenti conſulat.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura publica quæ nam dicatur.*

2 *Author confundit authenticam, & publicam ſcripturam cum illæ inter ſe fraternizant.*

3 *Scripturæ publicæ & authenticæ, quæ plenam fidem faciant, quæ nam ſint, 4. 5. & 6.*

7 *Literæ Principis, aut tribunalis non recognoſcentis ſuperiorem plenam fidem faciunt, & paratam executionem habent, prout de literis ſummi Pontificis num. 8. & de omni principe nu. 9. 10. 11. & 12. ac 13.*

14 *Prorex aſſimilatur Proconſuli, & poteſt omnia facere, quæ idem Rex faceret, illiuſque perſonam repræſentat.*

15 *Literæ Illuſtriſſ. Cardinalium, & præſertim Nepotis ſummi Pontificis, quam faciant probationem, & cuiuſuis alterius magni miniſtri num. 16.*

17 *Literæ epiſcopi, alteriuſque ordinarij officialis ratione ſui officij ſcriptæ, quam probationem faciant, & 18.*

19 *Liber Gabellarij, qualiter dicatur publica ſcriptura plenè probans, & 20.*

21 *Liber confectus per perſonam publica authoritate ad illum ſcribendum electam, dicitur publica ſcriptura, & plenè probat.*

22 *Scriptura publica dicitur, quæ in publico Archiuio conſeruatur.*

23 *Archiuium dicitur publicus locus, in quo reponuntur, & conſeruantur publicæ, veræ, & authenticæ ſcripturæ.*

24 *Archiuium, vt dicatur formiter factum ad hoc vt ſcripturæ repoſitæ plenè probent, quæ requirat, 25. 26. 27. 28. & 29.*

30 *Scripturæ repertæ in publico Archiuio qualiter plenè probent.*

31 *Scripturæ regiſtratæ in Regijs Archiuijs Regni Neapolitani pleniſſimè probant, & 32. ac 33.*

34 *Literæ officialium in loco, in quo notariorum vſus non habetur, plenè probant.*

35 *Scripturæ repertæ in Archiuio publico, vel priuato, aut in muro, vel in chronicis, quam faciant probationem, remiſſiuè.*

DE OMNI SCRIPTVRA PVBLICA. Tit. 3.

IN hoc titulo, omiſſis diuiſionibus cõgeſtis per authores vtriuſque iuris, & præcipuè per Canoniſt. in c. 1. & 2. de fid inſtrum. dico illam dici publicam
1 ſcripturam, † cui de iure, vel de conſuetudine generali, ſeu ſpeciali creditur, Speculat. de inſtrum. edit. §. nunc dicendum, nu. 1. 2. & ſeq. & Papienſ. in practica, in forma production. inſtrum. in gloſ. exhibens, quos probat Scaccia de iudic. cauſ. ciuil. lib. 2. cap. 11. nu. 1171. verſ. ſeptimo, & vltimo.

Adnotabis, & aduertas ſtudioſe, & amice lector, qualiter confuſè diſceptabimus de publicis, & authenticis ſcripturis, quicquid diuidendo hos terminos dixerunt canoniſtę ſuperius citati, & Petr. de Bellapert. in l. comparationes nu. 10. & ſeq. C. de fid. inſtrum. eo quod
2 magis placet † authenticum, & publicum fraternizare, vt aduertit Scaccia in proximo citato loco num. 1171. in principio.

3 In ſuperioribus enim capitibus, & titulis de † nonnullis ſcripturis publicis diſceptatum fuit, nempe in cap. 2. tit.
4 de libro officialis, de literis camb. de Apocha † ad terminos l. ſcripturas, Codic. qui potior. in pign. hab. & de Apocha & partita Bancharia, quæ ſcripturæ publi-
5 cæ, & authenticæ dicuntur † facta ipſarum recognitione, eaſque pleniſſimè probare diximus in citatis particularibus locis; prout & in hoc, tertio capite in ſupe-
6 rioribus titulis declarauimus de publica † fide inſtrumentorum, & obligationum, ac contractuum iudicialium, quæ ſcripturæ tanquam publicæ pleniſſimè probant; vt in dictis titulis latè docuimus, meritò in hoc titulo de infraſcriptis tantum, ſermo habebitur.

7 Literæ enim ſummi Pontificis, † Imperatoris, Regis, & cuiuslibet alterius principis, aut tribunalis non recognoſcentis ſuperiorem, pleniſſimam fidem faciunt, paratamque executionem habent; vt in literis ſummi Pon-
8 tificis diſponitur † in tex. c. cum in iure de off. delegat. & in clement. 1. vbi Canoniſtæ de probat. probatque Lapus allegat. 7. & allegat. 121. ac Ioann. Andr. in c. non licet de reg. iur. in 6. latiſſimè Maſcard. concluſ.
9 139. tota; & in omni Principe, † latiſſimè idem Maſcar. concluſ. 629. & concluſ. 1234. & Nicol. Genua de ſcript. priuat. libro tertio, tit. de liter. Apoſtol. & tit. de liter. Imperat. ac libro ſecundo, de verb. enunc.
10 quæſt. 4. penes quos habetur has literas † plenè probare etiam in aſſertiuis, etiamque contra tertium dum-
11 modo Princeps ex ſe ipſo aſſerat vti informatus, † cum ampliationibus, & declarationibus, vt penes præcitatos authores; & habere paratam executionem, probatur ex traditis per Farinacc. deciſ. 356. & 366. & Card. Tuſc. concluſ. 369. litera l. & concluſ 361. 367. & 368. cum ſeq. quos probat Genua in citato tit. de literis Apoſtol. num. 24. fol. 177. in magnis, dummodo iuſtifi-
13 centur, † reliqua ſuper his congerit Cardin. Tuſc. vbi ſupra concluſ. 377.

Am-

Ampliatur concluſio procedere in Vicerege huius,
14 aut alterius Regni, qui aſſimilatur Proconſuli † & poteſt omnia facere, quæ ipſe rex faceret, illiuſque perſonam repræſentat, Alexand. in rubric. ff de offic. eius Purpur. Capic. Camer. & alij, quos in his probat Regens de Ponte de pot. Proreg. tit. de aſſenſ. Regijs §. 5. num. 2. & ſeq.

15 Ampliatur ſecundò etiam in literis Cardinalis † Summi Pontificis Nepotis habentis, vt vulgò dicitur, ſuperintendentiam, tanquam ſcriptis (vt præſumitur) ex Pontificis mandato, viuæ vocis oraculo ſibi facto, Cæſ. de Graſſ. deciſio. 112. Monal. conſil. 109. numero nono, volum. ſecundo. Farinac. & alij relati per Genuam in allegato titulo de liter. Apoſtol. numero nono, cum ſe-
16 quent. quodque procedit in omni Cardinali, † omnique altero ſupremæ dignitatis miniſtro, vt notatur ex traditis per præcitatos authores, & præcipuè per Farinac. deciſ. Rotæ Romanæ 602. num. 2.

17 Ampliatur tertiò in literis Epiſcopi, † alteriuſque iudicis, aut officialis ordinarij, ſcriptis ratione eius officij ſuæ adminiſtrationis Maſcar. concluſ. 627. numero nono. Monald. conſilio 82. numero 16. volum. primo, & alij plerique relati per Genuam loco citato tit. de liter. Epiſc. numero 12. & ſeq. Reliqua videre poteris penes Maſcar. Cardin. Tuſc. & Genuam locis citatis, vbi declarationes ad noſtram hanc concluſionem, eamque præ-
18 cipuè videbis, quod tunc credatur iſtis literis, † quando formaliter iuxta ſolitum ſint ſcriptæ, & ſi iuſtificentur, alia de literis congerit Dom. Viſcontus in ſuis concluſionibus fol. 167. quæ videre poteris, ſi concordant cum noſtris ſcriptis cum illa nos vidimus poſt hæc ſcripta; & ſi diſcrepant à notatis per nos in titulo de literis cambij.

19 Secũdò principaliter publica ſcriptura † dicitur liber Gabellarij, qui probat tam pro Gabellario, ſeu arrendatore, quam contra, & pro tertio contra tertium, modo vt in d. tract. de ſcript. priuata Nicol. Genua, tit. de libris Gabellarij libro 4. latè docet, & modo quo nos docuimus in ſuperiori capite.

20 Intelligas velim in his, quæ pertinent † ad officium Gabellarij, vt Maſcar. Præt. Surd. & alijs allegatis probat Genua vbi ſupra num. 16. & nos latius probauimus ſuperiori cap.

21 Ampliatur concluſio in libro theſaurarij † libro ſalis, & omni alio libro confecto per perſonam publica authoritate ad illum conficiendum electam, vt poſt infinitos docent Genua in pluribus titulis d. libro quarto, fol. 236. & ſeq. & Sigiſm. Scaccia de iudic. cauſar. ciuil. libro ſecundo, capitulo vndecimo, reſtrict. ſecunda numero 111. cum ſeq.

22 Tertiò dicitur publica ſcriptura omnis, † quæ conſeruatur, & reperitur in publico Archiuio, Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Abb. in capitulo cum cauſam de probat. Roman. Bart. Bald. Alex. Caſtr. Felin. Corn. Caſſan. Grat. Boer. & alij, quos probat Maſcar. concluſ. 111. numero nono, & decimo, Crauet. Monal. Ludouic. Oſaſc. Mandoſ. Burſat. & infiniti, quos congerit, & probat Genua libro quinto, de ſcript. priua. titulo primo toto, alijque alij numero plures relati per eruditiſs. Scacciam de Iudic. cauſ. ciuil. libro 2. capitulo 11. numero 753. cum infinitis ſequent.

23 Archiuium enim dicitur publicus † locus, in quo reponuntur, & conſeruantur publicæ authenticæ, & veræ ſcripturæ, Rol. conſ. 75. num. 2. volum. 4. & Genua alios allegans vbi ſupra in principio.

Et vt dicatur Archiuium publicè, & formiter fa-
24 ctum, † & proinde, vt omnes ſcripturæ ibidem conſeruatæ plenè probent, quatuor concurrere debere dicunt inferius citandi authores.

25 Primum, vt in dicto Archiuio præſit officialis † Archiuij.

26 Secundum, quod ſcriptura ſit poſita † inter Authenticas alias ſcripturas, aut pro authenticis habitas.

27 Tertium, quod ex conſuetudine † Archiuio fides detur.

28 Quartum, quod ſcriptura † ab eo extracta corroboretur teſtimonio officialis eidem Archiuio aſſiſtentis, teſtantis eſſe de ſcripturis in Archiuio conſeruatis ita Crauett. de antiq. temp. ver. limitatur quarto in principio Ludouic. concluſ. 29. ampliat. 15. & alij relati per Genuam dict. titulo primo num. 2. & 3. & ex Bal. Franc. de Aret. Felin. Socc. Dec. Pute. Caputaq; Franc. Marc. & ex innumeris authoribus, probat Sigiſmun. Scaccia,
29 hæc † quatuor requiſita, eaque comprobat, & declarat extendendo, & reſtringendo, in citato cap. 11. numero 761. cum multis ſequent. vbi veritas concluſionis ſatis ſingulariter enucleatur, aliqua alia Maſtrill. deciſ. 43. lib. 1.

Attamen indiſtinctè concluditur, (ſi aliud ex aduer-
30 ſo clariſſimè non probetur) omnes ſcripturas † repertas in Archiuio pertinentes ad officium illius Archiuij erecti, pleniſſimam facere fidem, quia omnia requiſita concurrunt, vt notatur, ex traditis per allegatos authores, quibus addo Gabr. de probat. concluſ. 1. & 5. Audit. Peruſ. deciſ. 115. num. 19. & ſequent. Maſcard. Cornazan. Specul. Afflict. Ferrett. & alij relati per Molfeſ. in comment. ad conſuet. Neap. in proem. quæſt. 20. tom. 2. alioſque probat de Ponte conſ. 97. volu. 2. prout in Regno, & precipuè in Ciuitate Neap. circa Regi-
31 ſtra † Archiuorum Regiæ Cancellar. Regiæ Camer. Summariæ, Regiæ Scriuaniæ, M. C. V. & aliorum Regiorum tribunalium, quorum Archiuia gubernantur per publicos officiales, ad id Regia authoritate electos, ideo ſcripturas ex regiſtris, aut alijs protocollis Archi-
32 uij extractas pleniſſimè probare, † nonnullis iuribus probant Lucas de Penna in l. fin. C. de Apoc. publ. & de Ponte citato conſ. 97. numero quinto, relati per Molfeſ. dict. quæſt. 20. nume. 3. in præcitatis tamen Archiuijs non conſeruantur aliæ ſcripturæ, niſi pertinentes
33 † ad officium tribunalis, ex quo dependet Archiuium, ideo tolluntur omnes difficultates in Regno, quas congerit differendo Scaccia citato loco, prout nouiſſimè etiam docet Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ. tomo quarto nouiter in lucem edito, cap. 736. nume. 35. cum multis ſequentibus.

Inſuper, in locis, in quibus notariorum vſus non ha-
34 betur, literæ † officialium habentur loco inſtrumentorum ſecundum gloſ. in capit. vt circa in ver. literis de elect. in 6. quam probat doctiſs. Rouit. ad pragm. 1. de fid. inſtrum. num. 16.

35 Scripturæ repertæ in Archiuio † publico, aut priuato, in muro, aut ſcriptum in chronicis qualiter probent congerit aliqua ſuperficialiter more ſuo copioſiſs. Viſcontus amicus noſter in concluſ. fol. 256. poſt hæc ſcripta viſus.

SVMMARIVM.

1 *Exemplum dicitur id, quod in alio nobis imitandum, vel vitandum proponitur.*
2 *Exemplar ab exemplo diſtinguitur.*
Exemplum dicitur illud, quod nobis proponimus, vt ſequamur, aut vitemus ibid.
3 *Exemplar dicitur, ex quo ſimile facimus.*
4 *Exemplum accipitur in iure pro exſcriptione, ſeu copia.*
5 *Excribere dicitur exemplum, ſeu copiam ſumere.*
6 *Copia ſignificat abundantiam, vbertatem, annonam, vel facultatem.*
7 *Copia multitudinem, & diuitias ſignificat.*
8 *Copia, in iure pro re excripta, & pro exemplo accipitur.*
9 *Copia propriè accipitur in hac tractatione, quæ de originali exemplatur.*
10 *Copia tripliciter in hoc titulo conſideratur.*
11 *Copia reaſſumpta ex protocollo in forma ſolemnis reaſſumptionis plenè probat.*
12 *Inſtrumentum reaſſumptum dicitur originale, & plenè probat, nu. 13.*
14 *Copia, vel ab eodem Notario, vel ab alio, illo impedito; exemplata plenè probat.*
15 *Copia Inſtrumenti ſolemniter reaſſumpti plenè probat etiam originali deperdito.*
16 *Copia inſtrumenti in charta Bombacina exemplata qualiter non probat.*
17 *Copia extracta ab eo, qui originalem ſcripturam confecit, plenè probat.*
18 *Copia, vel exemplum regulariter non probat. de veritate infra.*
19 *Copia non probat, etiam ſi per viginti Notarios exempletur, & etiam ſi per centum Notarios, & 20.*
21 *Copia exemplata per Notarium plenè probat, ſecus ſi exempletur per ſcribentem non Notarium, & 22.*
23 *Copia extracta ab eo, qui ſcripſit originalem ſcripturam, ad illam ſcribendum de publico deputato, & ſi non fuerit Notarius adhuc plenè probat.*
24 *Copia extracta de publico Archiuio per Archiuarium plenè probat etiam ſi originalis non eſſet per Archiuarium ſcripta; dummodo manus, aut Sigillum Archiuarij recognoſcatur, nu. 25.*
26 *Copia copiæ exiſtentis in actis alicuius tribunalis plenè probat; licet regulariter non faciat fidem, numero 27.*
28 *Copia copiæ facit plenam probationem, ſi cum illa concurrant adminicula.*
29 *Copia copiæ plenè probat quando ſemel ſecundum eius tenorem aliàs fuit obſeruatum.*
30 *Copia copiæ plene probat quando pars citata nihil opponit.*
31 *Copia copiæ extracta de conſenſu partium plenè probat, & 33.*
32 *Copia copiæ, qua aduerſarius ſemel vſus fuit plenè probat.*
33 *Copia copiæ extracta de conſenſu partis, quando plenè probet, & an aſſertioni factæ per Notarium credatur.*
34 *Notario aſſerenti ſe extraxiſſe ſcripturam de publico Archiuio, an credatur.*
35 *Archiuiſta debet teſtificari de extractione, & exemplatione Copiæ, & 36. ac qualiter teſtificetur, num. 37. & 38.*
39 *Copia extracta per intereſſatum non probat.*
40 *Copia extracta ab originali ſcripto per intereſſatum non probat.*
41 *Copia extracta per intereſſatum non probat, niſi viſo originali.*
42 *Copia probat ſi cum originali recognoſcatur.*
43 *Copia extracta ab originali ſcripto per intereſſatum qualiter non probet, & 44.*
45 *Copia extracta ab originali exiſtente in Archiuio Regis, Baronis, vel vniuerſitatis, licet concurrat Regis, Baronis, aut vniuerſitatis intereſſe tamen probat, ſecus ſi concurrat intereſſe Archiuiſtæ, & 46.*
47 *Copia extracta ab originali exiſtente in Archiuio probat inter ſubditos tantum illius loci, in quo fuit erectum Archiuium; contra numero 48. de veritate in ſequentibus.*
49 *Scriptura de iure non ſolemnis ſi ſtatuto, aut conſuetudine probationem faciet, etiam extra territorium protendit, & ſeq. num.*
50 *Opinio communis ſi aliæ æquè communi repugnet, vna ex eis falſa iudicanda erit, & 51.*
52 *Scriptura de conſuetudine, aut ſtatuto plenè probans extra territorium etiam protendit.*
53 *Opinio, ex qua dicitur ſcripturam extra territorium non probare quintupliciter limitatur, & 54.*
54 *Scriptura de per ſe faciens fidem probat inter ſubditos etiam extra territorium degentes.*
55 *Scriptura priuata debitis ſubſcriptionibus roborata, reperta in Archiuio publico, plenè probat.*
56 *Scriptura priuata reperta in Archiuio qualiter probare dicatur, & 57. ac 58. & 59.*
60 *Archiuium ſufficit, vt ſit publica authoritate erectum, vt exempla ex ſcripturis ibi repoſitis extracta probent.*
61 *Copia extracta de ſcriptura priuata, licet ab eodem ſcribente, non probat.*
62 *Copiæ extractæ de ſcriptura priuata non creditur, etiam de ordine ſummi Pontificis, de poteſtate ordinaria ſic diſponentis.*
63 *Copia extracta per Gabellarium, aut alium conficientem librum ſuæ adminiſtrationis non probat, contra, & qualiter, nu. 64.*
65 *Copia quando & qualiter probet, remiſſiuè.*
66 *Copiæ qua conuenit cum originali credendum.*
67 *Exhibitio, & exhibere quid nam ſit, & ſeq.*
68 *Exhibere eſt extra ſecretum habere, aut alijs modis remiſſiuè, num. 69.*
70 *Exhibere eſt deducere, & publicare ſcripturam in iudicio coram iudice, vt firmius iudicetur, & aduerſarius clarius deliberet.*
71 *Exhibitio ſcripturarum qualiter fiat, remiſſiuè.*

DE

DE EXEMPLO CVIVSLIBET ſcripturæ, & de exhibitione originalis. Tit.4.

1 EXEMPLVM, alias diceretur † id, quod
in alio nobis imitandum, vel vitãdum
proponitur; qua occaſione ſubſequi-
tur illud Feſti diſtinguentis exemplar
2 ab exemplo; † vt exemplum ſit illud,
quod nobis proponimus, vt ſequa-
3 mur, aut vitemus, exemplar verò, † ex quo ſimile facia-
mus idemque, ſed non ſic diſtinctè deſumitur ex Plin.
lib.35.& ex Quintil.lib.10.ac ex noſtratibus aliqua Co-
uarr.practicar.c.19.num.4.

Attamen nos diuerſum explicandum proponemus,
4 quia intelligimus de exemplo pro excriptione, † ſeu co-
5 pia excribere enim dicitur exemplum † ſumere, & co-
piam Cicer.3.Verr.ibi *excribere tabulas*, at copia, ſi alio
modo abundantiam, vbertatemque ſignificet, aut an-
6 nonam, † vel facultatem, vt Cicer.in Parad. Tacit.li.15.
dicentes vbertatem, & annonam ſignificare, & Virgil.
in Æneid.dicit facultatem importare, in illo verſ.

Poſtquam introgreſſi, & coram data copia fandi.

7 Quandoque verò multitudinem, † & quandoque di-
uitias, vt penes Cicer. in nonnullis locis; Verum penes
8 nos accipitur pro re † excripta, & pro exemplo iuxta il-
lud Ciceronis in Appio. *ex literis, quarum ad me exem-
plum miſiſti;* illudque Ouidij de Triſt.

Pluribus exemplis ſcripta fuiße reor;

Idcirco tractatio noſtra facienda erir de exemplo,
9 † ſeu copia extrahendo, aut extrahenda ab aliquo ori-
ginali, & hæc quo ad primam partem tituli, quo verò
ad exhibitionem inferius dicetur.

Et pro dicendorum faciliori explicatione, tres erunt
10 diſtinguendi caſus, circa exemplationẽ propoſitã † pri-
mus ille erit, quando exemplatur inſtrumentum publi-
cum per publicum notarium rogatum. Secundus, quã-
do exemplatur quælibet alia ſcriptura publica; Tertius
verò, quando exemplatur ſcriptura per priuatam per-
ſonam ſcripta.

Primus caſus habet duas inſpectiones, ſcilicet quan-
do exemplatur inſtrumentum in forma probante; &
quando exemplatur in charta bombicina, & ſic in for-
ma non probante.

Prima inſpectio difficultatem non continet, eò quod
11 illud exemplum ſolemniter reaſſumptum, † modo vt
in materia inſtrumentorum reaſſumptionis, in primo
huius capitis, titulo, nume.691. cum infinitis ſequenti-
bus latè declarauimus; nam tale reaſſumptum, aut co-
12 pia dicitur originale, † & originalis, ideo pleniſſimè
probar Bart. Alexan. & Iaſ.in auth. ſi quis in aliquo, ac
* Dec.ibidem communemque dicit Alexan.num.5.verſ.
teneo communem, & de veriori, & receptiori teſtatur
Maſcard.de probat. concluſ.711.nume.35. & ſequent.
Sigiſmun. Scaccia de iudic. cauſ.ciuil.lib. 2. cap.11.nu-
me.528.cum alijs ſequentibus; ac alij, quos probat Co-
uarr.practicar.quæſt.cap.19.nume.3. verſ.nam ea ſcri-
ptura, idque etiam nonnullis alijs authoribus, & Rotæ
deciſionibus probat Stephan. Gratian. diſcept. forenſ.
tom.4. cap.736. nume. 22. probaturque in Regno per
pragmaticas, & conſtitutiones citatas in d.titul. de in-
ſtrumento citatis numeris, adhibitis ſolemnibus reaſ-
ſumptionis ibi enumeratis, & in nu.804.& 805.quibus
13 adhibitis pleniſſimè probare † diximus in eodem titulo
numero 884. & ſequent. & in principio eiuſdem
tituli ampliatione 2. num.39. inſtrumentum reaſſum-
ptum dicitur originale Gratian.diſcep.forenſ.cap.187.
num.13.

Ampliatur inſpectio, quamuis reaſſumptio, aut exem
14 platio fieret per alium Notarium, ſi ille, qui rogauit † ſit
mortuus, aut impeditus modo vt latius docuimus in eo-
dem titulo ad explicationem illarum duarum inſpectio
num propoſitarum ibi, numero 694. & ſummatim
etiam nonnulla deduximus numero 806. cum infinitis
ſequent. & ſuper his videndi vtique Sigiſm. Scaccia. d.
cap.11.numero 603.cum multis ſeq. & ſuper aliquibus,
Stephan.Gratian.in allegato loco num.23.& ſeq.

15 Ampliatur ſecundò, etiam ſi originale, ſeu † proto-
collum ſit deperditum, & de eo non appareat, quia
exemplum hoc ſolemniter reaſſumptum plenè proba-
bit, ex traditis, & notatis in primo titulo, per nos, limi-
tatione 12. in modificatione; num. 648. 649. & 650.
cum ſeq. ex veriori opinione relata per Gratian. citato
ibi cap.653.num.65.tom.4. quicquid in contrarium af
ferat Gaſp. Theſaur. inferius citandus.

Secunda verò inſpectio vtique tam de iure commu-
ni, quam de iure Regni difficultate caret, vt in eodem
titulo de inſtrumento requiſito 12. numero 442. cum
multis ſequentibus notauimus, vbi diximus exemplum
16 ſcriptum † in charta bombicina tanquam non ſolem-
niter extractum, nequaquam probare; quod modifica-
uimus per tradita in eodem titulo in Ampliat. 21. nu-
mero 111.

In ſecundo caſu notato ſuperius, ſcilicet, in exemplo
17 extracto † ex qualibet publica ſcriptura, proponitur
concluſio videlicet; exemplum extractum ab eo, qui
originalem ſcripſit, plenè probare; dicunt omnes autho-
res in primo ſuperiori caſu in prima inſpectione citati,
& probant Abb & Felin.in cap. Albericus de teſt. Felin.
in cap. vltimo de fid. inſtr. alijque, quos probant Ma-
ſcar.concluſ.711.num.35. & concluſ.1395.numero 6.
& Sigiſm.Scaccia d.cap.11. num.525. cum ſequent. ac
Padilla, & alij relati per Seſs. deciſ. 125. numero 51.
tom. 2.

Contra concluſionem facit regula illa ſatis vulgata,
18 videlicet, exemplum † ſeu copiam regulariter non pro-
bare; Ant. de Butr in cap. 1. num. 15. verſ. ad primum
de fid. inſtrum. Rot.deciſ.11. aliàs 637. de fid. inſtr.in
antiquis, Speculat.de inſtr.edit.§. oſtenſo qualiter nu.4.
verſ.nota tamen, Bart in auth. ſi quis in aliquo num.7.
& ſeq. C.de eden. vbi Caſtrenſ. Soccin. Dec & Iaſ. dicens
Caſtrenſ. procedere hanc contrariam opinionem etiam
19 ſi † exemplaretur copia per viginti Notarios, & Iaſ.
20 dicit etiam per centum † Notarios, ac alij relati per
Maſcar. concluſ. 711. numero 10. & 11. Franc. Marc.
deciſ.1149. numero primo, & communem opinionem
nouiſſimè dicit Gaſpar. Theſaur. forenſium quæſtio-
num libro tertio, quæſt.47. in principio, idque quatuor
rationibus firmatur, quas congerunt Maſcar.d.concluſ.
711.num.2.& ſeq. vſque ad num.7 & Scaccia d.cap.11
num.392.& ſeq.

Comprobatur hæc contraria opinio, quia Doctores
adducti pro prima opinione loquuntur in exemplis ex-
21 tractis per Notarios, † ideo benè loquuti ſunt, quia iure
cautum eſt, vt notarij ſcribant contractus in protocol-
lo, & ex protocollo ſumant, & reaſſumant inſtrumen-
tum,

tum, quod meritò vocatur etiam originale; vt iidem
authores ibi citati dicunt, & diſponitur in authen. de
tabellion. ac in Regno per conſtitutiones, & pragma-
22 ticas; ſecus autem in exemplis † ſumendis ab aliis per-
ſonis non notariis; licet originalis ſcriptura ab eiſdem
fuiſſet ſcripta, eò quod in iure cautum non reperitur;
ita ſic arguendo probat Sigiſm. Scaccia in citato cap.
11. num. 592. idcircò hæc vltima contraria opinio non
habet cōtradictorem; prout latiſſimè docet Mareſcott.
variar. reſol. lib. 1. cap. 81. toto.

Sed tu lector beneuole, non diſcedas à concluſione
firmata ſuperius nume. 17. tanquam receptiori, & ra-
23 tionabiliori; nam omnes † publicæ ſcripturæ, quas re-
tulimus in proximo præcedenti titulo conſeruantur,
vel in Archiuis, vel autem in libris magnis; aut Regi-
ſtris, & prædictorum conſeruatio habet perpetuos, aut
temporales miniſtros, Regia aut alia publica, authori-
tate conſtitutos, qui ſcripſerunt originalia, aut regi-
ſtrauerunt, quæ regiſtra; vel libri aſſimilantur proto-
collis, eò quòd per officiales publica authoritate con-
ſtitutos deſcripta fuerint; & probant tam exempla ex-
tracta per eoſdem officiales, quam per eorum ſucceſſo-
res; vt poſt notata per Caputaq. deciſio. 74. & per Ma-
ſcar. concluſ. 1267. in principio ſingulariter docet Si-
giſm. Scaccia, d. cap. 11. num. 740. cum multis ſequent.
& in ſimili deciſum dicunt Ioan. Andr. Georg. allegat.
33. nu. 3. ac tota & Molfeſ. tom. 2. ad conſuet. in proœm.
quæſt. 20. num. 6.

Extenditur concluſio, eò fortius procedere in copia,
ſeu exemplo extracto per Archiuarium ex publico Ar-
24 chiuo, quod † plenam fidem faceret etiam ſi aliena ma-
nu originale fuerit ſcriptum, Felin. in c. ad audientiam,
num. 18. de præſcript. Aſini. in prax. §. 7. cap. 5. limit. 97.
num. 1. quos probat Scaccia d. cap. 11. nu. 751. & adno-
tat Maſtrill. deciſ. 43. tota.

25 Modificatur concluſio, vt ea procedat dummodo †
manus Archiuiſtæ; aut officialis exemplantis, ac Sigil-
lum ſi illud appoſitum fuerit, recognoſcantur, ſi pars
oppoſuerit, Maſcard. concluſ. 1395. num. 23. in fine,
& Sigiſm. Scaccia de iudic. cauſ. ciuil. lib. 2. citato c. 11.
num. 748.

Extenditur ſecundò concluſio vt procedat etiam in
26 copia extracta ab altera copia ſolemni inſtrumenti †
exiſtente in aliquo proceſſu, aut in actis alicuius tribu-
nalis, modo vt declarat Carauit. Rit. 176. & Rit. 96. ac
latius poſt Marant. & alios, Scaccia d. cap. 11. num. 34.
27 & numero 635. eò quia regulariter † copiæ ex actis ex-
tractæ non creditur Molfeſ. inferius citandus nume-
ro 10.

Extenditur tertiò etiam in copia copiæ, quæ plenam
28 † facit probationem, ſi cum ea concurrant veritatis ad-
29 minicula, aut quando ſecundum tenorem † illius co-
piæ alias obſeruatum demonſtretur; vel ſi pars citata
30 nihil opponat † vt in omni iſtorum caſuum; poſt cita-
tos quamplurimos authores, deciſum notiſſimè in Ro-
ta Romana; dixit Hercul. Mareſcott. variar. reſolut.
lib. 1. cap. 81. num. 5. cum multis ſequent. vel ſi copia,
31 ex qua exemplatur † altera copia, extracta fuiſſet ab
originali de conſenſu partis, vel idem aduerſarius vſus
32 illa fuiſſet in iudicio, tunc copia copiæ plenè probaret †
vt probat Molfeſ. tom. 2. ad conſuet. Neapol. in proœm.
quæſt. 20. nu. 13. & ſeq. & ante eum videndus Maſcard.
concluſ. 712. tota.

ni. At verò, quòd de conſenſu partis diximus, velim in-
33 telligas, ſi de conſenſu illo conſtet in corpore ſcriptu-
ræ, aut alio modo plenè, eo quod non ſufficit, conſen-
ſum hunc probari per ſolam Notarii aſſertionem, ad
notata per Achill. de Graſſ. deciſ. 4. tit. de fid. inſtrum.
aliàs 195. & infinitis adductis probat Stephan. Gratian.
tomo 4. ſuarum diſcept. Forenſ. cap. 4. ſæpius citato,
num. 33.

34 Prout nec Notario crederetur aſſerenti † ſe extraxiſ-
ſe, vel exemplaſſe ſcripturam de Regiſtro, aut libro, vel
ab aliqua alia publica, & authentica ſcriptura exiſtente
in publico archiuio, eò quòd hoc aſſerere non erit de
pertinentibus ad eius officium, Put. deciſio. 445. nu-
mero 4. lib. 2. ſed oportet de publico Archiuio teſtifi-
35 cari per Archiuiſtam; † cui de illo creditur, Stephan.
Gratian. citato loco num. 36. 37. & 38.

36 Sufficit verò Archiuiſtam atteſtari † eſſe extractam
à ſcripturis Archiuii, & id atteſtetur Archiuiſta in fide
37 † exempli extracti; cum appoſitione Sigilli, ſi id ſolitum
fuerit apponi, vel cum ſubſcriptione propriæ manus
Archiuiſtæ, aut cum appoſitione illius ſigni, quod ſoli-
38 tum † eſſet in illo publico Archiuio apponi; vt poſt Cra-
nett. Abb. Corn. & Maſcar. docet Sigiſm. Scaccia d. cap.
11. nu. 773. 774. & 775.

Reſtringitur tamen concluſio principalis, vt illa lo-
39 cum non habeat in ſcripturis publicis † exemplandis
ab habentibus intereſſe; quia tunc talia exempla plenè
non probabunt, quamuis originalia conſeruarentur in
publico Archiuio; vel illa originalia eſſent ſcripta ab
40 habentibus † intereſſe; eò quod in primo caſu oporte-
41 ret videri † originalem ſcripturam, vt feciſſe Conſiſto-
rium Siculum, teſtatur Maſtrill. d. deciſ. 43. num. 13.
prout hoc euidenti iuris diſpoſitione probatum fuit in
primo titulo, in quo latè probauimus, quodlibet
42 exemplum probare † ſi recognoſcatur cum originali;
in ſecundo verò caſu quando originalis ſcriptura fuiſſet
facta per habentem intereſſe, vel cuſtodiretur per in-
43 tereſſatos, quorum fuiſſet Archiuium, tunc non proba-
re reſponderunt Maſcard. concluſ. 711. numero 64. &
Put. ac Caputaq. quos probat Scaccia d. ca. 11. nu. 778.
44 & quando exemplum, quod conuenit † cum originali
probet. inferius num. 66.

Modificatur hæc reſtrictio, vt non procedat, ſi Ar-
45 chiuium † fuiſſet alicuius vniuerſitatis, vel alicuius Ba-
ronis, aut Regis, quia intereſſe Baronis; aut Regis, vel
vniuerſitatis non venit in conſideratione, ſed oportet
46 concurrere intereſſe proprii Archiuiſtæ, † vt notabili-
ter aduerti dicit Scaccia d. cap. 11. numero 761. verſic.
ſubdeclara.

Reſtringitur ſecundò, vt procedat tantum inter ſub-
47 ditos illius Regni † prouinciæ, aut territorii, ſeu terri-
torii illius, cuius authoritate fuit erectum Archiuium,
vel fuit præpoſitus officialis exemplare publicas ſcriptu-
ras debens, & non extra, Maſcard. d. concluſ. 711. nu-
mero 62. & 63. Crau. Bald. Franc. Marc. Alex. Socin.
Felin. Dec. & Rota, quos probat Scaccia de iudic. cauſ.
ciuil. lib. 2. ſæpius citato capit. 11. numero 796. idem-
que notat Maſtrill. citata deciſ. 43. numero 13. & Ca-
ualcan. Monal. & Verall. quos probat Genua de ſcript.
priuat. libro primo quæſtione 2. numero 11. folio 28.
in magnis, idemque etiam probarunt Crau. de antiq.
temp. verſ. quarto limitatur num. 6. cum ſeq. multis &
Decian. conſ. 24. nu. 49. vol. 3.

Con-

48 Contra reſtrictionem reſponderunt † Franc. Aret. in
c. cum cauſam num. 6. & ſeq. de probat. vbi etiam Felin.
nu. 12. quodque comprobat Crauett. in proximo citato
loco; quos ſatis vrgentes rationes aſſignaſſe pro hac cō-
traria opinione, teſtatur Scaccia in d. cap. 11. nu. 797. &
ſeq. quamuis ipſe, primam amplectatur opinionem ſe-
quutam per Rotam Roman. teſte Caputaq. decis. 42.
parte prima.

Sed hanc contrariam opinionem comprobari; ex il-
la communi, quàm Doctores ſequendo Bar. in l. 1. q. 7.
princ. C. de ſumm. Trin. & fid. Cath. probant, de qua te-
ſtantur Iaſ. in l. arrogator, ff. de adop. & Crauet. loco ci-
tato, neminemq; contradicere dicit Iaſ. vbi ſupra; Cum
ex illa communi omnes Doctores firmant, ſcripturam
49 de iure non ſolemnem, † quæ ſtatuto, vel conſuetudine
probationis vim aſſumit, protendere etiam extra ter-
50 ritorium: idcirco prima opinio contra Franc. Aret. li-
cet communis, aut eſt vera, & tunc hęc alia communior
cum Bart. eſſet falſiſſima; quod non erit dicendum; aut
hæc erit veriſſima, prout omnes vno ore dicunt, & tunc
fatendum erit opinionem Fran. Aret. & ſic hanc vlti-
51 mam eſſe † veriſſimam, primamque verò falſam quic-
quid rationis diuerſitatem congerendo dixerit Crauet.
vbi ſup. num. 11. eo quod communis contra Aret. noto-
riè falſa iudicanda erit, prout ſic reſoluendo reſpondit
52 Seſſa deciſ. Arag. 21. nume. 1. vol. 1. imò, & ſi hæc falſa
communis, contra Aret. eſſet tenenda, adhuc ex mente
53 omnium Doctorum, quintuplicite † venit limitanda,
vt idem Seſſa omninò videndus congerit, ad quas ego
addo aliam ſcilicet, vt probet inter ſubditos licet degē-
54 tes † extra territorium, Hieron. de Monte de fini. r. ſe-
gund. c. 63. in fine, ex quibus limitationibus vtraq; opi-
nio ſubſiſtit, eas videto; & cum Hieron. de Monte con-
cordat Monal. conſ. 17. volum. 1. in fine; de copia autem
extracta è libro alicuius officialis vide inferius nu. 63.
& ſequent.

Tertius caſus breuius expedietur, nam ſcriptura pri-
55 uata † ſubſcripta per debitorem, aut cū teſtibus robo-
rata reperta in Archiuio publico pleniſſimè probat ex
innumeris relatis per Maſcar. concl. 111. n. 9. & 10. qui
loquitur in ſcriptura ſine ſubſcriptionibus, ſineq; teſti-
56 bus, † ſed cum ſubſcriptione partium, aut cum trino te-
ſte, eam probare plenè ſi reperta fuerit in Archiuio, re-
ſpondit Sigiſm. Scaccia d. c. 11. nu. 755. cum ſeq. & quā-
57 libet ſcripturam priuatam † in Archiuio publico cuſto-
ditam plenè probare, & proinde exemplum, & copiam
ab eadem extractum, & extractam plenè etiam proba-
58 re † reſpondiſſe Bart. Ang. Roman. Corn. Alex. Gemin.
Caſtr. Butr. Marſil. Bellon. Card Crauett. Felin. Caſſan.
Alberic. Bal. & Socc. refert Franc. Monald. conſ. 5. nu. 3.
conſ. 149. nu. 7. & conſ. 17. toto, vol. 1. quorum Docto-
rum communem opinionem dicunt Corne. conſ. 171.
nu. 3. verſ. liberis vol. 1. Marſil. in Rubr. C. de probat. nu.
312. & ſeq. & Bellon. conſ. 57. num. 12. & Franc. Marc.
Ptolom & alij, quos cōgerit Genua de ſcript. priuata in
loco proximè citato quæſt. 2. fol. 27. in magnis num. 1.
59 & ſeq. quicquid † ex Ceph. conſ. 631. nume. 27. diſtin-
guat Genua vbi ſupra num. 8.

Nam, vt amaritudo relata per Ceph. tollatur, ſuffi-
60 cit † Archiuium eſſe publica authoritate erectum, &
ſcripturas eſſe ibi repoſitas ad illū finem, ad quem Ar-
chiuium fuit erectum, vt probauimus in proximo præ-
cedenti titulo num. 30.

Exemplum verò, ſeu copiam ſcripturæ priuatæ; ex-
61 tractū, aut extractam per quemlibet originalem † ſcri-
pturam ſcribentem (extra verò terminos Archiuij) nul-
latenus probare, ſatis iuribus probatum, dixit Maſcar.
d. concluſ. 711. in primis numer. vbi alios congerit au-
thores, quæ concluſio adeo vera eſt, vt ſummus Ponti-
62 fex nequaquam valeat † diſponere ſine cauſa, & de po-
teſtate ordinaria, vt huic copiæ credatur, modo vt poſt
Roman. ſing. 716. poſtque additionatorem ad dict.
ſingular. probat, & declarat Maſcard. vbi ſupra nu-
mero 14.

Ex qua vera, & non controuerſa opinione infertur,
non probare copiam extractam per gabellariū, aut ali-
63 quem alium officialem † conficientem librum ſuæ ad-
miniſtrationis, vt docet Sigiſm. Scaccia de iudic. cauſ. ci-
uil. lib. 2. citato ca. 11. nu. 595. quem probat ſimpliciter
more ſuo Genua in d. lib. 1. de ſcript. priuata quæſt. 16.
num. 7. fol. 57. in magnis.

Ego autem non aſſentio huic illationi, dūmodo Ga-
64 bellarius, † Arrēdator, aut aliquis alter officialis ſit pu-
blica authoritate electus, & cōſtitutus ad librum origi-
nalem, ex quo copia ſit extracta; conficiendum ſine ſuo
intereſſe ex traditis in ſuperiori c. de lib. official. tit. 2. &
in proximo præcedenti titulo huius capitis n. 19. & 20.
ac 21. additis, quæ notauimus in hoc eodem titulo ſup.
nu. 23. & dummodo manus iſtius officialis recognoſca-
tur, vt diximus hoc eodem titulo num. 25.

65 Reſtringitur verò concluſio omnibus † illis modis,
quibus eā reſtringunt ſubreſtringunt, declarant, & ſub-
declarant Maſcar. d. concl. 711. tota, & Genua in citata
q. 16. tota, ne volumen voluminibus congeram; illos in
occurrenti conſulito.

Sed ſi duo exhibeantur exempla inter ſe contraria,
66 † vel diuerſa, tunc neutri credendum erit, niſi originale
exhibeatur, illudque demum exemplum fidem faciet,
quod repertum fuerit conuenire cum originali, latè &
ſingulariter Steph. Gratian. diſcept. forenſ. to. 1. c. 187.
num. 18. 19. 20. 21. & ſeq.

Quo verò ad ſecundam partem huius tituli; nem-
pe de exhibitione originalis inſipidum; & leue non erit,
tantiſper diſceptare, & declarare ſignificatum illius ver-
bi exhibere, per deſcriptionem exhibitionis.

67 Idcirco exhibitio eſt, in publico † facere poteſta-
tem, vt ei qui agit experiundi ſit copia, ad tex. in l. 2. ff.
ad exhibendum, aut exhibere eſt extra ſecretum habe-
68 re, † ad text. in l. 1. §. ait prætor. ff. de liber. hom. exhib.
vel alijs modis ſecundum diuerſos ſignificatos penes
nonnullas leges citatas per gloſ. in dict. l. 2. declarat Al-
ciat. in l. fin. ff. de verb. & rer. ſignif. alijſque modis acci-
69 pi exhibitionem † probat iureconſ. in l. Neſennius, ff.
de negot. geſt. & Cicer. in ſeptima Verr. & in 3. of-
ficiorum.

70 In facto autem accipitur exhibitio † pro deducen-
do, & publicando ſcripturam in iudicio penes iudi-
cem, vt aduerſarius deliberet, & iudex apertius indi-
cet, firmiterque iudicium proferat; at ex prima deſcri-
ptione adnotat gloſſ. & Doct. in d. l. 2.

71 De hac exhibitione quamplurima † cumulauimus
in ſuperiori capite titulo quinto num. 1066. cum pluri-
bus ſequentibus, & alia in hoc eodem capite titulo pri-
mo Ampl. 22. num. 112. cum ſequentibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio Authoris quarti capitis tit. de pignoribus, quæſito primo, & num. 2.*
3 *Pignoris denominatio à pugno.*
4 *Pignus iuxta æthimologiam eſt rerum mobilium. Aethimologia pignoris, num. 3.*
5 *Quod manu traditur immobile eſſe non poteſt.*
6 *Pignus latè ſumptum comprehendit omne, quod obligatur in ſecuritatem debiti.*
7 *Pignus etiam de re immobili veteres dixerunt.*
8 *Pignus accipitur pro eo, quod inter contendentes in ſequeſtro deponitur, vt victoris fiat.*
9 *Pignus eſt ſignum amoris certum.*
10 *Pignus dicitur à ſecuritatis captione.*
11 *Liberi geniti per coniuges dicuntur pignora perpetui amoris inter ipſos.*
12 *Pignus quandoque pro re pignorata ſumitur quandoque pro nexu, & vinculo obligationis pignoratitiæ.*
13 *Pignus capitur interdum pro commercio.*

DE PIGNOR. ET HIPOTECIS. Caput Quartum.

ET ſi Neguſantius; Donellus, & alij, & ex recentioribus, Mudeus, & Hermannus Meirer. ac ex noſtratibus Andr. Molfeſius, in hoc tit. de pign. & hipothec. excepto Molfeſio authore, facilè non cōtemnendo latius progrediantur, ego tamen contentus generalia tantum attingere, cum ſpecialiter in 2. to. Deo dante hæc omnia diſceptabuntur;
1 Decreui ordine alicuius ex præcitatis † authoribus vti, licet ſtudioſus lector diuerſum videbit diſceptandi modum diuerſaſque, & vtiliores lectiones fauente Domino, ex noſtris huiuſcè ſcriptis lucrabitur ſubnectentur ideo infraſcripta quæſita videlicet.
2 Primò quæritur, † vnde dicatur pignus.
Secundò, quid ſit pignus.
Tertiò, quotuplex ſit pignus.
Quartò, quid ſit hipotheca, vnde dicatur, & quomodo differat à pignore.
Quintò, quotuplex ſit hipotheca.
Sextò, quot modis cōtrahatur pignus, & hipotheca.
Septimò, quæ res hipothecari poſſunt.
Octauò, quod ius habeat creditor in pignore, & hipotheca.
Nonò, quæ nam pacta ſint licita in pignore.
Decimò, quæ ſint actiones, quæ naſcūtur in pignore.
Vndecimò, qui potiores in pignore habeantur.
Duodecimò, & vltimò, quot extinguantur modis, pignus & hipotheca.

QVÆSITVM PRIMVM.

3 AD primū pignus dicitur à pugno, † quia res, quæ pignori dantur manu traduntur; & ſic pugnio, ad tex. in l. plebs, §. pignus, ff. de ver. & rer. ſignificat. quare
4 iuxta nominis ęthimologiam pignus proprijſſimè † erit rerum mobiliū, vt refert Caius conſultus in d. §. pignus,
5 cum id quod manu † traditur immobile eſſe non poterit, & ſi latius ſumptum comprehendat omne id, quod
6 obligatur † in ſecuritatē debiti, vt paucis verbis, de more poſt Molin. inferius citandum, & poſt Azor. inſtitut. Moral. lib. 7. ti. de pign. & hipoth. explicat Vinc. Filliuc. Ieſuita Mor. q. tract. 38. c. 9. n. 165. poſt hęc ſcripta viſ.

Tract. de Cred.

7 Veteres autem ſcriptores de re quoq; † immobili pignus dixerunt, vt penes Alciat. in d. §. pignus habetur. Quandoque verò accipitur pignus pro eo, quod inter
8 duos † cōtendentes ſequeſtro, ita deponitur, vt victoris fiat, iuxta illud Virgil.

Tu dic. mecum quo pignore certes;

9 Sumitur pro certo amoris ſigno iuxta aliud Virgilianum in Æneid.

Dat inueni, atque animum præſenti pignore firmat.

Ac penes Liui. in 9. lib. Bell. Maced. *Hæc amoris,* (dicit Liuius) *pignora cum eſſent, nec quicquam ſecretum alter ab altero haberet;* Appellatur enim pignus à ſecuri-
10 tatis † captione, Alciat. vbi ſupra, & Molin. Azor. ac Filliuc. citati; At etiam liberi geniti per coniuges, cenſen-
11 tur inter eos tāquam pignora † perpetui amoris, & per hoc factum eſt, vt pignora vtique pro liberis capiantur iuxta illud Ouid. 3. Faſto.

Dulcia ſollicitæ geſtabant pignora matres.

Inſuper dupliciter ſumitur pignus, vno modo ꝓ re ip-
12 ſa, † quæ pignoratur, & hipothecatur, vt ff. & C. qui pot. in pign. hab. & de diſtract. pign. Altero, & ſecundo modo pro nexu, & obligatione eiuſdem rei, vt in tit. quib. mod. pign. vel hipoth. contrah. & quib. mod. ſolu. fina-
13 liter pignus ſumitur † pro commercio modo, vt expendit Neguſ. de pign. p. 2. mem. 3. num. 70. tractatio verò noſtra erit ſecundum pignoris definitionem, & diuiſionem, vt inferius.

SVMMARIVM.

14 *Pignoris definitio, vt ſit rei licitæ obligatio pro debito inita, explicantur verba definitionis num. 15. & 16.*
Illicitæ res oppignorari non poſſunt.
Melius eſt pignori incumbere, quam in perſonam agere.
17 *Pignoris alia definitio, eſt enim res ad ſecuritatem creditoris obligata pro debito.*
18 *Pignus alio modo definitur, contractus pignoris definitio ibidem.*
19 *Pignus ſtrictè ſumptum qualiter dicatur.*

QVÆSITVM SECVNDVM.

AD ſecundū. Pignus ſm cōem doctorū definitionē probatā ex tex. §. vlt. inſt. quib. mod. re cōtrah. di-
14 citur rei licitæ † obligatiò pro debito inita diximus eſſe obligationē pro nexu rei, vt ſuperius notauimus, & de-
15 inde rei licitę eo, qđ res illicitę † oppignorari nō poſſunt, ac & ea, quæ hipothecari nequeūt, vt dicetur in ſeptimo
16 quæſito, finaliter dicitur pro debito † inita, quia pro debito datur pignus ad maiorē creditoris ſecuritatē, cum ſatis melius ſit pignori incūbere, quā in perſonā agere; ad text. in l. plus cautionis, ff. de reg. iur. Denique pignus
17 dicitur res ad ſecuritatē creditoris † obligata pro debito ad tex. in l. ſi rē, §. propriæ, ff. de pign. act. & d. §. vlt. q̃ probat Card. Māt. de tacit. & ambig. cōuent. li. 11. tit. 1.
18 n. 3. to. 1. vel eſt res ſubiecta, aut obligata † ꝓ debito, vt niſi impleatur inde ſatisfiat, & contractus pignoris eſt; quod aliquid creditori in debiti ſolutionē obligatur, vt inde ſatisfiat, ſi non ſit ſatisfactum, ita definitur pignus latè ſumptum, vt ex præcitatis authoribus, & elegantius per Molin. de contract. diſput. 528. nu. 3. 4. 5. à quo deſumpſit Filliucius vbi ſupra, ſtrictè verò ſumptū pignus
19 dr † res ſubiecta modo dicto facta eius traditione creditori, vel alteri loco illius, vt poſt Mol. refert Filli. vbi ſup

SVMMARIVM.

20 *Diuiſio pignoris in pignus latè ſumptum, & ſtrictè ſumptum.*
21 *Pignus aliud eſt, quod intercedit in contractu nominato, aliud verò in innominato, & 22. vbi, & qualiter.*
23 *Contractus pignoris innominatus actionem parit.*
24 *Pignoris alia diuiſio.*
25 *Conuentionale pignus quod.*
26 *Prætorium pignus quod.*
27 *Prætorium pignus conſtituitur quando debitore exiſtente in contumacia fit immiſſio in illius bonis ex primo, & ſecundo decreto.*
28 *Prætorij pignoris creditor ſolam tenutam, nudamque detentionem habet.*
29 *Pignoris ſpecies qualiter conueniant, & inter ſe differant.*
30 *Pignus aliud eſt legale, aliud verò iudiciale.*
Pignus legale quod ibid.
31 *Pignus iudiciale quid ſit.*
32 *Pignoris aliæ diuiſiones ad alios authores videndæ remittuntur.*

QVÆSITVM TERTIVM.

AD tertium, nam & ſi pignus reciperet ſupra citatam diuiſionem, nempe aliud eſſe, quod lato vo-
20 cabulo definitum eſt, aliud verò quod ſtricto vocabulo ſumitur, vt ex alijs deducit Filliuc. vbi ſup. num. 169. tamen exactius exordiendo; pignus plures recipit diuiſiones, & illarum primam, nam pignus aliud eſt ex cōtra-
21 ctu nominato, † aliud verò ex innominato dicitur, ex nominato quando re ipſa pignus contrahitur, vt puta quando ipſius rei pignoratæ tradito intercedit d. §. propriæ, & d. §. vlt. & l. 1. §. vlt. ff. de pact. at ſi pignoris poſ-
22 ſeſſio non ſit creditori † tradita, contractus dicitur innominatus, & ſola pignoris cōuentio appellatur ad tex. in l. 1. ff. de pignorat. act. & l. contrahitur, ff. de pignor.
23 ex quo contractu de iure prætorio † actio naſcitur, ad tex. in l. ſi tibi, §. de pignore, ff. de pact. vt comprobat, his adductis, Card. Mantic. loco citato tit. 2. num. 2.

Secunda ſubſequitur pignoris diuiſio, pignus enim
24 † ſtrictè ſumptum, aliud dicitur conuentionale aliudue
25 prætorium. Conuentionale dicitur † quod ex conuentione oritur, d. l. 1. & l. contrahitur, ac d. §. de pignore ex
26 Bar. in d. l. 1. Prætorium † pignus dicitur, quod ſine cōſenſu partium, ſineque illarum conuentione à iudicibus conſtituitur, ad text. in l. non eſt mirum, ff. de pignor. act. & l. 2. C. de pretor. pignor. Card. Mant. d. tit. 2. nu. 3. Sed latius explicando, dicitur quando abſque ſententia
27 diffinitiua precedente † proceditur cōtra debitorem in contumaciam, & fit immiſſio in bonis ex primo decreto, & demum ex ſecundo decreto toto tit. C. de prætor. pignor. & l. ſi vnus, ff. de bon. auth. iudic. poſſid. explicāt Neguſ. de pign. p. 3. prin. in princ. & in 2. mem. eiuſdem tertiæ p. Molfeſ. hoc tit. vt ſupr. in tertia reſponſ. nu. 18. elegantius verò Molin. de contract. in citata diſp. 528. nu. 10. (licet diuidat in triplici tãtum ſpecie, vt ſequitur nouiſſimè Filliucius ſuperius citato loco nume. 170. ac Azor. & Neguſ. locis citatis) id enim in Regno renouatum fuit per Reg. pragm. 3. de ord. iudic. Cuius prætorij
28 pignoris creditor ſolam tenutam † habebit, nudamq; bonorum exequutorum detentionem, ita præcitati authores, & notatur in tex. c. 1. & in toto ti. de eo, qui mitt. in poſſ. Neguſ. d. mem. 2. nu. 32. & Card. Mant. d. tit. 2. nu. 7. verſ. illud tamen, & in Regno per text. d. pragmaticæ vbi etiam commentatores; ſed præallegatæ pigno-
29 ris ſpecies quomodo † differant, & inter ſe conueniant, latiſſimè penes Neguſ. Molin. & Card. Mant. citatos, ac penes commentatores Regnicolas in d. pragm. & omnium latiſſimè penes noſtrum Muſcatell. in ſua praxi ciuili in nonnullis locis.

Pignus denique, alteram patitur diuiſionem, quia
30 aliud † legale, aliud verò iudiciale dicitur, legale eſt illud quod à lege introductum eſt, & à lege deſcendit, de quo dicetur in quinto quæſito.
31 Pignus iudiciale dicitur, quod datur à iudice † ex cauſa iudicati media diffinitiua ſententia, ex qua debitor condemnatur, & bona eius exequuntur, ac creditori adiudicantur ad tex. in l. à diuo Pio, & toto tit. ff. de re iudic. & ſuo particulari titulo dicetur, expendunt latè Neguſant. Molin. & Molfeſ. citatis locis.

Alias vtiq; pateretur diuiſiones pignus, quas conge-
32 runt † Molin. & Card. Mant. citatis locis, ſed quia nouimus eas potius hipothecæ cōuenire, vt idem Molin. aduertit in d. diſput. in fine, verſ. pignus verbo, & ideo de his dicetur in quinto quæſito.

SVMMARIVM.

33 *Hipothecæ ethimologia à græco idiomate eiuſque definitio.*
34 *Quod latinè dicitur pignus, græcè dicitur hipotheca.*
35 *Hipotheca quatenus latè ſumpta comprehendit pignus, definitur.*
36 *Hipotheca ſolo nomine differt à pignore.*
37 *Hipotheca in iure ſepè accipitur prout pignus comprehendit, & è conuerſo.*
38 *Hipothecam in re immobili, pignus in re mobili propriè conſtitui aliqui putarunt.*
39 *Pignus in immobilibus conſiſtere poterit.*
40 *Immobilia manu quoque tradi dicuntur, prout mobilia, num. 41. & ſeq.*
42 *Pignoris originẽ à rebus mobilibus cepiſſe credibile eſt.*
43 *Hipotheca in rebus mobilibus conſtitui poteſt.*
44 *Supponere, & obligare ita immobilibus ſicut mobilibus conuenit.*
45 *Pignus, & hipotheca aliquibus differunt modis, & in quibus.*
46 *Pignoris diſtractio ſtrictè ſumpti magis explicita, quam hipothecatio indicatur.*
47 *Pignoris, & hipothecæ differentiæ, & conuenientiæ remiſſiuè.*
48 *Pignoratitius creditor in quibus plus iuris habeat, quam hipothecarius.*
49 *Hipothecę nomẽ, ſeu pignoris vtriuſq; diuiſiones cõtinet.*
50 *Hipotheca, & pignus promiſcuè accipiuntur pro eodem.*
51 *Pignoris latè ſumpti definitio comprehendit hipothecã.*
52 *Auctor vtetur in hac tractatione nomine pignoris pro hipotheca, & è contra.*

QVÆSITVM QVARTVM.

33 AD quartum principale queſitũ. Hipotheca † dicitur; greco nomine ab hipos, quod eſt ſub & theſis, quod eſt poſitio, quaſi quædam ſuppoſitio, aut bonorum

norum obligatio pro debito facta creditori, Neguſ. de pignor. par.1.nume.2. Molfeſ.eod.tit.nume.20.Molin.
34 vbi ſupra nume. 2.eò quod latinè pignus † græcè verò, hipotheca dicitur, Molina ibi, Filliuc.Azor. & omnes.

Hipotheca; lato ſumpto vocabulo; comprehendit pi-
35 gnus,& ſic definitur; † eſſe eam ſcilicet rem ſubiectam, obligatamue pro debito, vt niſi impleatur, inde ſatiſfiat Molin.n.3.vel eſt rei ſuppoſitio ad certiorem,& ſaniorem debiti ſolutionem,vt poſt Neguſant.Donell.& Balduin. probant Felician.de cenſ.lib.3.c.4.nume.2.& Roderic.de ann.reddit.lib.2.q.19.

36 Hipotheca differt à pignore † ſolo nomine, cum pignus latinè dicitur, hipotheca verò grecè, ad text. in l. res hipothecariæ, §.vlt.ff. de pignor. Neguſ.in d.par.1. num.4.Card.Mantic.d.lib.11.tit.1.nume.2. Molfeſ.& omnes; ſępe numero hipotheca in iure comprehendit
37 pignus, & è conuerſo, † lato ſumpto vocabulo, Molin. num.2.Alciat.in d.l.plebs,ff.de verb.ſignif. Goffred.in d.l.res hipothecariæ, Senat.Dolan.deciſ.53.num.18.& Filliuc.vbi ſupra num.168.

Et ſi ſuperius num.4 diximus cum text.in d.l.plebs, §. pignus; aliquos putaſſe pignus propriè rei mobilis
38 † conſtitui; hipothecam verò rei immobilis, tamen pignus quoque conſiſtere poſſe in rebus immobilibus,
39 † probatur ex text.l.ſciendum, §.creditor, ff.qui ſatiſd. cogant. & l. cum notiſſimi, §.ſed cum illud, C. de præſcript. 30. ann. nam & immobilia dicuntur manu tra-
40 di † prout & mobilia,eo quod de terra,& ſubſtantia illius rei immobilis, pugno etiam accipitur, & traditur,
41 ſeu clauditur, † ita poſt Salicet. in l. ſi rem alienam, §. propriæ, ff.de pignor. action.notat Neguſant. in alleg. prima par.differentiam verò traditam in d.§.pignus,& in d. §. proprię,iureconſultis, & iuris noſtri authoribus non perpetuò placuiſſe, vt non ſępiſſimè eos aliud dixiſſe patet, vt in precitatis locis, quamuis pignoris ori-
42 ginè † à rebus mobilibus cępiſſe credibile ſit, vt aduertit doctiſs. Ant. Faber de error. pragmat. Decad. 9. error.6.num.3.

43 Prout etiam, & hipotheca conſiſtere † poterit in rebus mobilibus, quia huiuſmodi greca vox, quæ hipos, & theſis dicitur, vt notauimus ſupra nu.33. nihil aliud ſignificat, in latino ſignificato, niſi ſupponere, & obligare, vt ibidem notauimus, ideo ſupponere, & obliga-
44 re † non tantum immobilibus, quam mobilibus rebus conuenit, vt colligitur ex notatis per Bart. in l.fundus, ff.de ann.legat.probat. Alciat.in d.§.pignus,& l grege, §.ſtatu liber, & l. & quæ nondum, ff. de pignor.citatis; probat Senat.Dolan.allegata deciſ.53.num.17.

Non enim negatur, aliquibus modis differre pignus
45 & hipothecā, † eo quia poſſeſſio pignoris ſtricto ſumpto vocabulo conſiſtit in mobilium totali traditione; poſſeſſio autem hipothecæ, ſeu rei hipothecatæ nequaquam, vt momenti eſſe hanc differenttiam aduertit Ant. Faber vbi ſupra nu.4. Denique diſtractio pignoris
46 ſic ſtrictè ſumpti, magis libera † magiſque explicita iudicatur, quam rei hipothecatæ, Molfeſ. vbi ſupra, licet non ſic explicans; verum has,& alias differentias,ac cō-
47 uenientias, † & paritates pignoris, & hipothecæ congerunt Molin.d.diſp.528.Neguſ.d.par.1.& elegantius Ant. Faber.in allegato err.6. qui inter alias differentias adnotat,quod creditor pignoratitius plus iuris habet in pignore circa eius fructus habito reſpectu ad intereſſe, & legitimas vſuras (modo vt nos in octauo quæſito declarabimus) quam habet creditor hipothecarius.

Latè verò ſumptum cōtractum obligationis ſub nomine pignoris, aut ſub nomine hipothecæ comprehendere omnes vtriuſque diuiſiones, nullus dubitat,cum in
50 iure pignus,& hipotheca † promiſcuè accipiuntur,vt ex Molina ſuperius adnotauimus, meritò idem Molin. ſic illum,latè ſumptum,definit,nempe quod ſit contractus
51 quo aliquid creditori † in debiti ſolutionem obligatur, vt inde ſatisfiat ſi aliter nō ſit ſatisfactum, ſequitur Filliuc.citato cap.9.prout & nos in hac noſtra tractatione
52 promiſcuè † hoc nomine vtemur.

SVMMARIVM.

53 *Hipothecæ diuiſio, & ſeq.*
Expreſſa hipotheca dicitur quando debitor pro obſeruantia contractus expreſſe obligat bona ſua,ibid.
54 *Hipotheca tacita deſcendit ex iuris diſpoſitione, & eſt idem, quod pignus legale.*
55 *Hipotheca tacita contrahitur etiam nulla partium conuentione interueniente.*
56 *Exempla aliqua tacitæ hipothecæ adducuntur, & alibi tractanda remittuntur.*
57 *Conuentionalis hipothecæ diuiſio.*
58 *Generalis, ſeu vniuerſalis hipotheca eſt cum quis omnia bona ſua creditori obligat.*
59 *Obligatio omnium bonorum complectitur etiam futura, quæ progreſſu temporis per debitorem acquiruntur, etiā ſi de eis nulla fuerit facta mentio. limitatur, num.62. cum plur.ſequen.*
60 *Hipotheca generalis tacita etiam continet futura, ex Neguſ. & Mantic.*
61 *Author intendit in hoc opere magis vtilia, & difficilia diſcutere.*
62 *In generali obligatione non veniunt bona tam præſentia, quam futura, quæ veriſimiliter nullus debitor in ſpecie, & particulariter fuiſſet obligaturus.*
63 *Exempla rerum plurima, quæ ſpeciali obligatione veriſimiliter non obligarentur.*
Res, quæ ſpeciali obligatione veriſimiliter non obligarentur, ibid.
64 *Deteſtatur temeritas Birruariorum in exequendo.*
65 *Bona, quæ veroſimiliter obligata non cenſentur, comprehenduntur in obligatione collata poſt mortem obligantis; & in diſpoſitione vltimæ voluntatis.*
66 *Bona, quæ veroſimiliter non obligantur, comprehenduntur in vltima voluntate.*
67 *Bona, quæ veriſimiliter non obligantur, veniunt, quando adeſt dictio vniuerſalis omnia, &c. ex Decio. Contrarium deciditur à num.68.ad 71.*
69 *Obligatio vniuerſalis, ſeu generalis, eſt quæ habet dictionem omnia, vel &c.*
71 *Indefinita æquipollet vniuerſali obligationi.*
72 *Bona, quæ non veniunt in generali, veniunt in ſpeciali.*
73 *Boues aratorios, arma, Breuiarium venire, vel non venire in obligatione alibi diſcutietur.*
74 *Bona, quæ in generali non veniunt, poteſt exequi mulier contra maritum vergentem ad inopiam, etiam vigore hipothecæ generalis, & quare, & ſeq.*
75 *Maritus non priuatur vſu bonorum, quæ exequuta fuit mulier contra ipſum vergentem ad inopiam ex Mantic. contra Alex.*
76 *Bona, quæ veriſimiliter non obligarentur, comprehenduntur in generali in ſubſidium alijs bonis non exiſten-tibus,*

tibus, dummodo non ſint neceſſaria ſine quibus, &c numero 77.

78 *Bona vitæ humanæ ſimpliciter etiam neceſſaria in ſubſidium in generali capiuntur.*

79 *In generali diſpoſitione non veniunt ea, quæ venditioni ſunt parata.*

80 *Parata venditioni veniunt in obligatione generali, ſi alia bona non exſtant.*

81 *Venalia pleraque, & venditioni parata veniunt in obligatione generali.*

82 *Debitor etiam venalia veriſimiliter fuiſſet obligaturus.*

83 *Tam vtenſilia, & neceſſaria, quam venalia regulantur ratione veriſimilitudinis.*

84 *Neceſſitas non conſideratur in obligatione, ſeu diſpoſitione, vt venalia non comprehendantur.*

85 *Homines ſine victu veſtitu, & alijs neceſſarijs nõ commodè, nec ſanè, ſeu honeſtè viuerent.*

86 *Neceſſitas eſt valdè priuilegiata.*

87 *Negligentia abeſſe debet eis, qui diligentia non vtuntur.*

88 *Veſtes, quibus cooperiatur, debitori relinqui debent, & conſequenter omnia neceſſaria ex Duen.*

89 *Exequutio poteſt fieri ſuper veſtibus, & alijs vtenſilibus duplicatis, & ſeq.*

91 *Ius percipiendi victum quotidianum non venit in generali obligatione, & ſeq.*

93 *Libri ſcholaris, aut Doctoris cuiuſuis profeſſionis nõ veniunt in obligatione generali.*

94 *Profeſſio quælibet ſine ſuis inſtrumentis exerceri non poteſt.*

95 *Boues aratorij, ſtipendia militum, & alia quædam bona non veniunt in generali obligatione.*

96 *Diſpoſitio generalis in vltima voluntate facta, an comprehendat venalia.*

Legatum generale, an comprehendat venalia, & venditioni parata, ibid.

97 *Legato generali comprehendũtur veſtes, & vtenſilia teſtatoris, 65. & 66.*

98 *Legatum generale, an comprehendat ea, quæ teſtator nõ eſſet veriſimiliter relicturus.*

99 *In iure ſtatutum eſt coniecturas, & veriſimilitudines eſſe attendendas, in vltimis voluntatibus.*

100 *Voluntas diſponentis per legitimas coniecturas optimè probatur.*

101 *Obligatio generalis facta inter viuos creditori per debitorem, an comprehendat venalia, & vtenſilia, & ſequent.*

103 *Obligatio generalis facta inter viuos per debitorem plura bona poſſidentem non comprehendit ſupellectilia, & vtenſilia, &c.*

104 *Supellectilia cõprehenduntur obligatione generali creditori per debitorem facta, qui alia bona non poſſidebat præter iſta.*

105 *Obligatio generalis, ne ſit inutilis, & fruſtratoria, poteſt, vtenſilia comprehendere.*

106 *Legatum generale omnium bonorum poteſt verificari in vna tantum re, ſi bona alia teſtator non habebat.*

107 *Legatum factũ de fundo pratiuo, ſi in hæreditate non ſit niſi fundus vineatus, ſuſtinetur in fundo vineato.*

108 *Legatum factum de equo albo, ſi teſtator non habeat niſi morellum, verificatur in morello.*

109 *Legatum generale verificatur in vnica tantum re, facta probatione de ſpeciali, & vnica re.*

110 *Diſpoſitio generalis, quæ verificatur in vnica re tantum, cenſetur ſpecialis.*

111 *Vtenſilia ſimpliciter neceſſaria non veniunt in obligatione generali, etiam ſi alia bona non eſſent.*

112 *Debitor poteſt dicere, quod re venales eſſet veriſimiliter obligaturus, & quare.*

113 *Alienatur magis vendendo quam pignorando.*

Veroſimilius quis cenſetur pignorare quam vendere, ibi.

114 *Obligatio generalis ſufficit, quod verificetur de futuris ſaltem potentialiter, quamuis de facto futura acquiſita non fuerint.*

Præſumitur quilibet, quod bona poſſit acquirere in futurum, ibid.

115 *Vtenſilia neceſſaria non auferuntur cedenti bonis.*

116 *Cedentes bonis ita generalibus, & ſpecialibus hipothecis, & alijs creditis affliguntur, vt omnia ipſorum bona teneantur indicare, & nec quidem denarium retinere poſſint.*

117 *Obligatio generalis non continet bona venalia, ſed ad partes diſceptatur, num. 118. & ſeq. & de veritate infra per plures numeros.*

119 *Legatum generale non comprehendere res venales plures DD. probant.*

120 *Teſtator præſumitur generaliter loquendo non ſenſiſſe de venalibus, & contrarium allegandi incumbit onus probandi.*

121 *Obligatio generalis comprehendit etiam venalia, non autem legatum ſecundum quoſdam.*

122 *Merces ſi intelligũtur obligatæ minori præiudicio grauatur debitor, ſed ſi intelliguntur legatæ, maiori præiudicio grauatur hæres.*

123 *Legatum factum de bonis indefinitè non comprehendit venalia, ſecus ſi vniuerſaliter de omnibus bonis iuxta quorundam opinionem, & ſeq.*

124 *Legatum factum per ſignum vniuerſale comprehendit venalia.*

125 *Obligatio generalis ita, vt generale quoque legatum ſecundum aliquos comprehendit venalia.*

126 *Obligatio generalis iuxta veram Authoris opinionem venalia comprehendit, & 139.*

127 *Neguſ. varietate notatur per Pinell. & 135.*

128 *Obligatio generalis ex natura vocabuli generalis nihil excludit.*

129 *Generalis loquutio adhibita in obligatione generali omnem ſubſtantiam debitoris comprehendit.*

130 *Legatum generale etiam venalia comprehendit ſecundum Authoris veriorem opinionem, & 139.*

131 *Loquutio generalis refertur ad totam ſubſtantiam debitoris, & ſupra num. 129.*

132 *Legatum generale comprehendit venalia ſecundum verbi ſignificationem.*

133 *Doctores tenentes primam opinionem, vt obligatione, & legato generali non comprehendantur venalia, communiter reprobantur.*

134 *Bart. & plures primæ opinionis loquuntur quando obligatio generalis reſtringitur loco, vel tempore.*

136 *Doctores ſequentes ſecundam opinionem, vt legatum generale non contineat venalia, decepti notantur.*

137 *In legatis hæredis præiudicium non attendit, ſed libera teſtandi facultas.*

138 *Decij tertia opinio, vt diſpoſitio indefinita non comprehendat venalia; erronea iudicatur.*

Iura

140 *Iura aliqua videntur probare legatum generale non comprehendere venalia.*

141 *Intellect. tex. in l. generali, §. vxori, ff. de vſufructu leg.*

142 *Diſpoſitio quamuis generalis deſignata in vno loco, non comprehendit, quæ eo loco non reſtringuntur.*

143 *Venalia certo in loco non continentur, & quare.*

144 *Intellectus tex. in l. pediculis, §. item cum quæritur, ff. de aur. & arg. leg. cum plur. ſeq.*

Intellectus tex. in l. ſeruos, ff. de leg. 3. ibid.

145 *Legatum factum per pronomē, meum, &c. non comprehendit venalia, ſecundum aliquos, & quare, et ſeq. contrarium verius num. 147.*

148 *Legatum factum per pronomen, meum, venalia non excludit ſecundum veriorem opin. 148.*

150 *Pinelli Reſponſio ad ll. pediculis, §. item cum quæritur, ff. de auro, & arg. leg. & l. ſeruos, ff. de leg. 3. num. 149.*

Pannorum legatum pannos venales non continet, ibid.

151 *Venalia veniunt in obligatione, ſi facta ſit in certa bonorum ſpecie, quæ comprehendat etiam venalia eiuſdem generis.*

152 *Legatum generale, & obligatio generalis comprehendunt venalia, ſi non poſſint verificari de alijs bonis etiã ſi de certa ſpecie bonorum, aut de bonis in certo loco exiſtentibus diſponant.*

Obligatio generalis, & legatum generale comprehendũt venalia, ſi non poſſint verificari de alijs bonis, etiam ſi de certa ſpecie bonorum, aut de bonis in certo loco exiſtentibus diſponant, ibid.

153 *Legatum, vel obligatio facta per verbum, quocunque modo, comprehendunt venalia, etiam ſi de certa ſpecie bonorum, vel de bonis in certo loco exiſtentibus facta ſint.*

154 *Obligatio generalis, & legatum generale quamuis certo loco fuerint deſignata, comprehendunt fructus diſponentis, ſi fuerint in loco deſignato, quamuis neceſſario vendendi, non tamen cauſa negociationis.*

Fructus quomodo veniant in legato, & obligatione generali, ibid.

155 *Venalibus quibuſdam exceptis, reliqua etiam venalià comprehenduntur.*

156 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*

157 *Legatum factum per teſtatorem diuitem filio, aut coniunctæ perſonæ, etiam ſi reſtrictum ſit ad certam bonorum ſpeciem, vel locum, continet venalia ad 160.*

Contrarium ſentit Hondedeus, num. 158.

159 *Sanguinis ſola coniectura non ſufficit, vt venalia comprehendantur in legato.*

160 *Amplitudo patrimonij latam inducit legati interpretationem.*

161 *Legatum, vel obligatio quamuis generalis reſtricta ad certum locum, vel certa bona, venalia non cõprehendit.*

162 *Legatum, vel obligatio generalis reſtricta ad certum locum, vel ſpeciem, futura non comprehendit.*

163 *Legatum, & obligatio generalis reſtricta ad certum locum, vel ſpeciem comprehendit rem extra locum exiſtentem, ſi tamen inſpecto propoſito diſponentis dicatur eſſe in loco.*

164 *Appellatione eorum, quæ ſunt in loco, veniunt ea, quæ ibi eſſe conſueuerant.*

165 *Legatum, aut obligatio generalis continet, venalia etiam ſi ſit ſacta de certo loco, ſi tamen locus non ſit appoſitus cauſa taxationis, ſed tantum demonſtrationis.*

166 *Obligatio generalis non continet merces venales futuras ſecundum Socc. de veritate, nume. 168.*

167 *Obligans non cenſetur diſpoſuiſſe de eis, quæ prȩuidere non potuit poſſe comprehendi in diſpoſitione generali, num. 167.*

168 *Obligatio generalis continet merces venales futuras iuxta veram opinionem.*

169 *Obligatio generalis continet merces futuras, etiam ſi non ſint ſubrogatæ in loco primarum.*

170 *Obligatis mercibus expreſsè futuræ veniunt.*

171 *Obligatione omniũ bonorum indubitanter ueniunt merces præſentes, & futuræ.*

172 *Obligantem non cenſeri diſpoſuiße de eis, quæ non potuit prȩuidere poſſe comprehendi in obligatione generali quando hoc procedat.*

173 *Obligatione omnium bonorum veniunt etiam merces futuræ, ſed illæ, quæ per principalem obligantem, vel in eius vita acquiſitæ ſunt.*

174 *Obligatione generali non veniunt merces acquiſitæ per hæredem, niſi illas acquiſiuerit explicando negocia per defunctum cępta.*

175 *Obligatione generali veniunt merces, ſed illæ tantum, quæ reperiuntur penes debitorem obligatum tempore natæ actionis hypothecariæ, vel tempore moti Iudicij.*

Merces, quæ reperiuntur penes obligatum debitorem tempore natæ actionis hipotecariæ, vel moti Iudicij, non autem, quæ alienatæ ſunt, poſſunt peti hypothecaria, ibidem.

176 *Merces in extraneum alienatæ ante mortem teſtatoris, vel ante natam actionem, aut ante Iudicium motum, non petuntur actione hipothecaria, & 178. & 187.*

177 *Merces venales veniunt in obligatione, ſed non taliter, quod liberè vendi, & permutari non poſſint.*

178 *Merces alienatæ antequam creditor poterat agere, non petuntur actione hipothecaria.*

179 *Merces alienatæ tempore natæ actionis, tranſeunt cum ſuo onere, vt contra extraneum peti poſſint.*

180 *Merces venditæ non exeunt ab obligatione quando aliæ non ſubrogantur vſque ad 184.*

181 *Debitor alienans omnes merces ictu oculi, & alias non ſubrogans, videtur feciſſe in fraudem.*

182 *Merces venales venditæ exeunt ab obligatione, ſi tamen bona fide venduntur.*

183 *Merces omnes vendendo mercator, nomen mercatoris amittit.*

184 *Mercator cum deſinit eſſe mercator, merces veniunt in obligatione.*

185 *Venditor habita fide de pretio alijs creditoribus non præfertur.*

186 *Venditor vendens merces emptori ſtatim fugienti, & latitanti, non intelligitur habuiße fidem de pretio, & per hoc pro pretio prȩfertur alijs.*

187 *Merces venditæ mortuo debitore veniunt in obligatione, quia tranſeunt cum onere, ſecus ſi hæres alias ſubrogauerit exercendo mercimonia incępta per defunctum, num. 188.*

189 *Merces venditæ ſi exeunt de obligatione nõ tamen exit ipſarum pretium ſi extat.*

190 *Subrogatio, an ſicut in vniuerſalibus, fiat etiam in ſingularibus, vt vnum corpus ſubrogetur in locum alterius alienati quoad obligationem.*

191 *Subrogata vna re pro alia exiſtente penes debitorem,*

vel eius hæredem, ſuper illa cadit obligatio, non autem ſi ſubrogatio ſit facta per extraneum, cui res fuerat alienata.

192 *Res obligata quando transformatur in ſubrogatam, ita vt non ſit reducibilis ad primam materiam, tunc tanquam noua ſpecies, non adſtringis vinculo obligationis, ſecus ſi hoc expreſſum ſit in obligatione, & ſeq.*

194 *Res ſubrogata in alterius locum facto hæredis mediante non venit in obligatione.*

195 *Subrogata res, quando in locum alterius rei, quo ad obligationem ſuccedat, vbi duo caſus diſtinguuntur per authorem.*

196 *Res in alterius locum ſubrogata per principalem debitorem, etiam ſi in poſſe hæredis reperiatur, vel alienata in alium extraneum ſemper remanet obligata.*

197 *Res dum alienatur, tranſit cum onere ſuo.*

198 *Res ſubrogata in locum alterius per hæredem abſq; tamen ſuo facto, an remaneat obligata.*

199 *Res ſubrogata in locum alterius facto hæredis mediante, vel tertiæ perſonæ, nō venit in obligatione generali.*

200 *Legatum generale loco circumſcriptum non comprehēdit ea, quæ poſt legatum empta ſunt in eodem loco preciosiora primis.*

201 *Res precioſiores non dicuntur acceſſoriæ ad minus precioſas, etiam ſi poſt acquiſitæ ſint, ſed potius econtra.*

202 *Bona nouiter acquiſita ſi meliora, vel æquè principalia ſunt, ac prima, nunquam in legato generali veniunt.*

203 *Aliæ reſtrictiones reg. patebunt infra.*

204 *Obligatio generalis non comprehendit futura, quando ſpecialis requiritur in terminis Reg. Pragm. de cēſibus.*

205 *Hipothecæ ſpecialis deſcriptio, & ſeq.*

207 *Hipotheca ſpecialis plus afficit rem quam generalis.*

208 *Hipotheca ſpeciali plus iuris conſtituitur creditori, quā generali, & ſeq.*

210 *Hipotheca ſpecialis pro ſui eſſentia requirit, quod res ſit in bonis debitoris tempore obligationis cōtractæ, nec ſufficit ſi poſt fuiſſent acquiſita.*

211 *Hipotheca ſpecialis, quare ſic dicatur, & ſeq.*

213 *Hipothecæ tacitæ diuiſio in generalem, & ſpecialem.*

214 *Tacitæ hipothecæ generalis definitio.*

215 *Tacita generalis comprehendit tam præſentia quam futura num. 215.*

216 *Tacita eundem habet effectum, quem expreſſa.*

217 *Tacitæ hipothecæ regula ſuppoſita eaſdem patitur extenſiones, & reſtrictiones, quas expreſſa ſupra.*

218 *Argumētum valet à tacita ad expreſſam hipothecam, & econtrà, quia vna trahitur ab alia, & ſeq.*

220 *Tacita hipotheca pro inuectis, & illatis, &c. non extēditur ad ea, quæ ibi inuecta fuerunt, vt non perpetuò manerent, vt venalia, & pecunia, & ſeq.*

221 *Pecunia, & venalia non ſunt tacitè hipothecata propenſione domus, quamuis ibi reperiantur, num. 221.*

222 *Tacita hipotheca rerum certo loco contentarum non comprehendit pecuniam, & venalia.*

223 *Tacitæ hipothecæ ſpecialis deſcriptio, & exēpla, et ſeq.*

225 *Mutuans ad refectionem habet rem tacitæ hipothecatam ſpecialiter.*

226 *Pignus preſſè ſumptum ſemper eſt expreſſum, & particulare ex Molina.*

227 *Diuiſiones in tacitam, & expreſſam, & in generalē, & particularem, ſolū hypothecæ cōueniunt ex Mol. n. 227.*

228 *Pertinentia ad tacitam hypothecam remittuntur tractanda alibi.*

229 *Hipothecæ diuiſio in originariam, poſteriorem, & ſubſidiariam.*

230 *Originaria hipotheca eſt, quæ oritur ex primo contractu.*

231 *Poſterior, ſeu ſecunda hipotheca oritur ex datione in ſolutum, vel ex tranſactione.*

232 *Subſidiaria hipotheca, quæ ſit? num. 232.*

Hipothecæ diuiſio in vtilem, & directam, ibid.

QVÆSITVM QVINTVM.

AD quintum. Hipotecha diuiditur in duplici ſpe-
53 cie; † vna enim dicitur expreſſa conuentionalis,
vt tetigimus ſup. nu. 25. quando ſcilicet debitor pro obſeruantia contractus obligat bona ſua tradendo, aut nō tradendo, per expreſſam conuentionem.
54 Altera dicitur tacita deſcendens † ex diſpoſitione iuris, & idem eſt quod pignus legale notatum ſup. nu. 30. Contrahitur ideo tacita hæc, quæ legis authoritate ſta-
55 tuta eſt, etiam nulla partium conuentione † intercedēte ſuper illa; vt in dote in bonis inuectis, & illatis in re conducta, in bonis aliquorum adminiſtratorum, pro fi-
56 ſco, pro reficiente, † & pro alijs, ſuis particularibus locis explicandis, quorum quamplurima adnotabimus in vltimo quæſito; ita diuidunt tacitam expreſſam Neguſ. Molin. Molfeſ. Card. Mant. & Filliucius citatis locis, tacita autem hipotecha, quibus detur cōgerunt latiſſimè, Neguſ. p. 2. mem. 4. Molin. diſp. 536. & latius Mantica de tacit. & ambig. to. 1. lib. 11. tit. 11. vſq; ad tit. 22. vltra Molfeſ. & Filliuc. locis citatis.
57 Conuentionalis autem hipotecha † ſubdiuiditur in duplici alia ſpecie, nam vna dicitur vniuerſalis, ſeu generalis, altera verò dicitur particularis, ſeu ſpecialis.
58 Vniuerſalis, vel generalis † illa dicitur, qua quis omnia bona ſua creditori obligat, & nomine omnium bonorum veniunt etiā futura, quæ progreſſu temporis per
59 debitorem † acquiruntur, etiam ſi de eis non fuerit expreſſum, ad tex. in l. fin. C. quæ res pigno oblig. poſſ. vbi communiter oēs authores, vt probarunt Roman. ſing. 147. Affl. deciſ. 335. in princ. Bal. in l. ſi cum pecuniam, C. de iur. fiſc. & in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. Rip. in l. 1. ff. de pign. latiſſimè Neguſ. de pignor. par. 2. mem. 2. in principio, & communem dicit Nicol. Pignol. in addit. ad Roman citato loco, & Molin. in d. diſput. 528. n. 12. comprobantque Couarr. pract. q. c. 29. num. fin. Milan. Siculus deciſ. 1. lib. 2. nu. 98. & ſeq. & Steph. Gratian. diſcept. forenſ. to. 2. c. 274. nu. 23. omniumque verò latiſſimè Card. Mant. d. lib. 11. tit. 4. toto penes quos congeruntur quāplurimæ extenſiones, in occurrenti illos conſulas, & ſignanter Neguſ. & Card. Mant. qui extendunt
60 † procedere etiam in tacita vniuerſali, vt ſuo loco dicetur; at nos ſuis particularibus titulis de omnibus aliqua adducemus; hoc verò in loco de duabus tātum reſtrictionibus ex pluribus congeſtis per Neguſ. & Card. Mant. locis allegatis poſt extenſiones ibidem per eoſdē relatas; ſermonem habebimus tanquam in vſu Forenſi
61 magis verſatis, † & ab authoribus citatis non plenè explicatis, quia pro viribus obſeruabimus indifficilia, ac inutilia omittere; vtilia verò, & quæ diſcuſſione indigent afferre.
Reſtringunt ideo præcitati authores, concluſionem prædictam, nempe in hac generali obligatione nequa-
62 quā venire † bona tam præſentia, quam futura debitoris obligati, q̄ veroſimiliter nullus debitor in ſpecie, & particulariter fuiſſet obligaturus, ad tex. in l. obligatione gene-

generali, ff. de pign. probāt Bar. & alij in d. l. obligatio-
generali poſt gloſ. ibi, ac Bar. Bal. & ceteri in l. 1. C. quæ
res pign. oblig. poſſ. Neguſant. d. p. 2. mem. 2. nume. 34.
Gabriel. commun. concluſ. tit. de reg. iur. concluſ. 12. &
deciſum in Romano Auditorio dicit Card. Mantic. ci-
tato lib. 11. tit. 4. num. 14 in prima reſtrictione, quodq;
expreſſè ſentit Imper. in d. l. 1. Aſinius in prax. §. 31. li-
mit. 32. & Carroc. de except except. 56. tota.

Bona enim, quæ veroſimiliter in generali obligatio-
ne ſpecialiter nō obligarentur ſunt videlicet ea, quæ no-
tantur in d. l. obligatione generali, & in tribus ſeq. legi-
63 bus vbi Doctor. & ea connumerantur, † nempe lectus,
veſtes, & quæ ad quotidianum vſum pertinent, Breuia-
rium clerici, arma militis, libri ſcholarium, & Docto-
rum, Boues aratorij, ſtipendia militum, Aſinus, equus,
aut aliud Animal deſtinatum ad molendum, Ianuæ, &
tegulæ domorum, & trabes affixi, vt congerit Carroc in
allegata except. 56. & ante eum M. Ant. Amat. dec. 86.
64 Ex quibus, vituperanda venit temeritas † imò crude-
litas Birruariorum exequentium ad iuſtantiam cuiuſli-
bet priuati creditoris, qui audent executionem facere
etiam ſuper pallio, & veſtibus deſuper pauperculi debi-
toris exiſtentibus, alijſque alijs deſeruiētibus ad corpo-
ris vſuarium veſtitū, & quod peius ſuper palla, & quoti-
diana veſte miſerrimæ debitricis vxoris, aut aliæ mulie-
ris exiſtentis in domo debitoris, ac ſuper inſtrumentis
vtenſilibus pro victu præparādo, & quod crudelius exe-
cutionem faciūt ſuper ſtragulis, vel vilibus Gauſapinis,
alijſque cubilarijs vtenſilibus, non ſolum in damnum,
& iniuriam debitorum, eorumque familiæ, cum forſan
talia cubilis vtenſilia, deturpata panduntur, ſed etiam,
quia priuantur commercio aliorum, cum quibus abſq;
vtenſilibus veſtibus conuenire honeſtè non poſſunt, id-
circo tales, & ſimiles exequutiones deberent acriter
prohiberi.

Modificatur reſtrictio non procedere quando gene-
65 ralis obligatio bonorū collata eſſet poſt mortem † ob-
ligantis, quia tunc venirent etiam bona prædicta, eo
quod rationes adductæ ceſſarent, vt latius declarat Ne-
guſant. allegato loco nume. 35. inferens nu. ſeq. nequa-
66 quam bona prædicta exceptuari † in vltimis voluntati-
bus ratione per eum adducta

Modificatur ſecundò, quando in generali obligatio-
67 ne bonorum † eſſet adiecta dictio vniuerſalis omnia, eo
quod qui omnia dicit nihil excludit, probat Dec. conſ.
30. quem commendat Neguſ. in citato loco num. 37.

68 Contra modificationem † reſpōdit idem Neguſant.
vbi ſupra ſatis ſingulariter loquutus reprobando Dec.
in d conſ. nam iura prohibentia oppignorationem ſatis
clarè loquuntur dicentes in generali obligatione præ-
69 dicta bona † non contineri, ideo obligatio cōtracta per
illam dictionem, generalis, ſeu vniuerſalis dicitur, dum
70 prædicta dictio vniuerſalis, & generalis † dicatur, vt poſt
Bart. probat Neguſ. num. 40. & Modernus Barboſius in
tract. de diction. diction. 207. probaruntque contra De-
cium his, & alijs adductis rationibus, Gabr. d. con-
cluſ. 12. & clarius poſt Pinell. & Neguſ. additionator
ad Mathesil. ſing. 136. reprobaruntq. Decium; Ancha.
quæſt. familiar. 45. num. 11. & Carroc. in d. except. 56.
71 imò & ſi obligatio concepta † fuiſſet abſque illa dictio-
ne tanquam indefinita idem importaret, Stephan. Gra-
tian. diſcept. forenſ. to. 4 c. 685. nu. 7. & ſeq. & de verio-
ri opinione num. 14. & 15.

72 Modificatur tertiò, ſi hæc bona ſpecialiter † fuiſſent
per debitorem obligata, quia tunc ſuper eis fieret exe-
cutio, d. l. obligatione generali, & d. l. 1. Neguſ. num. 41.
& Molin. d. diſput. 528. num. 12. verſ. illud tamen ob-
73 ſerua, quicquid de bobus aratorijs aliter † dicemus in
7. quæſito, & de armis, vel Breuiario ſuo loco dicetur.

Modificatur quartò, quando vigorè generalis obli-
74 gationis † mulier obtinuiſſet executionem per ſenten-
tiam pro ſuis dotibus contra eius virum vergentem ad
inopiam iuxta remedium. l. ſi conſtante ff. ſolut. matr. &
l. vbi ad huc. C. de iur. dot. cum maritus hoc in caſu con-
75 titur eiſdem ſupellectilibus ad communem matrimonij
commoditatem, illoque vſu nō priuatur, vt notabiliter
contra Alex. probat Cardin. Mantica. d. tit. 4. num. 33.
& ſeq.

Modificatur quintò, dummodo alia eſſent bona de-
76 bitoris, † quia ſi nulla alia bona reperirentur in patri-
monio debitoris, tunc in ſubſidium etiam iſta bona ve-
nirent in generali obligatione, ad text. in l. pediculis §.
item cum quæreretur vbi gloſ. ff. de aur. & arg. leg. pro-
bat in ſimili Roman. ſingular. 437. incipiente in legato,
probantque Bar. Bal. Iaſ. & alij relati per Nicol. Pigno-
lat. in addit. ad Roman. in citato ſingul. ſequitur ex-
preſſius Ludouic. Gomeſ. inſtit. de action. §. item Ser-
uiana num. 19. & in proprijs noſtris terminis Duena
regula 275. limit. 1. quem probat Conſiliar. de Bott. ad
Bar. in d. l. 1. C. quæ res pignor. obligar. poſſ. ac Marſ. in
Rubr. de fideiuſſ. & alibi, & Gerar. ſing. 35. quos conge-
rit Gabriel. com. concluſ. titulo de reg. iur. citata con-
cluſ. 12. num. 40. ac Mandell. Couarruu. Cagnol. Man-
tic. & alij citandi inferius num. 104. & ſeq ſed hanc mo-
77 dificationem intelligas non procedere † in neceſſarijs,
ſine quibus; modo vt declarabitur inferius, aliquas ex
iſtis modificationibus congerit, paucis citatis Moder-
nus Barbatus de aſſiſt. præſt. gloſ. 5. num. 32. & ſeq. poſt
hæc ſcripta viſus.

Submodificatur modificatio, vt non procedat in bo-
78 nis † vtenſilibus, aut neceſſarijs vitæ humanæ ſimplici-
ter, in quibus non commodè adaptantur ea, quæ no-
tant, ex gloſ. Bart. & alijs in d. §. item cum quæreretur;
præcitati authores; cum ab hoc noſtro caſu differant,
nam Doctor. prædicti loquuntur in terminis tex. l. gene-
ralis §. vxori. ff. de vſufr. legat. & in terminis d. §. item
cum quæreretur, quæ iura diſponunt in generali diſpo-
79 ſitione † non venire ea, quæ venditioni ſunt parata;
ideo notabiliter gloſ. in d. §. item cum quæreretur, ad-
notat dicendo, quod ſi alia non exiſterent bona, veniunt
80 in generali obligatione, † quæ venditioni ſunt parata
rationibus adductis per Doctores ibi.

Caſus vero noſter diuerſa nititur ratione, cum in ge-
81 nerali obligatione veniant etiam † venalia, & venditio-
ni parata, vt probabitur inferius in ſecunda reſtrictio-
ne cum declarationibus ibidem adductis, imo num. 126.
82 etiam probabimus, debitorem veroſimiliter † fuiſſe
etiam venalia ſpecialiter obligaturum ratione, vt ibi-
83 dem; & licet vterque caſus reguletur † ratione veroſi-
militudinis cum hic noſter caſus veroſimiliter in gene-
rali diſpoſitione non comprehendatur. d. l. obligatione
generali cum ſequentibus. ff. de pignor. & d. l. 1. C. quæ
res pignor. tamen vt venalia, & venditioni parata non
veniant in generali diſpoſitione nihil neceſſitatis conſi-
84 derari † poterit, vel ſi aliqua neceſſitas vendendi inſta-
ret, non per hoc tanta eſſet, quanta erit illa, qua adſtrin-
guntur vtentes neceſſarijs pro victu, veſtitu, & alijs ſu-
85 perius enarratis, † ſine quibus homines, nec commodè

neque

neque ſanè, ſed omnimodò inhoneſtè viuerent, imò ſine eis nullo modo viuere poſſent, idcirco his rationibus præhabitis, legiſlatores ſtatuerunt in generali obligatione non venire hæc neceſſaria; leges enim neceſſitatis
86 † non parum priuilegiantur, debebant ideo creditores cautius ſibi prouidere per ſpecialem obligationem,
87 quod ſi non fecerint ſibipſis hæc † negligentia obeſſe debet vulgatis regulis, quas congerunt Dec. & Cagnol. in l. quod quis ex culpa. ff. de reg. iur. imo idem Duena in modificatione allegatus videtur ſentire cum noſtra ſubmodificatione dum declarando, ſubiungit debere
88 † relinqui debitori veſtes, quibus cooperiatur; & conſequenter relinqui debent omnia neceſſaria ſimilia, vt id etiam videtur ſentire Bart. in d. l. 1. C. quæ res pignor. obligar. poſs. in fine, dum loquitur de illis ſupellectilibus omninò neceſſarijs, ſine quibus viuere debitores non potuiſſent.

Infertur itaque ex dictis per Bart. & Bald. in d. l. 1. ac
89 per Duen. vbi ſupra, non debere prohiberi † executionem ſuper veſtibus, & alijs vtenſilibus duplicatis tanquam non neceſſarijs, neceſſitate, ſine qua, vt puta ſi debitor haberet duplex veſtimentum; aut lectum; pluri-
90 bus linteis † ſtragulis, alijſque cubicularijs neceſſarijs ornatum, quia, aliquorum horum duplicatorum ſupellectilium executione conceſſa; reliquorum quotidianus vſus debitori remaneret.

Infertur ſecundò, ius percipiendi victum quotidia-
91 num † nullo modo venire in generali obligatione, adnotante Ang. in d. l. 1. quem probat Gabrielius in allegata concluſ. 12. num. 4. verſ. amplia; tanquam neceſſa-
92 rium † neceſſitate, ſine qua; vt ex Bart. ſuperius citato.

Infertur tertiò, nam libri ſcholaris, aut Doctoris
93 † cuiuſuis profeſſionis nequaquam in eadem generali obligatione veniunt, cum profeſſio quælibet ſine inſtru-
94 mentis, quibus illa exercetur nullatenus † exerceri poterit, Mattheſ. notab. 136. Boer. deciſ. 208. num. 38. & latius Gabriel Saray. in addition. ad Mattheſil. citato
95 loco, prout & Boues aratorij, ſtipendia † militum, & alia bona, quæ cumulauimus ſuperius num. 63. ſed ſi libri ſcholarium aut Doctorum, vel reliqua bona iam dicta, fuiſſent illata, & inuecta in fundo locato, tunc veniunt in generali tacita, aut expreſſa hipotheca, Rebuf. tom. 1. de lit. oblig. art. 4. gloſ. 2. num. 17. quem probat Dom. Paſchal. copioſiſs. author, de vir. pat. pot. par. 4. cap. 6. num. 69. verſ. & ab huiuſmodi.

Sed vt explicatio clarior reddatur plures conſiderandi erunt caſus, & ille primus, nam aut ſumus in diſpoſi-
96 tione generali, † in vltima voluntate facta, veluti ſi in generali legato comprehendantur venalia, & venditioni parata, & in hoc caſu, non omnium vna erit ſententia, cuius explicatio habebitur in ſecunda reſtrictione num. 117. ſed an in legato generali contineantur ve-
97 ſtes, aut alia † vtenſilia teſtatoris, diximus contineri ſuperius num. 65. & 66. in prima modificatione ratione vt ibidem; An autem in generali legato comprehendan
98 tur illa, quæ teſtator veroſimiliter † non eſſet relicturus, vltra dicenda in allegata ſecunda reſtrictione, extra illos caſus recurrendum eſſet ad notata per Couarruu. variar. reſolut. lib. 2. cap. 5. num. 3. verſ. cæterum hæc quarta; arguendo etiam ab oppoſitis, eò quod in iure
99 ſatis clare ſtatutum eſt in huiuſmodi attendendas † validas coniecturas, & veroſimilitudines deſumendas ex voluntate diſponentis coniecturanda, quas copioſè congerit Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 9. tit. 3. & tit. 6. cum per legitimas coniecturas ſatis plenè
100 probetur † diſponentis voluntas, vt penes Manticam toto dicto tractatu abundè habetur.

Aut ſecundò principaliter; loquimur in generali
101 obligatione † facta per debitorem in diſpoſitione inter viuos, & tunc iſte ſecundus caſus ſubdiſtinguitur in duplici inſpectione. Et prima erit, an in generali diſpoſitione contineantur venalia, ſeu in generali obligatione, & de hac inſpectione dicemus inferius in ſecunda reſtrictione principali.

Inſpectio ſecunda erit, an in obligatione generali
102 comprehendantur † ſupellectilia vtenſilia, de quibus diſceptamus, & tunc hæc ſecunda inſpectio diuiditur in duobus articulis.

Primus articulus erit, quando debitor tempore generalis obligationis factæ plura bona poſſidebat, & tunc
103 concludas † vt ſuperius concluſum fuit cum declarationibus, & modificationibus adductis, regula firma remanente, vt in generali obligatione bona hæc non veniant.

Secundus articulus erit, quando debitor tempore
104 obligationis † generalis, nihil aliud poſſidebat niſi hæc vtenſilia, & tunc concludas bona hæc vtenſilia venire in generali obligatione, eo quod *illa generalis,*
105 † non potuiſſet in alijs bonis verificari, & per hoc redderetur inutilis, & fruſtatoria, vt in proprijs terminis declarat Petr. Gerar. ſingular. 35. ſuperius citato, quodque colligitur ex iuribus in caſu ſimili citatis per Mandell. conſ. 10. num. 8. & ſequent. vbi illorum iurium authoritate docet, valere legatum generale omnium bo-
106 norum, illudque demum ſubſtineri † in vna re tantum, ſi illa res ſolummodo reperiatur, & remaneat in hære-
107 ditate legantis; prout & etiam ſubſtineretur † legatum, ſi relictus fuiſſet fundus pratiuus, & tamen in hæreditate reperiretur fundus vineatus; aut ſi *legatus* eſſet
108 æquus albus, † & tamen teſtator nullum alium haberet, niſi morellum, nam probatione facta de ſpeciali, &
109 vnica re tantum ſuper illa verificaretur legatum, † licet vniuerſaliter factum; idemque probat Cardin. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 9. tit. 3. num. 16. & magis in terminis gloſ. & doctor. in d. §. vxori, & præſertim probauerunt Bal. Caſtrenſ. Iaſ. Lancell. Dec. Ludouic. Gomeſ. & Cagnol. quos ſequitur Couarruu. in citato cap. 5. variar. reſol. lib. 2. num. 3. verſ. primo ſiquidem; Comprobat deinde, poſt Alber. Cuman. Iaſ. Caſtrenſ. Felin. Marſ. & alios; doctiſs. Pinell. in citata Rubr. C. de bon. mater. par. 1. num. 41. verſ. quod vbi excluduntur venalia; in fine numeri, comprobaruntque Menoch. de præſump. lib. 6. præſump. 4. num. 31. & Honded. conſ. 63. vol. 1. nu. 92. & ſequentibus; quia diſpoſitio generalis, quæ ſolum poteſt verificari in vna ſpecie
110 † cenſetur eſſe ſpecialis, Natta conſ. 314. num. 2. & conſ. 446. num. 6. lib. 2. ac Honded. vbi ſupra num. 94. ideo ſuſtinebitur obligatio in vim ſpecialis hipotecæ, ex qua talia bona obligantur, vt diximus ſuperius in tertia modificatione num. 72.

Reſtringitur hic ſecundus articulus, quando tracta-
111 retur de vtenſilibus ſimpliciter neceſſarijs, † ſine quibus vita hominum manuteneri comodè, ſanè, & honeſtè non potuiſſet, & ſic de his, quæ neceſſitant neceſſitate, ſine qua, quibus vt aliàs ſuperius probauimus authoritates adductæ adaptari non poſſunt, cum diuerſa ratione nitantur, & vltra differentiam neceſſitatis ſuperius nu. 84. & ſequentibus explicatam; altera receptior hoc

112 hoc in loco adducitur; nam debitor † res venales eſſet
ſpecialiter obligaturus, ex veroſimili coniectura, dum
eas paratas habeat venditioni, & in venditione recipit
pretium; ſed in obligatione, mutuum in pecunia, aut
113 alio modo, & per hoc magis alienat vendendo † quam
pignorando, & conſequenter veroſimilius obligare cen-
ſetur, quam vendere ideo in obligatione generali vena-
lia facilius continentur, d.l.obligatione generali ff. de
pign. per argumentum ab oppoſitis, modo vt ſic indu-
cendo docent Bald. & Crot. quos probat Card. Mantic.
de tacit. & ambig. lib. 10. citato tit 4. num. 36. verſ. &
hæc opinio.

Prout nec adaptantur, quæ de generali teſtatorum
diſpoſitione diximus, quia illa totaliter fruſtatoria red-
ditur, ſed in generali obligatione bonorum veniunt fu-
tura, vt ſuperius numero 58. & 59. notauimus, ideo ſuf-
114 ficit vt generalis obligatio verificari † potuiſſet poten-
tialiter in bonis futuris, licet de facto debitor futura nõ
acquiſierit, cum in dubio præſumitur quod quis poſſit
bona acquirere in futurum, vt in ſimili notarunt Bart.
Bald. & Ang. quos probat Cardin. Mantic. de tacit. &
ambig. conuent. lib. 13. tit. 25. num. 9. quæ legatis gene-
ralibus non conueniunt.

Comprobantur hæc, nam bona vtenſilia prædicta
115 † nequaquam auferuntur cedenti bonis, Bart. & om-
nes in l. penult. ff. de ceſs. bonorum, ac Duen. in allegata
* regul. 275. ver. executio limit. 1. num. primo, & commu-
nem opinionem alijs citatis dicit Carroc. de except. al-
legata except. 56. num. 3. Et tamen bonis cedentes, ob
cumulum creditorum affliguntur generalibus, & ſpe-
cialibus obligationibus, imò contra eos armantur le-
116 ges, quibus coguntur indicare omnia † eorum bona,
non valentes, nec vnum retinere denarium ita gloſ. in
d. l. penul. à fortiori enim relinqui debent bona hæc de-
bitori non vtenti beneficio ceſſionis bonorum.

Reſtringitur principalis concluſio per authores ſe-
cundò loco, (vt ad ſecundam & vltimam reſtrictionem
promiſſam ſuperius num. 60. & 61. reuertamur) vt in
117 generali obligatione nequaquam veniant † bona ve-
nalia, tam præſentia, quam futura; Sed ſuper hac reſtri-
ctione non omnium Doctorum concordis habebitur
ſententia, quia plures reperiuntur opiniones inter ſe pu
gnantes, ex quibus reſtrictio hæc perdifficilis redditur,
idcirco illas referam, & demum quid tenendum con-
cludam.

118 Probarunt autem † reſtrictionem (& hæc erit prima
opinio) Iacob. de Aren. Rom. Caſtrenſ. Bal. Aretin. Iaſ.
Soccin. Gomeſ. Marſil. Pariſ. & Tiraquel. quos refert
Gabrielius de regul. iur. in ſæpius allegata concluſ. 12.
nu. 5. quam opinionem deduci ex text. l. cum tabernam
in principio ff. de pignor. l. ſi debitor ff. eod. l. ex facto, la
grande ff. de hæred. inſtit. & ex l. pediculis §. item cum
quæreretur. ff. de aur. & arg. leg. ac ex Bar. in d. l. genera-
li §. vxori, & ex Soccin. in l. qui Romæ §. Callimachus. ff.
de verbor. obligat Reſpondit Cardin. Mantica de tacit.
& ambig. conuent. lib. 11. citato tit. 4. in ſexta reſtrictio-
ne, num. 36. quibus addo Bald. in Rub. C. de ver. ſignif.
Dec. in auth. præterea num. 7. C. vnde vir. & in l. omnia
num. 1. ff. ſi cert. pet. ac in l. 1. num. 23. ff. de reg. iur. nec
non & in conſ. 381. num. 5. conſ. 76. num. 2. & conſ. 389
Carol. Ruin. conſ. 155. num. 6. lib. 3. Bellon. conſ. 9. nu.
7. Bar. in l diuus num. 4. ff. de bon. damnator. Iaſ. in l. 1.
ff. de ver. & rer. ſignific. Crot. in l. ſi conſtante. ff. ſolut.
matr. & in vtraque lectura; ac alij plerique, quos vti va-
rios omitto; & hanc opinionem fatetur Gabrielius cita-
* to loco eſſe communem, ex Neguſ. de pign. par. 2. mem.
2. num. 17. quamuis Neguſant. in libro meo, loco per
Gabriel. adducto, communem in contrarium dixiſſe;
pateat.

Comprobãt hanc primã opinionẽ ex allegatis iurib.
& præcipuè per iura dd. §. vxori & §. item cũ quæreretur;
nec non & alij perſpicaciores probant per tex. in l.
ſeruos in fine. ff. de leg. 3. ex quibus iuribus probari di-
119 cunt; in legato generali non comprehendi † venalia,
prout pro abſoluto refert Roman. ſing. 437. ſuperius ci-
tatus; quod adeo verum aliqui dixerunt, vt ſi contra-
rium defendere aliquis velit teneatur probare, teſtato-
120 rem in generaliter † legando ſenſiſſe etiam de venali-
bus, aliàs venalia in generali legato non contineri re-
ſponderunt Iaſ. & Dec. citatis locis, ac Pic. & Couarruu.
quos ad hoc citat Cardin. Mantic. de coniect. vltim. vo-
lunt. lib. 9. tit. 3. num. 12. verſ. illud verò, licet ſe remittat
explicationi latè factæ per Couarruu. inferius citan-
dum.

Secunda opinio fuit illorum, dicentium in generali
121 † obligatione, venire etiam venalia, in generali autem
legato nequaquam, rationibus (ſed omninò friuolis)
per eoſdem adductis, ſcilicet ratione minoris præiudi-
cij, eo quod ſi merces intelligantur obligatæ, minori
122 † præiudicio præiudicatur debitori, at ſi legatæ cenſe-
rentur maiori grauaretur præiudicio hæres, vt poſt Bal.
in d. Rub. C. de ver. ſignif. hanc rationem aſſignant om-
* nes qui Bal. ſequuntur, quorum communem opinionem
teſtatur Gomeſ. in §. item Seruiana num. 19. & de com-
* muni num. 22. in fine, magiſque communiter teneri re-
fert Pinell in allegata Rubr. C. de bon. mater. par. 1. nu.
38. verſ. fatetur autem Bar. in d. Rubr. ac præallegatam
rationem citat etiam Cardin. Mantic. de tacit. & am-
big. conuen. lib. 11. tit 4. num. 37. ad quam ſecundam
opinionem probandam allegantur d. ll generali §. vxori
& l. pediculis. §. item cum quæreretur & l. ſeruos, ſupe-
rius allegatæ; rationemque prædictam diſcriminis inter
generalem obligationem, & generale legatum poſt
alios declarat Couarruu. var. reſolut lib. 2 citato cap. 5.
num 2. in fine.

Tertia opinio fuit Dec. in citatis locis, quem ſequun-
tur Bellon. ſuperius citatus, ac alij pauci, relati per Pinel.
vbi ſupra verſ. qua concluſione retenta, ipſe Dec. ſcili-
123 cet, ſi legatum † factum fuerit per indefinitam locu-
tionem, puta cum legantur res, vel bona tunc dicitur
non contineri in tali legato indefinito, venalia.

At ſi legatum concipiatur per ſignum vniuerſale
124 † nempe omnes res omnia bona &c. tunc omninò
contineri venalia penes citatos authores dicitur.

Quarta opinio fuit illorum, qui confundendo lega-
tum, & obligationem, dixerunt indiſtinctè, miſcentes
125 hos caſus in generali obligatione † generalique lega-
to contineri etiam merces venales, prout promiſcuè ad
hanc quartam opinionem probandam congeruntur
Bar. Bal. Lancell. Dec. Alex. Crot Iaſ. Rip. Ruin. & Pic.
* quorum magis communem dicit Gabr. de reg. iur. cita-
ta concluſ. 12. num. 6. 7. & 10. vbi in verſ. tenendo vlti-
* mam, magis communem eam dicit, attamen negari nõ
poterit horum Doctorum aliquos loqui in vno caſu, al-
teros verò in alio, vt eos ſic cumulari ſolitum eſt per prę
citatum laborioſiſſimum authorem in ſuis concluſioni-
bus, quid tenendum in conflictu harum opinionum?

Nos autem (vt moris) diuidendo articulos, dicimus

in

126 in obligatione generali cõtineri etiam venalia, † quæ
opinio non ſolum probatur per omnes authores relatos
in ſecunda opinione, dicentes hoc adeſſe diſcrimen in-
ter hos duos articulos, vt in obligatione generali vena-
lia veniant; in legato verò generali nequaquam, quos
* hoc firmare magis communiter diximus in d loco; ex-
preſsèque eandem opinionem profitentur Bar. in d. §.
vxori, Bal. in l. cum tabernam in principio ff. de pignor.
Alex. in l. ſi conſtante in principio in quarta, quæſt. par.
principalis verſ. item in quantum Bar hic, ff. ſolut mat.
* denique communem dicit Neguſ. de pignor. parte 2.
memb. 2. num. 14. & demum num. 17. verſ. ſed in præ-
127 dictis eſt aduertendum, quamuis eum variatè † loqu-
* tum fuiſſe, dicat Pinell. inferius citandus; communem
etiam dicit, alijs adductis Couarruu. in citato cap. 5. nu.
2. in tertia concluſione, eandemque vti veriſſimam cõ-
probat Cardin. Mantic. in d. tit. 4. num. 36. verſ. ſed ad-
uertendum cum multis ſequentibus vſque ad finem ti-
128 tuli, de tacit. & ambig. idque vi verbi inducitur † cum
debitor obligando bona generaliter, oſtendit nihil vo-
luiſſe excludere ob naturam generalitatis, Marc. Ant.
de Amat. deciſ. March. 41 num. 16. & 17.
129 Et generalis vel vniuerſalis loquutio † adhibita in ge-
nerali obligatione, quicquid in ſubſtantia debitoris con
tinetur comprehendit, & notum eſt etiam res venales
ad ipſius ſubſtantiam pertinere, Molin. de iuſt. & iur.
tract. 11. diſput. 203. concluſ. 1.
130 Legatum autem generale comprehendere † & con-
tinere etiam venalia ſatis apertè probauerunt Doctor,
* quorum communem opinionem dicit Couarru. d. cap.
5. num. primo, quodque probari per tex in l. quoties, §.
vlt. ff. de vſufr. dicit; ac ratione etiam ſuffragari docet,
131 nempe vniuerſalem locutionem ad totius teſtatoris †
ſubſtantiam referri, idque procedere etiam ſi indefinitè
legatum fiat, dicit idem Doctiſſ. conſultus, in d. loco
num. 3. verſ. quod ſi legatum generaliter, vt ſuperius e-
tiam probatum fuit, num. 68 & ſequ. ac inferius etiam
probabimus, num. 153. ſecundum enim verbi ſignifi-
132 cationem, in legato generali continentur † venalia,
quam concluſionem probauerunt in ſpecie, Bened. in c.
Rainutius de teſtamen. ver. cætera bona num. 15. Ca-
gnol. in l 1 ff. de reg. iur. num. 21. & in l fin num. 258.
C. de pact. Paul. Pic. in l. Titia, §. Titia cum nuberet,
num. 87. & 111. ff. de leg. 2. Alex. conſ. 98. lib. 5. num.
5 Crauett. in l. 1. num. 73. ff. de leg. 1. Affl. deciſ. 105.
num. 5. & 6 (addens in facto quaſdam alias dictiones v-
niuerſales, ſed loquitur in caſu maioris difficultatis, vt
inferius num. 344. & ſequ. dicemus) Alciat. in l. is, qui
natus in fine ff. de ver. ſignif. Ioan Dilec. de art. teſtand.
tit. de leg. caut. 19. & Stracca de mercat. tit. de mand.
* quorum receptiorem ac communiorem opinionem di-
cit Pinell in citato loco nu. 39. verſ. ex quibus, ſi nume-
rum attendis, idemque pro abſoluto proponit Cardin.
Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 9. tit. 6. num. 13.
verſ. aut verò legatus eſt, ſed ſingularius, & magis di-
ſtinctè omnibus caſibus congeſtis; Menoch. de præſ.
lib. 4. præſump. 137. tota poſt Paul. Picum in d. §. Titia
cum nuberet num. 112. cum ſequent.

Quibus articulis ſic deciſis; non procedunt præfatæ
aliæ opiniones, & primo loco non procedit prima opi-
nio relata ſuperius num. 118. cum ſequent. quia contra
133 Doctores † ibidem allegatos, reſponderunt alij ma-
* gis communiter, vt teſtatur Gabriel ibidem allegatus
134 num. 10 quamuis Bar. & alij multi adducti † in eodẽ
loco loquantur, vel quando generalis obligatio, aut ge-
nerale legatum loco reſtringantur, aut ſpecie bonorum,
vt inferius aptius reſpondetur; imò vt diximus Bal. in
rubr C. de ver. ſignifi. incautè, & Alex. Dec. Neguſant.
135 & alios variatè loquutos fuiſſe, † poſt Couarruu. re-
ſpondit Arr. Pinell. citatis locis, quomodoque contra-
rietas diſſoluatur inferius nu. 149. & ſeq. dicetur.

Illos autem, qui ſequuti fuerint ſecũdam opinionem
notatam ſuperius nu. 121. coloraſſe eorum dicta, & eui-
136 denter fuiſſe deceptos, † eo quod iura, quibus mouen
tur, nempe l. generali §. vxori, ac alijs iuribus allegatis
ſupra num. 119. alium & receptiorem habent intelle-
ctum, modo vt inferius num. 140. cum ſeq. dicetur; ad-
notant Couarru. & clarius Pinell. ſuperius citati, ac alij
137 inferius citandi, eo quia hæredis † præiudicium non
iuratur, ſed libera diſponendi facultas legantis.

Tertia Decij opinio, ac aliorum, de qua mentionem
138 fecimus ſupra num. 123. omninò erronea iudicata †
fuit ex traditis ſuperius per nos, nu 68. & ſequentibus;
vt ſpecialiter reſpondent Couarru. in citato cap. 5. lib. 2.
variar. in 4. concluſ. ac Pinell. vbi ſupra num. 38. verſ.
qua concluſ. retenta, & veriorem contra Decium dicit
Menoch. de præſump. lib. 4. citata præſump. 137. num.
6. in 5. caſu.

Idcirco quartam opinionem veriſſimam eſſe proba-
139 uimus † magiſque communem diximus tam in obli-
* gatione, quam in legato, prout magis communem di-
* cit poſt Iaſ. Cardin. Mantic. de tacit. conuent. allegato
tit. 4 verſ ſed aduertendum.

Reſtat tantum vt reſpondeamus iuribus adductis ſu-
pra num. 119 nempe ad l generali §. vxori ff. de vſufru.
leg. & l. pediculis §. item cum quæritur ff de auro & arg.
leg. ac ad l. ſeruos in fine ff. de leg. 3. eo quod alijs iuri-
bus in ſuperiori num. allegatis patet reſponſio ex lectu-
ra dictarum legum. Nam, & ſi dd. tria iura probent, le-
140 gatum generale non comprehendere venalia, † ex
quibus iuribus Doctores probauerunt generalem obli-
gationem non continere venalia; Attamen tex. in d. §.
141 vxori loquitur † quando legatum reſtrictum eſt ad lo-
cum aliquem, ideo ratione loci legatum recipit reſtri-
ctionem, & meritò non comprehendit venalia, vt
* magiſtraliter docet Bar. in d. §. vxori communiter rece-
ptus, illa ſatis ſingulari ratione, quia ſi obligatio gene-
ralis, aut generalis diſpoſitio loco deſignetur, nequa-
142 quam continebit ea, quæ in illo loco † non reſtringun-
tur, at merces venales certo loco nullatenus eſſe viden-
143 tur † cum ibi perpetuò manſuræ non erunt ad tex. in
l. venditor ff. de pignor. ſequitur Bal. ſibi contrarius, in
d l. cum tabernam in principio ff. de pignor. Bar. in l. ſi
conſtante num. 73. ff. de ſolut. mat. vbi Alex num. 27.
verſ. ſi benè aduertas, Affl. deciſ. 106 num. 5. verſ. an
autem in tali legato, Cardin. Mantica de coniect. vltim.
volunt lib 9 tit. 3. num. 13. verſ illud autem, & tit. 6. nu.
etiam 13. verſ ſed an rerum in vltimo capite diſtinctio-
nis, quicquid aberrando dicat in principio numeri; &
* de magis communi idem Mantica de tacit. & ambig. in
allegato tit. 4. num. 36. verſ. ſed aduertendum, & ante
eum Neguſant de pignor. par. 2. memb. 2. nu. 14. verſ.
ſecus ſecundum eum, Couarruu. variar. lib. 2. ſæpius ci-
tato capite 5. num. 3. in 4. concluſione Pinell. in rubri.
de bon mater. citato loco nu. 39. alijsque, quos etiam
probat Menoch. in allegata præſump. 137. n. 7. in 6. ca-
ſu, qui totã explicat materiã, ex quibus omnibus digno-
ſcitur, reſponſionẽ hanc eſſe ex omni parte receptiſſimã

Tex.

144 Tex. verò in d. §. item cum quæritur, † & d.l.ſeruos,
alio modo reſpondent gloſ. in d. §. item eum quæritur
ver. non videri & Bar. ibi, ac Caſtrenſ. Iaſ. & Couarru.
quos refert Pinell. in d.rubr.de bon.mater. C.par.1.nu.
40. verſ. nec ſatisfacit, qui omnes dicunt ideo reſtringi
legatum contentum in dd. iuribus, vt venalia non con-
tineat, eò quod legata in dictis iuribus confecta appa-
rent per pronomen, mea; nam meum, & ſuum non di-
citur niſi id quod ad proprium vſum deſtinatum eſt, &
paratum; at merces venales non dicuntur ad proprium
vſum paratæ, & per hoc eis non conuenit pronomen
mearum, aut meorum, itaque in legato generali per ta-
le pronomen compoſito ex ſupra traditis venales res
145 † non continentur.
146 Verum ſi retroſcriptam reſponſionem † nonnulli alij
probent, & in ſpecie, & genericè eadem probetur per
Cin. Bar.Bal. & alios in l.1.ff.de ſtat. hom. Bar. Bal. in
alijs locis Barbat. Cotta Iaſ & Alciat. quos refert Tira-
quel.ad l.ſi vnquam C. de reuoc. donat. num. 11. ver.
bona, dicentes appellatione bonorum meorum non ve-
nire iura, & actiones ob illud pronomen meorum, tamẽ
147 contrarium, & verius † reſponderunt idem Bar. in l.
quintus la.2 §. argento ff. de aur. & arg. leg. Bal. Ang.
Cin. Franc. Aret. & alij, quos idem Tiraq. citato loco
nu.12. refert & probat, veriorem opinionem dicens, ac
* communem vocat, Alciat. in l.meorum per illum tex. ff.
de ver. & rer. ſignifi. Ludouic. Gomeſ. in §. omnium
inſtit. de action. nu. 21. quem ſomniculosè reprehẽdiſ-
148 ſe Bar. in d. §. argento, circa ſubſtantiuum † poſitum
aut non poſitum, dicit Doctiſſ. Pinell. in d. rubr. par. 1.
num.7. concluſ. 3. qui, ad fundandam hanc opinionem
eam ſcilicet, eſſe receptiorem, alios etiam congerit, idẽ-
que probat Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt.
lib 9. tit.4. num. 13.

Exiſtente itaque vera, prout eſt veriſſima ſupra pro-
xima relata opinio circa illud pronomen meorum, ſa-
tis ideo notabiliter idem Pinell. in d.par.1. nu. 40. verſ.
nec ſatisfacit, aduertit antedictam reſponſionem datam
prædictis iuribus ſcilicet, d. §. item cum quæritur, & d.
l. ſeruos, nequaquam ſatisfacere: idcirco ille notabiliter
ſuccurrit dicendo, in legato generali procedere noſtram
149 concluſionem † ſed in caſu dictorum iurium legatum
non eſt generale, ſed reſtrictum eſt ad certam bonorum
ſpeciem; inter quæ legata non modica eſt differentia,
quia primum vti generalo comprehendit venalia, ſecun
dum verò nequaquam dilatatur, vt poſt Alex. in l.ſi cõ-
ſtante num.24.. verſ. præterea ff. ſolut. matrim. probat
150 † alijs medijs adductis Doctiſs. Pinell. vbi ſupra, ante-
que eum Neguſ. in d.2.memb. 2.par.nu. 16. probatque
Gardin. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 9. tit.
6.nu.13. verſ. aut eſt relictus vſusfructus omnium pan-
norum; ideo non immeritò Bar. in l.Diuus num.4.ff.de
bon. damnat. qui videbatur contrariam opinionem
ſequi adnotat in legato pannorum non venire venalia,
quia ibi legatum nõ erat generale, ſed reſtrictum ad ſpe-
ciem pannorum, reliqua ad latiorem reſponſionem re-
periuntur penes Pinell. ſatis ſingulariter more ſuo lo-
quutum.
151 Modificatur hoc Pinelli dictum, ſi in illa † certa bo-
norum ſpecie facta ſit obligatio, quæ comprehendat e-
tiam venalia, eiuſdem tamen generis, quicquid aliud ſit
in legato, vt poſt Couarruu. variar. lib. 2.cap. 5.num.2.
clarius aduertit Molin. de inſt.& iut. tract.11. diſputat.
203. concluſ.4. & quæ ſuperius nu. 149.& ſeq. diximus
procedunt quando venalia non ſunt eiuſdem generis;
ſed omnia extenduntur, & reſtringuntur modis infra-
ſcriptis.

Primo enim extenduntur procedere, quamuis loco,
152 aut bonorum † certa ſpecie, obligatio generalis, aut
legatum circumſcriberetur, ſi obligatio, aut legatum
verificari non poterit in alia re, quam in venali ex tradi-
tis ſuperius num. 104. vſque ad num. 111. probatque
Molin. vbi ſupra concluſ. 3. verſ. vnde cum Accurſio,
quia tunc venalis res comprehenderetur.

Extenditur ſecundò quamuis etiam loco, & certa
bonorum ſpecie deſignata, obligatio & legatum cir-
153 cumſcriberentur, ſed additum eſſet † vniuerſale di-
ctum, nempe lego bona, aut obligo, quæ domi quoquum
que modo habeo, nam per illam dictionem, quocun-
que, comprehenduntur etiã venalia, Affl. deciſ. 106. nu.
6. vbi ſic deciſum dicit, Couarruu. variar. reſol. citato
cap.5.lib.2.num.3.verſ. ſecundo conſtat, Cardin Man-
tica de coniectur. vlt. volunt. lib.9.d.tit.3. num.17. qui
alios congerunt, ac Ruin. Corn. Alex. Gozadin. Rub.
Pute. Hieron. Gabriel. & alij, quos probat Menoch. in
citata præſump.137.num.10. ſecunda coniectura, Mo-
lina vbi ſupra verſ. ſecundo cum Bar.
154 Extenditur tertiò in fructibus perceptis † ex prædijs
teſtatoris, aut debitoris quia veniunt in generali obli-
gatione, aut comprehendũtur in legato generali, quam
uis certo loco obligatio, aut legatum ſit deſignata, vel
deſignatum & fructus prædicti exiſterent in loco deſi-
gnato, ſed non ad cauſam negociationis, verum neceſ-
ſariò vendendi erant, quia tunc & ſi venales erant, com-
prehenduntur in generali diſpoſitione, ita Panorm. &
Dec. quos probat Couarru. citato loco num.3. verſ. ter-
tio apparet, quorum veriſſimam opinionem dicit Me-
noch. vbi ſupra numero 10. coniectura tertia, quicquid
dubitet Pinell. & contradicat Hieron. Gabr. relati per
Menoch. comprobat etiam Molina vbi ſupra verſ. tertiò
cum Decio, ſed ſuper hac extenſione addenda ſunt, quæ
dicemus inferius num.413. & ſeq.

Extenditur quartò in obligatione generali, aut lega-
155 to, † quæ deſignata ſint etiam loco, & certa bonorum
ſpecie, & quæ his verbis conciperentur, videlicet lego,
vel obligo bona omnia exiſtentia in villa meâ, excepta
lana venali; eò quod in tali obligatione continerentur
etiam reliqua venalia in eodem loco exiſtentia, Dec. &
Cagnol. in l.1.ff. de reg. iur. copioſius, Couarruu. d. cap.
5.num.4.& Ruin.& Pechius quos probat Menoch. alle-
gato loco, num. 12. coniectura 4. illa ratione, quia exce-
156 ptio firmam † efficit regulam in omnibus, quæ exce-
pta non ſunt, vt infinitis iuribus probat Couarruu. cita-
to cap.5.num.6.verſ. Hæc omnia, ideo excepta lana ve-
nali, continentur omnia reliqua venalia, Molina vbi ſu-
pra verſ.4. cum eodem Decio.

Extenditur quintò, in legato etiam reſtricto ad bo-
157 norum certam ſpeciem & ad locum; facto † per teſta-
torem diuitem filio, aut coniunctæ perſonæ; quia etiam
res venales contineret, Roman. ſingular.649 Pute. de-
ciſ.20.lib.3. ſic deciſum in Rota referens, Menoch. cita-
ta præſumpt. 137. num. 13. coniectura quinta. Bero.
quæſt. famil.29.& Stracca de mercat. in principio, num.
27. ac in ſpecie Honded. conſ.63.vol.1.num.8.

Verum, malè ſenſiſſe Roman. in d. ſingul.649. reſpon
158 dit idem Honded. loco citato num.53. ac contra † eum
reſpondiſſe Pute. citata deciſ. dicit, dicenſque ſanguinis
ſolam coniunctionem hoc non operari, ad quod pro-

bandum

bandum allegat Hieron.Gabr.conſ.98.Mantic.Rimin.
iun. Cæph. & alios ; concludens alias eſſe neceſſarias
coniecturas.

Tu autem ſequere extenſionem,eò quod Roman.iu-
ridicè loquutus fuit, quia dictum ſuum nequaquam re-
159 ſtrinxit † in ſola ſanguinis coniunctione, ſed etiam in
amplitudine patrimonij legantis,& ſic concurrunt duæ
validiſſimæ coniecturæ , & per hoc adducta in contra-
rium per Honded. non obſtabunt, quia procedunt data
ſola ſanguinis coniunctione ; & quod patrimonij am-
160 plitudo lata, inducit, legati † interpretationem, pro-
bat Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib.6. tit. 12.
toto.

Reſtringuntur tamen prædictæ concluſiones multis
161 modis,& primo quando generalis obligatio, † & ge-
nerale legatum circumſcribantur loco, vel bonorum
certa ſpecie, modo vt declarauimus ſuperius num.141.
& 149. quibus in caſibus venalia non continentur,ſed
vide in modificatione ; Reſtrictionem probat etiam
Molina ſuperius citatus, in ſecunda,& tertia concluſ.

Extenditur Reſtrictio, vt non ſolum venalia,ſed nec
etiam futura bona acquiſita, legatum,aut obligatio re-
162 ſtricta † ad locum, vel certa bonorum ſpecie deſigna-
tum, aut deſignata contineat, prout infinitis congeſtis
docet Honded.allegato conſ.63.toto,latè examinando
articulum.

Modificatur tamen reſtrictio non procedere in lega-
163 to,† aut obligatione, quæ loco,& certa bonorum ſpe-
cie,circumſcribuntur,quod legatum,aut obligatio con-
tinebit etiam rem, quæ non reperiatur in loco deſigna-
to realiter,ſed exiſtat in eo, inſpecto propoſito legantis,
aut obligantis; veluti ſi fuiſſent obligatæ omnes veſtes
exiſtentes in tali domo, in qua exiſtebant panni reperti
penes ſartorem, vt ex illis veſtes conficerentur,ita Bald.
in l.ex facto num.4. verſ. fuit etiam diſputatum. ff. de
hær.inſt.ſequuntur Felin.Cremenſ.& Tiraq. quos pro-
bat Cardin. Mantica de coniectur. vltim. volunt.lib.9.
tit.3.num.14. illa ratione , quia appellatione eorum,
164 quæ ſunt in certo loco continentur † quæ ibi eſſe con-
ſueuerant,aut ſint deſtinata, vt ibi eſſent, licet alibi re-
periantur,Iaſ.in l.huiuſmodi §. legatum num.6.de leg.
1.& Mantica vbi ſupra.

Modificatur ſecundò, quando locus appoſitus in le-
165 gato, † aut in obligatione non ſit appoſitus gratia
taxationis, ſed demonſtrationis, quia tunc venalia ve-
niunt in generali diſpoſitione, & illa ob locum,reſtri-
ctionem non recipit,vt latè docet Cardin. Mantica loco
citato num.20.

Reſtringitur ſecundò in mercibus venalibus futuris,
166 † quæ non continentur in obligatione generali, ita
Soccin.in l.qui Romæ §. Callimachus not.2.ff.de verb.
obligat. intelligitur enim ſemper de præſentibus, non
autem de futuris mercibus,ita Soccin.ibi;comprobatur
167 dictum Soccini, nam quando diſponens † non potuit
prævidere, quod futura bona poſſent comprehendi in
illa diſpoſitione generali, nunquam talis diſpoſitio re-
fertur ad futura, ſed præſentia tantum continebit, ita
Pet.Cin.& Bar. in l.fin.C. quæ res pignor. oblig.poſs.
168 Contrarium verius † dixit Neguſant. de pignor.par.
2.memb.2.num.18. motus illa notabili ratione, quia
merces venales ſubrogantur in locum primarum ven-
ditarum, & mercimonium de mercibus dicitur corpus
vniuerſale,in quo vna res in locum alterius ſubrogatur,
ita ex Bar. Bal. Salic. & alijs probat Neguſant. in citato
loco ; cuius Neguſantij opinionem probo ego etiam ſi
169 futuræ merces non ſint † in loco primarum ſubroga-
tæ,ſed acquirantur de nouo per debitorem incipientem
eas acquirere poſt obligationem generalem , eò quod
incæpit mercium tabernam erigere, prout & idem Ne-
guſant.inferius citandus aduertit,nam quæ ſuperius di-
170 ximus procedunt quando obligatæ eſſent † merces
ſimpliciter per debitorem, tunc cadit difficultas, ſi ve-
niunt futuræ,ideo dictum fuit contra Soccin. venire fu-
turas ob regulam ſubrogationis , ad primas expreſsè
obligatas,quia merces ſunt quid vniuerſale, & vna per
hoc alteri ſuccedit, ad tex. in d.l.cum taberna cum alijs
allegatis per Neguſant.citato loco : Sed quando præce-
dit generalis obligatio omnium bonorum, tunc indu-
171 bitanter † venirent merces præſentes, & futuræ ex ſu-
perius traditis, & aduertit idem Neguſant. vbi ſupra
num.24.in fine.

Nec refragantur,quæ pro comprobatione opinionis
Soccini deduximus ſuperius num. 167. eo quod proce-
172 dunt quando † diſpoſitio cauſaret dominij transla-
tionem,quæ erga creditorem non cauſatur, ad tex.in §.
2.inſtit. quib.alien. lic. notatque Bar. in d.l.fin.C.quæ
res. pign.&c. ac alij relati per Honded. d.conſ. 63. nu-
mero 18.

Hæc enim dupliciter intelligenda dixit Neguſant.
vbi ſupra num.22. & ſequent. & primo de illis merci-
173 bus, quæ per principalem † obligantem , aut in eius
vita acquiſitæ ſunt, non autem de illis, quæ acquiſitæ
174 fuerint per hæredem,niſi hæres † acquiſierit explican-
do negotia cæpta per defunctum ita Neguſ. ibi poſt
Bar.in l.cum tabernam.ff.de pignor.

Secundò, intelliguntur ſuperius dicta,ad illas merces
175 † tantum, quæ reperiuntur penes debitorem obliga-
tum tempore natæ actionis hypothecariæ ſuper eis, vel
tempore moti iudicij,ita Neguſ. loco citato nu.23. poſt
Bal.in l.vbi adhuc.C.de iur. dot. col.3. verſ. ſed pone
maritus erat mercator; dicens Neguſ. hoc dictum eſſe
magnæ importantiæ, ſubnectens quod ſi dictæ merces
ante debitoris mortem , vel ante ortam hipothecam,
176 aut ante iudicium motum , fuiſſent † in extraneum
alienatæ,nequaquam ad illas competeret hipothecaria,
illa adducta per Bald. ratione, quia licet merces venales
veniant in obligatione bonorum , tamen non veniunt
177 taliter,quod liberè † vendi,& permutari non poſſint,
Bar.in l.ſi conſtante num.73.ff. ſol. matr.ac Iacob.de
Aren.& Bal.quos probat Neguſ. vbi ſupra comprobāt-
que Molin.de contract.citata diſput.528.num.12. pro-
pè finem,& allegati per eum.

Iſta tamen ſolemnis declaratio recipit infraſcriptas
ſubdeclarationes videlicet,nam eo tunc merces alienatæ
exeunt ab obligatione generali , quando tempore
178 † alienationis creditor non poterat agere ſuper illis,
quia non erat nata hipothecaria , vt idem Neguſant.
ſupponit,& expreſſius notauit Bal. in d.l.vbi adhuc nu.
38. verſ. magis videtur dicendum Alex. ad Bar. in d.l.
cum taberna ff. de pignor. & Stracca de mercat. tit. de
179 mand. num.8. quia ſi creditor agere † poterit vtique
venales tranſeunt cum ſuo onere.

Secundò & ſingulariter ſubdeclaratur,nam etſi mer-
180 ces venditæ exeunt ab obligatione, fit hoc quia † aliæ
ſubrogantur in apotheca, & taberna d.l.cum taberna
vbi Doctores, & Neguſ. vbi ſupra,at ſi in apotheca non
remaneant aliæ, nec ex pretio venditarum emantur
ſubrogandæ, ſed debitor merciarius ictu oculi omnes
alienat

181 † alienat merces, tunc alienatio facta diceretur in frau
dem creditorum, ad tex. in l. omnes §. Lucius ff. de his
quæ in fraud. credit. Gomeſ. in §. item ſi quis in frau-
dem inſtit. de action. & in terminis Stracca de decoctor.
par. 3. numero 29. & ſeq. Lazar. de mom. tempor. cap.
21. numero 10. deciſiones enim, ex quibus merces ve-
nales venditas exire ab obligatione deciditur, proce-
182 dunt † facta alienatione bona fide, & ſecundum ſti-
lum mercatorum retinentium apothecam, ſeu mer-
cium tabernam apertam, aliquas vendentium, aliaſque
ementium ſubrogando; eo enim, quod omnes merces
vendit merciarius mercator, nomen mercatoris
183 † amittit, & quando quis deſinit eſſe mercator, mer-
184 ces cadunt in obligatione, † vt hæc & alia notant Al-
benſ. conſil. 718. incip. circa illud toto, & in terminis
Cæſar Manent. conſ. 113. toto.

Ex hac modificatione infertur, quod licet venditor
185 habita fide de precio, nequaquam præferatur † alijs
creditoribus ſuper re vendita vulgatis iuribus, & dice-
tur ſuo loco; tamen ſi vendidit emptori ſtatim aufu-
186 gienti, & latitanti, non intelligeretur † habita fides de
pretio, & proinde præferretur pro pretio ſuper re vendi-
ta, Bald. Alex. Ang. & alij, in l. ſi cum Dotem §. fin. ff. ſo-
lut. matr. Rip. in l. ſi ventri §. in bonis numero ſexto, ff.
de priuileg. credit. & Stracca de decoctor. par. 3. nume-
ro 31. quos probat Manent. vbi ſupra, ſed de veritate,
latius Gizarell. deciſ. 62. tota, & nos alibi dicemus.

Subdeclaratur tertiò, nam ſi debitor mortuus ſit,
tunc quia deſinit eſſe mercator merces, quæ remanent
in taberna cadunt in obligatione generali, & ſi ven-
187 duntur † per hæredem tranſeunt cum onere obliga-
tionis, ita ex tex. d. l. cum taberna adnotat Manent. dicto
188 conſ. 113. num. 16. quod ego intelligo ſi hæres † alias
non ſubrogauerit exercendo mercimonium inceptum
per defunctum, vt tetigimus ſuperius num. 174.

Subdeclaratur quartò, nam ſi merces venditæ
189 exeunt de obligatione, † tamen pretium redactum ab
eis, ſi non fuerit verſum in alio, & extabit, remanet obli-
gatum ſicut erant ipſe merces, Neguſ. in citato loco nu-
mero 19. quem probat Iacob. Anell. de Bott. in addit.
ad Bar. in d. l. cum taberna.

Infertur ex prædictis ad notabilem articulum ta-
ctum per Neguſant. vbi ſupra, numero 25. ſcilicet an
190 dicta, circa † merces venales, quæ ſunt quid vniuerſa-
le, in quibus eſt locus ſubrogationi d. l. cum taberna;
procedant etiam in alienatione corporis particularis
obligati generaliter, quod ſi deſierit eſſe, ſed aliud in ſui
locum fuerit ſubrogatum, an illud ſubrogatum com-
prehendatur in generali obligatione, illudque compre-
hendi dicit Neguſ. per tex. in l. fideiuſſor §. fin. & ibi Bar.
ff. de pignor.

Idque tripliciter declarat Neguſ. & primò, quando
191 res ſubrogata † fuit, donec prima obligata tenebatur
per debitorem, vel eius hæredem, quia ſi ſubrogaretur
penes tertium, penes quem reperiretur prima, tunc ſub-
rogata, non veniret in obligatione ad tex. & ibi gloſ. &
Bar. in l. Paulus §. 1. ff. de pignor.

Secundò, nam quando res obligata transformatur
192 † in ſubrogatam, taliter quod tranſit in eam, neque
reducibilis efficitur ad primam materiam, tunc tan-
quam noua ſpecies effecta non remanet nexu obliga-
tionis adſtricta, niſi in ſpecie fuerit dictum in obligatio-
ne, vt veniant etiam quæ ex prima re fieri poterunt,
193 † ita in terminis Iureconſ. in l. ſi conuenerit §. ſi quis.
ff. de pignorat. act. vbi ſilua cedua obligata, non venit
Nauis ex ceduis arboribus confecta.
194 Tertiò, quando res ſubrogatur, † facto ſcilicet hære-
dis mediante, quia tunc non veniunt in obligatione ea,
quæ ſubrogantur, quodque Neguſant. exemplificat in
fructibus induſtrialibus.

Attamen ſi Neguſantius ſatis ſingulariter ſit loquu-
tus, eumque probet Conſiliar. de Bott. ad Bart. in d. l.
cum taberna, verum ego duos in hoc articulo conſtituo
caſus.
195 Primus caſus erit quando res ſubrogata † tempore
debitoris viui reperiatur in poſſe eiuſdem debitoris, aut
hæredis, vel alterius, ſecundus caſus erit quando res
ſubrogatur per hæredem, aut per alium tertium poſſeſ-
ſorem primæ rei.

In primo caſu nulla cadit difficultas tum ex allegatis
per Neguſant. circa effectum ſubrogationis factæ per
196 † eundem debitorem, tum etiam quia illa res ſubro-
gata per debitorem, aut per eius hæredem ſine facto
ſuo, venit tanquam res futura in generali obligatione
facta, quam in generali obligatione venire ſatis abundè
197 ſuperius demonſtrauimus, ideo ſi alienetur † ſemper
eum ſuo onere tranſit penes quempiam, ex traditis vt
ſupra.

In ſecundo verò caſu, ſi res ſubrogatur per hæredem,
198 † nullo ſuo facto mediante, & tunc idem, prout de fru
ctibus naturalibus ſuo titulo dicetur, ſin autem ſubro-
gatio fiet facto hæredis, tunc ſecus, vt in titulo de fru-
199 ctibus dicetur, quo in caſu † res ſubrogata, non venit
in obligatione generali, idemque deciditur in ſubroga-
tis per tertias perſonas ex allegatis per eundem Negu-
ſant. & Doctores citati per Franc. Milan. deciſ. 1. lib. 2.
num. 102. de ſubrogatione iterum habebitur ſermo in-
ferius in 11 quæſito.

Reſtringitur concluſio in legato ſuperius propoſita;
(vt ad inceptas reſtrictiones ſupra num. 161. per hanc
vltimam redeamus) vltimo inquam, reſtringitur vt in
200 legato generali † loco circumſcripto nequaquam con-
tineantur, quæ poſt legatum factum empta, & acquiſita
fuerint per teſtatorem in eodem loco, ſi illa acquiſita
ſint precioſiora primis, eo quod non poſſunt hoc in ca-
201 ſu dici acceſſoria ad primas res legatas, † imo primæ
res dicerentur acceſſoriæ ad iſtas præcioſiores acquiſi-
tas; ideo quando bona nouiter acquiſita ſunt æquè prin
202 cipalia, aut meliora † primis nunquam in legato ve-
niunt Soccin. Ber. Couarru. Cæph. & alij quos latè pro-
bat Honded. dicto conſ. 63. nume. 34. cum multis ſe-
quent.
203 Reliquas enim extenſiones, † & reſtrictiones videbi-
tis diſperſas in titulis ſequentibus, ideo pro nunc ſatis.

At ad reſtrictionem principalis concluſionis ſcilicet
in generali obligatione venire futura, vnam aliam
reſtrictionem non omittam videlicet futura bona non
204 contineri † quando ſpecialis requiratur in terminis
pragmaticæ de cenſibus, vt ſuo particulari titulo dice-
mus, vt probat Milan. in citata deciſ. numero 98. &
ſeq.

Redeundo igitur ad ſecundum principale caput di-
uiſionis hipothecæ conuentionalis diuiſę ſuperius num.
57. & ſic ad particularem, ſeu ſpecialē hipothecā; dico.
205 Particularē, aut ſpecialē hipothecā † eſſe quando non
omnia bona obligantur, ſed quædā tantū, ſiue vnū, ſiue

multa, aut quando res ſingulariter, vel nominatim ſunt
206 obligatæ, † ad tex. in l. 1. & l. obligatione generali ff. de
pignor. l. 2. C. eod. cum alijs concordant. probant Car
dinal. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 2. numero
10. & Molin. de contract. citata diſputat. 528. num. 13.
207 plus enim afficit rem † obligatam ſpecialis hipotheca,
208 quam generalis, pluſq; iuris conſtituitur creditori † per
ſpecialem, gloſ. notab. in authen. de non alien. §. nos
igitur verſ. tradere creditoribus; & de his plura dedu-
209 cunt, † Neguſant. de pign. par. 2. memb. 1. & memb.
3. & Cardin. Mantica, dicto citato loco num. ſeq.
210 Ad eſſentiam enim ſpecialis † hipothecæ requiritur,
quod tempore obligationis contractæ res obligata ſit in
bonis debitoris, nec ſufficeret, ſi illa res poſt obligatio-
nem contractam ſuperueniret in dominio, vel quaſi de-
bitoris ad tex. in d. l. 1 ff. de pignor. probantque Cardin.
Mantica vbi ſupra num. 11. & ante eum Neguſant. in
citato primo membro num. 1. & latius Milan. in ſupe-
211 rius citata deciſ. 1. lib. 2. diciturque ſpecialis cum † per
eam obligantur bona præſentia tantum, ad tex. in l. &
quæ nondum §. 1. vbi gloſ. in ver. ſpecialiter; quæ addas
ad intelligentiam eorum, quæ diximus ſupra num. 204.
212 ſed in terminis noſtris † ſpecialis dicitur modo vt ſu-
perius declarauimus; Attamen nos de hac ſpeciali tra-
ctabimus in nonnullis locis, ideo hic ſatis dictum.
213 Tacita autem Hipotheca † vtique diuiditur in dupli-
ci altera ſpecie, ſcilicet in generali, ſeu vniuerſali, & in
particulari, ſeu ſpeciali.
214 Generalis autem hipotheca tacita † eſt, qua omnia
bona debitoris ex legis diſpoſitione obligantur, modo
vt tetigimus ſuperius num. 54. cum ſequent.
Extenditur concluſio vt in tacita generali hipotheca
215 † veniant prout veniunt tam bona præſentia, quam
futura, modo vt de veriori, & receptiori opinione teſta-
∗ tur Neguſant. de pignor. par. 2. memb. 4. num. 165. verſ.
inſuper ad declarationem, Affl. deciſ. 335. num. 2. Ro-
man. ſing. 147. Ripa. in l quæſitum §. ſi quis cum tutor.
∗ ff. de priuileg. credit. & in l. 1. ff. de pignor. communem
dicunt, Nicol. Pignolat. in add. ad ſingul. Rom. ſuperius
citatum, Couarruu. practicarum quæſt. cap. 29. nume.
fin. & Molin. de contract. citata diſput. 528. num. 14. ac
Cardin. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 11. num. 13. & Neguſ.
Iun. conſ. 393.
216 Cum ipſa tacita eundem habeat effectum † quem
habet expreſſa hipotheca, Cardin. Mant. citato loco nu.
11. ideo hæc concluſio extenditur, & reſtringitur
217 † prout fuit extenſa, & reſtricta concluſio ſuper expreſ
ſa generali hipotheca; vt præcitati Doctor. docent, & in
218 ſpecie Molina citato loco, eò quia † valet argumen-
219 tum ab vna ad aliam, ſicutque trahitur † vna trahitur
altera, Nic. Euer. in loco à ſimili; verſ. ex quo inter alia
ſingulariter, ideo illa ibi notata hic adaptabis.
Modificatur tamen hoc dictum in tacita hipotheca
concesſa ex l. certi iuris. C. locat. & ſic circa inuecta &
220 illata; eo quod in illa † non veniunt ea, quæ perpetuò
ibi manſura non erunt, vt puta venalia, & pecunia
221 † modo vt in titulo de locat. & conductore, in ſecundo
222 tomo dicetur latè ratione, vt ibi, prout in omni † taci-
ta hipotheca rerum certo loco contentarum, Molina de
iuſt. & iur. tract. 11. diſput. 203. concluſ. vltima, & Ne-
guſ. in citato memb. 4. num. 166. verſ. tamen eſt aduer-
tendum.
223 Particularis autem, ſeu ſpecialis † tacita hipotheca
illa dicitur, qua non omnia bona, ſed aliquod, vel aliqua
tantum ex legis diſpoſitione obligantur, videlicet quan-
224 do mutuo † datur pecunia ad domum, ſeu nauim re-
ficiendam, nam illa domus, vel nauis tacitè ſpecialiter,
ſiue particulariter dicitur obligata pro dicta pecunia
225 † mutuata, ad text. in l. interdum. ff. qui potior. in pi-
gnor. habeant. & aduertit Molin. de contract. citata di-
put. 528. numero 15. qui infert, pignus expreſsè ſum-
226 ptum, † ſemper eſſe expreſſum, & particulare, dum
227 traditionem requirere dicit, idcoque diuiſiones † in
tacitum, & expreſſum, & in generalem & particularem,
ſolummodo hipothecæ conuenire, firmat.
228 Reliqua latiori tractatione, cuiuslibet tacitæ † hipo-
thecæ, tractabuntur in titulis diuiſis, & poſitis in quoli-
bet capite totius operis, & præcipuè in ſecundo tomo.
Finaliter tamen hipotheca alteram etiam patitur di-
229 uiſionem, quando oritur ex datione † in ſolutum, vel
ex tranſactione, quibus in caſibus triplicem contineat
230 ſpeciem, vna enim dicitur hipotheca † originaria orta
ex primo contractu.
231 Altera verò dicitur poſterior, ſeu ſecunda, † quæ ex
datione in ſolutum, aut ex tranſactione oritur.
232 Tertia verò dicitur ſubſidiaria, † nempe ſi duæ primæ
effectum non poſſent producere; vt poſt Soccin. Negu-
ſant. Coſt. Aldobrand. & alios diuidit, & declarat Ant.
Monach. deciſ. Bonon. 40. punct 11. toto; Attamen nos
has omnes declarabimus in titulis de tranſact. & de da-
tione in ſolutum, in ſecundo tomo.
Demum hipotheca vltimam patitur diuiſionem,
quia vna dicitur directa, altera verò vtilis, prout de vtili
in nonnullis locis dicetur reſpectu ceſſionarij, & de di-
recta in ſexcentis locis.

SVMMARIVM.

233 *Hipotheca quibus modis contrahitur.*
Notarius an cenſeatur rogatus apponere hipothecam, quæ appoſita non fuerit ibid. & 234. cum ſeq.
235 *Clauſulæ omnes conſuetæ intelliguntur requiſitæ, & ſi appoſitæ non ſint.*
236 *Hipothecam per quemlibet Notarium apponi ſolet in contractu.*
237 *Clauſulæ ſolitæ, ſi omittantur cenſentur appoſitæ.*
238 *Neguſantius in vtramque opinionem allegari poteſt. in genere ſi hipotheca intelligatur appoſita.*
239 *Hipothecam non ſubintelligi in contractu, ſi ipſa omiſſa ſit, plures probant ad 259.*
Conſtitutum non intelligitur in contractu tanquam ſolitum, ſi illud omiſſum ſit. ibid.
240 *Doctores tenentes opinionem quod hipotheca intelligatur etiam ſi ſit omiſſa in contractu non parum errarunt ſecundum Anton. Fabr.*
241 *Fruſtratorij eſſent tit. ff. & Cod. in quibus cauſ. pig. vel hyp. &c. ſi hypotheca ſubintelligeretur, quando non eſt appoſita & ſeq. & num. 245.*
243 *Bona debitoris citra expreſſam conuentionem creditori obligata non ſunt, exceptis caſibus tacitæ hipothecæ.*
244 *Facti, quæ ſunt, appoſita in contractu non cenſentur, ſi omiſſa ſint.*

246 *Clau-*

246 *Clauſula hypothecaria cõnumeratur, inter ſubſtantialia contractus nu. 246.*

247 *Nullus contractus eſt, qui conſenſum non habeat.*

248 *Conſenſus eſt ſubſtantia omnium obligationum.*

249 *Subſtantiàlia contractus non ſubintelliguntur ſi ſcripta non apparent, quamuis ſint apponi ſolita. num. 251. & Notarius non cenſetur rogatus de ſubſtantialibus contractus, ſi ſcripta non appareant. ibid. & 251.*

250 *Accidentalia contractus non cenſentur appoſita ſi ſcripta non apparent.*

252 *Quæ ſolent apponi in contractibus ad augendam obligationem, ſi ſcripta non ſint, non ſubintelliguntur.*

253 *Extrinſecus venientia nunquam præſumuntur in contractu, ſi appoſita non ſunt.*

254 *Obligatio bonorum extrinſecus in contractu adijcitur. num. 254.*

255 *Notarius cenſetur rogatus apponere clauſulas apponi ſolitas, ex quibus contractus vires accipit.*

256 *Notarius non cenſetur rogatus apponere clauſulas, quãuis apponi ſolitas, ex quibus contractus pleniorem conſequitur effectum, & quæ ſuppleat principalem obligationem 257. & ſeq.*

259 *Hypotheca pleniorem effectum producit, quam aliæ obligationis.*

260 *Pignus, & hypotheca pluribus modis contrahuntur remiſſiuè.*

261 *Pignus ſolo conſenſu contrahitur.*

262 *Pignori obligatur res ſola conuentione abſque traditione.*

263 *Hypotheca contrahitur inter abſentes per nuncium, vel per epiſtolam.*

264 *Hipotheca contrahitur per epiſtolam, etiamſi careat die, & conſule.*

265 *Hypotheca quibuſcunque verbis contrahitur, etiam ſine ſcriptura.*

266 *Epiſtola probat conſenſum.*

267 *Pactum, & conuentio per Epiſtolam rectè confici poteſt.*

268 *Scriptura ſemper loquitur, imò etiam clamat.*

269 *Scriptura ſemper fingit quod ſcribens ſit præſens.*

270 *Quæ ſolo conſenſu perficiuntur, rectè per Epiſtolam celebrantur.*

271 *Epiſtola, qua pignus contrahitur, ſi antequam ad creditorem perueniat, ſcribens moriatur, pignus reſoluitur, & inutile ſit.*

172 *Fideiuſſorem Epiſtola, & nuncio inter abſentes non obligari plures probarunt.*

273 *Fideiuſſio ſtipulationem requirit, & pacto nudo non poteſt contrahi.*

274 *In contractibus nominatis paciſcens tantum obligatur nudo pacto.*

275 *Pactum nudum non informatur per contractum cum alio celebratum.*

276 *Fideiuſſorem nõ obligari pacto nudo, limitatur pluribus modis remiſſiuè alibi.*

277 *Fideiuſſor obligatur per Epiſtolam de inueterata conſuetudine, quicquid ſit de rigore.*

278 *Conſuetudo quod fideiuſſor obligetur per Epiſtolam deſumpta eſt ex limitationibus regulæ in contrarium.*

279 *Hypotheca contrahitur per dictionem,* ſuper.
Dictio, ſuper, *poſita in aliqua re in contractu, operatur hypothecam, ibidem.*

280 *Dictio,* ſuper, *appoſita in vniuerſitate bonorum, operatur hypothecam generalem.*

281 *Promittens aliquam quãtitatem ſuper tali fundo, vel ex fundo, videtur fundum ipſum obligare, quando fundus expreſſus fuit cauſa taxationis, ſecus ſi cauſa demonſtrandæ ſolutionis, & ſeq.*

283 *Hypotheca contrahitur ſuper aliqua re per verba enunciantia promiſſionem ipſius rei.*

284 *Hypotheca contrahitur ſi data fuit poteſtas creditori per debitorem, vt ipſius bona propria authoritate capere poſſit.*

285 *Contrahitur hypotheca ſi data fuit poteſtas creditori alienandi bona debitoris.*

286 *Pignus contrahitur ſuper re deſignata pro pignore, quamuis poſtea alia ſit tradita creditori primam eſſe opinanti, quia in ſecunda deficit conſenſus. & ſeq.*

288 *Argenteum vas datum pro pignore à debitore dicente eſſe aureum, eſt obligatum, non verò aureum, quia fuit conſenſum in corpore, ſed debitor conuenietur pignoratitia, & ſtellionatus crimine puniri poteſt, & ſeq.*

289 *Neceſſitas quælibet poſita ſuper re operatur hypothecam ſuper illa re.*

Pacto inter locatorem & conductorem, ne fructus amoueantur à fundo conducto præcedente mercedis ſolutione oritur ſpecialis hypotheca ſuper fructibus. ibid.

QVÆSITVM SEXTVM.

AD ſexti quæſiti explicationem pauca dicentur, eò quod eius explicatio pendet ex plenius traditis, in proximo præcedenti quæſito; idcirco, hypotheca ſeu
233 pignus dupliciter † contrahitur, expreſsè videlicet, & ſic per expreſſam conuentionem, & tacitè per legalem ordinationem, modo vt ſuperius tradidimus, & pleniori traditione quilibet ex omnibus caſibus expreſsè, & tacitè hipothecæ explicabitur ſuis locis; contrahitur denique modis, qui inferius num. 260. & ſequent. explicabuntur.

Vnum tantum hoc in loco diſceptationi offerendum dijudicaui, & forſan non impertinenter, an ſcilicet, contracta intelligatur, & cenſeatur hipotheca, ſi de ea non appareat in ſcriptura, taliter quod notarius non ſcribens in inſtrumento hipothecam cenſeatur rogatus illam, tanquam ſolitam apponere, & per hoc eadem appoſita cenſeatur.

234 Pro affirmatiua opinione † reſponderunt, Bal. in l. 1. in fine ff. ſol. mat. & alij relati per Cepoll. in l. quod ſi nolit §. quia aſſidua ff. de ædilic. edict. ſequuntur Capic. deciſ. 159. num. 39. Tiraq. de iur. conſtit. limit. 31. nu. 7. Boer. deciſ. 182. n. 54. Gabriel. com. concluſ. tit. de conſuetud. concluſ. 3. n. 14. Menoch. conſ. 37. n. 30. Burſat. conſ. 103. nu. 13. Surd. deciſ. 213. nu. 5. & ſeq. Felin. Cranett. Pac. Scal. & alij, quos probat Farinacc. de falſ. quæſt. 157. par. 2. nu. 52. Canaſcan. deciſ. 43. num. 33.
235 & ſeq. p. 1. & generaliter de omnibus † clauſulis cõſuetis apponi in omni inſtr. poſt Tiraq. citato loco, latè articulũ examinatem; Vrſil. ad Affl. deciſ. 139. Maſcard. de probat. concluſ. 1102. & omnium latiſſimè Farinacc. allegato loco, tota illa p. illa ratione; quia hipotheca ſo-
236 let continuò apponi † per quemlibet notarium in quolibet inſtrumento, & proinde Notarius cenſetur rogatus apponere clauſulas conſuetas, ideo ſi omit-
237 tantur, appoſitæ † cenſentur, ita infiniti authores relati per citatos doctor. & præcipuè per Farinacc. idemque probare videntur, & pro abſoluto habere Fab.

Annius conſilio 93. numero 25. Maſull. ad Capic. in d. deciſ. 159. & Anell. Amat. conſilio 35. numero 23. Affl. deciſ. 265. numero 83. Iaſ. Alex. Dec. & Aſin relati per Caſtill. Siculum deciſ. quinta, numero 24. & Menoch. Farinac. Milan. & Graſſ. allegatis, ſequitur Maſtrill. deciſ. 250. nume. 63. tom. tertio, & alij plures, quos ſciens omitto, prout eos congeram ſuo particulari loco. Sed
238 addam † Neguſ. de pignor. par. tertia, memb. primo, numero 24. qui etiam pro negatiua allegari poterit ob diſtinctionem per eum relatam, & Cardin. Mantica de tacit. tom. 1. lib. 11. tit. 3. num. 21.

Pro negatiua autem opinione, & ſic hipothecam
239 conſtitutum, & aliam ſimilem clauſulam † quæ obligationi adijcitur, nequaquam ſubintelligi ſi in inſtrumẽto, illam omiſſam fuiſſe appareat; reſpondit doctiſs. Ant. Faber. de error. pragmaticor. decad. prima, error. primo, dicens non parum erraſſe Doctores affirmati-
240 uam † opinionem tenentes, eò quod fruſtatorij redderentur tituli illi. ff. & C. in quib. cauſ. pign. vel hipo-
241 thec. tacit. contrah. † & de priuileg. credit. ac alij ſimiles, in quibus ſancitum videtur hipothecam tacitè contrahi in illis expreſſis caſibus; dum etiam extra hos caſus hipotheca ſemper ſubintelligeretur in inſtrumen-
242 tis † contractuum; quia certiſſimum eſt bona debito-
243 ris citra expreſſam conuentionem obligata † creditori non eſſe extra eas cauſas, in quibus placuit contrahi tacitè pignus, vel hipothecam, demum ea quæ facti ſunt,
244 appoſita † non cenſentur, vt has, & alias rationes nonnullis iuribus probatas congerit ſubtiliſs. Faber citato loco, ſubſequeretur ideo, quod abſque indigentia, &
245 auxilio dictorum titulorum † ſufficeret cuilibet contrahenti ſtipulari facere inſtrumentum de contractu abſque aliqua bonorum obligatione, vt beneficio pignoris, & hipothecæ fulciretur; eandemque opinionem nouiſſimè comprobare videtur Doctiſs. Rouit. in pragm. 1. de aſſiſt. numero 38. & 39. eo quod vt cenſeatur appoſita, requiri dicit in cautelis pactum, vt clauſulæ extendantur ad conſilium ſapientis.

Comprobatur opinio Fabri, nam clauſula hæc, oppi-
246 gnorationis, & obligationis bonorum † inter conuentionum ſubſtantialia connumeratur, eò quod conſenſu
247 contrahitur, quia nullus † eſt contractus, qui conſenſum non habeat. l. 1. §. conuentionis & ſeq. ff. de pact.
248 conſenſus dicitur ſubſtantia † omnium obligationum. l. obligationum ſubſtantia. ff. de action. & oblig. idcirco ſi de hoc conſenſu non appareat fruſtra de illa obligatione tractabitur; ſed an hipothecaria ſit de ſubſtantialibus contractus, latius, & exactius dicetur inferius quæſito 11. numero 2078. cum multis ſeq.

Ex qua comprobatione ſequitur, ſubſtantialia
249 † quamuis conſueta, & ſolita ſcribi, ſcripta non cenſeri, ſi ſcripta non appareant, & de his Notarium nequaquam rogatum cenſeri, ſed de illis tantum, quæ de natura contractus eſſent, Neguſant. Ludouic. Molin. Cotta, Iaſ. Alex. & Ant. Gabriel, quos probat oculatiſs. Præſ. de Franch. deciſ. 302. numero 8. Menoch. & alij relati per Maſcar. in citata concluſ. 1102. numero 15. &
250 16. qui, id procedere etiam in accidentalibus † contractus, firmat; hæc enim ſubſtantialia, niſi expreſsè
251 † declarentur nequaquam pro appoſitis habentur Carol. de Graſſ. de except. excep. 10. numero 42. & ſeq. & in ſpecie numero 45. Soccin. Felin. & Maſcar. quos probat Caſtill. Siculus citata deciſ. quinta, num. 28. & 29. Dec. de regul. iur. ff. l. ſemper in ſtipulationibus numero 13. vbi additionator ad eum, & Felin. Ripa, & Dec. in cap. cum M. Ferrarienſis de conſt. Grat. Gabr. Menoch. Maſchar. & alij, quos in hoc probat Farinac. citata par. 2. limit. 2. num. 66. idemque probat Adrian. Neguſant queſt. 113. numero 19. plenius Cardin. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. titu. 9. numero 34. cum multis ſeq. & in clauſulis conſtituti, & præcarij contra Vrſil. ad Affl. ſuperius numero 235. allegatum, cum eadem ſubſtantialium diſtinctione, reſpondit Muſcatel. in ſua praxi ciuili libro 2. par. 1. gloſ. 1. ſententia numero 148. & ſequentibus, ſatis benè ſoluens contraria, & ſequitur Dom. Paſchal. de vir. patr. poteſt. par. 1.
* cap. 8. numero 169. ex quibus receptior iudicatur hæc negatiua opinio, vt iterum dicetur ad finem 11. quæſiti iſtius eiuſdem tituli, num. 2072. cum ſeq.

Comprobatur ſecundo, nam ea quæ ſolent in con-
252 tractibus † apponi ad augendam obligationem & obligationi adijciuntur, nequaquam præſumuntur; gloſ. in l. ſi fundus §. in commiſſoriam. ff. de lege commiſſoria, quam gloſam notandam, & menti tenendam dixit Bal. in d. §. in commiſſoriam, ſequitur add. ad gloſam, & Baldum refert; ſed corruptè; ac probat Card. Mant. de tacit. d. titu. 9. numero 78. at obligatio bonorum adijcitur obligationi contractus, ergo addita non præſumitur.

253 Comprobatur tertiò ea enim, quæ non ſunt de † principali contractu, ſed extrinſecus veniunt nunquam in contractu dicta præſumuntur, etiam ſi conſueta fuerint, & ſolita, Doct. in l. ſciendum. ff. de ver. oblig. Iſern. Affl. & alij, quos probat Cardin. Mantica vbi ſupra numero
254 81. obligatio enim † bonorum extrinſecus in contractu adijcitur.

255 Comprobatur quartò, & ſi notarius præſumitur † rogatus apponere clauſulas ſolitas apponi, ex quibus contractus vires accipit; verum nequaquam rogatus cenſe-
256 tur † de his (licet ſolitis,) ex quibus contractus plenio-
257 rem conſequitur effectum, & quæ ſupplent † principalem obligationem; Crauet. conſ. 737. numero 13. verſ. rurſus, & Ripa in l. qui Romæ §. duo fratres num. 49. ff. de ver. oblig. quos comprobat idem Cardin. Mantica de tacit. lib. 2. tit. 9. num. 12. & alij, quos alias latiori
258 explicatione retulimus † in præcedenti c. 3. tit. de inſtrum. nu. 254. cum ſeq. & præcedentibus numer. ac nu. 274. & ſeq. vbi ſi alia ad hunc articulum deſiderabis videre amice lector latius habebis; quis enim dubitat hipothecam pleniorem, & pinguiorem producere effe-
259 ctum † quam reliquæ obligationes, & actiones, idque etiam comprobat Stephan. Gratian. in dicto titulo de inſtrum. & loco per nos citato cap. 548. ſuarum forenſ. diſcept. nu. 39. to. 3. & ideo non immeritò Tiraquel. de retract. conuent. §. 3. gloſ. 1. nu. 7. in fine dicit affirmatiuam opinionem non recipi per illam ſupremam Curiam; Negatiua inſuper opinio, iterum comprobabitur hoc eodem tit. quæſito 11. nu. 2072. cum ſeq. numeris.
260 Denique pignus, & hipotheca multis ferè alijs modis contrahitur, quos congerunt Neguſ. de pignor. par. 3. memb. 1. & Cardin. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 3.

Et dum per præcitatos authores præſupponitur pi-
261 gnus † ſolo conſenſu contrahi ad text. in l. 1. & in l. contrahitur. ff. de pignor. l. 2. C. quæ res pignor. oblig. poſſ. cum alijs concordant. & nos probauimus ſupra numero 246. & ſequent. quod præſuppoſitum dubitatione caret; ideo inferunt, abſque traditione

per

262 † per ſimplicem conuentionem, rem pignori eſſe obligatam, Cardin. Mantica vbi ſupra in principio.

Extenditur hæc concluſio vt procedat etiam inter
263 † abſentes, inter quos pignus, & hipotheca contrahitur, nempe per Nuncium, aut per epiſtolam ad tex. in l. creditor in fine. ff. de pignor. & hipothec. l. conſenſu verſ. vnde inter abſentes. ff. de act. & obligat. & l. 1. in fine. ff. de contrah. emp. cum alijs ſimilibus.

264 Extenditur ſecundò etiam ſi epiſtola † qua hipotheca ſit contracta careat die, & Conſule ad tex. in l. pen. §. 1. vbi Bar. ff. de pignor. & nos aliàs in præcedenti, cap. 2. titu. ſexto, numero 1139. diximus probatque Cardin. Mantica vbi ſupra numero tertio, in ſecunda extenſione.

Extenditur tertiò, vt quibuſcunque verbis contraha-
265 tur † etiam ſine ſcriptura d. l. contrahitur, cum alijs concord. Neguſant. vbi ſupra num. 3. & Card. Mantica citato loco num. 5.

266 Epiſtola enim conſenſus † cuiuſcunque probatur, & conſtabit, latè Maſcar. de probat. concluſ. 417. numero 25. & Cardin. Tuſc. litera C. concluſ. 749. & pactum, &
267 conuentionem per epiſtolam † rectè confici poſſe, docuit iureconſ. in l. 2. ff. de pact. probantque communiter
* Doctor. ibi, congerit authoritates Matth. Cun. de pact. libro primo, cap. 9. eo quia ſcriptura hæc ſemper loqui-
268 tur, & nedum loquitur, ſed † etiam clamat, & per hoc,
269 ſcribentem † ſemper fingit præſentem, Cardin. Tuſcul. in lit. S. concluſ. 82. numero primo, & ſeq. quem probat Nicol. Genua de ſcrip. priuat. libro tertio, quæſt.
270 11. numero ſeptimo, ea enim quæ ſolo conſenſu † perficiuntur ritè, & rectè per epiſtolam celebrantur, ad tex. in l. conſenſu. ff. de act. & obligat.

Modificantur prædicta, quę de epiſtola, & nuncio di-
271 ximus, vt non procedant ſi antequam † epiſtola recipiatur ab eo, cui mittitur, ſcribens moriatur, aut Nuncius miſſus deceſſerit ante quam voluntatem deſtinantis, & mittentis ad abſentem retuliſſet, quibus in caſibus pignus, & hipotheca reſoluuntur, & inutilia fiunt, ita Matth. Cun. loco citato num. 15. docet, quem probat Nicol. Genua vbi ſupra num. 11.

Sed horum occaſione in dubium reuocatur, an fideiuſſor validè per epiſtolam obligetur inter abſentes, & conſequenter hipotheca contra eum contrahatur; Et
272 nullatenus fideiuſſorem † obligari, nec hipothecam contrahi mediante Nuncio, aut epiſtola inter abſentes, reſponderunt Bal. conſ. 180. num. 1. vol. 1. vel 5. ad text. in l. cum oſtendimus §. fin. ff. de fideiuſ. tut. vbi præſentia requiritur, ac ſequendo Bal. probauerunt Vrſil. ad Afflict. deciſ. 39 in principio, ac Zaſius Valent. Franc. Carpan. & Hartman. quos probat Nicol. Genua de ſcript. priuata libro tertio, de epiſtola, quæſtio. quarta, in principio, idemque firmauerunt Gramat conſil. 66. numero 23. Alfan. in l. Blanditus. C. de fideiuſ. in Collectan. nu-
* mero 154 Cardin. Mantica, qui de communi teſtatur, de tacit. & ambig. conuenr. libro 16. titu. quinto, numero ſeptimo, tom. ſecundo, ac latius Pyrr. Maur. Aretin. de fideiuſſor. par. ſecunda, ſection. tertia, capitulo quinto toto.

273 Quodque ratione ſuadetur, quia fideiuſſio † ſtipulationem requirit, & pacto nudo nequaquam contrahitur. d. l. blanditus cum multis concord. probantque omnes præcitati authores, & ſequuntur Maſcard. concluſ. 781. in principio, ac Menoch. de præſumpt. libro tertio, præſumpt. 132. numero quinto, alijque plures, & nos ſuo titulo dicemus; & ratio rationis erit, quia in
274 contractibus † nominatis tantum paciſcens, aut debitor pacto nudo obligatur, modo autem, quando fideiuſſor obligatur, interuenit tamen in cōtractu nominato nequaquam contrahendo, eo quod in illo contrahit principalis, ideo cum ſua promiſſio non ſit contractus nominatus, ſed nuda, niſi adderetur ſtipulatio efficaciter non diceretur obligatus, ita Faber inſtit. de fideiuſſ. in Rubr. numero tertio, verſic. & aduerte hic cauſam, quem deducit Iaſon in l. lecta numero 28. in vltima fallentia ff. ſi cert. pet. pactum enim nudum nullatenus
275 † informatur per contractum cum alio celebratum, Cæph. conſil. 437. numero decimoſeptimo, volum. tertio, quos probat Maur. Aret. loco citato numero quinto, & ſexto.

276 Hæc tamen concluſio pluribus limitatur † modis, vt
277 ſuo titulo dicemus; verum dè inueterata † conſuetudine fideiuſſorem per epiſtolam obligari, quicquid de ſtricto iure aliud ſancitum appareat, defendit Heuring. de fideiuſſ. capitulo vndecimo, numero 87. cum multis ſequent. quem probat Nicol. Genua citato loco numero 23. Quodque verum puto ob limitationes adducen-
278 das in ipſo titulo per nos, ex quibus † iudicio meo ortum habuit hæc conſuetudo, vt ibidem dicemus.

Inſuper (vt ad inceptum ordinem redeamus) con-
279 trahitur Hipotheca † per dictionem ſuper, nempe ſi dicatur mutua mihi centum ſuper fundo Tuſculano, tunc fundus ille diceretur hipothecatus, ita Bar. Bald. & Imola in l. codicillis §. inſtituto numero primo. ff. de legat. ſecundo, ac Bart. in alijs locis, quem probat Neguſant. de pignor. par. ſecunda, memb. quarto, numero 164. verſic. vigeſimuſtertius caſus, toto; Cacheran. deciſio. 59. numero primo. Decian. Menoch. & alij, quos refert, & ſequitur Cardin. Mantica de tacit. & ambig. conuent. d. libro vndecimo, titu. tertio, numero nono, & probauerunt Surd. conſilio 330. numero 30. Flam. de reſignat. Rebuff. Brun. à Sole, & alij, quos probat Auguſt. Barboſ. de diction. dictione 341. numero quarto, itaque in Romano Auditorio receptum eſſe dixerunt Cardin. Mantica vbi ſupra, & Stephan Gratian. diſcept. forenſ tom. ſecundo, capitulo 256. numero 51. quæ di-
280 ctio ſi generaliter † ſuper bonis adijciatur, generalis hipotheca contracta videtur; Sin autem ſuper certis bonis ſpecialis hipotheca contracta iudicabitur ita Card. Mantica. numero decimo, & Gratian. numero 51. citatis locis, & idem Gratian. tom. quarto, cap. 683. numero octauo, & nono.

Extenditur hoc vltimum dictum ſuper hac dictione;
281 vt procedat etiam ſi fundus ſit expreſſus † cauſa taxationis, & ſpecialis limitationis, vt ſi diceretur promitto decem frumenti corbes annuos ſuper tali fundo, aut ex illo fundo nulla habita diſtinctione, an dicatur ſuper illo, aut ex illo, gloſ. Alberic. & alij, quos probat Stephan. Gratian. citato loco numero 50. quo in caſu vtique
282 contrahitur hipotheca; ſecus enim erit, ſi fundus, aut bona fuerint expreſſa cauſa deſignandæ, aut demonſtrandæ ſolutionis, veluti ſi poſt promiſſionem debiti, adijciatur, quod ſolueretur ex tali fundo, nam tunc nullatenus contraheretur pignus ſuper illo fundo deſignato, itaque intelligi tex. in l. fin. §. vlt. ff. de contrah. empt. adnotauit idem Gratian. vbi ſupra numero 49 prout non contrahitur hipotheca per hanc dictionem ſupra in caſu deciſ. 42. in principio Seſſæ Aragonenſ.

Demum contrahi poterit pignus,& hipotheca etiam
283 verbis † enunciantibus poſſeſſionem rei, quia vtiqne
intelligitur hipothecata proprietas rei, Neguſant. d.
memb. 1. 3. par. num. 7. & Cardin. Mantica. d. tit. 3. numero 18.
284 Contrahitur etiam hipotheca, ſi creditori † data fuiſ
ſet poteſtas capiendi propria authoritate bona debitoris in promiſſione debiti, ſi debitum debitor non ſoluerit,quia his verbis contracta intelligitur hipotheca Bal. in l. creditores in fine primæ lecturæ. C. de pignor. refert,& ſequitur Neguſant. in citato primo memb. num. 4. verſ. ſimiliter, quod alibi non inueniri dicit Cardin. Mantic. vbi ſupra num. 16. id verò extendi etiam ſi cre-
285 ditori data fuiſſet † licentia alienandi bona debitoris,
ita Neguſ. vbi ſupra num. 4. & Stephan. Gratian. diſcep. forenſ. tom. 3 cap. 580. num. 5.

Finaliter autem, & ſingulariter contractum eſſe pi-
286 gnus † adnotatur, ſi debitot mutuo petens à credito-
re, oſtendat Aquiminarium aureum, pignori pro mutuo daturus, ſed recepto mutuo argenteum dederit, tunc pignus & hipotheca contrahitur in aureo, non au-
287 tem in argenteo, quia in argenteo deficit † conſenſus
ad tex. in l. 1. verſ. ſi igitur ff. de pignor act. At verò ſi debitor dando argenteum dicat aureum eſſe & ita pignori
288 † dederit tunc in argenteo pignus contractum iudica-
bitur, quia in corpore fuit conſenſum, ſed debitor ſic decipiens conuenitur pignoratitia,& ſtellionatus pęna punitur, d. l. 1. verſ. ſi quis tamen, quod exornat & comprobat Cardin. Mantica allegato titu. 3. num. 24. cum multis ſequentibus.

Alijs etiam modis contrahi poſſe hipothecam docuerunt latiori traditione Neguſ. in d. memb. 1. 3. par. & Card. Mantica dicto tit. 3. toto, illos ſtudioſus lector in occurrenti conſulat, eo quod nos ſpecialiter de quolibet modo, occaſione ſuperuenienti tractabimus, alia ſuper huiuſmodi congerit, licet breuius, Molina de con-
289 tract. diſput. 532. & ſpecialiter obligata † dicitur res,
ſi ſuper ea aliqua neceſſitas per obligantem imponatur, Bald. in l. fin. C. quæ res pign. oblig. poſſ. & Franc. Cremenſ. ſing. 2 vbi additionator, nempe, ſi locator paciſcatur, conductorem non debere amouere fructus de fundo conducto pendente mercedis ſolutione.

S V M M A R I V M.

290 *Bona omnia poſſunt obligari, quodque extenditur, & limitatur pluribus modis, & num. 291. & ſeq.*

292 *Res aliena, aut ius ſuper illa, quibus in caſibus obligari poſſunt, & num. 293. 294. & 295.*

296 *Vſusfructus, aut ius vtendi fruendi, an obligari poſſit, & ſeq.*

298 *Ius vtendi fruendi creditori obligatum poteſt uendi debitore non ſoluente.*

299 *Vſusfructus per alienationes, & obligationes non finitur, & quomodo.*

300 *Vſusfructus finitur morte debitoris vſusfructuarij quamuis creditori ſit obligatus, vel ipſius obligationis cauſa alienatus contr. num. 301. de veritate num. 303. & ſeq.*

302 *Intellect. tex. § finitur inſtit. de vſufruct.*

303 *Iure debitoris vſusfructuarij reſoluto, reſoluitur ius hipothecæ creditoris ſuper vſufructu obligato irrequiſito, & abſente proprietario num. 303. ſecus ſi ipſo conſentiente num. 304.*

Vſusfructus, ſi obligetur per vſumfructuarium irrequiſito & abſente propriesario, etiam ſi debitore vſufructuario non ſoluente alienatus ſit, finitur morte ipſius debitoris, ibid.

304 *Vſusfructus obligatus per vſufructuarium conſenſu proprietarij non finitur morte vſufructuarij, ſed creditoris, cui fuit obligatus, vel emptoris, cui fuit debitore non ſoluente venditus.*

305 *Seruitutes ruſticorum prædiorum oppignorari poſſunt, non autem vrbanorum, & ſeq.*

307 *Vrbanæ ſeruitutes non pignorantur, ne vrbes per illarum mutationem deformentur, quæ ratio ceſſat in ruſticis num. 308.*

309 *Seruitutes vrbanæ concedi debent ſub perpetuitate.*

310 *Seruitutes vrbanæ rectè pignorantur, ſi daretur caſus, in quo ædificia non deformarentur.*

311 *Seruitutes oppignorari non poſſe, à quo, & quomodo intelligatur.*

312 *Seruitus ſeruitutis non datur, quæ daretur ſi ſeruitus pignorari poſſet.*

313 *Iura reliqua quomodo, & quando obligari poſſint remiſſiuè.*

314 *Obligatio, ſeu hipotheca ſuper re aliena poteſt alteri oppignorari.*

315 *Creditor ſecundus, cui obligatio, ſeu pignus fuit oppignoratum, habet vtilem hipothecariam, & quare, & ſeq.*

316 *Vtilis hipothecaria quando datur.*

317 *Pignus non poteſt pignorari vltra tertiam vicem ſecundum Specul. ſed contrarium verius in pluribus numeris ſequentibus.*

318 *Pignus in infinitum per creditores ſecundis, & per ſecundos tertijs &c. poteſt obligari.*

319 *Pignus & hipotheca de ſui natura ſunt tranſitoria ad quaſuis manus.*

320 *Intell. tex. in l. fideicommiſſa § ſi quis alicui decem ff. de leg. 3. & ſeq.*

321 *Dictio, rurſus, contenta eſt duabus vicibus.*

322 *Pignus ſi pluries pignori detur per multiplicatam oppignorationem, nullus ex eo læditur.*

323 *Alexand. melius fuit loquutus in lecturis, & repetitionibus, quam in addit. ad Bart.*

324 *Pluralis loquutio duorum num. eſt contenta, quando ex pluralitate reſulsaret inconueniens, vel magnum partis grauamen.*

325 *Pluralitas vſque in infinitum intelligitur, quando nullum reſultat inconueniens, vel iniuſtum.*

326 *Nomen debitoris rectè obligatur cum pluribus ſequent.*

327 *Nomen debitoris comprehenditur in generali obligatione, & 338.*

328 *Nomen debitoris eidem debitori per creditorem obligatur etiam in generali hipotheca, & numero 352. & ſeq.*

329 *Nemo poteſt ſibi rem ſuam pignorare.*

330 *Pignus in re propria non conſiſtit.*

331 *Nomen obligatum non eſt debitoris ſed creditoris.*

332 *Nemo vt debitor, & creditor poteſt contra ſe ipſum agere.*

333 *Idem vt debitor & creditor, ſi non valet contra ſe ipſum agere, valet tamen excipere & retinere.*

334 *Creditor aduerſus debitorem ſui debitoris pro nomine obligato habet vtilẽ perſonalẽ, & vtilem hipothecariã.*

335 De-

335 *Debitor principalis, cuius nomen fuit per creditorem alteri obligatum, an poſſit ſoluere ſuo primo creditori in præiudicium ſecundi cum pluribus ſeq. ad partes.*

336 *Author ſcripſit in hac cauſa, cuius deciſio pendet in Sacro Conſilio.*

337 *Nomen debitoris obligari poteſt expreſsè, & tacitè etiam ignorante & inuito debitore.*

Generalis hipotheca ſimplex continet nomina debitorum ibid. & 338. & ſeq.

339 *Nomen debitoris futurum etiam venit in generali hipotheca, etiam in tacita num. 340.*

340 *Tacita hipotheca generalis continet etiam futura nomina debitorum.*

341 *Generalis obligatio bonorum cum adiectione mobilium, & immobilium non continet nomina debitorum, vſque ad 351.*

Nomina debitorum tertiam bonorum ſpeciem conſtituunt ibid.

Mobilium & immobilium appellatione non continentur nomina debitorum ibid.

342 *Nomina debitorum comprehenduntur in generali hipotheca bonorum mobilium, & immobilium, ſi ſit adiectio aliqua dictio vniuerſalis omnium v. g. &c. ſecundum quoſdam & 344. contrarium verius in numeris ſeq.*

343 *Nomina debitorum non comprehenduntur in generali obligatione bonorum mobilium, & immobilium, etiam cum adiectione vniuerſali omnium v. g. 345. cum pluribus ſeq.*

344 *Vniuerſalis dictio prolata à lege differt ab vniuerſali prolata ab homine ſecundum Ioſeph. Seſ. ſed contrarium verius num. 345. & ſeq.*

345 *Vniuerſalis dictio prolata à lege non differt ab ea prolata ab homine, & ſeq.*

346 *Vniuerſalis dictio non augetur ſi proferatur ab homine, nec diminuitur ſi proferatur à lege.*

347 *Doctores dicentes nomina debitorum non comprehendi in diſpoſitione generali bonorum mobilium, et immobilium, & cum adiectione vniuerſali, omnium, loquuntur in diſpoſitione hominis.*

348 *Dictio vniuerſalis non mutat ſignificationem rei, cui adiicitur.*

349 *Dictio vniuerſalis poſita in obligatione reſtricta ad certam bonorum ſpeciem regulatur ſecundum ipſam ſpeciem bonorum, eaque bona non tranſcendit, & ſeq.*

350 *Nomina debitorum non continentur in obligatione generali reſtricta certo loco, & quare.*

352 *Debitoris nomen poteſt obligari generali obligatione eidem debitori per creditorem pro obſeruantia v. g. alicuius contractus &c.*

353 *Debitor, cui ipſius nomen fuit obligatum per creditorem pro aliqua cauſa, habet retentionem vigore dictæ obligationis, & eſt omnibus alijs anterior num. 355.*

354 *Secundus creditor, cui nomen fuit obligatum habet actionem vtilem.*

355 *Debitor, cui ipſius nomen fuit per creditorem obligatum, eſt omnibus in illo nomine potior.*

356 *Compenſatio fit ipſo iure inter hinc inde debitorem, & creditorem declara num. 359.*

357 *Compenſare eſt idem quod ſoluere.*

358 *Debitor, cui ipſius nomen fuit obligatum per creditorem, etiamſi ſit poſterior, ſibi per compenſationem ſoluendo, diſſoluit hipothecas aliorum anteriorum circa illud nomen, declara num. ſeq.*

359 *Compenſatio facto hominis non indiget.*

360 *Quando proprium debitoris nomen eidem debitori, & creditori obligatur.*

361 *Exactio nominis debitoris quomodo fiat cum plur. ſeq.*

362 *Nomina debitorum quo in loco exigantur, & ad quid teneantur.*

363 *Nomine debitoris dato in ſolutũ, quę in eo conſiderãtur.*

Nomen debitoris quomodo in ſolutum detur, ibid.

364 *Nomen debitoris quomodo obligetur, vendatur, cedatur, &c. remiſſiuè.*

365 *Nomen debitoris quomodo æſtimatum, vel inæſtimatum in dotem datur.*

366 *Promittens nomẽ ceſſum debitoris eſſe bonum, ad quid teneatur.*

Bona debitoris debitoris mei quando ſint mihi obligata? ibid.

367 *Antonius Fab. inuehit contra Doctores communem ſectantes, quos pragmaticos appellat, & ſeq.*

368 *Doctores dicentes poſſe creditorem exigere debitorem ſui debitoris vtili perſonali abſque ceſſione, aberrarunt ſecundum Anton. Fabr.*

369 *Excuſſionis exceptio non habet locum cõtra creditorem agentem aduerſus nomẽ debitoris obligatum expreſsè, ſecus ſi tacitè, ſecundum Anton. Fab. & 375.*

370 *Ex cauſa pignoris non transfertur dominium in creditorem, ſed tantum dominij diſtrahendi facultatem, quã actionem creditor iure proprio, vel per ceſſionem prius habere debet, & ſeq.*

372 *Creditor executiuè agere poteſt contra debitorem ſui debitoris, ſi debitor contra ſuum debitorem executiuè quoque agere poterat, ſed contrarium cum Fabr. verius.*

373 *Vtili tantum actione creditorem poſſe agere aduerſus debitorem debitoris, magis cõmuniter notauerunt DD.*

374 *Directa actio inhæret oſſibus primi contrahentis.*

375 *Veriſſima eſt Antonij Fabr. opinio, vt ſcilicet exceptio excuſſionis non habeat locum contra creditorem agentem aduerſus nomen debitoris ſibi expreſsè obligatum.*

376 *Fideicommiſſarius particularis, cui reſtitui debet per legatarium res legata, an poterit recta via agere contra hæredem.*

QVÆSITVM SEPTIMVM.

AD ſeptimum principale quæſitum, propono regulam, ſcilicet, omnia bona tam mobilia, quam 290 immobilia † corporalia, & incorporalia iura, & actiones poſſunt generaliter, vel ſpecialiter obligari, & ſic omnia, quæ ſunt in bonis noſtris, ad text. in l. quæ prædium. C. ſi aliena res pign. data ſit, verſ. niſi quæ obligãtis, & l. qui filios C. quæ res pign. oblig. poſſ. gloſ. in l. ſi is, §. vſusfructus, ff. de pignor. in ver. dari, & vbique paſſim omnes ex noſtratibus.

Regula enim hæc ampliatur, & limitatur nonnullis 291 † modis relatis per Neguſ. de pign. p. 2. mem. 3. nu. 4. cum multis ſequentibus, nos autem latiori explicatione examinabimus magis notabilia ex dictis per Neguſ. reliqua ſimpliciter relato Neguſantio ſubnectentur, eo quod totius noſtri operis inſtitutum omnia hæc præmitti debent.

Extenditur enim primo loco regula, vt procedat etiã 292 in re aliena, quæ aliqua cauſa † ſit debitori debita, nã talis res poterit obligari, gloſſ. in l. 3. §. 1. ff. qui pot. in pign.

pign.&c ver.apparuit gloſ. Bart. & alij in l.1. §.1.ff. de pignor.vbi plena diſtinctio, quos refert, & probat Neguſant.vbi ſupra in prima ampliatione, idemque profi-
293 tentur authores citati, ſi res obligata † non ſit in bonis debitoris, nec eidem debita, ſed in ea aliquod ius habeat, quia in illo iure poterit conſiſtere obligatio,
294 † modo, vt probat idem Neguſant. loco citato in ſecunda ampliatione deducens hoc, in ſuperficiario debitore, & in habente quaſi dominium, iuribus per eum adductis.

Declaratur tamen hec extenſio non procedere ſi de-
295 mum † ius illud, quod habet debitor in re, & creditori obligatum, ſit reſolutũ; Bar.in l.grege, §.& in ſuperficiarijs, ff.de pignor.probatque Neguſant.citato loco.
296 Ex quibus infert Neguſantius, poſſe vſumfructum, ſeu ipſius facultatem, & commoditatem obligari, dic.§. vſusfructus, vbi Bart. quia licet vſusfructus non oblige-
297 tur, tamen obligatũ dicitur † illud ius vtendi, & fruendi, quod per creditorem, debitore non ſoluente, vendi etiam poterit, vt penes præcitatos authores aduotatur,
299 nec per obligationes, & alienationes prædictas † vſusfructus finitur, prout aliàs iura finiri dicunt relata per Bald.in l.res quarum.C.de iur.dotium, & per Bart.in l. ſi vſusfructus, ff. de nouat. eo quod id lege permittente fit, vt Neguſant.docet allegato loco numer.ſequen.ideo vendi omninò, & obligari poterit hoc ius vtendi, & fruendi, Cardin. Mantic. de tacit.to.2.lib.13.titu. 32. numero 11.
300 Et ſi moriatur vſusfructuarius † debitor, ius illud tanquam reſolutum, & finitum finitur in perſona creditoris etiam, vt proximè ſupra dictum fuit, & ante omnes probat Bald.in l.1.C.ſi pign.pign.datum ſit.
301 Contrarium verius patet † ex notatis per Neguſant. in allegato loco num.13. & ex traditis per Bal.in d.l.1. C.ſi pignus pignor. datum ſit, vbi adnotat, per talem alienationem vſumfructum non finiri, nec ad proprietarium reuerti per mortem alienantis, ſeu obligantis, modo, vt expreſſius adnotant additionatores ad Bald. in dict. l. 1. quo in caſu nequaquam procedunt termini
302 † tex.§.finitur inſtit de vſufruct.

Pro ſolutione huius obiectionis duo diſtinguntur caſus, quorum ille dicitur primus, nempe, aut debitor vſusfructuarius obligauit vſumfructum, ſeu ipſius commoditatem, & fruendi ius, irrequiſito proprietario, eoque abſente.

Aut & ſecundò illa commoditas, & ius vtendi fuerit obligatum, vel venditum, proprietario conſentiente.

In primò caſu procedit prima concluſio, vt reſolu-
303 to † iure debitoris vſusfructuarij, dicitur reſolutum ius hipothecæ, & pignoris creditori competens ex traditis ſuperius num.295.

In ſecundò verò caſu non refert, quod ſit reſolutum ius debitoris obligantis, aut vendentis dictum ius, ſed
304 oportebit † ſuperuenire mortem creditoris, aut emptoris acquirentis, modo, vt loquitur Bal.in d.l.1.& expreſſius additionator ad eum loquentes dato conſenſu proprietarij in alienatione, ſic clarius deinde declarat doctiſſimus Pinell.in l.1. C. de bon. matr.par.3.nu.40. toto, & ſignanter illatione 9.verſ.infertur 9.

Infertur ſecundò ex eodem Neguſant.dic.memb.3.
305 nume. 15. poſſe etiam pignorari ſeruitutes † ruſtico-
306 rum prædiorum, vrbanorum verò ſeruitutes † nequaquam ad text. in d.l.ſi is, qui §. fin. ff.de pignor. iuncta l. ſed an viæ vbi gloſ. ratio differentiæ aſſignatur per gl. quam probat Bart.in d §.fin.nam ideò vrbanæ ſeruitu-
307 tes non pignorantur, nec obligari poterunt, † ad hoc vt vrbes per illarum mutationem nõ deformentur ędificijs, & mœnijs, quia non eſſet conueniens tigna immiſ-
308 ſa, per ſolutionem crediti † tolli debere in deformitatem ædificiorum; quæ ratio in ruſticanis ceſſat; conce-
309 di enim debent vrbanorũ ſeruitutes † ſub perpetuitate; idcirco ſi daretur caſus, in quo ædificia non defor-
310 marentur, tunc etiam in vrbanis † ſeruitutum oppignoratio daretur, modo vt Bart in dic.§.fin.exemplificat, quem probant Cępoll.de ſeruit.tit.de ſeruit.reali, c. 12.nume.4. verſ.item nona, & Neguſant.vbi ſupra numero 17.& 18.

Modificabis tamen hanc illationem, vt procedat, ſcilicet circa oppignorationem ſeruitutum, quando ſerui-
311 tus oppignoraretur per dominum rei, in qua † ſeruitus oppignoratur, non autem per illum, cui ſeruitus conſtituta eſt, per quem indiſtinctè denegatur oppignoratio, Bart.in l.1.ff.de vſufruct.leg.n.5.& 6. & Bal. in d.l.ſi is, qui §.vſusfructus, ff de pignor.ac Neguſant. dict.memb.3.numero 15. ratione, vt per Bald.in d.loco quam latiori explicatione refert Neguſan.vbi ſupra,
312 nam daretur † in tali caſu ſeruitus ſeruitutis, d.l.1.de vſufruct.leg.

Reliqua alia iura, quomodo, & quando pignori da-
313 ri poſſunt † habetur penes Bar.in d.l.ſi is, qui §.fi.plenè diſtinguentem, & nos particulariter de illis ſuis locis dicemus.

Extenditur ſecundò principalis regula, vt procedat,
314 quamuis debitor † rem obligatam nõ poſſideret, nec eidem illa fuiſſet debita, nec ius in ea haberet, ſed tantum eandem haberet obligatam, quia illa obligatio, illudque pignus alteri ſecundo obligari poterit, cui ſe-
315 cundo creditori tunc daretur † vtilis hipotecharia ad text.in l.1.& 2. C ſi pignus pignor. dat.ſit vbi Bar.Bal. & Salicet.l.grege, §.cum pignori, & ibi Bart.ff de pign.
316 vtilis ideo datur, quia primus † creditor non eſt Dominus rei, vt poſt gloſſ.in d.§.cum pignori probat Neguſ.d.memb.3.num.19.

Sed ſecundum eundem Neguſant.allegato loco, dubitatur, an ſicut primus creditor, qui poterit ex prædictis obligare pignus ſecundo; ita & ſecundus valeat obligare tertio, & ſic deinceps? Speculator in titul. de pi-
317 gnor. §. 1. verſ. ſed cum pignus, dicit pignus † non poſſe pignorari vltra tertiam vicem, vt euitetur infinitas arg.ca. cum multi de reſcript. in 6. inducens ad hoc probandum text.in l.fideicommiſſa, §.ſi quis alicui decem, ff.de leg.3.ſequitur Abb.in c.cum contra verſ. ſed eſt quæſtio notabilis de pignor.
318 Contrarium defendit † Bald.in dict.l.1.numero ſecundo verſ. & audi nouum dictum; C.ſi pign.pign.dat.
319 ſit illa ratione, quia pignus, † & hipotecha de ſui natura eſt tranſitorium ad quaſuis manus, idemque firmat Angel. ibi, & ſi Roman. in Rubr. de arbitr. vtraque opinione relata nihil concludat, tamen Alexand. in l. qui bona fide, §. fin. ff. de damn. infect. dicit opinionem Specul. non probari per iura per eundem allegata, imò contra eum facere notata per Bart. in dicto §. fin.dum tractat de infinitate numeri, præſertim dum allegat text. in l. veluti, § hæc vox, ff.de eden.ideo opinionem Angel. & Bald. veriorem dicit, eamque tenendam concludit Neguſant. in dicto membr.3. par.2.numero 20.

Sed

Sed contra opinionem Ang.'& pro opinione Specu-
lat. tenet idem Alex. ſibi contrarius in addit. ad Bart. in
d. l. 1. C. ſi pign. pign. dat. ſit.

Tu autem lector beneuole, & prudens teneas opi-
nionem Bald. Angel. Alexan. & Neguſant. locis proxi-
mè citatis, dicaſque opinionem Speculator. non eſſe ve-
320 ram, tum † quia tex. in dicto §. ſi quis alicui decem,
quo præcipuè mouetur Speculator ſuam non probat
opinionem, eò quod Iureconſ. ibi vtitur dictione rur-
321 ſus, † quæ in illo caſu contenta eſt duabus vicibus, vt
Doctor. ibi, ac alij relati per iuniorem Barboſ. de Di-
ction. ſuper huiuſmodi dictione; & tractatur de inter-
eſſe hæredis, ad quem non redit id, quod legatarius per-
didit, vt adnotat Bart. in dicto §. fin. allegans dictum
§. ſi quis alicui decem; idque notat Bart. propè finem
ſuæ repetitionis.

322 Tum etiam, quia in caſu noſtro nullus læditur † ſi
pluries pignus pignori detur etiam per multiplicatam
oppignorationem, dum per ſolutionem debiti res pi-
gnorata redit ſoluenti, vt Bart. in dicto §. fin. docet in
declaratione multiplicationis numeri probatque Alex.
323 in eodem §. melius loquutus, quam † in additionibus
citatis, quia in illa lectura diſputat articulum, quod non
fecit in additionibus.

Comprobantur hæc; nam aut multis pluralitatibus,
324 & multiplicationibus poteſt reſultare † inconueniens,
vel magnum partis grauamen, & tunc pluralis locutio
duorum numero eſt contenta, dicto §. ſi quis alicui de-
325 cem, aut verò talis multiplicatio nullum continet † in-
conueniens, nullumque partis magnum grauamen, &
tunc infinitas toleratur quoties iuſtum erit, & non in-
conueniens, vt in terminis noſtris; ita docet additio-
nator ad Bart. in l. ſi finita, in ver. iterum, ff. de damn.
infect. in facto nec grauamen, nec inconueniens oriri
poterit.

Extenditur tertiò principalis regula, vt procedat
etiam in alijs incorporalibus, & ſic in nomine debito-
326 ris, † quod poterit obligari, ego autẽ poſſum creditori
meo obligare nomen debitoris mei, nempe ſi Titius erit
meus debitor in centũ potero illa centũ obligare Meuio
meo creditori, ad tex. in l. grege, §. cum pignori, vbi Bar.
ff. de pignor, ac omnes in l. nomen. C. quæ res pignor.
oblig. poſſ. quæ extenſio omni dubitatione caret, dum
remiſſiuè diximus in explicatione tertij principalis quę-
327 ſiti nume. 59. & 61. in generali obligatione † venire
nomen debitoris, vt latius probant Neguſant. de pign.
par. 2. membr. 2. num. 8. & Cardin. Mantica de tacit &
ambig. conuent. lib. 11. tit. 4. nume. 11. Bart. Dec. Caſtr.
& alij innumeri, quos more ſuo congerit Tiraquell. in
l. ſi vnquam in ver. bona num... C. de reuocand. donat.
probatque Sigiſmund. Scaccia de commercijs, §. 2. gl. 5.
num. 417. verſ. primo præmitto; alios ſciens prætereo,
inter quos Surd. conſil. quarto volum. 1. numero 19.
& 20.

Ampliatur extenſio ſecundum ordinem Neguſant.
in dict. 3. memb. 2. p. nume. 21. 22. & ſequent. vt proce-
328 dat etiam † ſi creditor meus in centum conſtituat ſe
debitorem in aliqua ſumma mihi ex alia cauſa diuerſa;
& pro obſeruantia obliget omnia eius bona, nam tunc
in generali illa obligatione venit etiam illud nomen ſibi
per me debitum; quicquid in contrarium dici poterit,
329 vt quis ſcilicet nõ poſſit ſuam ſibi rem pignorare, † eò
quod in re propria pignus non conſiſtit, ad text. in l.
330 neque pignus, ff. de reg. iur. nò quia nomen † obli-
gatum non eſt debitoris, ſed creditoris ad tex. in l. poſt-
331 quam, §. idem tamen, ff. de vſufruct. ear. rerum, † quæ
vſu conſum. nec ſubſiſtit ſi diceretur, quod idem debi-
332 tor, & creditor non poterit contra † ſe ipſum agere;
quia facilius remouetur dubium, nam ſi non valet age-
333 re valebit tamen excipere, & retinere † ad tex. in l.
creditor la ſeconda in principio, ff. qui pot. in pignor.
hab. vt latius reſpondit hæc congerens Neguſant. cita-
to loco adnotans numero 24. competere creditori ad-
uerſus debitorem ſui debitoris pro nomine obligato,
334 actionem † perſonalem vtilem, & vtilem hipotheca-
riam, vt ex Bart. Salicet. & ex alijs latè docet Negu-
ſant. vbi ſupra rationibus per eum adductis, ſed de di-
ctis in hac ampliatione iterum habebitur ſermo infe-
rius num. 352. & ſeq.

Denique idem doctiſſimus Neguſant. num. 26. in lo-
co citato dubitando quærit, an principalis debitor, cu-
335 ius nomen fuit † per creditorem alteri obligatum,
poſſit ſoluere primo ſuo creditori, in præiudicium ſe-
cundi creditoris, & ſic creditoris creditoris, cui ſuum
erat obligatum nomen.

In hoc articulo, licet Neguſantius more ſolito do-
ctiſſimè examinando procedat, tamen nos, eo fideli-
ter relato, latius eundem examinabimus articulum,
tanquam ſatis forenſem, & practicabilem, tanto for-
336 tius, quia eius deciſio nouiſſimè pendet † in Sacro
Conſilio, in quo ego ſcripſi, & ſcripſerunt nonnulli pe-
ritiſſimi, verum oportet prius reaſſumere ſuperius di-
cta, eaque plenius comprobando.

Plenius itaque reaſſumendo extẽſionem dicas, quod
337 non ſolum poterit obligari nomen debitoris † ex-
preſsè, & ſpecialiter, prout & omnes res in commer-
cio hominum exiſtentes Alexan. de Ne 10. Caball. Can-
cer. Marcabr. & alij, quos probat Giurba deciſ. 117.
numero ſecundo, etiam ignorante debitore, & inuito
iuribus adductis per Giurbam, & nos ſuo particula-
338 ri loco dicemus; ſed etiam nomen debitoris venit † in
generali ſimplici bonorum obligatione, vt Doctores
citati in extenſione probarunt, ac receptiorem opinio-
nem dicit Pinell. ad Rubr. C. de bon. matern. parte
* prima numero octauo, communemq; etiam dicit Surd.
conſil. 4. nume. 21. libro primo, ac & fortius, quia no-
339 men futurum etiam venit in generali obligatione, † vt
poſt allegatos authores in dicta extenſione commu-
* nem dixerunt Neguſant. de pignorib. parte ſecunda
memb. quarto numero 165. & Surd. citato conſil. nu-
340 mero 22. loquentes in tacita generali, † & ſic in ca-
ſu maioris difficultatis, & generaliter venire nomina
debitorum in huiuſmodi obligatione, probauerunt in-
numeri authores, quos probat Seſſa deciſ. 122. tomo
ſecundo numero 8. 9. & ſequent. & ante eum alios con-
gerit Gaſpar. Theſaur. quæſtione ſecunda libro primo
in principio, & vbique omnes, & nouiſſimè, Barba-
tus de aſſiſt. præſtan. gloſſ. 5. numero decimo poſt hæc
ſcripta viſus.

Reſtringunt hanc extenſionem Doctores præcita-
341 ti, quando in obligatione bonorum dictum † fuiſſet
obligauit bona mobilia, & immobilia, nam ſtante il-
la mobilium, & immobilium bonorum ſpecie adie-
cta, non venire nomina debitorum tertiam, & diuer-
ſam ſpeciem ſignificantia, concludunt omnes per tex.
in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. prout
generaliter, & latiſſimè probant Tiraquell. de retract.
lign. §. 1. gloſſ. 7. quaſi tota Rebuff. & Alciat in l. mo-

uentium,

uentium, ff. de verbor. ſignific. & omnes inferius ci-
tandi, quicquid apud noſtrates controuertatur; addu-
centes nonnulla diſtinctionum capita; eò quod nomi-
na debitorum tertiam bonorum conſtituunt ſpeciem,
prout penes eoſdem authores crebriori, ac receptiori
opinione concluditur, de qua teſtatur Gaſpar Theſaur.
allegata quæſt. 2. num. 2. dicens in iudicijs receptam eſ-
ſe hanc opinionem, & ſecundum eam deciſum in illo
Senatu, & per hoc mobilium, & immobilium appel-
latione nequaquam cenſeri obligata nomina debito-
rum, probauerunt Neguſant. de pignor. par. 2. mem-
br. 2. nume. 9. Angel Ripa Rebuff. & alij, quorum com-
munem dicit Gaſpar. Theſaur. vbi ſupra num. 11. ita-
que deciſum teſtatur quicquid contra communem at-
tentaſſe Pinell. in dict. Rubr. C. de bon. mater par. 1. nu-
mero 29. prout veriſſimam hanc opinionem dixit Seſſa
in citata deciſ. 122. nu. 6. dixitque Ant. Faber de error.
pragmat. Decad. 5. err. 10. in principio, probauitq; Bar-
bat. vbi ſupra num. 16. & ſeq.

Modificatur reſtrictio, vt non procedat, ſi in obli-
342 gatione mobilium, & immobilium addatur † dictio
aliqua vniuerſalis, vt puta omnia bona mobilia, & im-
mobilia, quæcunque, vel alia ſimilis, quia tunc etiam
in tali obligatione continerentur nomina debitorum,
aliaque iura, & actiones Alciat. in d. l. mouentium, ff.
de ver. & rer. ſignif. Marſil. in l. vnius, §. cogniturum
colum. 4. de quæſt. & Couarruu. in ca. relatum 2. co-
lumna tertia de teſtament. quibus adduntur omnes ci-
tati per Tiraquell. in ſuperius citato loco numero 20. &
ſequent.

343 Contra modificationem reſponderunt omnes † au-
thores citati per Tiraquell. loco allegato num. 26. & in
ſpecie Iaſ. Dec. Cappel. Tholoſana Bart. Cranett. Corn.
Bertrand. & Guido Papa, quorum, & aliorum commu-
nem, & receptam ſententiam dicit Pinell. ad Rubr.
C. de bon. mater. par. 1. num. 31. dicens nume. 32. ca-
uendum ab Alciat. Couarruias, & alijs loquentibus
contra communem; magiſque communem hanc opi-
nionem dicit Borgnin. Caualcan. de vſufruct. mulier.
relict. nume. 83. verſ. iura autem, & ante eum Portius
Imola in ſuis concluſ. lib. 3. concluſ. 10. magiſque etiam
communem dicit Gaſpar Theſaur. d. q. 2. num. 4. vbi ſic
deciſum dicit.

Pro modificatione verò; (nonnullis allegatis) re-
ſpondit Ioſeph Seſſa, dicta deciſ. 122. numer. 6. dicens
Doctores allegatos contra modificationem, loquutos
344 fuiſſe in dictione vniuerſali † prolata à lege, reſpon-
dentes verò pro modificatione, loquutos in dictione
vniuerſali prolata ab homine, vt nos loquimur, & ſic
in terminis modificationis quodque ante Seſſam me-
minit obiter Tiraquell. vbi ſupra num. 29.

Quid tenendum?

Ego verò non video ſufficientem diuerſitatis ratio-
nem inter dictionem vniuerſalem prolatam à lege, &
345 illam prolatam † ab homine, cum natura illius vni-
uerſalis dictionis ſit totum comprehendere, ex infini-
tis relatis per Auguſt. Barboſ. de dict. dictione 207. &
nos ſuperius numero 153. alijs in ſimili probauimus;
ideo vis huiuſmodi dictionis non augetur, ſi illa
346 † prolata foret ab homine, nec diminuitur, ſi profe-
ratur à lege.

Secundò, & melius, nam Doctores dicentes, nomi-
na debitorum non contineri in diſpoſitione mobilium,
& immobilium cum dictione vniuerſali facta, quaſi
347 omnes loquuntur in diſpoſitione hominis † vltima,
vel inter viuos, vt apud eos eſt videre, prout vltra ci-
tatos contra modificationem, loquuntur omnes, quos
probat Cardin. Mantica de coniect. vltimar. volunt. li-
bro nono titul. 6. numero quarto, illa ratione, quia di-
348 ctio vniuerſalis † non mutat rei, cui adijcitur, ſigni-
ficationem Ripa, & Soccin. quos probat idem Man-
tica citato tract. libr. 7. titul. 8. numero quinto verſ. ad-
dito, quod dictio.

349 Tertiò, & fortius; nam quando obligatio † erit re-
ſtricta ad certas bonorum ſpecies, tunc generalitas, aut
vniuerſalitas dictionis poſitæ in tali obligatione regu-
latur ſecundum ſpeciem bonorum obligatorum, quo-
rum naturam nequaquam traſcendit, modo vt proba-
uimus ſuperius nume. 149. 150. & 153. ac 161. & ſe-
quent. obligatio enim hæc cõtinet ſpeciem certam mo-
350 bilium, & immobilium, quæ ſi habeat vniuerſalem di-
ctionem, non tamen tranſgreditur limites prædicto-
rum bonorum ex traditis in locis citatis; concluditur
itaque opinionem contra modificationem eſſe verio-
rem, & receptiorem.

Reſtringitur etiam regula, ſi obligatio reſtricta eſ-
351 ſet loco, quia tunc nomina debitorum † non circum-
ſcribuntur loco, vt penes Manticam Neguſant. Pinell.
& omnes præcitatos authores, videtur, & probat ſin-
gulariter hanc, & alias reſtrictiones, Ioſeph Seſſa deciſ.
Arag. 124. tota to. 2.

Pro comprobatione verò ampliationis Neguſantij
per nos notatæ ſuperius num. 328. & ſequent non con-
352 trouertitur, vt ego † valeam habere hipothecam in
meo proprio nomine, modo vt in dicta ampliatione
353 exemplificatum fuit, ideo habebo retentionem † vi-
gore dictæ obligationis, ita Corn. Soccin. & Neguſan-
tio allegatis, comprobat Sigiſmund. Scaccia de com-
merc. §. 2. gloſ. quinta num. 422. & 423. & ſecundo cre-
354 ditori, cui nomen obligatur † datur vtilis actio, vt in
citata ampliatione diximus, & probat Scaccia vbi ſu-
pra num. 418. ſed ſuper hac actione videndus Ant. Fa-
ber. de error. pragmat. loco ſuperius citato.

Infertur ideo ex hac ampliatione, vt in tantum ſit
illa vera, quod non ſolum meum nomen erit mihi-
355 metipſi obligatum, ſed etiam ero potior † in illo,
cuilibet etiam anteriori creditori quomodocunque hi-
pothecario, veluti ſi ſim debitor tui in 500. & ex alia
cauſa ſim creditor tui in cambio forſan, & ſine hi-
potheca in alijs 500. & Fabius eſt vtique creditor tui,
me autem anterior, in ſcutis 500. cum hipotheca, &
bonorum obligatione vniuerſali, tam bonorum om-
nium, quam iurium, & debitorum nominum; ego
tamen præferor in iſtis quingentis Fabio, quamuis Fa-
bius ſit anterior, & hipothecarius, illa ratione, quia
contracto hinc inde debito inter me, & te, ſit inter nos
356 compenſatio † ipſo iure ſine miniſterio hominis, ad
text. in l. 4. & l. ſi ambo. ff. de compenſ. l. ſi conſtat. C.
eodem titulo, & §. in bonæ fidei inſtitut. de action. qui-
bus iuribus, poſt Tindar. de compenſat. per eum cita-
tum, probat Sigiſmund. Scaccia de commerc. loco ſu-
perius citato nume. 424. & ſi aliam non addacat ma-
gis explicitam rationem, Scaccia niſi, quod ſi compen-
ſatio ſit ipſo iure, ego dicor mihimetipſi ſoluiſſe, vt ad-
notat nu. 431. verſ. ergo in caſu; tamen compenſatio
357 idem eſt, † quod ſoluere ad text. in l. ſolutionis, ff. de
ſolut. l. Iulianus ait, ff. de cond. & demonſtr. l. ſi debi-
tor, ff. qui pot. in pignor. hab. cum alijs iuribus, quæ
conge-

congeruntur per Bart. Caſtrenſ. & alios relatos per Se-
baſt Medic.de compenſ. parte prima numero ſecundo
in præfat. Surd.deciſ.117. numero primo Afflict.Grat.
& innumeri relati per Cartar. deciſ. 77. latius per Ca-
rol. de Graſſ. de except.except. 16. numero nono, &
ſequent.& latiſſimè per Pyrr. Maur. Aretin.de ſolut.ca-
pitulo ſecundo §. quinto, ideo ſi idem eſt compenſare,
& ſoluere, ergo ſoluendo primo creditori liberor à ſe-
cundo, cui nomen mei obligatum eſt, & ſic ſoluendo
mihimetipſi creditori per compenſationem diſſoluitur
obligatio nominis mei obligati altero creditori, licet
anteriori, ex ſuperius traditis; nec iſtud ſingulare dictum
358 turbatur ex his, quæ authores dicunt, nempe † com-
penſationem, & ſi ipſo iure concedatur illa, facto ho-
minis indigere; cum hæc compenſatio non ſit de illis,
quæ facto hominis indigent, nam ſi ea non fiat, com-
penſans pateretur damnum, ac ex alijs rationibus, qui-
bus ſoluendo obiectum vtitur Scaccia vbi ſupra nume-
359 ro 432.& ſequent.vbi de receptiori opinione, † quam
* comprobat Stephan. Gratian. diſceptat.forenſ.tom.5.
cap.948. numero primo, velim tamen prædicta, intel-
ligas, dummodo compenſationem petens, aut ille, con-
tra quem opponitur compenſatio non repreſentēt duas
perſonas, veluti ſi fuerit creditor nomine proprio, &
debitor nomine hæreditatis, vel ſocietatis, vt Bal. Vbal.
Papienſ. & Carol. de Graſſ. citatis probat Gratian. vbi
ſupra num.23 & ſequent.& ita ſatisfactum eſſe dijudi-
360 co propoſitis per Neguſant. & quando nomen † pro-
prium obligetur eidem debitori, & creditori Præſ. de
Franch.deciſ.53.

De nomine debitoris ceſſi latiſſimè tractatum fuit in
ſecundo cap.titulo tertio de lib.mercat. artic.3. nume-
ro 434. cum multis ſequentibus, & tractabitur in ma-
teria delegationis, & nouationis, ſuo particulari loco;
pro nunc remiſſiuè tantum congeram nonnulla, ad hāc
361 cauſam ſatis forenſia, nempe, exactio nominis † de-
bitoris quomodo fiat, Surd. conſ.4.in principio, & nu-
mero 21. cum ſequent.volum.1. ac conſ. 436. numero
vndecimo volum.3.Seſſa deciſ.123 & 133.volum.2.&
362 quo in loco † exigatur, ac ad quid teneatur Præſ. de
Franch.deciſ.93. 103. & 108. & de nomine dato in ſo-
363 lutum, quæ in eo conſiderentur † Præſ. vbi ſup. Mar-
lian deciſ.2.Surd.deciſ.326. nume. 42. ac plenius con-
ſil.441.numero ſexto, & ſeptimo, volum.3.Seſſa vbi ſu-
pra, & de exactione Stephan. Gratian. diſcept. forenſ.
c.507.tom.3. de emptione, in ſolutum datione, & ceſ-
ſione nominis Roderic. de ann.reddit.lib.2.quæſt. 21.
364 quomodo nomen obligetur † vendatur, aut cedatur
Giurba deciſ. 117. quomodo verò in obligatione mo-
bilium, & immobilium nomina debitorum veniāt Seſ-
ſa deciſ. 122. ſed latius Gaſpar Theſaur. quæſt. forenſ.
2.libro ſecundo, & de nomine æſtimato, aut non æſti-
365 mato † in dotem Coſta de rata, & portione quæſt.
209. & promittens nomen ceſſum eſſe bonum ad quid
teneatur Cęſar Manent.deciſ.54.& quomodo bona de-
366 bitoris † debitoris mei ſunt mihi obligata idem Ma-
nent.vbi ſupra, & deciſ.58 ſed de his iterum in Appen-
dice num.136.cum pluribus ſeq.

Circa verò prædicta, inſurrexit contra omnes au-
367 thores Ant. † Faber de err. pragmat. Decad.5.error.
10. vir ſubtiliſſimæ lectionis, dicens aberraſſe pragma-
368 ticos † dicentes creditorem poſſe perſonali vtili actio-
ne exigere nomen debitoris, ſeu debitorem ſui debito-
ris, nulla facta ceſſione, quodque dicit à recta iuris
ratione abhorrere; denique in eodem loco inuehit con-
tra alios pragmaticos ſupponentes debitorem debito-
369 ris poſſe exceptionem excuſſionis † proponere aduer-
ſus creditorem agentem, negans hoc in nomine debi-
toris expreſsè obligato, ſed admittens in nomine tacitè
obligato, aut authoritate iudicis executo.

Primum caput tactum per Fabrum, circa exigen-
dum debitorem debitoris abſque ceſſione, & ſi probe-
tur illud ſatis ſubtiliter, cum dicat ex cauſa pignoris nō
370 transferri † dominium in creditorem, ſed tantum di-
ſtrahendi dominij facultatem, & prius per hoc actio-
371 nem iure proprio, vel ex ceſſione creditor † habere
debet, quam vt eam exercere poſſit, & ſic diſtractionem
nominis tantum.

Contrarium tanquam verius ſuppoſuerunt innume-
ri authores, imò & executiuè contra debitorem debi-
372 toris † agere poſſe creditorem, ſi debitor debitoris ſit
confeſſus, vel inſtrumento cum guarentigia obligatus
poſt Angel. in l. à diuo Pio. §. ſic quoque, ff. de re iud.
Alex.Imol.& alios quam plurimos allegatos, firmaue-
runt Seſſa citata deciſ.123.Surd.d.conſ.4.nume.24. &
Stephan.Gratian.citato ſuperius cap.507.num.3.& ſe-
quent

Tu lector benignè teneas opinionem Fabri, tum ex
rationibus per eum adductis, tum etiam, quia vtili tan-
373 tum † actione agendum notauerunt magis commu-
* niter authores in l. nomen. C. quæ res pignor. obligar.
poſſ. vt ijdem authores citati fatentur, & ſi debitor con-
feſſus, aut obligatus ſit, vt ſupra, non per hoc contra
374 eum permittitur † directò agi, ſi illa directa oſſibus
ſui primi creditoris, in faciem cuius erat obligatus, ſit
affixa Iaſon de Act. §. omnium numero ſecundo, ideo
vtili hipothecaria agendum ſuper nomine hipothe-
cato.

Secundum autem caput tactum per Fabrum rari, &
pauci ex authoribus interuertunt, itaque veriſſima eſt
375 † opinio Fabri, quam prius tenet Bart. in dict.l. no-
men num.8.ac alij, quos probat Stephan.Gratian.dict.
cap.507.num.7.& num 20.

Reſoluit denique Neguſant. loco citato numero 29.
376 an fideicommiſſarius † particularis cui reſtitui debet
per legatarium res legata, poterit recta via agere contra
hæredem abſque ceſſione legatarij; nos autem de hac
reſolutione dicemus ſuo loco.

SVMMARIVM.

377 *Res communis indiuiſa poteſt obligari pro portione ob-
ligantis tantum.*

378 *Res communis indiuiſa obligata ab vno ſocio, ſi diui-
datur, etiam in parte ſocij, qui non obligauit cadit ob-
ligatio pro dimidia.*

379 *Socius dominus dimidiæ partis fundi obligati ab alte-
ro ſocio pro parte ſua tantum, poteſt prouocare ad
diuiſionem creditorem, cui dimidia altera obligata
fuit.*

380 *Creditor, cui fuerat res communis indiuiſa obligata ab
vno ſocio pro parte ſua, & cui prouocato ad diuiſio-
nem ab altero ſocio tota res diuiſorio iudicio remanſit,
non poteſt conueniri à debitore ſocio, vt dimidiam ſi-
bi reſtituat, niſi tota petatur.*

Credi-

381 Creditor conuentionalis poteſt prouocare ad diuiſionem ſocium dominum rei, cuius dimidia fuerat obligata ab alio ſocio. Et quid in creditore poſſidente pignus prætorium num.382.

383 Socius debitor, qui partem ſuam alteri ſocio hipothecauit, non poteſt ſocium creditorem prouocare ad diuiſionem, niſi prius hipotheca diſſoluatur.

384 Inter duos creditores inſolidum datur iudicium diuiſorium ſuper re communi, & indiuiſa pignori accepta.

385 Credita inter ſocios ipſo iure ſunt diuiſa.

386 Aeſtimatio rei communis indiuiſæ duobus creditoribus inſolidum obligatæ, inter ipſos creditores non debet fieri partium pro valore, ſed pro quantitate debita.

387 Socius, an valeat totam rem communem obligare creditori inſcio de ſocietate, eamque pro debito conſignare, & in ſolutum dare, ita vt alter ſocius non poſſit prouocare ad diuiſionem, & ſuam partem recuperare. ad partes per plures num.

Socius in qualibet parte rei communis habet ſuam partem, ibid.

388 Socius durante ſocietate non poteſt prouocare ad diuiſionem creditorem, cui fuerat res hipothecata, & in ſolutum data inſcio de ſocietate per alium ſocium, & ita deciſum in S.C.

389 Emptor ignorans ſocietatem emens ab vno ex ſocijs, non priuatur iure ſuo.

390 Socio vendente rem communem, qui tamen putat conſocium debere conſentire, venditio iudicatur valida etiam pro parte tangente ſocium non vendentem.

391 Deciſio Sac. Conſ. ſuper validitate venditionis factæ ab vno ſocio reuocatur in dubium, ſed confirmatur numero ſeq.

392 Societate durante, & fratrum communitate non poteſt conſiderari quanta ſit vnius ex ſocijs, vel fratribus pars ratione incertitudinis, & futuri euentus.

393 Frater, aut ſocius nunquam poſſent pro ipſorum communibus indigētijs extrahere res communes, ſi ſemper requireretur conſenſus alterius fratris, vel ſocij.

394 Socius non poteſt vltra ſuam partem de re communi immobili alienare ſecundum Bart.in l.nemo, ff.pro ſoc. attento caſu d.l.nemo.

395 Socio, aut fratre vendente rem communem abſque conſenſu alterius ſocij, vel fratris culpa, vel dolo tunc alter ſocius, vel frater poteſt recuperare ſuam partem.

396 Frater, vel ſocius poſſunt alienare rem communem, ſi tamen præſupponant cōmuni vtilitati expedire, & verè à principio appareat expedire, etiam ſi poſtea damnum ſequatur, aliàs venditio reſcinditur quo ad partem alterius num.397.

398 Frater, aut ſocius non poſſunt rem communem alienare contradicente altero fratre, aut conſocio.

399 Socio, aut fratre vendente rem communem, ſi vnus ipſorum promittat ratificationem alterius fratris, vel ſocij, ipſis non ratificantibus retractatur venditio pro parte ſocij, vel fratris non vendentis.

400 Dominium partis ſocij non vendentis non transfertur in emptorem ementem ab altero ſocio, qui conſocij ratificationem promiſit.

401 Emptor, qui emit rem communem duorum ab vno ſocio promittente ratificationem alterius, ſi ille non ratificet, ſed partem ſuam petat, poteſt totam rem renunciare.

402 Alienatio rei communis immobilis facta per vnum ex ſocijs tunc valet quoad alterum ſocium, ſi res illa erat deſtinata venditioni, vel communitati expediebat illam vendi.

Socius poteſt alienare rem communem, ſi ſibi ſit expediens, & conſocio non ſit damnum, ibid.

403 Socius poteſt alienare rem communem per traditionem, non autem obligare.

Res aliena poteſt vendi non autem obligari, ibid.

404 Fiſcus ex priuilegio poteſt rem communem cum alio in totum alienare, vel obligare, quamuis pars fiſci eſſet modica num.405.

406 Fiſcus poteſt alienare, vel obligare rem communē cum alio, etiam ſi ſit diuidua, dummodo interſit fiſco totam obligare, vel alienare.

407 Fiſcus poteſt rem communem cum alio totam in feudum, vel emphiteuſim dare, aut locare.

408 Qui poteſt, quod eſt plus, poteſt quod eſt minus.

409 Fiſcus poteſt in totum vendere bona ſibi obligata pro parte à debitore, quamuis illa erant communia cum alio ſocio non debitore ipſo inuito, ſi tamen fiſcus non valeat in alijs bonis non communibus ſuum cōſequi creditum num.410.

411 Fiſcus poteſt deſtruere totam domum propter delictum alicuius, quamuis illa domus erat communis cum alio non delinquente.

412 Fiſcus poteſt vendere rem communem cum alio, ſed requiſito ſocio, ad hoc, vt ſi ſocius velit tantundem offerre quantum alius obtulit, poſſit rem illam ipſe accipere.

RES COMMVNIS QVANDO obligari poſſit.

EXtenditur quartò principalis regula ſecundum ordinem eiuſdem Neguſant.in d.3.memb.2.par.nu-
377 me.36.vt procedat non ſolum quando † res obligata eſt tota obligantis, ſed etiam ſi debitor habeat illam communem pro indiuiſo cum alijs, eo quod poterit eandem obligare pro ſua portione tantum ad text. in l. vnica. C. ſi commun.res pignor.dat.ſit, & poſt Neguſ. probat Felicius de ſociet.c.28.num.10.

Ampliatur extenſio, vt procedat etiam ſi illa res cōmunis per vnum ſocium obligata diuidatur inter eos,
378 quia etiam † in dimidia aſſignata illi, qui non obligauit adeſt dimidia obligata, eò quod in qualibet dimidia erit dimidia obligata pro indiuiſo, & ſic in qualibet parte, licet minima, quolibetque ceſpite ad text.in l. ſi conſenſit, §.fin. ff.quib.mod. pign.vel hipoth.ſolu. vbi Bar.cum alijs citatis per Neguſ. vbi ſupra nu.37.Io. de Amic.conſ.20.nu.15. Granut.& alij, quos probat Felicius loco allegato num.31. probatque Manent.dec.20. num.39.

Ex hac ampliatione infertur, quod ſocius alterius di-
379 midiæ non obligatæ dominus poterit prouocare † ad diuiſionem creditorem, cui reliqua dimidia obligata fuit, & ſi fortè tota res diuiſorio iudicio adhibito, remaneret creditori, tunc debitor ſuam dimidiam non
380 poſſet recuperare à creditore, niſi totam peteret † ad text. in l.communi. §.ſi debitor, vbi Bar. ff. commun. diuid.ac Neguſant.vbi ſupra num.39.prout & creditor conuen-

conuentionalis poterit etiam ipſe prouocare dominum
381 † ſocium ad diuiſionem, vt probat Neguſ.nu.40.quid
382 autem in creditore poſſidente pignus † prætorium,
idem Neguſ.numer.ſeqq.

Prout nec ſocius creditor hipothecarius alterius ſo-
383 cij; poterit prouocari, & moleſtari † ad diuiſionem in-
ſtante altero ſocio debitore, niſi prius hipotheca diſſol-
uatur, Neguſant.in citato loco, num.44.
384 Infertur ſecundò, quod inter duos creditores † inſoli-
dum datur iudicium diuiſorium inter eos ſuper re com-
muni, & indiuiſa, per eos pignori accepta ad text.in d.l.
communi, §.inter eos, Neguſ.vbi ſupra, nu.38 eò quod
385 credita inter ſocios † ipſo iure ſunt diuiſa, & cuilibet
rata debetur, Coſta de ration. rat.q.99.nu.8.& in præ-
386 dicta diuiſione non fiet æſtimatio † partium pro va-
lore; ſed pro quantitate debita Neguſant.vbi ſupra.

Sed ſingulariter quæritur, an ſi ſocius obligauerit to-
tam rem creditori inſcio de ſocietate, eamq. pro credi-
to demum conſignet in ſolutum dicto creditori, vtrum
387 alter ſocius † valeat ſuam recuperare ratam, pro affir-
matiua opinione poſſunt allegari omnia ſuperius dicta,
quia hic ſocius in qualibet parte habet partem, poterit-
que creditorem ad diuiſionem prouocare.
388 Pro negatiua verò opinione, durante † ſocietate re-
ſpondit Franc.de Amic.tit.de ijs qui feud.dar.poſſ.§.&
hanc theoricam, itaque eum obtinuiſſe in Sacr. Conſil.
ratione incertitudinis dominij, vt eum refert Io. Bapti-
ſta Toro in compendio deciſionum Regni.ver.frater,
fol.242.

Comprobatur hæc deciſio ex adductis per Caſſan.cōſ.
389 57.nu.4. qui dicit emptorem ignorantem † ſocietatē
ementem ab vno ex ſocijs non priuari iure ſuo, ne ipſe
decipiatur, quem probat Anton.Monach.deciſ.Bonon.
45.num.10.

Comprobatur ſecundò, nam ſocius vendens rem cō-
390 munem putans conſentire debere conſocium † vendi-
tio iudicatur valida, nec pro rata, tangentem ſociũ non
vendētem, reſcinditur, ſed in totum valida redditur, Se-
nat.Dolan.deciſ.116.tota.

Deciſio Sac.Conſ.relata per Franc.de Amic.& demũ
citata per Ioan. Baptiſta de Toro dura mihi videtur, eò
391 quod nullus ex ſocijs † poteſt plus parte ſua alienare,
etiam ſi fuerit omnium bonorum ſocius ad text.in l.ne-
mo ex ſocijs, ff.pro ſocio, & l.1.l.portionem, ac tot.titu-
lo C.de comm.rer.alienat.vbi Bal.Salic.ac reliqui.

Sed re funditus conſiderata dico opinionem Franc.de
Amicis, Sacriq. Conſ.deciſionem ſingularem, & omni-
nò veram eſſe, illa ſatis notabili ratione, qui durante fra-
392 trum communitate, & ſocietate † quanta ſit cuiuſque
fratrum pars conſiderari non poterit ratione incertitu-
dinis, & futuri euentus; nam ſi durante cōmunione dice
retur, quod frater haberet partem certam, & plus parte
ſua ſocius alienare non poſſet, nunquã frater maior, aut
393 alter ſocius extrahere poſſent † pro eorum indigentijs
& familia, quæ extrahuntur, vt his cōſideratis idem fir-
mat Felicius de ſociet. cap.26.nu.32.& per hoc notabi-
liter more ſuo Sac.Conſ.iudicauit alienationem rei com
munis factam per fratrem maiorem durante commu-
nione ratione incertitudinis dominij non poſſe retra-
ctari per fratrem minorem.

Attamen Bar.in d.l.nemo, ff.pro ſocio indiſtinctè de-
terminat, ſocium non poſſe vltra ſuam partem alienare
394 † de re communi immobili, attento caſu dictæ l. ne-
mo, ideo ego dico veram eſſe deciſionem Sacr.Conſ.ob-
tentam per citatum Doctiſs. Franc. de Amicis, ſed cum
infraſcriptis modificationibus.

Primò enim modificatur, vt nō procedat quando fra
395 ter, aut ſocius venditor, dolo, aut culpa vēdidiſſet † ha-
bita videlicet ratione ad proprium commodum; pro-
priumque intereſſe fraudando ſocium, ita gloſ. Bart. &
omnes in d.l.nemo ac Felic. in d.cap.26. nu.32. qui ita
intelligendum tex.in d.l.nemo dicit, vel alio aliquo mo
do de dolo, aut culpa appareat.

Modificatur ſecundò, illatiuè ad primam modifica-
396 tionē, vt frater alienans præſupponat facere † id, quod
communi vtilitati expediat, nec appareat euidenter de
damno alterius fratris, vel ſocij non conſentientis, quã-
397 uis demum damnum ſuccedat, † nam ſufficit à princi-
pio videri expediens communitati; ita adnotatur ex di-
ctis per Senat.Dolan.in allegata deciſ.116. num.5.
398 Modificatur tertiò, vt non procedat † contradicente
alio ſocio, gloſ.in d.l.nemo, ac Bar. & reliqui.

Modificatur quartò, vt non procedat, quando per fra-
399 trem, vel ſocium † vendentem promiſſa eſſet ratifica-
tio alterius ſocij; quia tunc ceſſat tacitum mandatum,
& prouiſio huiuſmodi facit ceſſare præſumptum mãda-
tum, taliter quod illo non ratificante retractatur vendi-
tio pro parte ſocij, ſi ſocius partē tantum petat, & em-
400 ptor conſentiat, eò quod dominium illius partis † non
fuit translatum, d.l.portionem, vbi Bal.& Salic. Cod.de
com.rer.alienat.verum ſi emptor nollet ſtare emptioni,
niſi tota res ſit empta; aut ſocius totam peteret cũ con-
tractus non eſſet factus, niſi tota res alienata eſſet; tunc
401 in totum venditio retractaretur, † vt latè diſcuſſo arti-
culo docet Steph.Gratia. tom.4.diſcep.foren.cap.752.
num.66.67.68 & ſequent.vbi innumeros citat, vt deci-
ſum refert.

Modificatur quintò, in alienatione rei immobilis, vt
illa res ſit deſtinata ad venditionem, vel expediat com-
munitati, & ſocietati illius venditio, aut nequaquam ſit
402 damnoſa alijs fratribus; vt valida † iudicetur vendi-
tio; aliàs iudicio meo nō ſubſiſteret, quia ſocius faceret,
quod nequaquam comprehenſum eſſet in tacito mãda-
to; & citra deſtinatum ſociale vſum re communi vtere-
tur contra communes ſocietatis regulas, itaq. intellige-
rem deciſionem Bar. in d. l. nemo poterit tamen ſocius
vendere ſi ſibi ſit expediens, & ſocio non ſit damnum iu
ribus, & doctoribus adductis per Felicium de ſociet.cap.
* 28.num.35.vbi de communi teſtatur.

Modificatur finaliter procedere deciſionem Sac.Cōſ.
403 in alienationibus traditione firmandis † nempè in vē-
ditionibus; ſecus verò in obligationibus, quia in his di-
ſponitur, alienam rem nequaquam obligari poſſe, licet
vendi, ad notata poſt Bar.in l.rem alienam ff.de pigno.
action.per Neguſant.d.par.2.mem.3.num.52.& ſequ.
& de diuerſitatis ratione num.58.& nos inferius dice-
mus.

Reſtringitur, & limitatur quarta principalis extenſio
poſita ſuperius num.377.ac & modificatio proxima, vt
non procedant in fiſco, qui ex priuilegio poterit rē com-
404 munem cum alio † in totũ obligare, vel alienare quo-
modolibet ad tex. in l.1.C.de vend.re fiſc.com.cum pri
uat.lib.10.glo.Bal.& Salic.in d.l.vnica, C.ſi commu.res
pign.dat.ſit, vt probat Neguſ.in citato memb.3.nu.36.
& ego addo tex.in l.2.C.de comm.rer.alien.

Extenditur hæc reſtrictio vt procedat quamuis fiſcus
405 † modicam haberet partem in re communi ad text. in
d.l.1. vbi Doctor.

406 Extenditur ſecundò, etiam ſi res ſit † diuidua dummodo interſit fiſco totam rem obligare, aut vendere reſpectu forſan maioris pretij Bart. & gloſſ. in eadem l. 1. ac alij, quos probat Felin. in c. quæ in Eccleſiarum num. 73. de conſtit.

407 Extenditur tertiò, etiam ſi fiſcus velit dare † totam rem in feudum, ſeu emphiteuſim, aut locare, Bald. conſ. 336. incipiente, præmitto, lib. 5. quicquid in contrarium adducat Peregr. de iur. fiſci, lib. 6. tit. 4. nu. 32. eò quod verior eſt Baldi opinio, quæ comprobatur ab argumento à fortiori; nam ſi fiſcus poteſt quod eſt plus, nempè rem communem totam alienare, & vendere, poterit tā-
408 tò fortius quod eſt minus † data eius vtilitate, ſcilicet, in feudum, & emphiteuſim concedere.

Extenditur quartò etiam ſi fiſcus habeat partem bo-
409 norum † ſui debitoris obligatam, tunc bona; ratione ſuæ hipothecæ, poterit in totum vendere, inuito altero habēte dominium pro altera parte Bal. Dec. & alij, quos probat Peregr. loco citato dicens ſic fuiſſe iudicatum, & demum per ſupremam ſententiam confirmatum.

Modificatur tamen hæc extenſio ſecundum eundem Peregr. vbi ſup. dicens hanc eſſe maximam extēſionem,
410 vt ea non procedat † ſi fiſcus in alijs bonis non cōmunibus valeat ſuum conſequi creditum.

411 Extenditur finaliter, vt valeat fiſcus deſtruere nō † ſolum partem domus alicuius ob delictum, ſed etiam totam domum, ſi illa communiter per delinquētem cum alijs teneatur; ſed de veritate huius extenſionis videndi ſunt Bart. in l. Atheius §. de eo opere, ff. de acq. pluu. arc. Iſern. in c. 1. §. de receptatorib. de pace iuram. firm. Afflict. in conſtit. nomē & normam Pet. de Vbal. de duob. fratr. par. 8. nu. 26. & Aret. conſ. 110.

Sublimitatur & ſubreſtringitur hæc reſtrictio, & limitatio modis prædictis extenſa, vt procedere habeat dū-
412 modo fiſcus † vendat requiſito ſocio, & conſorte, ad hoc vt ſi ille tantundem offerat, quantum alius obtulit, præferatur, ita Bal. in allegata l. 2. C. de comm. rer. alien. & ſequuntur Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloſ. 18. nu. 6. & Felicius de ſociet. citato cap. 28. nu. 11. qui ſeqq. numer. hæc omnia fideliter congerit.

SVMMARIVM.

413 *Bona, quæ noſtra nunc non ſunt, ſed futura ſunt, vt fructus, partus ancillarum, &c. poſſunt obligari.*

414 *Fructus ex bonis noſtris naſcituri habitu, & aptitudine ſunt in bonis noſtris.*

415 *Fructus naſcituri poſſunt obligari, ſi res, ex qua naſci debent, ſit in bonis obligantis tempore obligationis, de veritate, num. 417. cum plur. ſeq.*

415 *Fructus futuri, vel fetus pecorum, &c. poſſunt obligari, ſi tamē erant nati, ſeu ſaltem concepti, vel ſati tempore obligationis apud ipſum debitorem obligantem, ſecus ſi apud alium, nu. 416.*

417 *Futura ſi veniunt in generali obligatione multò fortius in ſpeciali venient.*

418 *Obligatio rei futuræ intelligitur cum conditione, ſi ſcilicet fuerit debitori quæſita res.*

419 *Res aliena pignori data, ſi à debitore acquiratur, pignoris obligatio ex æquitate conualeſcit.*

420 *Bona dicuntur præſentia non futura, quæ extant tempore obligationis.*

421 *Obligatio de omnibus fructibus ex bonis alicuius naſcituris dicitur generalis.*

422 *Obligatio de omnibus fructibus naſcituris ex eius bonis, vel de fructibus ſuorum bonorum dicitur generalis.*

423 *Obligatio de fructibus pendentibus ex agris debitoris dicitur ſpecialis.*

424 *Fetus pecorum obligati, ſi ipſi alios, alij tertios, &c. procreauerint, an omnes veniant in obligatione ſi probatum fuerit, pecora eſſe in bonis debitoris tempore obligationis.*

425 *Infinitas eſt tollenda, & 317.*

426 *Partus, poſtpartus, & alij ſequentes nō dicuntur fuiſſe in bonis debitoris tempore obligationis, ſi nati ſint poſt obligationem.*

427 *Partus poſtpartus, & deinceps veniunt in obligatione ſi prima pecora erant in bonis debitoris tempore obligationis.*

428 *Partus ancillarum, & fetus pecorum augent hæreditatem, & ſeq.*

429 *Minus præiudiciale eſt, quod auget obligationem, quam quod hæreditatem.*

30 *Partuum partus &c. veniunt in petitione hæreditatis, & ſequen.*

431 *Iudicium idem eſt faciendum de obligatione quoad partus partuum, ac de petitione hæreditatis.*

432 *In actione quod metus cauſa, veniunt partus, poſtpartus & alij, &c.*

Partus poſtpartus veniunt in actione quod metus cauſa ibidem.

Intellectus tex. in l. ſed & partus, ff. de eo quod met. cauſ. ibidem.

433 *Infinitas tolleratur in obligationibus, quia agitur de modico præiudicio.*

434 *Infinitas non tolleratur in reſtitutione hæreditatis.*

435 *Infinitas nō tolleratur, quando ex infinitate reſultat magnum partis præiudicium. 324. & ſeq.*

436 *Idē iudicium quod datur de principali re datur de acceſſionibus omnibus.*

437 *Fructus omnes veniunt in conſideratione principaliter apud contrahentes, & propterea iure actionis petuntur.*

438 *Fructus augent dotem.*

BONA FVTVRA QVÆ, ET QVANDO veniant in obligatione.

EXtenditur quintò, & vltimò principalis regula, huius ſeptimi quæſiti, propoſita ſuperius n. 290. proce-
413 dere etiam in bonis, quæ † noſtra nūc non ſunt, ſed futura ſunt, nempè fructus pendentes, partus ancillarum fetus pecorum, & huiuſmodi, qui obligari etiam poſſūt ad tex. vbi gloſ. & Bar. in l. & quæ nondum, ff. de pignor. probat his adductis Neguſ. de pignor. citata p. 2. mem. 3. num. 45. ampl. 6. illa ratione, quia fructus ex bonis no-
414 ſtris naſcituri † habitu, & aptitudine ſunt in bonis noſtris; quia illos habere poſſumus; prout etiam probauimus ſupra num. 154. extenſ. 3.

415 Modificatur extenſio, vt procedat ſi res † principalis, ex qua fututę erāt naſciturę, vt puta ancilla, ex qua partus naſciturus erat; eſſet in bonis debitoris obligantis tēmpore obligationis, ad text. in l. potior, §. ſi de futura, vbi gloſ. & Bar. ff. qui pot. in pign. &c. & Neguſan. citato 3. membr.

membr.numero 45.verſicul.intellige.
416 Modificatur ſecundò,vt procedat dummodo † futu-
ræ res, quæ obligantur eſſent natæ, vel ſaltem ſatæ, ſeù
conceptæ tempore obligationis apud ipſum debitorem
obligantem, ſecus verò ſi apud alium, ita gloſ. in d.§.ſi
de futura,approbata ibi per Bar. & Salic. ac Neguſ. vbi
ſupra verſ item dummodo,& ego addo text.in l.ſi con-
uenerit la ſeconda,§.ſi fundus,vbi glo.& Doct.ff.de pi-
nor.act.ac l.Paulus §.1.ff.de pignor.vbi Doct.& gloſſ.

Contra has modificationes facit, nam ſuperius, ex l.
fin.C.quæ res pign.oblig.poſſ.quam citauimus ſuperius
nu.59.ibi probauimus,ac nu.327. & 337.cum ſeq.bo-
na etiam futura venire in generali obligatione, tam ex-
preſſa quam tacita, quid enim fortius quando ſpeciali-
ter,& nominatim obligantur bona futura,vt in caſu no
417 ſtro,ideo ſi fructus naſcituri † obligantur nihil refert,
ſi res,ex qua fructus naſci debent erat in bonis debitoris
tempore obligationis eò quod ſufficit in futurum illam
rem acquiri per debitorem, vt illa connumerari valeat
inter res obligatas.

Comprobatur hoc contrarium,nam deducitur ex ge
nerali obligatione comprehendente etiam futura,quod
cum ea concepta ſit,non erit neceſſarium creditori, qui
res futuras obligatas perſequitur probare eas fuiſſe in
bonis debitoris tempore obligationis,eò quia intelligi-
tur contracta ſub conditione,ſi poſtea debitori fuerint
418 † quæſita,ad text in l.1.& in allegata l.& quæ nõdum
ff.de pignor.& d.l.fin. C. quæ res pignor. oblig. & pro-
bat Cardin.Mantic.de tacit.conuent.lib.11.tit.4.num.
5.tomo 1.

Comprobatur ſecundò, nam ſi aliena res pignori da-
ta fuerit,(quæ dari prohibetur,vt ſuperius nu.403.mo-
dific.vlt.diximus & inferius dicemus,)& poſtea fiat de-
419 bitoris, qui pignori dedit,tunc † ex æquitate pignoris
obligatio conualeſcit,ad tex.in l.cùm res C. ſi aliena res
pig.data ſit,vt latius ſuo loco dicemus; fortius enim ve-
nit in obligatione ſpeciali id quod naſcitur ex re, quæ
non erat in bonis obligantis tempore obligationis,quæ
poſtea acquiſita fuit per debitorem d. l. fin. & l. & quæ
nondum.

Obſtaculum hoc eiuſque comprobationes facili ne-
gocio reſoluuntur, eò quod illa procedunt in generali
obligatione, in qua futura veniunt abſque probationis
requiſito,vt illa futura erãt tempore obligationis in bo-
420 nis obligantis,& ratio rationis erit,quia futura † tunc
non eſſent, ſed præſentia,ſi tempore obligationis exta-
rent; at nos loquimur in obligatione ſpeciali,in qua re-
quiritur, vt res ſpecialiter obliganda ſit de præſentibus,
& quæ in bonis obligantis tempore obligationis erat ad
text.in d.l.1.ff.de pignor.vbi Doct.& in d.l. & quæ nõ-
dum eodem titulo,§.1.ac nos diximus ſuperius, n.210.

Sed adhuc iudicio meo reſponſio non ſatisfacit, eò
quia debitor obligando fructus naſcituros ex eius bo-
nis,videtur futura bona obligare, & potius dicetur nũc
generalis,quã ſpecialis, ideo ſi aliquis obligaret ſuo cre-
ditori omnes fructus ex ſuis bonis naſcituros,eſſet obli-
421 gatio † generalis,& nõ ſpecialis,at in caſu noſtro,tex.
in d.l & quæ nondum; & d. §. ſi de futura, videntur lo-
qui in generali obligatione ex prædictis, ideo contraria
illæſa remanent.

Attamen vt clarius difficultates tollantur, duo ſunt
diſtinguendi caſus, & illorum hic primus videlicet, aut
debitor obligauerit omnes fructos naſcituros ex eius bo
nis,vel dixerit fructus eorum bonorum,& tũc ſine ſcru-
422 pulo hæc diceretur generalis † fructuum futurorum
obligatio, quæ non deſideraret probationem, vt res, ex
quibus fructus naſcituri ſunt, eſſent in bonis debitoris;
quia ſufficit in futurum acquiri ex ſuperius traditis,& in
generali fructuum diſpoſitione probat Gratia. diſcept.
foren.tom.2.cap.283.nu.1.

Aut,& ſecundò debitor obligaſſet fructus pendẽtes;
ex agris,partus ſuarum ancillarum fętus pecorum, & ſi
423 miles, tunc diceretur hæc † obligatio ſpecialiter con-
tracta,dum ſpecialis hipotheca etiam dicitur illa,ex qua
obligantur certa bonorum genera,etiam ſi multa ſint,
vt notauimus ſuperius num.205.& in hoc caſu loquitur
text.in d.§.ſi de futura,vbi de partu ancillæ loquitur,nõ
mirum ideo ſi probandum erit,ancillam ſpecialiter nõ-
minatam fuiſſe in bonis debitoris tẽpore obligationis.

At eleganter,ex ſuperius dictis,dubium deducitur,&
proponitur ſi eſſent obligati fętus pecorum,probatum-
que eſſet pecora tempore obligationis eſſe in bonis de-
424 bitoris,† & tamẽ fętus, & partus illi, alios procreaue-
runt, alijque alios vſque ad tertiam, vel quartam pro-
creationem,aut infra eſſent ne partus & poſtpartus om-
nes obligati? quia forſan horum appellatione veniant
omnes futuri partus?
425 Pro negatiua opinione poterit elici infinitatem † eſſe
tollendam ad notata ſuperius num.317.ne ex infinitate
inconueniens oriatur.

Secundò & fortius, nam ſuperius probauimus quod
ad efficaciam obligationis ſpecialis requiritur, quod
res obliganda tempore obligationis ſit in bonis debito-
426 ris,ideo partus,& poſtpartus † ac alij ſequẽtes nequa-
quam tempore obligationis erant in bonis debitoris er-
go,&c.

Comprobatur,ſeu potius clarificatur hoc, nam ideo
fętus pecorum, aut ancillarum poſſunt obligari. d. l. &
quæ nundum,eò quod pecora,& ancillæ erant in bonis,
debitoris tempore obligationis, d.l. potior §. ſi de futu-
ra,at fętus,ex quo naſcitur alter fętus nequaquam tem-
pore obligationis erat in bonis debitoris ergo,&c.
427 Pro affirmatiua verò opinione † & verius poſſunt ad-
duci omnia,quæ notauimus ſuperius nu.320.cum mul-
tis ſequentibus, quæ deſeruiunt ad tollendum primum
fundamentum pro contraria negatiua opinione addu-
ctum.

Comprobatur hæc affirmatiua opinio,ex qua cõclu-
ditur,venire omnes fętus,qui ex pecoribus, aut ancilla,
& ex illorum primis, ſecundis, & ſeqq. fętibus naſcun-
tur,in hac obligatione;per text. in l. item veniũt §.item
nõ ſolũ,ver. fructus autem omnes,ff.de petit. hæred.vbi
428 probatur partus ancillarum augere hæreditatem, † ita
& ſimiliter partus, & poſtpartus augere obligationem,
& eò fortius,quia minus præiudiciale eſt id quod auget
429 † obligationem, quam id quod auget hæreditatem vt
inferius demonſtrabitur in 4. comprobatione.

Comprobatur ſecundò per tex.in l.ſed & ſi lege §. ſi.
l.quod ſi oues,& l.ancillarum;quem ſequuntur, ff.eod.
tit.de pet.hæred.vbi nõ ſolũ partus, ſed etiam partuum
430 † partus veniunt in petitione hæreditatis, vt in dd. ll.
quod ſi oues, & l.ancillarũ, precipuè probatur,ex quib.
iuribus probatur,idem dari iudicium de fętu alterius fę-
tus quod dabitur de ipſo fętu,& partu; ſic enim nos idẽ
431 iudicium faciendum dicimus† de obligatione partuũ
ex partu, quod faciendum ſancitur de obligatione pri-
mi fętus, & partus,quia maior ratio cum obligatione
concurrit, vt ſupra tetigimus.

Comprobatur tertiò per text. l. ſed & partus, ff. de eo
quod met. cauſa, qui magis probat hanc noſtram opi-
nionem, vbi Iurecon. in illa actione dicit non ſolum par-
432 tus, & fętus † ancillarum & pecorum venire, ſed
alios poſt partus, per illud verbum in d. l. poſitum, ſcili-
cet, *& fructus reſtitui, & omnem cauſam oportet*; vt de-
clarat gloſ. ibi in ver. cauſam; idcirco in obligatione ve-
niunt non ſolum primi partus, ſed & reliqui in infinitũ
tanquam de cauſa per hunc tex.

433 Comprobatur quartò, nam infinitas tolleratur † in
obligationibus, eò quod de modico agitur præiudicio,
vt in obligatione futura veniant, Bart. in l. ſi ita legatum
num. 4. verſ. fallit. ff. de aur. & arg. legat. probatq. Card.
Mantica citato tit. quarto, num. 2. quod non eſt in hæ-
434 reditatis † reſtitutione reſpectu hæredis, aut alterius
poſſeſſoris, vt arguitur ex text. in l. fideicommiſſa, §. ſi
quis alicui decem, ff. de leg. 3. quo text. monetur ſpecu-
lator, ad probandum vt infinitas tollatur, quem citaui-
mus ſuperius num. 317. idcirco quando ex infirmitate
435 reſultat magnum partis præiudicium, tunc illam † non
dari diximus ſuperius nu. 324. & 325. ex hac enim com-
probatione tollitur primum fundamentum pro cõtra-
ria opinione adductum de infinitate.

Nec officit huic affirmatiuæ opinioni ſecundum fun-
damentum cum eius comprobatione notatum ſupra
num. 426. quia ſufficit eſſe in bonis obligantis rem, ex
qua fructus naſcuntur tempore obligationis, vt dicatur
eſſe in eiſdem bonis omne, id quod in augumentũ eiuſ-
dem rei in infinitum demum veniat, quia idem iudiciũ
436 † datur de principali re, quod datur de omnibus acceſ-
ſionibus, & cauſis ex illa re naſcituris, vt probatur in ter-
minis horum partuum in omnibus allegatis iuribus, &
in ſpecie in d. l. ſed & partus.

437 Finaliter adnotandum erit, hos fructus † principali-
ter in conſideratione apud contrahentes venire, ſatis no
tum eſt, eò quod iure actionis in iudicio ſolent peti, vt
tradidimus ſuperius cap. 3. tit. 1. nu. 74. & 75. & ſequen.
438 Vbi augent dotem, & principaliter, ac iure † actionis
deberi demonſtrauimus, ideo concluditur hãc noſtram
opinionem ſatis iuribus, & rationibus eſſe probatam, &
proinde veriorem.

SVMMARIVM.

439 *Rer litigioſa ſicut non poteſt alienari, ita nec obligari.*

440 *Res religioſæ, & ſacræ non poſſunt obligari, ſicut nec aliæ res, quæ non ſunt in commercio noſtro.*

441 *Bonu pupilli neq. cum tutore obligari poſſunt abſque iudicir decreto.*

442 *Bona pupilli, vel minoris non poſſunt obligari, etiam ſi ipſis res vendatur cum pacto, vt non ſoluto pretio res illa ſit venditori pro pretio obligatu.*

443 *Res vendita pupillo, vel minori non poteſt obligari venditori pro pretio ipſius rei non ſoluto; etiam cum tutoris, aut curatoris authoritate, cum multis ſequen. de veritate, &c.*

444 *Tex. in l. 1. §. fin. ff. de rebus eorum, irrationabilis durus, & rigoroſus à Doctoribus appellatur.*

445 *Res vendita minori, aut pupillo cum tutore, aut curatore, cum pacto incontinenti tamen adiecto, quod donec pretium ſoluatur, ſit ipſa venditori ſpecialiter hypothecata, rectè obligatur ſecundum aliquos.*

446 *Pactum de retrouendendo incontinenti tamen appoſitum in re vendita pupillo valet abſque decreto.*

447 *Intellectus text. l. 1. §. final. & l. 2. ff. de reb. eorum; cum pluribus ſeq.*

Intellectus tex. l. 2. ff. de reb. eorum; ibid. cum plurib. ſeq. ſed verus, num. 485. ex authore.

448 *Pactum, & obligatio in re venditu minori, vt illa ſit hypothecatu pro pretio non ſoluto, etiamſi à principio ponatur, non valet, de veritate, nu. 456.*

449 *Barboſæ intellectur ad l. 1. §. fin. & l. 2. ff. de rebus eorum.*

Pactum appoſitum in contractu venditionis pupillo factæ, ſi ſit dominij diminutiuum quodammodo & reſolutiuum, vt pactum de retrouendendo, debet obſeruari per minorem ſi incontinenti apponatur, ibid.

450 *Minor non dicitur ſimpliciter effectus dominus rei ab ipſo empta cum pacto de retrouendendo, vel alio ſimili.*

451 *Pactum appoſitum in contractu venditionis pupillo factæ, ſi dominium nõ reſpiciat, vt eſt hypotheca non ſuſtinetur, contra 456.*

452 *Bona minoris nulliter obligantur, abſque decreto, etiam ſi pactum incontinenti fuerit appoſitum in contractu venditionis factæ cum hypotheca, ſed de veritate inferius, num. 456.*

453 *Pignorir obligatio appoſita in re, quæ venditur non contrahitur ante rei traditionem.*

454 *Dominio rei venditæ translato in minorem poſt venditionem hypotheca apponi non poteſt.*

455 *Bona minorum ſicut non alienari, ita nec hypothecari poſſunt abſq. Iudicis decreto.*

456 *Hypotheca poteſt apponi in re vendita minori ſi pretiũ non ſoluatur, dummodo incontinenti ſit appoſita.*

457 *Quilibet tempore traditionir rei ſuæ poteſt apponere, quæcumque pacta iuri non repugnantia in tempus futurum.*

458 *Venditor legem poteſt ponere in re, quam vendit, dum tamen bonis moribus non repugnet, & ſeq.*

460 *Tutor, & pupillus adſtringuntur ad pactum de retrouẽdendo obſeruandum.*

461 *Hypotheca eſt minoris præiudicij, quam pactum reſolutiuum, & 463.*

462 *Minor magis læditur acquirendo dominium reuocabile, quam irreuocabile. & ſeq.*

464 *Pupillo magis proſpicitur in re maiorir læſionis, quam minorir.*

465 *Diuerſitatir ratio non eſt inter pactum de retrouendendo, & Hypothecam appoſitum in re venditu pupillo, immo per pactum magis oneratur, quam per hypothecam, ibidem.*

466 *Venditor non poteſt ſibi hypothecare rem, ante quam ipſam tradat, quia eſt ſua; nec minor emptor poſt traditam rem, ſed bene in actu traditionis nu. ſeq.*

467 *Venditor in ipſo actu traditionir rei poteſt apponere legem, quam vult ipſi rei.*

468 *Tex. in l. 1. §. fin. & l. 2. ff. de rebus eorum, procedit quãdo contractus emptionir eſt perfectus ſecundum intellectum Guttier. reijcitur in num. ſeq.*

470 *Text. in §. fin. l. 1. & l. 2. ff. de rebus eorum, appellatur rigoris plenur à Doct.*

471 *Tiraquelli intellectus ad l. primam. §. fin. cum l. ſequent. ff. de rebur eorum, ſed reprehenditur à Pinello, ibidem.*

472 *Pinelli intellectus ad text.in l.1.§.fin.cum l.ſequent.ff. de rebus eorum, vt non extendatur extra caſum ſuum.*

473 *Pignus præſupponit rei dominium & translatum in ipſum ementem, non autem pactum de retrouendendo.*

474 *Andreæ Fachinei intellect.ad text.in l.1.§.fin. cum l. ſequent. ff. de rebus eorum, ſed reijcitur, numero 475.*

476 *Vincentius de Franchis probat text.in l.1.§.fin. cum l. ſeq.non debere adduci ad deciſionē cauſarum, eò quòd ad ipſos dantur plures intellectus, & ſeq.*

477 *Textus ex varijs intellectibus redditur inextricabilis, et obſcurus.*

478 *Doctores fuerunt decepti in aſſignatione intellectus, ad tex.in l.1.§.fin.cum l.2.ff.de rebus eorum.*

479 *Dominus noſter Ieſus Chriſtus quandoque paruulis reuelat, quod ſapientibus denegauit.*

Author proteſtatur in aſſignatione ſui intellectus ad tex. in §.fin.l.1.cum l.ſeq.ff.de reb. eorum, ibid.

480 *Pactum de retrouendendo ſiuè aliud reſolutiuum appoſitum in continenti in re empta per minorem valet, etiā abſque decreto ex receptiſſima, & probabiliſſima opinione, non autem ſi ex interuallo, num.481.*

482 *Hypotheca poſita per minorem in re ſibi vendita pendente pretij ſolutione ſi incontinenti, nō autem ſi ex interuallo apponatur, etiam abſque decreto, & ſequent.*

Vincentij Annij intell.ad l.1.§.fin.cum l.ſeq.ff.de rebus eorum, & ſeq.

484 *Res vendita minori cum affectione hypothecæ ante dominij translationem, non dicitur per minorem obligari per ipſum cum obligatione hypothecæ vel pacti, &c, acquiri.*

485 *Authoris verus intellectus ad tex.in l.1.§.fin.cum l.2. ff.de rebus eorum, cum pl.ſequent.*

486 *Tex.in l.2.ff.de reb. eorum, non ſolū non aduerſatur, ſed confirmat text.præced.in §.fin.l.1.*

487 *Text.in l.2.ff.de reb.eorum, ponitur ad declarationem, §.fin.l.1.eod.tit.*

488 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*

489 *Tupillaris obligatio ab initio contracta pro pretio rei venditæ valida eſt contra pupillum abſque decreto.*

490 *Diſpoſitio text.in §.fin.l.primæ, ff.de rebus eorum non habet locum in fiſco, ſecus in priuato, numero ſequent.*

492 *Explicatio caſus excepti in l.2.ff.de rebus eorum, completur in principio legis in verbo, iubæſit.*

493 *Filius rem à ſe venditam minori, poteſt ſibi obligare pro pretio, abſque decreto etiam poſt perfectum contractū, & translatum dominium, immo eſt ſine dubio, nu.494. etiam tacitè, num.495.*

496 *Tex.in l.2.ff.de rebus eorū, dum dicit ſed hic videtur illud mouere, debet intelligi, vt dicat contra pupillum ſecundum ſenſum gloſ.*

497 *Venditor ſi poſt rem traditam ante tamē contractum abſolutum velit apponere pactum reſolutiuum, vel hypothecarium, non dicitur illud incontinenti apponere, contra num.501.cum plur.ſeq.*

498 *Reg.quæ incontinenti fiunt, cenſentur ineſſe, quando locum habeatur.*

499 *Pactum reſolutiuum, vel hypothecarium poſitum in alio inſtrumento, quam in quo fuerit contractus venditionis celebratus, nunquam dicitur incontinenti adiectum.*

500 *Pactum tunc dicitur correſpectiuum ad contractum, quando tale eſt, quod tollitur ſublato contractu, & numero 506.*

501 *Quæ ſtatim & incontinenti, ſcilicet, eodem loco & tempore fiunt, cenſentur ineſſe.*

Incontinenti facta cenſentur ineſſe, ibid.

502 *Quando plura inſtrumenta correſpectiuum vnum ad aliud eodem loco, & tempore ſunt facta, dicuntur fieri incontinenti.*

503 *Quando contractus habuit ſuam perfectionem, & partes habuerunt ipſum pro abſoluto, tunc pactum quod non fuit habitum in conſideratione non cenſetur ineſſe; ſecus ſi partes conuenerūt tam de principali contractu, quam de pacto, & ſequen.*

505 *Authoritas Sacri Conſil.Neapolit.præualet authoritati Neguſantij.*

506 *Pactum tunc dicitur correſpectiuum, quando contractu ſublato ipſum quoque tolleretur.*

507 *Sublato contractu venditionis tollitur pactum de retrouendendo, & quodlibet aliud pactum venditioni appoſitum.*

508 *Pactum de retrouendendo eſt correſpectiuum ad contractum venditionis.*

509 *Ex correſpectiuitate ſequitur connexitas, & ex connexitate inſeparabilitas, & vnitas.*

510 *Minore vendente immobilia ob æs alienum bona eius non ſunt obligata pro ſecuritate contractus.*

511 *Quando bona pupilli capiuntur, vel diſtrahuntur iuſſu Iudicis, tunc hypotheca contrahitur in beneficium poſſeſſorum.*

512 *Minor ſoluendo creditori debitum, pro quo erat res hypothecata, de pecunia alterius, poteſt huic ſecundo mutuanti rem illam hypothecare ſub iiſdem vſuris.*

513 *Minor iure communis vtitur.*

514 *Dotis cauſa bona minoris poſſunt obligari abſque decreto, conſenſu tutoris, vel curatoris, & 527.*

515 *Minoris bona ſunt tacitè hypotechata pro dote, & ſequent.*

Dotis cauſa bona minoris ſunt tacitè hypothecata, ibid. & 519.

516 *Bona minoris non poſſunt obligari pro dote abſq. ſolemnibus ex Bart. de veritate. nu.527.*

517 *Romanus tenuit bona minoris poſſe obligari pro dote contra Bart.*

518 *Bona pupillorum illata in domo conducta non obligantur abſque decreto, contrarium, num.536.*

519 *Fauore dotis bona mariti minoris ſunt tacitè hipothecata.*

520 *Bona minoris poſſe expreſsè hypothecari pro dote plures reſponderunt contra Bart.*

521 *Articulus, ſi bona minoris poſſunt obligari pro dote, eſt difficillimus propter magnam Doctor.controuerſiam.*

522 *Expreſſa obligatio facta per maritum minorem de bonis immobilibus pro dotiū conſeruatione, & reſtitutione non valeat abſque decreto.*

523 *Obligari non poſſunt, quæ alienari nequeunt.*

524 *Obligatio expreſſa bonorum minorum, ſpecialiter à lege prohibetur.*

525 *Quando factum minoris principaliter intercedit in obligatione, ſunt neceſſaria requiſita.*

526 *Dotes quando abſque expreſſo facto minoris recipiuntur, tunc lex diſponit bona minoris obligari, ibidem.*

527 *Bona minoris expreſsè poſſunt obligari pro dotis reſtitutione abſque requiſitis.*

528 *Obligatio expreſſa imitatur tacitam legalem in eadem re.*

Conuentio legitima dicitur, quando pactum idẽ diſponit, quod lex, ibid.

529 *Iura prohibentia alienationem bonorum minoris procedunt in alienatione dominij, quæ non venit tacitè in diſpoſitione legali, ſecus in hypotheca tacita.*

530 *Quod fit authoritate legis non requirit ſolemnitates.*

531 *Mulier minor non poteſt conſtituere dotem, abſque ſolemnitatibus.*

532 *Mulier minor conſtituens dotem ſuper immobilibus cũ authoritate curatoris, & alijs ſolemnitatibus, videtur obligare cum hypotheca.*

533 *Maritus, etiam ſi minor recipiendo dotem non diminuit patrimonium ſuum, ſed potius illud auget, ideoque decretum non requirit.*

534 *Mulier conſtituendo dotes ſuum patrimonium diminuit, ideoque in muliere minore requiruntur ſolemnitates.*

535 *Mulier minor poteſt dotes in immobilibus abſque ſolẽnitatibus conſtituere, dando illa inæſtimata.*

Datio bonorum inæſtimatorum pro dote non eſt propriè alienatio, ideoque fit abſque ſolemnitatibus, ibidem.

Alienatio non eſt, quando dantur bona inæſtimata pro dote, ibidem.

536 *Bona minoris inuecta, & illata in domo conducta obligantur domino pro penſione abſque decreto, & numero 518.*

537 *Minor mercator poteſt obligare ſua bona abſque decreto.*

538 *Minoris bona poſſunt obligari pro ipſum liberando à captiuitate hoſtium abſque ſolemnitatibus, ibidem.*

539 *Minor poteſt bona ſua obligare abſque ſolemnitatibus pro ſe liberando à cerceribus.*

540 *Liberatio ab hoſtibus, & à vinculis parificantur.*

Liberatio à carceribus dicitur cauſa naturalis pro redemptione proprij ſanguinis, ibid.

541 *Bona minoris poſſunt obligari abſque ſolemnitatibus pro liberatione eius patris ab hoſtibus, vel à carceribus, immo etiam à debito quamuis non ſit carceratus, nu. 542. & ſequen.*

Minor poteſt obligare bona ſua pro liberando patre, qui vexatur à creditoribus pro ſolutione debiti, vel etiam ſe conſtituere debitorem loco illius, ibid. & ſeq.

544 *Minor poteſt obligare bona ſua abſque ſolemnitatibus pro liberando ipſius patre à debito pro quo reperitur obligatus mediante ſcriptura habente excutionem paratam, quamuis non ſit vexatus.*

545 *Liberatio carceratorum pijſſima cauſa iudicatur.*

546 *Minor, qui poteſt obligare bona ſua abſque ſolemnitatibus in caſibus à iure præmiſſis intelligitur, quod ſit pubes, vel ſaltem proximus pubertati, aliàs debet interuenire tutor.*

547 *Minor in caſibus, in quibus dictũ fuit, quod poteſt bona obligare abſq. ſolemnitatib. illud poteſt tam de iure cõmuni, quam de iure Regni Neapol. etiam in filiofam. patre abſente, & abſque ipſius conſenſu.*

548 *Minor in caſibus in quibus non prohibet alienare, iiſdem caſibus poteſt obligare.*

BONA QVÆ NON POSſunt obligari, & quando pupilli bona obligentur.

Regula autem, huius ſeptimi quæſiti, propoſita ſuperius num. 290. modis iam dictis extenſa nonnullis etiam alijs modis reſtringitur, vt infra, ordine eiuſdẽ Neguſant. in ſæpius citata par. 2. memb. 3. nu. 46. adhibito, ſed plenius, more conſueto, diſcuſſo.

Reſtringitur primò, vt non procedat in re litigioſa,
quæ ſicut non poterit alienari lite pendente, ita etiam
439 non poterit † obligari, ad text. in l. 1. §. fin. ff. quæ
res pign. oblig. poſſ. quem text. procedere tam in mobilibus rebus litigioſis, quam in immobilibus, vt poſt iureconſ. ibi, adnotat gloſ. ſed quando res litigioſa alienetur, & ſententia demum proferenda quando executioni demandabitur contra poſſeſſorem ſubditum, vel non ſubditum pendente lite ementem, vltra ſatis adducta in ſecundo cap. tit. 3. limitat. nona, num. 631. cum multis ſequen. dicetur in ſuo particulari loco.

440 Reſtringitur ſecundò, vt non procedat in re † ſacra,
& religioſa, ac in omnibus alijs rebus, quæ vendi, & alienari prohibentur, quia huiuſmodi; nec obligari poſſunt, ad tex. in d. l. 1. §. eam rem ff. quæ res pignor. oblig. & c. vbi gloſ. & Neguſant. loco citato, nu. 47.

Reſtringitur tertiò in rebus pupillaribus, quę per pu-
441 pillum † etiam cum tutore obligari non poſſunt abſq.
iudicis decreto, ad text. in d. l. 1. in prin. ff. quæ res pign. oblig. & c. l. & ſi præſes, C. de præd. min. & l. ſi pupillorũ, cum omnibus §§. ff. de rebus eor.

442 Extenditur reſtrictio, etiam ſi minor pupillus † emerit rem (cuius rei pretio non ſoluto) venditor ea lege, & pacto illam vendiderit pupillo, vt eadem res vendita ſit pro pretio ſpecialiter obligata, donec pretium per pupillum ſoluatur, nam iſta pupilli obligatio, neque tenet pro pretij ſolutione, ad tex. in l. 1. §. final. ff. de reb. eorũ.

Hæc enim extenſio licet amplietur procedere etiam
443 ſi tutor, aut curator † emerit, quia vtique pactum, &
obligatio non tenent abſque decreto, quicquid Curtius Cagnol. & alij contrarium defendere conentur, quia verior eſt hæc ampliatio, & receptior, vt eſt videre penes Tiraq. de retract. conuent. ad finem tituli, nu. 10. Pinell. in l. 1. C. de bon. matern. 3. par. num. 53. verſ. antequam verò aperiam, Menoch. de arbitr. caſ. 171. num. 31. Alciat. reſpon. 121. num. 2. Simoncel. de decret. minor. lib. 2. tit. 6. inſpect. 1. num. 15. & alij innumeri, quos omitto, tamen hæc eadem extenſio ſatis conturbauit authores, vt eſt videre penes citatos doctores, & præcipuè Pinell. in allegato loco, nu. 53. & 54. ac penes inferius citandos, qui vocauerunt text. d. §. final. irrationabilem durum rigoroſum, & ad alia nõ extendendum, vt videbitur circa veritatem ſequentis modificationis.

Modificatur tamen hæc extenſio, vt non procedat,
445 quando venditor † pactus fuiſſet, vt res per eum, mi-
nori, aut tutori vendita, ſit ſpecialiter obligata, donec ſibi pretium ſoluatur, & hoc pactum incontinenti apponatur, ſcilicet in eodem venditionis contractu, ita Cuman. in d. §. fin. Alciat. in l. ſi tibi pecuniam in fine, ff. ſi cert. petat. num. 21. Afflict. in cap. 1. num. 10. de feud.

dat.

dat. in vic. leg. comiſſor. Neguſ. in 4. par. de pignor. nu. 37. Gozadin. conſ. 15. & latius Guttier. de tutel. par. 2. cap. 5. num. 38. verſ. ego idem ſeruandum, ac in ſimili articulo plenius diſcuſſo firmauit Præſ. de Franch. deciſ. 369. prout & idem eſſe in pacto de retrouendendo
446 † incontinenti appoſito, taliter quod illud valebit abſque decreto, prout diximus de hipotheca in principio modificationis, reſponderunt, & probauerūt Bal. Caſtr. Iaſ. Boer. & alij, quos probat Simoncell. de decret. inſpect. prima Iſern. & Affl. in citato cap. 1. Caualcan. de tutor. num. 246. Gozad. & Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. Couarruu. variar. lib. 1. cap. 14. nu. 6. Pinell. in l. 1. C. de bon. mater. par. 3. nu. 52. 53. & 54. Tiraq. de retract. conuent. ad finem tit. nu. 11. cum ſeq. Valaſc. de emphite. quæſt. 35. num. 5. ad medium Surd. deciſ. 344. num. 24. & ſeq. par. 2. & conſ. 290. num. 62. lib. 2. Barboſ. in l. ſi conſtante num. 119. cum pluribus ſeq. ff. ſolut. matr. Cuman. & omnes in modificationis huius principio allegati, ac Mattienz. Fulgoſ. Frecc. Fabian. Caldas, & cæteri relati, & probati per Stephan. Gratian. diſcept. foren. tom. 2. cap. 242. toto, Alberic. & alij relati per Cæſar. Manent. deciſ. 31. num. 5. & ſeq. ✱ quorum nonnulli magis communem magiſque receptam opinionem dicunt, & præcipuè Valaſc. Caualc. Gratian. & alij.

Attamen ſatis mihi notum eſt hanc modificationem non parum controuerti ſignanter quo ad hipothecam circa allegata in principio modificationis, eò quod text.
447 † in d. l. 1. §. fin. de reb. eor. reddit hanc modificationem perplexam dubitabilem confuſam & omninò difficilem; dum Paul. Iureconſ. in l. 2. in principio eod. tit. ff. de reb. eor. declarando deciſionem Vlpiani in d. §. expreſsè demonſtrauit, pactum obligatorium appoſitum per venditorem pendente ſolutione pretij ſuper re vendita, appoſitum fuiſſe à principio, per verba illa in d. l. 2. poſita, nempe, & ab initio obligatio inhæſit, ideo diſtinctio in hac modificatione adducta, ſcilicet ſi incontinenti, aut ex interuallo, falſa & inutilis redditur, dum
448 etiam ſi incontinenti, & ab initio † pactum fiat adhuc obligatio nulla erit abſque iudicis decreto, ita text. in d. §. fin. iuncto principio d. l. 2. vt aduertit Gratian. d. cap. 242. nu. 10. quamuis ab eo allegetur text. in l. 1. in fine, & ſic erroneè.

Ad effugiendum hanc difficultatem varij variè reſponderunt, varioſque intellectus aſſignantes iuribus prædictis, vt penes citatos authores videtur, & præſertim ille intellectus inter alios non diſplicebit Lectori in-
449 genioſo, quem aſſignat Barboſ. † citato loco nu. 124. verſ. neque obſtant, dicens quod ſi pactum appoſitum in cōtractu reſpiciat dominium illudque quodam modo diminuat, ſitque dominij prædicti reſolutiuum, vt eſt pactum de retrouendendo, aliudque ſimile, tunc hoc pactum omninò debet obſeruari per minorem, ſi incōtinenti apponatur, eò quod minor non videtur ſimpli-
450 citer effectus dominus † rei per ipſum emptę, eò quod habebit dictę rei dominium hoc pacto affectum, ad tex. in l. ſi autem ff. de pact. & per hoc tale pactum dicitur pars principalis contractus.
451 Sin autem pactum in aliquo non diminuat † dominium rei emptæ per minorem, prout eſt hipotheca, quæ nihil de dominio diminuit, ad text. in l. pignus C. de pignorat. act. ſed tantum reſpicit ſecuritatem contractus; ideò cum minor acquirat dominium non affectum aliqua diminutione procedit ratio. d. §. fin. & d. l. 2. & ſic diſtinctio adhibita in modificatione inconcuſsè, & indubitanter procedit in pacto de retrouendendo, & in ✱ alio ſimili reſolutiuo, vt magis communiter ſequuntur omnes, & ex recentioribus Gratian. d. cap. 242. dicentes in hipotheca, vel ſi pactum apponatur incontinenti,
452 vel ex interuallo ſemper bona † minoris nulliter abſque decreto obligari, tum ex ratione adducta per Barboſ. vt ſupra, tum etiam ex ratione adducta per Cald. Pereyr. in Repet. l. ſi curatorem habens num. 1. & ſeq. verſ. nobis verò. C. de in integr. reſtit. minor. quam deinde probat Gratian. vbi ſupra num. 11. & ſeq. Scilicet, text. d. §. fin. & l ſeq. fundari iuris principijs fundatiſſimis; eo quod ſi tempus, quo res venditur conſideratur, pignoris obligatio nequaquam ante rei traditionem
453 † contrahitur, quoniam eo tempore vendens adhuc erat dominus rei venditæ, quæ ſibi obligari nequit, ad text. in l. neque pignus ff. de reg. iur. Sin verò conſideretur tempus, quo iam tradita fuit res vendita minori, &
454 ſic quando dominium † in eum tranſlatum erat, pariter pignus contrahi non poterat, quia res minorum ſicut alienari, ita neque hipothecari poſſunt ſine decre-
455 to † vt in reſtrictione probauimus, ergo dicit Caldas non eſt mirum ſi iureconſ. in d. §. fin. & l. ſeq. reſpondiſſe videtur, nullam contrahi hipothecam.

Verum ego, ſequutus opinionem Guttier. in d. cap. 5. nu. 36. verſ. ſed quicquid dicat Caldas, dico diſtinctionem adhibitam in modificatione non ſolum veram eſſe in pacto de retrouendendo, ſed veriſſimam eſſe etiam in hipotheca, contracta in venditione, quæ valida contra
456 pupillum redditur, ſi incontinenti † apponatur in contractu, ſcilicet vt res vendita remaneat obligata pendēte ſolutione pretij, per minorem facienda, iuxta terminos. l. licet. C. qui pot. in pignor. hab. nam tempore tra-
457 ditionis rei ſuæ quilibet poteſt apponere † quęcunque pacta, & conditiones iuri nō repugnantia in tempus futurum, quo ſua eſſe deſierit, vt cum illo onere tranſeat ita Guttier. loco citato, & latius conſ. 1. & 2. aliàs vendi-
458 tor fraudaretur, eò quod aliter non vendidiſſet, † niſi hipothecam retineret ſuper re vendita, ad text. l. ſi quis aliam ff. de ſolut. & cum enim quis ſuam rem vendit legem, & pacta ad ſui libitum apponere poterit dummo-
459 do bonis moribus non † repugnent ad text. in l. pacta. l. legem C. de pact. & l. 2. C. de pact. inter empt. & vendi. vbi notant omnes, & ſi ſuper re mea poſſum apponere pactum mihi placitum, circa eiuſdem rei reuocationem, quæ dum traditur minori ementi affecta reſolutiuo pa-
460 cto tranſit, ad quod † emens pupillus, aut tutor adſtringitur, vt in pacto de retrouendendo receptius penes citatos authores concluditur, modo vt ſuperius retulimus, pariter & fortius idem ſeruandum erit in pignore, vel hipotheca; eò quod hipotheca minoris præ-
461 iudicij eſt † minori, quam pactum reſolutiuum, vt hęc latius notat, & congerit Guttier. in allegato capit. 5. de tutelis par. 2. nu. 38.

Comprobantur hæc Guttier. ſcripta; nam ratio, (quā ex Barboſ. & ex alijs ſuperius deduximus videlicet pactum reſolutiuum, & dominij diminutiuū, validè obligare minorem, eò quod res in eum cum hoc pacto, trāſit cum diminutione dominij; & hipothecam nō ſic ita afficere rem venditam, quia ex ea dominium non diminuitur,) retorquetur contra eoſdem; Quamobrem mi-
462 nor magis læditur acquirendo † dominium reuocabile, & diminutum per pactum reſolutiuum de retrouendendo, ſed per ſimplicem hipothecam nequaquam ſic

lęditur, eo quod modicè damnificatur, quia acquirit
463 † dominium indiminutum, & irreuocabile, dum nul-
la neceſſitate præcedente reuocari poterit idcirco ma-
464 gis pupillo proſpicitur † in re maioris lęſionis, quam
in modicis, ad text. in l. ſcio. ff. de reſt. in integr. vbi Do-
ctores, ideo nullam diuerſitatis rationem circa pupilli
465 vtilitatem inuenio inter pactum † reſolutiuum domi-
nij, & pactum hipothecarium, ex quo vẽditor ſecurior
redditur, vt ad primum minor obligetur ad ſecundum
nequaquam cum vtrumque reſpiciat oneris impoſitio-
nem ſuper re vendita, niſi quod per primũ magis one-
retur emptor, quam per ſecundum, & conſequenter ſi
pro primo obligetur validè, validius deberet obligari
pro ſecundo pacto ipſi emptori minus damnoſo ex ſu-
pra firmatis.

Nec benè diſtinguuntur tempora per Cald. & Gra-
tian. vbi ſup. n. 451. & ſeq. eò qđ omiſerunt tertiũ tem-
pus, ſcilicet traditionis; nam ſi antequam res vendita
466 tradatur, venditor † non potuit ſpecialiter eam obli-
gare, tanquam propriam; & poſt traditam minor do-
minus neque poterit ſine decreto obligare, vt ibi pro-
bauimus, tamen in tertio, & ſic in medio tempore,
nempe in actu traditionis potuit venditor hipothe-
467 cariam legem † imponere, vt ſingulariter reſpon-
dit Guttier. vbi ſupra num. 59. verſ. non etiam; vt ad ip-
ſum Guttier. iterum redeamus.

Et ſi idem Guttier. d. num. 59. nitatur afferre clarum
intellectum d. §. fin. ex l. 1. ff. de reb. eor. prout clariſſimè
468 declarat textum illum loqui, † quãdo contractus em-
ptionis erat perfectus, & abſolutus, dominiumque per-
fectè tranſlatum, in illis verbis videlicet; *nam vbi domi-
nium quæſitum eſt minori cępit non poſſe obligari*; idcirco
ex interuallo res vendita meritò validè obligari nequit.

Attamen quilibet etiam ingenio debilis hunc dediſ-
ſet intellectum d. §. ſatis claro, niſi ſubſequeretur ſequẽs
text. l. 2. in principio, qui ſequens tex. declarando dictũ,
§. his vtitur verbis, nempe; *ab initio obligatio inhæſit*,
quaſi quod pactum hipothecarium in illo §. ab initio, &
ſic incontinenti in dicto contractu fuit appoſitum; ſin
autem incontinenti, corruit communis diſtinctio ſupe-
rius firmata, ex qua concluſum fuit validè obligari rem
emptam per minorem pendente pretij ſolutione, ſi ob-
469 ligatio incontinenti fuit interpoſita, † & proinde fal-
ſus reputatur intellectus adductus per Guttier. dece-
ptus in ponderatione illius, §. fin. tantum, nequaquam
conſideratis per eum verbis d. l. 2. ſequentis.

Non mirum ideo deciſionem d. §. fi. dictęque l. 2. vi-
470 ſam fuiſſe omnibus Doctoribus rigoris plenam, † vt
teſtatur Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. to. 1.
lib. 4. tit. 28. nu. 45. ac circa ipſarum legum intellectum
putauit idem Illuſtriſſ. Card. longius non immorari, vt
in d. loco num. 43. ac meritò Tiraquell. de retract. con-
uent. ad finem tit. nu. 13. nititur dare intellectum, d. §.
fin. & l. 2. ſeq. ff. de reb. eorum, & demum dicit intelle-
471 ctum † per ipſum datum non ſatisfacere, præſuppo-
nitque textum eſſe mendum, & finaliter aduertit nullũ,
quem viderit, hunc diſcuſſiſſe ſcrupulum, nec tractaſſe;
denique Pinell. ſuperius citatus reprehendit Tiraq. di-
centem eſſe mendum text. & alium affert intellectum
ſcilicet, vt d. §. vltimus cũ l. ſeq. vti rigoroſus textus nul-
472 lo modo trahendus extra caſum ſuum, † & ſic vt nul-
lo modo teneat obligatio rei emptæ per minorẽ abſque
decreto, idque indiſtinctè procedere, at contrarium re-
ceptius eſſe in pacto reuendendi, adducẽs diuerſitatem
473 rationis, quia pignus † præſupponit dominium eſſe
tranſlatum in emptorem, quod ſecus dicit in pacto re-
uendendi; inſuper quaſi quiſpiam ex pręcitatis authori-
bus ſuum affert intellectum, præſupponentes aliqui; tex.
illum irrationabilem, aliqui mendum, aliqui autem ri-
goroſum, aliqui verò durum, vt refert Steph. Gratian.
d. cap. 242. prout & variauit varios referendo intelle-
ctus Surd. Deciſ. 173. num. 23. præſupponens tex. l. 2.
repugnare communi diſtinctioni ſuperius traditæ, &
comprehendere prohibitionem etiam in obligatione
incontinenti appoſita.

474 Subſequitur deinde doctiſſimus Fachin. † controuerſ.
iur. lib. 11. cap. 3. duo inter alia præſupponens, primum
ſcilicet, quod non ſolum obligatio, & hipotheca nulliter
contrahatur per minorem abſque decreto in huiuſmo-
di, ſed quod nec etiam pactum de retrouendendo te-
neat, abſque diſtinctione, ſequendo opinionem Franc.
Accurſ. Ioan. Andr. Alberic. Fabian. Caſtrenſ. Alciat. &
Menoc. quorum probabiliorem, & communiorem opi-
nionem dicit, in loco citato.

Secundum eſt præſuppoſitum Fachinei, ſcilicet hanc
opinionem probari per text. d. l. 1. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de
reb. eorum, ſed Fachineus (vir alioquin doctiſſimus) in
475 vtroque præſuppoſito † decipitur, eò quod in primo;
Pinellus loco citato dicit contrariam opinionem pro-
batiſſimam, & receptiſſimam eſſe, prout receptiſſimam
dicunt omnes recentiores, inter quos Barboſ. Gratian.
Cardin. Mantica, & alij citati ſuperius, vt in dinumera-
tione doctorum, & in aſſignatione rationum ſatis eui-
denter veritas dignoſcitur; ſecundum autem præſup-
poſitum Fachinei inferius falſum demonſtrabitur.

Finaliter Præſ. de Franch. in citata deciſ. 369. videns
diuerſitatem intellectuum datorum in d. §. vlt. & l. ſeq.
dicit textum illum non eſſe adducendum pro deciſio-
476 nibus † cauſarum tanquam diuerſos habentes intel-
lectus, quodque nonnullis veris probat authoritatibus;
ex quibus omnibus dignoſcitur opinionum varietas
non modica, ex qua intellectus verus dictorum iurium
477 inextricabilis redditur † & obſcurus; ideo ego dijudi-
caui, omnes præcitatos authores in aſſignando intelle-
ctum dd. iuribus deceptos fuiſſe; ignorantes ſenſum, &
478 verba † dictorum iurium ad literam, & ad claram
mentem explanare; quodque facili negotio demon-
ſtrabitur, nec mireris lector amatiſſime audire docto-
rem ingenio & doctrina exutum, reprehendentem tot
patres, & omnium magiſtros; quia dominus noſter Ie-
479 ſus Chriſtus † ſolet paruulis reuelare, quod ſapientibus
denegauit; at ſi intellectus noſter, tibi ſtudioſo lectori,
verus, non appareat; ſinas illum intermiſceri inter alios
confutatos, vt ſupra, idcirco prius explicabitur veritas
opinionum relatarum denique reportabitur intellectus
ad iura d. l. 1. §. vltimo cum l. ſeq. ff. de reb. eorum.

Quo autem ad veritatem concluſionum firmata-
rum, & primò quo ad pactum de retrouendendo, aut
aliud reſolutiuum, dicas ex receptiſſima, & probabiliſ-
480 ſima omnium opinione, pactum valere, † ſi inconti-
nẽti ſit poſitum, nec decretum, pro ſui validitate requi-
rere, vt teſtantur omnes authores citati in modificatio-
ne verſ. prout & idem, ſuperius nu. 446. & ex traditis in
ſequentibus numeris, ac ex inferius dicendis compro-
481 babitur, prout non valebit † ſi ex interuallo fuerit ap-
poſitum, Cæſar Manent. deciſ. 31. nn. 5. & 6.

Secundò, quo ad hypotecham, nempe ſi res vendita
minori incontinenti ſine decreto pro ſolutione pretij

possit

poſſit hipoth[illegible] vltra plenius diſcuſſa, & ſingulariter tradita per Guttier. de tutelis, citatum per nos ſuperius num.462. & ſeq. ex quibus, Guttierius probat, deciſum per Doctores in pactis reſolutiuis, fortiori ratione, procedere in hipotheca; vt videlicet res empta per mino-
482 rem valide, ſed incontinenti † obligetur venditori; dico eandem opinionem ſimpliciter firmari per Annium patrem in repetit. conſtit. diuæ memoriæ num.87. intelligentem text. in d.§. vltimo cũ l. ſeq. procedere quando Dominium ſit perfectè quæſitum minori emptori, quo in caſu inualidè rem emptam obligari dicit; prout
483 ſi vẽditor obligari rem venditam poſt traditionem † minori factam, & ſic poſt quæſitum dominium procurauerit, ſine decreto obligari nulliter, dicit Oculatiſs. D. Regens Valenzuela conſ.56. num.37. & ſeq. illa ratione, quia minor effectus fuit dominus per traditionem, ita intelligendo text. d.§. vltimi cum l. ſeq. ff. de reb. eorum, & in terminis terminantibus, quando ſpecialis hipotheca ponitur in actu acquiſitionis dominij faciendæ per minorem emptorem, tunc non eſſe opus decreto, eò quod differt longè acquirere dominium rei venditæ hipothecandæ, quo caſu abſque decreto per minorem nihil fit obligando, vel acquirere, dominium rei venditæ
484 cum actione † hipothecæ ante dominij trãslationem, eò quod in actu acquiſitionis non obligatur res minoris, ſed per eum acquiritur res per emptionem, obligatione, aut pacto affecta, itaque communiter intelligi. d. l.1.§. vltimo cum l. ſeq. ff. de reb. eorum docet doctiſs. Marchio de Ponte, Deciſionibus Collater. conſ. Deciſ.4. num.44. cum ſequent.

Quo verò ad intellectum d.l.1.§. vltimo & l. ſeq. ff. de reb. eorum omiſſis diuinatiuis interpretationibus, dico ad literam, & ad verum ſenſum dicti text. hunc eſſe ſuũ
485 proprium intellectũ † videlicet: Dicitur enim in text. prædicti §. *(ſi minor xxv. ann. emerit prædia vt quo ad pretium ſolueri eſſent pignori obligata venditori, non puto pignus valere. Nam vbi dominium quæſitum eſt minori cœpit non poſſe obligari.)* ſequitur demum text. l. ſequentis, videlicet. *(Sed hic videtur illud mouere, quod cum domino pignus quæſitum eſt, & ab initio obligatio inhæſit. Quod ſi à fiſco emerit nec dubitatio eſt, quin ius pignoris ſaluum ſit, ſi igitur talis ſpecies in priuato venditore inciderit imperiali beneficio opus eſt, vt ex reſcripto pignus confirmetur;)* Verba itaque & ſenſus d.§. vltimi, ſunt omnino plana, eò quod Vlpianus iurecõſ. ibi decidit, quod poſt quæſitum dominium minori emptori de re empta, eadem res pro ſolutione pretij obligari nequit, quodq. ſatis clara ratione ſuadetur, quia minore facto domino rei emptæ ſuccedunt iuris diſpoſitiones cuilibet ex noſtratibus notæ, vt res pupillorum alienari, nec obligari valeant, iuribus adductis in reſtrictione ſupra firmata, num.441. idque deciditur per illa verba, *nam vbi dominium quæſitũ eſt minori, &c.* vt inter alios hunc tex. explicat notabiliter Guttier. de tutel. citato cap.5. num.39. & ſi ſequatur text. l.2. qui contrarium decidere videatur in illis verbis, *(& ab initio obligatio inhæſit,)* ex quibus verbis decepti omnes præcitati authores, & præcipuè Tiraq. Pinell. Caldas Gozadin. Stephan. Gratian. Barboſ. & alij innumeri fuerint, taliter quod ad varios deuenerunt intellectus, vt ſuperius demonſtratum fuit; tamen hic ſequens tex. non ſolum non contradicit d.§. vltimo, aut aliquo modo illum dubitabilem reddit, ſed eum cla-
486 rius † confirmat, & declarat, ac expreſsè comprobat communem diſtinctionem ſuperius firmatam, ſcilicet pactum reſolutiuum, aut obligationem hipothecariam poſitum, vel poſitam in emptione facta per minorem ex interuallo poſt quæſitum dominium rei emptæ dicto minori ementi, non obligare minorem, nec rem emptã afficere abſque iudicis decreto; per text. in d.§. vltimo hoc expreſsè decidentem, prout & probari dicunt authores, etiam per text. in l. ſi quis ad reſoluendam. C. de præd. minor. vt declarant inter alios Pinell. in d.l.1. par. 3. C. de bon. mater. num.54. & poſt Tiraq. & alios, doctiſs. Barboſ. in d.l. ſi conſtante, nu.125. verſ. ſed ſi poſt contractum.

Probatur ſequela, vt deciſio. d.§. vltimi confirmetur,
487 & declaretur per text. in d.l.2. in principio, eò † quod caſus. d.l.2. in principio ponitur ad declarationem, & exceptionem regulæ, & deciſionis poſitæ in d.§. vltimo in quo dum deciditur rem emptam per minorem, obligatione, & pacto ſine decreto non affici, pro ſolutione pretij; ex hac enim deciſione, & regula excipitur caſus per text. d.l.2. ſequentis; quando ab initio contractus obligatio inhæſit; ideò text. ille exceptum caſum pro-
488 bans confirmat † deciſionem, & regulam in non exceptuatis Bar. Rom. Ang. & alij, quos citat, & ſequitur Decius in l.1. ff. de reg. iur. num.21.

Comprobatur eadem ſequela, nam text. d.l.2. apertè limitat regulam d.§. vltimi præcedentis, dum Vlpian. in eodem §. decidit pro pupillo, vt eius obligatio non teneat, quam deciſionem limitando, & excipiendo Paulus conſultus in d.l.2. ſequen. reſpondit cõtra pupillum per hæc verba; *Sed hic videtur illud mouere*: ſcilicet hic, ideſt in eodem caſu præcedentis §. videtur illud mouere contra pupillum, vt gloſa exponit, & caſus, qui mouetur contra pupillum per Paul. conſultum, ſubſequitur quando obligatio in venditione ab initio inhæſit, vt apertis verbis ſubſequendo loquitur idem conſultus; ſi enim caſus hic mouetur cõtra pupillum, vt patet in gloſa, & probatur ex lectura text. conſequenter conclud-
489 tur pupillarem † obligationem ab initio contractam pro pretio rei venditæ validam eſſe contra pupillum ſine decreto; dum caſus motus in d.§. vltimo per Vlpianum, motus, & deciſus fuit pro pupillo quando obligatio prædicta inhæſit poſt quæſitum dominium; idcirco ex deciſis in vtroque text. comprobatur communis relata diſtinctio, vt quando ex interuallo pactum obligatorium ponatur in contractu minoris non teneat obligatio ſine decreto, tanquam poſt quæſitum dominium minori interpoſita. d.§. vltimo, quando verò ab initio, & in actu acquiſitionis tenet obligatio abſque decreto. d.l.2. & ſic omnes tolluntur amaritudines.

Nec inficiatur id quod per principalem verſiculum ſequitur in eadem l.2. ſcilicet, rem venditam minori per fiſcum abſque decreto obligari fiſco pro pretio, quaſi quod ſi res vendita per priuatum obligetur ipſi priuato pro pretio, ſi incontinenti pactum obligatorium interponatur, vt in præcedentibus verbis Iureconſ. decidit ſecundum noſtrum intellectum; tũc in hoc caſu nihil ſpe-
490 cialitatis indiceretur pro fiſco, dum idem iurecõſ. † in eodem text. intendit ſuum primum dictum limitare in fiſco, qui ob ſuum priuilegium decreti interpoſitione in huiuſmodi non indiget; ideò vt ratio recti ſermonis ſalua reddatur oportet fateri, Paulum Iureconſ. in principio huius legis ſupponere, quod obligatio ab initio interpoſita ſupra re empta à minore nequaquam tenet abſque decreto, ad hoc vt diuerſum iudicium in fiſco venditore commodè, & rectè recipiatur.

Inſti-

Iuſtificantur inficiatio, & obiectio, quia idem Paul. iureconſ.ſubſequitur in eod.tex.per hæc verba, *ſi igitur talis ſpecies in priuato venditore inciderit &c.* tunc con-
491 firmatione pignus indigere decidit; ecce quod † talis ſpecies, ſeu caſus per eundem iureconſ.expoſitus, vt ſi ab initio obligatio interponatur, confirmatione indiget, vt teneat ad differentiam fiſci.

Sed his inficiationibus, & obiectionibus non obſtantibus vtique illæſus remanet, noſter intellectus dd. iuribus datus, nam patet in tex.d.l.2.qualiter explicatio ca-
492 ſus excepti † completur per iureconſ.in principio legis in verbo, *inhæſit*, vbi adeſt punctus finalis, complendo limitationem ad deciſionem tex. d.§. vltimi; Demum per ſeparatum verſiculum, incip. quod ſi à fiſco emerit aliam ſubnectit limitationem ad eandem §. vltimi deciſionem, eò quod ibi deciſum fuit poſt translatum dominium minoris rem, ſine decreto non obligari, ideo ſequitur diuerſum fieri debere iudicium in fiſco, qui etiam
493 poſt dominij † translationem in minore emptore factam, habebit rem per ipſum venditam obligatam pro pretio etiam per legalem obligationem, vt ad terminos, & ad regulam.l.2.C.in quibus cauſ. pign. declarat Barboſ.in d.l.ſi conſtante num.121. & ſequent. quod probat Paul. in noſtra. l.2.in illis verbis, *nec dubitatio eſt quin, &c.* quaſi quod nullo modo poterit dubitari, quin fiſco in omni caſu res per eum vendita pro pretio expreſſim, aut tacitè obligetur.

Comprobatur hæc reſponſio; nam & ſi verſiculus ille, de fiſco, loquutus, referretur ad proximè dicta, adhuc ratio recti ſermonis ſaluaretur; nam ſi ibi iureconſ. dixit, pactum hipothecarium ab initio poſitum obligare
494 pupillum vt nos probauimus, id enim in fiſco † indubitabile dixit idem iureconſ. eò quia ſine dubitatione pactum hipothecarium ab initio poſitum obligabit minorem in beneficium fiſci; nam id indubitabile dicit in fiſco, quod erat dubitabile in priuato; eò quod fiſcus
495 expreſſim tacitè, incontinenti, & ex interuallo † habebit rem ſuam venditam pro pretio obligatam, ex regula tex.d.l.2.C.in quibus cauſ. pign. probatque Barboſ.vbi ſupra, & Surd. deciſ.173.num.21. in fine, & num. 22. iſtumque intellectum videtur approbare Barboſ.vbi ſupra num.122. verſ. quia replicabitur, licet non ita aperiat.

Et ſi ſubſequatur alter præcitatus verſiculus, nempe, *ſi igitur talis ſpecies &c.* tamen hic verſiculus de neceſſitate refertur ad caſum poſitum in d.§. vltimo, tum vt diuerſificaretur à deciſis pro fiſco iuxta ſenſum iureconſ.tum etiam vt præcitata ratio recti, & literalis ſermonis adhibiti per iureconſ. ſaluetur, quia ſi referretur hoc vltimum dictum ad deciſa per iureconſ. in principio legis, daretur deſtructio ſermonis; cum dicitur in principio legis; ſed hic videtur illud mouere; ſcilicet
496 contra pupillum, vt exponit † gloſ.& eſt neceſſaria expoſitio; nam ſi contra pupillum reſpondit iureconſ. in obligatione ab initio interpoſita pro priuato; quomodo in fine legis interpetrabitur reſpondere pro pupillo; eſſet enim ſequela deſtructiua, & totaliter inordinata; meritò igitur gloſ. in eodem verbo. talis ſpecies, dicit referri illam ſpeciem ad §. vltimum citatum, ex quibus exiſtimo clarius eſſe ſatisfactum literæ, & ſenſui, dictorum iurium per hunc intellectum, ac veritati concluſionum deſuper firmatarum.

Ex illa igitur concluſione, quam ſuperius deduximus, ſcilicet pactum incontinenti appoſitum producere obligationem rei emptæ per minorem abſque decreto; in-
497 fertur notabiliter, quod ſi venditor facta † traditione rei venditæ, etiam contractu nequaquam abſoluto, velit apponere pactũ reſolutiuum, vel hipothecarium, tunc non diceretur incontinenti appoſitum, quamuis, vt dixi, contractus non eſſet abſolutus, quia in venditione ſubſecuta traditione transfertur dominium, & non
498 habebit locum illa regula, vt quæ incontinenti † fiunt cenſeantur in eſſe, vt hanc, & alias congerendo rationes, & authoritates, adnotat Neguſant. de pignor.p.4. principali n.37.38.39.& ſeq. quem commendant omnes ex recentioribus ſuperius citati.

Extenditur hæc illatio, vt fortius ea procedat, ſi pactum reſolutiuum interponatur in diuerſo inſtrumento, tum ex traditis per Neguſantium loco citato, tum
499 etiam, quia hoc in caſu † non eſſet locus correſpectiuitati, eò quod nequaquam dabitur correſpectiuitas in duobus contractibus, quando vterque non erit validus, Cęſar Maneut.deciſ.Mant.31.num.9.& 10. & pactum tunc dici correſpectiuum ad contractũ, quando tale eſt,
500 quod tollitur, ipſo contractu ſublato, † aliàs ſi nõ tollitur, non diceretur correſpectiuum, at ſi pactum ex interuallo poſitum non tenet, remanet tamen firmus primus contractus, ergo non datur correſpectiuitas, ita arguit Manent. vbi ſupra num.11.

Contra verò illationem, & extenſionem reſpondit perſpicaciſſimus Præſ. de Franch. in citata deciſ. 369. num.3.verſ.ex aduerſo primò, cum pluribus ſequent.& ante eum Afflict.deciſ.306.dicentes ea, quæ ſtatim, &
501 incontinenti ſcilicet eodem loco, & tempore † fiunt, cẽſentur ineſſe ad tex.in l.lecta.ff.ſi cert.pet.& l.petens, C.de pact.& qñ in pluribus contractibus eodem loco, & tempore celebratis, plura fiunt inſtrumenta, cenſentur ſtatim, & incontinenti fieri, & vnum, ac idem indicatur
502 inſtrumentum† correſpectiuè factum vnum ad aliud, alterumque ſine altero factum non eſſet, nec vnum ſine altero abſolutum diceretur, per rationes ſatis claras adductas per Præſ.de Franch.tam in citata deciſ. quam in alia 126.ſatiſque per eundem probatas, illum in occurrenti conſulas, prout & eaſdem, ac alias plurimas rationes, plurimaque fundamenta pro hac eadem opinione cõgerit doctiſs Surd Conſ.217.toto. quam opinionem ex traditis per allegatos authores non ſolum ego dico probabiliorem, ſed etiam receptiorem, ac in Regno in caſum legis redactam ob deciſ. Sacri Conſ. per Afflict. ſuperius citatum, & per alias deciſiones relatas per Pręſ. de Franc.num.9. ſequitur grauis authoritatis Doctor. Marchio de Põte de poteſt. proreg.tit.de refut.feudor. §.1.num.4.& 5.quæ opinio procedit, quamuis diuerſo loco fiant contractus, Gratian.diſcept.forenſ.tom.5.capit.897.num.13.& 14.

Quæ verior, & receptior opinio ſic probata nequaquam debilitatur ob allegata per Neguſ. citatum in illatione, quia eidem Neguſ. reſpondit Præſ. de Franch. in dict.deciſ.369. dicens dicta per Neguſant.procedere
503 quando contractus primo loco † celebratus habuiſſet ſuam perfectionem, & partes illum habuiſſent pro abſoluto; at ſi partes à principio conuenerunt tam de venditione, quam de reuenditione, aut de aliquo altero pacto obligatorio, & affectiuo; tunc ſi omnia non adimpleantur, nunquam pro abſolutis habentur, quæ per
504 vnum inſtrumentum fiunt, † niſi totum conceptum in mente contrahentium cõpleatur, ita Pręſ.de Franch. vbi ſupra.

Deinde

Deinde authoritas Sac. Conſ. Neapolitani, ac aliorũ Doctorum citatorum per eundem Præſidem prævalet
505 † authoritati Neguſantij, vt idem Præſes probat; nec refert quod Neguſant. commendatur à nonnullis authoribus, quia authores commendantes ſunt intelligẽdi ſecundum reſponſum datum per eundem Præſidem, modò vt vtitur ſapientiſs. Barboſ in d.l.ſi conſtante, numero 123. vbi commendando Neguſant. in citato loco, deinde dicit ſuper his videndus Præſ. de Franch. dicta deciſ. 369. num. 8. in quo numero, & in præcedenti, dantur præcitatæ reſponſiones.

Nec obſtabunt quæ diximus in extenſione illationis, quæ habuimus à Cæſare Manent. ibi allegato, quia ex eiſdem dictis deffinitur reſponſio, eò quod tunc pactũ
506 dicitur † correſpectiuum primo contractui quando contractu ſublato, tolleretur pactum, vt idem Manent. allegat, quod ante eum probauit Surd. citato conſ. 217. nu. 15. ſed Manent. non benè applicat; ideò contra eum retorquetur hæc regula, dum ſublata venditione ſub-
507 mouetur † pactum de retrouendendo, ac ſubmouentur omnia in contractu venditionis adhibita, quia principali ſublato tolluntur omnia in contractu venditionis adhibita, quia principali ſublato tolluntur omnia acceſſoria, ita Surd. deciſ. 289. nu. 2. & 3. loquens in contractu nullo, & prout probat latius idem Surd. citato conſ. 217. num. 15. & ſequent. idcirco ſi principalis contractus veditionis annulletur, & tollatur, tollitur & pactum de retrouendendo, aut aliud affectiuum, & obli-
508 gatorium contemplatione † venditionis adhibitum, & per hoc correſpectiuum iudicandum, quam difficultatem cognoſcens Manent. diſcedit ab hoc fundamento in ſequentibus numer.

Comprobantur prædicta, nam data correſpectiuita-
509 te † ſequitur ideò ex ea, connexitas; & ex connexitate reſultant indiuiduitas inſeparabilitas, & vnitas, ita Sigiſm. Scaccia de iudic. cauſar. ciuil. c. 21. nu. 1120. lib. 2.

Extenditur principaliter reſtrictio ſuperius nu. 441. firmata, procedere etiam ſi minor alienaſſet eius immobilia ob æs alienum, & ob cauſam permiſſam, quia
510 tunc nec bona eius obligabit † pro ſecuritate emptorum, quibus ius retentionis tãtum dabitur, & exceptio, ad text. in l. vetere & l. ſi prædium. C. de præd. minor. l. ſi pupillorum §. ſi obligauerit & l. ſi fundus §. quamquam ff. de reb. eor. cum alijs concordant.

Eadem verò reſtrictio ſubreſtringitur, & limitatur
511 quando bona pupillaria † iuſſu iudicis capiuntur, vel diſtrahuntur, aut in illorum poſſeſſionẽ creditores eiuſdem iudicis authoritate mittuntur, tunc hipotheca circa has ſpecies contrahitur ſuper bonis pupillaribus in beneficium poſſeſſorum, ad text. in l. 3. §. pignori. ff. de reb. eor. cum declaratione tamen adducta per gloſ. ibi.

Subreſtringitur ſecundò quãdo minor rem per prius
512 legitimè hipothecatam, ſoluendo debitum † à primo liberaret, & ius hipothecæ prioris creditoris ad ſecundum transferret, cuius pecunia debitum ſolutum fuit, ſub leuioribus forſan, aut ſimilibus vſuris, ad text. in l. 1. C. de his, qui in prior. cred. loc. ſucced. l. ſi pupillorum, §. ſi obligauerit in ſecundo reſpõſo ff. de reb. eor. l. Ariſto. ff. quæ res pign. oblig. poſſ. l. ſi prior §. à Titio. ff. qui pot. in pign. hab. quæ iura licet non loquantur quando minor eſt debitor, tamen eadem concurrit ratio, quia mi-
513 nor iure communi † vtitur, & per hoc, decreto opus non erit, ita Montan. tract. de iur. tutel. & curat. cap. 33. num. 187.

Subreſtringitur tertiò pro dote, pro qua bona mino-
514 ris poſſunt † obligari etiam ſine tutoris, aut curatoris authoritate, ac abſque decreto; gloſ. in l. vltima verſ. teneri. C. de legit. tut. illa ratione, quia bona minoris ſunt tacitè hipothecata pro dote, neceſſitate legali, & ex cõ-
515 ſequentia actus permiſſi † ita Pet. Cin. Bal. Ioan. Faber
* Ang. & Salicet. ex quibus communem opinionem dicit Bald. ibi Iacob. Aret. Alber. Roman. Alex. & alij, quos congerit Tiraq. de legib. connub. in gloſis, gloſ. 8. numero 188.

516 Contra hanc ſubreſtrictionem reſpondit † Bart. in l. item quia. ff. de pact. ſequitur Fulgoſ. ibidem, ac clarius idem Bart. in l. ſi conſtante num. 74. quæſt. 4. ſequuntur Imol. Cuman. Aretin. Anch. & Salicet. quos citat Tiraq. vbi ſupra nu. 193. eandem opinionem probarunt Roman. conſ. 214. Crot. in d. l. ſi conſtante in 2. lectura numero 143. Grammat. deciſ. 103. nu. 17. Socin. conſ. 80. num. 6. lib. 4. & Menoch. de adipiſcend. remed. 3. nu. 81. vt refert Barboſ. in d. l. ſi conſtante num. 119.

Sed in horum allegatione decipitur Barboſ. (vir alio-
517 quin ſapientiſſimus) eò quod Roman. in citato † conſ. 214. nihil de hoc loquitur in libro meo, ſed benè contrariam contra Bar. probat opinionem conſ. 280. vt inferius citabitur, prout & Gramat. in d. deciſ. 103. nu. 17. eandem contra Bart. probat opinionem; licet Soccin. tãtum Bartoli opinionem ſequatur, & Menoch. quamuis in num. 81. cum Bart. concludat in obligatione bo-
518 norum pupillarium illatorum † in domo conducta; quæ non obligari abſque decreto, dicat tamen contra Bar. fauore dotis cenſeri obligata bona mariti minoris
519 tacita legali hipotheca, † receptiſſima m, & commu-
* nem, dicit idem Menoch. in citato remed. 3. num. 68. verſ. Rectius, prout & Crot. in d. 2. lectura num. 103. & in prima lectura num. 84. fatetur opinionem cõtra Bar.
* eſſe communem, & in deciſiuis recipiendam, licèt ipſe numer. ſequentibus in 2. lectura; diſputando pro Bar. reſpondeat.

Idcirco pro ſubreſtrictione, & ſic contra Bar. reſpon-
520 derunt † Roman. in d. conſ. 280. & in d. l. ſi conſtante, num. 34. Alex. & Iaſ. in eadem lege Curt. Iun. Ruin. Rimin. Iun. & alij, quos cõgerit Cardin. Mantica de tacit. & ambig. conuent. tom. 1. lib. 11. tit. 21. nu 6. Lancell. Dec. Claud. Corne. Curt. Iun. Neguſant. Gramat. Bal. Nouell. Bened. de Plumbin. Octauian. Simoncell. & alij, quos probat Barboſ. loco citato, probatque Molfeſ. de contract. reſponſ. 7. num. 48. quorum receptiſſimam, &
* communiſſimam opinionem dicunt Tiraq. vbi ſupra Neguſant. par. 2. de pignor. memb. 4. verſ. tamen, Ruin. conſ. 61. num. 4. lib. 3. & in Rubr. ſolut. mat. num. 211. Curt. Iun. conſ. 168. num. 20. Crot. & Menoch. locis citatis, Barboſ. & Mantica locis adductis, ac alij recentio-
* res, quos omitto; communem etiam dicit Montan. de tutel. cap. 33. num. 436. quicquid inferius ſe confundendo dicat; Attamen non negatur, hunc articulum eſſe ex
521 difficillimis ſtante magna † cõtrouerſia inter Doctores, vt teſtantur omnes, & videtur penes Menoch. & Card. Mantic. vbi ſupra rationes, & fundamẽta autem, quibus hęc receptiſſima opinio comprobatur, & quibus tolluntur contraria, latè examinantur per Menoch. Cardinal. Mantic. & Barboſ. locis allegatis, illos in occurrenti videto.

Sed ſi de his omnibus particularibus locis latius diceretur, adhuc nõ omittam hoc in loco duo alia reſoluenda, deducere, nempe & illud primum, an autem opinio

hæc

hæc ſic per noſtrates receptius firmata in minore marito matrimonium contrahente, & dotes recipiente, procedat non ſolum quando vxor, aut ſui hæredes agãt pro dotium reſtitutione ſuper bonis dicti mariti minoris ex tacita legali hipotheca; ſed etiam agere valerent ſuper eiſdem bonis vigore expreſſæ hipothecæ contractæ per eundem minorem maritum; ad hoc vt ad noſtrum proprium inſtitutum redeamus dum loquimur, an minor valeat ſua bona obligare, eò quod Doctores omnes ſuperius citati loquuntur in tacita legali hipotheca tantùm.

Secundum reſoluendum erit dubium; an quæ dicta, & dicenda ſunt in marito minore dotes recipiente, procedãt in muliere minore dotes ſuper immobilibus promittente, aut eadem immobilia pro dotibus conſignãte abſque decreto.

Ad primum dicas ſi placet, nõ valere expreſſam obligationem factam per maritum minorem, de ſuis bo-
522 nis immobilibus pro dotium † conſeruatione, & reſtitutione, quamuis eam fieri ex tacita legali obligatione ſuperius probatum fuerit, quia hæc duo diuerſa ratione dijudicantur; principaliter enim minor non poteſt ſua obligare bona, eò quod immobilia bona minorum ſine ſolemnibus requiſitis alienari non poſſunt, ad text. in l. 1. ff. de reb. eor. & l. lex, quæ tutores, C. de admin. tutor. & ſi non alienantur conſequenter non obli-
523 gantur † ad text. in l. fin. C. de reb. alienis non alien.
524 & d. l. 1. itaque obligatio expreſſa ſpecialiter † prohibetur abſque requiſitis Bald. in d. l. item quia num. 4. ff. de pact. idcirco quãdo minori ſua obligat bona expreſſè pro dote reſtituenda, factum ſuum principaliter in-
525 tercedit, ideo neceſſaria ſunt † requiſita, quia ſuper rebus prohibitis obligari principaliter diſponitur in legis contemptum, & per hoc eiuſdem legis remedia requiruntur.

At quando ſine expreſſo facto minoris circa bonorum ſuorum obligationem recipiuntur dotes, tunc lex ipſa acceſſoriè ad dictam dotium cõſtitutionem diſpo-
526 nit tacitam concedendo hipothecam † ſine facto minoris principaliter ad obligationem adhibito, vt notat Angel. in d. l. item quia nu. 5. ita inducendo, tenet Cardin. Mantica de tacit. & ambig. cõuent. d. lib. 11. tit. 21. num. 21. ac nonnulli alij ante eum.

Contrarium, & verius defendit Bald. in d. l. item quia nume. 5. verſ. plus dico, ff. de pact. vbi tenet bona mino-
527 ris pro dotis reſtitutione † poſſe obligari expreſſè, ſicut & tacitè per legem obligata ſunt, eò quia expreſſa obligatio talis, tacitam legalem imitatur, nam quando
528 idem diſponit † pactum expreſſum, quod diſponit lex tunc dicitur conuentio legitima, ad text. in l. legitima cõuentio. ff. de pact. nec obſtant. l. lex quæ tutores, C. de admin. tut. & l. prædia ruſtica. C. de pręd. minor. quibus prohibetur ſimilium alienatio; quia procedunt in alie-
529 natione dominij, quæ non venit † tacitè in diſpoſitione legali, ſecus autem in hipotheca, quæ tacitè venit; aſſumptumque hoc probatur per tex. in l. 2. ff. de reb. eor. vbi minor abſque decreto obligabit bona immobilia fiſco venditori, quamuis ea tacita hipotheca erant affecta; ita Bald. in citato loco, quem ſequitur (alijs etiam adductis) Barboſ. in d. l. ſi conſtante num. 126.

Comprobatur Bald. opinio, nam minor, hoc in caſu, expreſſè obligando eius bona, exprimit in contractu, id quod lex pro expreſſo habere voluit, & per hoc autho-
530 ritate legis eiuſque permiſſu † promittit, ideo alia ſolemnitate hæc obligatiò non indiget, ad tex. in allegata l. vltima in fine. C. de reb. alien. non alien. aliàs ſequeretur, plus operari tutoris, & decreti authoritatem, quam legis iuſſum, & vtilior authoritas; ideo cauendum à Cardinal. Mantica, & alijs hoc inconueniẽs defendentibus, hiſque itaque non conſideratis, ſed ſimpliciter hanc opinionem vti veriſſimam ſequitur Senat. Dolan. deciſ. 14. num. 65.

Ad ſecundum verò breuius reſoluendo, reſpondeas
531 mulierem minorem † non poſſe conſtituere dotes abſque requiſitis ſolemnitatibus; dico de bonis immobilibus, ad text. in l. Titia ff. de iur. dot. l. 1. ſi aduerſ. donat. & l. lex quæ tutores C. de admin. tut. & probant omnes præcitati authores, vt eſt videre penes Cardin. Mant. vbi ſupra num. 5. & 22. ac latius penes Barboſ. d. l. ſi conſtante num. 128. latiſſimè tamen penes Surd. deciſ. 287.

Sufficit enim tutoris authoritas, & iudicis decretum in conſtituenda dote ſuper immobilibus, ſeu de immobilibus, quamuis expreſſè non ſit conuentum de hipotheca, quia tunc ex diſpoſitione legis tacitè hipotheca contrahitur, ad text. in l. vnica §. & vt plenius C. de rei
532 vxor. act. eò quia ſolemnia † adhibita in dotis conſtitutione porriguntur ad hipothecam, ita Neguſant. par. 2. de pignor. memb. 4. num. 74. ſequitur Cardin. Mantica vbi ſupra nu. 22. verſ. ſed ſi cum authoritate, & probant Bal. Nouel. de dote par. 6. priuileg. 58. num. 2. Rolan. de lucro dotis quæſt. 45. num. 6. & Barboſ. in d. l. ſi conſtante num. 130. in fine.

Rationem autem diuerſitatis inter hunc caſum, & præcedentem, & ſic inter maritum minorem, & vxorem minorem, ſi Doctores aſſignant, tamen elegantius more ſuo aſſignauit Barboſ. vbi ſupra num. 128. & ſeq. aut ſaltem clarius, dicit enim præcitatus doctiſs. author, ideo bona mariti minoris tacitè, & expreſſè obligantur
533 pro reſtitutione dotium, quia maritus † recipiendo dotes non diminuit patrimonium, ſed potius illud auget, & ſic cum facit meliorem cõditionem ſuam abſque decreto, & tutoris authoritate facere poterit, inſtit. de auth. tutor. in principio, & in l. contra iuris in principio. ff. de pact. & gloſ. communiter recepta in l. 2. ff. de acceptilat. quamuis pro reſtitutione dotis bona ſua tacitè, aut expreſſè obligantur, quia id fit ex diſpoſitione legis, & in conſequentiam actus liciti, & validi, vt ſuperius tradidimus; At ſecus in conſtitutione dotis facienda per mulierem minorem, quia hoc in caſu mulierem ſuum di-
534 minuit † patrimonium, & dominium in maritum transfert, ad tex. in §. per traditionem inſtit. de rer. diuiſ. & ideo decretum iudicis neceſſarium eſt, modo vt ſuperius diximus, quodque procedere etiam in ſimplici dotium rerum immobilium promiſſione notabiliter contra Benedict. de Plumbino probat idem Barboſ. nonnullis rationibus, & iuribus adductis in vtroque caſu illum conſulas.

Limitatur tamen hæc concluſio non procedere in
535 muliere minore conſtituente † dotes in immobilibus inæſtimatis pro ipſis dotibus conſignatis, quia tunc talis conſignatio non dicitur vera alienatio, & dominij translatio, vt poſt tex. in l. in rebus. C. de iur. dot. probauerunt Bal. Pinel. & alij, quos ſequuntur Simoncel. de decret. tit. 8. inſpect. 13. nu. 96. & Surd. citata deciſ. 287. nu. 21. & ſequent.

Subreſtringitur quartò principalis reſtrictio in bonis
536 minorum inuectis, & illatis † in domo per eundem

minorem

minorem conducta, quæ obligantur domino pro pen-
ſione abſque iudicis decreto, vt adnotatur per omnes
præcitatos authores, ſed de hac ſubreſtrictione dicemus
nos in titulo de locatore,& conductore.

Subreſtringitur quinto, in minore mercatore, qui
537 validè ſine decreto † poterit obligare eius omnia bo-
na, illa ratione, quia minores mercatores præſumuntur
induſtrij,& non indigent adminiculis conſcientiæ eo-
rum adminiſtratorum, aut conſanguineorum, ita Ste-
phan.Gratian.diſceptat.forenſ.tom.2.cap.279.nu.46.

Contra ſubreſtrictionem reſpondit Octauia. Simon-
cel.de decret.lib.2.tit.6.inſpect.4. vbi latius articulum
examinat & contra reſtrictionem concludit.

Pro ſubreſtrictione autem reſponderunt Boer. ad
conſuet.Biturig.tit.1.§.4.& Criuel.in deciſionibus Do-
lanis deciſ.14. num.59.& 60. vbi ſic deciſum in illo Se-
natu refert, & ita teneas.

538 Subreſtringitur ſextò in minore obligante † eius bo-
na pro ſe liberando à captiuitate hoſtium, quia obliga-
tio tenet etiam ſine adminiſtratoris authoritate, & ſine
decreto Gugliel. Bened. in cap. Rainutius de teſtam.in
ver.& vxor.nomine Adel. nume.830.& deciſum refert
Criuel.in citata deciſ.nu.67.

Extenditur ſubreſtrictio etiam ſi minor obligaſſet
539 † bona ſua pro ſe liberando à carceribus, eò quod
idem iudicium dabitur,ad tex.in l.quamuis & l.ſequen.
ff.ſolut.mat. in quibus legibus parificantur liberatio ab
540 hoſtibus, † vel à vinculis; liberatio enim è carceribus
dicitur cauſa naturalis pro redemptione proprij ſangui-
nis,vt adnotat Regens de Pont.de poteſt. proreg. tit.de
diuerſ.prouiſ.fol.494.num.31.& quod hæc duo parifi-
cantur de veriori probat Gratian. diſcep.forenſ.tom.1.
cap.108.num.5.

Extenditur ſecundò hæc ſubreſtrictio, vt procedat,
etiam ſi minor obligaſſet eius bona pro liberatione ſui
541 patris,† ab hoſtibus, aut è carceribus Aret. Salic. Ca-
ſtrenſ.& Cin.in l.1.in 2.notab.C.ne filius pro patr. Af-
flict.in conſt.minorum iura num.18.& deciſum in Ro-
ta dicit Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom.3.capit.
479.nu.36.ac Paſchal. de virib. patr. poteſt. par.3.c.5.
num.21.& 22. Sfortia Oddus de reſt.in integr.par.1.
quæſt.23.art.12.num.52. Anton. Faber in ſuo Codice
lib.2.tit.14.defin.1.& 2.Henring.de fideiuſſ.cap.7.nu.
349.cum plurib. ſeq.

Extenditur tertiò etiam ſi obligarentur bona mino-
542 ris pro redimendo † patrem, qui vrgetur à creditori-
bus pro ſolutione debiti, & minor ſe eiuſdem quantita-
tis debitæ debitorem fateatur, vel aliquid loco pignoris
penes ſe habere dicat, cum non habeat ita Ant. Faber
vbi ſupra defin. 3.

Extenditur quartò ſi obligarentur bona minoris pro
543 liberando patre ab imminentibus executionibus † cre-
ditorum, & periculo carcerationis, cum eadem ratio
pietatis militet, vt latius cōgerit Stephan. Gratian.tom.
1.diſcept.forenſ.cap.108.nu.41.cum multis ſeq.& Fa-
rinae.deciſ.194.nu.4.cum ſequent. quos probat copio-
ſiſs. Paſchal.de virib. pat.pot.par.1.c.6.nu.123. idem-
que probat idem Gratian. tom.3. diſcept.forenſ.citato
c.479 nu.37.quæ extenſiò procedit etiam ſi aliud peri-
culum paternæ carcerationis non eſſet, niſi quod pater
544 obligatus † reperiretur per ſcripturam paratam, &
promptam executionem habentem, Surdus conſ. 367.
545 nu.19.20. & ſeq. vol.3. liberatio enim † carceratorū
pijſſima cauſa dicitur Bald.Tiraq.& alij relati per Gra-
tian.citato c.108.in princ. & Regens de Ponte vbi ſup.

Sed omnia prædicta adnotata circa minoris obliga-
tionem,aut bonorum ipſius, velim intelligas quādo mi-
546 nor ſit illius † ætatis, ſcilicet proximus pubertati, aut
pubes, vt ipſe obligare poſſit eius bona pro cauſis præ-
dictis,ipſeque obligari, at ſi non erit talis ętatis, tunc ad
prædicta interueniat tutor; alias obligatio non teneret,
ſi doli capax,& rationis nō eſſet, ita poſt alios declarat,
Pirr.Maur. Aret.de fideiuſſ.p.2. Section. 8.cap.13.toto
prout & ita intelligenda ſunt, quæ ſequuntur.

Et redeundo ad extenſiones; extenditur quinto ſu-
pradicta ſexta reſtrictio illatiuè tamen ad præcedentes
extenſiones; vt procedant omnes allegatæ extenſiones,
547 tam de iure communi, † quam de iure Regni, in quo
omnes obligationes filiorumfam.deficiente patris con-
ſenſu annullantur per Regias pragmaticas ſub titulo ad
Macedonianum; procedantque etiam ſi minor filiusfa-
milias in caſibus prædictarum extenſionum ſe cum bo-
nis obligaſſet, patre abſente, & abſque cōſenſus expreſ-
ſione; quia vtique ſubſiſtere tales obligationes deciſum
dicit in Sacr.Conſ.D.Paſchal.in citato num.123.quem
refert,& imminente patris carceratione, ſequitur, Muta
deciſ.94.num.31.& ſeq.

Subreſtringitur finaliter omnibus illis modis, quibus
minorum bona alienari non prohibentur; nam eiſdem
548 modis † obligari valent, ad text.in l.fi.C.de reb.alien.
non alien.& l.1.ff.de reb.eor.per argu.à cōtrario ſenſu,
de quibus alienationibus tam prohibitis, quam permiſ-
ſis ſuo loco nonnulla ſatis notabilia deducentur.

S V M M A R I V M.

549 *Inſtrumenta deputata ad agriculturam, ac etiam bo-
ues aratorij non obligantur, etiam ſi talia offerrentur
ſponte ab obligante ibidem, tam in pignore prętorio,
quam conuentionali num.ſeq.*

550 *Pignus, nec prętorium, nec conuentionale cadit in in-
ſtrumentis ad agriculturam pertinentibus, nec in bo-
bus aratorijs.*

*Boues aratorij non obligantur, nec in cauſam iudica-
ti capiuntur ibidem, ſed contrarium de conſuetudine
num.551.*

552 *Boues aratorij, & alia inſtrumenta agriculturæ quare,
nec in ſubſidium capiantur.*

553 *Agriculturæ inſtrumenta non capiuntur etiam ſi fuiſ-
ſent expreſsè hipothecata.*

554 *Capit.Regni pridem ſeruatur in eodem Regno.*

554 *Inſtrumenta agriculturæ, & boues aratorij, &c. non
capiuntur, nec pro priuato, nec pro publico debito.*

555 *Boues aratorij, & inſtrumenta agriculturæ pro pigno-
re non capiuntur, etiam ſi dum fuerunt obligata fuit
per debitorem renunciatum legibus, & pragmaticis id
prohibentibus.*

556 *Vaccæ, & earum ſupellectilia ſicut inſtrumenta agri-
culturæ non poſſunt oppignorari.*

Aratra oppignorari non poſſunt, ibid.

557 *Inſtrumenta agriculturæ non poſſunt obligari, ne qui-
dem pro ſeruitio alterius culturæ, & quare.*

*Boues aratorij, & inſtrumenta agriculturæ non poſſunt
obligari ne quidem pro ſeruitio alterius culturæ, ibid.*

558 *Boues, & alia inſtrumēta agriculturæ poſſunt obligari,
quando poſſeſſor obligans eſt inutilis ad culturam exer-
cendam.*

559 *Inſtrumēta agriculturę, & boues &c. poſſunt obligari, quādo reperiuntur penes illū, qui non exercet culturam.*

560 *Boues, Vaccæ &c. poſſunt obligari, & capi pro paſcuis, & fida.*

561 *Vaccina animalia omnia in Regno Neap. prohibentur oppignorari, & capi; imò etiam macellari. nu. 562.*

562 *Macellari prohibentur Vaccina animalia in Regno Neap. & 570.*

563 *Romanus quidam fuit in exilium miſſus, quia bouem aratorium macellari iuſſiſſet.*

564 *Vaccina animalia inutilia ad generationem, vel quæ decennium ſuperant non prohibentur macellari, & 570.*

565 *Carnes animalium mortuorum ex infirmitate, & eo magis ſi fuerint fetidæ vendi non debent, nequidem ad petia, imò nec pauperibus dari debent.*

566 *Gabellotus partitarius, ſeu Arrendator, ſi partitum fecerit de macellandis carnibus, vel coquendo pane, an teneatur macellari facere carnes etiam pro hominibus additis in eodem loco poſt partitum factum.*

Partitarius, qui partitum fecit, quod macellari faceret carnes pro hominibus talis loci per verba particularia, non tenetur pro hominibus additis, ibidem, ſecus ſi per verba collectiua, nu. 567.

567 *Arrendator, qui partitum fecit, quod macellari faceret carnes verbi gratia in tali loco per verba collectiua non particularia, tenetur etiam pro hominibus additis poſt partitum.*

568 *Carnes Vaccinæ in Regno Neap. macellantur abſque metu penæ, ſed quando poßunt puniri. nu. 570.*

569 *Executio ſuper Vaccinis omninò prohibetur, & dum impetratur licentia à Regio Coll. ponitur clauſula cum promiſsione de non macellando.*

570 *Macellantes vaccas vtiles ad generationem, & boues habiles ad agriculturam poßunt puniri.*

571 *Filijfam. liberi homines, loca religioſa, & præmium futuræ victoriæ obligari non poſſunt.*

INSTRVMENTA AD AGRICVLTVRAM deputata, an cadant ſub hipotheca, & poſſint oppignorari.

Reſtringitur principaliter regula poſita ſuperius, nu. 291. quarto modo ſecundum ordinem Neguſant. in citato 3. memb. 2. partis, num. 49. in bonis, ſeu
549 inſtrumentis deputatis ad agriculturam † inter quæ computantur etiam boues aratorij ad tex. in l. executores cum l. ſequent. C. quæ res pignor. oblig. poſs. & contrafacientes puniūtur, ad text. in auth. agricultores eod. titu. quam reſtrictionem procedere etiā ſi debitor aliud non haberet in bonis, & etiam ſi idem debitor ſpōte ta-
550 lia pignora offerret, ac tam in conuentionali, † quam in pretorio pignore; hæc congerit Neguſ. allegato loco,
551 quamuis illa non ſeruari † de cōſuetudinę dicat; quod comprobat poſt Aſin. Carroc. de locat. & conduc. par. 5. titu. de inuectis quæſt. 20. num. 18. dicens tales leges hodie non eſſe in vſu, taliter quod hodie non ſolum boues aratorij, ſed ipſi coloni, vxoreſque capiuntur, idque firmat poſt diſcuſſum articulum plenè de iure communi, de quo iure videndi ſunt authores in d. l. executores Anna Sing. 66. Caroc. vbi ſupra Nouell. Card. Mantic. Anil. Sola, Menoch. & innumeri relati per Giurb. deciſ. 40. num. 3.
552 Immo etiam de iure communi boues aratorij † non oppignorantur, nec in ſubſidium, quamuis alia non extarent bona, ne agricultura deſeratur, & impediatur quicquid dixere, Iſern. Affl. Plot. Ang. Petraſanc. Rip. & Gomes; firmat Menoch. caſ. 378. de arbitr. nu. 11. cum ſeq. quodque procedere etiam ſi expreſsè fuiſſent talia
553 animalia † oppignorata, contra præcitatos authores, & contra Barto. in d. l. executores & Neguſant. vt probando Menoch. loco citato, comprobat Mar. Muta ſuper pragm. Regni Sicil. tom. 1. titu. 55. num. 9. & num. ſeq. addit Bouadill. Plat. Luc. de Penn. Tiraq Pet. Antib. Didac. Perez Chaſſan. & Rip. idem tenentes, ac veriorem dicit dom. Paſchal. de vir. patr. poteſt. par. 4. cap. 6. num. 69. in fine.

Verum de intellectu communiter approbato iuris
✱ communis, quidque ſeruabatur de iure capitulorum Regni, quid vè de iure pragmaticarum, doctiſs. Rouit. ad commentaria Reg. pragm. titu. de beſtijs vaccinis pragm. 1. tota; cautum eſt enim in Regno per regias pragmaticas citatas per illum Doctiſs. Dominum, &
554 cuique ex noſtratibus notas, ſeruari debere † cap. Regni pridem, vt ne dum in debitis priuatis, ſed nec etiam in publicis oppignorētur hęc animalia, ideò opinio Menoch. & Mut. vbi ſupra ſeruatur inconcuſsè in Regno.

Extenditur concluſio quamuis expreſsè obligata eſ-
555 ſent, & in ſubſidium † oppignorarentur, quia vtique prohiberetur fieri ex ſuperius traditis, nec renunciatio dd. regijs pragm. teneret, Menoch. d. caſ. 378. num. 15. & 16. & Muta. d. num. 13.
556 Extenditur ſecundò in Aratris, cęteriſque † ſupellectilibus, & Stiuilibus deſtinatis ad vſum culturæ, & vaccharum, quæ vtique oppignorari prohibentur, Iaſ. Plot. Diodor. Sicul. & Menoch. quos probat Muta in citato loco num. 13.
557 Extenditur tertiò, etiam ſi oppignoratio † fieret pro ſeruitio alterius culturæ, quia fraudis ſuſpicio ſemper vigeret; Menoch. vbi ſupra num. 14. & Muta citato loco, num. 13.

Reſtringitur tamen eadem concluſio; vt concedēda
558 eſſet † oppignoratio ſi debitor poſſeſſor horum animalium eſſet inutilis, & inhabilis ad culturam exercendam, Muta allegato loco.

Reſtringitur ſecundò quando hæc animalia reperi-
559 rentur † penes illum, qui non exerceret culturam, quia hoc in caſu oppignorarentur, Menoch. vbi ſupra nu. 17. & Muta. d. num. 13.
560 Reſtringitur tertiò, vt valeant hæc animalia † oppignorari, & exequi pro paſcuis & fida, modo vt declarabimus latè in titulo de locat. & in vltimo quæſito.

Attamen in Regno non ſolū boues aratorij, ſed om-
561 nia animalia vaccina † prohibentur oppignorari, & exequi, vt ſuperius firmauimus, & expreſsè cauetur per pragm. 48. de off. Sacr. Conſ. ac & denique eadem omnia animalia prohibentur macellari ob eandem culturę conſeruandæ rationem, vt diſponitur in dd. prag. 1. & 2.
562 de beſtijs vaccinis, † nec nouum videtur hoc pragmaticale edictum, quia antiquitus Romani idem ſeruabāt, eò quod per legem Atticam vetitum reperiebatur; imò
563 fuiſſe quendam Romanum † exilio condemnatum, eò quod bouem aratorium macellari iuſſiſſet, referūt Plin. lib. 8. cap. 45. Cuiac. lib. 4. obſeruat. iur. cap. 20. Menoc. d. caſ. 378 num. 4. & alij recentiores.

Sed eadem Animalia venduntur, & macellantur, ſi
564 fuiſſent † inutilia tam ad culturam, quam ad generationem, aut ſi decennium ſuperarent, vt diſponunt Regiæ pragmaticæ allegatæ, & probarunt Doctiſs. Rouit.

in d.pragm.1. num.3.Maur.Burg. de modo proced. ex
abrupto quæſt.19. nu.102. & Muta vbi ſupra num.14.
quodque in praxi continuò probatur.

Infertur ex prædictis, quod quandoque ſolẽt ſub no-
mine inutilium animalium vendi carnes vaccinę, Bouũ,
aut vaccharum mortuarum, & venditores dicunt mor-
tua eſſe dicta animalia morte violenta, vt carius vende-
re poſſint, & tamen vt plurimum, moriuntur morbo of-
fenſibili, & per hoc deputati ad aſſiſiam imponendam,
565 ac cæteri officiales debent diligentia vti, ne ſimiles †
carnes mortuæ, & infirmæ non ſolum non vendantur,
& bilancijs ponantur, ſed nec etiam ad petita cõcedan-
tur, & eò fortius ſi fuerint fętidæ, quæ nec pauperibus
dari debent, ne ob illam malam qualitatem gentes mo-
riantur, licet quandoque poſſint pauperibus, & carcera-
tis diſpenſari, quicquid dixerint medici, cõtra quos poſt
Maſcard.concluſ.1037.nu.21.inuehit Bouadill.tom.2.
lib.3.ſuæ Policit.cap.4.tit. *de los abaſtos*, nu.27.46.48.
& ſeq. vbi hæc omnia & alia ſatis notabilia.

Infertur ſecundò, & notabilius, nam ſi per aliquem
Gabellotum partitarium, aut Arrendatorem fuerit fa-
ctum partitũ de macellandis carnibus, aut de coquendo
566 pane, vel aliud ſimile; an teneatur macellari † facere
animalia ſufficiẽtia tam pro ciuibus ordinarijs illius lo-
ci quam pro alijs hominibus additis in eodem loco, vel
ſi tempore quadrageſimali augerentur infirmi, & opus
eſſet macellari facere animalia in maiori numero, vel
autem excuſaretur tanquam de caſu inopinato. Super
qua illatione duo ſunt conſtituendi caſus, & illorũ pri-
mus. Nã aut partitarius promiſit macellari facere car-
nes pro gentibus, & populo talis loci, & ſic per particu-
laria verba, & tunc promiſſio intelligeretur facta reſpe-
ctu hominum tunc exiſtentium, non autem de augu-
mentatis, & occaſione ab extra auctis.

Aut & ſecundò facta eſſet promiſſio vniuerſalis, &
567 collectiua † de macellari faciendo, ſcilicet in tali ciui-
tate, vel loco, & tunc teneretur ad ſufficientiam etiam
hominum augumentatorum, Bar.in l.3.in fi.C. de mu-
nileg.in fine lib.11.& Platea Cin.Anchar.Cæpol.Auen-
dan. Marſil.Natta, Mexia, Nouell. Auil.Aluar Surd.&
alijs infinitis adductis probant Bouadil. loco citato nu.
28.29. & 30. ac Muta in cap. Regni Sicil.31. limit.2.
tom.6. & in d.tom.1. Pragmaticarum tit.56. num.28.
vſque ad num.36.

Redeundo itaque ad noſtrum inſtitutũ, dico in Re-
gno, quo ad venditionem intra Regnum, & macellatio-
568 nem indiſtinctè venduntur, & macellantur † abſque
metu pęnę, & per hoc ſolet Regium Collater.conſ.ema-
nari facere banna, vt non macellentur in ciuitate Nea-
polis, & vltra per tot milliaria, & per tempus; executio
569 verò prohibita † eſt ſimpliciter, ſuper cuius conceſſio-
ne ſolent obtineri licentiæ ab eodem Regio collaterali
cum promiſſione de non macellando; ſed circa macel-
lationem vaccharum vtilium ad generationem, & Bo-
uum vtique vtilium ad culturam abuſus iam dictus cre-
570 derem, quod puniretur † per regios miniſtros, & alios
officiales deputatos, ſi in iudicium deduceretur, talis
macellatio.

Reſtringitur quintò principalis regula in filijsfam.li-
571 beris † hominibus; locis Religioſis, & in præmio futu-
ræ victoriæ, quæ obligari non poſſunt, ſed tanquam de
rarò has obligationes contingibiles, Neguſant.d.par.2.
memb.3. nu.50. & 51. ſub breuitate poſuit, & ego ſola
relatione contentus, nihil vltra dicam.

SVMMARIVM.

572 *Res prorſus aliena obligari non poteſt, ſecus ſub conditione ſi debitoris efficeretur num.573. vel dominus ratificauerit.*

574 *Res aliena, in qua adeſt ſpes ſuccedendi non poteſt ſpecialiter obligari neque ſub conditione ſi debitoris effecta fuerit, ſecus generaliter num.575.*

Obligatio contra bonos mores non valet d.num.574.

575 *Res aliena, in qua ſpes ſuccedendi venit in generali obligatione, ſecus in ſpeciali cum iuramento.*

576 *Rei alienæ obligatio reconualeſcit, quando ipſius dominium ſuperuenerit debitori obliganti.*

577 *Obligatio rei alienæ nunquam reconualeſcit, quãdo creditor ſciebat rem eſſe alienam, ad actionem producendam, ſecus ad retentionem. Contrarium num.578. ſed reſoluitur.num.579.*

579 *Vendens rem alienam ſcienti obligatur, & propterea re per ipſum acquiſita confirmatur venditio.*

580 *Debitor obligans rem alienam ſcienti non tenetur contraria pignorantia, & propterea debitoris non intereſt pignus confirmari num.581.*

582 *Venditor rei alienæ perſonaliter obligatur ad venditionem implendam.*

583 *Venditor obligando rem alienam ſcienti perſonaliter non obligatur.*

584 *Hipothecaria actio non oritur abſque perſonali.*

585 *Debitor obligans rem alienam ignoranti tenetur de dolo, & ſi efficiatur dominus ſua intereſt, vt pignus confirmetur.*

Obligans ſcienter alienam ignoranti tenetur de dolo, ibidem, & 589.

586 *Debitori, qui rem alienam, in qua ius aliquod habebat obligauit, & obligatio quoad ius tantum ab initio tenuit, ſi dominium rei ſuperueniat ex alia cauſa, quam ex cauſa dicti iuris, obligatio non ſuboritur in ipſa re, & ſequent.*

588 *Inter diuerſa oritur diuerſum iudicium.*

589 *Obligans rem alienam ignoranti tenetur de dolo.*

590 *Debitor obligans rem alienam, in qua ius aliquod habet cenſetur obligare ius quod habet in re tantum.*

591 *Obligatio, ſi non poteſt verificari in tota re, verificabitur in parte, quæ obligari poteſt.*

592 *Conſenſu deficiente corruit ſubſtantia obligationis.*

593 *Aut cedentis, & ſubſequentis idem eſt iudicium.*

594 *Quod tractu temporis ſuper exiſtentiam non habet, tractu temporis ſuper exiſtere, & conualidari abſque nouo conſenſu non poteſt.*

595 *Obligatio rei cauſata ex conſolidatione iuris, quod erat in re, extinguitur extincto iure.*

596 *Reuerſa re ad debitorem, ſuper qua ius habebat, licet extinguatur illud ius per rei cõſolidationem quoad formã, tamen tota res cum iure conſolidata remanet quoad ſubſtantiam.*

597 *Sufficit creditori agenti hipothecaria probare de vtili dominio, vel quaſi debitoris obligantis, vt obtineat cõtra tertium ſine titulo poſſidentem.*

598 *Obligatio rei alienæ, ſi non valet in præiudicium domini, an valeat contra debitorem, vt ſi poſſideat poſſit cõueniri, nec valeat quæſtionem dominij refricare, & plur. ſequent.*

599 *Debitor non poteſt quæſtionem dominij referre quando*

conuenitur perſonali ex contractu, ſecus ſi conuenitur reali, ſed de veritate infra.

600 *Quando agitur hipothecaria ſufficit probare de dominio obligantis, & de poſſeſſione tantum tertij poſſeſſoris, & quare de veritate inf.*

601 *Debitor principalis poſſidens, qui rem obligauit quæſtionem dominij referre non poteſt & 615.*

602 *Tertius poſſeſſor titulo poſſidens quæſtionem dominij refricare poteſt.*

603 *Debitor agens pignoratitia directa aduerſus creditorem pro rei reſtitutione non ſubmouetur ſi creditor apponat rem pignoratam debitoris non eſſe.*

Creditor non poteſt dominij quæſtionem refricare debitori agenti directa pignoratitia ibid. & 634.

604 *Creditor poteſt quæſtionem proprij tamen dominij refricare aduerſus debitorem agentem pignoratitia & 648. & ſeq.*

605 *Pignus in re propria non conſiſtit.*

606 *Creditor agens hipothecaria quid probare debet.*

607 *Creditori agenti hipothecaria aduerſus debitorem, vel eius hæredem, an poſſit quæſtio dominij referri nu. 607.*

608 *Creditor agens hipothecaria aduerſus debitorem, vel eius hæredem debet probare de dominio per veras, aut per præſumptas probationes.*

609 *Debitor poteſt expreſsè referre id, quod exprimi, & probari debet per creditorem.*

610 *Pignoratitia actio oritur ex contractu.*

611 *Hypothecaria actio oritur immediatè ex hipotheca per contractum inducta.*

612 *Ius par, & æquale habet creditor ad exercendam hipothecariam aduerſus quemlibet rei obligatæ poſſeſſorem.*

613 *Cauſa dominij tanquam neceſſarium antecedens præcedit cauſam pignoris.*

614 *Debitor qui rem alienam obligauit, improbè reſiſtit creditori ipſi refricando quæſtionem dominij.*

615 *Debitor ſecundum communem, & veriorem opinionem non poteſt queſtionem dominij refricare creditori agenti hipothecaria.*

616 *Debitor refricando creditori quæſtionem dominij veniret contra propriam confeſſionem emanatam in principio obligationis.*

617 *Poſſeſſor neque ſi incontinenti exceptionem dominij offerat probare non auditur, ſed ſtante ſuo mendacio priuatur beneficio poſſeſſionis.*

618 *Debitor opponendo exceptionem dominij eſt mendax, & propterea quæſtionem dominij refricare non poteſt.*

619 *Emptor non poteſt dicere de nullitate emptionis aduerſus vicinum retrahentem iure congrui.*

Excipiens de iure tertij non auditur ibid.

620 *Dolus doloſo non prodeſt.*

621 *Ratio quare debitor non poteſt quæſtionem dominij refricare aduerſus creditorem agentem hipothecaria.*

622 *Creditori aſſerenti in petitione hipothecariæ intentatæ aduerſus debitorem, rem quæ petitur ſuperueniſſe in dominio debitoris poſt obligationem, poteſt quæſtio dominij per debitorem refricari, & quare.*

623 *Fundamentum principale debet probari per eum, qui ſe fundat in eo.*

624 *Debitor conuentus hipothecaria non debet negare ſe fuiſſe dominum tempore obligationis, ſed negare poteſt ſe eſſe dominum tempore, quo conuenitur ex Ant. Fabr.*

625 *Debitor ignoranter obligando rem alienam, ſi conuenitur hipothecaria poteſt quæſtionem dominij refricare.*

626 *Ratione ceſſante ceſſat lex.*

627 *Obligatio rei alienæ facta per debitorem ignoranter nõ conualidatur, ſi dominium illius rei acquiratur per debitorem probata ignorantia.*

628 *Correlatiui eius ſunt naturæ, vt diſpoſitum in vno cenſeatur diſpoſitum in alio.*

629 *Dolo ceſſante in obligatione rei alienæ tãquam ſuæ debitoris non intereſt pignus confirmari.*

630 *Ignorans non conſentit.*

631 *Conſenſu deficiente obligatio corruit.*

632 *Mendacio, & dolo ceſſante debitor poteſt quæſtionem dominij referre creditori agenti hipothecaria.*

633 *Debitor conuentus hipothecaria ex obligatione generali ſuper vna re tanquam in generali comprehenſa, poteſt in illa re quæſtionem dominij refricare.*

634 *Creditori, vel debitori agenti ex contractu exceptio dominij non obſtat, & ſeq.*

635 *Contractus ſuper re aliena celebratus mero iure tenet.*

636 *Contractus, de quorum ſubſtantia eſt, vt dominium transferatur, neceſſariò requirunt dominium ex parte contrahentis, ad hoc, vt dominium transferatur.*

Dominium in quibus contractibus requiritur ex parte alicuius contrahentis, ibid.

637 *Dominij tranſlatio eſt de ſubſtantia mutui.*

Mutuatarius poteſt excipere de dominio tertij aduerſus creditorem agentem certi condictione, ibid.

638 *Certi condictio non oritur ex contractu mutui nullo.*

639 *Agenti rei vendicatione etiam aduerſus eum, qui ab ipſo cauſam habuit, incumbit onus probandi dominium.*

640 *Agenti certi condictione ex mutuo non incumbit onus probandi ſe eſſe dominum.*

641 *Agens rei vendicatione aduerſus habentem cauſam ab eo, agit tanquam aduerſus quemlibet poſſeſſorem numero 641.*

642 *Agens ex mutuo aduerſus mutuatarium non agit tanquam aduerſus quemlibet poſſeſſorem, ſed tanquam habentem cauſam ab ipſo.*

643 *Ratio quare agens ex mutuo aduerſus mutuatarium nõ tenetur probare ſe dominum, videtur militare etiam in agente rei vendicatione aduerſus habentem cauſam ab ipſo.*

644 *Agenti rei vendicatione quare incumbit onus probandi dominium.*

645 *Poſſeſſor licet iniuſtus non tenetur reſtituere, niſi domino dominium probanti.*

646 *Poſſeſſor abſoluitur, ſi contra ipſum agens nihil probat.*

647 *Agens ex mutuo contra debitorem, quare non debet probare ſe dominum.*

Mutuatarius conuentus ex mutuo conuenitur? vti promiſſor, non vti poſſeſſor, ibid.

648 *Creditor conuentus pignoratitia directa per debitorem poteſt exceptionem proprij dominij opponere, non autem alieni & 604.*

649 *Res propria prohibetur deponi, locari, vendi, aut pignorari penes dominum.*

650 *Depoſitum reſtitui debere videtur non obſtante proprij dominij exceptione.*

Intellectus textus l. penultimæ, Cod. depoſiti. ibidem cum

tam ſeq. & tex. in l. qui rem. ff. depoſ. num. 657.

651 *Exceptio proprij dominij obſtat petenti depoſitum & 652.*

653 *Compenſatio in depoſito non admittitur.*

654 *Bellonus arrogat ſibi intellectum Iacob. de Aren.*

655 *Barboſius in l. ſi alienam ff. ſolut. matrim. omninò videndus.*

656 *Res propria depoſitarij non fuit depoſita in caſu l. pen. C. depoſiti & ſeq.*

657 *Intell. tex. l. ſi quis conductionis. C. locat. cum pluribus ſequent.*

658 *Conductor locatori agenti ad rei locatæ reſtitutionem exceptionem proprij dominij opponere non poteſt.*

659 *Conductor poteſt exceptionem dominij proprij opponere locatori agenti ad rei reſtitutionem per actionem ex locato, & ſic per petitorium, ſecus ſi condictione ex l. ſi quis conductionis C. locati num. ſeq.*

660 *Conductor non poteſt opponere quæſtionem proprij dominij locatori agenti ad rei locatæ reſtitutionem ex remedio poſſeſſorio l. ſi quis conductionis C. locati.*

661 *Locatio in re propria conductoris non conſiſtit.*

662 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus.*

663 *Tertius verus dominus, quamuis non poſſideat poteſt opponere de ſuo dominio aduerſus creditorem agẽtem hypothecaria contra ſuum debitorem rem poſſidentem.*

664 *Dominus poteſt opponere de ſuo dominio aduerſus ſpoliatum agentem poſſeſſorio recuperandæ contra ſpoliantem conuentum.*

665 *Dominus poteſt opponere exceptionem proprij dominij aduerſus locatorem agentem remedio l. ſi quis conductionis C. locati, contra cõductorem, et reſtitutionem impedit.*

666 *Conuentus rei vendicatione poteſt opponere de dominio tertij & ſeq.*

667 *Dominium eiuſdem rei non poteſt eſſe apud duos dominos inſolidum.*

668 *Agenti rei vendicatione etiam aduerſus depoſitarium, commodatarium, conductorem &c. poteſt per ipſos opponi exceptio dominij etiam alieni.*

669 *Agenti rei vendicatione contra ſpoliatorem, qui agentem poſſeſſione ſpoliauit non poteſt opponi exceptio dominij nec alieni, nec proprij ſed contrarium num. 670.*

Intellect. tex. in l. ſi quis emptionis §. ſed hæc ſuper illis C. de præſcrip. trig. an. num. 669. ad 671.

670 *Agenti rei vendicatione aduerſus ſpoliatorem, qui ipſum poſſeſſione ſpoliauit non poteſt opponi exceptio dominij, dummodo agens probet ipſius poſſeſſionem triginta annorum, & ſpolium & ſeq.*

671 *Dominium præſumitur à lege ex poſſeſſione triginta annorum cum ſpolio.*

672 *Agere remedio poſſeſſorio tutius eſt, quam petitorio.*

673 *Exceptio dominij quando agenti opponi poſſit, vltra abundè dicta per Authorem, videndus Barboſ.*

674 *Emptor poteſt opponere exceptionem dominij aduerſus venditorem agentem rei vendicatione.*

REI ALIENÆ OBLIGATIO AN valeat, & quando.

REſtringitur ſextò in Re prorſus aliena, quæ om-
572 ninò obligari nequit, † quia debitor in illa non
habet ius nec in re, nec ad rem, ad tex. in l. 1. §. 1. ff. de
pignor. plenè Bar. in l. rem alienam ff. de pignor. action.
& Neguſant. vbi ſupra numero 52. ſecus tamen eſſet ſi
obligata eſſet ſub conditione ſi res efficeretur debitoris,
573 aut ſi dominus † rei ratificaſſet obligationem, quibus
in caſibus valere obligationem vulgatis iuribus, probat
idem Neguſ. loco citato ſequentibus numer. quæ dubi-
tationem non habent.
Modificatur reſtrictio circa obligationem rei alienæ
ſub conditione, ſi erit obligantis; vt non procedat in
terminis. l. fin. C. de pact. nempe ſi per filium, aut alium
ſucceſſorem obligaretur res, in qua adeſt ſpes ſucceden-
574 di, quo in caſu † tanquam obligatio contra bonos
mores non valeret. d. l. fin. vbi adnotant Salic. Alex. &
Iaſ. dummodo talis res obligaretur ſpecialiter, alias ſi
575 generaliter obligaretur, tunc, quia tanquam futura †
veniret in generali obligatione, valeret obligatio, ita
Neguſant. in d. memb. 3. num. 59. qui ex Bart. & alijs
dicit ſpecialem obligationem in huiuſmodi etiam cum
iuramento non tenere, ſed de his dicetur ſuo loco, vbi
tractabimus, an pactum de futura ſucceſſione teneat.
Modificatur ſecundò reſtrictio, circa obligationem
rei alienæ, vt non procedat quando dominium rei alie-
næ obligatę ſuperueniat poſt obligationẽ debitori obli-
576 ganti, quia tunc † ex æquitate obligatio conualeſcit ad
text. in l. cum res. C. ſi res alien. pignor. dat. ſit, quem
probat Cardin. Mantica de tacit. & ambig. conuent.
tom. 1. lib. 11. tit. 4. num. 7. Rolan conſ. 49. lib. 2. & Ma-
ſtrill. deciſ. 287. tom. 3. num. 44.
Declaratur modificatio, vt procedat creditore igno-
rante rem obligatam eſſe alienam, non autem in credi-
tore ſciente, quia ſi creditor ſciret rem ſibi obligatam
eſſe alienam, nullatenus conſequeretur actionem ſuper
577 ea, ſed tantum retentionem, † ſi illa per creditorem
poſſideretur, ad text. in l. 1. verſ. 2. vbi gloſ. & Bart. ff. de
pignor. probatque Neguſant. d. par. 2. memb. 3. nu. 55.
addo gloſ. in d. l. cum res; ratio diuerſitatis inter ſcien-
tiam, & ignorantiam creditoris, poſt Bart. in d. l. rem
alienam, ff. de pignor. act. aſſignatur per Neguſant. in
allegato loco num. 56.
Contra declarationem videtur facere text. in l. cum
578 vir. ff. de vſucap. vbi ſiue ſciens, ſiue ignorans † rem
alienam emens ſemper acquirit, ſi dominium rei em-
ptæ ſuperueniat ad venditorem, ideò ſcientia in termi-
nis noſtris non deberet contrarium operari, vt in de-
claratione.
Dicas veriſſimam eſſe declarationem, & text. d. l.
cum vir, non afficere eam, quia loquitur in venditione;
579 venditor † enim rei alienæ ſcienti obligatur; vnde in-
tereſt ſua, confirmari venditionem ad text. in l. ſi quis
alienam ff. de act. empti, at ſecus in obligatione rei alie-
580 næ ſcienti facta; quia debitor obligans non tenetur †
contraria pignoratitia ad text. in l. tutor §. 1. verſiculo
ſed ſi ſciens in fine, ff. de pignorat. act. vnde debitoris
581 non intereſt pignus † confirmari, ita Bart. in d. l. cum
vir, numero 6. intereſt ideò venditori vt res aliena fiat
emptoris, eò quia ad venditionem implendam perſo-
582 naliter † obligatur, nec res vendita obligatione aliqua
afficitur; ideò vel vendat ſcienti, vel ignoranti ſemper
583 tenetur, ſed debitor obligando † rem alienam ſcienti,
perſonali actione non tenetur, d. text. l. tutor §. 1. in fi-
ne, idcirco abſque perſonali, hipothecaria non oritur,
584 † vt ſuo loco probabimus, & per hoc reali actione
non afficitur res aliena in obligatione poſita, & con-
ſequenter nihil intereſt debitori, vt obligatio confir-
metur, quia ad nihilum tenetur, prout ad alium ſi-

nem probat Neguſant. dicto memb. 3. numero 58. dixi
quod nihil intereſt debitoris obligantis; eò quod ſcien-
ti obligauit, & ſic creditorem nequaquam decepit; at
quando ignoranti obligauerit, tunc ob deceptionem fa-
585 ctam ignoranti tenetur de dolo, † & per hoc, ſi do-
mum efficiatur dominus illius rei obligatæ, ob dece-
ptionem commiſſam, ob quam tenetur ad intereſſe cre-
ditori intereſt ſua vt obligatio confirmetur; ad text. in
d. l. tutor §. 1. & l. rem alienam, ff. de pignorat. action.
quibus conſideratis, ſic declarat Bar. in d. l. 1. §. 1. ff. de
pignor. in principio.

Modificatur tertiò, nã licet debitor obligauerit rem
alienam creditori ignoranti, in qua habebat aliquod ius
tantum, pro quo valuit obligatio, vt diximus ſuperius,
586 num. 593. ſi poſtea idem debitor † acquiſierit domi-
nium illius rei, eadem res, ſeu ipſius proprietas nequa-
quam erit obligata creditori, ſi dominiũ dictæ rei obli-
gatæ ſuperuenerit debitori ex diuerſa cauſa, quam ex
iure, quod habebat in ea idem debitor, licet ſecus eſſet
ſi dominium quæreretur debitori ex eodem iure, quod
587 in re † aliena obligata habebat; vt puta ſi illam, hipo-
thecatam habebat, & vigore hipothecæ fuiſſet debitori
in ſolutum data, ita gloſ. & latius Bar. in d. l. 1. §. 1. ff. de
pignor. ac Salic. ibi, quos probat Neguſ. vbi ſupra n. 57.
firmant enim hoc Bar. & Neguſ. nulla ratione diuerſi-
tatis adducta, quamuis ſatis illa pateat, quia in primo
588 caſu obſtat illa maxima ſcilicet inter diuerſa † diuer-
ſum oriri iudicium vulgatis regulis.

At iudicio meo contra hanc modificationem ſatis
obſtant, quæ proximo ſuperiori loco diximus, nempè
quando res aliena obligatur creditori ignoranti, datur
creditori vtilis hipothecaria, eò quod hoc in caſu ſtan-
te deceptione, & dolo debitoris non exprimentis rem
eſſe alienam, intereſt ſua, vt confirmetur obligatio eiuſ-
dem rei, ſi illius dominium ſibi ſuperueniat, eò quia te-
589 netur † de dolo, vt ibi probauimus; ideirco nihil re-
fert, vt dominium debitori quæratur ex cauſa iuris,
quod habebat debitor, vel ex diuerſa cauſa poſtquam
in vtroque caſu decipitur creditor ignorans; & deberet
cõnualidari obligatio ex eadem ratione, Imò text. l. 1.
§. 1. ff. de pignor. & dict. l. rem alienam generaliter lo-
quuntur.

Pro reſponſione dicerem, modificationem eſſe ve-
ram, & obſtaculum non procedere, nam debitor obli-
gando rem alienam, in qua ius aliquod habet, vt teneat,
590 & valeat obligatio, † cenſetur obligaſſe ius illud tan-
tum; ad tradita per Iaſon. in l. Gallus §. quidam rectè,
in notabilibus, ff. de lib. & poſth. probat latè Menoch.
de præſumpt. lib. 6. præſumpt 4. num. 9. cum infinitis
ſequent. obligando itaque rem in proprietate, obliga-
tio non teneret, vt in reſtrictione probauimus, tanquam
de re aliena, quæ obligari nequit, ideò ſuſtinetur in illo
iure, quod debitor habet in re obligata, vt obligatio va-
leat illo modo, quo valere potuit, Menoch. in ſimili, de
præſump. lib. 3. præſump. 49. num. 9. & obligatio ſi non
591 potuit † verificari in tota re, verificabitur in illa parte
ad text. ſatis ſingularem, in l. ſi tam anguſti vbi Alber.
Ang. Flor. & communiter omnes. ff. de ſeruit. at ſi de-
bitor videatur velle obligare illud, quod valuit obligari,
conſequenter fatendum erit, deficere conſenſum obli-
gantis reſpectu partis, quæ non potuit obligari, & con-
592 ſenſu deficiẽte † corruit ſubſtantia obligationis. l. obli-
gationum ſubſtantia. §. 1. ff. de act. & obligat. & l. 1. in
princip. ff. de pact. itaque pro ſolutione dicas quod ideò
conualidatur obligatio per ſuperacquiſitionem rei ex
eadem cauſa; quia debitor ſuperacquirens conſenſiſſe
præſumitur, ſtante initio obligationis valido circa ius
validè obligatum, ex quo rei ſuperacquiſitio fit; cum
593 antecedentis † & ſubſequentis idem iudicium erit,
Bart. in l. certi condictio, num. 13. vbi additionator ff. ſi
cert. petat. ſecus tamen quando ſuperacquiſitio ex di-
uerſa cauſa deſcendat, quia tunc ab initio conſenſus,
non præſumitur, nec dabitur idem iudicium anteceden-
tis, & ſubſequentis; & quod à principio non habuit ſu-
594 perexiſtentiam † tractu temporis abſque nouo con-
ſenſu ſuperexiſtere, & conualidari nequit, ad notata in l.
quod ab initio. ff. de reg. iur.

Rurſus dubitatur, nam ſi obligatio reſpectu illius iu-
595 ris valuit, † tamen facta conſolidatione illius iuris cum
re ſuperacquiſita, extinguitur obligatio ob peremptio-
nem, & extenſionem eiuſdem iuris per cõſolidationem
cauſatã, ad text. in l. ſi tibi. ff. quib. mod. vſusfruct. amitt.
l. ſi tibi homo §. fin. ff de legat. 1. Tiraq. quem probat
Surd. deciſ 31. num. 23. & Bero quem citat Milan. deciſ.
17. nu. 71. lib. 2. ac alij plerique.
596 Sed iſtud facilius reſoluitur, nam reuerſa re † ad de-
bitorem, ſuper qua ius habebat, licet extinguatur illud
ius, per rei conſolidationem quo ad formam, tamen to-
ta res cum iure conſolidata remanet quo ad ſubſtan-
tiam, ſicut ſi vas argenteum reduceretur ad maſſam, ita
in terminis, Caſtill. Siculus deciſ. 10. tota tom. 1. & Ma-
ſtrill. deciſ. 71. tom. 1. vtique tota.

Modificatur quartò contra tertium poſſeſſorem poſ-
ſidentem rem alienam obligatam per principalem de-
bitorem; ſed ſine titulo ſi neque dominio, vel quaſi poſ-
ſidentem; contra quem creditor validè agere poterit, &
tertius ille non poterit allegare rem poſſeſſam eſſe alie-
597 nam, eò quod ſufficit † creditori agenti probare de
vtili dominio, vel quaſi debitoris obligantis, vt obtineat
contra tertium, ſine titulo poſſidentem, Bart. Bald. &
Corn. quos probat Neguſant in d. par. 3. memb. 3. nu-
mero 60. ſequitur conſiliar. de Bottis ad Bart. in d. l. 1.
§. 1. ff. de pignor.

Modificatur quintò ad mentem Bal. in l. mater in 1.
colum. C. de rei vendic. vt refert Neguſant. citato loco,
numero 62. nam licet obligatio rei alienæ non valeat in
598 præiudicium domini, tamen videretur † valere debe-
re in præiudicium debitoris obligantis, vt ipſe ſi poſſi-
deat, poſſit per creditorem conueniri hipothecaria, quia
debitor non poteſt refricare quæſtionem dominij.

Contra hanc modificationem dicit Neguſan. reſpõ-
diſſe Bart. in leg. 1. §. 1. in fine ff. de pignor. dicentem,
599 actionem hipothecariam non dari † contra debito-
rem, qui obligauit rem alienam; nec obſtabit quod de-
bitor non poterit referre quæſtionem dominij, ad text.
in l. ſi inter §. ſi debitor. ff. de pignor. & l. 1. §. ſi prædo ff.
depoſ. ac l. ita vt ſi fur. ff. comod. eò quod hæc iura pro-
cedunt quando contra debitorem ageretur actione per-
ſonali ex contractu; ſecus enim eſt quando agitur actio-
ne reali.

Sed ſecundum opinionem Bald. reſpondit idem Bar.
ſibi contrarius in d. l. rem alienam ante numerum 6.
verſ. quæro circa ff. de pignor. act. dicens quando cre-
600 ditor agit contra † ipſum debitorem poſſidentem hi-
pothecaria ſufficit articulare de dominio, & probare
tantum de poſſeſſione, quia probata poſſeſſione eo ipſo
videtur probatum dominium, cum debitor non poſſit
referre queſtionem de dominio, ex quibus, & ex alijs di-

ſtinctis

ſtinctis per eundem Bar. in l. commodare, ff. commod. & in l. ſi alienam, ff. ſol. matr. redditur hæc modificatio valde dubia, vt idem Neguſant. citato loco, num. 62. refert, ideo ipſe modo infraſcripto diſtinguit.

Nam aut agitur hipothecaria contra debitorem poſſidentem, & tunc debitor non poterit negare, vel excipere, eum non eſſe dominum, quia propriam turpitudinẽ
601 allegaret, & proinde quæſtionem dominij † non poterit referre, itaque procedit deciſio Bar. in d. l. rem alienã ff. de pignor. action. prout venditor, nec tali modò excipere poterit, licet excipiant emptor, aut tertius poſſeſſor
602 titulo poſſidens, † eò quia turpitudinem propriã non
* allegarent, idque magis communiter eſſe per Doctores receptum, dicit Neguſant. in citato loco, num. 63. & 64. ſed de tertio iterum agemus inferius, num. 687. cum ſequent.

Prout & idem iudicabitur reſpectu debitoris agentis contra creditorem directa pignoratitia, veluti ſi debitor ageret contra creditorem pro reſtitutione rei pignoratæ, & creditor exciperet, debitorem non eſſe dominum rei pignoratæ, tunc talis exceptio non admitteretur, eò
603 † quod non requiritur ad eſſentiam pignoratitiæ directæ, vt debitor, qui dedit rẽ pignori, ſit dominus ad text. in l. nec creditores, C. de pignorat. action. vbi Doct. notatque Bart. in d. l. rem alienam; idemque deciditur in actione pignoratitia contraria, in qua debitor non po-
604 terit † quæſtionem dominij referre; ſed ſi creditor cõuentus pignoratitia directa vellet referre quæſtionẽ proprij dominij, vt puta allegando eum eſſe dominum rei pignoratæ, tunc nullam allegaret turpitudinem, & omni iure poterit dominij huiuſmodi quæſtionem referre,
605 quia pignus in re propria † nequaquam conſiſtere potuit, ad tex. in l. neque pignus, ff. de reg. iur. ſecus vt diximus, ſi creditor refricaret de dominio tertij, quia tanquam de iure tertij oppoſitor repelleretur, hæc Neguſã. in dict. part. 2. membr. 3. numer. 65. vſque ad numero 69.

De quibus omnibus nonnulla alia adnotauit idem Neguſ. p. 7. membr. 3. num. 19. cum ſeq. & p. 8. memb. 3. nu. 6. cum ſeq. ideo nos, vt moris noſtri eſt, declarãdo. latius dicta Neguſ. de duob. diſceptari opus erit nempè, an debitor quæſtionẽ dominij referre creditori valeat;
606 & ſecundo; creditor † agens hipothecaria quid probarè, & quomodo debeat, vtile .n. & neceſſarium diiudicandum exiſtimaui, latiori diſcurſu ſuper huiuſmodi diſſerere tanquam de forenſibus, & in praxi vſitatis ſermocinari.

Ad primum; ſi Neguſ. in primo caſu ſuperius n. 601. notato, magis cõiter teneri dicat, debitorẽ dominij quæ-
607 ſtionẽ † non poſſe referre creditori hipothecaria contra eum agenti, idemq. probaſſe D. Rouit. in comm. Regiar. pragmacticar. pragm. 1. de aſſiſtentia nu. 25. & Ioſeph Seſſ. dec. Arag. 42. n. 22. & ſeq. tom. 1. per tex. in l. ſi inter colonum §. 1. ff. de pign. tamen hic caſus, illaq. ma-
* gis cõmunis ſatis me turbãt, eò quod magis cõiter Doctores docent creditorem hipothecaria contra debitorem, vel eius heredẽ agentẽ, debere probare de dominio
608 † debitoris, aut per veras probationes, aut per præſumptas; itaq. oẽs tenere dicit Affl. dec. 383. n. 9. in fi. deciſ. & fatentur præcitati Neguſ. in allegata p. 8. mẽb. 3. n. 6. D. Rouit. vbi ſup. n. 31. & Seſſa in citata dec. n. 21. & ſeq. ideo ſi dominij probatio vera, aut præſumpta neceſſaria erit in huiuſmodi, vtiq. eiuſdem dominij refrificatio cõ-
609 cedenda erit debitori, qui poterit referre † expreſsè id, quod ſine eius expreſſione exprimi, & probari deberet.

Nec idem iudicium erit reſpectu debitoris agentis cõtra creditorem directa pignoratitia, vt ſuperiori n. 603. ex Bar. Neguſ. probauimus, vel reſpectu pignoratitiæ cõtrariæ competentis creditori aduerſus debitorem, vt in eodem loco, nu. 604. tetigimus, quia inter hos pignoratitios caſus, & hipothecarios non modica datur differen-
610 tia; eò quod pignoratitia actio † cõpetit ex contractu, vt idem Bar. Neguſ. & omnes fatentur, ideoq. nõ poteſt impediri ab eo, qui contraxit, vt latius etiam inferius, n. 634. dicemus; hipothecaria verò licet non naſcatur abſque præcedente pignoris conuẽtione, præterquam ijs in caſibus, in quibus placuit pignus, vel hipothecam tacitè contrahi; non tamen immediatè naſcitur ex contractu,
611 ſed ex hipotheca † per contractum inducta, quæ rẽ ita afficit, vt etiam contra eum, qui non contraxit perinde hipothecaria exerceri poſſit, quid fortius contra cõtrahentem, vnde fit vt quemadmodum par, & æquale ius
612 † habet creditor ad exercendam hipothecariã aduerſus quemlibet, rei obligatæ poſſeſſorem, ita æquo, & pari iure iudicari deberet ſiue aduerſus debitorẽ agatur, ſiue aduerſus tertium, ſi dominij quæſtio ei referatur cũ do-
613 minij cauſa in neceſſarium antecedens † præcedat cauſam pignoris, vt his, & alijs congeſtis probat cõtra Bart. & alios ſapientiſs. Ant. Faber de error. pragmat. decad. 63. err. 3.

Sed negari non poterit, improbum iudicari debitorẽ
614 † obligantem alienam rem, tanquam dominum, cum dominus nõ eſſet, & proinde improbè reſiſtere per quæſtionis dominij refricationem, aduerſus creditorẽ agentem contra eum actione hipotecharia, cum ita fiat vt ex proprio mendacio arguatur, vt probat tex. in d. l. rẽ alienam ver. ſed ſi conueniſſet in fine legis, ff. de pignor. act. deniq. debitor propriam turpitudinem allegaret, vt ſupponit Neguſ. citato loco, inſuper & fortius, nã nullo mõ poterit reſponderi, l. ſi inter colonum, §. 1. ff. de pign. ſu-
* perius allegatæ. qua l. fundatur communis ſententia. dũ apertè prohibet quæſtionem dominij referri per debitorem, ideo quid ſuper hoc tenendum?

* Dicas opinionem communem omninò veram eſſe, ex
615 qua concluſum fuit, debitorẽ non poſſe dominij † quæſtionem referre creditori, tanquã apertis verbis probatã per tex. in d. l. ſi inter colonũ, §. 1. & d. l. rẽ alienã, ver. ſed ſi conueniſſet, qua ſtante non procedunt contraria; eandemque receptam teneri teſtatur Barbatus Author modernus & ingenioſus, de reſtit. interd. ſupra pragm. 1. de aſſiſt. gloſ. 11. num. 13. poſt hæc ſcripta viſus.

Et primum non procedit neq. obſtabit, quia ſi ex parte creditoris probatũ fuit dominium debitoris per probationem præſumptiuam, vt ibi diximus, nihil refert debitori alienum allegare dominium, quamuis id inconti-
616 nenti probetur, eò quia veniret contra † propriam ſuã cõfeſſionem in initio obligationis per eum factam, ideò ratione mendacij non poterit cõtrarium probare, quid fortius allegare tantũ, quod eò magis procedit data ſciẽtia eiuſdem debitoris obligantis, qua data reſultat dolus, ad text. in l. tutor, § 1. ff. de pign. act. & exiſtẽte dolo nequaquam admittitur contra primam confeſſionẽ, ad tex. in l. ſi alterius, C. ſi minor ſe maior. dix. & in ſimilib. terminis etiam ſi incontinenti exceptionem dominij of-
617 ferat probare poſſeſſor, ſtante † ſuo mendacio, priuatur beneficio poſſeſſionis Menoch. de adipiſc. remed. 1.
618 nu. 114. & in caſu noſtro exiſtente mendacio † debitoris eum non valere huiuſmodi quæſtionẽ referre pro-

bat tex.in d.l.rem alienam in fine, nec debitoris intereſt
opponere de iure tertij, vt in ſimili docent Tiraq. & alij
relati per Anell. de Amat. conſ.48.nu.27. dicentes em-
619 ptorem opponentem de nullitate emptionis † aduer-
ſum vicinum retrahentem rem emptam, non audiendũ,
cum ſua non interſit vicino pretium refundente, & in
omni excipiente de iure tertij probat Theſaur. deciſio.
4.nu.8. verſ. ſecundo pro actore, quamuis in verſ. ad ea,
quæ dicit Bal. reſpondẽdo aliud ſentiat, quia in caſu no-
ſtro ſtante dolo debitoris obligantis, quod non erat ſuũ,
vti ſuum, & vtentis affirmatiua, & negatiua ad ſui libi-
620 tum; ſancitũ eſt in iure dolum, doloſo † non prodeſſe
ad tex. l. ne ex dolo, ff. de dolo, & in terminis contra de-
bitorem refricantem dominij quæſtionem aduerſus cre
ditorem, tanquam doloſè excipientem non audiendum
ſed repellendum, reſpondit Iureconſ. in d.l. ſi inter colo-
num. §.1. ff. de pignor.

Nec reliqua obſtant, nam licet pignoratitia ab hipo-
thecaria differant ad mentem Fabri, vt ſuperius deduxi-
mus; tamen finales rationes, ob quas debitor non poteſt
quæſtionem dominij referre creditori ſunt, ratione do-
621 li, quo † deceptus fuit creditor, alienam rem obligatã
ignoranter recipiens, & ratione propriæ turpitudinis
debitoris ſic doloſè excipientis, vt ſuperius diximus, quę
nequaquam in tertio poſſeſſore conſiderantur; quib. ſic
* exiſtentibus, remanet communis cõcluſio bene proba-
ta, quicquid in contrarium (ſed ſatis ſingulariter more
ſuo) pro intellectu d.l. ſi inter colonum, §.1. congerat
docti. Faber in allegata deca.63. de err. pragm. error.7.

* Declaratur tamen hæc cõmunis, modo prędicto pro-
bata, vt non procedat quando creditor agẽdo hipothe-
caria contra debitorem exprimeret in ſua petitione do-
minium rei obligatæ ſuperacquiſitũ fuiſſe debitori poſt
622 obligationem, quia tunc creditor † fateretur rẽ obli-
gatam fuiſſe alienam tempore obligationis; & reputa-
retur ſciens, ideo obligatio non conualidaretur, ad text.
in d.l.1.§.1. ff. de pignor. vbi gloſ. & Bart. imò & contra
eum bene referretur quæſtio dominij per debitorem,
eò quod dominium ſuperacquiſitum allegauit pro fun-
623 damento ſuæ intentionis; ideo ſibi illud probare † in-
cumbit, vt magiſtraliter docet Bar. in l. de ætate, nu.12.
verſ. ſumus expediti, ff. de minor. & in his caſibus proce-
dit doctrina Ant. Fabr. in d. error.3. in fine, vbi dicit, de-
bitorem refricantem non debere negare dominium tẽ-
624 pore † obligationis ne ille mendax detegatur, ſed ne-
gare tempore, quo conuenitur, quia in alijs caſibus ob-
ſtant ſuperius adducta.

Declaratur ſecundò, in debitore ignorante, qui pote-
625 rit in huiuſmodi, † referre dominij quæſtionem credi-
tori, quodque probo triplici fundamento; nam debitor
obligando rem alienam, creditori ignoranti, conualida-
tur obligatio, ſi dominium illius rei ſuperacquiratur per
eundem obligantem, eò quia ob dolum, quo decipitur
creditor per debitorem commiſſum intereſt debitoris,
vt cõualidetur obligatio modo, vt ſuperius pluries pro-
bauimus; itaque ſi dolus, & deceptio ceſſabunt, ceſſabũt
626 & leges cum ratione ceſſante † ceſſat lex, ſeu eius di-
ſpoſitio ad notata per Bar. & alios in l. quod dictum eſt,
ff. de pact. c. cum ceſſante de appell. ac & alia iura, cum
innumer. authoritatibus, quæ congerit Euerar. in loco à
ceſſatione rationis.

Secundò, ſi data ignorantia creditoris conualidatur
obligatio, vt millies probatum fuit, ita & è cõuerſo pro-
bata ignorantia debitoris rem alienam obligantis vide-
627 licet illo putante eſſe ſuam, omninò † prohibetur con-
ualidatio, & confirmatio obligationis ſeu prohiberi de-
628 bet, tum quia creditor, & debitor sũt correlatiui † quia
dato creditore, datur per neceſſe debitor; ideo diſpoſi-
tum in vno cenſetur diſpoſitũ in alio, & ad imparia non
iudicantur, ad text. in l.1. C. de cupreſſ. lib.11. l. fin. C. de
indict. vid. toll. probat Præſ. de Franch. deciſ.225. num.
2. & latius Euerardus, in loco à correlatiuis toto: tum
629 etiam quia dolo ceſſante † vt ſuperius diximus, debi-
tor ad nihilum tenetur cum de dolo non obligetur Bar.
& alij in allegata l.1.§.1. ff. de pignor. & conſequenter,
non intereſt ſua, vt obligatio confirmetur; & ignorans
dolo caret ad tex. in l. nemo videtur dolo, ff. de regu. iur.
cum alijs concordantibus.

630 Tertiò qui ignorat nequaquam † conſentit ad tex. in
l. qui vas, §.1. verſ. vetare; aut. §. vetare, ff. de furt. cũ con-
cordant. ideo obligatio rei alienæ facta ignoranter per
631 debitorem, cum ſine conſenſu facta ſit † nulla iudi-
cabitur ad tex. in l. obligationum ſubſtãtia, §.1. ff. de act.
& oblig. & l.1. in princ. ff. de pact. ideo detecto dominio
alieno debitori, poterit idem debitor quæſtionem do-
minij alieni referre creditori agenti, tum ex eo, quia non
datur conualidatio eius quod ab initio fuit nullum ſine
nouo conſenſu, ad tex. in d.l. quod initio, ff. de regul. iur.
632 tum & melius quia ceſſat † mendacium debitoris, ceſ-
ſatque dolus ob eius ignorantiam, quibus ceſſantibus
ceſſant diſpoſitiones l. rem alienam in fine, ff. de pign.
action. fundatæ in mendacio, & l. ſi inter colonum, §.1.
ff. de pigno. fundatæ in dolo ex ſuperius allegatis, vt ſu-
per mendacio, & dolo inducuntur etiam per Neguſ. de
pignor. par.8. membr.3. num.6. verſ. illud autem.

Declaratur tertiò, vt procedat concluſio quando de-
bitor obligauit aliquam rem alienam ſpecialiter, certã-
que rem obligationi ſupponendo, expreſſèque ſuam di-
cendo, ſeu vti ſuam obligando, ideo demum tempore hi-
pothecariæ intentatæ, negãdo illam fuiſſe ſuam, ipſum-
que non fuiſſe dominum, aduerſus creditorem agẽtem
tanquam de mendacio conuictus doli exceptione repel
leretur d.l. ſi inter colonum, §.1. ff. de pignor. & d.l. rem
alienam in fine, ff. de pigno. act. ſecus tamen eſſet, quan-
633 do creditor ageret hipothecaria † ſuper aliqua re tan-
quam cõprehenſa in generali obligatione omnium bo-
norum, facta per debitorem, qui opponeret rem illam
eſſe alienam, nominando dominum, ac probando ſe
nomine illius domini poſſidere, quibus probatis, abſol-
ueretur debitor, eò quod in generali obligatione nequa-
quam conuincitur de mendacio, prout in ſpeciali; aliàs
ſi non probaret prædicta, debitor ſuccumberet, ita no-
tabiliter Negu. in proximo citato loco, & ante eum Af-
flict. deci.383. num.9. quod comprobat Barbatus ſuper
prãg.1. de aſſiſt. in eius reſtitutor, interd. glo.11. nu.17.
nuper viſus.

Declaratur quartò, ad latiorem declarationem eorũ,
quæ ex Neguſ. diximus ſuperius num.603. ſcilicet credi-
torem conuentum pignoratitia directa non poſſe quæ-
ſtionem dominij referre, & rationem citauimus in nu.
610. ver. nec idem iudicium videlicet pignoratitiam cõ-
petere ex contractu; itaque modificando concluſionem
634 dicas, creditori agenti † ex contractu, vel debitori
ex eodem contractu venienti nullatenus obſtare exce-
ptionem, & quęſtionem dominij oppoſitam, vt in dictis
locis probauimus, itaque ibi dicta procedunt ea ratio-
ne, quia agenti pro reſtitutione rei ex cõtractu nihil ad-
uerſatur exceptio, quod res ſit aliena tanquam non cõ-
clu-

635 cludens,eò quod contractus ſuper re † aliena celebra-
tus mero iure tenet l.rem alienam,ff. de contrah.empt.
& ſic tanquam ex contractu valido orietur actio, qua
cogatur reus reſtituere rem, & alieni dominij exceptio
non admitteretur,cum ſuccedat regula tex.in l. ad pro-
bationem dominij, C.de probat.& c.cum contingat ad
finem de off.deleg. prout ſic penes noſtrates communi-
ter reſolui teſtatur poſt alios Barboſ. in l. ſi alienam,
num.4.& 5.ff.ſolut.matrim.ante eum Alciat. in l.bona
fides, num.4. ff. depoſiti, & probantur hæc omnia per
tex.in dict.l.ſi alienam,l.commodare cum l. ſequent. ff.
cõmod.l.ſi pignore §. ſi prædo,ff.de pignor.act.l.1.§. ſi
prædo ſupra depoſ. & per Doctores in dd. iuribus; hæc
enim declarantur,(vt ad declarationem redeamus)non
procedere in contractibus,de quorum ſubſtantia eſt do
636 minij translatio, † eò quod in eis oportebit contra-
hentem eſſe dominum, vt transferri valeat dominium,
per eum,& contrahens dominium non habens in alium
transferre non poterit,ad text.in c. quod autem,de iur.
patr.idcirco ſi agenti ex huiuſmodi contractibus oppo-
natur de dominio alieno,omninò repellitur agens,quia
exceptio concludit, prout dicemus in quinta declara-
tione tota; ageret enim actor in hoc iudicio ſine actio-
ne, Doctor. in dict. l.ſi alienam, & l. commodare, qui
hanc modificationem exemplificant in mutuo, de cu-
637 ius † ſubſtantia eſt dominij translatio, ideſt quod de
tuo meum fiat,ad tex.in l.2.§.appellata,ff.ſi cert. petat.
vbi Dec. in vltima lectura rationem reddit, num.7. ſin
autem mutuator agat certi condictione ex mutuo; ad-
mitteretur mutuatarius excipiẽs de dominio tertij,quia
eã concludit mutuum non valuiſſe, & conſequenter ex
638 † eo,certi condictio agenti nõ competeret,ad text.in l.
nam & ſi fur,ff.ſi cert.petat.ita enim colligitur ex tradi-
tis per Bart.in dict.l.ſi alienam,ff.ſolut.matrim.num.2.
Caſtr.num.4.Alexand.num.4. ac receptam opinionem
eſſe aſſerunt Alciat.in d.l.nam & ſi fur,num.5.& in d.l.
bona fides,num.4.ac Barboſ.in d.l. ſi alienam, nu.6. &
Duaren.col.2.

Differunt tamen iſta,& ſeptima declaratio,nam agẽ-
639 ti † rei vendicatione, etiam aduerſus eum, qui ab illo
cauſam habet incumbit onus probandi dominium aliàs
ſuccumberet iuxta regulam generalem;l.final. C. de rei
vendic.& expreſſius in l.neque creditores, C. de pigno-
rat. act. ſed agenti certi condictione ex mutuo, non in-
640 cumbit † onus probandi, ſe fuiſſe dominum rei mu-
tuatæ,ſed reo excipienti illum non fuiſſe dominum,hoc
onus incũbit,ita Bar. loco citato,& Caſtrenſ. Alexan.&
Duaren. vbi ſupra, quorum opinionem receptam dicit
Alciat.in dict.l.nam & ſi fur,num.5.& magis receptam
dicit Barboſ.in dict.l.ſi alienam,numer.7.verſic.ſed his
non obſtantibus; quod notabili ratione firmatur, nam
641 agens rei vendicatione † agit aduerſus habentem
cauſam ab eo, tanquam aduerſus quemlibet poſſeſſo-
rem,ad text.in l de eo,§.fin.ff.ad exhibend. ideo dicen-
do ſe dominum, dominium probare debet, ſecundum
regulam, l.2. ff.de probatio. ſed quando mutuator agit
aduerſus mutuatarium ex mutuo, nõ agit tanquam ad-
uerſus quemlibet poſſeſſorem, ſed tanquam aduerſus
illum, qui ab agente cauſam habet, eò quia mutua-
642 tor † illi mutuauit,cum igitur tanquam dominus mu-
tuauerit, & ille taliter acceperit, reſultat quædam taci-
ta confeſſio accipientis,mutuatorem dominum eſſe rei
mutuatæ, quæ tacita confeſſio ei præiudicabit, donec
doceat contrarium ad text. in l.Publia, §. fin.ff. depoſit.
& poſt Bart.in l.cum falſa,numero 55. C.de iur.& fact.
ignor.docet Barboſ.d.l.ſi alienam, num.6. verſic. ratio
differentiæ.

Attamen benignè lector non ita ſimpliciter accipias
rationem rationis adductam per Doctores relatam, &
probatam per Barboſ. ſcilicet, quod tacita accipientis
reſultat confeſſio, poſtquam eadem militare poterit ra-
643 tio † in rei vendicatione, dum poſſeſſor tenutam ſuæ
poſſeſſionis acquirere, & obtinere potuit à rem vendi-
cante, tanquam à vero domino, ideo per receptionem
illius tenutæ habitæ à domino tanquam à tali, ſi actio
rei vendicationis concedenti domino iure aliquo com-
peteret,eadem militaret ratio,vt diximus; idcirco aliter
pro ratione dicendum erit.

Nam ideo agenti rei vendicatione incumbit onus
644 probandi † dominium ipſius agentis etiam aduerſus
cauſam habentem ab eo, licet non opponatur, eò quod
agitur in hoc iudicio contra poſſeſſorem vti poſſeſſorem
quemlibet, vt ijdem Doctores in redditione rationis fa-
tentur;& poſſeſſor licet iniuſtus adiutorio iuris fulcitur,
645 vt reſtituere non cogitur niſi domino † dominium
probanti; vt expreſſis verbis decidit Imperat. Dioclet.
in allegata l.fin.C.de rei vendicat.in illis verbis, *non niſi
ſuam intentionem implenti reſtituere cogitur*,lex enim fa-
uet poſſeſſori, vt releuetur ab onere probandi,onuſque
illud in aduerſarium agentem reijcit ad text. in l. circa,
646 ff.de prob. & apertius in dict.l.fi. & ſi non † poſſidens
nihil probat,poſſeſſor abſoluitur, vt latius docent Ripa
in cap.ſæpè de reſtitu. ſpoliat.& Menoch.de adipiſc.re-
med.4.numero 794. & de arbitr.caſ.47.num.12.

Sed agenti ex mutuo, ideo non incumbit hoc onus,
quia ille agit actione perſonali aduerſus mutuatarium
pro rei mutuatæ reſtitutione,& ſic certi condictione nõ
647 autem actione reali ideo mutuatarius † nõ conuenitur
vti poſſeſſor; ſed vti promiſſor, & per hoc inſpicitur ſub-
ſtantia contractus, non origo pecuniæ,quæ mutuatur,
Steph.Grat.diſcep.foren.tom.2.cap.261. num.7. cum
multis ſeq. ſed nos dicemus ſuo loco.

Declaratur quintò,in creditore conuento per debito-
rem directa pignoratitia, & opponente de proprio do-
minio rei ſibi pignoratæ,nõ autem de alieno,quia tunc
648 exceptio huiuſmodi dominij admitteretur † cũ pignus
non conſtat in re propria l.neque pignus, ff. de reg. iur.
ideo teneretur debitor agens probare ſe dominum, cũ
dominium creditoris recipientis impediat contractum
pignoris,ita Bar.in allegata l.commodare,& Salic.in d.
l.nec creditores,quos probat Neguſ.de pigno. in ſæpius
citata p.2. memb.3. nu.67. & in hoc caſu concederetur
retẽtio creditori poſſeſſori ad notata latè per Pir.Maur.
649 Aretin.de retent.limit.3.nu.22.res.n.propria † prohi-
betur deponi,locari,vendi,aut pignorari apud dominũ,
d.l.neque pignus,& l.ſuæ rei,ff.de contr.empt. l. qui rẽ,
C.locat.ita Bar.& Duaren.in d.l.ſi alienam, Bart.& alij
in d.l.commodare, quorum communem dicũt Alex. in
l.ſi aliquam rem,nu.35. ff.de acq.poſſ.Alciat.in d.l.bo-
nafides,& alij,quos citat,& probat Barboſ.in d.l.ſi alie-
nam,nu.22.verſ.tertia principalis,probatque Fab. An-
nius conſil.35.num.1.& conſ.90.num.1.lib.1.

Contra declarationem arguitur ex tex.in l.pen.C.de
650 poſ.vbi depoſitum reſtitui iubetur † non obſtante rei
vendicationis exceptione,& ſic nõ obſtante proprij do-
minij oppoſitione; argumentum enim hoc ſoluere ni-
tuntur omnes allegãdi authores; ſcilicet gloſ. Bal. Fulg.
Salic.Alber.& Cin.in d.l.pen.& Cagnol. in d.l.neq. pi-
gnus,

gnus,& tamen eos deceptos fuiſſe in ſolutionibus datis,
teſtatur acutiſſimus Barboſ.in citato verſ. tertia princi-
palis,num.23.24.25.& 26. eò quia obſtat diſpoſitio l.
qui rem.ff.depoſit.vbi exceptio proprij dominij inuali-
dat actionem depoſiti.

Declaratio tamen cõiter tenetur, vt teſtatur Barboſ.
in d.l.ſi aliena nu.23.& dictę l.pen.C.depoſ. ſic reſpon-
651 detur; nã aut depoſitarius excipit de proprio † dominio
aduerſus deponentẽ,& indiſtinctè excepti prædicta ad-
mittẽda eſt d.l.qui rem,&l.bona fides, §.fi. de poſit.aut
verò excipit de dominio alterius rei, quæ erat penes de-
ponẽtem, & quam ipſe depoſitarius vendicare poterat,
652 & † talis exceptio non admittitur, quia fauore depo-
653 ſiti † aduerſus illud non admittitur compenſatio,quo
in caſu loquitur text.in d.l.pen.itaque iura prædicta cõ-
654 ciliat Iacob. de Aren. in ſupput.c.6.qui ſibi † arrogat
hunc intellectum; Alcia.in d.l.bona fides,§.fin. num.2.
& Barboſ.hos referens,in d.l.ſi alienam,nu.24. reſpon-
dens obijcientibus ex reg.tex.l.ſi conuenerit,ff.de pign.
act.& l.quod dicitur,ff.de impenſ.in reb. dotal.fact. qui
655 ſingulariter loquitur ideò omninò videndus, † ſed re-
tento iſto intellectu addas,benigne lector vt in caſu d. l.
pen.nequaquam conſideretur illud inconueniens,vt res
656 propria ſupponatur in obligatione † depoſitaria,dum
re vera depoſita fuit res propria deponentis,non autem
depoſitarij,ſed in l qui rem , ff. depoſiti obſtat ratio in-
cõuenientis , quia res propria depoſitarij apud eum de-
657 poſita fuit,quæ nullo iure † ordinario nec ſpeciali obli
gatione affici poterit d.l.neq. pignus & d. l. qui rem, re
enim depoſita extante aduerſus petentem dominum ,
exceptio , compenſatio , dominij obiectio nec deductio
admittitur, Amator Rodriq.de priuileg.creditor.par.1.
art.6.num.50.

Arguitur ſecundò , contra eandem declarationem
658 ex text.l.ſi quis conductionis C.de locato, † vbi ſi quis
agat ad rei locatæ reſtitutionem , conductor non pote-
rit refricare quæſtionem proprij dominij;hoc enim ar-
* gumentum diſtinctione communiter , recepta ſoluitur.
Nam aut locator agit ad reſtitutionem rei locatæ per
actionem ex locato, & ſic per petitorium ; & tunc loca-
659 tori † agenti obſtabit exceptio proprij dominij con-
ductoris per eundem propoſita , & procedit modifica-
tio : aut verò locator agit condictione ex dict. l. ſi quis
conductionis , & ſic iudicio poſſeſſorio recuperan-
660 dæ , & tunc exceptio † prædicta non obſtabit agenti ;
illa diuerſitatis ratione , quia quando agitur actione ex
locato benè concluditur locationem in re propria con-
ductoris non valuiſſe , iuribus in modificatione addu-
ctis, per exceptionem huiuſmodi dominij propoſitam ,
661 vnde † prædicta exceptio tanquam pertinens ius agen
tis admittenda eſt; ſed quando agitur condictione ex d.
l. ſi quis conductionis prætenditur conductorem dene-
gantem rem locatam reſtituere , ſpoliare locatorem ſua
662 poſſeſſione , & quia ſpoliatus ante omnia † reſtituen-
dus venit , nec auditur ſpoliator excipiendo de proprio
dominio.l.ſi quis à ſe C ad leg. Iuliam,de vi publ. & ca.
1.de reſt.ſpolia.continet ideo tex.d.l.ſi quis conductio-
nis remedium quoddam reſtitutorium poſſeſſionis , ita
Bar.gloſ.& reliqui omnes in dict.l.ſi.quis conductionis,
ac Bar.& Alexan.in dict.l.ſi alienam,Caſtr.Feli. Alciat.
Menoch.Rip.Bellon.Valaſc.Cagnol.Curt.ſen.Marant.
Rimin.Ruin.& Nenizan. quos citat, & probat Barboſ.
in dict.l.ſi alienam,ff.ſolut.matrim.nu.27.vbi receptio-
rem opinionem dicit; & Bart Alexand.Abb.Feli. Stel-
la,Soccin.iunior.Grat.Dec.Boer.& Cin. allegatis com-
* munem dicit Menoch. de recuper.poſ.remed.11.num.
35.& 45. allegatus per Barboſ. (licet iudicio meo alio
modo loquatur Menoch.ſed de hoc ſuo particulari loco
iterum,& latius diſceptabitur) & Plot.Redo.Burſat.Ri
min.Soccin.iun.Io.de Amic.Crauet.Addition.ad Bart.
Alexand.Soccin.ſen.Grat.Boer.Pariſ. & Soarez allega-
* tis,communem etiam opinionem dicit Vincent. Caroc.
de locat.& conduct.part.6.remed.14. fol.267. num.1.
& 13. ſed vt diximus nos latius hoc declarabimus ſuo
loco,ſed vide etiam in ſequenti modificatione , nu.665.
in illatione.

Declaratur ſextò in vero domino , qui poterit pro-
ponere quæſtionem proprij dominij, nam licet debitor
non valeat quæſtionem dominij alieni referre ex ſupe-
663 rius traditis, tamen tertius dominus † poterit compa-
rere , & ſuum proponere dominium , impedireque cre-
ditorem agentem , cumque præferri dicto creditori ad
text.in dict.l.bona fides, verſic.incurrir,ff.depoſ.vbi do-
minus rei depoſitæ præfertur depoſitanti; Bart. in dict.
l.ſi alienam,ff.ſolut.matrim.num.5.Caſtr.num.vltimo,
* Duaren.ad finem,& communem opinionem dicit Zaſ.
num.15.vt probat Barboſ.in d.l.ſi alienam,nũ.8. verſ.
ſecundò principaliter.

Extenditur declaratio , quamuis aduerſus rei alienæ
poſſeſſorem,poſſeſſorio recuperandæ ageretur, tunc ſu-
664 ſpenderetur † poſſeſſorium etiam per viam ſpolij in-
tentatum ſtante quæſtione dominij propoſita per ter-
tium , qui non ſpoliauit , eò quia odium ſpolij ſequitur
ſuum authorem tantum , nec tertium afficit , ita gloſſ.
in c.in literis de reſtitut.ſpoliator.vbi Panorm. numero
7.& 33. Bart.Cin. & Henr. Boich. quos citat, & ſequi-
tur Guid.Pap.ſingul.276.Alexand.Ripa Rub.Zaſ.Ant.
Matth.Claud.Seiſell.Iacob.Nouell.Franc.Connan.&
Miſinger. quos probat Menoch. de recuper.poſſeſſ. re-
med.primo , numero 376. quæſtio.33. & Barboſ. vbi
ſupra.

Infertur itaque in terminis, l.ſi quis conductionis; de
quibus habitus fuit ſermo in præcedenti modificatione,
in ſecunda argumentatione: quod ſi conductor denega
665 uerit † reſtituere, & proinde videatur ſpoliare locato-
rem ſua poſſeſſione ad tex.in l.fin.ff.de precario, & hac
ratione competeret locatori remedium reſtitutorium
poſſeſſionis ex dict.l. tamen ſi compareat tertius prætẽ-
dens rem illam eſſe ſuam , petatque locatori non reſti-
tui audiendus eſſet , & reſtitutio impediretur , donec
tertius oppoſitor de iure ſuo doceat de illo , Bart. & Sa-
licet.in dict.l. ſi quis conductionis , quicquid in contra-
rium deducat Alciat.in dict.l.bona fides verſi. incurrit ,
numer.3.eò quod eius opinio procedit tantum quando
tertius ille non doceret incontinenti de iure ſuo , ſed ſo-
lum illud proponeret, quia ſi incontinenti conſtaret de
iure tertij oppoſitoris procedit opinio Bar. & Salicet.ac
aliorum innumer. quos pro hac conciliatione congerit
Doctiſſim. Barboſ.citata l. ſi alienam,num.9.& 10.vbi
latiſſimè numer.ſequent.docet quando tertius auditur,
& in quibus terminis , & nos ſuo loco dicemus, & Bar-
boſam ſequitur Stephan.Gratian.diſcept.foren.tom.2.
cap.261.num.26. & 27.

Declaratur ſeptimo, in agente rei vendicatione , qui
per exceptionem dominij alieni propoſitam per poſſeſ-
666 ſorem repellitur † ab agendo, eò quod talis exceptio
cõcludit rei vendicationem non competere agenti cum
illa competat ſoli domino dict.l.fin.vbi gloſſ.in ver.im-
plen-

plenti, Cod.de rei vendic. l. 2. & l.ſiue poſſidetis, Cod. de probat. l. vnica, Cod. de alien. iudic. cum alijs concord. nam ſi dominium eſt tertij, impoſſibile eſt, quod
667 ſit agentis † ad text.in l.ſi vt certo, §.duobus,ff.commodat. vnde prædicta exceptio tanquam perimens jus agentis meritò admittitur dict.l.fin.& omnes communiter in dict.l.ſi alienam,ff.ſolut. matrimon. vt teſtatur Barboſ.ibi,num.50.verſ.ſuccedit igitur,poſt Boer.deci.13.numero 14.& Alciat. in dict.l.bona fides,verſic.incurrit,ff.depoſ.latè Maſcar.de probat.concl.537.& nuper Steph.Gratian.diſcept.foren.tom.2.cap.261.nu.4.5.& 6.ſuperius citatus,latius tamen Flam.Cartar.deciſ.42.tota,vbi aliquæ declarationes.

668 Extenditur declaratio,procedere etiam ſi agatur † aduerſus commodatarium depoſitarium, & cōductorem, quamuis ſuperius demonſtrauimus his per ſpeciales leges denegatum eſſe quæſtionem dominij referre, vt ſupra num.650.& ſequen.declaratum fuit,quia agenti rei vendicatione ſemper hæc exceptio obſtabit, ita Caſtr. Crauet.Menoch.& alij,quos citat, & probat Barboſ. in d.l.ſi alienam,ff.ſolut.mat.nu.51.modo vt in præcitatis locis declarauimus.

Reſtringitur tamen declaratio, vt non procedat, quā-
669 do agēs † rei vendicatione ageret contra ſpoliatorem, qui poſſeſſione agentem ſpoliauit, quia tunc propter odium ſpolij ſpoliator non auditur aduerſus ſpoliatum vendicantem,ſi excipiat de ſuo, aut alieno dominio, ad tex.in l.ſi quis emptionis.§.ſed hæc ſuper illis, C.de præſcrip.trig.ann.ibique adnotant gloſ.Bald.Ang.& Salic. idem Bar.in l.4.§.Cato,nu.4.ff.de verb.obli. & in d.l.ſi alienam,ff.ſolut.matr.nu.2.vbi etiam Zaſ.nu.13. Ang. in l.1.§.1.in fine infr.de vi,& vi arm.Caſtren.& Coſtal. in l.commodare,ff.commod.communemque opinionē dicit Ant.Gomeſ.in l.tauri 45. nu.183. quos omnes refert Barboſ.in d.l.ſi alienam,num.52. verſ.hanc ſecundam;addo ego Bar.in l.naturaliter, §. nihil commune poſt num.17.ff.de acqui.poſſeſſ.Cuman.num.18.Ang. de poſſ. & alij relati per Maſcard. in allegata concluſio. 537.num.10.

670 Contra verò hanc reſtrictionem † magis communiter, & receptius reſponderunt Alexan. Iaſ. Ripa, & alij, quos verius, & receptius reſpondiſſe teſtatur Barboſa eodem citato loco,reſpondens d. §. ſed hæc ſuper illis, quem procedere ſingulariter dixit in caſu illius tex.tantum; ſupponentis legem facere dominum vendicantē rem ſpolij delicto amiſſam,quæ per vendicantem poſſeſſa fuit triginta annorum ſpatio, ideo dominij exceptio non admittenda,nō autem vitio ſpolij tantum, ſed exiſtente dicta longa poſſeſſione,vt latius explicat Barboſ. citato loco,nu.52.& 53.magiſq.communem contra reſtrictionem etiam dixit Claud.Marmer.in d.§. nihil cōmune; num.153.quem commendat in hoc.Maſcar.vbi ſupra,num.12.ideo vt repetamus intellectum ad text.in d.l.ſi quis emptionis §.ſed hæc ſuper illis:dicas text. illū procedere duobus concurrentibus ſcilicet odio ſpolij,& poſſeſſione triginta ann. in agente,vt Bald. Salic. Aret. Alexand. Rip.Iaſ.& Alciato allegatis,probat Barboſ.d. num.53.& 54. ideo agens rei vendic.beneficio d. §. ſed hæc ſuper illis,ſemper hæc duo articulare debet, vt Barboſ.vbi ſupra.

Explicans doctrinam Bar.in l.pen.nu.4.ff.de condit. inſtit.quam ſequuntur Ripa,& alij relati per Boer.deci.42.nu.6.ac Bal.& Menchiaca,quos congerit Barb.loco allegato verſ.infertur,dicens poſt Corraſ.in dict.§.nihil commune,alio modo reſpondentem,tex.in d.§.ſed hæc ſuper illis,nō probare ſimpliciter,ex poſſeſſione, ſcilicet
671 probare dominium,ſed poſſeſſione † ann.30.cum ſpolio,legem præſumere dominium,vt ſuperius adnotatum fuit.

Ratio autem ſuprafirmatorum deſumitur ex text.l.is qui deſtinauit,ff.de rei vendic.vbi Caius Ireconſ.docet agentes pro recuperandis rebus,vt illi potius vtātur ali-
672 quo † interdicto poſſeſſorio, quo poſſint nanciſci poſſeſſionem illius rei,quam petitorio rei vendicationis,ob rationem rationis in eodem tex.aſſignatam.

673 Alias limitationes congerit † Barboſ.in d.l.ſi alienam illum conſulas, ſatis latè hos terminos declarando, & nos in ſequentibus de his pro occurrenti dicemus.

Declaratur finaliter in emptore,qui aduerſus vendito-
674 rē agentē rei vēdicatione poterit dominij † quæſtionē referre ex traditis in proxima præcedenti declaratione, & in tertio poſſeſſore,qui vtiq. eādē dominij quæſtionē referre valet,eò quod vterq.iſtorum abſque propriæ turpitudinis allegatione licitè opponit,vt de vtroq.concludit Neguſ.de pign.p.2.memb.3. n.64. & tetigimus iterum ſuperius nu.601. in 5.modific. & dicemus iterum inferius,quibus declarationibus ſic explicatis,ſubſequitur meritò explicatio ſecundæ diſceptationis promiſſæ in citata 5.modific.verſ.de quibus omnibus nu.606. in qua ſequenti diſceptatione nonnulla alia de dominij oppoſitione etiam explanabuntur; quia vna ad aliam diſceptationem illatiuè ponitur.

S V M M A R I V M.

675 *Creditor agens hypothecaria, quid probare tenetur? cum plur.ſeq.vbi plures diſtinguuntur caſus.*
676 *Hypothecarium iudicium ſapit naturam petitorij.*
677 *Agens hypothecaria aduerſus debitorem debet probare dominium debitoris ſuper re obligata.*
678 *Dominium in hypothecaria non ita debet probari ſi agatur contra principalem debitorem, ac quando agitur aduerſus tertium ſingularem ſucceſſorem debitoris.*
679 *Dominium vel quaſi allegatum, & articulatum cū poſſeſſionis probatione quando agitur aduerſus principalē debitorem ſufficit in hypothecaria, quia operatur dominij præſumptionem.*
680 *Pragmatici doctores ſupponunt ſufficere ſolam poſſeſſionis probationem in hipothecaria intentata aduerſus principalem debitorem, ſed reprobantur.*
681 *Dominium rei ſatis benè probatur in hipothecaria ſi probetur rem illam fuiſſe in bonis, & de bonis debitoris obligantis, quia ex tali probatione dominium, vel quaſi præſumitur.*
682 *Quiritiarium, ac bonitarium dominium quid ſit.*
683 *Creditor agens aduerſus debitorē ex hypotheca ſpeciali debet probare rem obligatam fuiſſe, & eſſe in bonis, & de bonis debitoris tam tempore obligationis, quam in præſenti.*
684 *Creditor agens aduerſus debitorem ex hypotheca generali ſufficit, quod probet rem obligatam quouis tempore fuiſſe in bonis, & de bonis ipſius.*
685 *Creditor agens hipothecaria aduerſus hæredem debitoris quid probare debet, & ſeq.*
Creditori agenti hypothecaria aduerſus hæredem debitoris, qui obligauit rem illius, qui poſtea fuit hæres, vti
pro-

propriam, quid ſufficiat probare, ibid.

Hæres debitoris, an poſſit quæſtionem dominij refricare creditori agenti hypothecaria pro re ipſius hæredis obligata à defuncto tanquam propria, ibidem, idem ſi obligata fuiſſet tanquam aliena cum promiſſione de rato, ibidem.

686 *Obligatio rei extranei, ſi ille extraneus efficiatur hæres obligantis, an reconualeſcat.*

687 *Creditor agens hypothecaria aduerſus tertium poſſeſſorem habentem cauſam à defuncto, quid probare debet, cum plur. ſeq.*

688 *Creditor agens hypothecaria aduerſus tertium poſſeſſorem habentem cauſam à defuncto debet probare de dominio directo, vtili, vel quaſi debitoris indiſtinctè ex aliquorum opinione.*

689 *Tertius poſſeſſor, ex titulo lucratiuo non repellit agentē hypothecaria de dominio non probantem, ſi probet id quod ſufficit probare contra principalem debitorem; ſecus ſi ex cauſa onerosa, nu. 690.*

Creditor agens hypothecaria, an repellatur à tertio poſſeſſore ex titulo lucratiuo, ſi non probet de dominio, d. num. 689. quid in poſſeſſore ex cauſa onerosa, num. ſeq.

691 *Ioſeph Seſſ. aliorum opiniones improbat.*

692 *Tituli lucratiui, & oneroſi diſtinctio in tertio poſſeſſore in actione hypothecaria conuento improbatur.*

692 *Factum authoris quando nocet, vel prodeſt ſucceſſori, ſiuè ex titulo oneroſo, ſiue lucratiuo, & 693. & ſeq.*

694 *Dolo facis, ſi in tui beneficium acceſſione authoris vteris, & in mei damnum diſcedis ab ea.*

695 *Tertius poſſeſſor habens cauſam à principali debitore ſi ipſius debitoris acceſſione vtitur non poteſt agenti hypothecaria referre quæſtionem dominij, nec inſpicitur, ſi habeat rem lucratiuo, vel oneroſo titulo, ſecus ſi non vtitur authoris acceſſione ex Seſ. nu. 696.*

697 *Non habens cauſam à debitore æquiparatur habenti, & neganti habere cauſam.*

698 *Tertius poſſeſſor conuictus de mendacio tenetur vti acceſſione ſui authoris cum ſuo vitio.*

Barbatus modernus author reprehenditur, ibid.

699 *Agens hypothecaria contra quemlibet poſſeſſorem debet tantum probare rem obligatam fuiſſe in bonis, & de bonis debitoris, etiam in hypotheca ſimplici, & ita ſeruatur in praxi, vbique ex Peregr. num. 700.*

701 *Probare rem eſſe in bonis, & de bonis alicuius eſt, probare dominium.*

702 *Rouitus in pragmatica de aſſiſtentia ſingulariter fuit loquutus, & eſt ſemper præ manibus habendus.*

703 *Creditor agens hypothecaria aduerſus tertium poſſeſſorem non habentem cauſam à principali debitore, debet neceſſariam dominij, vel quaſi probationem facere, ſed declara num. ſeq.*

704 *Creditor agens hypothecaria aduerſus tertium poſſeſſorem non habētem cauſam à principali debitore, non cogitur probare, niſi rem fuiſſe in bonis, & de bonis debitoris, &c.*

705 *Hypothecaria aduerſus tertium poſſeſſorem requirit excuſſionem principalis.*

CREDITOR AGENS HIPOTHECAria quid probare, & quomodo debeat.

IDcirco, vt ad ſecundæ diſceptationis explicationem deueniamus, quę ſupra fuit propſita, nu. 606. ad hoc, vt clarius percipiatur, infraſcripti ſunt diſtinguendi caſus.

675 Primus caſus, quando creditor ageret † contra debitorem principalem hipothecaria tantum, ſecundus caſus, quando ageret contra hæredem debitoris poſſidentem rem propriam ipſius, ſed obligatam per defunctū, tertius, quando ageret contra tertium poſſeſſorem habentem cauſam à defuncto debitore, quartus verò, quādo ageret contra tertium non habentem cauſam à debitore, quintus & vltimus, quando ageret iure aſſiſtendi ſecundum formam in Regno receptam.

676 Ad primum caſum dicas præmittendo, † iudicium hipothecarium ſapere naturam petitorij, ita Bart. Salicet. & alij, quos in hoc probat Neguſant. de pignor. parte 8. membr. 1. num. 2. probantque Menoch. de adipiſc. remed. 3. num. 13. & eruditiſſim. Rouit. infra citandus, num. 17. & alij, quos omitto, idcirco, vt ad viam redeamus dico agenti iudicio hipothecario contra debito-

677 rem † incumbere onus probandi dominium debitoris ſuper re obligata, tanquam petitorio agenti, ita Bart. in l. rem alienam, nu. 6. verſ. nam non dico, & ante, ac poſt, ff. de pignor. action. Aretin. & Salicet. quos probat Neguſant. d. part. 8. membr. 3. num. 6. Fulgoſ. & Rodulph. quos citat, & ſequitur doctiſs. Rouit. in commentar. ad regias pragm. tit. de aſſiſt. pragmat. 1. num. 31. & latius ante eum Maſcar. de probat. concluſ. 457. ver. creditor, num. 1. vſque ad num. 9. accuratè Ioſeph Seſſa, deciſio. 42. num. 21. & ſingulariter more ſuo, Anton. Faber, de err. pragmatic. parte 3 decad. 63. err. primo toto, alios prætereo.

Verum, vt pragmaticorum error vitetur, vt notat Faber, vt ſupra; & Doctorum prolixitas, & obſcuritas intermittantur, vt Seſſa loco citato loquitur aduertendum erit penes Aduocatos, & patrocinantes, aliosque cauſi-

678 dicos; non ita probandum eſſe dominium † quando agitur contra principalem debitorem, eiuſque vniuerſalem ſucceſſorem, vti probandum fore contra tertium ſingularem ſucceſſorem debitoris, eò quia contra principalem debitorem, eiuſque hæredem ſufficit dominiū

679 † articulari, & allegari, & demum poſſeſſionem probari in perſonam debitoris, dominij, aut quaſi allegatio cum poſſeſſionis probatione hoc in caſu operatur præſumptam dominij probationem, at ſi dominij debitoris poſitio non poneretur creditor ſuccumberet, non obſtante poſſeſſionis probatione, ita Neguſ. Seſſ. & Dom. Rouit. citatis locis ex dictis omnium doctorum, vt probat latius, Maſcar. dict. concluſ. 457. num. 6. & ſequent. quam concluſionem eſſe notandam (eò quod multi nō conſiderantes verba Doctor. ponunt inter eos diſcordiam in hoc puncto cum re vera nōn ſit,) aduertendum cenſuit Seſſa citata deciſ. 42. tom. 1. num. 23. immo pragmaticos illos ſcribentes ante Doctiſ. Fabrum in allegato errore 1. fuiſſe euidenter deceptos, probat Faber ipſe in d. loco, tanquam eixtimantes craſſius, & pinguius hāc concluſionem inſubtiliter intellexiſſe Bart in dict. l. rem alienam, dum ipſi pragmatici ſupponunt, & expreſsè fir-

680 mant, ſufficere † creditori agenti hipotecharia allegare, & probare ſolam debitoris poſſeſſionem, quoties agitur contra debitorem, quorum numerus non eſt exiguus, immo, & ex recentioribus idem ſupponunt Anto. Monach deciſ. Florent. 3. num. 4. licet non ſic clarè, ſed clarius Stephan. Gratian. diſcep. foren. tom. 2. cap. 262. num. 30. & alij inutiliter allegandi, eò quod communiter penes noſtrates deciditur, requiri dominij, vel quaſi poſi-

poſitionem, poſſeſſionis verò probationem, vt ſuperius
ex allegatis anthoribus concluſum fuit; Concluduntque
Affl.deciſ.383.in fine, Regens de Ponte de pot. proreg.
tit.8.§.11.num.37.in principio, & eleganter de com-
*muni teſtando firmat Peregr.deciſ.48.num.6.ac tetigit
Theſaur.deciſ.175.num.1.& 2.

Sed modus probandi de poſſeſſione, & dominio in
hipothecario iudicio ſatis plenus eſt ille, quo vbique
practici coutuntur in iudicijs, & qui ex mente omnium
doctorum refertur per Affl.in proximo citato loco, ſci-
681 licet vt probetur † rem obligatam fuiſſe in bonis, &
de bonis debitoris, qui modus omninò ſignificat, do-
minij, aut quaſi probationem præſumptam, vt alijs
omiſſis probauerunt duo inter doctiſſimos doctores
Rouit. in citata pragmat. prima de aſſiſtent. numero
octauo, vſque ad numerũ decimũquintũ, & Anton.Fa-
ber dicta Decad. 63.error.quarto & quinto, explicans
quiritiarium, & bonitarium dominium de veteri iure,
682 † ac vtrumque vnum eſſe de nouo iure ad text. in l.
vnica. C. de nud. iur. quirit. tollen. idcirco admodum
ſalutaris reputatur hic modus probandi in hoc iudicio
penes omnes, ita quod probetur etiam in tempore mo-
ti iudicij, Neguſan.d.par.octaua, memb.tertio, numero
ſexto, in fine, & Anton.Monach.in citata deciſ. & loco,
ac Maſcard. vbi ſupra numero vndecimo, taliter quod
683 ſi tractetur de ſpeciali hipotheca oportebit † proba-
re, quod tempore obligationis, & in præſenti erat, & eſt
in bonis debitoris, ſin autem de generali ſufficit vt quo-
684 uis tempore † fuit, Bald. in l.cum res. C. ſi alien. res
pign.&c.& Neguſant. d.memb. tertio, par.octaua, nu-
mero ſexto, ac Neguſant.iunior reſponſo.81.

Secundus caſus, paucis explicabitur, nam aut debitor
obligauit rem illius, qui poſtea fuit hæres obligantis, vt
685 propriam, non vt alienam, tunc ſufficit † probatio
poſſeſſionis in perſonam hæredis, modo vt in ſuperiori
caſu diximus, per quem hæredem non refricabitur
quæſtio dominij, idemque eſſet ſi defunctus obligaſſet
rem illam vti hæredis, & promiſiſſet de rato; tunc illo
effecto hærede, idem ratum habere cogeretur Caſtrenſ.
in l.rem alienam colum. ſecunda, ff.de pignor. actio. &
in l.ſolutum §.ſolutam eod.aut verò extra hos duos ca-
686 ſus defunctus obligaſſet † rem illius, qui poſtea fuit
ſuus hæres; tunc an ex illa ſuperacquiſitione obligatio
reconualeſcat ſatis probauimus ſuperiùs in numer.576.
Reſtrict.ſexta, modificat. ſecunda, cum multis numer.
ſequent. congerit hæc Neguſant. d.par.octaua, memb.
tertio numero ſeptimo toto, & in hoc vltimo caſu ha-
bebit locum text. in d.l. rem alienam. ff. de pignor.
action.in ſecundo caſu, ac magiſtralis doctrina Bart. in
l.cum res.C.ſi alien.res pign.data ſit.

Tertius verò caſus reputatur difficilis reſolutionis,
687 † vt teſtantur nonnulli, & præſertim Ioſeph Seſſa in
allegata deciſ.42. numero 25. dicens, ipſum deſiderare
aliquem doctorem conciliantem in hac diſceptatione,
iuraque aperientem, eò quod omnia varia ſunt, dum
videntur quamplurimæ gloſæ variæ, variantur Bar. Bal.
Cin. Din. Salicet. & alij huius noſtræ legalis facultatis
facilè principes, taliter quod nonnullæ referuntur opi-
niones, vt poſt Aret. Iaſ. Gomeſ. & alios in §. item Ser-
uiana, latiſſimè referunt Peregrin. in citata deciſ. 48.
numero quinto, cum multis ſequent. & Ioſeph Seſſa.d.
deciſ.42. numero 25. vſque ad finem deciſionis.

Ex cuius Seſſæ dictis nequaquam videntur veræ opi-
niones relatæ per Neguſ. d. par. octaua, memb. tertio,
num.8.ex magis communi opinione firmantẽ; credito-
688 rem agenrem † debere probare de dominio directo,
vtili, vel quaſi, debitoris, ſemota diſtinctione ſi tertius
poſſeſſor poſſideat lucratiuo, aut oneroſo titulo. per
Maſcard.d.concluſ.457. num.17. dicentem veriorem,
689 & communiorem, vt tertius ex titulo lucratiuo † non
repellat agentem de dominio non probantem, ſed de-
ducentem id, quod contra principalem debitorem ſu-
690 perius docuimus; ſecus tamẽ † in tertio ex titulo one-
roſo per Afflict. deciſ.40. nume.1. qui dicit opinionem
Bart & ſequacium in l.cum res. C. ſi alien. res pign. dat.
ſit, eſſe veriorem, vt contra hunc tertium habentem
cauſam à debitore ſufficiat probari de poſſeſſione de-
bitoris, & allegari dominium; prout contra princi-
palem debitorem fuit concluſum adhibita tamẽ diſtin-
ctione tituli lucratiui, & oneroſi, quam opinionem ma-
*gis communem etiam dicit Peregr.in allegata deciſ.48.
num.7. qui demum in eodem num.cum Iaſ.in d.§.item
Seruiana dicit opinionem Bart. in l. rem alienam, ff. de
*pignor. act. quam magis communem dixit Neguſ. vbi
ſupra veriorem eſſe, idcirco iſtorum, & nonnullorum
aliorum opiniones non eſſe veras, nec aliquam ex eis
691 ſimpliciter veram eſſe, dicit † Ioſeph Seſſa in allegata
deciſ. 42. ſed ſingulariter explicando has prolixitates,
692 & confuſiones dicit diſtinctionem † de lucratiuo ti-
tulo, & oneroſo nullatenus admittendam, cum autho-
ris factum nunquam noceat, nec ſucceſſori poſſidenti
prodeſt, ſiue lucratiuam, ſiue oneroſam cauſam ille
habeat, ad text. in l.an vitium vbi gloſſ. ff. de diuerſ. &
tempor. præſcript. niſi vna, & ſingularis adhibeatur
diſtinctio, ſcilicet, nam aut tertius poſſeſſor habens cau-
ſam à debitore vtatur eiuſdem debitoris acceſſione,
cauſamque allegauerit, & tunc ſemota lucratiui, &
693 oneroſi tituli diſtinctione, factum authoris † nocebit
tertio huic poſſidenti; illa ratione, quia videtur author
approbatus, approbataque videtur eius vitioſa acceſ-
ſio, quæ inficit poſſeſſoris poſſeſſionem, concipitque
malam fidem, ideo poſſeſſor debet vti acceſſione ſui
authoris cum ſuo vitio, & cauſa d.l.an vitium, & per
conſequens tali caſu poſſeſſor non poterit aduerſus a-
gentem referre quæſtionem dominij, quia repellere-
694 tur exceptione doli; dicendo dolo facis † poſtquam
in tui beneficium vteris acceſſione authoris, & in mei
damnum diſcedis ab illa, ad text. in l. apud Celſum, §.
de authoris, ff. de dol. except. qui ſi loquatur in agente
eadem ratione procedit in poſſeſſore conuento; & per
hoc ſufficeret in hoc caſu contra hunc tertium poſſeſ-
695 ſorem † lucratiuo, aut oneroſo titulo poſſidentem
probari de poſſeſſione debitoris, & eiuſdem dominium
allegari.

Aut verò poſſeſſor hic nequaquam vtitur authoris
acceſſione, & tunc ſiue lucratiuum ſiue oneroſum ha-
696 beat titulum † poterit referre quæſtionem dominij,
& contra eum per hoc probari debet dominium dire-
ctum debitoris vtile, aut quaſi, Bart.in d.l.rem alienam,
Neguſant.& Maſcard. quos probat, hæc omnia conge-
rendo Ioſeph Seſſa citata deciſ.nec refert, ſi Maſcard.&
alij citati per Seſſam loquantur in tertio non habente
cauſam à debitore; quia Seſſa æquiparat hos poſſeſſo-
697 res videlicet non habentem † cauſam, cum habente,
& negante habere cauſam.

Sed ego nequaquam verum dicerem hoc ſecundum
caput diſtinctionis adductum per Seſſã, quando in actis
appareret, hunc poſſeſſorẽ habuiſſe cauſam à debitore,

aut quomodocunque aduerſus ſuam negationem, agẽs
698 replicaſſet probando cauſam, quia tunc conuictus† de
mendacio teneretur vti acceſſione authoris cum ſuo vitio, & quæſtionem dominij referre non valeret, ad text. in d. l. rem alienam in fine, & proinde admitterẽtur probatio poſſeſſionis, & allegatio dominij, vt ſuperius adnotatum eſt, niſi tertius hic poſſeſſor fateretur habuiſſe cauſam à debitore, ſed debitorem illum, non eſſe dominum dixerit, quia tunc non conuinceretur de mẽdacio, & procederet caput diſtinctionis Seſſę; per tradita à Neguſ. in citata par. 8 memb. 3. nu. 10. toto; ex quibus redditur dubitabilis conſultatio, dubitabileque votum datum per modernum Barbatum, poſt hæc ſcripta viſum, vt idẽ refert in eius trac. de reſtitutor. interd. ſuper prag. 1. de aſſiſt. glo. 11. nu. 14. verſ. hæc opinio, ſupponendo, creditorem in iudicio aſſiſtentiæ cõtra tertium cauſam habente à debitore, probãtem de ſola poſſeſſione debitoris, non obtinere; quamuis eum poſſe vti Saluiano vtili, firmet, & ſic in facto, modernum illum authorem votaſſe ſcribit; cum euidenter decipiatur, poſtquam creditor habens inſtrumentũ cum conſtituto, & cæteris clauſulis in quinto caſu explicandis, rectè agit iure aſſiſtendi remedio recuperandæ deſumpto ex l. fin. C. de acq. poſſ. contra tertium cauſam habentem à debitore, licet probetur debitoris poſſeſſio tantũ vt demonſtrabitur in d. quinto caſu nu. 915. verſ. aut verò, & nu. 916. cum ſeq. & Saluianum interdictum, adipiſcendę poſſeſſionis dicitur, vt in eodem quinto caſu, nu. 715. explicabitur quod non erit illius efficaciæ, qua erit præcitatum remedium recuperandæ vt ſuo loco dicetur.

Attamen (vt ad viam reuertamur) quicquid Seſſa, & reliqui in hoc articulo ſic controuerſo dicant; agens hi-
699 pothecaria tantum, contra † quemlibet poſſeſſorem
obtinebit probãdo, rem obligatam fuiſſe in bonis, & de bonis debitoris, Affl. deciſ. 383. qui licet loquatur quando agitur aſſiſtentia, in quo plura concurrũt, vt ſuo proximo loco dicetur; tamen hæc praxis ſeruatur etiam in
700 ſimplici hipothecario iudicio, † ita Peregrin. deciſ. 48.
nu. 8. verbo, ſed ſic eſt, verſ. hæc autem, quodque ratione probatur, & lege; nam probare rem in bonis, & de bonis
701 alicuius eſſe, dominium illius probatum † cenſetur, ad
text. l. rem in bonis. ff. de acq. rer. dom. idem enim eſt ſic probare, vel dominij expreſſionẽ facere, vt omiſſis alijs probat Doctiſs. Rouit. in citata pragm. 1. de aſſiſt. nu. 8. vſque ad num. 15. declarãdo notabiliter articulum mo-
702 re ſolito, & meritò ſemper præ manibus † habendus;
verum de his iterum ſermo habebitur in quinto caſu; ex quibus omnibus iũctis dignoſcitur veritas articuli quicquid diuerſas conſiderando rationes dicat neminem ad hanc vſque ætatem aduertiſſe ex omnibus, quos hactenus hucuſque videre ſibi contigerit, modernus Barbatus de aſſiſt. præſt. gloſ. 11. num. 9. & ſeq.

Quartus caſus, ex traditis in præcedenti, faciliori negotio explicabitur, eò quod omnes Doctores conueniũt
703 vt creditor agens † aduerſus tertium poſſeſſorem non
habentem cauſam à debitore, cogatur neceſſariam dominij, vel quaſi probationem facere, vt de cõmuni omnium ſententia teſtantur Neguſan. in d. par. 8. memb. 3. num. 11. Maſcar. d. concluſ. 457. num. 22. 23. & 24. Peregr. d. deciſ. 48. num. 8. & Doctiſs. Rouit. in citato loco, num. 30.

Sed, vt in ſuperioribus proximè ſcriptis deduximus,
704 etiam iſto caſu ſufficit probatio † rem fuiſſe in bonis,
& de bonis debitoris, vt in terminis firmant gloſ. in d. l. rem alienam, Affl. d. deciſ. 383. num. 5. verſ. ſi verò extraneus, & Aretin. quem citat Maſcar. vbi ſupra nu. 25. additis quæ congerit in numer. ſequent. & Peregr. d. nu. 8. verſ. hæc autem, rationibus congeſtis ſuperius, ſed de his iterum inferius in ſequenti caſu dicemus, vbi de noua praxi.

Velim tamen, omnia dicta circa tertios poſſeſſores in
705 ſimplici hipothecaria, intelligas, vt procedant † facta
excuſſione prius contra principalem debitorem ad tex. in auth. hoc ſi debitor. C. de fideiuſſ. ac docent Bart. in l. creditores numero 25. C. de pignor. & alij vbique paſſim, modo vt nos in ſuo particulari loco latè explanabimus.

SVMMARIVM.

706 *Aſſiſtentiæ nomen quid ſignificat, &c.*
707 *Aſsiſtentia ſignificat ius inſiſtendi rei, vel alio modo remiſsiuè.*
708 *Aſsiſtentia ortum habuit ab hipothecaria Saluiano interdicto, & alijs iuris remedijs.*
709 *Pactum de ingrediendo & adiudicatio, vel venditio vnde oriantur.*
710 *Aſsiſtentia petitur præſtari cum facultate vendendi, aut adiudicandi prœuio appretio, &c.*
711 *Saluianum interdictum vnde dicitur.*
712 *Saluianum interdictum à quo fuit inuentum, & ſeq.*
714 *Saluianum directum cui datur, & aduerſus quem datur.*
Saluianum vtile cui, & aduerſus quem competit, ibid.
715 *Saluianum interdictum eſt poſſeſſorium adipiſcendæ.*
716 *Saluianum interdictum eſt ſummariè tractandum.*
717 *Saluianum interdictum an competat non ſolum locatori, ſed cuiuis alio creditori bona ſui debitoris ex alia cauſa hypothecata habenti cum plur. ſeq.*
718 *Saluianum interdictum vtile non competit cuique creditori hypothecario.*
719 *Dictio taxatiua excludit omnes caſus præter expreſſos.*
720 *Interdicta etiam in rem concepta vi verborum, quibus concipiuntur ſunt omninò perſonalia.*
Intellectus text. in l. 1. C. de precar. & Sal. interdict. nu. 719. cum plur. ſeq.
721 *Dictio, vè, de ſui natura idem ſignificat quod dictio, &.*
722 *Dictio, vè, non ſemper copulat, ſed quandoque diſiungit.*
723 *Dictio, vè, quandoque ponitur expoſitiuè.*
724 *Dictio tantum modo debet producere ſuum effectum taxatiuum.*
725 *Appellatione debitoris omnis debitor continetur, à quo inuito exigi poteſt, & ſeq.*
726 *Debitor eſt à quo inuito exigi poteſt.*
727 *Conductor qui pacto expreſſo non obligauit bona inuecta locatori, an moleſtetur Saluiano interdicto.*
728 *Bart. & ſequac. opinio in intellectu l. 1. C. de precario eſt communis, & in vſu forenſi receptiſsima, licet de iure non tenenda.*
729 *Rota Romana ſola communem opinionem facit.*
730 *Vſus forenſis communis præfertur proprio ſignificato legum.*
731 *Cuiacium inter doctores pragmaticos nominare pudet Antonium Fabrum.*
732 *Intell. tex. in l. 1. ff. de Salui. interdict.*

Saluia-

Saluianum interdictum an detur contra tertium poſſeſſorem de veritate infr.
733 Saluianum interdictum non dari aduerſus tertium poſſeſſorem Hotoman.& Faber. defendunt, de veritate infra.
734 Theſaurus in quadam deciſ. reprehenditur per Anton. Fabr.
735 Imperator in l. prima, C. de precar. an diſceßerit à Iuliano.
736 Imperatores in ll. C. ſolent de vi, & effectu rei reſpondere, non autem de ratione, & ſubtilitate.
737 Saluianum interdictum oritur ex ſola pacti poteſtate, & 760.
738 Pactum non niſi paciſcenti nocere debet & 760.
739 Intell. tex. in l. ſi debitor ff. de pignor. cum l. 1. ff. de Salu. interd.
Vlp. in l. ſi debitor ff. de pignor. approbauit ſenſum Gordiani Imperatoris in l. 1. C. de prec. & Salu. ibid.
740 Iulianus fuit tempore, & authoritate prior Vlpiano.
Vlpianus fuit tempore & authoritate poſterior Iuliano. ibid.
741 Seruiana actio ſingulis creditoribus, & inſolidum aduerſus tertios poſſeßores conceditur indiſtinctè.
742 Verbum, vtilis, poſitum in l. 1. §. 1. ff. de Salu. interd. refertur ad actionem Seruianam.
743 Tex. in l. 1. §. 1. ff. de Salu. interd. emendatur ex Fabr. reprehenditur num. 769. & ſeq.
744 Saluianum interdictum datur contra tertium poſſeſſorem ex veriori, & receptiori opinione, & ex tex. in l. 1. §. 1. ff. de Salu. interd.
746 Theophilus eſt fideliſſimus teſtis reſponſorum Iuriſconſultorum.
747 Saluianum directum an detur aduerſus tertium poßeſſorem bonorum coloni.
748 Actio directa eſt, quæ oritur ex verbis, & mente legis.
749 Actio vtilis oritur ad ſimilitudinem directæ.
750 Mens verbis exprimitur.
751 Verba legis debent intelligi ſecundum propriam ſignificationem, vel in potiori ſignificatu.
752 Propria, & potior ſignificatio eſt, quæ directam continet ſignificationem.
753 Leges poſteriores declarantur per priores.
754 Legum correctio eſt vitanda.
755 Lex noua generaliter loquens reſtringitur in ſignificatione directa.
756 Lex noua debet intelligi vt conformetur cum veteri.
757 Legum conformitas eſt procuranda, vt vtriuſque legis dictum conſeruetur.
758 Verba legis impropriãtur gratia tollendę cõtrarietatis.
759 Verba legis ſi quandoque impropriantur ad tollendam contrarietatem, optimum eſt ſi contrarietas tollitur abſque impropriatione.
760 Pactum paciſcenti tantum nocere debet.
761 Saluianum interdictum quamuis ſit perſonale, eſt tamen in rem ſcriptum.
762 Actiones in rem ſcriptæ rem perſequuntur.
763 Pacta generalia inita ſuper aliqua re realia, & tranſitoria iudicantur.
764 Pactum habens cauſam perpetuam tranſitorium eſt.
765 Seruiana vtilis data eſt cuilibet creditori generaliter.
766 Seruiana vtilis & hipothecaria idem ſunt.
767 Lex debet conformari cum titulo, ſub quo eſt ſituata.
768 Creditori, cui competit Seruiana vtilis, non per hoc negatur vtile Saluianum.
769 Anton. Fab. aberrauit in emendatione tex. in l. 1. §. 1. ff. de Sal. interd. & ſeq.
770 Legum emẽdatio ſolũ Principi Legiſlatori reſeruata eſt.
771 Creditori competit vtile Saluianum aduerſum emptorem ancillæ pignoratæ pro partu nato.
772 Saluianum interdictum dari aduerſus tertium poſſeſſorem eſt de iure veriſſimum, & receptiſſimum.
773 Saluianum interdictum non ſolum datur aduerſus poſſeßorem rerum conductoris, ſed etiam aduerſus quemlibet poßeſſorem rerum à debitorem obligatarum.
774 Saluianum interdictum competit etiam aduerſus rem poſſidentem iudicis decreto.
775 Rouitus non tutò loquutus fuit in pragm. 1. de aſſiſtent. num. 29. dum dixit creditorem vti non poſſe Saluiano aduerſus tertium poſſeſſorem.
776 Excuſſio an requiratur in Saluiano intentato aduerſus tertium poſſeſſorem cum plur. ſeq.
777 Theſaurus deciſ. 175. fallitur.
778 Principalis debitor non poteſt opponere de excuſſione.
Excuſſio ad quid eſt inuenta ibid.
779 Authent. hoc ſi debitor C. de fideiuſ. deſtrueretur, ſi non haberet locum in Saluiano intentato aduerſus tertium poſſeßorem.
780 Principalis debitor non poteſt exceptionem excuſſionis opponere aduerſus creditorem hypothecarium agentem ſuper re generaliter obligata; vt agat ſuper re ſpecialiter obligata.
781 Excuſſio non requiritur in Saluiano intentato aduerſus tertium poſſeſſorem de veritate num. 783.
782 Excuſſionis exceptio non habet locum in iudicijs poſſeſſorijs contrarium num. 785.
Exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginem (vt eſt excuſſio) non habent locũ in iudicijs poßeſſorijs d. n. 782.
783 Excuſſio requiritur in Saluiano intentato aduerſus tertium poßeſſorem ex veriori opinione & ſeq.
784 Excuſſio fundatur in naturali æquitate, & ideo non de facili tollitur.
785 Poſſeſſoria iudicia etiam admittunt excuſſionis exceptionem.
786 Iudex poteſt ſe ſummariè informare in excuſſione propoſita in iudicio poßeßorio.
787 Excuſſionem non requiri in interdicto Saluiano aduerſum tertium poſſeßorem receptius eſt in vſu Forenſi, & ſic iudicandum, quamuis de iure contrarium verius.
787 Aſſiſtentia in regno excuſſionem non admittit.
788 Agenti iudicio Saluiano quid incumbit probandum cum plurib. ſeq.
Saluiani extrema quæ ſint probanda ibid. cum pl. ſeq.
789 Agens Saluiano debet plenè probare ſuum creditum. ſed declara num. ſeq.
790 Poſſeſſio eſt quæ principaliter deducitur in Saluiano interdicto, ſed creditum per modum cauſæ.
791 Creditum deductum in iudicio Saluiano ſufficit quod probetur ſummariè leuiter, & præſumptè, ſed declara vt num. ſeq.
792 Creditum in iudicio Saluiano debet probari in ſpecie, non in genere.
793 Sentẽtia in iudicio Saluiano nõ profertur ſuper credito.
Saluianum interdictum non fundatur in proprietate, & dominio, ſed in poſſeſſione ibid.

794 *Immiſtus in poſſeſſionem ex remedio Saluiani compenſat creditum cum fructibus rei.*

795 *Sententia in actione hipothecaria quomodo profertur.*

796 *Fructus rei, in qua eſt immiſſus creditor vigore hipothecæ extenuant creditum, ſi excedant intereſſe pecuniæ creditæ.*

797 *Creditor immiſſus in poſſeſſionem ex hipotheca poteſt procurare præceptum Iudicis aduerſus debitorem, vel tertium poſſeſſorem, quod infra dies tot ſoluat, aliàs res vendatur.*

798 *Mandatum ad ſoluendum operatur, vt poſt terminum ibi ſtatutum res vendatur.*

DE ASSISTENTIA SECVNDVM IVRA Regni, & de his quæ in ea cumulantur, & primum de Saluiano, & hipothecaria.

QVintus tamen, & vltimus caſus latiori indiget ex-
plicatione cum ſit forenſis, & in Regno vſitatus,
ideo vt plenius intelligatur ſummatim prius
706 videbitur, quid ſignificet † hoc nomen aſſiſtentiæ, ſe-
cundò vnde ortum habuit, & deſcendat hoc iudicium
tertiò contra quos, & quomodo exerceatur, & de eius
extremis; nec dedignetur ſtudioſus lector legere huiuſ-
modi ſcribenda ſatis omnibus cauſidicis nota, quia ſunt
vtilia, & habebunt intermixta nonnulla non iniucunda,
nec inſubtilia, ſaltim in explicatione notatorum per
noſtros Regnicolas.

Et vt ſummis labijs triuialia, & vulgata deguſtentur
(vt verbis eruditiſſimi Regij conſiliarij Rouiti inferius
citandi vtar) redeundo ad primum quæſitum, dico no-
707 men † aſſiſtentię ſignificare ius inſiſtendi rei, eò quod
dicta eſt aſſiſtentia ab etimologia vnius ex definitioni-
bus, quæ ponuntur per gloſ. & Doctor. in l. 1. ff. de acq.
poſſeſ. nempe quod poſſeſſio ſit ius inſiſtendi rei; ex
quo iure inſiſtendi ſumptum eſt vocabulum aſſiſtentiæ
ſecundum Marant. in tract. de remed. poſſeſ. num. 85.
propè finem, quem probat doctiſſ. Rouit. in allegata
pragm. 1. de aſſiſtent. numero 16. ſed de veritate vide
in Appendice, numero primo, & ſequent. huius quar-
ti capitis, vbi reſpondebitur Barbato contrarium di-
centi.

Secundum quæſitum paucis etiam expedietur, nam
708 aſſiſtentia † orta fuit ab hipothecaria, Saluiano in-
terdicto, condictione ex l. fin. C. de acquir. poſſeſ. & ex
certi condictione, quæ naſcitur ex ſtipulatione appoſita
in inſtrumento per pactum ingrediendi propria autho-
ritate, vt docet Capic. deciſ. 51. numero tertio. Sed Affl.
deciſ. 383. dicit ortam ex d. pacto vigore tex. l. credito-
res. C. de pignor. ex Saluiano, & ex d. l. fin. ob conſtitu-
tum, & precarium; Attamen aſſiſtentiæ iudicium plura
continet remedia & præcipuè illa tria, nempe hipothe-
carium, de quo ſatis ſuperius demonſtratum fuit, Sal-
uianum interdictum, de quo in proximè ſequentibus
diſceptabitur; & poſſeſſorium recuperandæ deſum-
ptum ex d. l. fin. C. de acquir. poſſeſ. vigore clauſularum
conſtituti, & precarij, de quo inferius ſuo loco explica-
tio habebitur, prout & explicabuntur materia pacti de
709 † ingrediendo propria authoritate vigore d. l. credi-
tores. C. de pignor. & materia. l. vetuſtiſſimam. C. de
iur. dom. impetr. ex quo vltimo tex. oritur poteſtas ad-
iudicandi, vel vendendi cum earum ſolemnibus, quæ
omnia cumulantur in iudicio aſſiſtentiæ, & conſequen-
ter particulariter explanabuntur ſuis deſignatis locis;
aſſiſtentiamque vnde ortam fuiſſe ſatis abundè decla-
rabitur in appendice huius 4. capitis à numero 1. vſque
ad numero 32. & ſignanter à numero 22. vbi nonnulla
ſingularia.

Illa enim tria remedia præcipua, aut potius plura
vnitim, & iunctim, cumulantur in iudicio aſſiſtentiæ,
710 ſub præcitata forma ſcilicet, petit † aſſiſtentiam præ-
ſtari cum facultate vendendi, aut adiudicandi prætio
appretio in forma ſuper bonis &c. licet eadem remedia
inter ſe diuerſa ſint, & forſan contraria, vt aduertit
ſcientiſſ. Rouit. in citata pragm. 1. de aſſiſtent. num. 17.
qui iudicium hoc, eiuſque extrema, ipſiuſque eſſentia-
lem materiam tam enixè in d. loco enodauit, vt vix alius
aliquid addere valebit, tamen in praxi vnum per aliud
non impeditur & mirandum eſt, cur ſic vnita concur-
rant, vt dom. Rouit. ibi adnotat.

Ad viam ideo redeundo, omiſſa explicatione reme-
dij hipothecarij, de quo latè in ſuperioribus caſibus lo-
quuti fuimus, deueniam ad Saluianum interdictum;
711 Saluianum ideo interdictum † dici à ſaluando, re-
ſpondit Iaſ. poſt Nic. de Neap. in § item Seruiana inſtit.
de act. num. 84.

712 Quodque à Saluio Iuliano fuiſſe inuentum † ſcripſit
Eguinarius Baro in §. retinendæ inſtit. de interd. quem
Saluium Iulianum fuiſſe ſublimiſſimum virum, edicto-
rumque conditorem, & ordinatorem per Iuſtinianum,
& alios Imperatores commemorati in pluribus locis,
docet Menoch. de adipiſc. poſſ. Rem. 3 in principio, &
✱ ſi id communiter alij ſequantur, tamen multo ante Sal-
713 uium Iulianum introductum fuiſſe hoc interdictum,
non contemnenda ratione, exiſtimat Theſaur deciſ. 176
in principio, ſed de his hactenus.

Saluianum itaque directum interdictum datur loca-
714 tori † aduerſus conductorem, vel alium pro rebus in-
uectis, & illatis locatori cum pacto obligatis, vtile verò
datur aduerſus inquilinum ad tex. in l. 1. & 2. ff. de Sal-
uian interdict. & l. 1. C. de precar. & Saluian. interd. vbi
gloſ. & Doctor. Iaſ. Aret Gomeſ. & alij in d. §. item Ser-
uiana, Neguſ. de pign. par. 2. memb. 4. num. 133. ac alij
mille quos omitto.

715 Remedium verò hoc eſſe † poſſeſſorium adipiſcen-
dæ probatur per tex. in §. interdictum quoque inſtit. de
interdict. gloſ. in Rubr. C. de precar. & Saluian. interdic.
Bar. Salic. Siluan & Sarmient. quos probat Menoch. ci-
tato loco num. 5. probatque Dom. Rouit. vbi ſupra nu-
mero 18. & cum ſit merè poſſeſſorium ad latiſſimè tra-
dita per Neguſant de pignor. par. 8. memb. 1. numero
716 ſecundo, & ſexto, ideo ſummariè † tractandum erit,
Aretin. Marant. Rolan. & alij, quos citat & probat Me-
noch. vbi ſupra numero ſexto, & proinde vtilius agitur
hoc interdicto, quam hipothecaria, vt latè Neguſ. &
Menoch citatis locis, ac Theſaur. deciſ. 175.

Difficilis enim, & obſcura reputatur diſceptatio re-
ſpectu huius interdicti, an ſcilicet interdictum hoc non
ſolum locatori detur, ſed etiam cuicunque creditori, bo-
na ſui debitoris quauis alia cauſa, expreſsè aut tacitè ob-
ligata habenti concedatur, & vtile hoc interdictum cui-
717 que creditori dari † reſpondit Bart. in l. prima, nume-
ro ſecundo, ff. de Saluian. interd. ac in l. prima, C. eodem,
licet in vno loco Bart. loquatur de directo, in alio verò
de vtili Saluiano, vt aduertit Theſaurus inferius citan-
dus,

dus, tamen nos loquimur de vtili; Bart.autem ſequun-
tur Aretin.Alex.Ripa Neguſant.Ioan.Criſpan.Vuſem-
bec. & Mandoſ. quos congerunt Menoch.d.remed.3.
num.17.18.& ſeq.& Theſaur.deciſ.176. nu.8. & 9.
718 Contrariam opinionem † ſequutos fuiſſe gloſ. Bal.
Salic. Sarmient. Fabr. Iaſ. Roffred. & Papienſ. referunt
Menoch.& Theſaur.locis citatis, in ſequent. numer. di-
* centes ferè omnium Doctorum communem opinionẽ
eſſe poſt Sarmient.per eos allegatum,eandemque com-
* munem amplectuntur ijdem Menoch.& Theſaur.Quid
dicendum in hac controuerſia?

Dicas hanc vltimam opinionem videri omnino ve-
riorem de iure, tanquam expreſſis verbis firmatam per
imperatorem Gordianum, in l.1. C. de precar. & Sal-
uian.interd. in illo verſic.repoſito in illa parentheſi, ſci-
licet, *id enim tantummodo aduerſus conductorem, debito-
remue competit*; idcirco ſi tex. dicit Saluianum interdi-
ctum aduerſus conductorem dari tantum, quid vltra
quærere ſi detur aduerſus alium debitorem ex alia cau-
ſa; poſtquam alij, quam conductores per taxatiuam il-
719 lam tantum,excluduntur;taxatiua illa excludit † om-
nes præter expreſſos, continetque negationem quo ad
alios Bar.Bal.Rom.Capra Caſtrenſ. Tiraq.Natta,Cra-
uet. & innumer.quos congerunt Oſaſc.deciſ.167.num.
14.& Surd.deciſ.291.num.19. Nec refert Bar. & alijs
primam opinionem defendentibus, & dicentibus Gor-
dian. imperat. de Saluiano interdicto directo intellexiſ-
ſe non de vtili, quia vim faciunt literæ, eò quod cum
Imperator ibi tractet de vtili quoque Seruiana, quæ ad
exemplum directæ inſtituitur, quid ne etiam vtilis Sal-
uiani meminiſſet, ſi perinde illud competeret, vti vtilis
Seruiana, quæ petita, fuit per illum, qui imperatorem
720 conſulebat; denique interdicta † etiam in rem conce-
pta vi verborum, quibus concipiuntur ſunt omninò
perſonalia ad tex.in l.1.§.penult.ff. de Salui. inter.quo-
modo igitur,& quo iure fieri poteſt, vt contra eum, qui
nec quaſi contraxit; dentur vt his adductis reſpondit
ſapientiſs.Ant.Faber de error. pragmaticor. tom.3. de-
cad.58.error.1.toto.

Nec ſatisfacit id quod ex Bart.& ſequacibus pro re-
ſponſione adſtipulatur,nempe Gordianum dixiſſe in il-
lo verſic. *aduerſus conductorem debitoremue*; vt intende-
ret dari Saluianum aduerſus conductorem, & debito-
721 rem, eo quod dictio†illa,uè, de ſui natura idem ſigni-
ficat quod dictio, &; & dictio, &,de ſui natura copulat,
diuerſaque copulare ſolet,ergo & in hoc diuerſi copula-
ti ſunt, ſcilicet conductor, & qui uis alius debitor,ita
Bart. & ſequaces relati per Menoch. de adipiſcen. præ-
citato remed.3.numero 20. quia omiſſis, quæ congerit
idem Menoch.d.loco numero 21.dicens dictionem,ue,
722 † non ſemper copulare, ſed quandoque diſiungere; vt
latius etiam nouiſſimè probat Auguſt. Barboſ. de di-
ction. dictione 359. quandoque ponitur expoſitiuè
723 † per copulationem inter duo idem ſignificantia, vt
in hoc text. hæc Menoch. omiſſis itaque iſtis, dico di-
ctionem illam,ve,& verbum poſitum in principio text.
videlicet (debitor tuus) ſuper quo eorum opinionem
aduerſarij etiam fundant; verificari in conductore tan-
724 tum, & non in alio debitore, cum dictio illa † tan-
tummodo, qua vtitur imperator ſuum taxatiuum de-
bet producere effectum, aliàs ſi fateremur ſuppoſitum
aduerſariorum, fateri etiam oporteret, dictionem hanc
tantummodo, diuerſam obtinuiſſe naturam, vt potius
ampliaret, quam limitaret dictum, idque apertiſſimè

patet, nam appellatione debitoris, omnis debitor
725 † venit à quo inuito exigi poteſt etiam ſtricto modo
ad text. in l debitor, vbi Alciat.ff. de regul. iur. conſe-
quenter enim dictio,tãtummodo, poſita in ſupracitata
loquutione non ſolum includeret debitorem ex cauſa
conductionis, ſed etiam ex quauis cauſa, at hoc eſſet
non ſolum contra naturam illius dictionis, ſed vtique
contra rationem recti ſermonis, poſtquam imperator
expreſsè voluit excipere, tollereque remedium Saluiani,
illudque non admittere in caſu illius legis,& propterea
in locum exceptionis,& reſtrictionis, poneretur exten-
ſio, & ampliatio, ex qua deſtruerentur ſenſus, & verba
illius legis; cum nullus reperiretur debitor, aduerſus
quem non daretur Saluianum, vt taxatiua illa ſuum
ſortiretur effectum, dum appellatione debitoris omnis
veniat debitor.

Nec vtique ſatisfacit id, quod pro prima opinione
adducit doctiſs. Fachin. controuerſ.iur lib.8. capit.92.
nempe,ſi Gordian. imperator voluiſſet dari Saluianum
dumtaxat aduerſus debitorem ex cauſa conductionis,
dixiſſet dari aduerſus conductorem,hæredesue eius,
non autem aduerſus conductorem,debitoremue, quia
his verbis omnis debitor continetur non autem ſolus
conductor, vel debitor ex conductione, (hæc Fachi-
neus,) diximus non ſatisfacere Fachinei reſolutionem,
quia ſi debitoris appellatione omnis debitor venit,
nunquam daretur locus taxatiuæ, vt ſuperius diximus,
imò dicendo imperator, *aduerſus conductorem debito-
remue*, ſatis intellexiſſe dicitur de conductore tantum,
ſcilicet vt Saluianum non detur, niſi aduerſus condu-
ctorem, qui debitor etiam ſit, nec ſufficit eſſe debito-
rem, niſi conductor etiam ſit,conductionis enim,& de-
biti qualitas in conceſſione huiuſmodi Saluiani requi-
ritur;ideo imperator dicendo, *aduerſus conductorem,de-
bitoremue*, ſcribere & dicere videtur expoſitiuè per il-
lam dictionem,ve; aduerſus conductorem, eundemque
debitorem ex cauſa conductionis, vt his & alijs ſingula-
riter adductis nonnullis medijs probat ſubtiliſſimus
Ant. Faber de error.pragm.tom.3. decad.60.err.quin-
to toto, quodque probatur,nam ſi debitor ille dicitur,
726 † à quo inuito exigi poteſt. d.l.debitor ff. de reg. iur.
& conductor qui pacto expreſſo non obligauerit loca-
tori res inuectas in fundo nequaquam poterit moleſta-
727 ri per locatorem † actione huius Saluiani interdicti,
ad text.in §. interdictum quoque inſtit. de interdic.ibi,
futuras pepigiſſet, quo & alijs iuribus probant vbique
paſſim noſtrates, & in ſpecie Menoch. de adipiſcen.d.
rem.3.numero 36.ideo nequaquam diceretur debitor,
poſtquam inuitus non exigeretur,meritò Gordian. im-
perator ſubiunxit in tex. debitoremuè, quaſi vt condu-
ctor, aduerſus quem datur Saluianum,eum debitorem
eſſe oportebit.
728 Sed ſi prima Bart. & ſequacium † opinio non ſit
de iure tenenda, habeatque text. in d.l. prima, C. de
precario, & Saluian. interd. contrarium, vt demon-
ſtratum eſt, tamen negari non poterit, eam non
* ſolum eſſe communiorem, & receptiorem, ſed
etiam in vſu forenſi receptiſſimam, poſtquam il-
lam ſequuti fuerint non tantum authores in ſupe-
riori numero 717. citati; ſed deinde eandem ſe-
quuti fuerint opinionem Caſtrenſ. in l. rem alienam
numero nono,ff. de pignorat.act.& conſil.168. nume-
ro 1.lib.2.Soccin.Sen.Rolan.Equinar.Baro Neuiz.Sil-
uan.Fernan.Gargiari.Bellon.Plot.Grat.Port.Borgnin.

Burſat.& in Rota deciſum dicunt Paleot. Cotta,& Put.
* ac de magis communi hodieque indubitatum dicit Eu-
gen.conſ.65.num.20.& 21.quos omnes congerit Vin-
cent. Caroc. deciſ.114. num.1. & ſequitur num.7.verſ.
præterea,Surd.conſ.131. volum.1. conſ.191. vol.2.&
conſ.513.vol.4. vbi intentatum videtur extra cauſam
conductionis,ac idem in deciſ.140.num.4. Io.Vincent.
Honded.conſ.25.vol.2. Marc. Ant. de Amat deciſ 27.
num.1.& 2.M.Ant. Peregr.deciſ.citata 48.nu.15.Ant.
Monach.deciſ.Bonon.27.& deciſ.Lucenſ.44.ac in alijs
deciſ.Maſcar.concluſ.457.num.21. Adrian. Neguſant.
conſ.308.num.49.50.& ſeq.& conſ.535. num.51.vbi
pluries iudicatum ſic in Rota Romana dicit, & conſ.
317.num.41. Stephan. Gratian. in nonnullis cap.& ſi-
gnanter,diſcept. forenſ. cap.266. nu.20.& 21.Seraph.
deciſ.935.num.3.vbi dicit quod Saluianum aſſumit na-
turam cuiuſcumque iudicij, & cauſæ,ſuper qua agitur,
idemque Cæſar Manent. deciſion. Mantuæ.12. num.1.
& 2.& omiſſis mille authoribus idem ſequitur Menoch.
conſ.736.num.2. quem ſi in tract. de adipiſcend. loco
citato ſæpius contrarium dixiſſe retulimus,tamen in d.
conſ. dicit non eſſe recedendum ab hac opinione, vt
Saluianum detur aduerſus quoſcunque debitores pro
quauis cauſa, eò quod ita pluries iudicaſſe Rotam Ro-
manam, vt illum refert Gratian. vbi ſupra,ob excellen-
tiam iudicantium in illa; prout omnium receptiſſimam
ſententiam eſſe, & indifferenter millies iudicatum in
729 Rota,quæ ſola communem faceret † ob eius nimiam
authoritatem, dicit Modernus Neguſ. vbi ſupra conſil.
308.num.50.& 51.eandem ſententiam ſequutus fuit
Doctiſſimus Fachin.in citato ſuperius cap.92.lib.8. di-
cens vſum forenſem ſic obtinuiſſe, & Vinc. Caroc.alle-
gata deciſ.dicit quotidie ſic in pract.exprimi,ac M.Ant.
de Amat.vbi ſupra,in palatijs quotidie ſeruari affirmat,
& ſcientiſs. Ant. Faber de err. pragm. decad.60.citato
errore quinto,vſum huiuſmodi Saluiani aduerſus quem
libet debitorem hodie in praxi, & maximè apud Italos
frequentiſſimum eſſe, teſtatur, modo vt in hoc Regno,
in quo hic articulus nequaquam penes Regnicolas con-
trouertitur,ſed aſſiduè in iudicio aſſiſtentiæ cumulatur,
vt vnanimiter apud noſtrates pro indubitato habetur;
* ideo hæc communis receptiſſima practica,hicque com-
730 munis vſus † forenſis præfertur proprio ſignificato.d.
l.1. C. de precar. & Saluian. interd. cum ille præferatur
propriæ ſignificationi,nedum in diſpoſitione iuris poſi-
tiui, ſed altioris iuris ad tex. in cap. maiores circa me-
dium, vbi Panorm. de baptiſm. ac idem Panormit. in
c.nam & Rex.c.Ioſeph,& in c. quamuis de ver.ſignific.
& latius Euerard.in loco ab opin.vulg.idcirco de his ſa-
tis, quibus addo ſubtiliſſimum Cuiacium ad lib.5. ſent.
Paul.titu. de interdict. circa finem, & in Paratit.C.& ff.
eiuſdem tit.de Saluian.interd.ac lib.5.obſeruat.cap.24.
731 eandem ſententiam tenentem,de quo dixit† Ant.Fa-
ber in citato err. quinto, vt ſe pudet, & piget nominare
Cuiacium inter pragmaticos iſtos.

Ex quibus omnibus, ſi plana reddita fuit propoſita
diſceptatio; ſcilicet aduerſus quemlibet debitorem dari
Saluianum interdictum, difficultatibus oppoſitis non
obſtantibus;tamen difficilius diſceptabitur,an aduerſus
tertium poſſeſſorem Saluianum detur. quamuis contra
principalem debitorem competere ſuperius, per ſer-
uatiſſimum vſum forenſem ſatis abundè probauimus.
Et contra tertium poſſeſſorem bonorum conductoris
732 dandum eſſe vtile Saluianum † apertiſſimis verbis de-
cidit Saluius Iulianus,qui huius interdicti author eſſe
creditur, in l.1.& in §.1.ff. de Saluian. interd. probant-
que Marant. in ſuo ſpeculo par.4. diſt. 7. numero 11.
Neguſ.de pignor.par.2. memb.4. numero 133. Franc.
Sarmi Signorol. Cuiac. & alij, quorum veram,& rece-
ptam opinionem dicit Iacob. Menoch. de adipiſc. re-
med.3.numero 55.quæſt.7.tota, & Cuiacio tantum al-
legato, idem probat Fachin. in ſuperius citato loco;
Surd deciſ.174.num.17.ac omnes Doctor.& gloſ.in d.
l.1.ff.de Saluia. interd. & l.1. C. eod. cæteros verò con-
gerit Neguſ.iunior. conſ.317. num.42. & ſeq. & The-
ſaur. deciſ. 176. num.2. propè finem verſ. verum cum
* gloſ. vbi de communi opinione,deciſumque dicit, nec
recedendum putat.

733 Contrariam opinionem defendit† Franc.Hotoman.
in §. interdictum quoque inſtit. de interd.cui licet poſt
Sarmient. reſpondeat Menoch. in ſupracitata quæſt.7.
num.58.& ſeq. tamen inſurgit poſt Hotoman. doctiſs.
Antonius Faber de error. pragmat. tom.3. decad. 58.
err.6. cum pluribus alijs ſequentibus, dicens præfatos
pragmaticos erraſſe,& ſine ratione loquutos,ac expreſ-
sè contra verba.l. 1. C. de precar. & Saluian. interd. ac
734 malè † imperitèque loquutum fuiſſe theſaurum in
allegata deciſ. 176. dicentem parentheſim poſitam in
proxima citata.l.1. C. de precar. & Salu. inter. ſcilicet,
*(id enim tantummodo aduerſus conductorem debitorem ne
compeſit)* tanquam interlinearem additionem ab aliquo
factam abundare,& vti irreptitiam delendam,cum & ſi
deleta probè fuiſſet adhuc non modicum reſultaret in-
conueniens,poſtquam vtili Seruiana ageretur,vt impe-
rator concludit in d.l.1. & proinde negaretur etiam id,
quod penes Iulianum ſancitum reperitur in d.l.1.ff. vt
aduerſus tertium vtili Saluiano agendum; hoc enim
opus hic labor,etiam deleta parentheſi,remaneret,ideo
735 aut imperatorem † à Iuliano in iſto articulo diſſenſiſ-
ſe, aut Iulianum tantæ authoritatis, & eruditionis vi-
rum ſiue author interdicti fuerit,ſiue non,ius illud igno
raſſe, quod Imperator non ſine multorum prudentum
conſilio habuerit pro certo, & explorato; omninò di-
cendum erit, vt vtar eiſdem verbis doctiſs. Ant. Fabr.
nec confugiendum erit ad diſtinctionem vtilis, & dire-
cti Saluiani, vt puta Gordianum loquutum fuiſſe in d.l.
1. C.de prec.& Salu.de directo, Iulianum verò in d.l.1.
ff. de vtili, eò quod imperatores in legibus. C. ſolent
736 † de vi, & effectu rei reſpondere, non autem de ra-
tione, & ſubtilitate iuris, ideo cum Gordianus dixit in
d.l.1. competere locatori vtilem Seruianam aduerſus
emptorem rerum conductoris dixiſſet locatori compe-
tere vtile Saluianum, ſi illud vti Seruiana vtilis compe-
tijſſet, quodque ratione ſuadetur,nam interdictum Sal-
737 uianum oritur † ex ſola pacti poteſtate,ad tex.in §.in-
terdictum quoque inſtit.de interdic.& in ſpecie Menoc.
de adipiſc. citato remed.3. num. 36. & ſuperius proba-
738 uimus, idcirco pactum, niſi paciſcenti † nocere non
poterit, & debet vulgatis regulis, ergò Saluianum con-
tra tertium non datur.

Idque per eundem Fabrum fortius comprobatur,
nam Vlpianus ijſdem penè verbis, eodemque ſanè ſen-
ſu,materiam, & ſpeciem pertractatam à Iuliano in d.l.
1.§.1.ff.de Saluian.tractauit in l.ſi debitor.ff.de pignor.
nulla tamen Salriani interdicti, ſed tantum Seruianæ
actionis facta mentione, ideo dicit, Faber, Vlpianum
739 ſenſum, † & verba Gordiani, in d.l.1.C. de precar. &
Saluia. inter. approbaſſe, itaque propterea intelligen-
dum.

dum eſſe Iulianum in ſenſu, & proinde verba eiuſdem
Iuliani emendanda, quodque ſingulari demonſtratio-
740 ne fortificat, dicens Iulianum † tempore, & authori-
tate anteriorem Vlpiano fuiſſe, ideo Vlpianum abſque
dubio ſuam ſententiam mutuo accepiſſe à Iuliano, &
conſequenter locus Iuliani emendatione indiget, cum
eidem repugnet reſcriptum Gordiani in d.l.1. C.& ſen-
tentiæ Vlpiani nulla lex inuenitur, quæ repugnet, cò
quod illa veriſſima ab omnibus dijudicatur dum, Ser-
741 uiana † actio ſingulis creditoribus, & in ſolidum ad-
uerſus tertios poſſeſſores conceditur indiſtinctè, vt ſuo
loco dicemus; Corroboratur motiuum, nam idem Iu-
lianus in d.§.1.intellexit dicere de Seruiana, in verſ.at ſi
id actum fuerit, cum vſus fuerit verbo vtilis actionis,
742 † quæ Seruiana dicitur, non autem interdictum, quod
vtile interdictum vocatur, vt nonnullis iuribus probat
idem Ant. Faber.d. Decad.58. err.7. quod euidentius
patet in d. l. ſi debitor, vbi Vlpian. in principio legis de
Seruiana expreſsè mentionatus vtitur in fine verbo vti-
lis actionis, intelligẽdo de vtili Seruiana; idcirco omni-
nò concludendũ dicit emẽdari debere verba præceden-
743 tia † Iuliani, (nempe; *ſinguli aduerſus extraneum Sal-
uiano interdicto rectè experiantur*) vt emendatiuè inter-
pretentur; (*ſinguli aduerſus extraneum Seruiana non in-
terdicto rectè experientur*) quo in caſu ſententia Iuliani
conformis totaliter redditur ſentẽtiæ Gordiani in d.l.1.
C. de precar.& Saluia.inter.& Vlpiani in d.l.ſi debitor,
iſtudque comprobat nonnullis medijs omninò viden-
dis, & memoriæ commendandis.

Sed licet ſatis ſingulariter more ſuo ſcribat Ant. Fa-
744 ber, tamen prima opinio verior, & receptior † ſemper
dijudicata fuit, & quid ſit receptior patet non ſolum ex
authoribus ſuperius adductis, ſed comprobabitur ex in-
ferius nu.772.& ſeq citandis, cum ibi probabimus vtile
Saluianum dari, etiam aduerſus tertium poſſeſſorem
bonorum cuiuſlibet debitoris.

Quod autem ſit de iure verior probatur per tex.in d.
l.1.& §.1.ff.de Saluian.interdict. vbi Iulianus expreſſis,
& clariſſimis verbis vtile Saluianum aduerſus extraneũ
745 poſſeſſorem dari, decidit, nec cauillari † verba illa per
ſubauditum intellectum poſſunt, nec diuerſum patiun-
tur intellectum, imò cum deciſione illius text. concor-
dat alia deciſio ſancita per Theophilum in ſuis inſtitu-
tionibus tit. de interdictis, §. altera verſ. huiuſcemodi,
cuius verba tranſcripſit Menoc. in ſępius citato remed.
tertio nume.56.de adipiſc. vbi Theophilus expreſsè de-
cidit, Saluianum dari aduerſus quemuis rerum coloni
746 poſſidentem, & Theophilus † fuit vnus ex compilato-
ribus inſtitutionum, & proinde fideliſſimus teſtis re-
ſponſorum iuriſconſultorum in pandectis.

Nec afficit huic prædictæ legi, tex.in d.l.1.C.de pre-
car. & Saluian.inter. vbi etiam expreſsè deciditur; Sal-
uianum nequaquam dari aduerſus tertium poſſeſſorem
747 bonorum coloni, † cum text.ille loquatur in Saluiano
directo, prout vnanimiter Doctores diſtinguunt, tam in
d.l.1.ff.quam in eadem l.1.C.ſcilicet tex.l.1. C.loqui in
directo Saluiano, & tex.l.1.ff.loqui in vtili, vt ſic expreſ-
sè loquitur Iulianus ibi; & quod tex.in d.l.1.C.de prec.
& Saluian. interd. loquatur in directo Saluiano multi-
pliciter probatur.

Primo enim probatur, nam quando concurrunt ver-
ba, & mens legis in actionis inductione, tunc illa actio
748 † dicitur directa; quando verò verba deficiunt, &
mens, ſed per omnia identitas non erit, ſed ſimilitudo,
749 tunc datur † actio vtilis, ita Bald.& Doctor.in l.cura-
toris.C de neg.geſt.at cum Gordianus Imperator in d.
l.1. dicat, non interdicto Saluiano; in denominatione
tali, concurrunt verba expreſſa legiſlatoris, ideo & mẽs;
750 dum mens verbis † exprimitur, vulgatis regulis, id-
circo de directo Saluiano, & non de vtili, quod per ſi-
militudinem prouenit, Gordianum loquutum fuiſſe,
patet.

Secundò, verba legis debent intelligi ſecundum pro-
priam ſignificationem Bart. in l.ſingularia in repet.nu-
me.5. C. de Sacr. Sant. Eccl. aut in potiori ſignificatu,
751 † Bald.in §.1.inſtit.de iur.nat.nu.3.& propria, ac po-
752 tior ſignificatio dicitur, quæ † directam continet ſi-
gnificationem, ideo, &c.

753 Tertiò text.in d.l.1. C. tanquam poſterior † textu,
d.l.1. ff.de Saluian.interd. declaratur, & interpretatur
per tex.fforum; Doctor.in l.ideo, ff.de legib.& addit.ad
Bart.in d.l.ideo, & propterea cum Iulianus in l.1.ff.di-
cat dari vtile Saluianum aduerſus tertium, ex hoc dicto
interpretabitur deciſio Gordiani in d.l.1. C.vt ille text.
intelligatur in Saluiano directo, ad hoc, vt legum corre-
754 ctio † euitetur, & lex legi concordetur, ad text.in l.1.
C.de inoff.dot.probatque Bal.in §. ſunt præterea inſtit.
de action. imo ex quo non conſtat, Gordianum in dicta
l. prima velle corrigere legem fforum in dicta l. prima
ff.de Saluian.interdict.oportebit enim dicere, quod lex
Codicis diſtingui debet per legem fforum, quę per prius
loquuta fuit de vtili, ideo noua generaliter loquens re-
755 ſtringi † debet in directo; ad tex.in auth.offeratur.C.
de lit.conteſt. prout concordantia, & diſcordãtia in his
ſic conciliando docet Nicol.Euer.in mod.argum. loco
à ratione l. ſtricta colum. 9. verſ. ſi verò non conſtet in
paruis.

Deinde, nec officiunt motiua, & fundamenta Ant.
Fabr.& primò, illud non obſtat, ſcilicet Imperatores in
legibus Codicis, ſolere reſpondere de vi, & effectu rei,
non autem de ratione, & ſubtilitate iuris, cum ſatis re-
ſpondiſſe videatur Gordian. Imperat. de vi, & effectu
Saluiani, ſi de directo eum loquutum fuiſſe dicatur, imò
756 oportebit ſic eum loqui affirmare, vt † eius dictum
conformetur cum dicto Iuliani prius ſancito in d.l.1.ff.
ad tex ibique Doct.in l.ſed & poſteriores.ff.de legib.ad
757 hoc vt vtriuſque legis dictum † conſeruetur ad tex. in
l.benignius. ff.de legib.

Comprobantur hæc omnia, nam ſi verba legis im-
758 propriantur gratia † tollendæ contrarietatis, & con-
tradictionis, eaque offenduntur, vt repugnantia tolla-
tur.c.inter dilectos de fid.inſtrumen.c.cum expediat de
elect.& elect.pot.lib.6.c.cum tu de teſt. & l.1. C. de in-
off.dot. probatque Bart.in l.2.§.creditum nume.6.ff.ſi
cert. pet. ac Ruin. Dec. & Crauett. quos probat in hoc
Cardin.Mantica de tacit.& ambig.conuent.lib.2.tit.7.
nu.18.to.1. quid enim fortius quando verba legis con-
759 firmantur † in propria eorum ſignificatione, ſed tan-
tum ad impropriam non extenduntur.

Inſuper, nec afficit aliud motiuum deductum per
eundem Ant.Fabrum videlicet interdictum Saluianum
oriri ex ſola pacti poteſtate ad text.in citato ibi §.inter-
dictum quoque inſtit.de interdict. ideo pactum illud
760 † paſciſcenti tantũ nocere, ſtatuit conſult.in l.ſi vnus,
§.ante omnia.ff. de pact. & proinde conductori tãtum,
non autem tertio poſſeſſori, quia vltra deducta ad hu-
ius.§.reſtrictionem per gloſ. ibi; non negat idem Ant.
761 Faber, Saluianum interdictum † quamuis vi perſona-
le ſit

& contrariam opinionem nõ eſſe ſatis tutam, poſt Ro-
tam dicit Neguſ.iun.conſ.540 num.16.& 17.

Sed vt iterum reuertar ad errorem Theſauri in citata
deciſ.175.n.6. dico eum poſſe ſaluari ſi loquatur quan-
780 do creditor ageret † contra principalem debitorem
ſuper re generaliter obligata, & per ſecundum credito-
rem opponeretur de excuſſione ſuper re ſpecialiter ob-
ligata, vt ſic eum intelligit Surd.deciſ.44.num.14.verſ.
nos autem quærimus; ſed Theſaurus de hoc non loqui-
tur iudicio meo.

781 Contrariam opinionem † amplectuntur Soccin.in
citato conſ.80. Crauett.Roland.& Sarmient.quos pro-
bat Menoc. in citato remed.3. num.179. Aufrer.Boer.
Peruſin.Bertrand.Burſat. Tiraq.Gabr.& Marant.quo-
* rum communem opinionem dicit Surd. conſ.4. nu.36.
volum.1.quodque comprobat idem Surd. in citata de-
ciſ.44.num.14.Honded.in allegato conſ.17.nume.14.
domini de Rota deciſ. 144. nu.7.p.1. in nouiſs. & Ne-
guſant.iunior ſibi contrarius conſ. 317. nu.43. & conſ.
535.num.51.Ant.Monach.deciſ.Lucenſ.31.nume.18.
Conrad.de Moment. poſſeſſ.limit.14.num.10.& idem
Monach.deciſ.Bonon.27.nu.6.& 7.vbi de magis com-
* muni, & deciſum dicit, & quicquid dicant Natta, &
alij citati per Theſaur.in allegata deciſ.175.opinionem
hanc eſſe veriorem,& in praxi ſeruatam teſtatur Steph.
Gratian. diſcept. Forenſ.to.1.c.38.num.1.2.& 3.& ab
* ea tanquam communi, & in forenſibus recepta nulla-
tenus recedendum dicit Cephal.conſ.320.nu.31.lib.3.
itaque nouiſſimè in Rota deciſum refert Gratian. vbi
ſupra, quicquid dicant Bellon. Natta, Becius,& alij ſu-
* perius pro contraria opinione relati hanc communem
eſſe & veram opinionem teſtatur etiam Surd. cõſ. 513.
nu. 19. vol. 4. ratio enim qua mouentur tenentes hanc
ſecundam opinionem, illa reportatur, quia huiuſmodi
782 † excuſſionis exceptio nõ habet locum in iudicio poſ-
ſeſſorio, in quo exceptiones requirentes altiorem inda-
ginem non admittuntur, at Saluianum poſſeſſorium re-
medium eſt, vt ſuperius probauimus,& probant omnes
præcitati authores, ac inferius iterum dicetur, ergo.

Quid dicendum? dicas opinionem primam, ex qua
783 concluſum fuit † excuſſionem concedendam, verio-
rem eſſe de iure, cum illa ſatis probetur per tex. in dicta
Auth. hoc ſi debitor, qui text nullo modo euitari pote-
784 rit, dũ ſatis generaliter loquitur, eò quod excuſſio † in
naturali æquitate fundatur, ideo de facili nequaquam
tolli poterit, vt latius demonſtrat Pirr Maur. Aretin.de
fideiuſſ.p 2.ſect.5.c.4.num.8. imò etiam in poſſeſſorijs
785 iudicijs, & ſummarijs excuſſioni locum eſſe † reſpon-
derunt Portius concl.41.limitat.92.libr.1.Caſtill.Sicu-
lus deciſ.17.nume.47.quo in caſu iudex poterit ſe ſum-
786 mariè informare, ſi penes principalem † excuſſio pro-
ducat effectum, Maſtrill.deciſ.109.nume.10. & 11.qui
nu.12.indeciſum hoc Saluiani dubium circa excuſſio-
nem fuiſſe, dicit.

Sed hanc ſecundam opinionem in vſu forenſi rece-
ptiorem eſſe, patet ex allegatis authoribus, ideo Anto.
Faber decipitur dicẽdo primam eſſe receptiorem poſt-
quam ex dinumeratione authorum videtur hanc ſecũ-
dam eſſe receptiorem, & communiorem, ideo in praxi
non recedendum puto ab hac ſecunda opinione, prout
ſecundum eam tẽtum fuiſſe teſtatur Pacif. Stat. de Sal-
uian. interdict.inſpect.2.c.2.nume.26.& ſeq. ac nu.30.
vbi non eſſe neceſſariam excuſſionem defendit, & ve-
riorem hanc ſecundam opinionem oſtendit; in iudicio
787 † verò aſſiſtentiæ in Regni harum opinionum diſce-
ptatio non recipitur, vt inferius dicemus.

788 Extrema probanda in iudicio Saluiano † latè con-
geruntur per Menoc.in ſæpius allegato remed.3.de adi-
piſc.ideo ille in occurrenti conſulendus; ſed dum non-
nulli authores dicunt agentem Saluiano interdicto ple-
789 ne teneri † probare ſuum creditum, vt refert Surd.cõ-
ſil.131.vol.1.& latiſſimè Menoch. d.remed.3.nu.160.
vſque ad finem quæſtionis Sarmient.in commentar.de
reddit. Eccleſ.p.3.c.2.nu.23.& 24. Pacific.de Saluian.
interdict.inſpect.1.c.5.nu.93.fol. 97. ac alij plerique:
tamen dicas, quod licet creditum verificari debeat; ve-
rum cum in huiuſmodi iudicio principaliter deducatur
790 † poſſeſſio, vt omnes fatentur, & iuribus probatur;
incidenter ideo per modum cauſæ, & pro eiuſdem poſ-
ſeſſorij iuſtificatione deducitur actoris creditum, ideo
791 de credito † incidenter deducto, ſummaria leuis, &
præſumpta ſufficit probatio, Mandoſ.de commiſs. in
18.commiſs.ver.per vtile Saluianum verſ.conclude igi-
tur Rota diuerſ.p.2. deciſ.34.nu. 14. & ſeq.latius pro-
bat Honded.conſ.25.volum.2.nume.16. & ſeq.qui in-
uehit contra Sarmient.& alios ſuperius citatos.

Modificabis tamen hoc, dummodo probatio hæc
792 leuis, & præſumpta † ſit in ſpecie de credito, non au-
tem in genere, ita Gratian. diſcept.forenſ.to.1.c.22.in
principio, vbi deciſum in Rota dicit.

Ex quibus infertur; nam in Saluiano iudicio nequa-
793 quam profertur ſententia ſuper credito, † quia illud
in petitorio reſeruatur, Neguſ.de pignor.p.8.memb.1.
nu.6.clarius Neguſ.iun.conſ.266.in princ.& conſ.300.
num.114.Honded.citato conſ.numer.ſequentibus, &
alij nonnulli, quos ſciens prætereo, illa ratione, quia hoc
interdictum non fundatur in proprietate, & dominio,
ſed in ſola poſſeſſione, vt præcitati authores adnotant.

794 Infertur ſecundò, quia immiſſus in poſſeſſionẽ † re-
medio Saluiani compenſat creditum cum fructibus rei,
in qua immiſſus fuit, ita poſt Rotã diuerſ.deciſ.43.n.2.
p.1. Menoch.d.remed.3.nu.185.& Honded.d.cõſ.25.
nu.3.probat Gratian.diſcept. forenſ.to.4.c. 706.n.66.
allegans text.in l.ſi dominium.C.de pignor & l.1.C.de
diſtract.pignor. quodque procedit etiam in actione hi-
795 pothecaria, in qua † cum per iudicẽ ſolet proferri ſen-
tentia non parum diſſimilis à ſententia aſſiſtentiæ, cum
non detur in ea facultas vendendi, aut adiudicandi, ſed
tãtum dicitur, quod immittatur in poſſeſſionem rei ob-
ligatæ in iudicio deductæ detinendæ loco pignoris, &
hipothecę, donec creditori immiſſo fuerit de credito ſa-
796 tisfactum, ideo vigore talis ſententiæ fructus † exte-
nuant creditum, ſi fructuum valor excedat quãtitatem
intereſſe pecuniæ creditæ, imò & vigore iurium citato-
rum ſuperius, probatque Couarr. variar. reſolut.libr.3.
c.18.num.4.verſ.verum in hoc capite, quod antea pro-
bauit in practic.q.c.29.num.3.verſ.cęterum; Attamen
poterit creditor his caſibus procurare fieri præceptum
debitori, vel tertio poſſeſſori, à quo auocata eſt poſſeſ-
797 ſio, vt in certa † die ſoluat, aliàs res legitimè ſubhaſta-
tioni ſubijcietur, prout ſolitũ eſt fieri in Regno, cũ præ-
798 cepto, ſeu mandato ad reluendum, † quod ijſdem cõ-
ponitur verbis, & tunc elapſo termino ſtatuto non ob-
ſtante forma ſentẽtiæ, nec iuris diſpoſitione res illa ſub-
haſtabitur, aut adiudicabitur, vt ſingulariter more ſuo
tribus medijs indubitatis defendit Couarr. dictis locis,
& præcipuè d.c.18.nu.& verſ.allegatis, quem ſequitur
ſapientiſs. Rouit.in citata pragm.1.de aſſiſtent.nu.34.

SVMMARIVM.

799 Conſtitutum parit remedium poßeſſorium recuperandæ cum plur. ſeq.
800 Qui alio nomine poſſidet mutando ſibi poſſeſſionem conuenitur remedio legis fin. C. de acquiren. poſ.
801 Conſtitutum cum precario transfert poſſeſſionem ciuilem in creditorem conſtitutarium remanente naturali penes conſtituentem, ſecus in ſolo conſtituto nume. ſeq. & num. 825. cum plur. ſeq.
802 Conſtitutum abſque precario transfert poßeſſionem ciuilem, & naturalem in creditorem conſtitutarium, & nu. 825. cum plur. ſeq.
803 Precarium in quo iuuat conſtitutum, & in quo ei deroget.
804 Conſtitutum de per ſe principaliter non ſubſiſtit, niſi alicui contractui accedat, & 816.
805 Excuſſio locum non habet aduerſus creditorem agẽtem ex conſtituto cum precario contra tertium poſſeſſorem ex receptiori opinione, & in praxi ſeruanda, & ſequen. & 809. quamuis de iure cõtrarium ſit verius ex Ant. Fabr. num. 812.
806 Excuſſio in remedio conſtituti, & precarij abſque nullo dubio non requiritur in Reg. Neap.
807 Excuſſio in remedio conſtituti, & precarij de iure requiritur ex Ant. Fab. ad 817. & ita tenendum numero 814.
808 Fundamenta opinionis, quæ ponit excuſſionem non requiri in remedio conſtituti, & precarij, ſunt difficilis reſolutionis.
809 Excuſſionem non requiri in remedijs conſtituti, & precarij receptiſſimum eſt in praxi, & 814.
810 Remedium recuperandæ pleniori priuilegio nititur, quã remedium adipiſcendæ.
811 Recuperanti maiori priuilegio fauent leges, quam acquirenti.
812 Doctores pragmatici improbati per Ant. Fabr
813 Excuſſionis beneficium conceditur per Imperatorem cui libet bonæ fidei poſſeſſori.
Excuſſionis beneficium habere locum in remedio conſtituti, & precarij cum Fab. defendit Author, quamuis dicat contrarium ſeruandum in praxi, ibid. & ſeq. maximè in Reg. Neap. ſtante Regia pragmatica prima de aſſiſtentia, ibid.
815 Aſſiſtentiæ iudicium deſumitur quãdo contrahens pro obſeruantia promiſſorum in contractu obligat bona ſua cum poteſtate capiendi propria authoritate, ſeq; conſtituendo precario nomine contrahentis poſſidere.
816 Conſtitutum alicui contractui accedere debet.
817 Poſſeſſio, quæ vocatur per hipothecariam, eſt tertij poſſeſſoris, ſed per remedium l. fin. C. de acquir. poſſ. auocatur propria poſſeſſio auocantis.
818 Conſtitutum, vel precarium, an morte extinguatur, & an collatum poſt mortem conſtituentis transferat poſſeſſionem, & an ad hæredes tranſeat.
819 Conſtitutum non operatur abſente conſtitutario, niſi ſequuta ratificatione.
820 Donatio ſtipulata per notarium nomine abſentis ante acceptationem, an reuocetur cum plur. ſeq.
821 Conſtitutum non transfert poſſeſſionem in abſentem, etiam cum notarij ſtipulatione, contrarium nu. 823.
822 Conſtitutum transfertur per iuramentum in abſentem poſſeſſionem.
823 Conſtitutum transfert poſſeſſionẽ in abſentem ex ſtipulatione notarij.
Donatio transfertur in abſentem ex ſtipulatione notarij ibid. imò per ſolum iuramentum abſque notarij ſtipulatione.
824 Iuramentum operatur, vt donatio transferatur in abſentem.
825 Conſtitutum multum differt à precario.
826 Conſtituens ſe poſſidere alieno nomine ſtatim deſinit ipſe poßidere, & alium facit poſſeſſorem transferendo poſſeſſionem qualem habebat excepta detentione tantum, & ſeq.
827 Poſſeſſio, quæ remanet penes conſtituentem non eſt vera poſſeßio, ſed Aſinina.
828 Precario poſſidens ab alio facit illum poſſeſſorem ciuilem tantum, & quare.
829 Tex. in l. fin. C. de acquir. poſſ. competit creditori etiam ſolum precarium habenti.
830 Conſtituti clauſula vitiatur per precarium, & è contra, ſed quomodo procedat num. ſeq.
831 Conſtituti, & precarij clauſula ex inepto ſtilo notariorum coniungitur.
833 Vtile per inutile non vitiari, quando, & quomodo procedat.
834 Pactum ingrediẽdi propria authoritate eſt deſumptum ex l. creditores. 3. C. de pignor.
835 Pactum ingrediẽdi propria authoritate, an poßit exerceri abſque iudiciali aſſociatione, & ſi cum iudiciali aſſociatione, an poßit exerceri tertio poſſidente non citato cum plur. ſeq.
836 Prætor eſt adeundus ex vrbanitate in exercendo pacto de ingrediendo propria authoritate contra non citatum ex communi opinione, contrarium verius infra.
837 Creditor vigore pacti de ingrediendo propria authoritate iuncti cum conſtituto poteſt ingredi bona obligata, etiam contra ſingularem ſucceſſorem de veritate inferius.
838 Creditor vigore pacti de ingrediendo etiam cum conſtituto non poteſt ingredi fundum propria authoritate, ſed de neceſſitate ſemper requiritur iudicis authoritas.
839 Verbum, debet, neceſſitatem importat, tam ſi proferatur ab homine, quam à lege nu. 840. & quandoque vrbanitatem, vel neceßitatem ſecundum materiam numero 841.
842 Priuatum exercere propriam authoritatem improbatur à iure.
843 Citatio aduerſarij ſemper requiritur, ſi creditor vult capere pignus vigore pacti de ingredienda, &c. iuncto cõſtituto.
844 Iudex aditus citata parte procedere debet.
845 Poſſeſſor iniuſtus non poteſt priuari ſua poſſeßione abſque citatione.
846 Factum iudicis potius nocet, quam prodeſt poſſeſſori ſi abſque citatione procedat.
847 Deciſ. Afflict. circa pactum de ingrediendo propria authoritate, vt illud poſſit exerceri contra non citatum, receſſit ab aula, & contrarium ſeruatur.
848 Pactum de ingrediendo propria authoritate cum conſtituto poſſe exerceri abſque citatione contra principalem, non autem contra ſingularem ſucceſſorem, ex Farinac. ſed requiri in vtroque citationem eſt verius, ibid. & abundè ſupra.
849 Pactum de ingrediendo propria authoritate, quamuis

poſſet

poſſet exerceri cōtra incitatum, limitatur ex Rouit. cum plur. ſeq.

850 *Creditor ſi per decennium fuit negligens in capiēdo realem poſſeſſionem, vigore pacti de ingrediendo, & aliarum clauſularum, amplius non poterit capere propria authoritate, & eò magis ſi debitor fuit mortuus, & res detineatur, per eius hæredem. nu. 851.*

851 *Negligentia creditoris magis ipſi nocet reſpectu hæredis debitoris, quam aduerſus principalem.*

852 *Poſſeſſio conſtitutitia retinetur animo creditoris, & corpore debitoris.*

853 *Animus deficit per longæuam obliuionem, declara, nu. 864. & ſeq.*

854 *Hypotheca, cui acceſſit conſtitutum per decennalem occupantis poſſeſſionem omninò tollitur.*

855 *Præſcriptione completa per decennium occupator fit bonæ fidei poſſeſſor.*

856 *Duo inſolidum non poſſunt poſſidere, declara num. 867.*

857 *Pignore ſublato per præſcriptionem, remouetur conſtitutum.*

858 *Hypothecaria præſcribitur decē annorum ſpatio per tertium poſſidētem, per principalem quadraginta, de veritate, num. 875.*

860 *Actio perſonalis facilius tollitur, quam realis.*

861 *Opiniones Domini Rouiti ſunt regulæ iuris infallibiles apud Authorem.*

862 *Poſſeſſio ciuilis ſolo animo retinetur.*

863 *Tex. in l. ſi de eo, §. 1. ff. de acquir. poſſ. corrigitur per tex. in l. fi. C. de acquir. poſſ.*

864 *Poſſeſſio ciuilis non amittitur, per decennalem negligentiam.*

865 *Tempus longæuum iudicis arbitrio iudicatur.*

866 *Remota hypothecaria per præſcriptionem decennalem remanet conſtitutum.*

867 *Duo poſſunt poſſidere inſolidum, vnus tamen naturaliter, alter ciuiliter.*

868 *Remedium l. fin. C. de acquir. poſſ. proditum eſt propriè contra tertium, qui debitor reputatur.*

869 *Rouitus maturè, & firmiter loquitur.*

870 *Animi obliuio, & negligentia quando excuſantur, in poſſeſſione.*

871 *Obliuio animi, & negligētia, ſi excuſatur contrarius animus coniecturis probetur.*

872 *Poſſeſſio ciuilis, quæ per conſtitutum cum precario transfertur per occupationem tertij non amittitur ſpatio decennali in praxi, ſed triginta annorum ſpatium requiritur.*

873 *Poſſeſſio ciuilis conſtitutitia per occupationem tertij decennali ſpatio amitteretur, dabitur tamen remedium recuperandæ.*

874 *Rouitus explicari debet non autem ei contradici.*

875 *Hypothecaria per trigenariam præſcriptionem expirat, & in tit. ac bona fide poſſidente per decennalem.*

876 *Text. in l. vetuſtiſſimam, C. de iure domin. impetr. præſtat remedium in iudicio aſſiſtentiæ circa formam vēditionis, vel adiudicationis.*

Adiudicationis, & venditionis forma in iudicio aſſiſtentiæ vnde ſumpta, ibid.

877 *Creditor habet electionem in iudicio aſſiſtentia poſt ſententiam ſi vult rem vendere, vel ſibi adiudicare præuio apprecio pro concurrenti quantitate, declara num. 882.*

878 *Ius offerendi ceſſat in materia aſſiſtentiæ facta adiudicatione, vide nu. 880.*

Appellatio an detur ab apprecio expertorum, ibid.

879 *Fructus percepti, ante completam adiudicationem in aſſiſtentia cui acquirantur.*

880 *Ius offerendi, quando locum habeat in adiudicatione.*

881 *Aſſiſtentiæ iudicium an intentari poſſit contra principalem, ſi clauſulæ conſtituti, & precarij non adſint.*

882 *Creditor non poteſt rem ſibi adiudicare pro quantitate apprecij facti, ſi alius maius precium offerat, nam debet, vel plus offerenti renunciare ad pro totidem oblatis ſibi adiudicare.*

883 *Abſentiæ ſententia, quando exequitur appellatione non obſtante debet exequi quoad caput adiudicationis tantum, & reuocatoria primæ ſententia etiam exequitur non obſtante appellatione, num. 884. & inf. latè.*

Sententia aſſiſtentiæ, quando exequitur appellatione non obſtante debet exequi quoad caput adiudicationis tantum, ibid.

884 *Sententia reuocatoria, primæ ſententiæ, in materia aſſiſtentiæ idem exequutionis priuilegium obtinet, vt exequatur non obſtante appellatione, & infra latè.*

885 *Victus in aſſiſtentia in ſecunda inſtantia non poteſt reſtituere rem emptori venditam, ſed poteſt reſtituere rē ſibi adiudicatam, de veritate inf.*

Adiudicatio transfert dominium æquè ac venditio, ibidem.

886 *Non poſſeſſor, qui nullam facultatem habet in re nō poſſeſſa, illam reſtituere non poteſt.*

887 *Sententia in aſſiſtentia, quando exequitur pendente appellatione, quoad caput adiudicationis tantum, exequitur, præſtita fideiuſſione de reſtituendo in caſu, &c. & virtute fideiuſſionis res dicitur extare, num. 888.*

888 *Pecunia libera ſub cautione dicitur extare.*

889 *Dominium, quod transfertur per adiudicationem pendente appellatione in ſententia aſſiſtentiæ cum fideiuſſione de reſtituenda, &c. dicitur habere cauſam ſuſpenſiuam.*

Reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris, ibid.

890 *Rouitus appellatur præceptor ab Auctore.*

891 *Leges loquentes in ſententia dante habent locum etiam in ſententia reuocante, concurrente paritate rationis.*

892 *Pragmatica de aſſiſtentia loquitur in ſententia affirmatiua.*

893 *Apellatio in poſſeſſorijs adipiſcendæ negatiuè prolata conceditur, quamuis denegetur in ſententia affirmatiuè prolata, declara nu. 903. & ſeq.*

894 *Condemnandi, & abſoluendi poteſtas non à pari procedunt.*

895 *Statuta ex identitate rationis extenduntur ad ſimilia, & num. 900.*

896 *A ſententia in Saluiano non appellari dixerunt communiter.*

897 *Appellationes ſuſpenſiuę in poſſeſſorijs ex clauſulis conceſſis prohibentur.*

898 *Creditor poſſidendo rem debitoris mediante ſententia iudebita, & iniuſta poterit, & debet tali poſſeſſione etiam abſque citatione priuari per idem interdictum.*

899 *Sententia abſolutoria obtenta per reum maiori priuilegio fulciri debet, quam ſententia condemnatoria obtenta per actorem.*

900 *Fauorabilitatis ratione ſtatuta magis extenduntur maioritate rationis.*

901 *Actor, & reus ad imparia non iudicantur.*

902 *Sta-*

902 *Statutum loquens in vno ex correlatiuis habet locum in alio.*

903 *Sententia condemnatoria à pari non procedit cum abſolutoria, quia in abſolutoria maiora priuilegia concurrunt.*

904 *Iacobini de Sanct. Georg. doctrina in l. fin. num. 56. C. de edi. diu. Adr. toll. quomodo procedat.*

905 *Aſſiſtentia ſententia habet paratam executionem in capite adiudicationis, quoad ſortem principalem tantum, non autem quoad intereſſe, non promiſſum in inſtrumento, ſecus in promiſſo, & ſeq.*

907 *Hypothecaria naſcitur ex bonorum obligatione.*

908 *Conſtitutum cum precario transfert in creditorem ciuilem poſſeſſionem remanente naturali penes debitorem, & ad adipiſcendam illam naturalem datur Saluianum, & ſequen.*

910 *Remedium l. fin. C. de acquir. poſſ. proditum eſt, vt creditor conſtitutarius poſſit recuperare poſſeſſionem ciuilem à tertio poſſeſſore, interuerſam per alienationem, & 916.*

911 *Principalis debitor in indicio aſſiſtentiæ quæſtionem dominij refricare non poteſt.*

912 *Creditor cum conſtituto abſque precario opus non habet vti Saluiano interdicto, ex quo habet naturalem & ciuilem.*

913 *Retinendæ remedium competit creditori cuilibet naturaliter, & ciuiliter poſſidenti.*

914 *Hypothecaria cum remedio retinendæ poteſt cumulari.*

915 *Saluianum videtur poſſe intentari pro acquirenda nuda detentione, ſeu aſinina poſſeſſione, quæ eſt penes debitorem conſtituentem.*

916 *Poſſeſſio naturalis, & ciuilis, quæ translata fuit per conſtitutum in creditorem, interuertitur per alienationem factam à debitore, & pro ea à tertio recuperanda datur remedium l. fin. C. de acquir. poſſ.*

Remedium l. fin. C. de acquir. poſſ. datur ſi probetur poſſeſſio debitoris tempore contracti conſtituti. ibid.

917 *Tertius habens cauſam à debitore conuentus remedio l. fi. C. de acquir. poſſeſſ. non poteſt apponere quæſtionem dominij, vide num. 687. vbi latè de refricante dominij quæſtionem.*

918 *Creditor conſtitutarius non poteſt vti remedio l. fin. C. de acquir. poſſ. aduerſus tertium poſſeſſorem non habentem cauſam à principali debitore, & contrarium aſſerere reputatur error ſatis intolerabilis, & ineptus per Anton. Fabr. num. 919.*

920 *Saluianum interdictum non datur contra tertium poſſeſſorem, contrarium verius latè, ſupra num. 732. cum ſequent.*

921 *Saluianum interdictum datur contra quemlibet tertium poſſeſſorem, latè, nu. 732. cum plur. ſeq.*

922 *Creditori conſtitutario aduerſus tertium poſſeſſorem nõ habentem cauſam à principali debitore competit remedium reintegrandæ ex Can. reintegranda, 3. q. 1.*

Can. reintegranda 3. q. 1. remedium cui competat, ibidem.

923 *Remedium Can. reintegranda 3. q. 1. an detur contra tertium titulo, & bona fide poſſidentem.*

924 *Aſſiſtentiæ iudicium, vt intentari poſſit, requirit vt in inſtrumento adſint clauſulæ obligationis bonorum, conſtituti, & precarij, & pacti de capiendo contrarium deciſum, num. ſeq.*

925 *Aſſiſtentia poteſt intentari ſi in inſtrumento adſint ſolum clauſulæ obligationis bonorum cum conſtituto, & precario, & ita deciſum per Sacr. Conſ. Neap. cum duobus ſeq. & 927. limita, num. 928.*

Pactum de capiendo creditorem non habilitat vt propria authoritate fundum ingredi poſſit d. nu. 925. & ſeq. latius, num. 838.

928 *Factum iudicis reputatur factum partis in venditione exequutionis.*

929 *Aſſiſtentia non poteſt intentari non facta translatione poſſeſſionis.*

Conſtitutum cum precario abſque pacto de ingrediendo non ſufficit in iudicio aſſiſtentiæ, quando fuit appoſitum per executorem vendentem, operatur tamẽ ſi adſit quoque pactum de ingrediendo, num. 928. & 930.

Executor ſi in re vendita apponat conſtitutum cum precario non operatur vt poſtea agi poſſit per viam aſſiſtẽtiæ, ſecus ſi coniungat etiam pactum de ingrediendo ibidem.

931 *Pactum de ingrediẽdo maiorem efficaciam habet, quam conſtitutum cum precario.*

932 *Creditor conſtitutarius cum pacto de ingrediendo, &c. poteſt propria authoritate capere poſſeſſionem bonorum obligatorum, ſi ſit vacans.*

DE POSSESORIO RECVPERANDÆ, QVOD cumulatur in iudicio aſſiſtentiæ, & de pacto ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate.

EXpediti de hipothecaria, & de Saluiano interdicto
deueniamus ad tertium remedium, quod in iudicio
aſſiſtentiæ cumulatur, cum hipothecaria, & Saluiano,
vt ſuperius adnotauimus, quod eſt poſſeſſorium recupe
randæ deſumptum ex l. fin. C. de acquir poſſeſſ. idq. re-
799 medium prouenit ex clauſulis † conſtituti apponi ſo-
litis in inſtrumento crediti, quando quis debitor conſti-
tuat ſe poſſidere precario nomine creditoris; nam is de-
bitor ſic conſtituendo mutat ſibi poſſeſſionem, & effici-
tur detentor, vt eſt colonus ſeruus, aut procurator, qui
connumerantur in d. l. vlt. C. de acquir. poſſeſſ. vt decla-
rat Menoch. ad d. l. fin. de recuper. poſſeſſ. remed. 14. nu.
25. Card. Mantica de tacit. tom. 2. lib. 13. tit. 36. num. 5.
6. ac ante hos Vital. de Lamban. in tract. clauſ. in clauſu-
la conſtituit, &c. fol. mihi 60. num. 2. Gratian. diſcep. fo-
ren. tom. 1. cap. 175. nu. 2. Giurba deciſ. 112. nu. 15. qui
800 enim mutat ſuam poſſeſſionem, † ſe alieno nomine
poſſidere conſtituendo, ad inſtar coloni, & aliorum de-
tentorum, nominatorum per Imperator. in d. l. fin. eiuſ-
dem legis remedio conuenitur; eò quod ex conſti-
tuto, precario nomine, vt ſupra formato transfer-
801 tur poſſeſſio † ciuilis penes creditorem conſtituta-
rium, remanente naturali poſſeſſione penes debitorem
conſtituentem, l quod meo, & l. interdum, vbi Doctor.
ff. de acquir. poſſeſſ. l. & habet, §. eum qui precario, ff. de
precar. latè Tiraq. de iur. conſt. par. 1. num. 4. Menoch.
vbi ſupra Theſaur. deciſ. 38. in princ. & Doctiſſ. Rouit.
in dict. pragm. 1. num. 20. ſecus tamen eſſet in ſimplici
802 † conſtituto, quod naturalem, & ciuilem poſſeſſio-
nem transferre in conſtituarium, reſpondit ex receptiſ-
ſima opinione Tiraq. in proximo citato loco, cum plu-
ribus ſequen. numer. quamuis ſi in hoc precarium deficiat,

803 ciat, † ſupplet tamen in alio, vt docet idem Tiraq. al-
legato loco,num.14.& 15.ac Menoch. in d.remed.14.
num.41. & ſeq. nec de per ſe principaliter conſtitutum
804 ſubſiſtit,niſi alicui principali contractui,† venditionis
ſcilicet donationis,locationis,aut alterius, accedat vt e-
xemplificat Tiraq. in principio tract.de iur. conſtitut.
quem probat D. Rouit. vbi ſupra nu.21. & quod ſupe-
rius tetigi, ſcilicet vtilius eſſe conſtitutum precario, vi-
dendi ſuper hoc erunt Morot.conſ.44.num.11.& The-
ſaur.deci.105.nu.3.& alij recentiores,quos omitto,an-
te quos Affl.deciſ.139.num.8. & 9. ſed iterum de hoc
dicetur inferius nu.825.& ſeq.ſed an remedium, d.l.fi.
pro creditore ſit remedium recuperandæ; vide in Ap-
pendice nu.75.

Nec modicæ vtilitatis erit videre, ſi aduerſus hoc re-
medium admittatur excuſſionis exceptio; & illam non
805 admittendam, † ſed reijciendam reſponderunt Iac.
Butr.Bald.Ang.Imol.Raph.Cum.Rom.Alex.Bar. An-
char.Fulgoſ.Petr.Ferr.Franc.Aret.Corn.Aret. Vital.de
Camban.Guid.Pap.Cremenſ.Afflict.Marſ. Barz. Balb.
Ruin.Bertrand.Boer.Celſus Hugo. Gozad.Grat.Ripa,
Franch.Dec.Capic.Gramat.Cagnol.Pariſ. Bellon. Ro-
lan.Lanfranc.& Rober.Marant.quos congerunt Tiraq.
de iur.conſt.par.1.num.54.& Menoc.d.remed.14. nu.
* 28. vbi receptam, & communem opinionem dicit, &
tanquam receptiorem,& communiorem tam Menoch.
quam Tiraq. citatis locis per numer. ſequentes contra-
rijs reſpondendo defendunt, quicquid Aret. Barbat. &
alij relati per Tiraq. & Menoch. contrarium verius af-
firmare, nitantur; eò quod ſingulariter eiſdem reſpon-
detur per allegatos duos authores, & ſignanter per Me-
noch.eandem receptiorem proſequuntur Ludou. deciſ.
Peruſ.45.nu.14.Guttier.Bero.& alij,quos probat,& cū
eis deciſum ſemper in Senatu fuiſſe,teſtatur Theſau. de-
ciſi.215.nu.1. & 2. qui omninò erit videndus ad decla-
rationem limitationum ſuper hac communi relatarum
per Tiraq.& Menoch.locis citatis; in Regno autem hoc
806 indubitatum † habetur,vt videtur penes Affl. deciſio.
139.vbi Vrſill.Capic.deci.54.nu.3.Gramat.deciſ.103.
nu.106. Marant.in ſæpius citata diſt.7.num.51. & no-
uiſſimè poſt centenos Regnicolas,probat Dom. Paſch.
de virib.pat.poteſt.p.1.cap.8. nu.140. comprobaturq.
per Regiam pragmat.in iudicio aſſiſtentiæ, l.de aſſiſtē-
tia,ita quod abſolutè in prædicto iudicio reijcitur excuſ
ſio, prout refert Aſcia in ſuis collectis deciſionibus deci.
194.cum hac eadem receptiori ſententia concurrit Do-
ctiſſ.Fachin controue.iur.lib.8.cap.93.verſ.huic poſte-
riori vſque ad finem capitis.

Contra verò hanc receptiſſimam opinionem, vltra
præcitatos Barbat.& alios magis ſingulariter reſpondit
ſcientiſſ.Ant.Faber.de error.pragmat.decad.57. error.
807 4.& 5.dicens † Iuſtin.Imperat.non ſolum non decre-
uiſſe in d.l.fin.C.de acqui.poſſeſſ.excuſſionem reijcien-
dam, ſed hoc non cogitaſſe etiam cum generalis diſpo-
ſitio §.ſed neque auth.de fideiuſ. & mandator.compre-
hendat hipothecarium,Saluianum, & quodlibet aliud
remedium intentandum; verum licet ſatis ſingulariter
ſuam probet opinionem,tamen non ſolum in dict.erro-
re quinto fatetur, noſtram ſuperius firmatam opinio-
* nem receptiſſimam eſſe, ſed etiam aliqua fundamenta
808 adducta per præallegatos authores, quæ † & ipſe re-
fert eſſe difficilis reſolutionis; ideo præprobatam com-
* munem opinionem vſus forenſis recepit taliter, quod
809 † in praxi nequaquam ab ea recedendum dijudico, &
eò fortius,quia fundamentum Fabri,de Saluiano inter-
dicto,in quo excuſſionis exceptionem ex receptiori opi-
nione locū habere oſtendit;duplici medio tollitur,quo-
rum illud primò ſe offert,nempè;nam in Saluiano vtiq.
talem exceptionem reijciendam receptius ſupra n.787.
810 probauimus,ſecundū;quia pleniori priuilegio† nititur
remedium poſſeſſorium recuperandæ, quod deſumitur
ex d.l.fin.C.de acq.poſſ. quam remedium poſſeſſorium
adipiſcendæ deſumptū ex Saluiano,vt pleno folio docet
Menoc.in vtroq. remedio, vt ex vi verborū recuperare,
& adipiſci dignoſcitur, eò quod ſuum recuperatur, alie-
nū verò acquiritur,ſeu adipiſcitur, & per hoc leges, ma-
811 iori priuilegio fauēt recuperanti,quā acquirenti, Atta-
men idem acutiſſimus Faber de err.prag.to.1.decad.4.
err.3.latius defendendo ſuam opinionē,& probabilius,
812 ac ſubtilius, fatetur, Doctores pragmaticos † ſuā accu-
ſaſſe audaciā arguendo errorem, in re, quam omnium
exploratiſſimā eſſe arbitratos fuiſſe,ideo ego videns ra-
tiones,quas congerit idem ſubtiliſſ.author tam in d.err.
3.quam in præcedenti,& ſubſequētibus err.illamq; po-
tiſſimum,quia Imp.in §.ſed neq. auth.de fideiuſ.benefi
813 cium excuſſionis competere decreuit, cuilibet † bonæ
fidei poſſeſſori, ideo cum tertius poſſeſſor iuſtū titulum
habens à debitore dicatur ex hoc bonæfidei poſſeſſor,
meritò diceremus eundem tertium non priuari beneficio
excuſſionis non obſtante d.l.fi.C.de acq.poſſ.procedēte
tantum aduerſus tertios poſſeſſores, acquirentes poſſeſ-
ſionem rei derelictę, vel dolo,aut deſidia detētoris pro-
ditæ,& ſic cum malo,iniuſtoq. titulo,& per hoc dijudi-
814 co hanc Fabri opinionem de iure veriorē† ſed in praxi
cōtrariam opinionem receptiſſimam eſſe ſatis ſuperius
probatum fuit,eamq. ideo in praxi nullatenus omitten
dam puto, fundatam forſan in dolo debitoris rem ciui-
liter ab alio poſſeſſam,alienantis: in Regno autem ſtāte
dicta Regia pragm.1.de aſſiſtentia,praxis hæc receptiſ-
ſima in iudicio aſſiſtētiæ totaliter comprobatur, nec de
ea dubitatur,iudiciumq. illud aſſiſtētiæ deſumitur quā-
815 do contrahens† pro obſeruantia præmiſſorū in cōtra-
ctu obligat omnia bona ſua cum poteſtate capiēdi pro-
pria authoritate,ſeque cōſtituendo precario nomine al-
terius contrahentis poſſidere, eò quia, vt ſuperius dixi-
816 mus; conſtitutum contractui cuius † accedere debet,
vt illud ſubſiſtat; prout hæc omnia circa modū contra-
hendi conſtitutum tantum,docet meritiſſ.Conſil. Roui.
ad prædictam pragm.1. de aſſiſtentia nu.21.redeundo
itaque ad excuſſionem pro reſponſione eorum,quæ di-
cūt Papien.& Io.Gutt.relati per D.Paſc.de vir.pat.pot.
citata p.1.c.8.nu.142.dicentes,quòd per hipothecariā,
817 in qua datur locus excuſſioni, auocatur poſſeſſio† ter-
tij poſſeſſoris,ſed per l.fi.C.de acq.poſſ.remediū, auoca-
tur propria poſſeſſio auocantis;prout & nos ēt diximus
ſup.n.811.cū notauimus,recuperare maiori priuilegio,
niti,quam adipiſci:quia reſpōdit ſubtiliſ.Fab.poſſeſſio-
nē,quę recuperatur ante recuperationē dici amiſſam,&
proinde ſi facto detentoris alienātis amittitur,conſequē
ter ille,à quo recuperatur,dicitur verè poſſeſſor ante re-
cuperationē,cū ſic vocetur à lege, nā qui poſſidet iuſto
titulo bonę fidei poſſeſſor vocatur & meritò,in ſui fauo-
rē loquitur nouella,§.ſed neq.auth.de fideiuſſ.& mand.
vt probat præcitatus ſubtiliſſ. author in allegata decad.
4.error.3.toto,to.1. idcirco vt diximus veriorem dijudi
co hanc Fabri opinionē,aliam verò in praxi receptiorē.

818 Conſtitutum autem, vel precarium † an morte ex-
tinguantur, & an conſtitutum collatum poſt mortem
conſtituentis transferat poſſeſſionem, an verò ad hære-
des tranſeat, nonnullaq. alia reſpicientia extrema con-
ſtituti, & precarij, ipſarumque clauſularum eſſentialem
identitatem; ſatis forenſia, & vtilia poſt Tiraq. Menoc.
Marant. Viu. Seyſell. Theſaur. Præſ. de Franch. Loffred.
Maricon. Annium Filium, & alios quamplures citatos
per eum placido, & ſingulari ordine docet Dom. Paſch.
de vir. patr. poteſt. citato cap. 8. num. 151. cum ſeq. & li-
cet in centenis locis penes noſtrates vltra præcitatos, le-
ctorem beneuolum remittere poſſim, tamen nouiſſimè
latius, quam alij congerit quamplurima vtilia Adrian.
Neguſant. in ſuis quæſt. aut conſilijs, nempè conſil. 15.
120. 179. 395. 398. 387. & 400. illum amatiſſimus le-
ctor pro ſtudio cõſultat, alia cumulat Horat. Barbar. de
aſſiſt. præſt. gloſ. 7.

Inter alia enim relata per copioſiſſim. & ingenioſiſs.
Paſch. citato loco, num. 157. verſic. ſed demum conclu-
dit, poſt Conarruu. Duen. Theſaur. Aluar. Valaſ. & alios
819 refert cum Valaſc. conſtitutum non operari † abſente
conſtitutario, niſi ſequuta ratificatione, vt infinitis ad-
ductis probat etiam Theſaur. allegatus deci. 70. num. 7.
Tiraq. & alij relati per Dominum Paſchal. quibus ego
addo Marc. Anto. de Amat. deciſ. 40. num. 7. & ſequent.
adderemq. alios nonnullos, quos ſciens omitto, verum
Domin. Paſcha. ingenioſè, & rectè dubitat, dicens quod
quamuis magnus Doctor. conflictus ſit, an donatio ſti-
pulata per Notarium nomine abſentis ante acceptatio-
820 nem reuocetur, † vt videtur penes Præſ. de Franc. de-
ciſ. 339. & Theſaur. deciſ. 124. ſed demum refert magis
* communiter teneri, donationem eſſe irreuocabilem, id-
que firmat ex dictis per Fab. Turrett. Surd. Rolan. vtrũ-
que Theſaur. Barz. Caball. Reg. de Pont. Mandell. Bart.
* & Audit. Peruſin. prout de eadem magis cõmuni teſta-
tur Franc. Milan. deciſ. 1. lib. 1. num. 153. & 167. quæ ſi
vera ſint in donatione, tamen in conſtituto generaliter
tenuere Alexã. Dec. Natt. Purpur. Rol. Tiraq. & domini
821 de Rota illud non transferre † poſſeſſionem in conſti-
tutarium abſentem etiam cum Notarij ſtipulatione, te-
ſtatur Adrian. Neguſan. conſ. citato 395. num. 18. & 19.
quodque ex dictis Rolan. Borgn. & Oſaſc. declarat non
822 procedere, ſi cum conſtituto † iungatur iuramentum,
quo in caſu ſuppletur conſtitutarij præſentia.

Sed quicquid Neguſant. & alij per eum citati dicant,
verior, & receptior eſt prima opinio, vt ex Notarij ſti-
823 pulatione etiam in conſtituto † ſuppleatur partis præ-
ſentia, & poſſeſſio abſenti transferatur, prout in dona-
tione latiſſimè diſceptãdo articulum iuribus, & irrefra-
* gabilibus medijs magis communem prædictam defen-
dit Cardin. Mantic. de tacit. ambig. conuen. tomo 2. lib.
13. tit. 8. toto, immo iuramentum operatur abſque no-
824 tarij ſtipulatione † vt idem Mantica probat in præce-
denti titulo; ideo cauendum à Barbato poſt hæc ſcri-
pta viſo, de aſſiſt. præſt. gloſſ. 7. nu. 12. contrariam opi-
nionem docente.

Demum, vt ad aliud diuerſum tranſeamus multum
825 intereſt inter conſtitutum, † & precarium, vt ſupe-
rius numero 804. tetigimus non enim ſicut, & conſtitu-
tum, ita & precarium transfert naturalem, & ciuilem
poſſeſſionem, cum illud ciuilem tantum transfert, vt
etiam probat Domin. Paſchal. in allegato capit. octa-
uo, numero 150. & differentiæ ratio ſatis nota eſt, nam
826 qui alieno † nomine ſe poſſidere conſtituit deſinit ip-
ſe poſſidere eo ipſo, aliumque facit poſſeſſorem, transfe-
rendo poſſeſſionem, quam & qualem habebat ideſt na-
turalem, & ciuilem corporali duntaxat excepta, & vt
827 vocant † noſtrates; aſinina, cum ex detentione tan-
tum æſtimetur.

At verò ſi precario nomine poſſideat ſecus, quia
fatetur ſe ab alio precario poſſidere, & conſequenter
828 facit † alium poſſeſſorem, ſed ciuiliter tantum cum is
non deſinat velle poſſidere, ſed naturalem, quam reti-
nuit, voluit ab ipſo poſſe auocari, per eum à quo di-
xit ſe precario poſſidere, vt ex dictis omnium interpre-
tum colligit Anto. Faber de error. pragmat. decad. 4. er-
ror. 9 tomo 1. vbi inuehir, & benè, ac ſingulariter more
ſuo contra tenentes, remedium dict. l. fin. C. de acquir.
829 poſſeſſ. non competere creditori † precarium tantum
habenti, eò quod eidem pari ratione competere ſatis in-
concuſsè defendit.

Hic ſic habitis, perpetuò notandum aduertit Do-
min. Paſchal. citato loco, numero 151. ex Caſſan. conſil.
830 ſeptimo, numero 36. & ſequent. quod ſi in † contra-
ctu apponatur vtraque clauſula conſtituti ſcilicet, &
præcarij, tunc vna per aliam vitiatur propter earum re-
pugnantiam ſuperius notatam, Attamen idem copio-
ſiſſim. Author ex Fontanell. de pact. dotal. clauſ. 4. gloſ.
27. numero 37. & ex Ant. Fabr. in Codice Fabriano, li-
bro 7. titul. de acquir. poſſeſſ. defin. 16. dicit opinionem
Caſſan. nimis duram, & proinde ſi per Notariorum
imperitiam vtraque coniungatur, tunc conſtituti
clauſulam præualere, nulla de precario habita ratione,
quodque veriſſimum in praxi quotidie profitetur, nam
831 licet, qui precario poſſidet † naturaliter poſſideat, &
per hoc poſsidere dicatur, & qui per ſimplex conſtitu-
tum nequaquam poſsidere, ſed aſinino modo detinere
dicatur, & hoc iungeretur poſsidere, & non poſsidere,
& ſic actus repugnantes, tamen Notariorum ſtilus ine-
832 ptus præter contrahentium † voluntatem vſitatus,
cum precarij clauſulam ſuperabundanter Notarij con-
iungant, nequaquam facit, vt poſſeſsio non transfera-
tur in vim conſtituti, quod in huiuſmodi translatione
ſufficere potuit; illa ratione, quia in ſeparatam haben-
833 tibus rationem vtile per inutile non vitiatur † ad text.
in leg. placuit, ff. de vſur. vt latius probat idem Anto.
Faber, in citata decad. 4. error. decimo toto, & in eius
Codice definit. 16. ſicque deciſum in Senatu Sabaud.
refert.

Quo ad quartum remedium complicatum, cum
tribus iam explicatis; ſcilicet de pacto ingrediendi
propria authoritate poſſeſsionem rei obligatæ, dicas
834 hoc pactum † deſumptum eſſe ex l. creditores 3. Cod.
de pignor. & ſi illud exerceri valeat per creditorem ab-
ſque iudiciali aſſociatione propria authoritate ob fa-
cultatem ſibi per debitorem conceſſam tam contra
835 † eundem debitorem, quam contra tertium, cauſam
habentem à debitore; vel cum aſſociatione, iudicialis
familiæ, tertio nequaquam citato; prout innumeri au-
thores, aberrando confirmauerunt, quos cumulaue-
runt, & ſequuti fuerunt Afflict. deciſio. 326. & in con-
ſtitut. pacis cultum, numero 28. Marant. parte ſexta,
ſui ſpeculi ver. rectè concipiatur citatio, numero vnde-
cimo, Neguſant. de pignor. parte 4. num. 9. cum mul-
tis ſequen. Tiraq. de iur. conſt. parte 1. numero 37. cum
infinitis ſequent. Vrſill. ad Afflict. in d. deciſ. 326. qui di-
ſtin-

ſtinctione difficultatem ſanare nititur, latius Card. Mantica de tacit. & ambig. conuent. tomo 1. lib. 11. titulo 5. toto, Flam. Cartar. deciſ. 12. imo etiam contra tertium nōn habentē cām à debitore deciſ. 94. Mago. dec. Lucen. 87. Marc. Anton. de Amat. deciſ. 48. quaſi tota, Caſtill. Siculus deciſ. 24. num. 23. Gabriel. commun. concl. titulo de citat. concluſ. 1. num. 225. & Galleſ. Ruin. Gozadi. Pariſ. Soccin. Natt. Ceph. Anguiſol. & alij, quos ſequitur Adrian. Neguſant. conſil. 334. num. 6. cum alijs ſequent. omniumque verò latiſſimè Menoch. ad exornatum dict. l. creditores, tract. de adipiſc. remed. 5. toto, vbi plures diſtinguit caſus, num. 126. cum alijs ſequent. & alij numemero copioſo, quos breuitatis cauſa omitto: patet inquam ex ſuperius citatis communiter teneri, prætorem
836 adeundum † eſſe in executione huiuſmodi pacti ex vrbanitate, ideo non requiri citationem, ſed contra incitatum exequendum vigore clauſularum conſtituti precarij, & pacti de ingrediendo, quamuis maior pars præcitatorum authorum dicat, pactum hoc ſolummodo nō cauſare paratam executionem, nec contra debitorem
837 ipſum, nec † contra ſingularem ſucceſſorem, ſed ſi pactum iungatur cum clauſula conſtituti, tunc creditorem poſſe ingredi poſſesſionem bonorum obligatorum contra ſingularem ſucceſſorem, & eò fortius contra princi-
✱ palem debitorem, magis communiter omnes, ita tenere teſtatur ſubtilisſim. Faber in err. pragmat. decad. 57. tomo 3. error. 8. toto, qui tamen ſibi ſemper hanc traditionem viſam fuiſſe ſuſpectam, reſpectu ſingularis ſucceſſoris teſtatur, ſingulariter more ſolito hanc ſuſpicionem probando, quodque comprobat err. 10. eiuſdem decadis; alios hanc tenentes opinionem refert Scaccia de iudic. cauſar. ciuil cap. 62. num. 32. quem cum alijs congerit Ioan. Baptiſta Toro compilator deciſionum Regni, in ver. creditor fol. 130. quamuis intermiſceat etiam D. Rouit. contrarium tenentem.

Quicquid autem omnes præcitati Doctores diſtinguendo dicant, vel non diſtinguendo, tam contra principalem debitorem, quam cōtra tertium habentem, aut non habentem cauſam à debitore, ſemper non ſolum de
838 vrbanitate, ſed de mera † neceſſitate creditores habentes in inſtrumento hoc pactum quantouis iunctum, cum conſtituto, illudque exercere non valent niſi intermedia iudicis authoritate d. l. creditores, C. de pign. vbi
839 Imperat. vtitur verbo, debet, quod neceſſitatē † importat vulgatis regulis, licet Doctores omnes verbum illud vrbanitatem importare in ead. l. creditores vnanimiter dicant, tamen eos fuiſſe allucinatos, aduertit oculatiſs. D. Rouit. inferius citandus, prout allucinantur Burg. de Paz, conſ. 46. num. 3. & Cardin. Tuſc. pract. concluſ. tom. 2. litera D, concluſ. 32. num. 3. dicentes verbum, debet,
840 importare † vrbanitatem, quando profertur à lege, cum apertius probatur regulariter etiam à lege hoc verbum prolatum importare necesſitatem, ad text. in l. vnū ex familia in principio, vbi hæres eligere debet, & in §. ſi de falcidia eiuſdem legis, ibi omninò reddere debuit, ff. de leg. 1. vbi Padilla, Peralta, & Sarmiento, ac alia iura, quæ probat Tiraq. de retract. lignag. §... glo. 15. tota, & Molin, Rolan. & alij, quos ſequitur Ioſeph Seſſa, deciſio. 230. num. 15. tomo 2. quamuis non deſunt alia iura neceſſitatem non inducentia per hoc verbum, debet, tamē
841 ea procedere ſecundum ſubiectam † materiam reſpondit meritiſſ. Conſiliar. Rouit. ad pragm. 1. de conſeruat.
842 totam, at materia exercendi propriam † authoritatem per priuatum eſt omni iure improbata ad tex. in l. extat, ff. quod met. cauſa, ideo ſi in huiuſmodi lex dicat iudicem debere adiri, verbum, debet, neceſſitatem importare, nullus rationabiliter negabit, quia materia expoſcit; idcirco ſi iudex de neceſſitate debet adiri, conſequenter etiam de neceſſitate aduerſarius citari debet,
843 † vt nonnullis iuribus, & irrefragabilibus rationibus probat ſcientisſim. Rouit. citato loco, quæ aliqua additione nullatenus indigent, & propterea, Annius Pater, ſing. 189. nunquam pro deciſ. Afflict. potuit obtinere, quia talis opinio omni ratione carens ab aula receſſit, vt cōcludit Dom. Rouit. vbi ſupra, cum iudex aditus ci-
844 tata † parte procedere debet, aliàs aditus non cenſeretur, vt notabiliter probat idem Dom. Conſiliarius, quod
845 adeo verum dicit, vt ſi iniuſtus poſſeſſor ſua † indebita poſſesſione nequaquam abſque citatione priuetur, ad text. in l. authoritate, & l. meminerint, Cod. vnde vi, cum alijs concordant. tamen abſque citatione, & de facto priuaretur, ſi poſſesſionem adeptus fuiſſet iudice authore, parte verò non citata, eò quod iudicis factum
846 potius † nocet, quam prodeſt poſſeſſori, ſi illud abſque citatione procedat, vt poſt Caccialup. docet Rouit. vbi ſupra; & alia notantur circa factum iudicis abſque citatione procedentis, per Menoch. ad d. l. meminerint in 8. remed. tract. de recuper. poſſeſſ. & abſque citatione pactum hoc non exercendum dicit Steph. Gratia. diſcept. forenſ. tomo 2. ca. 378. num. 25 & 26. ex quibus dignoſcitur Sacrum Conſil. nullatenus motum fuiſſe rationibus adductis per Ioan. Baptiſta Thoro in ſuo compend. deciſionum Regni, ver. pactum, de capiendo folio 375. dum ibi laborioſus ille vir, præſupponit clauſulam conſtituti, & precarij producere præfatam executionem paratam contra tertium incitatum, etiā abſque pacto prædicto, ex allegata Affl. deciſ. & ex eadem Affli. in d. cōſt.
847 pacis: quia prædicta receſſerunt † ab aula, vt probat doctiſ. Rouit. allegato loco, probatque notorius vſus forenſis cuique manifeſtus, ſed Sacr. Conſil. in illo facto motum, patet ex eiſdem clauſulis conſtituti bonorum obligationi appoſitis, ex quibus iudicium aſſiſtētiæ oritur per ſuperius tradita; ſed vide inferius num. 932. vbi ſingularis limitatio circa hoc pactum.

Quicquid cum communi errore deceptus, latisſimè per nonnullas partes, diuidendo contrarium reſpectu debitoris principalis non citandi, pro executione
848 huiuſmodi pacti, † congerit copioſiſ. Farin. de furt. q. 175. licet contra ſingularem poſſeſſorem ſucceſſorem, neceſſariam citationem dicat p. 7. d. q. nu. 282. tamen vt
✱ dixi decipitur Farin. prout communiter alij decipiūtur, & ſignanter circa verbum, debet, quo vtitur imp. in d. l. 3. C. de pign. quod exponi dicit pro verbo poteſt, vt adnotat p. 4 eiuſdem quæſtionis, ſed de veritate articuli, vide in 11 quæſito, num. 2088. & ſequent.

Attamen, Dom. Rouit. pro hominibus duræ ceruicis
849 † nonnullas congerit limitationes ad communem cōtrariam, quarum ſecundam dubitabilem dijudico, ideo eum tantum, ſubnectere curaui.

Secundò limitari dicit contrariam opinionem, ſi creditor per decennium neglexerit vigore conſtituti, alia-
850 rumque clauſularum, † accipere realem poſſeſſionem rei obligatæ, ex qua negligentia amiſsā fore poſſeſſionem tanquam derelictam probat, idque fortius procedere dicit, ſi conſtituens debitor deceſſerit, & poſſeſſio rei obligatæ per hæredem, aut alium detineatur, quo
851 in caſu negligentia creditoris in decennio † magis dānificare concludit, concurrente tñ eiuſdē creditoris ſciē-

tia, ad tex. in l. ſi de eo, ff. de acquir. poſſeſſ. illaque ratio-
852 ne mouetur, quia poſſeſſio conſtitutitia † retinetur
animo creditoris, & corpore debitoris, ad tex. in l. 3. §.
853 ſaltus, ff. de acq. poſſ. qui animus deficit † per longæuã
obliuionem ad tex. in l. furtum, §. vltimo cum l. ſeq. vbi
Doctor. ff. de vſucap.

Comprobãtur hæc domini Rouiti dicta; nam per il-
854 lud decennij longum tempus occupator † ille efficitur
verus poſſeſſor, poſtquam hipotheca, cui acceſſit conſti-
tutum per decennalem occupantis poſſeſſionem omni-
nò tollitur, vt fatetur Afflict. deciſio. 139. in fine, &
nos ſuo particulari loco dicemus: ideo completa præ-
855 ſcriptione per decennium † occupator fit bonæ fidei
poſſeſſor, quæſitumque eſt ius poſſeſſori, ideo ſera dici-
tur auxilij imploratio ex conſtituto, cum ex illo dica-
tur, creditorem naturaliter, & ciuiliter poſſidere, & oc-
cupator per acquiſitam bona fide poſſeſſionem decen-
nalem, vtique poſſidere dicitur, ſequitur enim duos in-
856 ſolidum, † & ſimul poſſidere nequaquam eodem
tempore poſſe vulgatis regulis, & ſublato pignore per
857 præſcriptionem † remouetur & conſtitutum, vt his, &
alijs ſubtilioribus rationibus probat Anto. Faber de err.
pragm. tõm. 3. decad. 57. err. 6.

Comprobantur ſecundò, nam ſi hipothecaria, quæ
858 præſcribitur † decem annorum ſpatio per tertium poſ
ſidentem ad text. in leg. 1. & 2. Cod. ſi aduerſus credito-
rem præſcrip. oppon. ſi tamen intentetur aduerſus prin-
859 cipalem debitorem, † vel eius hæredem, durat ann.
40. l. cũ notiſſimi, C. de præſcr. 30. ann. fortius. n. reme-
dium cõſtitutarium, quod aduerſus tertiũ datur, ſimili-
ter decẽnio tolli deberet, cum actio perſonalis ſit, ex d. l.
fi. C. de acq. poſſeſſ. at facilius tollitur perſonalis, quam
860 † realis, vt omnes tradunt in rub. ff. ſi cert. petat. alias
per indirectum tollerentur vires titul. C. ſi aduerſ. credit
præſcrip. oppon. ita arguit Curt. Iun. in d. rubr. ff. ſi cert.
petat. num. 17.

Attamen ſi extra caſum dictæ limitationis loquatur
Doctiſſim. Rouit. intendens forſan ex eius dictis con-
ſtituere regulam, vt conſtitutum decennio tollatur, ſi
creditor negligens poſſeſſionem intra dictum tempus
non acceperit; ego ſuã pace nequaquam ſuæ opinioni
aſſentirem, (licèt in alijs, eius opiniones ſi penes omnes
probatiſſimæ reputentur; tamen penes me, regulæ iu-
861 ris infallibiles, † dijudicãtur) nam quamuis creditor
ſua negligentia amittere videatur naturalem poſſeſ-
862 ſionem, retinebit tamen ciuilem † quæ ſolo animo re-
tinetur, ad text. in l. tertia, §. in amittenda, ff. de acqui-
863 rend. poſſeſſio. & text. in allegata l. ſi de eo, † §. primo
ff. de acquiren. poſſeſſ. corrigitur per text. dict. l. fin. Cod.
de acquiren. poſſeſſ. vt probat Menoch. de recuper. poſ-
ſeſſ. remed. 14. quæſtiõ. 14. num. 50. ſeu potius text. dict.
l. fin. ſit exorbitans; cùm in totum non deroget iuri an-
tiquo, ſed in aliquibus, vt ex veriori opinione verius do-
cet idem Menoch. in dict. remed. 14. quæſtio. ſecunda,
numero 11. & ſequent.

864 Nec perditur poſſeſſio ciuilis, quæ animo † retine-
tur per decennalem negligentiam ad notata in dict. l. ſi
de eo, §. primo, & l. furtum, §. vltimo, ff. de vſucap.
vbi animum deficere per longæuam illam obliuionem,
& negligentiam, notatur, quia iſtud longæuum iudicis
865 † arbitrio ex communi Doctorum reſolutione remit-
tendum dicit Iaſ. in l. prima, numero 45. in fine, & num.
46. & 47. Cod. de ſeru. fugitiu. ideo conſiderata facti
qualitate, quia forſan de notabili damno tractaretur, in
quò non ſic facilius obliuio præſumitur vulgatis regu-
lis, ſed de veritate inferius numero 869. & ſequent. di-
cetur.

Tollitur vtique fundamentum adductum in prima
comprobatione, cum & ſi fiat occupator bonæ fidei poſ
ſeſſor per decennalem poſſeſſionem, ex qua hipotheca
tollitur, tamen illa decennalis requirit extrema legiti-
866 mę præſcriptionis, quibus adhibitis ſi tollatur † hypo-
theca, remanet conſtitutum cum precario, ex quo reti-
netur ciuilis poſſeſſio, ideo inconueniens non erit duos
ſimul, & ſemel, ac inſolidum poſſidere, vnum ſcilicet na-
867 turaliter † alium verò ciuiliter, qui propriè eſt effectus
precarij, vt ſuperius demonſtrauimus.

Secundum fundamentum in ſecunda comprobatio-
ne relatum tollitur vnico verbo, nam remedium dict.
868 † l. fin. Cod. de acquirend. poſſeſſ. proditum eſſe pro-
priè contra tertium, qui debitor reputatur, quod in ca-
ſu tituli C. ſi aduerſ. cred. præſcr. oppon. non eſſe reſpon-
dent Zuchard. in dict. rubr. ff. ſi cert. petat. num 31. &
Menoch. in allegato 14. remed. de recup. poſſ. in fine,
numero 70. & ſeq. ſed inferius exactius reſpondebitur.

Sed cum ſcripta ſcientiſsim. Rouiti cauſam præbeant
869 vt accuratius reuideantur, quia doctiſ. ille vir † ſatis
maturè, ſatiſque ſolidè loquitur, clarius ideo exordien-
do reſponſiones, pro vera prædictorum reſolutione in-
fraſcriptas proponam concluſiones.

Prima concluſio, quæ ſe offert, illa proponitur, nem-
pè, quando iure perditur ciuilis poſſeſſio per decenna-
lem poſſeſſionem occupantis bonæ fidei poſſeſſoris cau-
ſatam per decennalem obliuionem creditoris negligen-
tis, tunc ſi conſtaret ſemper fuiſſe retentum animum
poſſidendi, ſcilicet per exactionem intereſſe, aut anna-
tarum, vel quod creditor ignoraſſet, aut abſens fuiſſet,
vel debitor, & tertius difficilis conuentionis, & exactio-
nis eſſet, aut aliquibus alijs cauſis, ex quibus animus o-
870 bliuitorius tollitur, & negligentia excuſatur, † his ita-
que caſibus continuatio poſſeſſionis præſumitur, & de-
cennalis occupatoris poſſeſſio actionem conſtitutariam
non impedit, vt poſt gloſ. in §. quod autem ver. propter
abſentiam inſtitut. de vſucap. Alexand. in l. ſi id quod,
num. 2. ff. de acquir. poſſeſſ. poſtque alios docet Stepha.
Gratian. diſceptat. Forenſ. tomo 2. cap. 310. num. 49. &
871 ſequent. ſemper enim tollitur obliuio, † & excuſatur
negligentia, ſi contrarius animus coniecturis probetur,
extra enim has, vel ſimiles coniecturas veriſſimam diju-
dico Domin. Rouiti opinionem, quam ante eum rece-
ptam dixit Menoch. de præſumpt. præſumpt. 64. num.
42. & 43. ac præſumpt. 66. numer. 3. & ſequent. lib. ve-
rò ſexto, alias cauſas, ob quas remouentur obliuio, & ne-
gligentia congerit Sigiſmund. Scaccia de commerc. §. 1.
quæſt. 7. parte 2. ampliat. 19. numero 133. cum alijs ſe-
quent.

Secunda concluſio ſit, quod & ſi vera ſint
quæ in præcedenti concluſione notauimus, tamen
in praxi poſſeſſio ciuilis, quæ per conſtitutum, &
precarium transfertur, quamuis naturalis per oc-
cupationem tertij poſſeſſoris ſit amiſſa, decennio
872 nequaquam † amittur, neque præſcribitur, ſed
annorum 30. ſpatium requiritur, vt in proprijs noſtris
terminis, & eorum, quæ dominus Rouit. notauit, fir-
mat Theſaur. deciſio. 215. nu. 6. eò quod actio conſtitu-
taria non perimitur, niſi dicto longiſſimo tempore, tan-
quam oſſibus cõſtitutarij radicata; quodq. ante eum in
conſtitutaria, & precaria poſſeſſione bis iudicatũ dixit

Affl.

Afflict. deciſio.139. itaque practicari, dicit Vrſill. ad eum, & ita firmaſſe Menoch. Cremenſ. Marſil. & alios, teſtatur Gaſpar Theſaur. ad allegatam deciſionem paternam, vbi ſic pluries deciſum in illo Senatu dicit, de quo non eſſe dubium concludit.

Nec ſecunda hæc concluſio contraria primæ dijudicari poterit, quia facili conciliatione concordãtur, nam ſi fatemur (prout fateri cogimur) naturalem poſſeſſionem nobis translatam per conſtitutum, per occupationem tertij poſſeſſoris eſſe amiſſam, & ciuilem per ne-
873 gligentiam decennalem † eſſe vtique deperditam, cũ ex voluntate mea pendere non poterit, an is, qui rem meam re vera poſſidet; aut mihi obligatam, pro poſſeſſore reputandus ſit nec ne; itaque ſi hoc fatemur non per hoc per illud decennium tollitur remedium proditum ex clauſula conſtituti, dummodo creditor non retinendæ, ſed recuperandæ remedio per clauſulam prædictam experiatur, eò quod permulti authores retinendæ creditori competere dicebant ad retinendam ciuilem poſſeſſionem nequaquam amiſſam, quia ſi eam amiſſam fuiſſe fateri cogimur, illamque recuperatione indigere, non autem retentione; ita acutiſſim. & peritiſſim. Anto. Faber de error. pragmat. tomo 1. decad. 4. err. 3. num. 14. ſingulariter docet, & ante eum ſupponit Antonin. Theſaur. in allegata deciſ. 215. num. 6. verſic. contrarium, idcirco etiam ſi amiſſio ciuilis poſſeſſionis per obliuionem decennalem in creditore negligente cauſetur, non per hoc recuperandæ remedium ex dict. l. final. creditori denegatur meritò; dicta per ſcientiſſimum Rouitum explicatione potius, quam contradi-
874 ctione † indigebant; quamuis in terminis, in quibus loquitur ſcilicet in exercitatione pacti executiui, explicatione nequaquam indigeat cum ſatis clarè, & doctè loquatur, eò quod poſſeſſor per decennalem poſſeſſionem omnimodè in exercitio dicti pacti citari debet ex ſuperius dictis, quia verè poſſidere dicitur, ideo citandus.

Tertia verò concluſio, quæ deſumitur ex dictis per nos in prima, & in ſecunda comprobatione, illa erit; nempè, hipothecariam actionem per trigenariam præ-
875 ſcriptionẽ † expirare, & in titulo, ac bona fide poſſidente, per decennalem tantum expirare, reſponderunt noſtrates, quos cum multis iuribus congerit, & Senat. deciſionibus probat Gaſp. Theſaur. ad paternam deciſionem 157. & quæſt. foren. 41. lib. 1. vbi materiam præſcriptionis latius explicat & ante illum Neguſan. de pignor. par. 6. membr. 2. toto, ſed de omni præſcriptione nos latiſſimè dicemus ſuo particulari loco, alia autem circa clauſularum conſtituti, & precarij præſcriptionẽ ingeniosè congeruntur per Modernum Barbatum, de reſtit. in interdict. ſuper pragm. 1. de aſſiſt. gloſ. 7. tota poſt hæc ſcripta viſum.

Vltimum remedium, quod ineſt in iudicio aſſiſtentiæ eſt illud, quod deſumitur ex l. vetuſtiſſimam, C. de iur.
876 dom. impetr. † vltima dicti tituli; ex qua lege deſumitur forma venditionis, & adiudicationis rei, ſuper qua iudicium hoc prolatum apparet; & ſi de vtraque ſuis particularibus locis latè dicetur, hoc tamen in loco ſatis erit aliqua de adiudicatione in iudicio aſſiſtentiæ facienda tantum, quia de omnium pignorum venditione particulariter diſceptabitur, & de alijs pignorum adiudicationibus æquè in aſſignatis locis ratiocinabitur.

Itaque ſi creditor elegerit viam venditionis obſeruabuntur extrema ſubhaſtationis in loco prædicto explicanda; ſin autem viam adiudicationis elegerit, tunc fiet rei obligatæ adiudicatio, præuio tamen appretio fa-
877 ciendo † per expertos communes amicos, & non ſuſpectos: omiſſis in huiuſmodi iuris ſubtilitatibus, in praxi erit in arbitrio creditoris, vel vendere rem, ſuper qua petita eſt aſſiſtentia, vel ſibi præuio appretio adiudicari facere pro concurrenti quantitate debita, prout ſic proferuntur ſententiæ in hoc iudicio, cum facultate vendendi, aut adiudicandi in forma, modo vt poſt alios docet Doctiſſim. Rouit. in ſæpius citata pragmatica 1. de aſſiſtentia, numero 33. ſit itaque adiudicatio præuio appretio, vt ſuperius diximus, & notat Afflict. deciſio.
878 358. num. 4. & 5. & facta adiudicatione † ceſſat ius offerendi Afflict. deciſio. 187. ſed de plena huius articuli explicatione, videndus Ludouic. Morot. de iur. offer. num. 37. cum multis ſequent. an autem ab appretio expertorum appelletur, & fructus percepti ante comple-
879 tam adiudicationem, † cui acquirantur, idem Afflic. deciſio. 188. de materia Capic. deciſ. 41. Præſ. de Franchis deciſio. 120. Muſcatell. in ſua prax. parte tertia, glo. adiudicantur, num. 49. & ſequent. ſed quando locus erit
880 iuri offerendi in adiudicatione, † notabiliter perſpicaciſſimus Rouit. in loco proximè citato in numer. ſequent. vbi alia ad materiam adiudicationis, & totius iudicij aſſiſtentiæ, aliaque copioſiſſimus Paſchal. de vir. pat. poteſt. parte prima, cap. 8. à numero 140. vſque ad numer. 162. & in toto aſſiſtentiæ iudicio, Muſcatell. in citata prima parte, gloſſa prima ſententia, numero 136. cum infinitis ſequen. candemque aſſiſtentiæ materiam, qui ex profeſſo tractauerunt, congeruntur per Doctiſs. March. & meritiſs. Reg. Tap. in ſuo iuris Regn. libro 3. titul. de aſſiſt. in rubric. & in hoc iudicio agitando con-
881 tra principalem debitorem, an requirantur † clauſulæ conſtituti, & precarij in inſtrumento crediti, vt iudicium ſuſtineatur, quod ſic, contra Grama. deciſio. 103. num. 107. reſpondit meritiſsm. D. Tap. loco citato ſuper pragmat. 1. de aſſiſt. numero 3. & dum ſuperius firmauimus eſſe in electione creditoris, vel vendere cum ſolemnibus ſubhaſtationibus, vel ſibi adiudicari facere ex forma ſententiæ, velim intelligas, ſi alius maius pretium non offerat, quam ſit illud quod fuerit æſtimatum per
882 appretiatores, quia tunc teneretur † creditor renunciare rem plus offerẽti, aut pro totidem oblatis ſibi adiudicari facere, vt poſt Capic. dict. deciſ. 41. numero 13. notat Dom. Rouit. vbi ſupra numer. 35. & quando ſententia aſſiſtentiæ exequitur appellatione non obſtante iuxta pragm. 2. de appellat. debet exequi quo ad caput
883 † adiudicationis tantum, vt ſit in poſſe victi reſtituere rem, ſi ſententia per iudicem appellationis retractetur rationibus adductis per Præſid. de Franch. in citata deciſio. 120. vbi qualiter reſtitutio erit facienda: ſed in hoc vltimo articulo, an ſententia reuocatoria obtineat idem executionis priuilegium, quod obtinere primam aſſiſtentiæ ſententiam diſpoſuit præcitata Regia Prag-
884 matica 2. de appellat. & obtinere dixit † oculatiſſim. Præſ. de Franch. deciſio. 136. tota, viuaciſſimis rationibus adductis, itaque in Sacro Conſil. deciſum teſtatur.

Attamen peritiſſimus Rouit. ad dictam pragmat. 2. de appellatio. dicit deciſionem Præſid. de Franch. 120. eſſe veriſſimam, illamq. vſum forenſem ſeruare, ſed diſcedit à ratione adducta per Præſ. de Franc. quo verò ad deciſ. eiuſdem Præſidis 136. dubitat de illa; diximus D. Ro-

Rouitum diſcedere ab vna ex rationibus adductis per
Præſid.de Franch.in d.deciſ.120.ex qua Præſ.de Franc.
præſupponit victum non poſſe reſtituere rem venditam,
tanquam cum dominio emptori translatam, ſed poſſe
885 reſtituere† rem ſibi adiudicatam,& quod aſſumptum
hoc non probetur per text.auth.quæ ſupplicatio, C. de
precib. imper. offer. in huiuſmodi explicatione reſpon-
dit D.Rouit.dicens d.auth.illud nõ probare,& benè,ac
dominium non tantum transferri per venditionem,
quantum per adiudicationem, iuribus per eum addu-
ctis, & doctiſſimè; ſed negando fortaſſe quod victus in
ſecunda inſtantia valeat reſtituere rem per eundem ti-
tulo adiudicationis poſſeſſam, quod facere non valeret,
ſi res vendita foret; iure non procederet, cum non poſ-
886 ſeſſor nihil† iuris habens in re non poſſeſſa,nullam fa-
cultatem habet reſtituendi, niſi dicamus doctiſſimum
Rouit. fateri hoc dum dixit deciſionem veram ex alijs
rationibus per Præſid.adductis, & Præſ.ſi hanc explicitè
non affert,tamen implicitè eam ſupponit abſolutè.

Sed alio clariori modo rationem ſinodalem dictę de-
ciſionis explicando, dico illa ratione debere exequi ſen-
tentiam aſſiſtentiæ,quo ad caput adiudicationis tãtum,
non autem venditionis,pendente appellatione, eò quia
victor in prima inſtantia, ſe obligando etiam cum fide-
887 iuſſore; †vt ſeruatur, de reſtituendo rem in caſu retra-
ctationis ſententiæ,quando ſententia exequitur per pri-
mum iudicem, ſi ſententia fuiſſet executa quoad caput
venditionis procederent dicta per Præſid.in dict. deciſ.
120. & ſic præcluderetur via victori in ſecunda inſtan-
tia recuperandi rem ab emptore, illam cum dominio
acquirente, ſed tantum contra victum daretur condi-
ctio ad pretium, facultatemq. victus reſtituendi rem per
hoc non haberet, vt pe optimè Pręſ.declarat in dict.de-
ciſ.120. ſin autem ſententia exequeretur quo ad caput
adiudicationis tantum, ſeruata forma dictæ deciſionis,
888 tunc ſtante † fideiuſſione præſtita de reſtituendo cen-
ſetur eadem res extare penes eundem victorem repe-
tentem vigore ſententiæ reuocatæ, prout de pecunia li-
berata cum ſimili fideiuſſione, quam extare dicunt no-
ſtrates, vt probant idem Præſ.de Franch.deciſ.75.num.
9. alijque ex regnicolis, quos congerit Maſtrill. deciſio.
126.tomo 2.num.16.idcirco cum Dom.Rouit. proba-
uit, dominium transferri tam per venditionem, quam
per adiudicationem, non tamen negabit, dominium
per adiudicationem cum prædicta fideiuſſione, & obli-
889 gatione † de reſtituendo in caſu retractationis, tranſ-
ferri ſuſpẽſiuè,& ideo reſoluto primo actu,ex quo adiu-
dicatio ortum habuit cum huiuſmodi promiſſa reſtitu-
tione, res redit ad ſua principia attractiua, eò quod illa
adiudicatio non habuit perpetuam cauſam,ſed ſuſpen-
ſiuam, & propterea primum dominium reſuſcitat non
tanquam à morte,ſed tanquam à ſomno; vt ſingulariter
docet Bald.in l.qui ea l.Cod.de pact.int.empto. & ven-
dit. & melius in l.vnica, C. quan. non petent.par.num.
36.colum.10.verſ.attende hic,& prædicta procederent
etiam ſi nulla promiſſio facta fuiſſet de reſtituendo in
caſu retractationis, quia ſufficeret ſententia executionis
ſub hac reſtitutionis forma lata, vt vſus forenſis in Re-
gno docet, & reſoluto iure datoris reſoluitur ius acce-
ptoris vulgatis regulis.

Quo verò ad dubitationem eiuſdem peritiſſim. Ro-
uiti factam ad deciſionem Præſidis 136. ſuperius alle-
gatam, quem referendo ſimpliciter ſequitur Dom. Pa-
ſchal. de virib. patr.poteſt.dict.cap.8. par.1.num.145.
890 dico ſalua pace tanti præceptoris, † & profeſſorum
magiſtri dubitationem non ſubſiſtere, tum rationibus
adductis per eundem Præſid.citata deciſ.136.non ſolu-
tis per Dom. Rouit.tum etiam, quia leges loquentes in
891 ſententia † dante, procedere debent etiam in ſenten-
tia reuocante datum, quando paritas rationis cõcurrit,
prout dicimus de contractu, & diſtractu, cum dicta cir-
ca contractum procedere debent etiam circa diſtractũ,
eadem ratione concurrente, vt centenis iuribus probat
Nicol. Euerar.in loco à contractu ad diſtractũ, & Præſ.
in fine deciſ.etiam probat, & ſi hæc non negat peritiſs.
Rouit.tamen his obſtare text. Regiæ pragmat. loquen-
892 tis in decreto aſſiſtentiæ † affirmatiuo,& ſic in conce-
dente aſſiſtentiam,non autem in negatiuo,& in negan-
te aſſiſtentiam, quod probari demum dicit per notata
per Iacobin.de Sanct.Georg.in l.fi.num.56.C.de edict.
Diu.Adr. toll.vbi appellatio in poſſeſſorijs adipiſcendæ
893 ſententia negatiuè prolata conceditur,quamuis dene-
getur in ſententia affirmatiuè prolata,& per notata per
Crot.in repet.c.paſtoralis,§.verum notab.5. de appell.
894 dicentem nõ à pari † procedere poteſtatem condem-
nandi,& abſoluendi.

Verumtamen iudicio meo,licet exiguo,hæc facili ne-
gocio tolluntur;nam quoad pragmaticam prædictã lo-
quẽtem in decreto aſſiſtentiæ affirmatiuo,dico eam ex-
tenſiuè loqui, etiam in decreto aſſiſtentiæ reuocatorio,
cum eadem concurrat ratio,& maior; ſtatuta.n.ex iden
895 titate rationis † extenduntur ad ſimilia,ad text.in l.il-
lud,ff.ad l. Aquil. cum alijs concordant. probat Euerar.
in loco à ratione legis larga,&c. quo in caſu non dicitur
lex extendi, vel ſtatutum, ſed enucleari, vt communiter
teneri teſtatur Menoch. de recuper. poſſeſſion. remed.
14.númer.18. cum ſequen.latiſſimè.Farinac.in fragm.
parte 1.litera E,verb.extenſio, nu.50. cum infinitis ſe-
quentibus, & quod eadem ratio concurrat, patet, nam
priuilegium executionis datum huic ſententiæ, datum
cenſetur ob ſalutares clauſulas poſitas in inſtrumento
crediti, vnde oritur aſſiſtentia, modo vt latius ſuperius
896 tractatum fuit, cum à ſententia † in Saluiano non ap-
* pellari dixerunt communiter authores, vt teſtatur poſt
Neguſ.Menoch.de adipiſc.remed.3.num.186.& reſpe-
ctu poſſeſſoriorum ex alijs clauſulis conceſſorum appel-
897 lationes ſuſpenſiuas†prohiberi, genericè probat idem
Menoch.de recup.remed.9.num.322.poſt Afflict.deci.
269. vbi etiam Vrſill.ſi enim creditores obtinentes pro
eorum credito ſententias aſſiſtentiæ ob poſſeſſoria re-
media priuilegiantur in executione, quanto magis pri-
uilegiari debent debitores vigore iurium eis competen-
tium obtinentes reuocatoriam aſſiſtentię,nam creditor
898 † poſſidendo rem debitoris mediante ſententia inde-
bita, & iniuſta, poterit, & debet tali poſſeſſione etiam
abſque citatione priuari per idem interdictum, vt in ſi-
mili ex eodem Dom.Rouit. probauimus ſuperius num.
899 845. & ſeq. ſententia enim abſolutoria † obtenta per
reum maiori priuilegio fulciri debet ſententia condem-
natoria obtenta per actorem ad tex.in l.fauorabiliores,
vbi Dec. & Cagn. ff.de reg.iur. ideo bene ſuperius dixi-
mus, prag. prædictam extendendam ex maioritate ra-
900 tionis, & ex fauorabilitate, †ex quibus ſtatuta facilius
de vno ad alium caſum extenduntur, vt circa fauorem
de omnium doctorum conſenſu firmat Farinacc. vbi ſu-
pra num.79. & ſeq. & de maioritate rationis, num.71.
901 & cum actor, & reus † ad imparia non iudicentur, vt
probat Præſ.de Franch. vbi ſupra, eò quia ſunt correla-
tiui,

902 tiui,& in correlatiuis,ſtatutũ loquens † reſpectu vnius extenditur ad alium, latiſſimè idem Farinacc. vbi ſupra num.255. & in actore, & reo, num.238. verſ. & in diſpoſitione loquente de actore &c. poſt Villagut de extenſ.II.Rubr.de extenſ.leg.correct.num.10. & num.19. fallent.15. ex quibus explicatum redditur id, quod ex Crott. in d.c. paſtoralis §. verum, dixit Domin. Rouit.
903 quod ſententia condemnatoria † à pari non procedit cum abſolutoria; eò quia vt diximus in abſolutoria,maiora concurrũt priuilegia ex prædictis; id verò quod notauit ex Iacobin.de S.Georg. in allegata l.fi.C. de edict. Diui Adrian.toll. procedit, in ſententia denegante aſſiſtentiam primo loco lata; non autem in ſententia reuocante primam, cum appellatio à ſententia poſſeſſorij adipiſcendæ per verba negatiuè prolata cócedatur, ita-
904 que Iacobin. † non loquitur quando proferretur ſententia in poſſeſſorio per verba affirmatiua, & demum altera ſubſequeretur primæ reuocatoria, vt in caſu noſtro.

905 Habebit ideò ſententia aſſiſtentiæ paratam † executionem quo ad caput adiudicationis tantum, vigore præallegatæ Regiæ Pragmaticæ, ſed quo ad capitale, ſeu principalem ſortem tantum, non autem quo ad intereſſe Ann. ſing.494. quem ſequuntur Dom.Rouit.in d.pragm.2.de appellat.num.8.ac Dom.Paſchal.d.par. 1.cap.8.num.145.

Secus tamen eſſet, ſi intereſſe deberetur vigore promiſſionis in eodem inſtrumento ſortis factæ, modo vt aliàs de hoc intereſſe dictũ fuit in cap.3.tit.1.ampl.14. num.56. cum mult.ſeq. & num.66. itaque ex prædictis
906 non ſolum explanatum eſt remedium † legis vetuſtiſſimam, & ſic caput adiudicationis faciendæ in aſſiſtentia, ſed explicatum fuit totum iudicium aſſiſtentiæ; & de intereſſe,vel de alia quantitate promiſſa loco intereſſe, quod illud vti capitale iudicatur, & vti principalis ſors, latè declaratum fuit cap.2.tit.7.à num.1487. cum multis ſeq.

Vt ad viam,à qua digreſſi fuimus reuertamur,quamuis omnia relata remedia ſint inter ſe ſatis diſtincta, & fortaſſe contraria,vt ſuperius num.710. tetigimus; tamen cumulantur in hoc iudicio aſſiſtentiæ,taliter quod
907 ex bonorum † obligatione naſcitur hipothecaria,toto tit.de pignor. ff. dum verò debitor conſtituit ſe preca-
908 rio † nomine poſſidere, tunc penes creditorem transfert ciuilem tantum, remanente naturali penes ipſum
909 debitorem, ideò ad adipiſcendum † illam naturalem proditum fuit Saluianum iudicium;ſed ſi contingat debitorem alienare rem obligatam tertio, quia per talem obligationem dicitur interuertere poſſeſſionem ciuilem iam per conſtitutum translatam in creditorem; ad quã
910 † recuperandam tanquam interuerſam proditum eſt remedium.d.l.fin.C.de acq.poſſ. vt poſt Menoch.docet Doctiſs.Rouit.ad ſæpius citatam pragm.1. de aſſiſtent. num.23. qui hæc tria remedia in hoc iudicio aſſiſtentiæ concurrere ſimul neminem dubitare,dicit,cum ad eundem tendant finem,ac in praxi ſic exereeri docet, nempe ſi contra principalem debitorem agatur, bona obli-
911 gata poſſidentem, tunc quia debitor ipſe † non poterit dominij quæſtionem refricare,vt ſuperius probatum fuit, creditori agenti non intereſt, niſi naturalem tantum poſſeſſionem adipiſci, quæ tempore conſtituti remanſit penes debitorem, ad quam adipiſcendam ſufficit Saluianum interdictum, quo vtendo creditor non oportet probare dominium debitoris, ſed tantum poſſeſſionem, quam adipiſci intendit.

Attamen ſi vera ſint, quæ nos notauimus ſuperius num.830. verſ. his ſic habitis,prout veriſſima diximus; tunc cum virtus ſolius conſtituti remaneat, precario, tanquam ſuperabundanter poſito,ſublato, nullus negabit, virtute cónſtituti naturalem, & ciuilem poſſeſſionem translatam eſſe in creditorem, vt vtique hoc ſupra nu.825. & ſeq. latè probatum fuit, & penes debitorem detentationem corporalem, quam aſininam vocant, tantum remanere; vt ibidem num.827. adnotauimus,
912 idcirco opus non erit, creditorem † vti remedio Saluiano pro adipiſcenda naturali poſſeſſione, cum eam ille retineat,prohibetur,& inepte petitur, quod intus habetur vulgatis regulis,itaque dicerem,competere creditori contra principalem debitorem moroſum agenti ſuper bonis per illum poſſeſſis remedium retinendæ,quod
913 competere † cuilibet poſſeſſori naturaliter, & ciuiliter poſſidenti vno ore omnes affirmare, teſtatur Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed.3.nu.18. quæſt.1. poſtquam remedium l.fin.C. de acq.poſſeſſ. dicitur recuperandæ, * vt de communi idem Menoch. teſtatur ad eandem legem,tract.de recuper.remed.14.num.9.verſ.verum; & cum remedio hoc retinendæ cumularem hipothecariã,
914 quam cumulari † poſſe contra pragmaticos affirmat rationibus, & iuribus fundatiſſimis Ant. Faber de err. pragm. decad.4.err.6.toto, dicens contrarium aſſerere eſſe ridiculum,& ineptum; niſi dicatur competere poſſe
915 Saluianum pro adipiſcenda † illa detentatione, corporalique aſinina poſſeſſione, vt amaritudines tollantur, quæ hæc procedunt etiam contra hæredem debitoris; ex notatis ſupra num.818.

Aut verò; (ſubſequitur Dom. Rouit.) iudicium aſſiſtentiæ intentatur contra tertium ementem, aut alio titulo acquirentem bona obligata,ab eodem debitore, & tunc, quia per huiuſmodi alienationem eſt interuerſa ciuilis poſſeſſio; aut potius naturalis,& ciuilis,quæ tran-
916 ſlata † fuit per conſtitutum in perſonam creditoris agentis, & propterea ſua intereſt illam recuperare, pro qua recuperatione ſufficit remedium d. l.fin. C. de acq. poſſeſſ. in quo remedio ſatis erit probare de poſſeſſione debitoris tempore contracti conſtituti, vel poſtea; nec
917 ſic tertius dominij quæſtionem proponere † poterit cum habeat cauſam à debitore ad text. in l. quod in ipſis ff.de reg. iur. hæc omnia illius ſcientiſſimi viri, comprobantur per adnotata per Menoch. in citato remed. 14. de recuper. in pluribus locis circa præfatam poſſeſſionis interuerſionem,& vti veriſſima ſupponuntur per Ant.Fabr.de err.pragm. decad.4.error.4.tom.1. Circa verò dominij refricationem de veritate latius docuimus ſuperius nume.687. verſ. tertius verò caſus, cum multis ſequent.numer. & in tertio habente cauſam à debitore, contra quem datur hoc remediũm d. l.fi. ex profeſſo de * magis communi probat Menoch.vbi ſupra num.17. & quid probandum diximus ſuperius num.675.cum infinitis ſeq.& ſignanter num.702.

Vltimo loco doctiſs. Rouit.loquitur de tertio poſſeſſore; conuento, per creditorem, non habente cauſam à debitore; qui tertius de facto occupauit bona obligata, vigore forſan alicuius conceſſionis ſibi factæ ab altero æquè extraneo; & tunc quia creditor priuatur ſua poſſeſſione ſibi per conſtitutum translata,non dolo,vel ne-
918 gligentia ſui debitoris,†nequaquam poterit vti remedio.d.l.fin.C.de acq.poſſeſſ.quę tantum procedit quando creditor priuatur ſua poſſeſſione facto debitoris, ſcilicet

licet dolo, & negligentia illius, vt expreſſis verbis, d. l. ſi.
cauetur, itaque poſt Corn. & Papienſ. firmat peritiſſ.
Rouit. vbi ſupra num. 28.

Hanc opinionem ſi interuertere, & reijcere nonnulli
ex noſtratibus procurent, vt facilè videri poterunt, ta-
men contra iſtos pragmaticos nuncupatos per Anton.
Fabr. inuehit idē Faber de err. pragm. Decad. 4. err. 5.
919 toto to. 1. dicens hunc † errorem intollerabiliorem,
& ineptiorem eſſe tanquam abhorrentem, non tantum
à ratione iuris, ſed etiam ab expreſſis verbis Iuſtinianeę
conſtitutionis in d. l. fin. quæ re vera ſatis apertè caſum
doli, aut debitoris negligentiæ tantum includit, ideo in-
concuſsè procedit opinio oculatiſſimi D. Rouiti.

Saluiano interdicto nequaquam creditor hoc in ca-
920 ſu vti poterit, quia illud non datur contra tertiū, † niſi
contra principalem debitorem tātum, vt eſt expreſſum
in l. 1. C. de precar. & Salu. interd. hæc enim ſubiungit
D. Rouit. in allegato loco, nu. 29. addendo inſuper, ſu-
pereſſe huic creditori remedium hipothecarium tantū,
in quo dominij probationem fortius contra talem ex-
traneum tertium requiri, concludit numer. ſeq.

Verum nos in ſuperioribus probauimus receptius, &
verius concludi per noſtrates Saluianum interdictū da-
921 ri aduerſus † quemlibet tertium poſſeſſorem, vt ple-
nius videtur ſupra nu. 733. cum ſeq. verſ. ex quibus om-
nibus cum multis ſequent. numer. & ſignanter conclu-
ſum dixi num. 775. ſapientiſſ. Rouit. non tutè in hoc lo-
quutum fuiſſe, licet alij peritiſſimi eandem profitean-
tur opinionem: competeret etiam huic creditori reme-
922 dium recuperandæ † proditum ex Can. reintegran-
da. 3. quæſt. 1. vt concludit Ant. Faber in citato err. 5. in
fine, remedium enim Can. reintegranda datur contra
quemlibet tertium, vt diffuſiſſimè demonſtrat Menoc.
ad illum Can. in remed. 15. de recuper. poſſ. nu. 67. cum
923 pluribus ſeq. qui ſi aliud ſentiat in tertio iuſto † titulo,
& bona fide poſſidente, nume. 89. & ſeq. tamen magis
* communiter contrarium tenetur, vt poſt infinitos pro-
bat Theſaur. deciſ. 29. poſt Marant. Afflict. Caſſador.
* Peruſ. Oſaſc. & infinitos, & eſse magis communem ma-
giſque ab omnibus receptam, probat infinitis adductis
Honded. conſ. 17. nu. 83. vol. 1. tanquam receptam per
Sacr Conſ. Neap. Rotam Romanā, & Senat. Pedemon.
vt ibi per eum.

Aſſiſtentia demum, an præſtetur creditori ſuper bo-
nis debitoris eius debitoris dicetur latè, & ſingulariter
in appendice nume. 136. cum multis ſeq.

Finaliter vnum non omittam pro huiuſmodi iudicij
pleniori explicatione, nempè, quod adnotat practicus
Muſcatell. in ſua prax. ciuil. p. 1. gl. 1. ſententia nu. 137.
138. cum pluribus ſequent. dicens aſſiſtentiam illo tunc
924 præſtandam † quando in inſtrumento crediti adſunt
clauſulæ obligationis bonorum conſtituti, & precarij;
& pacti de capiendo, vt ſic expreſsè cauetur per Reg.
pragmat. 1. de aſſiſtent. at ſi vna ex prædictis clauſulis
deficiat aſſiſtentiam non poſſe præſtari, concludit præ-
fatus practicus, ſupponens cumulatiuè etiam de iure
communi requiri præfatas clauſulas, vt iudicium aſſi-
ſtentiæ procedat, quod pluribus modis probat.

Contrariam opinionem ſequutum fuit Sacr. Conſ. vt
925 ſufficiat † obligatio bonorum cum conſtitutione pre-
carij, duabus potiſſ. rationibus, quia pactum de capien-
do nequaquam habilitat creditorē, vt propria authori-
tate ipſe valeat ingredi poſſeſſionem bonorum obliga-
torum, vt ſuperius num. 838. cum ſeq. probauimus; ideo
926 ſi extrema † dicti pacti non ſeruantur, illud pro appo-
ſito non habetur, cum non operetur.

Secundò; nam conſtitutum, & precarium transferunt
poſseſsionem, ex qua translatione oritur iudicium aſſi-
ſtentiæ, vt ſæpius ſupra probauimus, imò ex præcitato
pacto debitor de facto reſiſtens, nequaquam expellere-
tur abſque conſtituti clauſula, ideo potentior, ita ex iſtis
927 rationibus, & alijs pluribus † deciſum nouiſſimè in
Sacr. Conſ. refert Ioan. Baptiſta Thoro author nouus,
Compendij deciſionum Neap. in ver. & litera; pactum
de capiendo, fol. 375. latius enim ſuperius probatum
fuit iudicium aſſiſtentiæ dependere ex conſtitutione,
precarij.

Reſtringitur tamen hæc deciſio Sacr. Conſ. non pro-
cedere, quando venderetur res obligata per iudicialem
venditionem, & per executorem in inſtrumento vendi-
tionis poſita fuiſſet clauſula conſtituti, quo in caſu nul-
928 latenus transfertur poſſeſſio, quamuis factum † iudi-
cis reputetur factum partis ad tex. in l. 1. C. ſi in cauſ. iu-
dic. quia hoc in caſu nequaquam per ſolum conſtitutū
poſseſsio transfertur, cum debitoris animus deeſt in
præcitata translatione poſseſsionis; & poſſeſſio non
amittitur, nec retinetur, aut acquiritur abſque animo;
ad tex. in l. 3. ff. de acq. poſeſs. & poſseſsionis translatio-
929 ne non facta † nequaquam iudicium aſſiſtentiæ in-
tentabitur ex ſuperius dictis; Attamen ſecus eſset, ſi cum
conſtituto iungeretur pactum de capiendo, quia tunc
930 † tranſiret poſseſsio in creditorem, ſi realiter anti-
quus poſseſsor deiectus fuerit; ita pluribus adductis me-
dijs probat doctiſſ. Io. Baptiſta Coſta in tractat. re inte-
gr. diſtinct. 18. tota; itaque per hanc reſtrictionem pro-
931 batur, maiorem efficaciam habere † pactum de ingre-
diendo, quam conſtitutum, vel precarium.

Accedit etiam, quod ſi iungatur conſtitutum cum
932 hoc pacto, poterit creditor † propria authoritate ap-
prehendere poſseſsionem bonorum obligatorum, ſi illa
vacans ſit, vt ex Anguiſ. conſ. 56. num. 25. & Cumia in
Ritu M. R. Cur. rit. 40. probat idem Coſta citato loco,
ac exactius Gizzarell. deciſ. 45. num. 5. & 6. Reliqua ſu-
per huiuſmodi aſſiſtentiæ iudicio congeruntur per Mo-
dernum Barbatum de reſtitutor. interdic. ſuper pragm.
1. de aſſiſtent. authorem non contemnendum, poſt hęc
ſcripta viſum.

SVMMARIVM.

933 *Bona dotalia non veniunt in obligatione bonorum fa-
cta per maritum.*
934 *Bona dotalia an poſſint obligari per mulierem pro cauſa
pia cum pl. ſeq.*
935 *Mulier bona dotalia poteſt obligare pro cauſa pia.*
936 *Mulier intercedens pro patre, matre, fratre alijſque
coniunctis iuuatur Velleiano.*
937 *Cauſarum non perſonarum pietas attenditur in inter-
ceſſione mulieris pro alijs.*
938 *Regens de Ponte laudatur.*
939 *Mulier poteſt obligare bona dotalia non ſolum pro re-
demptione ab hoſtibus patris, viri, matris, filiorum &c.
ſed etiam à carceribus, contrarium num. 941. reſolue
num. 946.*
940 *Pietas eſt redimere, vt ab hoſtibus, ita & à carceri-
bus.*
941 *Mater intercedens pro filio liberando à carceribus iu-
uatur Velleiano & ſeq. contra num. 946.*

943 Intell.

943 *Intell. text. in §. cauſas autem Auth. vt cum de appell. cogn. & ſeq.*

945 *Regnicolæ quidam nihil noui adduxerunt in quæſtione ſi mulier poteſt intercedere pro filio liberando à carceribus.*

946 *Mulier poteſt intercedere pro excarcerando filio, &c. ſecundum æquiorem veriorem, & receptiorem opinionem cum plur. ſeq.*

947 *Quæ intuitu pietatis, & ſpiritu Dei aguntur, legi humanæ non ſubiciuntur.*

948 *Mulieri licet bona obligare pro extraneis neceſſitatibus, & multo magis pro viro, parentibus, &c.*

949 *Dotalia bona poſſunt obligari per mulierem non ſolum pro excarcerandis perſonis coniunctis, &c. ſed etiam exequutiones creditorum, & propter periculum ne carcerentur.*

950 *Bona dotalia poſſunt obligari pro cauſa honoris, & decoris mariti.*

951 *Maritus poteſt vendere bona dotalia etiam reclamante vxore pro ſe excarcerando, &c.*

952 *Dotalia bona poſſunt obligari ſtudiorum cauſa.*

953 *Bona dotalia poſſunt obligari pro eximendo marito à carceribus, etiam ſi eius culpa ſit carceratus, & ſeq.*

954 *Bona dotalia poſſunt obligari pro eximendis à carceribus marito, patre &c. etiam ſi ſint carcerati pro delicto.*

955 *Bona dotalia per geminatam obligationem fortius obligantur pro cauſa pia; & ſecunda obligatio fieret poſt biennium, & ſeq. immo ſic etiam extra cauſam piam, ibidem.*

Mulier non iuuatur Velleiano ſi ſe obligauit cauſa decipiendi, vel illudendi creditorem, num. 957. & ſeq.

958 *Decipientibus iura non ſubueniunt, ſed deceptis.*

959 *Mulier poteſt obligari, ſi debitum, pro quo obligauit, conuerſum fuit in eius vtilitatem, vel etiam voluptates, vt pro luxu, & veſtitu &c. vel quomodocunque in eius commodum conuerſum fateatur coram Iudice, nec iuuatur Velleiano, & ſeq.*

961 *Mulier nō poteſt obligare totam dotem etiam pro cauſa, pro qua dictum fuit bona dotalia poſſe obligari, & mulierem etiam intercedere, niſi maritus famis neceſſitate grauaretur, num. ſeq.*

962 *Mulier poſſunt obligare totam dotem, ſi maritus famis neceſſitate grauaretur.*

963 *Mulier obligando bona dotalia pro excarceratione mariti debet ſolum habere dimidiam ſaluam.*

BONA DOTALIA, QVIBVS caſibus obligentur.

REdeundo ad principale noſtrum ſeptimum quæſitum, nempe ad res, quæ obligari, & hipothecari poſſunt, quod annotatum fuit ſuperius nu. 290. & conſequenter ad principales reſtrictiones ad regulam, & ſic ad ſeptimam reſtrictionem principalem, immo ad vltimam, cū de alijs vbique in alijs locis diuiſim dicemus; ſeptimo itaque & vltimo, principaliter reſtringitur regula huius principalis quæſiti in bonis dotalibus, quæ
933 non ſolum non veniunt in obligatione † bonorum facta per maritum, tanquam prohibita obligari, vt poſt alios probat Cardin. Mantica de ambig. & tacit. tom. 1. lib. 11. tit. 4. num. 18. ſed dotalia bona non poſſe obligari per maritum ſatis apertè iura hoc probant, prout nec mulier conſtante matrimonio poterit obligare; dubium enim quod proponendum, & diſceptandum diiu-
934 dicandum illud erit, an † ſemper & perpetuò valeat mulier obligare dotalia pro cauſa pia, pro qua in ſacro cōſilio, & in multiplici alio Senatu ſæpe ſæpius dubitatum fuit, varièque in hoc forenſi articulo deciſum fuiſſe demonſtrabitur, idcirco modificatur hæc reſtrictio, vt in ſequenti modificatione.

Modificatur enim hæc reſtrictio, vt non procedat in muliere obligante bona dotalia, pro quauis cauſa pia,
935 quæ bona † validè in his obligari noſtrates omnes dixerunt, quicquid, ſi mulier intercedat pro patre, fratre, matre, & alijs coniunctis, leges, eam iuuari Velleiano
936 † dicant, vt ex l. 3. l. ſi paternam, & auth. ſi qua mulier, & ex toto titu. C. ad Velleia. adnotatur, ibique omnes; cum in huiuſmodi non attendatur pietas perſonarum,
937 † ſed cauſarum, ad tex. in l. ſi dotare, & l. pen. & fin. C. ad Velleian. vbi Doctor. quibus, & alijs authoritatibus probat, & indubitatum dicit Reg. de Ponte de poteſt. proreg. tit. de diuerſ. prouiſ. fol. 493. nu. 25. & ſeq. poſt alios permultos hoc idem comprobantes, cum vir ille grauiſſimæ authoritatis ſatis notabiliter hunc explicat
938 articulum, idemque exactius probat conſiliar. Giza-
✱ rell. deciſ. inferius citanda num. 29. vbi de communi.
✱ Ex qua indubitata, & communi modificatione, infert
939 de Ponte in dicto loco poſſe mulierem obligare † res ſuas dotales, non ſolum pro redemptione patris, viri, matris, & filiorum ab hoſtibus faciēda, ſed etiam à carceribus, in quibus pro delicto, aut debito, præcitatæ per-
940 ſonæ reperiuntur, eò quod eadem indicatur † pietas redimere ſcilicet ab hoſtibus, vel à carcere, probant de ponte vbi ſupra num. 28. & latius Surd. conſ. 367. vol. 3. ac latè Gizarell. inferius citandus, num. 13. & 14. latius verò Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 108. num 4. & 5.

Contra verò hanc communem modificationem inſurgit deciſio oculatiſſimi præſidis de Franch. deci. 578. par. 4. ex qua deciſum in Sacr. Conſ. conſtat, matrem
941 † intercedentem pro liberatione filij è carceribus iuuati Velleiano, & moleſtandam per hoc non eſſe; probans ille Præſ. ſuam hanc deciſionem per text. in §. cauſas autem auth. vt cum de appell. cognoſc. vbi maſculi
942 tantum ad hoc pietatis † officium coguntur meritò fęminas Velleiano iuuari concludit.

Pro communi modificatione, & contra deciſionem Præſidis reſpondit Regens de Pōte vbi ſupra dicens tex.
943 d. §. cauſas † nihil commune habere cum hoc articulo cum ille loquatur in diuerſo caſu, vt idem latè reſpondendo proſequitur, eandem opinionem latiſſimè articulo explicato, ante Reg. de Ponte, proſequutus fuit Gizarell. Regius conſiliar. ſua tempeſtate nemini ſecūdus, deciſ. 4. tota, qui re vera nonnullis iuribus apertis, probat modificationem contra deciſionem Præſidis, in qua & ille interfuit; idemque videtur ſentire Dom. Paſchal. de vir. patr. poteſt. par. 3. cap. 5. num. 13. cum multis ſequent. reliqui verò Regnicolæ referentes has pugnantes
945 opiniones nihil † nouiter adduxerunt, vt per cæteris doctiſſ. Rouit. ad prag. 1. de Senat. conſ. Velleian. nu. 7. & Molfeſ. par. 8. quæſt. 5. num. 6. ad conſuet. Neap. attamen ego (quamuis tam exigui ingenij ſim) dico opi-
946 nionem † de Ponte, & Gizarelli eſſe piam, æquiorem veriorem, & receptiorem, ſtantibus apertis diſpoſitionibus relatis per Gizarell. qui omiſſis alijs fundamentis probat opinionem hanc per text. l. liber captus. C. de capt. & poſtlim. reuer. auth. ſi captiui in fine. C. de epiſc.

&

& cler.l.ſi dotare, & l.fin. C.ad Velleian. & l.ſi pro aliquo in 2.reſponſo.ff. ad Velleian. his itaque iuribus per
* communes regulas declaratis, & ſingulariter reſpondẽdo tex.d.§. cauſas autem, reddit hanc opinionem non ſolum indubitatam, ſed alijs fundamentis nõ egentem; eandem verò opinionem diuerſis verò medijs defendunt Surd.conſ.367.vol.3. vbi latiſſimè, Stephan. Gratian.in ſuperius citato capit. 108. & longè latius Pyrr. Maur.Aretin.de fideiuſſor.ſection.8.par.2. cap.3 num. 73.& ſeq. qui cumulatis infinitis authoribus hanc veriorem, & receptiorem dicunt;eò quia, illa quæ intuitu
947 pietatis, & ſpiritu Dei † aguntur nullæ prorſus legi humanæ ſubijciuntur; Tiraq.de priuileg.piar.cauſ.pri-
948 uileg. 164. & ſi licet mulieri † bona obligare pro extraneis neceſſitatibus.l.quamuis.ff.ſol.mat.quid fortius pro iure parentibus,& filijs.

Extenditur hæc concluſio, vt bonorum dotalium obligatio facta pro cauſa excarcerationis mariti filij, & alterius perſonæ coniunctæ, pio, modo contracta,ſcilicet vt carceratus alium liberationis modum non ha-
949 beat, teneat & valeat, etiam † ſi maritus filius,pater, aut alius coniunctus non ſit carceratus, ſed etiam ſi eadem bona obligentur pro cauſa eximendi dictas perſonas ab executionibus, & periculo, ne vadãt ad carceres, ita ex veriori opinione probant Rimin. ſenior conſ. 37. num.16.quem probant Surd.conſ.367.num.18.& ſeq. & Stephan. Gratian diſcept.forenſ.citato cap.108. numero 16.idemque alijs adductis probat Paſchal.vbi ſupra num. ſequent.verſ. qui fortius hanc concluſionem; & Adrian. Neguſ.quæſt.417.num.22.

Extenditur ſecundò etiam pro cauſa honoris, & de-
950 coris † mariti,pro qua valet horum bonorum obligatio Cuman. in d.l.quamuis. ff. ſolut. matr. & Gratian. vbi ſupra num.25.ac Ant.Gamma deciſ.318.

Extenditur tertiò etiam ſi dicta dotalia bona vende-
951 rentur, vel de pecunia dotali † expenderetur per maritum vxore reclamante; cum tractetur de vtriuſque vtilitate, & neceſſitate; dedecus enim eſt vxoris tenere virum carceratum, vt poſt Cuman. Bald. & alios, probant Surd.d conſ.367.num.14. & Gratian. vbi ſupra num. 26.

Extenditur quartò,& ſingularius,fauore ſtudiorum,
952 † cum cauſa ſtudiorum cauſæ dotis æquipararetur,imò magis priuilegiata dicitur; vt latè proſequitur hæc probando Valent. Franch. de fideiuſſor. cap.2. num. 174. quem ſequitur Pyrr.Maur.Aretin.in citato cap.3.num. 33.verſ.extende pariter; ſed de hac ſtudij cauſa iterum, dicetur in pen.quæſito latius.

Extenditur quintò, etiam ſi maritus, filius, aut ad-
953 ſcendens,ſit carceratus propria culpa, † vt de veriori opinione teſtantur Surd.d.conſ.367.num.42. Gratian. vbi ſupra num. 34. verſ. quia verior, vbi in Rota deciſum dicit,& omnes alij, quos citat, & probat Dom. Paſchal.in allegato loco verſ.non tamen deſunt, quicquid in contrarium latè cumulando dicat M. Ant.Amat.deciſ.62.tota,& alij relati per Paſchal.vbi ſupra;licet hanc
954 extenſionem doctiſs. Ant. Faber in eius Codice deciſ. 16.admittat in carceratione ob delictum tantum.

Extenditur ſextò,fortius hæc omnia procedere, quã-
955 do, †mulier per geminatam obligationem obligaret res dotales pro cauſa pia, ſecunda obligatio poſt bien nium fieret, quia tunc cũ talis geminatio procederet etiam extra cauſam piã,vt adnotarunt Carol.de Graſs. Valent.Franch.& innumeri relati per Pyrr. Maur. Are-
956 tin.vbi ſupra num.41.cum multis ſeq. quid fortius † in pijs cauſis, quod comprobat etiam Gratian. tom.4. diſcept.forenſ.cap.669.num.19.22. & ſeq.

957 Extenditur ſeptimò quando mulier † animo fraudandi, illudendi, aut decipiendi creditorem ſe obligaſſet, quia tunc etiam extra cauſam piam vtique obligabitur,& Velleiano non iuuabitur; puta ſi mulier induat ſe veſte virili, illa ratione, quia deceptis,& non decipiẽ-
958 tibus † iura ſubueniunt, imò Senat.Conſ.Velleianum infirmitati non calliditati mulierum ſuccurrit, l.ſi ſine, C.ad Velleian.cum alijs,quibus hanc extenſionem probat Pyrr. Maur.vbi ſupra nu.34.& ſeq. & eſt text.apertus in l.ſi decipiendi iuncta glo.1.ff.ad Senat.Conſ.Velleian. probantq; Sigiſm.Scaccia de commerc. & camb. §.7.gl.5.num.159. & in caſu maioris difficultatis Ant. Faber in eius Codice deciſ.4. vel alio modo decipiendo ſe obliget.

Extenditur finaliter, omiſſis alijs,quando debitum, pro quo obligatur mulier conuerſum fuit in propriam
959 † vtilitatem mulieris, Honded.conſ.45.num.9.vol.1. vel verſum fuiſſet ad eiuſdem mulieris voluptates,vtputa pro luxu, & veſtitu, Andr. Gail. obſeruat. 89. libr.2. Bologn. conſ.45. nu.4. ac alij quos probat Pyrr. Maur. Aret allegato c.3.num.17.& ſeq. vel quomodocunque ad voluntatem, & vtilitatem propriam conuerſum fa-
960 teatur coram iudice † eadem mulier, Menoch.de præſumpt.lib.3.præſumpt.22.nu.9.& Pyrr. Maur.vbi ſup.

Reſtringuntur omnes ſuperius firmatæ extenſiones, quando mulier totam dotem obligaſſet, quia tunc, ne
961 remaneat indotata, obligatio † non teneret ex traditis, poſt Surd. deciſ.86.in fine per Paſch.de vir. pat.poteſt.allegato loco num.17.idque ſupponit Gamma deciſ.318.& clarius Farinacc. deciſ. 74. per totam, quem
962 citat D. Paſchal. niſi maritus famis † neceſſitate grauaretur, vt idem Dominus poſt citatos per eum probat; ex quibus omnibus ſtudioſis, & ſubtilis lector poterit recipere, aut refutare deciſionem Præſid.de Frãch.
963 578. ſuperius exploſam; quando enim remanet † penitus indotata, vel non habeat ſaluam dimidiam partem ſuæ dotis, obligatio hæc non tenet, etiam pro excarceratione viri, Cardin.Seraph.deciſ.1187.nu.2.pluriesq; deciſum refert Stephan. Gratian.diſcept.forenſ. to.4.c.723.nu.12.& 18.

SVMMARIVM.

964 *Creditor, quod ius habet in pignore, & hipotheca, & ſequent.*
966 *Creditor in pignore ſibi tradito ius habet, vt pro ſuo credito ſecurior reddatur.*
Creditor quid debet adhibere, vt vendat pignus ſibi traditum, ibid.
967 *Pretium redactum ex pignore vendito datur creditori pro ſuo credito, & quod ſupereſt datur debitori.*
968 *Creditor poteſt obligare pignus ſibi traditum, pro eadem quantitate, eiſdemque pactis, & conditionibus, & à ſecundo creditore alteri, & ſic deinceps, numero ſequent.*
969 *Pignus poteſt à creditore obligari alteri, & à ſecundo tertio, &c. & ſic in infinitum.*
970 *Creditor pignorando pignus pro maiori quantitate furtum committit.*
971 *Creditor poſſidet pignus ad vtilitatem, & nomine debitoris,*

bitoris, & quomodo hoc procedis.

972 *Creditor poteſt licitare, vt extraneus in pignoris ſubhaſtatione, ſi alius emptor non inueniatur.*

973 *Creditor poteſt ſibi pignus adiudicari facere præuio apprętio ſi non inueniatur emptor.*

974 *Creditor poteſt vendere pignus etiam ſi ſit pactum inter ipſos vt pignus non poſſit vendi.*

975 *Creditor transfert dominium vendendo pignus requiſitis concurrentibus, quamuis non ſit dominus.*

976 *Dominium quandoque transfert ab eo, qui non eſt dominus.*

977 *Nemo dat, quod non habet.*

978 *Pignus non poteſt vendi, niſi concurrente mora debitoris.*

979 *Fructuum appellatione quid veniat.*

980 *Fructus percepti per creditorem ex pignore computantur in ſortem, & amplia num. ſeq. cum plur. alijs.*

982 *Fructus non ſolum percepti, ſed etiam qui percipi potuerunt ex pignore per creditorem extenuant ſortem.*

983 *Fructus non percepti, ſed qui percipi potuerunt ex pignore per creditorem, tunc ſortem extenuant ſi dolus, lata culpa, vel leuis creditoris interuenerit, ſecus ſi leuiſſima, nu. 985.*

984 *Leuis culpa, quæ ſit.*

985 *Fructus non percepti ex pignore per creditorem ex leuiſſima culpa non extenuant ſortem.*

986 *Fructus percepti ex agro ſterili pignorato extenuant ſortem deductis expenſis, ſiue pauci, ſiue magni fuerint.*

987 *Deterioratio pignoris computatur in ſortem dummodo dolus, vel culpa lata, vel leuis creditoris interceſſerit, numero 988.*

989 *Fructus percepti ex pignore ſi ſuperant ſortem, ſunt debitori reſtituendi.*

990 *Succeſſor ſingularis cauſam habens à creditore excomputat fructus perceptos ex pignore in ſortem principalem.*

991 *Creditor debet excomputare fructus tam perceptos, quam qui percipi potuerunt ex pignore prætorio, ita vt in conuentionali, non tamen in hoc locum habet leuiſſima culpa, vt in conuentionali ad 993.*

Fructus percepti ex pignore prætorio, immo & qui percipi potuerint dolo, & lata culpa non tamen leuiſſima intercedente extenuant ſortem, ibid. & ſeq.

992 *Fructus qui percipi potuerunt data tantum leuiſſima culpa in pignore prætorio, non extenuant ſortem, ſecus in conuentionali, & ſeq.*

994 *Creditor immiſſus in poſſeſſionem domus, ſi illam non locauit, pretium penſionis excomputatur in ſortem, & intelligitur de ea penſione, quam creditor fuiſſet expenſurus non de ea, quam alius fuiſſet conducturus; dummodo res ſit ſolita locari, num. ſeq.*

996 *Creditor inhabitans rem pignoratam à debitore, vel rem aliam, tenetur, bonos facere fructus, prout alius veriſimiliter eſſet conducturus, qui tenetur etiam de leui culpa num. ſeq.*

998 *Creditor immiſſus in poſſeſſionem domus videtur potius morari, quam inhabitare, & proptérea videtur non teneri excomputare penſionem in ſortem ſecundum Bal.*

995 *Creditor, qui habet promptos conductores, vel eos inuenire potuiſſet, ſi domum pignoratam non locauit, tenetur excomputare fructus penſionis, prout conductor obtuliſſet.*

1000 *Creditor ſi facta diligentia conductorem domus pignoratæ non inuenerit, ſi ipſe aliam domum eſſet conducturus, tenetur ſoluere, & excomputare illam penſionem, quam ipſe eſſet ſoluturus pro alia domo, niſi maiorem commoditatẽ percepiſſet ex domo pignorata ad 1002. ſic etiam de animatis num. 1004.*

1003 *Creditor ſi domum aliam non eſſet conducturus, nec conductorem facta diligentia inuenit, etiam ſi domum pignoratam habitet nullam penſionem excomputare tenetur.*

1004 *Creditor tenetur excomputare fructus vecturæ equi pignorati, prout dictum eſt de domo, ſi tamen equus fuerit aptus ad vecturam, non autem de equo apto ad ſaltandum, num. ſeq.*

1006 *Creditor tenetur excomputare fructus perceptos ex pignore, etiam ſi pactum fuiſſet, vt illos retinere poſſit loco vſurarum, niſi eſſent vſuræ debitæ de iure canonico.*

1007 *Creditor poteſt retinere fructus perceptos ex pignore, & illos compenſare cum vſuris debitis, quo caſu de hoc expreſſè poteſt fieri pactum.*

1008 *Fructus pignoris in dotem traditi marito excomputantur, & compenſantur cum vſuris debitis marito pro oneribus matrimonij ſupportandis, & nu. 1034.*

1009 *Fructus percepti ex pignore per creditorem debent excomputari cum intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis, & ſeq.*

1010 *Intereſſe recompenſatiuum omni iure permittitur, & in omni contractu correſpectiuo, ſiue nominato, ſiue innominato, num. ſeq.*

1012 *Intereſſe lucri ceſſantis, vel damni plenè debet probari per creditorem, ad hoc vt valeat compenſare fructus perceptos ex pignore cum eodem intereſſe.*

1013 *Creditor tenetur fructum pignoris in ſortem imputare, etiam ſi debitor fuerit obligatus obligatione Camerali, vel guarentigiata.*

1014 *Fructus pignoris compenſatur cum intereſſe creditoris, quamuis contractus ſimulatus ſit, ſed ſit verè pignoratitius.*

1015 *Fructus pignoris extantes, vel qui præſumuntur extare non extenuant ſortem, ſed ſunt pro eadem ſorte obligati.*

1016 *Compenſatio etiam ſi fit ipſo iure, debet tamen opponi.*

1017 *Fructus pignoris extantes cedunt creditori ſi compenſatio opponatur.*

1018 *Species ſi redigi poteſt ad pecuniam, de ea ad pecuniam fit compenſatio, & ſeq.*

Compenſatio quando fit de ſpecie ad pecuniam ibidem, & ſeq.

1020 *Fructus pignoris quando poſſint compenſari per creditorem.*

1021 *Creditor ſi non vult fructus pignoris compenſare cum ſorte, poteſt illos retinere pro ſecuritate.*

1022 *Solutione omne pignus ſoluitur.*

1023 *Fructus pignoris, ſi conſiſtunt in pecunia indicantur conſumpti, & ſtatim extenuant ſortem.*

1024 *Creditor ſi fructus pignoris non vult in ſortem imputare in damnum debitoris, tunc fit compenſatio.*

1025 *Sors ſemper extenuatur per fructus pignoris dato dolo, & culpa, &c.*

Creditor tenetur vendere fructus pignoris non durabiles, ibid.

1026 *Creditor cogitur vendere fructus etiam durabiles, dum-*

dummodo reddatur cautus, vt de pretio ſibi ſatisfiat.

1027 Fructus extantes etiam ſi ſint commixti, & duret triennium in pignore, non iudicantur conſumpti.

1028 Fructus pignoris compenſantur prius cum expenſis, & laboribus in ipſis percipiendis.

1029 Fructus percepti ex re feudali, et emphiteotica pignorata, aut etiam de vſufructu pignorato domino proprietario, non extenuant ſortem, & quare.

1030 Debitor non poteſt compenſare fructus pignoris ſi iurauit moleſtiam non inferre creditori ſuper fructibus pignoris, donec ſolutum ei fuerit, imò etiam in pacto iurato non fuerit facta mentio de fructibus, ſed tantum dictum fuit de non moleſtando num. ſeq.

1032 Fructus pignoris non compenſãtur in ſortem, ſi in conſtitutione pignoris appoſitum fuit iuramentum per debitorem, & ideo non poteſt opponere de fructibus, niſi prius ſoluerit.

1033 Fructus pignoris in caſibus, in quibus non compenſantur, vel non petuntur, petuntur tamen poſt debiti ſolutionem.

1034 Fructus pignoris in dotem dati ſuccedunt loco intereſſe mariti pro oneribus matrimonij ſuſtinẽdis cum mult. ſeq. reſtringitur num. ſeq. de veritate reſtrictionis infra.

1035 Exceſſus fructuum rei pignoratæ reſpectu intereſſe matrimonij extenuat ſortem.

1036 Intell. tex. in c. ſalubriter de vſuris.

1037 Ratio intereſſe lucri, & damni habet locum non ſolum in fructibus pignoris traditi marito pro dote, ſed pro quauis alia cauſa.

Dotis fauore in pignore marito dato, donec ſibi dos ſoluatur ſemper tacitum pactum interueniſſe dicitur de lucrandis fructibus, quouſque dos ſoluatur. ibid.

1038 Pactum de lucrando fructus pignoris initum inter dotantem, & maritum, an valeat.

1039 Maritus recipiens pignus quouſque dos ſibi ſoluatur, facit fructus ſuos.

1040 Maritus recipiendo pignus pro dote, pro qua dilationem dedit, tenetur fructus compenſare cum ſorte ex quorundam opinione, de veritate infra.

1041 Pignus traditum marito pro dote non ſoluta cenſetur datum pro oneribus matrimonij ſuſtinendis.

1042 Dos datur, vt ſit patrimonium mulieris.

1043 Prædium ſufficit marito pro ſecuritate dotis ſoluendæ, ſi ſit ipſi obligatum, quamuis non traditum.

1044 Marito detinente prædium pignoratum pro dote non ſoluta cum lege, vt fructus in ſortem computet duo oriuntur præiudicialia cum pl. ſeq.

1045 Solutionem per particulares & minimas quantitates nemo cogitur recipere.

1046 Solutio ſciſſa, & diuiſa non minima affert incommoda.

1047 Solutio dotis per plures, & minimas quantitates facta præiudicium affert mulieri circa dotem.

1048 Prædium marito pro pignore traditum datum cenſetur, vt ex eius fructibus maritus onera matrimonij ſuſtineat, ex qua interpretatione tria laudabilia oriuntur.

1049 Fructus pignoris etiam extra caſum dotis compenſantur cum intereſſe damni, & lucri.

1050 Fructus pignoris traditi marito pro dote cum pacto de ipſis lucrandis pro oneribus matrimonij ſi ſunt mariti abſque pacto, eò magis cum hoc pacto.

1051 Fructus pignoris traditi marito pro dote, ſi maritus expreſsè dixerit velle pignus pro ſecuritate tantum, extenuant dotem.

1052 Pactum factum per maritum de lucrandis fructibus pignoris ſibi pro dote traditi, valet.

1053 Maritus lucratur fructus pignoris pro dote ſibi traditi, tam ſi fuit traditũ à ſocero, quã à quolibet extraneo.

1054 Heredes mariti non lucrantur fructus pignoris pro dote traditi, ſi onera matrimonij non ſuſtinent.

1055 Hæredes mariti lucrantur fructus pignoris pro dote traditi, ſi intra annum luctus vxori alimenta præſtent, vel quia maritus dotes lucratus fuiſſet, vel vxor relicta cohabitaret cum filijs communibus, vſque ad ſummam alimentorum, vel intereſſe, &c. & ſeq.

1057 Vſuræ recompenſatiuæ, ſeu reſtauratiuæ omni iure debentur.

1058 Ceſſionarius poteſt compenſare fructus pignoris, cum intereſſe lucri, & damni, ſi ſibi iura pignoratitia ceſſa fuerunt ex cauſa oneroſa.

1059 Ceſſionarius, cui iura pignoratitia ceſſa fuerũt ex cauſa lucratiua, debet procurare pignoris venditionem, & debitore impediente poteſt fructus compenſare cum ſuo intereſſe.

1060 Maritus mortua vxore, nec vxor mortuo marito nequaquam lucrifaciunt fructus pignoris pendente dotium ſolutione.

1061 Pecunia in Regno Neapol. nunquam cenſetur otioſa.

Emptiones in Regno Neapolit. ſemper dicuntur paratæ, ideoque pecunia nunquam cenſetur otioſa, ibid.

1062 Fructus pignoris quomodo, & quando extenuant ſortem vlt a dicta per Authorem.

1063 Creditor poteſt pignus, quod venditur ſub haſta emere, tam vt extraneus, quam vt creditor, & quomodo hoc procedat.

1064 Creditor non poteſt emere pignus conuentionale penes ſe retentum, nec per ſe, nec per intermediam perſonam, niſi nullus emptor, vel non iuſtus inueniatur.

Creditor poteſt pignus emere, ſi nomine debitoris vendatur, ibid.

1065 Creditor poteſt retinere pignus pro alio debito, etiam ſi primum debitum fuerit ſolutum, etiam ſi ſecundum creditum fuerit tantum perſonale, & ſeq.

1066 Creditor ſi pro duobus creditis duo pignora habuit ſoluto credito, pro quo erat pignus magis idoneum, nihilominus poteſt creditor idem pignus retinere pro ſecundo credito dimiſſo pignore minus idoneo.

1067 Creditor in pignore ſi fuerit mercator præfertur anteriori creditori.

1068 Creditor quilibet pignus poſſidens habet prælationem aduerſus tempore anteriores.

1069 Creditor nullum ius habet in fructibus perceptis per emptorem ex re hipothecata, ſecus ſi fuerit malefidei poſſeſſor.

1070 Creditor vtendo re pignorata in ſuum vſum furtum committit.

1071 Furtum quod committitur ex vſu pignoris, videtur commiſſum pro æſtimatione illius vſus tantum.

1072 Creditor vtendo re pignorata domino ſciente, & permittente furtum non committit.

1073 Creditor vtendo pignore credens dominum permiſſurum furtum non committit.

1074 Creditor vtendo pignore ex credulitate etiam ſtulta, & improbabili credens dominum permiſſurum, neque furtum committit, dummodo cauſa credulitatis non ſit inueriſimilis, num. ſeq.

1076 Furtum quod committitur ex vſu pignoris non eſt ita inho-

inhoneſtum, vt alia furta, nec infamiæ pœnam irrogat, & propterea ciuiliter tantum punitur, cum duobus ſequent.

1079 *Creditor vtendo pignore etiamſi credat dominum permiſſurum debet compenſare fructus illius vſus cum credito, aliàs vſuram apertam committit, ſi tamen pignus ex mutuo deſcendat, ibid. aliàs palliatam.*

1080 *Creditor vtendo pignore ex libera, & mera voluntate debitoris etiam ſi fructus vſus cum credito non comprehendat, vſuram non committit.*

1081 *Creditor ex pacto lucrans fructus pignoris vltra expenſas, & vltra intereſſe lucri, & damni vſuram committit.*

QVÆSITO VIII.

QVO verò ad octauum principale
quæſitum, videlicet, quod ius ha-
beat creditor in pignore, & hipo-
theca. Quæſitum enim hoc dupli-
cem habebit explicationem, & in-
telligentiam; nam aut intelligimus
de re pignorata per creditorem poſ-
964 ſeſſa, vt ille pignori † pro ſua ſecuritate incumbat
ad text. in l. plus cautionis, ff. de reg. iur. aut verò de
re pignorata, & hipothecata, quæ poſſidetur per debi-
torem, vel mediante conſtituto, & clauſulis ſupra
latius enarratis; vel ſimplici hipotheca; de iſta au-
tem ſecunda intelligentia aliqua diximus in explica-
tione iudicij aſſiſtentiæ, in quo explanauimus ius
965 † quod exercetur per creditorem ſuper re obligata
poſſeſſa per debitorem, aut alium, ac etiam aliqua
dicta fuerint circa executionem publicarum ſcriptu-
rarum continentium hipothecam; & inferius Domino
noſtro volente, in alijs ferè locis dicetur.

De prima verò intelligentia aliqua tantum forenſia, & vtilia diſceptanda proponam, hoc in loco; ſuper qua diſceptatione duæ fient inſpectiones, quarum illa erit prima; an creditor valeat obligare, vel vendere, aut quomodolibet diſponere de pignore.

Secunda inſpectio erit, quomodo creditor vtatur validè re ſibi pignorata, quomodoque ex ea fructus percipiat.

Ad primam redeundo, dico, & breuiter, credito-
rem in conuentionali pignore ſibi tradito ius habe-
966 re taliter, quod † ille ſecurior pro ſuo credito red-
datur, ad text. in dicta l. plus cautionis, ff. de reg.
iur. poſſeque illud vendere adhibitis mandato ad re-
luendum, & ſic debitore requiſito, ac ſolemnibus
ſubhaſtationis, vt latè Neguſant. de pignorib. par. 6.
membro primo, quæ debilioribus practicis, & cauſi-
dicis ſunt nota, ideo de his hactenus per venditionem
factam demum, ſeu de pretio rei pignoratæ venditæ ſa-
967 tisfit † de credito creditori, & ſi aliquid ſupereſt
debitori reſtituitur, tot. tit. C. de diſtract. pignorum,
quodque etiam notum eſt in terminis, vt Molfeſ.
tangit in ſumma de contract. titul. de pignorib. &
hipoth. tractat. 12. capit. 18. numero 52. imò pote-
968 rit creditor † idem pignus alteri obligare pro ea-
dem quantitate, & cum eiſdem pactis, & conditio-
nibus ad text in l. prima, C. ſi pignor. pignori datum
ſit l. nomen, C. quæ res pignor. obligari &c. & Re-
gin. quem cum prædictis iuribus probat Molfeſ. vbi
ſupra numero 53. ſed ante eum, millies poſſe per ſe-
cundum, tertium, & deinceps per alium creditorem,
969 pignori dari, † exploſa opinione Speculat. de ter-
tia tantum vice, probat Neguſant. de pignor. par.
ſecunda, memb. tertio, numero vigeſimo; de cuius
dicti veritate latius diſceptatum fuit ſuperiori quæſito
numero 314. cum multis ſequentibus, vſque ad nume-
rum 326. aliàs dicit Molfeſ. quod creditor pignorando
970 † pro maiori quantitate furtum committeret cum
contra voluntatem domini vtatur, vltra debitum re pi-
gnorata, vt inferius, pignus enim licet poſſideatur
971 per creditorem † ad vtilitatem debitoris, & illius no-
mine ad tex. in l. pignoris in principio. ff. de vſucap. Bar.
in l. Celſus numero decimoquinto, ff eod. & in l. prima,
numero octauo, ff. de acquiren. poſſeſ. tamen id intel-
ligitur, quo ad effectus concernentes dominium, vſu-
capionem, fructuum acquiſitionem, & ſatisdationis
euitationem, ſecus verò quo ad reliquos effectus, pro
quibus creditor dicitur ciuiliter, & naturaliter poſſide-
re gloſ. Iaſ. Bart. Ripa Neguſant. Coler. & innumeri
quos probat Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 174.
tomo primo, numero decimoquarto, & numero deci-
mooctauo, cum multis ſequent.

Etſi non inueniatur emptor in pignoris venditione,
972 † vel non iuſtus, tunc idem creditor poterit in ſubha-
ſtatione pignoris licitare, vti quilibet extraneus Negu-
ſant. de pignor. d. par. ſexta, memb. primo, numero de-
cimo, & plenè Præſ. de Franch. deciſ. 69. tota; aut ex
remedio l. fin. C. de iur. dom. impetr. poterit prætio ap-
973 pretio † ſibi pignus adiudicari facere, vt Neguſ. pro-
bat vbi ſupra, & ſunt termini noti, ideo de his ſatis; &
ad prædicta procedit creditor, quamuis præcederet pa-
974 ctum inter ipſum, & debitorem, † vt pignus non poſ-
ſit alienari; modo vt docet Neguſan. in citato memb.
primo, numero tertio. Cardin. Mantica in caſu con-
uerſo, de tacit. & ambig. tom. primo, libro vndecimo,
titu. ſexto; ſed quando vendit ſibi ipſi; dicetur in fine
huius quæſiti.

Quamuis enim creditor dominium non habeat rei
pignoratæ, tamen poterit modis prædictis alienare, &
975 ex tali alienatione † transfertur dominium per cre-
ditorem, ad text. in §. primo, inſtit. quibus alien. licet,
vel non, vbi Aretin. nec nouum videtur, vt qui domi-
976 nium non habet, † dominium transferat ad text. in
l. non eſt nouum. ff. de acquiren. rer. domin. quicquid
977 nullus dat † quod non habet, ex regula tex. nemo po-
teſt plus. ff. de reg. iur. & aliarum legum concordan-
tium, quæ regula hoc modo limitatur, & nonnullis alijs,
vt poſt Dec. in d. l. nemo poteſt; in terminis Neguſant.
in d. mem. primo, numero vndecimo, & ſequent. ac la-
tius Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. quarto, capit.
777. numero 14. & ſequent. quæ omnia velim intelligas
concurrente debitoris mora, & non aliter, quia illa
978 non concurrente † nequaquam venditur, nec alio
modo alienabitur pignus per creditorem, vt Neguſant.
in citato memb. 1. in principio docet, & Gratian. in
proximo citato loco.

Quo ad ſecundam inſpectionem, præſciendum erit
pro clariori dicendorum intelligentia quod appella-
979 tione fructuum † non ſolū veniunt ea, quæ generaliter
ex re, & propter rē perueniūt, ſed ſpecialiter quoduis lu-
crum, quoduis emolumentū, oēs denique cōmoditates,
quæ ex re percipiuntur fructuum appellatione venire,

docet Io. Copus in tract. de fruct. lib. 1. cap. 2. & vltra ea, quæ cumulauimus in materia fructuum pignoris ſuperius cap. 2. tit. 3. quæſt. 6. num. 2242. cum multis ſeq. latius infraſcripta deducemus.

Idcirco conſtituo regulam; fructus, ſcilicet, perceptos per creditorem de re ſibi pignori tradita ratione realiũ fructuum, aut commoditatis per vſum computandos
980 † eſſe in ſortem, illamque extenuare, ad tex. in l. 1. & 2. C. de pignorat. act. vbi Bal. & reliqui authores, c. illo vos de pignor. c. ad noſtram de empt. & vendit. c. 1. 2. & c. conqueſtus de vſur. Mantua ſing. 230. latiſſimè Surd. conſ. 194. num. 10. vol. 2. & conſ 327. num. 29. vol. 3. l. 2. C. de pact. pignor, & l. 1. C. de diſtract. pignor. Natta conſ. 498. volum. 3. Maluaſ. conſ. 106. num. 17. & noſter copioſiſs. Borell. conſ. 35. num. 33. latiſſimè Io. Baptiſta Lupus in commentar. 3. de vſur. ad capit. nauiganti. d. titu. §. 6. toto, Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. tom. 1. lib. 11. tit. 8. toto, Coſta de ratione ratæ quæſt. 142. nu. 15. Molin. de contract. diſp. 320. Sigiſm. Scaccia de commerc. & Camb. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampliat. 12. num. 4. vbi, hanc veram certam, & communem ſummiſtarum ſententiam poſt Sal. dicit; & ante hos Neguſant. de pignor. par. 5. memb. 5. omneſque alij paſſim.

981 Hæc ſupra firmata regula ampliatur † & limitatur per Neguſant. in proximo citato loco, nos autem examinabimus dicta per Neguſant. illaque more incepto latius explicabimus.

Ampliatur enim primò hæc regula procedere non
982 ſolum in fructibus perceptis, ſed etiam † in his, qui percipi potuerint per ipſum creditorem, vt iuribus probat Neguſant. loco citato, numero primo, probaturque hæc ampliatio per text. l. 2. C. de pignorat. action. & l. 2. C. de pact. pignor. ac communem ſententiam dicit Molin. de contract. diſput. 535. num. 7. quicquid Hoſtienſ. & Gregor. Lopez in contrarium afferant; hanc eandem probat ampliationem Ioan. Baptiſta Lup. vbi ſupra numero 136. Surd. citato conſ. 194. nu. 10. & poſt Ceph. & Menoch. Cardinal. Mantic. citato tit. 8 num. 6. idque indubitatum penes omnes recipitur.

Modificatur tamẽ hæc communis ampliatio, vt procedat dato dolo, lata culpa, vel leui, quibus in caſibus
983 † veniunt in reſtitutione fructus, qui percipi poterunt per creditorem, dolum, & culpam, vt ſupra circa deſidiam, & negligentiam non percipiendi fructus, committentem, vt ex dictis per Molin. in allegata diſputat. 535. d. num. 7. verſ. amplectenda verò eſt, adnotatur, quod iuridicum dijudico, cum vltima negligentia, quæ
984 ex leui culpa deſumitur dicitur † illa, quæ committitur in faciendo, aut omittendo id, quod diligens pater familias faceret, aut non omitteret; ſecus enim eſſet, ſi
985 creditor leuiſſima culpa negligeret † fructus percipere vt puta, quia non faceret, & omitteret, quæ diligentiſſimus creditor faceret, & non omitteret; quo in caſu ad hos fructus extraordinaria diligentia percipiendos, creditor non teneretur; ita enim deſcribuntur per conſultos, negligentiæ leuis, & leuiſſimæ culpæ, vt latè docet Farinacc. poſt omnes, in tract. de pen. temper. quæſt. 88. num. 77. cum multis ſeq.

Infertur enim ex hac ampliatione, quod ſi debitor pignori ſterilem dederit creditori agrum, quem colere non intendebat, & creditor ſua induſtria, & labore modicos colligat fructus, aut verò magnos, in omni caſu
986 deductis † induſtriæ, & laboris expenſis; quicquid in contrarium dicat Sotus, tamen hanc illationem veram dixerunt Nauarr. in Manual. cap. 17. num. 216. Molin. de contract. diſputat. 320. in principio, verſ. Sotus, & Sigiſm. Scaccia vbi ſupra num. 4. verſic. extende ſecundo; dico veram dixerunt illationem ſcilicet, vt fructus hoc in caſu extenuent ſortem, vel per creditorem reſtituantur; probatque etiam Card. Mantica d. tit. 8. num. 34. & ſeq.

Ampliatur ſecundò, ſi creditor deterioratam reddiderit rem ſibi pignoratam, quia pretium deterioratio-
987 nis † detrahi deberet præuia æſtimatione, de ſorte debita, ita Neguſant. in allegato memb. 5. par. 5. in 2. ampliat. Io. Baptiſta Lupus vbi ſupra num. 137. in 2. ampl. iuribus per eos adductis, dummodo deterioratio cul-
988 pa, vel dolo creditoris ſucceſſerit, † ita præcitati Authores; dico culpa lata, & leui non de leuiſſima, Molin. de contract. diſput. 535. num. 14.

Ampliatur tertiò, vt reſtituendi veniant etiam illi
989 fructus, qui ſuperant ſatisfactionem † ſortis vltra perceptos, & percipiendos, Neguſant. & Lupus in allegatis locis in tertia ampliatione, & Cardin. Mantica in citato tit. 8. num. 15.

Ampliatur quartò, etiam in ſingulari ſucceſſore cau-
990 ſam habente à creditore, qui ex computabit † fructus in ſorte, modo vt in principali dictum fuit Neguſant. & Lupus in quarta ampliat. vbi ſupra.

Ampliatur quintò etiam in pignore prætorio, in quo
991 ſi fuerit immiſſus in poſſeſſionem creditor † tenebitur excomputare in ſortem, tam fructus perceptos, quam percipiendos, ſi dolo, & lata culpa percipi eos omiſerit, in hoc enim prætorium à conuentionali pi-
992 gnore differt, quia in prætorio dolus, & lata culpa † cauſant ſortis extenuationem ob fructus omiſſos percipi, at in conuentionali cauſatur extenuatio etiam ob le-
993 uem negligentiam, † vt ſuperius adnotauimus; & contra Speculator. aliud ſentientem, probant poſt alios Neguſant. & Lupus in locis citatis ampliat. 5. vbi Neguſant. exemplificat negligentiam dolo, & lata culpa per creditorem in prætorio pignore fructuoſo commiſſam; dolum, & latam culpam requiri in prætorio reſpondit etiam Molin. dicta diſputat. 535. numero decimoquinto.

Ex hac ampliatione infert Neguſant. quod ſi credi-
994 tor immiſſus in poſſeſſionem domus † in prætorio pignore captæ, & illam locare non curauit tanquam dolo verſatus, aut ſaltim lata culpa, excomputabit penſionem percipiendam cum ſorte principali; & penſio percipienda intelligitur de illa, quam creditor fuiſſet expenſurus, non autem de ea, quam alius fuiſſet conducturus, ita poſt Bart. Speculat. & alios probat Neguſan. vbi ſupra num. 6. & ſeq.

995 Hanc illationem velim intelligas in re apta; † & ſolita locari; ac alijs etiam modis intelligas, prout intelligendam dixit Vincent. Carroc. de locatione, & conductione titulo de creditore quæſtione quinta tota folio mihi 115.

Verum de pignore conuentionali aliter dicendum erit quando creditor inhabitaſſet domum pignori ex conuentione traditam, aut equum, vel alias res; quo in
996 caſu creditor † teneretur bonos facere in excomputatione fructus mercedis, quos alius veriſimiliter eſſet conducturus, ita Abb. in cap. contra nu. 10. de pignor. quem probat Cardin. Mantic. de tacit. in allegato titulo 8. numero 11. & 12. nam in hoc pignore creditor

tene-

997 tenetur etiam de leui culpa,† vt ſæpius dictũ eſt, & in
terminis huius declarationis firmat Molin. dicta diſput.
320.num.2.

Denique in materia pignoris prætorij circa inhabi-
tationem factam per creditorem Bald. in l.ſi is qui §.1.
998 ff.de pignor. aliter ſentit, dicendo quod immiſſus † ex
primo decreto dicitur potius morari, quam habitare,
ideo ad fructus non tenetur, tamen contra Bald. reſpon-
derunt Neguſant. vbi ſupra, Sebaſt. Medic. de compenſ.
par.1.quæſt.9.num.11. & Carroc. loco citato quæſt.6.
fol. 115.à tergo num.4.

Sed generaliter tam in prætorio, quam in conuentio-
nali pignore, ſi creditor inhabitaſſet domum nexu pi-
gnoris traditam, infraſcripti erunt conſiderandi caſus
ad omnium dictorum declarationem deſeruientium.

999 Primus caſus erit quando creditor habebat † prom-
ptos conductores, eoſque inuenire potuiſſet, & tunc ſi
non locauit, tenetur excomputare fructus penſionis,
quos obtuliſſet ille conductor, ſiue creditor inhabitaſ-
ſet, ſiue nõ inhabitaſſet domum pignoratam; quia cul-
pa lata, & dolo omiſit penſionem promptam recipere.

Secundus caſus erit quando creditor conductorem
1000 non inuenit † facta ſolita diligentia ad locandum;
modo vt ſolitum eſt fieri in ciuitate Neapolis, in qua in
Ianuis domorum ponuntur inſcriptiones pro locatione
vel in alijs locis, & rebus, pro quarum locatione non
potuit inuenire conductorem, & tunc aliter ſubdiſtin-
guendum erit.

1001 Nam aut creditor conducturus eſſet † aliam do-
mum ſibi commodam, & tunc teneretur ad eandem
penſionem, quam ipſe ſoluturus eſſet pro alia domo,
non autem ad illam, pro qua conduceretur domus pi-
gnorata; niſi maiorem commoditatem percepiſſet cre-
1002 ditor † per habitationem domus pignoratæ, quam
libenter maiori precio procurare ſolitus eſſet, & tunc il-
lud plus excomputare teneretur; (quod vltimum intel-
ligo in conuentionali pignore tantum.)

1003 Aut verò creditor nullam aliam domum † eſſet
conducturus, & tunc nihil pro habitatione teneretur;
quoniam beneficium præſtat domino domus illam ha-
bitando, neque ipſe inde fit locupletior, niſi libenter de-
diſſet aliquid plus pro habitatione ſplendidiori, & am-
pliori, ad quod plus vtique teneretur; itaque hæc omnia
poſt Caſtrenſ. & Gregor. Lopez, ſingulariter, & graui-
ter more ſolito congerit Molina de contract. allegata
diſput.535.numero 7.& 8. verſ.quando creditor, & la-
tius Surd.deciſ.270.tota, refert hanc fructuum compen
ſationem Vincentius Filliuccius inferius citandus.

Procedunt vtique prædicta omnia in rebus animatis
pignori traditis, nam ſi equus, aut mulus pignori tradi-
1004 tus fuerit, † attenduntur fructus vecturæ recepti, aut
qui percipi potuerint Bonacoſſ. de equo, quæſt.40. &
Carroc. vbi ſupra quæſt.3. numero 3. quod intelligo de
equo apto ad vecturam, non autem de illo, qui propo-
1005 nitur † ad ſaltandum, deambulandum & alia nobi-
lia exercendum, quia ſi creditor vſus fuiſſet his ſolitis
fieri ad ea non teneretur tanquam non factus locuple-
tior, & pro eiſdem reſultaret beneficium domini, prout
in alio ſimili caſu fructus æqui ſortem non extenuare,
refert Vincentius Filliuc. Ieſuita, Moral. quæſt. tom. 2.
tract.38.cap.10.quæſt.6.numero 193 vbi, & in præce-
denti.5.quæſt. fructuum horum materiam colligit, poſt
hæc ſcripta viſus.

Ampliatur ſecundò principalis regula, etiam ſi creditor
1006 pactus fuiſſet, vt retinere habeat † fructus pignoris
loco intereſſe, ſeu vſurarum; quia vtique teneretur
ad fructus, niſi eſſent vſuræ debitæ de iur. Can. ita Ne-
guſant. & Io. Baptiſta Lupus in ſuperius citatis locis in
ſexta ampliatione.

Ex qua ampliatione infertur poſſe creditorem reti-
1007 nere fructus perceptos, & eos, qui percipi † potue-
runt, vſq; ad ſummam vſurarũ permiſſarũ; quo in caſu
valebit etiã pactum de lucrando, ſeu compenſando hos
fructus cũ vſuris, ita Bal. in l.1. paulo poſt prin. C. de di-
ſtract. pignor. quem probant Neguſ. & Lup. vbi ſupra,
probatque Cardin. Mantica de tacit. in allegato titul.8.
num.18. tangit Boer. deciſ.44.nu.34.& deducit Manti-
1008 ca fructus pignoris in dotem traditos † exomputan-
dos eſſe, & compẽſandos cum vſuris debitis marito pro
oneribus matrimonij ſupportandis.

Sed his omiſſis loquendo generaliter de omni inter-
eſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, iuxta quorum
quantitatem fructus percepti, aut percipiendi per cre-
1009 ditorem debent prius † excomputari de omni iure,
vt probant Cacheran. in terminis noſtris, deciſ.143.to-
ta, & Caſtrenſ. Abb. Dec. Menoch. & alij, quos probant
Cardinal. Mantica d.tit.8.nume.22. & longè latius Si-
giſm. Scaccia de commerc. & camb. §.1. quæſt.7.par.2.
ampliat.8. in nonnullis locis, illa ratione, quia hoc in ca-
ſu diceretur tale intereſſe recompenſatiuum cum fru-
1010 ctibus, & intereſſe recompenſatiuum, ſeu vſuræ † re-
compenſatiuæ, quæ omni iure permittuntur; vt de re-
ceptiſſima, & non controuerſa opinione teſtatur Ioan.
Baptiſta Lup. ad l.curabit. C. de act. emp. in commenta-
rijs de vſuris, commentar. 1.§.7. toto, æquitas enim d.
1011 l. curabit locum habet in omni contractu † corre-
ſpectiuo, tam nominato, quam innominato Rot. di-
uerſ. deciſ.340. nume.6.p.1. Sigiſm. Scaccia citato loco
num.173. ac omnes vbique paſſim.

Attamen requiri dicunt Doctores, vt intereſſe hoc
1012 lucri, vel damni plenè probetur, † ideo tu lector be-
neuole videas latiſſimas declarationes, quas probaui-
mus ſupra cap.1.tit.de camb. in quæſtionibus, quæſt.1.
& 2. ex quibus veritas huius articuli habebitur, ibique
latius diſceptatum fuit.

1013 Ampliatur eadem concluſio etiam † ſi debitor
obligatione Camerali, & guarentigia eſſet obligatus,
Lupus vbi ſupra ampliat. 7. & Cardinal. Mantic. poſt
poſt Galleſ. & Menoch. in alleg. tit. 8. numero quin-
to, prout etiam ampliatur, ſi contractus ſimulatus ſit,
1014 † ſed verè ſit pignoratitius; ac etiam ſi creditor diu
in poſſeſſione ſteterit; etiam ſi dominus vaſallo caſtrum
pignori dederit; ac etiam ſi debitor debitum non ob-
tulerit, vt hæc omnia congerit Mantica vbi ſupra.

Limitatur tamen eadem ſuperius firmata, & amplia-
ta regula, primò in fructibus extantibus, aut qui præſu-
1015 muntur iure extare; hi enim † fructus nequaquam
extenuant ſortem, nec cum illa compenſantur, ad text.
in l.quamuis.3.C. in quib. cau. pign. vbi Bal. & Salic. ſed
remanent pro eadem ſorte obligati; tunc enim fructus
rei pignoratæ extenuant ſortem, quando ſunt conſum-
pti, & ab homine tamen compenſatio opponatur, Ne-
guſ. & Lup. locis citatis limit.1. quamuis ipſo iure com-
penſatio fiat, Card. Mant allegato loco, nu.3. ex tex. l.1.
C. de diſtract. pignor. nam non refert, vt ipſo iure com-
1016 penſatio fiat † ſi non opponatur de ea per debito-
rem, vt latius idem Mantica docet, dict. titul 8 nume-
ro 23. redeundo itaque ad limitationem dicas fructus

extantes remanere pro eadem ſorte obligatos; Cardin. vbi ſupra nu. 16. latius, & clarius Surd. citato conſ. 194. nu. 10. & Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 243. num. 65.

Video tamen ſuper hac limitatione, Neguſantium, & Lupum, pro ratione, adducentes regulam illam, quod de ſpecie ad quantitatem non fit compenſatio; ac video Cardin. Mantic. dicere in citato num. 16. & 17. in fine, quod non ſequitur, quod fructus extantes cedant lucro
1017 creditoris, ſed omninò oppoſita compenſatione † in ſortem computandi; itaque primi prohibent compenſationem, Mantica verò admittit; quis autem ex prædictis veritatem dicat, diſceptabitur?

Dico inquam, Neguſant. & Lupum nequaquam per-
1018 petuò verum dixiſſe, poſtquam ſi ſpecies † redigi poterit ad pecuniam, vtique compenſatio fit de ea ad quãtitatem, ad text. in l. ſi propter. C. de compenſ. modo vt notat Bald. in l. fin. C. eod. nu. 22. & 23. idem enim eſt ſi fructus ſint cõſumpti, quorum æſtimatio demum compenſabilis fit ad tex. d. l. ſi propter; vel ſi extant, aut præ-
1019 ſumuntur extare, quoniam † vtique pretium illorum reducibile per æſtimationem compenſabile fit.

Inſuper Cardin. Mantica nec totaliter verum dixit;
1020 cum prius firmauit fructus extantes † ſortem non extenuare, & regulariter ſpecies ad quantitatem compenſabilis non fit; ideò duo ſunt conſiderandi caſus pro prædictorum intelligentia.

Nam aut creditor recuſabit compenſare cum pretio fructuum extantium, ob quod non intendit ſuæ ſortis
1021 extenuationem pati, & tunc poterit † illos retinere pro ſecuritate ſui crediti, juxta notata per doctores in allegata l. quamuis C. in quibus cauſis pign. &c. nec admittetur compenſatio juxta doctrinam Neguſant. & Lup. ac omnium Doctor. licet demũ ſoluto debito creditor teneatur reſtituere non deterioratos, eò quod per
1022 ſolutionem omne † pignus ſoluitur, vulgatis regulis; & teneri de deterioratione rei pignoratæ creditorẽ probauimus ſupra in ſecunda ampliatione, & fructus iſti loco pignoris remanent, vt ſupra, ergo &c. niſi fructus conſiſterent in pecunia, puta in penſionibus, vel pecuniarijs redditibus, quia tunc indicarentur conſumpti,
1023 & ſtatim extenuarent † debitum Bald. in d. l. quamuis, & Lupus vbi ſupra in prima limit. in fine.

Aut verò creditor recuſaret compenſare fructuum æſtimationem cum ſuo credito, & non permitteret illos redigi in pecunia, vt de illa ſua extenuaretur ſors, ob quam denegationem debitor damnificaretur, & tunc
1024 fieret compenſatio † de pretio fructuum extantium æſtimando, tanquam ex ſpecie in pecuniam redacto, aut redigibili, vt ſuperius notauimus; nam ex iniuſta illa denegatione dignoſcitur dolus, & lata culpa credito-
1025 ris, quibus datis ſemper extenuatur ſors principalis, eò quod creditor tenetur vendere fructus pignoris non durabiles, ne marceſcant, Bal. in l. 1. C. de pign. act. & Neguſant. de pignor. in 6. par. memb. 1. num. 20. imò etiam ſi durabiles eſſent, poſſet creditor inuitus cogi ad
1026 vendendum, † dummodo reddatur cautus, vt de pretio ſatisfiat ſibiipſi, ita Neguſant. vbi ſupra numero 23. & in iſto caſu adaptatur doctrina Cardin. Manticæ.

Extenditur hæc prima limitatio, vt procedat etiam
1027 ſi fructus † extantes ſint commixti, & duret trien- nium, quia nequaquam indicantur conſumpti Neguſ. & Lup. vbi ſupra, & omnes præcitati authores.

Limitatur ſecundò in fructibus perceptis, & percipiendis, ſeu in ipſorum valore adæquante prętium laborum, induſtriæ, expenſarum, & aliorum ſumptuum,
1028 quos occaſione † tam colligendorum fructuum, quam cuſtodiæ rei pignoratæ, creditor paſſus fuit, nam cum iſtis prius compenſandos fructus reſponderunt noſtrates, vt teſtantur Neguſ. d. 5. memb. par. 5. num. 12. in fine, & 13. latius verò Lupus vbi ſupra num. 146. & 147. Molin. d. diſput. 535. numero 11. vbi modificat aliquantulum circa exceſſum; Cardin. Mantica d. titu. octauo, numero 25. 26. & 27. & Marſ. Bonacoſs. Crauet. Pet. de Vbald. Roman. Alciat. & alijs allegatis, probat Carroc. in citato titu. de creditore numero quarto, & ſequent. quæſtio. tertia, fol. 115. de locat. & conduct.

Limitatur tertiò, in fructibus perceptis per creditorem de feudo pignorato, vel de re emphitheotica, aut de vſufructu pignorato domino proprietario, quibus
1029 in caſibus † cum res pignorata conſolidetur cum proprietate, nunquam fructus percepti extenuant ſortem, vt iuribus, & authoritatibus probant Neguſant. in citato loco numero 13. in quarta limitat. Lupus vbi ſupra numero 148. in eadem quarta limitat. Sot. de iuſtit. & iur. libro ſexto, quæſtio. prima, artic. ſecundo. Nauar. in Manual. capit. 17. numero 217. & 215. Couarruu. variar. reſolut. libro tertio, capit. primo, ſub nu-
* mero quarto, verſic. hinc apparet, qui de communi teſtatur, verum rationabiliter dubitat, tu tamen ſtudioſus lector, de veritate, videas Nauar. d. numero 217. & ſeq. & Cardin. Mantic. d. titu. octauo, numero 29. vſque ad numero 34. declarantes, & explicantes hanc limitationem, prout & explicat Molina de contract. diſput. 323. tota.

Limitatur quartò, quando debitor iuraſſet mole-
1030 ſtiam † non inferre ſuper fructibus pignoris creditori, donec ſolutum fuerit ei, nam propter iuramentum idem debitor non poterit compenſare fructus perceptos cum ſorte principali, ita Abb. Bald. Cumar. Ang. & Faber, quos probat Neguſ. in d. 5. memb. 5. part. numero 14. in 5. limit.

1031 Extenditur limitatio, etiam ſi de fructibus † non fuerit in pacto iurato facta mentio, ſed tantum dictum de non moleſtando creditorem Cardin. Mantica in citato libro 11. tit. 8. numero 36.

1032 Extenditur etiam, quando debitor iuraſſet † in conſtitutione pignoris abſque alia promiſſione, tunc ob promiſſionem debiti iuratam, nequaquam poterit de fructibus perceptis opponere, niſi ſoluerit, Neguſant.
* vbi ſupra verſ. ſed dubium eſt, qui de communi canoniſt. opinion. teſtatur.

Modificatur autem limitatio, cum omnibus extenſionibus, vt procedant ante ſolutionem debiti, quia
1033 poſtquam debitor † ſoluerit ſortem debitam omni iure poterit recuperare rem pignoratam cum fructibus perceptis, & qui percipi potuiſſent, Neguſant. d. loco numero 15. in fine, & Cardin. Mantica. d. titu. octauo, numero 37. videndi, in his Oſaſch. deciſio. 92. & Couarruu. in cap. quamuis par. prima, §. quarto, numero 9. & 10. de pact.

Limitatur quintò in fructibus perceptis per maritum, de pignore loco dotium ſibi dato, donec dotes ſol-
1034 uantur, quia ſuccedunt tales fructus † loco intereſſe pro oneribus matrimonij ſupportandis, ad text. in cap. ſalubriter vbi canoniſtæ de vſur. Bart. Bald. Ang. & alij

relati

relati per Neguſ. citato membr. 5. num. 16. limit. 6. Medina de rebus per vſur. acquiſ. verſ. ad c. ſalubriter Sot. de iuſtit. & iur. libro 6. artic. 2. quæſtio. 1. Nauarr. in cap. ſi frequentaueris numero 64. not. 20. Couarruu. variar. reſolut. lib. 3. citato c. 1. nu. 3. Molin. de contract. diſput. 321. tota; Io. Azor. inſtit. Moral. part. 3. lib. 7. tit. de mutuo cap. 8. in 3. caſu Sal. controuerſ. 14. in princip. Cardin. Mantica de tacit. citato tit. 8. num. 19. & ſeq. & Sigiſm. Scaccia de commerc. & camb. §. 1. quæſt. 7. p. 2. ampl. 8. num. 174. verſ. confirmatur.

Reſtringitur tribus modis per Neguſant. hæc 5. limi-
1035 tatio, & primò dicit illam habere locum † viuente
marito tantum, nec tranſire hoc priuilegium ad hæredes, ſecundò dicit non habere locum in ceſſionario cui maritus ius iſtud pignoratitium ceſſit; tertio nõ procedere dicit in fructibus excedentibus ſummam intereſſe ſupportationis onerum matrimonij, quia exceſſus extenuaret ſortem, quæ omnia iuribus, & authoritatibus probat; vltimam verò limitationum indiſtinctè veram dico de reliquis inferius dicetur.

Sed antequam de veritate reſtrictionum aliqua dicamus præſciendum erit non parum diſſentire inter ſe Doctores, tum ad indagandam rationem, qua motus
1036 fuit Summ. Pontifex † ad ſic promulgandum in dicto c. ſalubriter, vt pugnare videntur Medin. Nauarr. Couarrum. Sotus Caiet. & alij, quos improbando refert Molina dicta diſput. 321. qui nonam, & ſingularem aſſignat rationem; quicquid communior, & receptior opinio pro ratione dicat lucri ceſſantis, & damni emergentis loco fructus rei pignoratæ deſeruiſſe motum fuiſſe Summ. Põtificem, de qua communiori teſtatur idem Molina num. 2. verſ. communior; ratio enim Medullaris dictæ Pontificiæ ſanctionis illa dicitur, non quia fauore dotis fructus ſortem non extenuant, quia ſuccederent abſurda, & incõuenientia relata per Molin. vbi ſupra, nec ratione intereſſe lucri, aut damni, quæ in omni-
1037 bus † alijs conſideratur; ſed quod ſpecialitas dotis in hoc conſiſtat, vt propter illius naturam ſemper tacitum pactum interueniſſe dicatur de lucrãdis fructibus, donec dos ſoluatur, vt idem Molina ſupponit, quamuis non apertè, ſed expreſſius, & apertius doctiſs. Barboſ. ad l. de diuiſione nu. 2. verſ. ſed ex prædictis, ff. ſolut. matr. aliam non diſſimilem rationem aſſignat Scaccia ſuperius citatus nume. 176. verſ. ratio. Tum etiam diſſentiunt authores circa pactum initum inter dotantem, &
1038 maritum de lucrando † fructus pignoris, cum omnes præcitati authores communi ſententia dicant valere pactum, & Butr. Io. Andr. D. Antonin. Soccin. Dec. Cranett. & Crot. dixiſſe contrariam, & negatiuam opinionem veriorem eſſe, imo Crot. in d. cap. ſalubriter tutiorem, & communem dixiſſe, notat Sigiſm. Scaccia in citata ampl. 8. nu. 175. alias diſſentiones tangit Couarr. d. c. 1. num. 3. verſ. quarto hinc; qua occaſione præfatus Scaccia diſtinguendo ſex factorum ſpecies, quarum aliquas pro affirmatiua, aliquas verò negatiua comprobat, ex quibus articulus iſte redditur quodam modo inextricabilis.

Ego autem clarius explicando articulum, duas tantum facio inſpectiones, & illam primò nempè, aut tractatur de marito fructus rei pignoratę, recipiente, aut & ſecundò de hęredibus, alijſque ſucceſſoribus eoſdem recipientibus fructus.

Quo ad primam inſpectionem dicas indiſtinctè pro-
1039 cedere receptiorem opinionem † deſumptam, ex allegato c. ſalubriter, tam ſi maritus dilationem dederit dotanti ad ſoluendam dotem, quam ſi tacẽdo expectauerit ſolutionem, nulla de dilatione mẽtione facta, licet in his duobus caſibus nõnullos diſſentire dicat Scaccia, ipſeque vtique diſſentiat; ideò his tantum explicatis, de alijs non curandum, cum illi difficultatẽ non patiantur, neque ſatis controuertãtur; in prima facti ſpecie, ſcilicet
1040 quando maritus expreſsè dilationem ſoluendi † dederit, fructus rei pignoratæ ſortem extenuare dixerunt Abb. Ambroſ. de Vignat. & Anan. quos probat Scaccia citata Ampl. 8. nu. 176. verſ. prima facti ſpecies, illa ratione, quia ſicut maritus poterit ducere vxorem abſque dote, ita & multo magis cum dote dilatata; prout idem dandum eſſe iudicium in ſecunda facti ſpecie relata per Scacciam vbi ſupra verſ. ſecunda facti, cum per taciturnitatem cenſeatur dilatio conceſſa.

Sed decipitur Scaccia, quoniam ſi in facti ſpecie ſupponit fundum loco pignoris datum fuiſſe marito, con-
1041 ſequenter præſupponere debet datum fuiſſe † pignus
pro oneribus ſupportãdis ex tacita, & iuridica pactione intercedente inter dotantem, & maritum; quod ratione
1042 probatur, nam dos datur, vt ſit † patrimoniũ mulie-
ris l. 3. §. ſed vtrum in fi. ff. de minor. & vt ex illius fructibus onera matrimonij ſuſtineãtur, ideò qui dotem promittit tacitè prædictos fructus marito videtur cõcedere, & conſequenter dando pignus videtur velle, vt maritus lucretur fructus pignoris pro ſecuritate dotium dati, & ſic cedunt in ſolutionem illius tacitæ promiſſionis, vt colligi ex d. cap. ſalubriter poſt Nauarr. & Couarru. docet hæc Barboſ. ſuperius citatus numero 2. in d. lege de diuiſione.

At ego infallibili alia ratione opinionẽ Barboſij cõprobatam demonſtrabo; nam ad quid, & qua ratione dotator conſignauit prædiũ loco pignoris pro dotibus? & ſi reſpondeant aduerſarij, vt ſecurus reddatur maritus, vt poſt alios ſic reſpondit Scaccia allegato loco, dico nequaquam hoc ſecuritatem importare, poſtquã ſuffi-
1043 cit, † vt ſit pro dotibus prædium hipothecatum, ad
hoc vt ſecurus reddatur maritus, eò quia etiã ſi per mille manus tranſeat cũ onere obligationis tranſit vulgatis iuribus, nec facit, quod ſecurior redditur, ſi pignori incumbat detinendò, ad text. in l. plus cautionis ff. de reg. iur. quia detinendo prædium pignoratum cum hac le-
1044 ge, vt fructus † percipiẽdos in ſorte computaret, duo
orirentur præiudicialia, vnum reſpectu mariti, alind verò reſpectu dotium; reſpectu verò mariti, quia cogeretur minutatim, & per particulares, & minimas quanti-
1045 tates † ſolutionem recipere contra iuris diſpoſitio-
nem cum intereſſe, & incommodo mariti prouenientibus ex dictis ſciſſis, & minutis ſolutionibus ad text. in l. planè, ff. famil. herciſc. gloſ. Bar. Alex. & Iaſ. in l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi cert. pet. non minima affert incom-
1046 moda ſolutio ſciſſa, & diuiſa † d. l. planè, & omninò
præiudicialis dicitur, Gabriel. conſ. 155. nu. 19. vol. 2. & genericè Corn. Surd. Neguſant. Coſta, & alijs congeſtis probat Pyrr. Maur. Aretin. de ſolution. cap. 30. toto, & in proprijs noſtris terminis Couarru. variar. reſolut. lib. 3. cap. 18. nu. 4. & Maſtrill. deciſ. 100.

Fit etiam & ſecundò preiudicium dotibus poſtquam
1047 † ſi ſors extenuetur per tot particulares ſolutiones
peruentas ex fructibus pignoris, dotes conſumuntur, & pro earum ſecuritate nihil ſuperexiſtenter remanet obligatum, quod non eſſet ſi vna totalis dotium ſolutio fieret, quia ex illis emeretur per maritum ali-

quod frugiferum, vel conuerteretur in fructu annuo, aut in aliqua frugifera negociatione, vt penes ſcribentes ſupra ſciſſis ſolutionibus adnotatur.

His itaque præmiſſis oportet neceſſariò concludere; prædium pignori datum marito fuiſſe per illum rece-
1048 ptum, datumq; per dotantem, vt ex fructibus † onera matrimonij ſupportentur, ad hoc, vt tria vtilia, & laudabilia exerceantur, nempe, vt iuribus obtemperetur dicentibus, onera matrimonij ſubuenienda; marito non præiudicetur, & dotibus ſuccurratur.

Idcirco vel quod data ſit dilatio expreſſa, vel tacita per expectationem in vtraq; facti ſpecie fructus pignoris non extenuabunt dotes debendas omiſſis conſiderationibus lucri, & damni, quibus probatis omni iure etiã
1049 extra † caſum dotis fructus compẽſabuntur cum intereſſe lucri, & damni, vt probarunt Couarruu. d. cap. 1. lib. 3. variar. num. 3. Perez. titu. 2. lib. 8. ordinat. pag. 20. Menoch. conſ. 7. nume. 15. lib. 1. Valaſc. conſultat. 84. num. 2. Caballin. milleloquio 432. quos probat Barboſ. ſuperius citatus, & in Regno ſemper probatum dicitur hoc intereſſe, vt in ſuperiori capite, & lib. latius demonſtratum fuit.

Si res ita ſe habet, vt etiam data dilatione abſque pacti expreſſione fructus cedunt loco onerum ſupportandorum, & ſortem dotium nequaquam extenuabunt,
1050 quid tamen fortius dato pacto † de lucrãdo fructus, vel ſi prædium detur loco pignoris, donec ſoluantur dotes abſque pacto: quas facti ſpecies etiam doctiſs. Scaccia ad comprobationem noſtræ opinionis per receptiſſimas regulas defendit concludens, dotes per hos fructus nequaquam extenuari.

Verum ſi dignoſcatur, maritum voluiſſe recipere pignus, vt ſecurior tantum reddatur concedentem dilationem ad dotes ſoluendas, eumque declaraſſe verbis,
1051 aut facto hanc ſuam, & dotantis voluntatem, † tunc fructus extenuabunt ſortem dotium; vt Molin. d. diſput. 321. verſ. quinto colligo probat, & ita ſe declarando fatetur idem doctiſs. Scaccia loco citato.

Igitur redeundo ad comprobationem huius primæ inſpectionis, opinionem noſtram affirmatiuam probaverunt infiniti authores, quos congerit Ioſeph Ludouic. deciſ. Lucenſ. 21. num. 17. ac Nouell. de dot. & alij relati per Barboſ. vbi ſupra; & pactum expreſſum de lucrando
1052 † fructus pignoris per maritum, ac tacitum ſubintellectum, vt ſupra eſſe valida, probatur per tex. in l. 1. §. penul. ff. de pignor. (ſuppoſita vſurarum validitate vt in huiuſmodi, probaruntque Couarrun. vbi ſupra Mercador. de contract. lib. 5. cap. 8. Anguiſol. conſ. 16. num. 1. vol 5. Caballin. vbi ſupra, & innumeri alij, quos citat, & probat Barboſ. in d. l de diuiſione, nu. 3.

Extenditur hæc inſpectio, vt procedat tam in ſocero pignus tradente, quam in quolibet extraneo dotante,
1053 cum oneri ſuſtinendi matrimonium † ita licitè ſubuenitur per ſocerum, quam per quemlibet extraneum, Molin. d. diſput. 320. num. 5. itaque ſeruari in omnibus tribunalibus poſt Sal. controuerſia 14. teſtatur Scaccia vbi ſupra verſ. ratio in fine in verſ. extende.

Quo verò ad ſecundam inſpectionem dicas, hæredes mariti, vel ceſſionarium nequaquam poſſe lucrari fructus pignoris, modo vt probat Neguſant. d. memb. 5. par. 5. nu. 16. & ſic comprobantur prima, & ſecunda limitatio, quæ congeruntur per Neguſant. citato loco, quas nos notauimus ſupra num. 1035.

Velim tamẽ intelligas primam limitationem in pro-
1054 prio caſu, in quo Neguſant. loquitur, cum † hæredes mariti teneantur reſtituere dotes, ideò non poſſunt ſentire commodũ de fructibus rei pignoratæ, cum non ſentiant incommodum onerũ matrimonij, & ſic non comprehenduntur in caſu. d. cap. ſalubriter.
1055 At ſi dicti hæredes adhuc præſtent alimenta † infra annum luctus vxori remanſæ, ad quæ iuris neceſſitate tenentur, Antonin. Theſaur. deciſ. 43. & 44. vbi Gaſpar filius, Præſ. de Franch. deciſ. 605. nu. 4. & 5. & latiſſimè Petrus Barboſ. in l. 2. p. 1. tota, ff. ſolut. matr. alios ſciens prætereo; vel reſtituere non debeant dotes, quia forſan
1056 maritus illas lucratus fuiſſet, aut vxor relicta † cohabitaret cum filijs cõibus; tũc in iſtis caſibus, iure lucrarentur fructus perceptos, & percipiendos de re pignorata loco dotium vſque ad ſummam alimentorum in primo caſu, & vſque ad ſummam intereſſe lucri, aut dãni in ſecundo caſu adhibitis, circa intereſſe cõſiderationibus omnibus, quas latè adnotauimus in ſuperiori c. 1. tit. de camb. q. 1. 2. & ſequentibus.

Quodque ratione, & authoritate probatur, nam iſtis caſibus fructus prædicti perciperentur in recompenſationem alimentorum, & intereſſe prædictum, & vſuræ
1057 recompenſatiuæ, † vel reſtauratiuæ omni iure deberentur, vt tangit Io. Baptiſta Lupus in cap. nauiganti de vſur. commẽt. 3. §. 6. in fine, & probat latiſſimè in comment. 1. § 6. & 7. ex mente, & dictis omnium Doctor. alios ſatis notos omitto.

Circa verò ſecundam limitationem, illam vtiq; modificabis, nam ſi iura pignoratitia ceſſa fuerint ceſſionario, ex cauſa onoroſa, etiam teneas poſſe ceſſiona-
1058 rium † recompenſare fructus pignoris cum intereſſe lucri, aut damni, modo, vt ſuperius in proximè dictis fuit adnotatum, aliàs ſequeretur iactura ceſſionarij cõtra omne iuris debitum, ideo ſubuenitur per recompẽſatiuam, & reſtauratiuam vſuram ex præcitatis; ſin au-
1059 tem fuerit ceſſionarius † ex cauſa lucratiua poterit procurare pignoris venditionem, vt diximus ſuperius nume. 1026. & debitore impediente poterit vtique lucrari fructus, ne intereſſe patiatur per ſciſſas ſolutiones, vt ibi, vt in ſimili probat Molin. de contract. diſput. 322. nu. 1. verſ. obſerua tamen.
1060 Finaliter, tam maritus mortua vxore, † quam vxor mortuo viro nequaquam lucrifaciunt fructus pignoris pendẽte dotium ſolutione ex cõi opinione, quam probant Neguſ. d. memb. 5. nume. 17. Molin. d. diſput. 322. D. Antonin. in tract. de vſur. cap. 2. § 29. num. 46. & alij vbique dicentes ex fructibus prædictis dotes extenuari; tamen vltra limitationes adductas per Neguſ. dicto loco, ac per Molin. & per Scacciam d. q. 7. p. 2. ampliat. 8. nu. 114. verſ. confirmatur; modificabis non procedere concurrentibus, quę ſuperius diximus de intereſſe lucri, & damni, vt Neguſ. & Molina fatentur, & in Regno eſt expeditum abſque alijs probationibus, quia pecunia
1061 † nunquam ſtat otioſa, & emptiones ſemper ſunt paratæ, vt ſupra in locis remiſſis latiſſimè probauimus.
1062 Reliquas limitationes ad principalem † regulam congerunt Molina dicta diſputat. 320. Scaccia d. ampl. 12. §. 1. quæſt. 7. p. 2. & Card. Mantica in d. lib. 11. tit. 8. de tacit. & ambig. nam illę difficultatem nõ patiuntur, ideo remitto lectorem ad allegatos authores; ſed aliam notabilem limitationem notauimus inferius nu. 1098. in ſequenti quæſito. in fine numeri verſ. creditorem in hoc caſu.

Pro complemento huius octaui quæſiti infraſcripta etiam

etiam adnotanda hoc in loco dijudicaui, & illud primũ,
quod licet ſuperius diximus creditorem poſſe procedere
ad pignoris venditionem, & in illius ſubhaſtatione iure
1063 ſui crediti † licitare tanquam extraneum, aut tanquã
creditorem, vt num. 972. & ſeq. probauimus, hoc pro-
cedit in re obligata ſubhaſtationi parata; ſed in hoc pi-
gnore conuentionali retento penes creditorem, proce-
dunt prædicta quando nullus alius eſſet emptor, aut ſi
ſi eſſet, non iuſtus foret; quia regulariter creditor nõ po-
1064 teſt ſibi ipſi vendere, † aut per intermediam perſo-
nam, Neguſ. de pignor. par. 6. memb. 1. num. 26. & Si-
giſmun. Scaccia de commerc. §. 1. quæſt. 7. par. 1. num.
15. Niſi debitor ſuo nomine vendat, quia tunc creditor
met ipſe, vel per intermediam perſonam poterit emere,
ad tex. in l. & qui ſub imagine C. de diſtract. pignor. no-
tatque Anton. Faber de error. pragmat. decad. 1. error.
5. num. 4.

Secundò adnotabitur, nam ſi debitor ſoluiſſet credi-
1065 tori, ſolutione non obſtante poterit creditor † reti-
nere pignus; ſibi pro crediti ſoluti ſecuritate datum pro
alio credito, etiam perſonali tãtum actione fulcito, pro-
1066 ut etiam & ſi duo retineret pignora, † & magis ido-
neum ſolutione liberaretur, vtique retineretur pro reli-
quo credito, dimiſſo minus idoneo, vt hæc & alia ſimilia
docet poſt Gregor. Lopez, Molin. d. diſputat. 535. num.
12. ad tex. in l. 1. vbi Bar. C. etiam ob chirograph. pet. l.
ſolutum, §. ſolutam ad finem. ff. de pignor. action. & in l.
ſi non ſortem, §. ſi centum, num. 7. vbi Bart. in omnibus
iſtis legibus, & notat, probatque Cardin. Mant. de tacit.
lib. 11. tit. 14. num. 12. tom. 1.

Tertiò adnotabitur, nam creditor in pignore, ſi fuerit
1067 mercator præfertur anteriori † creditori in illo pi-
gnore, ſic æquitate negociationis ſuadente, vt poſt Strac.
notat Sigiſmund. Scaccia de commerc. §. 2. gloſ. 5. num.
438. immo in omni creditore pignus poſſidente datur
creditori in illo pignore prælatio, etiam reſpectu ante-
riorum tempore per text. in l. pupillus, ff. quæ in fraud.
1068 cred. vt probant Ceph. conſ. 762. nu. 25. volum. 5. &
Pyrr. Maur. Aret. de retent. num. 24.

1069 Quartò adnotatur, creditorem in fructibus † perce-
ptis per emptorem de re hipothecata nullum ius habe-
re, Neguſ. de pignor. par. 2. memb. 2. nu. 27. & Præſ. de
Franch. deciſ. 112. nu. 13. quod procedere in fructibus
perceptis per quemlibet bonę fidei poſſeſſorem, ſi illicõ-
ſumpti eſſent, ſecus autẽ in perceptis per malę fidei poſ-
ſeſſorem, gloſ. & Doct. in l. 1. §. cum prędium, ff. de pign.
cum alijs non contemnendis congeſtis per Maurit. Api-
cell. allegat. 20. nu. 1. & 2.

1070 Quintò, & finaliter, creditor vtendo re † pignorata
in ſui commoditate, & vſu, furtum committit ad tex. in
l. ſi pignorare, ff. de furt. & §. furtum, inſtitut. de obligat.
quæ ex delict. naſc. verſ. itaque vbi Miſinger. Carroc. de
locat. & conduct. tit. de creditor. fol. 114. à tergo quæſt.
3. num. 2. Molfeſ. d. tit. de pignor. reſponſ. 8. num. 54. la-
tè, & ſingulariter more ſuo Molina de contract. diſput.
citata 535. num. 1. & 2. ac Ang. Ioan. de Platea, Iodoch.
Petr. de Gregor. Cardin. Tuſch. & alij, quos in hoc pro-
bat Farinacc. de furt. quæſt. 169. par. 1. num. 2.

Modificatur concluſio, vt furtum procedat attenta
1071 æſtimatione † illius vſus tantum, ita gloſ. & Bart. in
l. qui iumenta, ff. de furt. quos probat Molin. vbi ſupra,
taliter quod ſi vſus æſtimabitur in minima quantitate
procederent notata per Doctores in furto rei minimę.

Modificatur ſecundò, vt non procedat, ſi creditor
1072 vtatur pignore † domino ſciente, & permittente; vt
Doctores omnes præcitati notant.

Infertur ideo ex hac modificatione, quod ſi creditor,
1073 crediderit debitorem permiſſurũ, tunc vtendo † non
committit furtum, ad text vbi Bart. & omnes in l. inter
omnes §. rectè, ff. de furt. & §. placuit vbi Doct. inſtit. de
* oblig. quę ex delict. naſcuntur; de communi teſtatur Fa-
rin. de furt. quæſt. 174. par. 4. num. 141.

Extenditur illatio, vt credulitas prędicta ſufficiat non
ſolum ſi ex iuſta, & probabili cauſa proueniat, quia cre-
1074 ditor † eſſet forſan conſanguineus, aut amicus debi-
toris, ſed etiam ſi credulitas eſſet ſtulta, & improbabilis,
ita gloſ. in d. §. placuit, vbi Miſing. cuius opinio, receptiſ-
* ſima notatur per noſtrates tanquam communi calculo
recepta, ſtante quod à principio res pignorata de volun
tate debitoris in creditorem peruenit, dummodo cauſa
1075 credulitatis † non ſit inueriſimilis, ita Bart. Ang. Ni-
caſ. Hoſtienſ. Alberic. Affl. Aretin. Auguſt. Corrad. Co-
uarr. Bertazolo vtroque; Menoch. Fabr. & Cardin. Tu-
ſch. citatis, probat Farinacc. vbi ſupra, num. 145. & ſe-
quent.

Modificatur ſecundò, nam & ſi inſcio, & inuito Do-
mino creditor pignore vtatur, & proinde furtum com-
1076 mittat, tamen furtum hoc non † eſſet ita inhoneſtum
vt in eo iudex rigidè procedere deberet, prout in alijs
furtis, ideo tale furtum mitius puniendum dixit magi-
ſtraliter Corn. conſ. 274. num. 6. lib. 3. relatus per Cot-
tam in memorial. verſ. furt. immo infamiæ pęnam cre-
1077 ditori non irrogaret, † denique furtum hoc propte-
1078 rea, ciuiliter tantum puniendum † dixit Card. Tuſc.
pract. concl. ver. furtum concluſ. 553. nu. 22. & 23. & in
ſpecie, concl. 554. ſub num. 35. quem probat Farin. cita-
ta quæſt. 199. nu. 11. par. 1.

Declaratur vltimò ſuperius citata illatio, vt quamuis
creditor non puniatur de furto, ſi credat dominum per-
miſſurum, tamen ſi fructus illius vſus non compenſabit
cum credito, modo vt ſuperius latè declarauimus com-
1079 mitteret † vſuram apertam, ſi pignus ex mutuo de-
ſcendat, ſin autem ex alio titulo ſolutionis forſan expe-
ctandæ, vel alterius contractus; palliatam, ita poſt Silu.
& Nauarr. probat Molin. in citata diſput. 535. num. 2.
niſi voluntas & conſenſus circa vſum habitum per cre-
ditorem, adhibita, & adhibitus per debitorem mera, &
1080 libera, † meruſq. liberque proueniant, proceſſerint-
que, quo in caſu abſque crimine creditor, pignore vtere-
tur Molina vbi ſupra, vel niſi ex pacto voluntario credi-
1081 tor lucraretur fructus pignoris † vltra ſortem, & vl-
tra expenſas, vltraq. intereſſe lucri, vel damni, quia vſu-
ra eſſet, Nauar. poſt Panorm. & Silueſt. in Manual. cap.
17. nu. 217. quem probat Molfeſ. de contract. tract. 12.
cap. 18. in 10. reſp. num. 67. caſus alios, quibus permitti-
tur creditori vſus pignoris ponam in decimo quæſit. nu.
1182. & ſequen.

SVMMARIVM.

1082 *Pactum, vt fructus pignoris non extenuent ſortem, nec computentur cum intereße, &c. vſurarium eſt.*

1083 *Pactum quod debitor non valeat luere pignus contradicente creditore, non valet.*

1084 *Pignus in re propria non conſiſtit.*

1085 Pactum quod debitor non poſſit luere pignus ſimpliciter abſque verbis, contradicente creditore, valet, & tranſit in emptionem, contrarium, nu. ſeq. & non valeat nec iure pignoris, nec iure venditionis.
1087 Pactum, quod debitor non poſſit luere pignus temporaliter valet, dummodo tempus non aſcendat ad 30. annos & ſeq.
1089 Pactum quod debitor non poſſit luere pignus, valet ſi nō fuit adiectum pactum, quod fructus pignoris pro intereſſe computentur, & quare, & ſeq.
1090 Pignoris obligatio ſoluitur principali debito per fructuum perceptionem ſublato.
1091 Cauſa pignoris ceſſante ceſſat pignus.
1092 Pactum, quod debitor non poſſit pignus luere interpretatur, vt ſoluto debito pignus reſtituatur.
1093 Pactum quod ſi debitum tempore præfixo non ſoluatur, pignus remaneat in dominio creditoris eſt illicitum, & continet vſurariam prauitatem.
1094 Pignus ſemper eſt maioris valoris, quam debitum.
1095 Pactum quod debitore non ſoluente pignus ſit creditoris, poteſt fieri non ad commodum creditoris, ſed ad coercendam contumaciam non ſoluentis, & eò magis, ſi conuenit fructus in ſortem imputandos, & ſeq.
1097 Pactum quod debitore non ſoluente in termino præfixo pignus ſit creditoris, ſi res pignorata eſt minoris, vel æqualis valoris cum credito, facit vt contractus pignoratitius tranſeat in ſpeciem alienationis, niſi in re illa adeſſet cauſa aliqua affectionis, & ſeq.
1099 Pactum legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem circa pignus, & venditionem diſcutitur, cum multis ſequent.
1100 Pactum legis commiſſoriæ, quid ſit.
1101 Pactum legis commiſſoriæ, quare ſic dicatur.
1102 Pactum legis cōmiſſoriæ eſt licitum in venditionibus, prohibitum verò in pignore, & ſeq.
1104 Pactum legis, commiſſoriæ quare licitum ſit in venditionibus.
1105 Contractus eodem vinculo, quo ligantur diſſoluuntur.
1106 Venditiones communiter ſolent fieri iuſto precio.
1107 Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus, quare non permittitur, & ſeq.
1109 Creditorum aſperitas à iure compeſcitur, & debitorum fragilitas adiudicatur.
1110 Regula cum ſuis declarationibus, quod pactum legis commiſſoriæ non permittitur in pignore, cum plur. ſequent.
1111 Legis commiſſoriæ pactum improbatur in pignore.
1112 Pactum, quod debitor non poſſit luere pignus, indicatur pactum legis commiſſoriæ, vbi & alij caſus ampliatiui.
1113 Pactum legis permittitur in pignore, ſi ex interuallo, ſed de veritate inf. apponatur, ſed ad excipiendum, tantum non autem ad agendum, num. ſeq.
1115 Pactum legis commiſſoriæ in pignore etiam ex interuallo improbatur, & omni iure, neque lege aliqua probatur, de veritate infra.
1116 Couarruuias improbatur à Card. Mant.
1117 Rodericus de ann. red. comprobat Couarr. opinionem, ſed alijs medijs.
1118 Vbi lex non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus.
1119 Intell. text. in l. Titius, ff. de pignor. act. & ſequent. & num. 1134.
1120 Text. in l. Titius, ff. de pignor. act. probat pactum legis commiſſoriæ poſſe ex interuallo apponi in pignore, & ſequent.
1122 Pactum legis commiſſoriæ ſi incontinenti in pignore apponatur, an valeat in duas diuiditur inſpectiones.
1123 Pignus ſi minoris valoris ſit, quam creditū, vel æqualis recipit pactum legis commiſſoriæ ſiue incontinenti, ſiuè ex interuallo apponatur, & ſeq.
1124 Quiſque poteſt rem ſuam vendere.
Venditio pignoris in creditorem ex pacto omni iure recipitur non data vſuraria fraude, ibid. & ſeq.
1126 Pactum commiſſoriæ legis in pignore in lucrum debitoris non improbatur.
1127 Pignus ſi æquiualet debito, vel ſit minoris valoris, omittitur pro derelicto.
1128 Pactum legis commiſſoriæ in pignore non adiecto precio intelligitur de iuſto.
1129 Pactum legis commiſſoriæ in pignore etiam iuſti precij mentione facta reputatur vſurarium ex Roderic. & ſeq. de veritate inf. num. ſeq. ex eod. Roder.
1131 Pactum legis commiſſoriæ in pignore etiam iuſti precij mentione facta reputatur vſurarium ſi debitor rem cogatur vendere, quam aliàs venditurus non erat.
1132 Pactum legis commiſſoriæ in pignore pluris valoris, quam creditum omni iure, & indiſtinctè vti vſurarium improbatur.
1133 Pactum legis commiſſoriæ in pignore, vt debitore non ſoluente pignus remaneat in ſolutum, aut venditum creditori pro aliquo certo precio, an ſit licitum.
1134 Aequalitas dati, & accepti, quemlibet contractum iuſtificat.
1135 Pactum commiſſorium in pignore ſi de certo, & iuſto precio ſit, valet.
Pactum legis commiſſoriæ in pignore ſemper præſumitur de iuſto precio, ibid.
1136 Pactum legis commiſſoriæ in pignore data iniuſtitia precij ſemper improbatur.
1137 Pactum legis commiſſoriæ in pignore inter debitorem, & fideiuſſorem, vt fideiuſſore ſoluēte pignus ſit ipſius, valet, & ſeq. de veritate infra, nu. 1140.
1138 Fideiuſſor poteſt lucrum habere ex fideiuſſione.
1139 Pignoris cauſa ceſſante eius prohibitiones ceſſant.
1140 Pactum legis commiſſoriæ inter debitorem, & fideiuſſorem, vt fideiuſſore ſoluente pignus ſit fideiuſſoris illicitum.
1141 Text. l. fin. ff. de contrah. empt. & text. l. fin. C. de pact. pignor. declarantur.
Text. l. fin. C. de pact. pign. ratio, magis viget in fideiuſſore, quam in creditore, ibid. & ſeq.
1142 Fideiuſſor emens bona debitoris, eaque non reſtituens, fidem rumpere dicitur.
Fideiuſſio debet eſſe gratuita, ibid.
1143 Fideiuſſor creditori ſoluens, ſuccedit in locum illius, & creditor efficitur.
Intellectus text. l. fin. ff. de contrah. empt. ibidem, & numero 1144.
1145 Fideiuſſor licèt lucrum accipit pro fideiuſſione, tamen pignora debitoris pro minori precio non accipit.
1146 Debitor poterit moram purgando, pendente declaratione iuſti precij, rem pignoratam, ex pacto emptam per fideiuſſorem, recuperare ſoluto debito cum vſuris legitimis.
1147 Pactio continens iniuſtitiam dati, & accepti, ſemper illicita iudicabitur.

1148 Pa-

1148 *Pactum legis commiſſoriæ illicitum an iuramento conualidetur.*

1149 *Pactum legis commiſſoriæ iuramento non confirmatur, licèt iuramentum ſeruetur, ideo neceſſaria erit iuramenti abſolutio, num. 1150.*

1151 *Pactionis commiſſoriæ validitas, aut inualiditas, remiſſiuè.*

1152 *Pactum addictionis in diem, quid ſit.*

1153 *Pactum addictionis in diem qualiter differat à pacto commiſſoriæ.*

Pactum addictionis non adiectionis ſcribendum, ibid.

QVÆSITVM NONVM.

Nonum quæſitum paucis explicabitur, quia eius explanatio latius fiet in ſequen. tomo ſuis locis, ideo remiſſiuè loquendo pro nunc dicas, pactum factum, vt fructus pignoris
1082 † non extenuent ſortem, aut non excomputētur, vt ſuperiori quæſito latè doctum fuit, vſurarium, & improbum eſſe, vt ex ſupracitatis patet; pactum factum, vt non poſſit debitor
1083 luere pignus, † ſed illud remanere habeat in dominio creditoris, non valere tanquam cōtra pignoris ſubſtantiam, ad text. in l. pignus, C. de pignor. & hipothec. quia ſi ſic eſſet, res efficeretur creditoris, & conſequen-
1084 ter pignus in re propria † non conſiſteret, ad text. in l. neque pignus. ff. de reg. iur. cum concordant. probant Card. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 7. num. 5. Nauar. Neguſ. Regin. & alij relati per Molfeſ. in ſumma de contract. tract. 12. ſæpius citatō tit. de pign. & hipoth. cap. 18. nu. 70. & ſi Cuman. in l. qui Romę in principio, num. 2. verſic. ſed iſta gloſ. ff. de verbo. oblig. tunc pactum hoc non
1085 valere quando dicatur debitorem non poſſe † pignus luere, contradicente creditore; ſed quando ſimpliciter dicatur abſque illa creditoris contradictione valere pactum firmat, quia pactum, contractum pignoris facit tranſire in venditionem, & emptionem, rationibus, vt per eum; tamen noſtram concluſionem communiter eſ-
1086 ſe receptam, vt in vtroque caſu pactum non † valeat, nec iure pignoris, nec iure venditionis; probat Neguſ. de pignor. par. 4. num. 30. & 31. probatque Card. Mantica vbi ſupra num. 6. & ſeq. vbi de communi, qui diſcuſſo articulo cum communi conculudunt rationibus per eos adductis.

2. Modificatur concluſio, vt non procedat quando pa-
1087 ctum † opponeretur temporaliter, nempè infra biennium, vt ſupra; quia tunc valeret pactum, modo vt explicat Neguſ. vbi ſupra; num. 30. in primo membr. quæſtionis, niſi tempus aſcenderet vſque ad annos triginta,
1088 † quia hoc in caſu eſſet ad inſtar temporis perpetui, vt idem Neguſan. citato loco, num. 32. concludit, & Lupus in l. 2. C. de pact. int. empt. comment. 2. præfat. numero 22.

Modificatur ſecūdò, nam ſi in pacto non fuerit adiectum, vt fructus pignoris pro intereſſe computentur, modo vt Neguſant. dict. num. 30. exemplificat, ſed ſim-
1089 pliciter dicatur, quod pignus datum debitor † luere non valeat tūc pactum omninò validum eſſet, quia per perceptione fructuum debitum principale extenuaretur, illique in principali ſorte imputarentur, vt in ſuperiori quæſito probauimus; ideo ſequitur quod principali debito; per fructuum perceptionem ſublato, pi-
1090 gnoris obligatio † ſoluitur l. item liberatur in princ. ff. quib. mod. pig. ſolu. & in §. qui paratus, & ceſſāte cau-
1091 ſa pignoris † ceſſat pignus. l. 1. ibique Salicet. in ſummario, C. de pact. pignor. latius probat Neguſ. de pign. par. 6. memb. 2. fallent. 4. num. 15. ideo his ſic habitis,
1092 pactum hoc debet taliter interpretari, † vt ſoluto debito pignus reſtituatur, quia per legis diſpoſitionem pignus liberatur, & debitor ex pacto nō prohibetur, quominus rem ſuam repetere poſſit à creditore ſatisfacto, ita probat Card. Mantica d. tit. 7 num 8.

Pactum factum, quod ſi debitum non ſoluatur tempore præfixo pignus remaneat in dominio creditoris,
1093 eſſe illicitum, † continereque vſurariam prauitatem, per text. l. fin. C. de pact. pignor. & c. ſignificante de pignor. probauerunt Hoſt. Panorm. Couarr. Nauar. Ang. Silueſt. & alij relati per Reginal. lib. 25. ſuæ praxis, num. 597. Cardin. Mant. d. lib. 11. tit. 10. num. 34. & Molfeſ. d. decima reſponſ. citati cap. 18. num. 66. tanquam pactum legis commiſſoriæ circa huiuſmodi prohibitum,
1094 illa ratione citata per Molfeſ. quia ſemper † pignus eſt maioris valoris, quam debitum.

Reſtringunt hoc præcitati authores, ſi pactum non
1095 fieret in lucrum creditoris, ſed tantum † ad coercendam contumaciam debitoris, non ſoluentis, & eo potiſſimum, ſubiungit Card. Mantica poſt Nauarr. ſi conueniat, vt fructus medio tempore percepti in ſortem, vel intereſſe rationabile imputentur, alioquin illicita eſſet cō-
1096 uentio; † data enim iuſtitia commutatiua in valore debiti, & pignoris vera eſt limitatio, quicquid dubitauerit aliud ſentiendo Molfeſ. in dict. decima reſponſione, num. 66.

Verum attentis, ratione citata per Molfeſ. quod ſoleat pluris valoris eſſe pignus, quàm debitum, & limitatis, vt ſupra, ex illis inferas declarando præfata omnia;
1097 quod ſi valor pignoris non adſcendat † ad valorem debiti, vel æquiualeat, tunc contractus pignoratitius eſſet ſpecies alienationis, abſque veriſimilitudine; pignus idem amplius luitum, niſi adeſſet cauſa affectionis, quia res pignorata fuit maiorum ſuorum; tunc res pignorata diceretur exiſſe de dominio, & poteſtate debi-
1098 toris, & de illa iudicaretur † prout de rebus pleno iure ſpectantibus ad debitorem, vt iuribus, & infinitis authoritatibus ſatis ſingulariter more ſuo docet Stephan. Gratian. diſceptat. foren. tom. 3. cap. 422. num. 13. vſque ad finem capitis, itaque in iſtis terminis pactū præcitatum ſuſtineretur, quia fines iuſtitiæ commutatiuæ ſeruarentur, cum deciſum dicit Gratian. vbi ſupra, creditorem in hoc caſu lucrifacere fructus tanquam dominus; & quando pignus æquiualeat debitum, vel minoris valoris ſit ante Gratian. idem probauit Neguſan. de pignor. par. 3. memb. 1. num. 27.

Sed quia ex ſupracitato pacto ingreſſi fuimus terminos pacti legis cōmiſſoriæ, ideo de hoc pacto, & de alio adiectionis in diem, aliqua magis forenſia, & ſummatim referre ſatis licitum, & vtile iudicaui cum in pignoribus ſæpiſſimè adijciatur, ideo de tribus tantum hoc in
1099 loco diſceptabitur, primò quid ſit † & quare ſic appelletur ſecundò, qua ratione prohibeatur in pignoribus, & permittatur in venditione, tertiò an licitum ſit, quandoque in pignore, quo ad aliud pactum adiectionis in diem, verum tantum, & breuiſſimè referam, nempè quid ſit, & qualiter concipiatur.

Ad primum legis commiſſoriæ; omiſſa diffuſa, & vt moris,

moris, ſingulari declaratione quam circa totalem huius
pacti materiam facit Couarr. variar. reſolut. lib. 3. capit.
2. num. 6. vſque ad finem capitis, & quam tractant om-
nes inferius citandi authores, dico, pactum hoc dici il-
1100 lud, quando venditur † aliqua res ſub lege, & pacto,
quod precio non ſoluto in termino præfixo res ſit inem-
pta, ſeu venditio nulla fiat, ad text. in l. 1. & 2. ac toto ti-
tulo, ff. de lege commiſ. vt his verbis deſcripſit; aut ſimi-
libus, Pompon. iureconſ. in d. l. 2. & proſequuntur Card.
Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 9. num. 2. Molin. de contract.
diſput. 378. in princ. & diſp. 324. in princ. Molfeſ. de cõ-
tract. tit. de emp. & vendit. cap. 5. nu. 187. & Sigiſmund.
Scaccia de commerc. §. 1. quæſt. 7. parte 2. ampl. 12. nu.
4. verſ. primus caſus, ac ante hos Ioã. Baptiſta Lupus ad
l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. in commentar. de
vſur. commentar. 2. in præfat. num. 3. Appellaturque le-
1101 gis commiſſoriæ; † quia res vendita, aut pignorata
ſub hac lege incidit in commiſſum quaſi quod contra-
ueniens committat pęnam pacti, & res afficitur lege, ſub
qua tranſlata fuit, exemplo commiſſorum empluteoti-
corum lex commiſſoria appellatur, de quibus loquitur,
l. 2 ff. de iur. emphit. ac l. cõmiſſa, ff. de public. & vectig.
probant Cardi. Mantica, vbi ſupra, num. 1. & Lupus nu.
3. clariuſque Roderic. de ann. reddit. libro 2. quæſtio. 2.
num. 24. & 25. ſed alio, & paradoxico modo declarat
Anto. Fab. de error. pragmat. decad. 21. error. primo;
omninò videndus.
Ad ſecundum, pactum commiſſoriæ licitum indica-
1102 tur † in venditionibus ad text. in l. 3. ff. de contrah.
empt. l. 1. & 2. & tot. tit. ff. de leg. comiſſ. in pignoribus
1103 autem improbatur † ad tex. in l. 2. & 3. C de pact. pi-
gnor. & c. ſignificante, de pignor. diuerſitatis rationes
ſic per noſtrates congeruntur; nam in venditione ideo
recipitur pactum, quia illud concipitur per venditorem,
vt venditio diſſoluatur, ad tex. in d. l. 1. & 2. & l. ſi fundus
in principio, ff. de leg. commiſſ. fauore enim venditoris
appoſitum intelligitur; quia is adimpleuit tradẽdo rem
venditam, ex parte ſua, & propterea validè paciſcitur, vt
1104 reſoluatur contractus, † ſi ex parte emptoris nõ fue-
rit ſoluendo promiſſum precium adimpletum, res enim
nequaquam reſidere debet penes illum, qui ſuper eadẽ
re fidem fefellit, ad tex. in l. lege fundo, ff. de lege com-
miſſor. in fine, & per hoc licito iure ſeruabitur hoc pa-
ctum in venditionibus, cum nulla lege cautum reperi-
1105 tur, vt denegetur, conſenſu diſſolui, † quod cõſenſu
eodem colligatũ fuit, quia tota lege permittitur, ad text.
in l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur. & illo clarius con-
currente iuſtitiæ commutatiuæ æqualitate; tangunt hoc
Card. Mant. & reliqui præcitati authores, ſed nõ ſic aper
1106 tè declarant; imò & ſecundò in venditionibus † res
communiter ſolet vendi iuſto precio, ideo pactum ope-
ratur, vt poſt Abb. Bal. Pariſien. Alex. & Couarr. probat
Lup. vbi ſup. num. 16. ſed non diſcedas à primis noſtris
rationibus.
At in pignoribus ita concipitur pactum, vt emptio-
nem ad commodum creditoris inducat taliter quoddo-
1107 minium † in eum transferatur, dict. cap. ſignifican-
te, & d. l. vlt. C. de pact. pigno. & qui mutuam pecuniam
1108 eſt accepturus † neceſſitate quadam coactus cuilibet
pactioni facilè conſentit, quæ in venditionibus ceſſant,
vt poſt Tiraq. de retract. conuent. in fin. num. 135. notat
Mantica vbi ſupra, num. 3. demum ne creditor ratione
ſolutionis dilatatæ, ac mutuatæ pecuniæ rem debitoris
emptam habeat minus iuſto precio, & ſic cauſa mutui
1109 lucrum accipiat, & propterea † ob compeſcendam
creditorum aſperitatem, & adiuuandam fragilitatem,
& captionem debitorum, ad tex. in d. l. vltim. damnatur
hoc pactum in pignoribus, vt latius proſequuntur ſuper
hac vſuraria pactione poſt Couarr. & alios; Lupus in ci-
tata præfatione, num. ante 16. & Cardin. Mantica, vbi
ſupra nu. 3. verſ. ſecunda ratio, ac breuiter Molin. d. diſp.
324. num. 3. ſed aptius Roderic. de ann. redd. lib. 2. cita-
ta quæſt. 11. num. 26.
Ad tertium, vt clarius dilucidetur, quando hoc pactũ
licitum ſit in pignore ponam regulam negatiuam, cum
1110 † aliquibus tantum extenſionibus, & demum ſubij-
ciam reſtrictiones, ſed illas tantum quę forenſiores ſunt,
& magis controuertuntur, eò quod pro alijs, ſufficit le-
ctorem ſtudioſum remittere ad Doctores hunc articulũ
plenius explicantes.
Regula generalis enim ſit, quod pactum legis com-
miſſoriæ in pignoribus nequaquam recipitur, ſed im-
1111 probatur, † nempè, ſi dicatur inter debitorem, &
creditorem, vt ſi debitum in termino præfixo non fuerit
ſolutum, res pignori data ſit creditoris, ſeu pro debito
ſit empta iuribus ſuperius allegatis; huic regulæ ſubij-
ciam extenſiones remiſſiuas tantum, quia difficultari il-
læ non poſſunt.
Extenditur regula etiam ſi pactum factum fuit, quod
1112 pignus † luere non valeat debitor, quia hoc commiſ-
ſoriæ pactum iudicatur; ſecundò etiam ſi conuentum
fuerit ad preces debitoris, tertiò etiam ſi pignoris pro-
prietas tantum reſeruetur creditori, & vtilitas debitori,
quartò ſi pactum initum ſit generaliter, aut ſpecialiter,
quintò non ſolum in mutuo; ſed in omni contractu ex-
cepta venditione, ſextò etiam ſi pactum fiat ſimile pa-
cto commiſſoriæ, ſeptimò non valebit pactum, etiam ſi
iuramento firmabitur, octauò non tenet etiam ſi con-
ſuetudine præſcriberetur, nonò non recipitur, quamuis
debitor huic legi, & ſuo fauori renunciauerit, decimò,
& vltimò, vt vſque adeo ſit pactum hoc reprobatum, vt
debitori facultas offerendi debitum, & redimendi pi-
gnus nunquam tollatur; quarum extenſionum, aliquas
congerit Neguſant. de pignor. par. 4. & omnes cumulat,
ac iuribus, & auctoritatibus comprobat Card. Mantica,
de tacit. & ambig. lib. 11. citato tit. 9. à num. 5. vſq. ad fi-
nem tituli.
Reſtringitur primo loco regula, vt illa locum non
obtineat, quando pactum hoc apponeretur in pignore
1113 † ex interuallo, cum iſto caſu debitor non egens fa-
cilè non inducitur ad paciſcendum arbitrio creditoris,
vt pecuniam accipiat, ceſſatque ratio, quod debitor ne-
ceſſitate coactus ſuam rem iniuſto precio vendat, Bart.
Cune. Bald. & Salic. in l. Titius, ff. de pignor. action. Bar.
& Caſtr. in l. quamuis, ff. de ſolu. Abb. & Alex. quos pro-
bat Neguſ. in citata 4 part. princip. nu. 6. in 1. fallentia,
Cin. Pet. Faber Bart. Bald. Salic. Cune. Alexand. Fab. de
Monte, Bero. Tiraq. & Couarru. quos congerit, & pro-
bat Cardin. Mantica, in allegato lib. 11. tit. 10. num. 2. &
* ſequen. quorum communem opinionem dicunt Couar.
& Lupus inferius citandi ac receptiſſimam dicit Card.
Mantica, vbi ſupra num. 6. valetque pactum quoad ef-
1114 fectum † agẽdi Bar. Caſtr. Abb. & Alex. quos probat
Neguſ. vbi ſupra, & Cardin. Mant. citato loco, nu. 5. ad-
do Ripam in l. nemo poteſt, nu. 14. ff. de leg. 1. & Guid.
Papã deciſ. 6.
* Sed communem hanc opinionem falſam dixerunt,
Couarru. variar. reſolut. lib. 3. cap. 2. num. 8. verſ. tertio
hinc,

hinc,& Lupus ad l.2. C. de pact. inter empt. & vendit.
commentar.2.de vſur.in præfatione,num.18. cum non
1115 diſſimiliter † procedant rationes de pacto commiſ-
ſoriæ inito in principio & illę de pacto inito ex interual-
lo,vt ijdem probant,dicentes text.in d.l.Titius, ff.de pi-
gnorat. act. quo mouentur ſectantes communem opi-
nionem loqui in datione in ſolutum, quæ omni iure di-
citur licita ideo pactio commiſſoria omni iure in pigno-
re improbatur,& omni tempore; & diuerſo iure,ac om-
ninò extra praxim procedere debere dixit, ac ſubtiliter
probauit Ant.Faber de err. pragm. decad.21. error.2.
1116 contra Couarru.inuehit Card.Mantica, † de tacit.&
ambig.citato tit.10.num.6.dicens loquutum fuiſſe Co-
uar. contra Doctores receptiſſimę authoritatis demon-
ſtrantes rationis diuerſitatem.

Opinionē autem Couar.& Lup.illis non citatis defen
dit Roder.de ann.red.lib.2. allegata q.2.nu.22.ſed di-
1117 uerſis comprobat medijs,nempè † tex. in d.l.quam-
uis,ff.de ſolut.indiſtinctè loqui,ſecundò,text. in l.final.
Cod.de pact. pignor. vtique in terminis loqui indiſtin-
ctè, & ſic illum procedere tam in pacto incontinenti,
quam ex interuallo, nam cum lex non diſtinguat, nec
1118 † nos diſtinguere debemus, l.de precio,ff. de public.
in rem act.cum concord. probans rapacitatem credito-
ris ſemper ineſſe, ac tex.leg.Titius, quo probatur com-
* munis opinio non magis habere pactum commiſſoriæ,
quam text.in l.eleganter in fine principij eodem titulo,
ff.de pignor.act.& l.ſi prædium. C.de ſolut.in quib. da-
tiones in ſolutum reputantur legitimæ venditiones,quā
opinionem indiſtinctè probatam, tam ſi incontinenti,
quam ſi ex interuallo pactum inſcribatur, ampliat Ro-
dericus vbi ſupra decem modis, eamque limitat qua-
tuor modis pulchrè ſubtiliter deducendo eas in praxi,
eandem Couarruu. opinionem probat, & in praxi ſer-
uari dicit Pinell.de reſcind.vend.l.2.part.2. Rubr.cap.
3.num.30.

* Ego vero dico text.d.l.Titius, ſatis probare commu-
1119 nem opinionem,& loqui in proprijs terminis, † nec
violationem prædictam recipit, circa pactum ex inter-
uallo appoſitum,ſed in quantum ſectantes communem
* opinionem tribuunt illi legi, vt pactum dicat, quod pi-
gnus ſit vēditum,& in ſolutum datum creditori pro de-
bito,nego probari per dictam legem; vt euidenter pro-
babo vtrumque motiuum.

1120 Pactum enim hoc fuiſſe in caſu illius legis ex inter-
uallo initum, probatur in illis verbis, (*& cum in petraſ-
ſet epiſtolam,quam ſe vendidiſſe fundum creditori ſignifi
ficaret emiſit,*)quod nullus negat,nec ab alijs controuer
titur, ſed controuerſia eſt ſi tex.ille decidat quæſtionem
an pactum hoc exemplificatum ſuperius in regula poſi-
tum ex interuallo ſit validum, vt res pignori data in ſo-
lutum remaneat creditori, aut vendita pro quantitate
debita; & hoc (vt ad motiuum, quod ego nego deue-
1121 niamus) nequaquam probari † in eadem lege; ſatis
ab illa apertiſſimè dignoſcitur, immo clarius videri in
eo implicitè contrarium,vt inferius demonſtrabitur,id-
circo ad hoc, vt hæ duæ opiniones in futurum non pu-
gnent amplius,ſed claram recipiant conciliationem, &
text.in d.l.Titius ab omnibus, ſine ſubauditis animad-
uerſionibus recipiatur; duo in hac reſtrictione erunt cō-
ſiderandi caſus.

Primus caſus erit,ſi pactum hoc ex interuallo factum,
aut incontinenti, ſic concipiatur videlicet,vt res pigno-
ri data,vendita,aut in ſolutum data remaneat credito-
ri,pro debito,ſi in termino præfixo debitum non ſolua-
1122 tur,modo,vt in regula exemplificatum fuit;& † tunc
duę conſiderabūtur inſpectiones,& illarum prima,nam
aut pignus æquiualeat debitum,vel minoris valoris fue-
rit; aut verò & ſecundò ſuperabit debiti valorem.

In prima inſpectione indiſtinctè dicas, vel ex inter-
uallo, vel autem incontinenti ſit appoſitum pactum,
1123 idem pactum † ſemper valere, & licitum eſſe, cum
nullo iure prohibeatur quempiam vendere poſſe cui.
1124 que rem ſuam † ad text.in l.dudum, Cod. de cōtrah.
empt. niſi data vſuraria fraude, quam omnes præcitati
Authores conſiderant.qua ideo ſemota, venditio pigno
ris omni iure recipitur cum abſque creditoris lucro ce-
dat,& ſic ceſſantibus rationibus,quibus commiſſorię pa
ctum in pignore improbatur,at concurrente æqualitate
dati,& accepti, nuncupata iuſtitia commutatiua, quæ
in omnibus contractibus,& commercijs ſeruari debet;
vt probant Ariſtot. D. Auguſt. D.Thom. & Scot. quos
citat, & ſequitur Ioan Baptiſta Lupus in cā.nauiganti,
de vſur.comment.3.§.2.nu.mihi 76. verſ.infertur quin
to,& comprobat Sigiſmund. Scaccia,de commerc.§.1.
1125 quæſt.5.num.99. contractus hic † ex omni ſui parte
licitus iudicabitur, Medin.de reb.per vſur.acquiſit.quę-
ſtio.5.verſic.verum, colum.4.initio, & Lupus vbi ſupr.
ſin autem res pignorata æquiualeat debitum, tunc pa-
ctum commiſſoriæ continebit æqualitatem dati, & ac-
cepti,& conſequenter ex omni parte validum, & ſi mi-
noris valoris ſit lucrum,non erit ex parte creditoris,ſed
1126 debitoris, quod citatæ leges † non improbant, ſed
potius commendant; hanc opinionem probarunt in-
diſtinctè Afflict.deciſ.368.num.2.Pinell.in l.2.C.de re-
ſcind.vendit.par.2.rubr.cap.3.num.32.verſ. ex ſcriptis
autem in fine capitis,Guttier.de iuram.confirm.par.1.
cap.33.num.3.Couarruu.variar.lib 3.cap.2. numer.7.
verſic.ſecundo pactum,Lupus ad d l.2. C. de pact. int.
empt. & vendit.comment.3.de vſur in pręfat.num.21.
ver.vt ergo pactum,Neguſant.in citata par.4.nu.6. fal-
lent.2.Tiraq.de retract.conuent. ad finem titul.numer.
138. Cardin. Mantica, in allegato titul.decimo,num.
19. in quinta reſtrictione, & plures alij, quos ſciens
prætereo.

Comprobatur hæc inſpectio, quia quando pignus
1127 † æquiualet debitum, vel minoris valoris eſt, tunc
vt plurimum omittitur pro derelicto,& eius dominium
transfertur in creditorem, tanquam in vim alienatio-
nis pignoratum ex traditis ſuperius numero 1097. &
ſequent.

Comprobatur ſecundò, nam vſque adeo vera eſt
hæc concluſio,vt illa etiam dijudicabitur tenenda,ſi ni-
1128 hil de precio adijciatur,quia intelligeretur † de iuſto
precio,vt omnes præcitati Authores probant, & in ſpe-
cie Neguſan.fallent.3.& Roderic.de ann.reddit. lib.2.
quæſt.2.num.7.

His verò non obſtantibus contrarium verius dixit
Roderic.de ann.redd.loco citato,num.15.16.17. & ſe-
1119 quent. aduertens pactum hoc, etiam iuſti precij † in
eo mentione facta,vſurarium reputari,cum creditor lu-
crum, & cōſiderabile commodum percipiat ob pactui-
tam venditionem, aut alienationem in ſui beneficium
promiſſam;ex qua debitor damnum conſequitur, & æ-
1130 ſtimationis rei ſuæ diminutionem reportans, † ad
text.in l.ſi æquo, ff. de legat.1. Accedunt huic motiuo;
quæ in ſimili congerunt Couar.Moli.Scac.& Molf.quos
probauimus ſup.cap.1.tit.de camb. quæſt.8. nu.2265.

Verum

Verum conciliat idem Rodericus vbi ſupra num.
19. vt hoc ſuum deductũ motiuum procedat, quando
1131 debitor cogeretur vendere pignus, quod † alioquin
non eſſet venditurus, ſed ſi pactio commiſſoriæ modo
prædicto, facta ſit ad tutiorem pecuniæ debitæ cautio-
nem iure iuſtæ venditionis,& dationis in ſolutum, tunc
*communem ſupra relatam opinionem veram eſſe con-
cludit,quam conciliationem probabilem dijudico,pro-
ut veriſſimam ante Roder.dixit Couar.d.cap.2.libro 3.
variar.num.7. verb.ſecundo pactum, verſiculo quę qui-
dem ratio.

In ſecunda inſpectione, vtique indiſtinctè dicas pa-
ctum hoc omni iure eſſe improbatum,& proinde vſura-
1132 rium, & intrant omnia iura prohibentia † commiſ-
ſoriæ pactum in pignore ad tex.in l.fin.C.de pact.pign.
& c.ſignificante,de pign.intrãtq. omnes rationes,quas
probauimus ſuperius nu.1115. & ſeq. ex quibus reddi-
tur indubitabilis hæc inſpectio.

Secundus autem principalis caſus erit,quando pactio
commiſſoria contineret, quod ſi in præfixo termino de-
1133 bitum non ſoluatur, pignus † remaneat in ſolutum,
aut venditum creditori pro aliquo certo precio; & tunc
iterum ſubdiſtinguas duos articulos; nam aut expreſſio
precij cõtineat iuſtitiam valoris pignoris, & erit primus
articulus; aut verò contineret iniuſtitiam, & erit ſecun-
dus articulus.

In primo articulo dicas procedere omnia relata ſu-
1134 perius in prima inſpectione cum æqualitas dati, † &
accepti quemlibet contractum iuſtificet, ex latè traditis
in dicta inſpectione; & in terminis huius articuli loqui-
tur Marcellus conſultus in d.l.Titius.ff.de pignor.actio.
quo tex. probatur communis relata diſtinctio de pacto
commiſſoriæ inito incontinenti, vel ex interuallo; con-
ſultus enim illæ his verbis noſtrum hoc dictum probat,
(vt fundum certo precio emptum haberet,) nam ſi pactio
1135 commiſſoria de certo precio mentionem † faceret,
illudque iuſtum erit, vt in dubio præſumitur ex dictis
per Doctores citatos ſupra num.1128. valebit, & licita
erit, vel incontinenti, vel autem ex interuallo interpo-
natur cum deciſio Marcelli in d. l. Titius fundata ſit in
expreſſione certi,& iuſti precij, non autem in interual-
lo, prout in hoc vltimo, nempè, circa interuallum ſatis
ſingulariter demonſtrarunt Couarruu. Lupus Pinell. &
Roderic. locis adductis, fraudari leges prohibentes pa-
ctionem commiſſoriæ in pignore, cum creditores ſem-
per procurarent ex interuallo interponi pactionem, &
fundari deciſionẽ Marcelli in d.l.Titius non in interual-
lo, ſed in expreſſione certi precij iuſti,probauerunt,ſed
non tam clarius,poſt authorem damnatæ memoriæ,Pi-
nel.ſuperius citatus,num.30.verſic.placet etiam,& Lu-
pus dicto commentar.2 in præfat.num.18.verſ.ſed ad-
uertendum eſt,hicq.erit verus, & ingenuus intellectus,
d.l.Titius.

In ſecundo verò articulo idem iudicium applicãdum
erit, quod applicatum fuit ſuperius in ſecũda inſpectio-
1136 ne,ne per expreſſionem iniuſti precij † fraudetur di-
ſpoſitio, l.fin.C.de pact.pignor.

Reſtringitur ſecundò principalis regula,quãdo pactũ
factum fuit inter debitorem,& fideiuſſorem ſuum, vt ſi
pignus vſque ad certum tempus non liberetur,& ipſe fi-
1137 deiuſſor debitum ſoluerit, † tunc pro debito ſoluto
pignus ſit fideiuſſoris,ad tex.in l.fin.vbi Bart.ff. de con-
trah.empt. quodque duabus rationibus probatur, & il-
1138 la prima,quod pactum valet cum fideiuſſor† poterit
lucrum habere ex fideiuſſione,ad text.in l.ſi remunerã-
di,§.Maurus,ff.mandat.cum alijs iuribus,& Bar. Caſtr.
Boer.Couarruu.Mantic.Azor.Carroc.Surd.Roderic.&
alijs citatis probat Molfeſ.in ſumma de contract. capit.
19.num.72. reſponſ.7. vbi ſic coram Summo Pontifice
deciſum refert. Alia & ſecunda ratione, quia pactum
1139 pignoris, & ceſſante † cauſa pignoris ceſſant prohi-
bitiones ex d.l.fin. C. de pact.pignor.& aliarum diſpo-
ſitionum, hiſque adductis proſequuntur Doctor.in d.l.
fin.de contrah.empt.Afflict. Neguſant. Bart. Paul.Bal.
Salic.& alij,quos probat,& communiter teneri teſtatur
Cardin.Mantica, de tacit.in ſæpius allegato lib.11.tit.
10.in 7. reſtrict. num.35. ac Regin.in lib.25.ſuæ prax.
num.600. & Molfeſ.in dicto capit.18. reſponſione 10.
num.73.

1140 Contra reſtrictionem † reſponderunt Couarruu.
dict.cap.2.lib.3.variar. nu.7. verſ.ſecundò pactum Lu-
pus,vbi ſupra num.17. verſ. infertur quoque (licèt hic
pro reſolutione dicat, id quod Cardin Mantica reſoluẽ-
do,& reſpondendo motiuis Couarruu.adduxit,)Pinell.
vbi ſupra num 31.Roderic.de ann.reddit.citata quæſt.
num.6. & ſequen. ac Imol. & author damnatæ memo-
riæ, relati per Couarru. vbi ſupra,dicentes communem
ſententiam falſam,& iniquam,aſſimilantes creditorem
fideiuſſori, & è contra circa hoc pactum, ſed omiſſis ra-
tionibus adductis per authorem damnatæ memoriæ,&
per Imol. relatis per præcitatos authores; inter quas,
quod tex.in d.l.fi.ff.de contrah.empt. non dicat, quod
prædia ipſa ſint fideiuſſori empta pro debito, ſed ſimpli
citer dicit, quod ſint empta, ideo intelligitur de iuſto
precio, vt ſæpius ſupra annotatum fuit; aſſequor ratio-
nes,quas ſingularius notat Pinell.vbi ſupra,verſ.ſed nec
Imola;dicens tempore,quo fuit promulgata lex fina.ff.
1141 de contrah.empt. † nullo iure reperiebatur prohibi-
ta pactio commiſſoriæ in pignore,vt probant Pinell. lo-
co citato,& Roder. num.6. allegato, & acutius probat
Ant.Faber ſubtiliſſim.iureconſ.de error.pragm.decad.
21.error.1. num.9. & 10. ideo tanquam anterior l.fin.
C.de pact.pign.non poterit adduci pro limitatione d.l.
prohibitiuæ generaliter, & cum in fideiuſſore magis vi-
geat ratio eiuſdem l.fin.C.de pact.pignor.quia fideiuſ-
1142 ſio † adeo gratuita eſſe debet,vt rupta fides dicatur,
ſi fideiuſſor emeret bona debitoris, & non reſtitueret,
ad text.in l.1. C.de dolo,item fideiuſſor poſtquam cre-
1143 ditori ſoluit † ſuccedit in locum illius, & creditor eſt
iuxta doctrinam l.creditorum la prima,ff.de ver.ſignif.
ideo text.in d.l.fi. ff. de contrah.emptio.magis de quæ-
ſtione voluntatis,quam poteſtatis agit, nempè, de co-
1144 gnoſcendo, quid inter contrahentes † conuentum
cenſeatur,non verò an contrahere potuerint,nec Sceuo
là in d.l.dubitare potuit,an pactum commiſſorię ibi va-
leret in pignore,cum illo tempore nequaquam erat im-
probatum,ita Pinell.ibi,& Roderic.d.num.6.ex quibus
reſoluuntur media adducta pro communi opinione, nã
1145 fideiuſſor licèt lucrum accipiat †pro fideiuſſione,ta-
men acceptio illa licita iudicabitur, pro ſua indemnita-
te tantum, non autem pro habendo pignora debitoris
pro minori precio, vt latius probat Roderic. vbi ſupra,
num.8.poſt Couar.Pereir. & alios probans,nu.9. quod
ſi fideiuſſor ex pacto emerit, ſeu retinuerit rem pigno-
ratam,quamuis pactum loquatur de iuſto precio,tamẽ
1146 pendente declaratione iuſti precij,poterit † debitor
moram purgare, ſoluendo debitum cum intereſſe legi-
timo,& rem recuperare.

Ego,

Ego, vt dixi, aſſequor hanc contrariam opinionem tanquam veriorem; eamque vnico altero fundamento
1147 probabo, nam omnis pactio † continens iniuſtitiam dati, aut accepti illicita iudicabitur, quia non ſunt ſeruata extrema iuſtitiæ commutatiuę, modò vt probauimus ſuperius, num. 1124. & ſeq. & ſi hoc verum eſt, veriſſimum conſequenter erit, pactionem iſtam iniuſtam cum fideiuſſore, illicitamq. æquo iure iudicari; immo Molfeſ. in d.c. 18. nu. 73. ſupponit, authores loquutos fuiſſe data æqualitate prædicta, & abſque vſurarum fraude, & non diſſentit Molin. de contract. diſp. 324. nu. 6. cum fides dicatur rupta, vt ſuperius adnotauimus.

Quod autem in extenſionibus adnotauimus circa pactionem hanc non validandam etiam cum iuramento; & ſi hanc extenſionem indiſtinctè teneat Anto. Fab. de error. pragm. decad. 21. error. 8. num. 4. tamen firmari
1148 † iuramento, hanc pactionem, magis communiter reſponderunt authores, quorum receptiſſimam dicit Fachin. controuerſ. iuris, lib. 10. cap. 73. reſpondens ſubtiliſſimis conſiderationibus Fabr. in citato error. ſed iudicio meo non ſatisfacit.

In praxi autem ſeruatur, quod pactio hæc non cōfir-
1149 matur † iuramento, ſed iuramentum ſeruabitur Neguſant. de pignor. citata par. 4. ampl. 3. nu. 3. Guid. Papa quæſt. 6. Tiraq. de retract. conuent. ad finem tit. nu. 119. Surd. deciſ. 248. num. 21. Cardin. Mantic. d. lib. 11. tit. 9. nu. 13. poſt Couarr. Bero. & alios; ac exactius Roderic. de ann. redd. citata quæſt. 2. num. 34. poſt Menoc. Gre-
1150 gor. & Guttier. taliter quod neceſſaria erit † abſolutio à iuramento, vt in praxi ſeruatur, & teſtatur Mantic. vbi ſupra, ac Roder. vel ſi debitor adimpleuerit, agere actione ſine cauſa, vt Roderic. vbi ſupra.

1151 Reliquas reſtrictiones † nō ſic difficultatas, facilè perlegere poterit amicus lector penes Neguſ. d. 4. par. Surd. d. deciſio. 248. Ant Fabr. tota decad. 21. ſuperius citata Card. Mant. dd. tit. 9. & 10. Lup. vbi ſup. Pinell. loco citato, & elegantius penes Roderic. in d. q. 2. quamuis penes Fabrum ſatis ſubtiliter, ſatiſq. paradoxicè materia ſuo more habebitur.

Pactum itaque (vt ad illud reuertamur) addictionis in diem pauciſſimis explicabitur, nam diſtinitur, & deſcribitur per Paul. iureconſ. in l. 1. ff. de in diem addict.
1152 quod ſit, quando † conuentum eſt, vt ſit fundus venditus, puta pro centum, niſi quis infra proximas chalen. Ian. meliorem conditionem fecerit, quo res à domino abeat; explicant Lup. in citato comment. 2. in præfa. nu. 2. & clarius Molina diſput. 378. in princ. quomodo ve-
1153 rò differant † hoc, & pactum commiſſoriæ, breuiter ſed doctè docet Felician. de cenſ. lib. 1. cap. 6. nu. 6. cum multis ſeq. alia ad materiam Iaſ. in l. ab emptione, ff. de pact. & quod debet ſcribi addictionis in diem non autem adiectionis, Pariſ. ad Bart. in rubr. ff. hoc tit. aliqua alia ſuo particulari loco dicentur, ſed latiſſimè ad totalem pacti huiuſmodi materiam Cardin. Mantica, de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 28. tom. 1.

SVMMARIVM.

1154 Pignus dupliciter conſiderari debet.
1155 Obligata res duplici actione petitur, nempè perſonali, & hipothecaria.
Hipothecaria non oritur ſine perſonali actione, & obligatio naſcitur ex contractu, vel quaſi, ibid.
1156 Perſonalis actio oritur ab obligatione.
Perſonalis actio dicitur, tàm ex parte creditoris, quam ex parte debitoris, ibid.
Perſonalis actio dicitur ex parte creditoris, quia perſonæ illius inſeparabiliter cohæret, oſſibuſq. affixa. ibid.
1157 Perſonalis actio dicitur etiam ex parte dibitoris, cum eius perſonam ſemper ſequitur, illamque non egreditur ſicut lepra leproſum.
1158 Perſonali actione petimus id, quod nobis debetur agimuſque ad id, quod non eſt noſtrum, ſed nobis debitum.
1159 Creditori competunt actiones nonnullæ, quæ ex clauſulis inſtrumentarijs oriuntur, remiſs.
1160 Pignoratitia actio duplex eſt.
Pignoratitia actio directa, quæ exercetur contra creditorem, eiuſq. hæredes ad inſtantiam debitoris eiuſq. hæredum quæ, ibid.
1161 Pignoratitia directa competit debitori ſoluto debito, & quomodo id intelligatur.
1162 Debitor, quando poteſt vti pignoratitia etiam non ſoluto debito, & ſeq.
1163 Debitor integrè offerens pecuniam poteſt agere pignoratitia aduerſus creditorem.
1164 Dilatio ſolutionis reſpicit commodum debitoris.
1165 Pignoratitiam directam competere debitori pluribus modis ampliatur, & limitatur, & ſeq.
1166 Debitor etiam ſi ſoluerit ſortem principalem, ſi tamen vſuras licitas, non ſoluerit, nō poteſt agere pignoratitia aduerſus creditorem, dummodo tamē pignus etiam pro vſuris fuerit obligatum, de veritate inf. num. ſeq.
Text. in l. quæro, ff. locat. explicatur, dicto num. 1166. & ſequen.
Text. in l. ſolutum, §. ſi in ſortem, ff. de pign. act. declaratur, ibid. & ſeq.
Obligatio pignoris circa ſortem, an extendatur ad vſuras & an etiam circa anterioritatem, ibid.
1167 Vſuræ differunt ab intereſſe, & ſeq.
1168 Intereſſe omni iure permiſſum eſt, non ſic vſura.
1169 Vſura reſtauratoria, vel recompenſatiua dicitur etiam intereſſe damni, aut lucri, & de hac intelligit tractare Author, num. 1170.
1171 Obligatio hipothecæ expreſsè contracta ſuper ſorte tantum in dubio extenditur ad vſuras.
1172 Diſpoſitum in principali videtur diſpoſitum in eius acceſſorio.
1173 Intereſſe cum principali vnum, & idem iudicantur, etiamſi principale tantum expreſſum ſit.
1174 Intereſſe iudicatur idem cum principali iuris fictione.
1175 Hipotheca contracta taxatiuè tantum ſuper ſorte non trahitur ad vſuras.
1176 Creditor anterior in ſorte eſt etiam anterior in vſuris.
1177 Intellect. text. in leg. Lucius Titius, ff. qui pot. in pign. hab.
Vſuræ ſunt acceſſiones ad ſortem, ideo eadem prælatione gaudent, qua & ſors, ibid.
1178 Creditor in pignore tenetur de dolo, lata culpa, & leui, immo de leuiſſima, & caſu fortuito, ſi id creditor expreſsè in ſe aſſumpſiſſet.
1179 Creditor pignoratitius tenetur de intereſſe veſtium pignoratarum, ſi fuerint corroſæ à tineis, vel muribus, quia dicitur fuiſſe in leui culpa.

1180 *Creditor in pignore, quando & quo: nodo teneatur de dolo, culpis, & caſu fortuito.*

Creditor an debitor teneatur probare in pignore commiſſum fuiſſe dolum, culpas, vel caſum fortuitum, ibid.

1181 *Creditor ſi fuit in mora reſtituendi pignus, tenetur de culpa leuiſſimaq́; immo de caſu fortuito.*

Creditor tribus caſibus poteſt vti pignore, niſi expreſſè prohibitum ſit, ibid.

1182 *Creditor poteſt vti pignore incommodum debitoris.*

1183 *Creditor poteſt vti pignore, ſi nullum ſequatur detrimentum debitoris, vt vtendo aliquãdo vaſe aureo, &c.*

1184 *Creditor poteſt vti equo pignorato ad ſaltandum, & quare.*

1185 *Creditor poteſt vti pignore, quando vſus illius pignoris gratis ſolebat per debitorem concedi, & communiter inter amicos, niſi de non vſu pactum fuiſſet, num. ſeq.*

1187 *Creditor non poteſt vti pignore etiam in caſibus permiſſis, ſi debitor detrimentum famæ pateretur.*

1188 *Pignoratitia actio eſt merè perſonalis.*

1189 *Debitor habet actionem in factum, vel rei vendicationem aduerſus tertium ſingularem ſucceſſorem pignoris.*

1190 *Creditor, vel eius hæres habet pignoratitiam contrariam aduerſus debitorem, eiuſque hæredes pro expenſis factis in pignore.*

1191 *Creditor habet contrariam pignoratitiam aduerſus debitorem, vel eius hæredes, ſi circa pignora commiſiſſet fraudem, vnum pro alio dando, &c.*

1192 *Expenſæ factæ in pignore quomodo probentur.*

Pignoratia actio, quomodo procedat, ibid.

Conſenſus debitoris quando cenſeatur adhibitus in vſu pignoris, ibid.

QVÆSITVM DECIMVM.

DEcimum quæſitum non habebit ſatis amplam explicationem cum in pluribus locis de nonnullis actionibus competentib. creditori ſermocinabitur, dico ideo hoc in loco du-
1154 pliciter debere † conſiderari pignus, ex quo actio naſcitur, vt de tali actione aliqua dicentur, nam aut ſumus in pignore, ſeu in re obligata, & pignori ſuppoſita, quæ per debitorem poſſidetur, & erit vna inſpectio explicanda.

Aut, & ſecundò ſumus in pignore, ſeu re pignorata creditori tradita pro ſui crediti pinguiori ſecuritate, & erit ſecunda inſpectio diſceptanda, ac declaranda.

Pro explicatione primæ inſpectionis notum ſatis eſt, creditorem habere actionem realem hipothecariam
1155 ad experiendum ſuper re obligata, † nec non, & habere perſonalem actionem, quæ oritur quando fit obligatio, ad text. in l. contrahitur verſ. propter aliquam obligationem, ff. de pignor. ſine qua perſonali actione hipotheca nequaquam naſcitur, vt poſt Doctor. in dict. l. contrahitur, & poſt Neguſant. probat Surd. conſ. 146. volum. 1. num. 3. & conſil. 243. num. 10. vol. 2. ac deciſ. 174. num. 20. Gratian. diſceptat. forenſ. tomo 2. capit. 294. num. 15. & clarius probant hoc iura relata per Neguſant. de pignor. par. 6. memb. 2. num. 5. idemque Neguſant. ibi, & Anan. Bologn. Bellamer, & innumeri relati per Cardin. Tuſch. concluſ. 113. tomo 4. in ver. hipotheca, ac Muta deciſio. 24. num. 20. ſine itaque perſonali hipothecaria non oritur, ita pręcitati authores, & omnes vbique, nam cum obligationes oriantur ex contractu, vel quaſi, ad tex. in l. 1. in principio, ff. de act. & obli-
1156 gat §. fi. inſt. de oblig. actiones † verò perſonales procedũt ab ipſis obligationibus ad tex. in l. licet, §. ex obligatio, ff. de procur. dicunturque perſonales tam ex parte creditoris, quam debitoris, ex parte autem creditoris, quia perſonæ eius inſeparabiliter cohærent, & ſunt affixæ oſſibus ſuis, ſicut eſt character baptiſmi, & aliorum ſacramentorum, ex parte autem debitoris, quia ille ad-
1157 ſtringitur † ad id, quod in obligationem deuenit, eò quod nunquam egrediuntur perſonam obligati, ſed ſẽper aduerſus eum locum habent, ſequunturque eum ſicut lepra leproſum, vt poſt gloſ. quas allegat, hæc omnia probat Iaſ. in §. omnium autem, num. ſecundo, Gomeſ. nu. 1. & 2. ac alij omnes inſtit. de actio. per actiones
1158 perſonales petimus id, quod ad nos pertinet, † ſeu id quod nobis debetur, agimuſque ad id, quod non eſt noſtrum, ſed nobis debitum Iaſon. § quædam num. 18. inſtit. de act. quomodo verò concurrant creditores perſonalem tantum habentes actionem in vltimo quæſito dicetur.

Reliquas actiones competere etiam creditori hipothecario, certas ex clauſulis appoſitis in inſtrumento,
1159 † vel ex alijs iuridicis remedijs ſatis abundè diſceptatum fuit ſuperius nu. 706 cum infinitis ſeqñ 7. quæſit. differentias verò inter hipothecariam & ſequentem pignoratiam ponit Neguſant. de pignor. par. 7. memb. 1.

In ſecundæ inſpectionis explicatione intrat materia actionum, quæ adnotatur in toto tit. ff. & C. de pignor. actio. & tex. §. fin. inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. idcirco in cauſa huiuſmodi pignoris duplex pignoratitia
1160 oritur † actio vna, quæ datur debitori, eiuſque hæredibus contra creditorem, eiuſq. hæredes ad repetẽdum pignus tale, quod fuit traditum, quæ actio oritur eo ipſo, quod ſoluitur debitum, ad tex. in d. §. fin. l. ſi rem, §. omnis, ff. de pignorat. act. ſcribentes probant, in §. item Seruiana inſtit. de action. probatq. Ioan. Criſp. Monta. in nomenclatura action. nu. 155. Oinotom. & alij in d. §. fin. Molfeſ. in d. c. 18. reſponſ. 11. in princip. latiſſimè Neguſant. de pignor. par. 7. memb. 1. & 2. & hæc dicitur directa pignoratitia, & cum diximus, pignoratitiam di-
1161 rectam naſci ſoluto debito † per debitorem, iſtud intelligas quatuor adhibitis declarationibus. & reſtrictionibus.

Primò reſtringitur, quando pignus datum fuit per debitorẽ ſub ſpe futuræ numerationis pecuniæ mutuandæ, qua non ſoluta, debitor hac actione agit.

Secundò, quando pignus datum fuit ſub conditione, illaq. defecit, aut creditor liberaſſet debitorem per pactum, aut acceptilationem.

Tertiò quando creditor abuteretur pignore, illudque malè tractaret iniuſtè, ſeu inhoneſtè, vel ſi honeſtè, quo vltimo caſu ageretur hac actione ad intereſſe.

Quartò quando debitor ageret hac actione, ad intereſſe paſſum ob dolum, & culpam creditoris, vt hæc notabiliter probat Neguſant. de pign. citata par. 7. memb.
1162 2. num. 8. his quatuor reſtrictionibus † deficientibus pignoratitia non oritur ad tex. in l. ſi rem la 1. §. omnis, ff. de pignor. actio. l. quamdiu. C. de diſtract. pigno. vel ſi
1163 integrè debitor obtulerit † debitam pecuniam, ad tex. in l. nec creditores, C. de pignora. act. & l. acceptam, Cod. de vſur. tunc actio iſta vtique oritur, & oblatio, aut ſolutio actionem hanc producunt, etiam ſi tempus

ſolu-

1164 ſolutionis † non ſit elapſum, nec dies illius ceſſit, ad
text.in l.quod in diem, ff, de ſolut. dilatio enim reſpicit
commodum debitoris, qui ſuo fauori renunciare non
prohibetur, Molfeſ. vbi ſupra, num, 78. ex tex, d.l.quod
in diem.

Denique per eundem Neguſant. citato membr.2.
nu.9. eandem regulam affirmatiuo modo propoſitam
1165 ſcilicet, pignoratitiam directam competere † debi-
tori, ampliat per quindecim extenſiones, & demum
limitat per octo fallentias; nos autem, vt moris, remitti-
mus lectorem ad ipſum Neguſant. benè, & ſolito ſtilo
prædicta omnia explanantem; & circa primam fallen-
tiam tantum aliqua dicemus, quæ iudicio meo poterũt
in dubium reuocari, quia reliqua planius procedunt.

Limitari enim dicit Neguſant. regulam prædictam
primò, vt ſi debitor tantum ſoluerit ſortem principa-
lem omittendo, vel denegando ſoluere vſuras legitimas
1166 dummodo † pro illis pignus expreſsè fuiſſet obliga-
tum, ad text. in l.ſolutum, §. ſi ſortem, ff.de pignorat.
action. concludens Neguſant. tam in d. loco, quam in
quinta parte, membr.1.num.10.ac in 4.membr.2.par.
num.48. & 49. quod etiam ſi non fuerit appoſita taxa-
tiua tantum, nunquam pignus obligatur pro vſuris, ſi
ſimpliciter obligetur pro ſorte, facta denique diſtinctio-
ne vſurarum debitarum naturaliter tantum, vel natura-
liter, & ciuiliter, quamuis ex dictis per eum reaſſumatur
veritas articuli, tamen vt videtur non ſatis illam aperit,
ſed quia articulus eſt forenſis, & proinde vtilis diſcepta-
tionis, iudicaui vtile, & neceſſarium illius veritatem
clarius aperire.

Dicas ideò, terminos, l.quæro, ff.locat. & d.l.ſolutum
§.ſi in ſortem, ff. de pignorat. act. & proinde limitatio-
nem ſupracitatam Neguſantij roborata per eum ex dd.
iuribus, & ex alijs per eundem allegatis duobus ſequẽti-
bus caſibus, explicari verius, & omninò clarius.

Primus caſus, an hipotheca, vel obligatio expreſsè
contracta ſuper ſorte cenſeatur extendi etiam ſuper vſu-
ris, ſeu intereſſe.

Secundus, illatiuè ad primum, dato quod obligatio
extẽdatur, an anterior pro ſorte hoc in caſu dicatur an-
terior etiam pro vſuris, aut intereſſe.

Ad quorum explicationem priuſquam accedamus,
1167 ſupponendum erit, admodum differre † vſuras ab in-
tereſſe, cum vſuræ ſint omni iure etiam diuino prohi-
bitæ, ad text.in c.conſuluit, & c.ſuper eò, de vſur. & Pſal.
Ezech. Leuit. & Luc. probat Regens de Ponte, de poteſt.
proreg. tit. de Regal.impoſit.§.4.num.21.immo natu-
rali, diuino & humano, ac canonico, & ciuili iure, illam
prohibitam, dicit innumer. adductis Io. Baptiſta Lupus
ad l.curabit. C.de act.empt. comment. 1. §.3. num.20.
& ſequen.

Intereſſe autem omni iure permiſſum, ex Bart. ab
omnibus ſcribentibus ſequuto in l.cunctos populos, C.
de Summ.Trin.& Fid.Cathol.dicit Dom. Reg.de Ponte
1168 vbi ſupra; verum intereſſe, & vſura reſtauratoria, ac
recompenſatiua totaliter fraternizant, quia vtraque
1169 † dicitur intereſſe damni, aut lucri, vt ſingulariter
docet idem Lupus in d.l.comment.1.§. 6. & §.7.ideo ſi
nos vtimur promiſcuè in huiuſmodi explicatione, tam
verbo intereſſe, quam vſuræ, loquutio intelligenda erit
1170 de vſura † hac reſtauratoria, & commodi percepti
recompenſatiua, & ſic de intereſſe damni, aut lucri, &
ſic de vſura naturaliter, & ciuiliter debita, Cæſar Barz.
inferius citandus, num. 1.

Ad primi caſus explicationem dicas quod licèt obli-
1171 gatio expreſsè tantum contracta † ſit ſuper ſorte, in
dubio tamen res obligata obligabitur etiam pro vſuris,
* ita Bar.de communi teſtatus in l.pignoribus C.de vſur.
motus ex allegata l.quæro, ff.locat. & l.centum Capuæ,
ff.de eo, quod cert.loco, niſi ſpecifice, & limitatè pro ſor
te tantum reciperetur obligatio, ita Surd.de alimen.tit.
* octano. priuileg.50. num.2. communem, & cum hac
opinione deciſum dicit Cęſar Barz.deciſio.108.numero
primo, ac Regens de Ponte, deciſio. collat. conſil.34.
numero 46. quodque ratione probatur, nam intereſſe
cum dicatur acceſſorium ad ſortem meritò diſpoſitum
1172 in principali ſorte † diſpoſitum cenſetur in intereſſe,
quod accedit quodque repetitum intelligitur, tacitè
etiam in verbali obligatione; licet in ſtipulatione requi-
rantur verba, tamen in eo, quod venit per quandam
conſequentiam ſufficit id, quod diſponitur in principa-
li, vt poſt Bal.in l.etiam, C.de iure dot. docet Regens de
1173 Pont. vbi ſupra, num.37.& intereſſe cum † principali
vnum, & idem in obligatione iudicandum, ſi principale
tantum ſit expreſſum Bart. Aret. & Dec. quos probat
Gratian.diſcept.it.forenſ.cap.42.numero 15.& iuris fi-
1174 ctione intereſſe iudicatur † idem cum principali Gra
tian. vbi ſupra, num.16. ſed ad tollendas omnes diffi-
cultates, & contrarietates huius primæ concluſionis at-
tendas benignè lector deciſionem ſequentis caſus, quia
ſi deciſum in iure dicetur creditorem anteferri, & prę-
ferri non ſolum pro ſorte, ſed etiam pro vſuris; reddi-
tur hic primus caſus indubitabilis, cum prælatio non
daretur, ſi deficeret obligatio, ſi enim res non eſſet ob-
ligata pro vſuris, fruſtra diſceptaretur de prælatione;
itaque vt procedat hæc, primi caſus concluſio requiri-
1175 tur, vt obligatio ſortis † abſque aliqua taxatiua con-
trahatur, Barz.in citata deciſ.num.4.probatque Card.
Mantic. hunc primum caſum de tacit.lib.14 tit.46. to-
mo 2.num.9.

Ad ſecundum caſum pro reſolutione breuiter dicas,
1176 creditorem † anteriorem in ſorte dici anteriorem,
etiam in vſuris, ad tex.in l.Lucius Titius, ff.qui potior.in
* pign.hab.& l.inſulam, ff.eod. tit. communem, & rece-
ptam dicunt Barz. in allegata deciſ.108. num.5. cum
multis ſequent. reſpondens dicentibus tex. in d.l.Lucius
loqui in mutuo dato ſub vſuris, ideo non mirum ſi de-
tur prælatio per conſult.ibi, quia expreſsè fuit traditum
pignus pro ſorte, & pro vſuris, eò quod ſinodalis ratio
1177 d.l. † eſt quia vſuræ ſunt acceſſiones ad ſortem vt gl.
& Doctor. omnes hoc notare, probant, & ita deciſum
dicunt, Reg.de Ponte, conſil.67. num.12. ac Vrſill. ad
Afflict.deciſ.186.Maſtrill. deciſ.119. num.11. tomo 2.
Felician.de cenſ.tomo 1.lib 3.cap.5. nu.18. vbi verius,
& receptius ſic teneri teſtatur, & ſemper in Sacr.Conſil.
ſic practicatum, continuoque deciſum, indubitabileque
reputatum dicit Reg. de Ponte, in ſupracitata deciſ.34.
num.53.& ſequen. exclamans aduerſus nouam quandã
deciſionem in contrarium factam in eodem Sacr. Conſ.
prout nouiſſimè idem ſequitur doctiſſimus, & meritiſſ.
Reg. Valenzuel.conſ.56.num.31. latè D. Franc.de Ca-
ſtill. Siculus deciſ.17.num.28. volum.1. & D. Paſchal.
de vir. par. poteſt. par.2.cap.7.num.40.& 41.ac Card.
Mantica, de tacit.titul.22.libro 11.num.32.& 33. &
Gratian.diſcept.foren.tom.4.cap.730.num.19. & alij,
quos omitto.

Deducitur ideò (vt ad pignoratitiam directam re-
deamus) creditorem in huiuſmodi teneri de dolo, lata

1178 † culpa,& leui; imò eundem teneri de leuiſſima culpa,& de caſu fortuito,ſi id expreſsè in ſe aſſumpſiſſet,ad text.in l.quæ fortuitis, C.de pignor. act. & poſt Silueſt. in ver.pignus quæſt.6. & Regin. in ſua praxi lib.25.nu. 602.probat Molfeſ.in ſæpius citato cap.18.num.74. in 10.reſponſio.tenetur enim creditor,etiam de leui culpa Sigiſm.Scacc. de commerc.§.2.gloſ.5.num.114.vbi teneri dicit ad intereſſe veſtium pignori datarum, quæ
1179 † corroſæ à tineis, vel muribus, quia diceretur fuiſſe in leui culpa,latè Neguſ.de pignor.p.7.membr.3.nu.4.
1180 concl.2.& latius, quando creditor teneatur † de leui de leuiſſima,& caſu fortuito Sebaſtia.Medic. de fortuit. caſu p.2.quæſt.10.in 15.ampliat.nu.124. cum ſeq. vbi creditor tenetur probare caſum, & deinde quamplurimas notabiles illationes adnotat ille in occurrenti vidē-
1181 dus. Inſuper ſi creditor eſſet in mora † reſtituendi pignus teneretur de leuiſſima,& de caſu fortuito,vt docet Nauarr. in Manual.cap.17. num.203.quem probat Molfeſ.vbi ſupra reſponſ.11.nu.79.qui ſubiungit,idem eſſe ſi pignus deterioraretur, aut periſſet, cum creditor vtatur,& ſi nihil alleget,tamen id probatur ex dictis per eundem Molfeſ.dum cum communi probauit creditorē teneri de dolo,& lata culpa, quibus pignoris deterioratio,aut amiſſio per vſum ſucceſſit, & nos ſuperius explicauimus ſupra in octauo quæſito ampl.2.nu.987.

Ex quibus deſcendere dicit Molf.nu.80. quod creditor non valet vti pignore ex dictis per nos in eodem 8. quæſito ſubnectēs,aliquos exceptuaſſe tres caſus,in quibus licitum fore creditori vſum pignoris, niſi adſit pactum in contrarium.

1182 Primus caſus eſt,quando vſus pignoris † cedit in cōmodum debitoris,vt eſt locatio prædiorum ad culturā, cum prædia per culturam fieri ſoleant meliora ad tex.in l.creditor la 1.ff.de pign.& hipot.ac in iſto caſu fructus percepti cedunt debitoris beneficio,& veniunt reſtituendi adhibita diſtinctione, ſi inuenit colonum,ſeu conductorem,aut non inueniſſet ad finem,vt teneatur ad perceptos,& qui percipi potuiſſent, vt ſuperius num.1000. tetigimus.

Secundus caſus, quando pignus ex vſu nullum pate-
1183 retur detrimentum,† vt dum creditor vaſe pignorato aliquoties vteretur in conuiuijs; & ſi nihil in hoc caſu Molfeſ.alleget,tamen probatur concluſio ex ſuperius in 8.quæſito citatis, vbi probauimus creditorem nō teneri de vſu,in quo non erit factus locupletior,& debitor non damnificaretur; idem dijudico, ſi eſſet equus pignori traditus, qui per exercitium potius melioramentum reportaret,prout diximus de equo ad deambulan-
1184 dum† & ſaltandū propoſito,quia ſi creditor illo vteretur ad hoc exercitium fieret debitor potius locupletior per talem vſum,vt experientia docet;& in ſimilibus idem iudicium,vt ibi,nu.1005.adnotauimus.
1185 Tertius caſus quando vſus pignoris ſolitus erat† gratis per debitorem concedi,& communiter inter amicos, prout eſt lectio librorum,Nauar.citato nu.203.& Molfeſ.vbi ſupra num.81.

Modificant hunc tertium caſum præcitati authores,&
1186 benè,niſi† de non vſu pactum factum ſit,vel ſi ex tali vſu circa omnes tres citatos caſus, debitor detrimen-
1187 tum † in fama pateretur, ne forſan cognoſcerentur bona illa fuiſſe pignori data per eum,illeque eſſet honeſtæ conditionis.
1188 Pignoratitiam enim † eſſe perſonalem actionem,dixit Imp.in l.fin.C.de diſtr.pign.omneſq. Doct.ibi,ac in l.pignoris,C.de pign.nec eſſe in rem ſcriptam, ſed ſimpliciter perſonalem,vt probat ſingulariter Neguſ. d. p. 7.memb.2.in princ.vbi nu.6.& nu.20. verſ.aduerte tamen,dicit dari debitori actionem in factum,aut rei vē-
1189 dicationem † aduerſus tertium ſingularem ſucceſſorem quicquid aliud ſit, ſi ille tertius detineat pigus loco pignoris contracti per primum creditorem, quia tunc vnus,& idē reputaretur creditor, modo vt probat Neguſ.vbi ſupra,num.3.

Vltimò pro huius quæſiti complemento datur credi-
1190 tori, eiuſque hæredibus pignoratitia † contraria aduerſus debitorem, eiuſque hęredes ad reptendum expenſas neceſſarias,& vtiles factas in pignore,ad tex.in l. creditor,C.de pign.act.& l.ſi neceſſarias,ff de pign.act. vel ſi debitor in pignore dato commiſiſſet fraudē,quia
1191 † forſan dediſſet vnum pro alio, ad text. l. ſi quis in pignore,ff.de pign.act.& tangit Molfeſ.in d.11.reſpon.
1192 nu.83.ſed quomodo probentur expenſæ, † quomodoq. conſenſu debitoris adhibitus cenſeatur,& quomodo procedat hæc actio cum nonnullis illationib.Neguſ. de pign.d.p.3.memb.3.& de tota materia huius pignoratitiæ,idem Neguſ.in tota d.par.7.

SVMMARIVM.

1193 *Creditor prior in tempore dicitur potior in iure, & ſequent.*
1194 *Auctor vtiliora,& diſceptabiliora tantum refert.*
1195 *Creditor prior tempore, vt præferatur,debet eſſe prior in hipotheca,non autem ſolum in credito.*
1196 *Creditor perſonalem tantum habens, etiam anterior nō præfertur poſteriori hipothecario.*
1197 *Creditores perſonalem tantum habentes non habent prælationem.*
1198 *Creditor expreſsè mutuans ad emendum quando præferatur alijs creditoribus, numero* 1190. 1200. 1201. 1202.*cum ſeq.*
1203 *Mutuanti ad emendum tacita hipotheca datur contrarium,num.* 1204.
1204 *Verba legis clara attenduntur.*
Obligatio generalis differt à ſpeciali,ibid.
Mutuans ad emendum cum ſpeciali hipotheca ſuper re vendita præfertur omnibus creditoribus in illa re, & qua ratione,ibid.& 1205.
1205 *Hipotheca ſpecialis qualiter afficiat rem obligatam, ſingulariter explanatur in materia prælationis.*
Vendita res cum ſpeciali hipotheca pro precio tranſit cum ſuo onere,& qualiter, ibid.
Hipotheca generalis,quando oriatur.
Text.l.final.C.quæ res pignor.oblig.poſſ.explicatur, ibidem,
1206 *Empta res venit in generali obligatione abſque priuilegio prælationis.*
Hipotheca generalis afficit rem emptam, ſed abſque priuilegio prælationis,ibid.
1207 *Gloſ.in auth.quo iure,C.qui pot.in pign.hab.confunditur, & reijcitur.*
1208 *Venditor,cum ſpeciali hipotheca pro precio ſoluendo, præfertur omnibus anterioribus creditoribus, contra num.*1209. *&* 1210.*de veritate numero* 1212.*& ſequent.*
1209 *Text.l.licet,C.qui pot.in pign.hab.explicatur,ſed vide num.*1212.*& ſeq.*

Mutua-

Mutuator etiam ſi non procuraueris obligationem bonorum præfertur alijs creditoribus in perſonali, ibid.

1210 *Cautum iure non reperitur venditorem ſuper re vendita præferri alijs creditoribus.*

1211 *Vendens merces habita fide de precio prælationem non habet ſuper eiſdem extantibus mercibus, declara num. 1214. & ſeqq.*

1212 *Hipotheca ſpecialis tantum operatur in mutuante, quãtum in vendente.*

Hipotheca ſpecialis non dicitur priuilegium, ſed vocatur, ius in re, & qualiter ibid. & nu. 1265.

Intellectus ad l. licet, Cod. qui potior. in pignor. hab. ibidem.

1213 *Hipotheca ſpecialis ex ſe operatur non ex perſona paciſcente, & prælatio oritur ex ipſa ſpeciali conuentione, non autem ex priuilegio.*

1214 *Merces vendita ſeruabuntur venditori ſpecialiter ſic paciſcenti.*

1215 *Mercibus venditis excluditur ſuper illis creditor, pro precio, de veritate num. ſeqq.*

1216 *Mercibus venditis, & ſtatim ſubſequuta fuga emptoris, aut fide de precio non habita, venditor ſuper illis alijs præfertur.*

1217 *Mercibus venditis, emptori dicenti ſtatim eum ſoluturum precium, venditor in illis omnibus præfertur.*

1218 *Venditæ rei dominium translatum non dicitur ſi de precio non fuerit habita fides, illoque non ſoluto.*

Venditor in Nundinis nunquam in dubio cenſetur habuiſſe fidem de precio, cum ibi precium ſolet ſtatim ſolui, ibi. & 1219.

1220 *Venditor non cenſetur habere fidem de precio emptori ignoto, & receſſuro.*

1221 *Factores non cenſentur habere fidem de precio emptoribus, cum quibus diligenter mercatores non contraxiſſent.*

1222 *Venditor non cenſetur habuiſſe fidem de precio, ſi cum emptore miſiſſet famulum.*

Barbatus modernus Author, & Surdus confutantur, & qualiter, ibid.

1223 *Venditor in quodam ſingulari caſu, an alijs creditoribus emptoris præferatur in re vendita.*

Petr. Ant. de Cillis V. I. D. laudatur ibidem verſic. pro venditore.

1224 *Venditor prælationem habet ſuper re vendita precio delegato, nullatenus tamen ſoluto, ex capite cauſæ non ſecutæ.*

Contractus reſcinditur ob non adimplementum emptoris ibidem.

1225 *Venditor ſuper re vendita perſonalem tantum habet pro precio.*

Tex. in l. cum te, C. de pact. inter empt. & vend. & tex. in l. ea conditione C. de reſcind. vend. inducuntur dict. num. 1224.

Ioan. Franc. Capibl. compater Authoris laudatur d. num. 1225. verſ. pro creditore.

1226 *Venditor ſuper re vendita non habet hipothecam, quia cenſetur habita fides de precio.*

Venditæ rei dominium transfertur, fide de precio habita, ibidem.

1227 *Contractus venditionis vti nominatus, qui ſemel ab vno ex contrahentibus executionem habuit, non poteſt de cætero, ob ſolutionem precij non factam reſolui.*

1228 *Contractus venditionis reſciſſio ſi denegetur iure actionis, permittitur verò ope exceptionis.*

1229 *Contractus nominatus reſoluitur ob defectum cauſæ finalis.*

1230 *Venditor poterit retinere rem venditam adhuc nõ traditam, pro precio non ſoluto, & creditoribus emptoris præfertur.*

1231 *Venditor ſuper re vendita non tradita habet quaſi pignus.*

Excluſus à petendo non dicitur excluſus à retinendo, ibidem.

1232 *Venditor delegando precium ſoluendum alicui creditori cenſetur non habuiſſe fidem de precio delegato, ſed illum ſtatim ſoluturum credidit.*

1233 *Venditor non habendo fidem de precio remanet dominus rei venditæ vſquequo precium ſoluatur, & poterit vti reiuendicatione, aut hipothecaria ſimul, præferturq. omnibus creditoribus emptoris.*

1234 *Venditori habenti fidem de precio, in ſubſidium erit ſubueniendum.*

QVÆSITVM VNDECIMVM.

VNdecimum quæſitum vt ſatis diffuſum, ſatiſq. in praxi vſitatũ requireret ampliorem explicationem, ſed quia abũdè pertractatur per noſtrates, & præcipuè per Neguſ. de pign. p. 5. memb. 2. ac per Mantic. de tacit. & ambig. li. 11. tit. 22. tom. 1. & demũ per omnes inferius citandos authores, ponam fuſius vtiliora, & magis forẽſia tantum, reliqua verò rarius, & remiſſiuè.

1193 Fundabo itaque regulam, quod creditor † prior
in tempore erit potior in iure ad text. in cap. qui prior.
regul. iur. in 6. leg. potior, in principio, & l. creditor, in
principio, ff. qui pot. in pignor. habean. & leg. qui Bal-
neum eod. tit. l. ſi fundũ, & l. diuerſis; C. eod. hanc regu-
lam probant, & ampliant, ac reſtringunt latius, quã cæ-
teri allegandi, Neguſ. de pign. membr. 2. p. 5. vbi viginti
modis ampliat, & totidem limitat, & Card. Mant. de ta-
cit. & ambig. to. 1. lib. 11. tit. 22. & tit. 23. vbi quamplu-
rimis alijs modis ampliat, & limitat, ego referam vtilio-
1194 res, † & diſceptabiliores tantum, aliaſque addam; eò
quod ſufficit ſtudioſo lectori de per ſe reliquas videre
penes citatos authores.

Eandem regulam velim intelligas pro eius vnica de-
claratione antequam deueniam ad extenſiones, & re-
1195 ſtrictiones, vt procedat in creditore † priore in hipo-
theca, non autem in credito tantum, eò quod prioritas
hipothecæ attenditur, non autem ſolius crediti, ad text.
& ibi Bar. in l. creditor qui prior, §. ſi primus, ff. qui pot.
in pign. habe. & ponitur hæc declaratio pro prima am-
pliatione per Neguſ. loco citato.

Ex qua declaratione infertur, creditorem perſonalem
1196 † tantum actionem habentem, licèt anteriorem ne-
quaquam præferri poſteriori tempore, ſed hipothecario
1197 d. §. ſi primus cũ creditores perſonalem † tantum ha-
bentes actionem nequaquam prælationem habent d. §.
ſi primus, & alijs iuribus probat Surd. deci 306. num. 9.
& 10. & notatur communiter per Doct. in l. priuilegia,
ff. de priuil. cred. & nos inferius iterum dicemus, proba-
uitque Reg. de Ponte deciſ. Collater. conſ. 34. num. 1.

Extenditur primò regula hæc, vt procedat, etiam ſi poſterior creditor mutuaſſet pecuniam debitori expreſsè ad emendam aliquam rem,

1198 quia in illa re empta præfertur anterior creditor ge-
neralem bonorum obligationem habens Bar. & reliqui
in l. interdum, ff. qui pot. in pignor. habe. Bal. & reliqui
in l. licet, C. qui potior. in pigno. hab. Salicet. & alij quos
probat Neguſant. in dict. membr. 2. 5. par. in 4. ampliat.
* num. 3. vbi de communi teſtatur, & ante hos gloſſ. in
* l. quod quis, ff. de priuil. credit. & de communi Surd. de
alimen. citato priuil. 48. num. 4. & 7. quicquid in con-
trarium dicat gloſſ. in auth. quo iure ver. perſonali in fi-
ne, Cod. qui pot. in pign habea. quia verior, & commu-
nis eſt in contrarium, vt teſtantur Salic. in d. authen. quo
iure, Neguſa. vbi ſupra Morla in emp. de contrah. emp.
ante q. 1. nu. 101. & Steph. Gratia. diſcep. forenſ. tom. 1.
cap. 25, num. 8.

Declaratur tamen extenſio, vt procedat in hipothe-
caris tantum, & ſic in actione reali, quam mutuator nō
habet, ſed in actione perſonali habebit prælationem
1199 † omnibus alijs creditoribus ſimiliter perſonalem
tantum habentibus gloſſ. in dict. leg. quod quis Bart. in
dict. leg. interdum, & Neguſant vbi ſupra poſt alios
per eum relatos, de qua declaratione iterum dicetur
inferius.

Declaratur ſecundò, non procedere, ſi mutuator
mutuando ad emendum recepiſſet hipothecam om-
1200 nium † bonorum ab eo, cui mutuauit, quod tunc res
empta per debitorem comprehenderetur in dicta ge-
nerali obligatione, & eſſet hipothecata mutuāti, ad tex.
in l. fi. C. quæ res pign. oblig. poſſ. Salic. in d. l. interdum,
notatq. Neguſ. citato loco, nu. 3. verſ. reſtringe, & cum
prælatione.

Contra hanc declarationem videtur facere illa ſa-
tis recepta opinio deſūpta ex tex. in l. licet, C. qui potior.
1201 in pignor. hab. vbi adnotatur requiri pactum † ſpe-
ciale, vt res emenda ſpecialeter pro precio mutuato ſit
obligata, quam ſic explicant gloſſ. Bald. Ang. & Sicard.
in dict. l. licet, ac alij, quorum opinionem ab omnibus
* approbatam dicit Alexand. in l. ſi cum dotem, §. vlti-
mo, ad finem, ff. ſolut. matrimon. Afflict. & Vrſill. deciſ.
306. Ludouic. deciſio. Peruſ. 45. nu. 19. Præſ. de Franc.
deciſio. 97. & 369. Caluacan. deciſio. 27. part. ſecunda,
Gail. obſeruat. 15. numero quarto, libro ſecundo, & ſpe-
cialius idem Neguſant. de pign. parte ſecunda, membr.
4. num. 163. Reg. de Ponte, deciſio. collat. 34. Co-
uarrun. variar. libro 1. numero 2. & Stephan. Gratian.
diſceptat. foren. tomo 4. capit. 670. numero 1. 2. & 3.
1202 quæ receptiſſima opinio adeo vera † dijudicatur, vt
conſenſum venditoris requiri ex text. dict. l. licet aliqui
dicebant, quamuis verius contrarium deciſum dixit,
Præſ. de Franch. citata deciſ. 97. latiſſimè ad materiam
Petr. Barboſ. in dict. l. ſi cum dotem, §. fin. ff. ſolut. ma-
trim. numer. 34. firmat Molina de contract. diſput. 536.
numer. 16. ideo ſi ex text. dict. leg. licet, Doctores, rece-
ptius dicant requiri ſpeciale pactum ad obligandam
rem emptam ex pecunia mutuata, declaratio redditur
falſa, probat Roderic. de ann. reddit. libro ſecundo,
quæſtio. 20. & de his iterum inferius numero 1938.
cum pluribus ſequent. & 1961. cum ſequent. ac in Ap-
pendice, num. 120.

Verum opinionem Neguſant. relatam in declaratio-
ne, veram dixit Cardin. Mantic. de tacit. lib. 11. titul. 23.
num. 21. eandemque ſequutus fuit Mangr. ad Bart. in l.
cum rempublicam, C. qui pot. in pig. hab.

Comprobatur opinio Neguſant. & Mant. nam
gloſſ. in authent. quo iure, C. qui potior. in pign. hab. ſu-
perius citata, tenet competere mutuatori ad emendum
1203 † tacitam hipothecam; quam ſimpliciter probant
Alexand. in l. ſi cum dotem, §. fin. num. 5. & Iaſ. in l. cre-
ditor la prima, num. 5. ff. ſi cert. petat. & in l. qui Romæ,
§. Challimachus, n. 2. ff. de verb. oblig. quicquid in con-
trarium receptius ceteri reſpondeant per tex. in d. l. licet
tamen opinio, gloſ. ſine ſcrupulo procedere deberet da-
ta expreſſa generali hipotheca.

Sed opinio Neguſant. & Cardin. Mantic. iure non
probatur, & contradicit expreſſè dict. l. licet, Cod. qui
pot. in pign. hab. & receptiſſimam opinionem deſum-
ptam ex d. l. licet, vt expreſſa ſpecialis requiratur obliga-
tio totaliter deſtruit, ergo à verbis claris legis nequa-
1204 quam † debemus recedere; at ſpecialis, & generalis
obligatio inter ſe multum differunt, vt videtur penes
eundem Neguſant. in 2. parte, membr. 1, quod videns
Neguſantius contrarium verius, (& ſic dubitando de
declaratione) docuit in dict. ſecundo membr. part. 5.
numero 18. verſicul. tamen de hac; & hoc non dicitur
priuilegium ſed ius ſpecialis hipothecæ, quæ oritur in
ipſo actu acquiſitionis, ita quod, cum res acquiritur,
1205 † tranſit affecta cum ſua cauſa inſita, & in creditores
anteriores nihil aliud per hanc acquiſitionem transfer-
tur, niſi id, quod idemmet debitor acquirit, & credi-
tor mutuando pecuniam ad emendum cum ſpeciali hac
hipotheca, acquirit illam ſpecialem obligationem an-
tequam res efficiatur de dominio debitoris, & per hoc
dicuntur anteriores in hac re, ideo præferuntur, vt ele-
ganter examinat in ſimili Reg. de Pont. dict. deciſio 34.
numer. 8. quæ omnia non adaptantur in generali hipo-
theca, quæ oritur poſt acquiſitionem factam per debi-
torem, nam text. in l. final. Cod. quæ res pignor. oblig.
poſſ. quo mouetur Neguſant. in dict. membr. 2. quin-
ta parte, numer. 3. verſic. reſtringe, præſupponit futura
bona venire in generali obligatione, ideo res emenda
per debitorem de pecunia creditoris non poterit dici
de bonis debitoris ementis, niſi poſt quæſitum domi-
nium ipſius, ſed bona cum ſpeciali hipotheca tranſla-
ta dicuntur bona affecta tali obligatione, & cum ea trā-
ſeunt, ideo ius anterius illa ſpecialis operatur vt Reg. de
Ponte vbi ſupra, & num. ſequentibus.
1206 Sed non negabitur rem emptam venire † in gene-
rali obligatione, at illam generalem nullatenus præla-
tionis priuilegium habere, deſumptum ex allegata l. li-
cet, cum ſpecialis requiratur obligatio vt expreſſè ſta-
tuit Imperator in d. l. licet.

Nec comprobatio ex gloſſ. in dict. authent. quo
* iure aliquo modo ſuſtinetur, cum illa communiter re-
1207 probetur, † ac per text. d. l. licet confunditur, & per
text. l. quamuis, Cod. de pignor. omninò reijcitur, vt ex
præcitatis etiam colligitur, & præcipuè ex Barboſ. in d.
l. ſi cum dotem, §. fin. num. 35.

Infertur ex hac receptiſſima opinione contra decla-
rationem, vt venditor præferatur cuilibet anteriori cre-
1208 ditori, in re vendita, † habita fide de precio, dum-
modo res vendita in ipſo contractu venditionis in ſpe-
cie fuerit pro precio obligata venditori, Stracch. Cutt.
Mattienz. & Guttier. relati per Barboſ. in dict. §. final.
numero 34. verſic. ex his igitur conſtat Neguſant. de
pign. parte 4. numero 34. loquens in beneficium ter-
tij, & in terminis parte 5. membr. ſecundo; numero 18.
Bart. Couarru. Ceph. & alij, quos probat Criuell. deciſ.
* Dolan. 56. nu. 4. vbi de communi teſtatur, Morot. conſ.
54. num. 4. Præſ. de Franch. deciſ. 506. Morla in ſuo em-

parte pa 1. titu. 9. de contrah. emp. in princ. num. 1002 & ſeq. & his, ac innumeris alijs adductis probat Sapientiſs. Regens Valenz. conſ. 56. nume. 34. cum multis ſequent. & Andr. Gail. obſeruat. 12. num. 4 lib. 2.

1209 Contra hanc illationem † reſpondit Petr. Barboſ. vir in legali diſciplina periſſimus, in d. §. fi. l. ſi cum dotem. ff. ſolut. matr. num. 34. verſ. ſed eſt aduertendum, dicens text. in d. l. licet loqui in mutuante ad emendum, non autem in vendente, at hoc in caſu differre dicit mutuantem à venditore, cum ille etiam ſi non recipiat expreſſam obligationem, tamen præfertur in perſonali, etiam anterioribus ſimiliter perſonalem habentibus, ad text. vbi gloſ. & alij authores in l. quod quis. ff. de priuileg. credit. probanturque Alex. in d. l. ſi cum dotem §. fi. num. 5. Iaſ. in d. l. creditor ff. ſi cert. pet. & Neguſant. in d. memb. 2. 5. par. quodque probauimus ſupra numero 1199. declarat. 1. ideò iure cautum non inuenitur,

1210 vt venditor † præferatur anterioribus creditoribus; & conſequenter ſtandum regulæ in d. regul. qui prior de reg. iur. in 6.

1211 Comprobat ſecundò Barboſius, nam vẽdens † merces habita fide de pretio nullum priuilegium habet circa merces etiam extantes, ad text. in l. procuratoris, §. planè ff. de tributor. act. & tamen mutuator ad emendum merces habet priuilegium perſonalis actionis, vt ſuperius diximus.

Attamen illationem non ſolum receptiorem dico,

1212 ſed omnino veriorem † conſiderationibus Barboſ. non obſtantibus; illam itaque eſſe receptiorem patet ex ſuperius citatis authoribus; & eſſe veram patet ex caſu d. l. licet, vbi imper. non conſiderauit perſonas contrahentium eorumque qualitates, ſed tantum deduxit in conſideratione ſpecialem hipothecam in pactione per conuentionem deductam, quæ tantum operatur in mutuante quantum in vendente, nulla adhibenda differentia circa illam ſpecialem prouiſionem, quæ non dicitur priuilegium, ſed dicitur ius ſpecialis obligationis, quæ oritur in ipſo actu acquiſitionis, vt adnotauimus ſupra num. 1205.

Adducta autem per Barboſ. ad comprobationem ſuæ opinionis nihil noſtræ concluſioni detrimenti afferunt, nam ſi mutuator habeat prælationem in perſonali, non per hoc ille ſolus gaudere debet beneficio ſpecialis con-

1213 uentionis, cum illa ſpecialis † conuentio ex ſe operatur prælationem, non autem ex perſona paciſcente; & prelatio non ex aliquo priuilegio oritur, ſed ex conuentione ſpeciali, ita poſt alios ſingulariter aduertendum dixit Reg. de Pont. citata deciſ. Collater. 34. nu. 10. omnes enim prouidentes ſibi de hac ſpeciali hipotheca, in debito tempore non facta perſonarũ diſtinctione, gaudent eiuſdem ſpecialis hipothecæ beneficio.

Nec obſtat id quod de mercibus extantibus dixit idẽ Barboſ. quia ſi in illis prælationem nullam habeat venditor in perſonali, ſecus in mutuatore; tamen non per hoc ſequitur, quod ſi venditor ſpecialiter de hipotheca

1214 ſuper illis conuenit † pendente pretij ſolutione, ſpecialem illam non operari prælationem, quam imp. decreuit in d. l. licet, fauendo ſpeciali pacto hipothecario tantum, non perſonæ; ideò inconcuſſa, & indubitata redditur noſtra opinio, cum priuilegium ſpecialis hipothecæ, nequaquam conceſſum fuit per imperat. in d. l. licet contemplatione prælationis in perſonali, ſed ex cauſis ſuperius traditis.

Et ſi Barboſ. in d. loco num. 32. dicat, ex receptiſſima opinione, quam infiniti relati per eum, amplectuntur;

1215 venditorem † non præferri in extantibus mercibus, ſi ſine hipotheca traditæ fuerint emptori, cum iure cautum non reperiatur; tamen hoc velim intelligas, dum-

1216 modo emptor ſtatim ſibi traditis † mercibus fugam non arripuiſſet, aut fides de pretio iuris præſumptionibus non eſſet habita, Senat. Dolan. in citata deciſ. 56. ſed in his præſumptionibus fugæ, tenenda erit opinio Bal. in l. ſi cum dotem §. fin ſuperius ſæpius citata, quam approbauit Sacr. Conſ. teſte Gizarell. deciſ. 62. tota cum declarat. vt penes illum; & quando venditor vendit, &

1217 rem vẽditam tradit putans † ſtatim recepturus pretium, ſecundum deciſionem text in l. quod vendidi ff. de contrah. emp. & l. inciuile C. de rei vend. cum alijs concord. deciſum pro venditore dicit idem Gizarell. deciſ. 40. tota, eo quod dominium rei venditæ tranſlatum nõ

1218 dicitur pretio non ſoluto, † aut de illo fide non habita, iuribus prædictis & §. venditæ inſtit. de rer. diuiſ. ac præcipuè in vendentibus in Nundinis eos non cenſeri

1219 habuiſſe fidem de pretio, eò quod conſuetum eſt † pretium ſtatim ſolui, Bald. in l. ſi non donationis C. de contrah. empt. & Gizar. in d. deciſ. 40. num. 3. prout fi-

1220 des de pretio non cenſetur habita † perſonis ignotis, & receſſuris ad tex. in l. ſi legationis ff. de iudic. prout factores mercatorum non poſſunt habere fidem de pre-

1221 tio † cum emptoribus, cum quibus diligentes mercatores non contraxiſſent, vel ſi venditor conſignando

1222 rem venditam † miſiſſet proprium famulum cum illa; vt hæc omnia congerit Gizarell. d. deciſ. 40. alia Gail. obſeruat. 15. nume. 8. lib. 2. & Io. Baptiſta Toro in ſuo compendio deciſ. verſ. creditor fol. 130. vbi deciſionem nouiſſimam refert.

His autem non concurrentibus benè firmat Barboſ. ſuperius citatus ex receptiſſima opinione, de qua idem peritiſſimus, in d. l. ſi cum dotem §. fin. num. 32. iam allegato, teſtatur, venditorem ſuper mercibus venditis, & extantibus non præferendum, ſed ſimul cum alijs ſimiliter perſonalem habentibus concurrere: ideò cauendum erit à Surdo in deciſ. 220. num. 33. cauendumque à moderno Barbato ſuper pragm. 1 de Aſſiſtent. gl. 12. num. 49. Surdum in dicto loco ſequuto, dicentibus, creditores in perſonali anteriores præferri venditori ſuper mercibus venditis, tanquam loquentibus contra receptas ſententias, & contra doctores per Surdum citatos.

Horum occaſione vtiliter adnotandum putaui id, quod in facto controuertebatur, in ciuitate Murana, iudicandum propoſitum fuit apud quendam iudicem illius ciuitatis, cuius partes defendebam; penes quem tractabatur; an venditor cuiuſdam domus pro quodam pretio, de quo partem recepit, partemq; delegauit cuidam ſuo creditori, cuius creditum iam ceſſit dies, præ-

1223 feratur † in re vendita pro illa reſtanti quantitate delegata nequaquam creditori delegato ſoluta alijs creditoribus emptoris.

Pro venditore patrocinium agebat Dom. Petr. Ant. de Lillis Muranus Doctor ingenioſiſſimus, & perſpicaciſſimus amicus, poſſidens quæ ad colligendam beneuolentiam ad alliciendas voluntates, & ad animos adiungendos valent; qui dicebat venditorem poſſe agere

1224 † ſuper re vendita pro reſciſſione venditionis ex capite cauſæ non ſecutæ, & ſic pretij delegati non ſoluti, per text. in l. cum te, C. de pact. inter emp. & vendit. & per notata ibi à Doctoribus, præcipuè à Bar. ac ab Ang. & Fulgoſ. quaſi quod emptor non adimplens promiſſa ne-

negare reſciſſionem non poſſet, deducens adnotata ad exornatum d l. per Pinell. ad l.2. de reſcind. vend. C.in 2. par. Rubr.cap.2.num.14. & ſeq. allegabam ego aduerſus hoc fundamentum deciſionem.l.ea conditione. C.de reſcin.vend.quam contra tex.d.l.cum te deducunt authores, & ſignanter Pinell. vbi ſupra nu.18. & omiſſis conciliationibus,quas authores congerunt, ac retenta communi relata per Pinell.num.19.dicebam tex.d.l. ea conditione decidere punctualiter caſum propoſitum, cum pretium rei venditæ delegatum fuerit ſoluendum pro eo, quod reipublicæ debebatur, ideo in terminis quæſtio ex illo text. deciditur, vt pro ſolutione pretij
1225 † perſonalis actio tantum venditori detur, non autem ad eandem venditionem reſcindendam agendum, replicabat ille dominus nonnullis non contemnendis replicationibus.

Pro creditore emptoris cauſam agebat peritiſſimus Io.Franc.Capiblanc. eiuſdem ciuitatis meus compater, doctrina,ob tractat.de Baron doctiſs.ſuis lucubrationibus compilatum,ſatis vbique notus; ex gloſ. in ſuperius citata. l.quod vendidi ex Guttier. & alijs dicẽs habitam
1226 fuiſſe fidem de pretio, † eò quod in dubio ſic actum iudicandum fore, & ſi dominium rei emptæ ob fidem habitam de pretio ſit tranſlatum. d.l.quod vendidi cũ alijs concordant. vt in gloſ. ideo reſciſſio deneganda, denegandaque actio ad rem; ac alia ſatis ſingularia allegando pro tutela creditoris.

Ego illo tunc dicebam, quod quamuis venditionis contractus ſit nominatus, & contractus nominatus,
1227 † qui ſemel ab vna parte executionem habuit, non poteſt de cætero reſolui ob ſolutionem pretij non factam, ad tex.in l.inciuile vbi Bal. & Salic. C.de rei vendic. Caſtrenſ. & alij citati per Surdum infra citandum;
1228 tamen ſi reſciſſio denegatur per viam actionis, † verum permittitur ope exceptionis,quando extrema contractus non ſeruantur, Corn.conſ.121. in fine volum.1. Crauet.conſ.192.num.22.vol.1.& Becc.conſ.45.num. 38.imò etiam contractus, nominatus per viam actionis
1229 reſoluitur † ob defectum cauſæ finalis, vt in d.l.cum te adnotauerunt Bal. Salic. & Caſtr. ac Becc.& Crauet. vbi ſupra;& in facto coniecturata fuit cauſa finis venditionis, illa delegatio; quiduè fortius ſi hæc concurrant iuncta cum exceptione deſeruiente ad reſciſſionem, vt ex Corn.Crau.& Becc.probatum fuit, modo,vt probat in terminis,his congeſtis doctiſs. Surd. deciſ.220.num. 17.& ſeq.

Reſpondebat Dom.Capiblanc.Corn.Crauet.Bec.& Surd. intelligendos eſſe quando non fuit ſequuta traditio, quia tunc venditor tuetur exceptionẽ prædicta.

Replicabam ego, authores præcitatos loqui expreſsè in re vendita,& tradita & ſic ceſſat obiectum,imò ſi loquerentur in caſu domini Capiblanci reprehenſione digni eſſent tanquam loquuti ſuper indubitabili, quis
1230 enim dubitat venditorem † poſſe retinere rem venditam, & adhuc non traditam pro pretio non ſoluto; creditoribuſque emptoris concurrentibus omninò preferri, ad tex. in l.hæreditatis.ff. de hæred. vel act. vend. vbi gloſ.l.Iulianus §. offerri, vbi Bar.ff. de action.empt. eò quod venditor hoc in caſu, habet quaſi pignus ſuper re vendita non tradita pro pretio ſoluendo; Pyrr.Maur.
1231 Aretin.de retent.num.19.& ſeq. excluſus ideo à petendo non dicitur excluſus à retinendo,Capra,& Ceph. quos probat Pirr. Maur.vbi ſupra num.67.

His hinc inde diſcuſſis,articulus non fuit deciſus, verum eius deciſio patet ex præcitatis, & eò fortius, quia nequaquam in caſu propoſito cenſetur habita fides de pretio, cum emptor delegetur ſoluere creditori, cuius
1232 crediti ceſſit dies, nam tunc † venditor credidit ſtatim pretium ſoluturum creditori delegato, ex notatis per Gizarell. in citatis locis, & ex notatis per alios præcitatos authores, ideo ſi fides pretij habita non cenſetur tunc dominium tranſlatum non iudicabitur, & cõ
1233 ſequenter † remanente venditore domino, dict. l. quod vendidi.ff.de contrah.emp.poterit ille vti rei vendicatione, & hipothecaria ſimul,vt poſt Bald.in l.in rebus nu.1.& 8.C.de iur.dot. probat Senat. Dolan.deciſ. citata 56.num. 10. præferturque omnibus creditoribus etiam anterioribus emptoris, Gizarell.vbi ſupra, ac Senat.Dolan.alios congerentes,imò,& ſi habita fuiſſet fi
1234 des de pretio, adhuc venditori † ſubueniendum in ſubſidium, dixit Card. Mantic. de tacit. & ambig.conuent.lib.11.tit.12.nu.8.to.1.

SVMMARIVM.

1235 *Creditor ex cauſa lucratiua præfertur omnibus creditoribus poſterioribus, etiam titulum onerosſum habentibus, & hipothecam, de veritate numer.ſequentib.*

Donatarius præfertur ceteris creditoribus poſterioribus ibid.de veritate num.ſequentibus.

1236 *Creditor ex cauſa lucratiua nequaquam præfertur creditoribus poſterioribus cauſam onerosam habentibus.*

1237 *Creditor ex cauſa onerosa poſterior præfertur donatario ſuper re donata non tradita.*

1238 *Hipotheca adiecta donationi vti acceſſoria non alterat, nec efficaciorem facit ſubſtantiam contractus.*

Hipotheca vti acceſſoria regulabitur ſecundum contractum, cui adijcitur,ibid.& 1239.

1239 *Actionem iudicati, & conſtitutæ pecuniæ adiectam donationi regulandam ſecundum donationem.*

1240 *Donatarius poſtponitur creditori poſteriori onerosum titulum habenti, ſuper re donata tradita per clauſulam conſtituti tantum.*

Conſtitutum tanquam acceſſorium ad contractum ſecundum illius naturam regulatur,ibid.

1241 *Donatæ rei traditio debet eſſe actualis, & realis, vt excludantur ſuper illa creditores poſteriores onerosum titulum habentes.*

Conſtitutum, fictam rei poſſeſſionem transferens; actualem, & realem non operabitur.ibid.

Conſtitutum vti fictitium non operatur contra creditorem tractantem de damno,ibid.in fine.

1242 *Donator tenetur in quantum facere poteſt commodè, & honeſtè, ita vt non egeat deducto ære alieno, & æs alienum deducendum erit inſpecto tempore exactionis, ſeu rei iudicatæ,nu.1243.*

1244 *Creditor ex cauſa onerosa præfertur donatario, ſi donantis patrimonium ſit exiguum, ſecus in amplo patrimonio.*

1245 *Tex.l.1.C.de iur.fiſci intellectus.*

1246 *Donatarius anterior præfertur creditori poſteriori.*

Cauſa lucratiua licet à principio ſit voluntatis, tamen ſit neceſſitatis, ibidem.

1247 *Donatarius non concurrit cum creditoribus perſonalibus,niſi fuerit antiquior,nu.1247.*

1248 *Lucri rationem differre à ratione damni expenditur.*

Lucri

Lucri cauſa æquitate non iuuatur ibidem.
Creditorem ex cauſa oneroſa præferri donatario, nulla particularis lex ſtatuit, ibid. in fine.
1249 Contractu annullato annullabitur hipotheca tanquam acceſſoria.
1250 Donator cogitur tradere rem donatam.
1251 Hipotheca adiecta donationi, licet donatio, nequaquam plenius perficiatur per traditionem, tamen ſuum operabitur effectum ſeparatum à donatione.
Hipotheca, & contractus diuerſos pariunt effectus, ibid. & ſeq.
1252 Donationis effectus, eſt obligare perſonam donatoris ad tradendum.
Hipothecæ effectus eſt afficere rem obligationis nexu, ibidem.
1253 Donatio ſi reſtrictionem patiatur circa perſonalem obligationem, non per hoc eandem patietur reſtrictionem, hipotheca adiecta.
1254 Acceſſorium nequaquam ſequitur naturam principalis, diuerſitatis ratione exiſtente.
1255 Hipotheca non oritur ſine perſonali.
Hipotheca remanebit, etiam ſi principalis obligatio extinguatur, & ſubmoueatur, ibid.
1256 Hipotheca ſufficit, vt ſemel conſtituatur, vt conſtituta ſeparetur à principali obligatione.
1257 Hipothecaria quandoque remanet, etiam contractu annullato.
1258 Actiones perſonales totaliter regulantur ſecundum naturam principalis obligationis.
1259 Donatarum rerum non traditarum, dominium quodammodo remanet penes donantem, per quem poſſunt illæ interim obligari.
1260 Donata res tranſit in donatarium cum onere hipothecæ contractæ poſt donationem.
Text. in l. fin. §. Lucius. ff. de donat. expenditur, ibidem, & 1261. ac num. 1263. verſ. comprobantur cum ſeq.
1261 Creditor hipothecarius poſterior præfertur donatario anteriori perſonalem actionem tantum habenti.
1262 Donator ante traditionem poteſt obligare rem donatam.
1263 Hipothecariæ actionis natura producit ius in re inſeparabiliter, & qualiter.
Hipotheca ſequitur rem tanquam lepra leproſum, ibid.
1264 Hipotheca prior non tollitur per ſubſequentem ſine conſenſu intereſſati, & 1265.
1266 Contractus à principio ſunt voluntatis, ſed demum fiunt neceſſarij.
1267 Donatio totaliter per traditionem perficitur.
1268 Hipotheca, vt ſuum realem effectum producat traditionem non requirit.
1269 Creditores, exiſtente patrimonio debitoris ſufficiente, omnes acquieſcunt.
D. Philipp. Paſchal. confutatur, ibid.
1270 Donatarij prælatio ſatis turbatur per tex. l. inter eos §. is quoque ff. de re iudicat. cum alijs concord.
1271 Creditoribus non conceditur beneficium, quod donatori datur, & qualiter ibidem.
Et proinde declaratur regula qui prior, & Cumani dictum ſuper huiuſmodi, nu. 1272. & 1273.
1274 Donatarium poſtponi creditoribus etiam poſterioribus, ſi donatarius habeat hipothecam, neque commune neque verum dictum dicitur.
1275 Capiblanc. malè allegat Manticam pro eius opinione.
1276 Donator ſi donauit, & bona donata non hipothecauit donatario, poterit bona eadem obligare tertio, & habebit beneficium, vt teneatur in quantum facere poterit.
1277 Donata bona ſi pro donationis obſeruantia fuerunt hipothecata per donantem, tunc ſuper illis erit locus regulæ, qui prior; reſpectu aliorum creditorum.
1278 Donatarium, aut quemlibet creditorem lucratiuum titulum habentem præferri omnibus creditoribus poſterioribus titulum oneroſum habentibus ſuper rebus donatis, alijſque obligatis, & eiſdem traditis per conſtitutum.
Conſtitutum transfert prælationem donatario reſpectu aliorum creditorum, ibid.
1279 Conſtitutum diuerſum effectum producit ab eo, qui producitur per donationem.
1280 Conſtitutum licet per actum fictum transfert poſſeſſionem, tamen illa transfertur verè, & propriè etiam ſi in contractu facta eſſet mentio de actuali, & corporali traditione.
1281 Conſtitutum quo ad iuris effectum ſatisfacit legi contractus.
1282 Conſtitutum veram poſſeſſionem verumque dominium transfert.
1283 Donatio à traditione incepta dicitur ſi donator per conſtitutum, conſtituit ſe nomine donatarij poſſidere.
1284 Donatarius poſſidens per conſtitutum præfertur poſteriori poſſeſſori actualiter, & corporaliter poſſidenti.
1285 Conſtitutum transfert poſſeſſionem etiam ex contractu nullo.
1286 Conſtitutum in contractu donationis interpoſitum, an vires amittat, ſi donator per actualem poſſeſſionem rem donatam alienauerit, & tradiderit.
1287 Donatarius primus, cæteris paribus, præfertur ſecundo.
1288 Donatarius primus vigore conſtituti recuperabit poſſeſſionem rei donatæ poſt donationem alienatæ, tanquam interuerſam, & amiſſam remedio. l. fin. C. de acquirenda poſſeſſ.
1289 Traditio per conſtitutum fictè, veram transfert poſſeſſionem.
Text. l. fin. C. de acquiren. poſſeſſ. remedium explicatur, ibidem.
Io. Capiblanc. confutatur ibidem, verſ. ex quibus apparet.
1290 Donationes requirunt actualem traditionem de conſuetudine Neapolit. contra nume. 1291. declaratur numero 1292.
1292 Donatio, vt excludat vicinos in iure congrui requirit actualem poſſeſſionem de iure conſuetud. Neapol.
1293 Conſtitutum qualiter operetur in emphiteoticis.
Donatio facta cum hipotheca, & cõſtituto, parit lucrum, quod dicitur radicatum, & acquiſitum donatario, ibid. verſ. Comprobantur hæc omnia.
1294 Lucrum radicatum idem iudicium habet, quod de damno iudicatur.
Io. Capiblanc. defenditur ibid. in fine, & num. 1295.

DONATARIVS, AN PRÆFERATVR CREditoribus poſterioribus quantumuis hipothecarijs.

EXtenditur principaliter ſecundò regula, vt procedat etiam ſi prior tempore ſit ex cauſa lucratiua, veluti ſi fuerit

ſi fuerit donatarius, nam & hic etiam præfertur credi-
1235 toribus † poſterioribus, quantumuis hipothecarijs, & ex cauſa onerosa, ad text. in l. 1. C. de iur. fiſci lib. 10. & probarunt Hieron. Gabriel. conſ. 82. volum. 1. Felician. de cenſ. lib. 3. cap. 5. in fine, & Modernus Maurit. Apicell. in addi. ad tutamen pauper. de dilat. quinquen. tit. 1. Lucæ Matthæi patris; num. 131. verſ. creditor; dicens hoc latius eum probaſſe in quodam ſuo tractatu de donat. qui tractatus ad huc nõ comparuit, vt videre potui, eandemque extẽſionem nouiſſimè cõtra infra citandos probant Pichardus ad §. quædam actiones, nu. 70. inſt. de act. inferius iterum citandus, & Amator. Rodriquez vtique citandus inferius.

1236 Contra extenſionem, † ſcripſerunt Raph. Cuman. huius contrariæ opinionis anteſignanus in l. priuilegia. ff. de priuileg. creditor. Capic. deciſ. 78. num. 7. Alciat. in l. pupillus ff. quæ in fraud. creditor. num. 14. Aſinius de execut. §. 7. cap. 47. Guttier. latè, de iuram. confirmat. * par. 3. cap. 15. num. 19. & ſequentibus, quorum communem opinionem dicit Caſtill. Siculus deciſio. 72. in principio, Molin. de contract. diſput. 413. num. 12. & Alex. Iaſ. & Menoch. citatis, eandem proſequitur opinionem Vincent. Carroc. deciſ. 125. nu 9. & ſeq. Dom. Paſchal. de vir. patr. poteſt. par. 2. cap. 9. nu. 45. & dom. Io. Franc. Capiblanc. compater meus in ſuis eruditiſs. ſingular. inſertis in tract. de Baron. ſing. 1. in pluribus numer.

Omiſſis enim, quæ latius congerit Guttierius in loco citato, qui præ cæteris, ſatis eleganter articulum explicauit, conſiderabimus tantum, quæ congeruntur per dominum Capiblanc. & Paſch. quæque pro hac ſecunda opinione expendunt, & deinde dicemus illud, quod veritati magis conſonum putauimus D. Io. Franc. Capiblanc. (vt ab eo incipiamus) deducit; quod ſi donans pro obſeruantia donationis bona ſua, & rem donatam
1237 obligauerit, & pendente actu † traditionis rei donatæ contraxerit debita cum hipotheca, tunc creditor hic contrahens, quamuis tempore poſterior, præfertur donatario anteriori, eò quod creditor ex cauſa onerosa prefertur donatario anteriori agenti ad traditionem rei donatæ; quodque illa præcipua ratione probat, nam hi-
1238 potheca adiecta donationi † vti acceſſoria non alterat, nec efficaciorem facit ſubſtantiam contractus, & ſic cum cauſa lucratiua anterior efficaciam non habet precedendi oneroſam, ita & hipotheca acceſſoria naturam principalis contractus non alterabit, & ſi ad hoc probandum allegauit Bar. in l. fin. §. Lucius Titius. ff. de donat. & l. inter eos §. is quoque ff. de re iud. Guttier. Manticam, Capic. & Molin. tamen ex his nequaquam probatur ratio illa de hipotheca acceſſoria, quamuis ſolus Guttierius hæc & alia deducat, verum ex illis bene probatur principalis concluſio, vt creditor poſterior hipothecarius ex titulo oneroſo præferatur donatario.

Sed comprobatur id, quod de hipotheca acceſſoria probauit dom. Capiblanc. cum illa tanquam acceſſoria
1239 † reguletur ſecundum naturam donationis, colligiturque hoc ex text. l. qui id quod ff. de donat. vbi conſultus ſtatuit, actionem iudicati, & conſtitutæ pecuniæ adiectam donationi ſecundum eius naturam regulari, imò & centenis locis probabitur actionem hipothecariam tanquam acceſſoriam ad contractum ſecundum illius contractus naturam regulandam.

Deducit inſuper idem dominus Capiblanc. idem decidendum, ſi in inſtrumento donationis adeſſet traditio rei donatæ per clauſulam conſtituti, cum conſtitutum
1240 ad inſtar hipothecæ, tanquam acceſſorium † ad contractum donationis nequaquam alterabit ipſius donationis naturam, quæ requirit actualem traditionem,
1241 † vt ex ea cauſetur prælatio aduerſus creditorem poſteriorem oneroſum titulum habentem, & conſequenter conſtitutum fictam rei poſſeſſionem transferens, actualem, & realem non operabitur; & ad id probandum allegat Vrſil. ad Affl. deciſ. 275. D. Reg. Valenz. conſ. 68. num. 45. Molfeſ. ad conſuetud. Neap. tom. 2. par. 10. tit. de inſtrum. quæſt. 4. cum ſeq. & Guid. Pap. deciſ. 101. ex quo vltimo authore deducit, conſtitutum vti fictitium non operari aduerſus creditorem tractantem de damno: at in finalibus verbis, videns articuli difficultatem, cogitandum reliquit.

Quæ verò, congerit copioſiſſimus, Dom. Paſchalis, Regius Conſiliarius, meritiſſimus, & integerrimus, poſt hæc ſcripta digniſſimè effectus; in ſuperius citato loco, videntur magis ſtringere, cum pro principali fundamento huius opinionis adduxit rationem, quam probauit Reg. de Pont. de pot. proreg. tit. de tract. ſeu extract. num. 23. fol. 232. eamque nouiſſimè conſideratam fuiſſe dicit Paſchal. (quamuis in proprijs his terminis conſiderauerunt, & deduxerunt, eandem rationem; poſt Cumanum ſuperius citatum; Guttier. & Molin. citatis locis, & Cardin. Mantic. inferius citandus) dicunt enim pro fundamento præcitati authores, dona-
1242 torem † non teneri, niſi in quantum ille facere poterit, commodè & honeſtè, ita vt non egeat, deducto ære alieno; ad tex. in d. l. inter eos §. is quoque. ff. de re iudic. & d. l. qui id quod. ff. de donat. cum alijs concor-
1243 dant. ad quod æs alienum deducendum, † inſpicitur tempus exactionis, ſeu rei iudicatæ ad tex. in l. rei iudicatæ. ff. ſolut. matr. cum alijs citatis per Guttier. de Ponte, & Paſchal. citatis locis: idcirco ſi prius deducitur quod creditoribus debetur, neceſſariò ſequitur, creditores donatario præferri, quamuis anteriori, cum leges prædictas de poſterioribus creditoribus loquutas fuiſſe ſatis notum eſt, tum tanquam indefinitè loquentes, tum etiam quia ſi illas loquutas fuiſſe de creditoribus anterioribus, de indubitabili loquutas eſſe, dijudicaretur, ideo in illarum diſpoſitione comprehenduntur, & anteriores, & poſteriores creditores.

Deinde ad conciliandas difficultates infraſcripta vtitur diſtinctione; nam aut (dicit) ſumus in patrimonio
1244 donantis † ſatis exiguo, ex quo donatarius, & creditores ſatisfactionem recipere non valent, & tunc Cumani Guttierij, & aliorum opinionem contra donatarium eſſe veriorem, concludit.

Aut verò ſumus in amplo patrimonio, ita vt ex eo ſatisfieri poterit tam donatori, quam creditoribus; aut beneficium vt donator teneatur in quantum facere poterit, iure aliquo ceſſaret, & tunc opinionem pro donatario contra creditores præualere dicit; cui ſuæ diſtinctioni nullum oriri præiudicium ex diſpoſitione tex. d.
1245 l. 1. C. de iur. fiſc. lib. 10. ſubiungit, cum lex illa † non loquatur in donatario creditore, ſed in donatario poſſidente res donatas, & ſic in eo, qui dominium rei donatæ acquiſiuit ante acquiſitionem hipothecæ factam per fiſcum.

Creditorem enim ex cauſa lucratiua, creditoribus poſterioribus ex cauſa oneroſa præferendum eſſe, cæteris paribus contra Guttier. Caſtill. Molin. Capiblanc. & alios non ſolum probant authores ſuperius pro noſtra opinione

opinione citati, ſed nouiſſimè nouis adductis rationi-
bus, his verò, quæ nos diximus, & dicemus non conſi-
deratis, probant Pichard. Hiſpanus in Salmaticenſi ſco-
la lector primarius, in §. quædam actiones, num. 70. in-
ſtitut. de action. & latius, Amator. Rodriquez de priuil.
creditor. p. 2. art. 1. nu. 19. & 20. cum cauſa lucratiua li-
1246 cet ex voluntate incipiat, † tamen demum fit neceſ-
ſaria, ad text. in l. 3. §. ſicut, ff. de commod. ideo non vi-
detur ratio, cur lucratiuus non præferatur ex generali-
tate text. l. 2. C. qui pot in pign. hab. idq; ego probo per
text. l. de rebus, C. de donat. ante nupt. vbi donatarius
anterior præfertur creditori poſteriori, quem probat
Couarruu. variar. reſol. lib. 1. c. 16. verſ. licet priuatus,
ſecundò probo per tex. qui cauillationem non recipit in
l. ſi quidem in ſecundo reſponſo. C. de donat. int. vir. &
vxor. vbi Imp. decidit, vxorem donatariam preferri cre-
ditoribus poſterioribus.

Et ſi ex aduerſo dicatur, iura prædicta loqui in do-
natario actualiter poſſidēte bona donata, tamē ſi obie-
ctum procederet reſpectu d. l. 1. C. de iur. fiſci libr. 10. &
d. l. de rebus, forſan ſic loquentium, verum reſpectu d. l.
ſi quidem, nequaquam obiectum operaretur, tanquam
generaliter, & indefinitè loquentis.

1247 Donatarius autem perſonalem tantum habens, †
nequaquam concurrit cum alijs creditoribus æquè per-
ſonalem habentibus, niſi fuerit antiquior, ne donatio
fieret poſtquam debitor debitis fiat obnoxius, vt ele-
ganter docent Pichardus vbi ſupra num. 87. & Amator.
Rodriquez vbi ſupra art. 3. num. 2. ver. quam regulam,
confundens in cęteris diſtinctionem tituli lucratiui, &
oneroſi ſatis eleganter.

At verò, vt amaritudines tollantur oportebit con-
traria ſoluere, quibus ſolutis duos diſtinguam caſus,
ex quorum explicatione apparebit veritas articuli.

Non negatur, (vt ab hoc prius incipiamus) ſępe nu-
1248 mero rationem lucri differre à ratione † damni, ad
tex. in l. ſi is cui, §. fin. ff. de furt. cum alijs iuribus cōcor-
dantibus, quæ congerit Dec. in l. in eo. ff. de reg. iur. nu-
mero 1. taliter, quod tractans de lucro non iuuabitur
æquitate. l. ſi me, & Titium, ff. ſi cert. petat. ſed non per
hoc inuenitur aliqua lex particularis, quæ ſtatuat credi-
torem ex cauſa oneroſa præferendum donatario ante-
riori, licèt præcitati authores hoc probarunt.

At, vt ad inſtitutum reuertamur; adducta per Dom.
Capiblanc. noſtræ concluſioni non aduerſantur, nam
1249 & ſi hipotheca dicatur acceſſoria ad contractū † do-
nationis, & conſequenter annullato contractu, annul-
latur hipotheca, vt paſſim notant omnes, nō propterea
ſequitur, quod hipotheca adiecta donationi effectū non
operabitur, aduerſus poſteriorem creditorē, cum in ca-
ſu noſtro nequaquam annullatur, aut reuocatur dona-
tio, ſed tantum controuertitur circa prælationem, eò
quod etiam non ſequuta traditione regulariter non re-
1250 uocatur, ſed donator † cogitur tradere ad tex. in l. ſi
quis argentum, §. fin. C. de donat. & §. aliæ inſtit. eod.
ideo ſi donatio inter viuos dicitur perfecta, etiam ante
traditionem, & ab initio, quamuis aliquo modo per no-
uam obligationem infringatur, vt inferius, tamen hipo-
theca, dato contractu à principio valido, ſuum opera-
1251 ta † fuit effectum ſeparatum ab eodem contractu,
afficiēdo ſcilicet res donatas nexu hipothecario, eò quia
diuerſos pariunt effectus donatio, & hipotheca; vt ſin-
gulariter in terminis conſtituti docet Tiraq. de iur. con-
ſtit. par. 2. limit. 7. nu. 41. verſ. ſtante ergo.

Comprobantur hæc, nā effectus donationis eſt obli-
1252 gare † perſonam donatoris ad tradendum rem do-
natam d. l. ſi quis argentum §. fin. & d. §. aliæ, ſed effe-
ctus hipothecæ eſt afficere rem donatam, aliaque bona
hipothecata, taliter quod a bonis obligatis non ſepara-
tur, vt inferius dicetur, ideò ſi poſt perfectam donatio-
1253 nem, eadem donatio † aliquam reſtrictionem patia-
tur in illa perſonali obligatione circa prælationem, non
per hoc hipothecaria eandem reſtrictionem pati debet
in bonis eius nexu obligatis, cum vt diximus diuerſus
effectus oriatur ab ea, nec refert id quod ſuperius dixi-
mus, hipothecariam ſcilicet tanquam acceſſoriam ad
contractum donationis regulandam ſecundum natu-
ram ipſius donationis, illamque non alterabit; eò quod
1254 & acceſſorium † nequaquam ſequitur naturā prin-
cipalis, quando in illo diuerſa conſideratur ratio, Bar. in
l. eos num. 6. C. de vſur. & Alex. ad eum in l. Publia §. Ti-
tius ver. inducunt verſic. præterea ff. depoſit. ac Dec. in
l. cum principalis ff. de reg. iur. immo, & hipotheca, quæ
1255 non oritur ſine principali obligatione, † ſeu perſona-
li actione, ſi principalis obligatio ſubmoueatur, & ex-
tinguatur, remanebit hipothecaria, tanquam ſeparatū
producens effectum, quia ſufficit vt ſemel conſtituatur,
1256 † qua conſtituta, ſeparatur à principali, ad text. in l.
2. C. de initio. pign. & poſt Bart. in l. fideiuſſor obligari.
ff. de fideiuſſ. in principio, expendit Neguſan. de pignor.
par. 6. memb. 2. num. 5. inſuper, & contractu annullato
1257 † quandoque remanet hipothecaria, ad text. in l. &
ſi is. C. de præd. minor. prout nec obſtabit text. in alle-
gata l. qui id quod ff. de donat. vbi actiones regulantur
ſecundum naturam donationis, quia ibi tractatur de
actionibus perſonalibus eandem naturam cum princi-
pali obligatione habentibus, eademque ratione niten-
tibus; itaque hipothecaria poſtquam ſemel fuit conſti-
1258 tuta ſuum ſeparatū producet effectum, quicquid do-
natio perſequentem obligationem rei donatæ altere-
tur, quia ſeparatum producunt effectum, ex ſuperius
traditis.

Secundò nec inficiant, quod ex aliquibus ex præcita-
tis authoribus colligitur, & ex alijs nos collegimus, ſę-
1259 pè, res donatas † non traditas remanere quodam
modo in dominio donantis, vt permittatur eidem illas
obligare, Bart. & cæteri in d. l. 1. Cod. de iur. fiſc. lib. 10.
Caſtrenſ. in l. fi. §. Lucius ff. de donat. cæterique alij, quos
congerunt Dec. conſil. 251. nume. 3. volum. 2. & con-
ſil. 139. numero 6. Bero. conſ. 60. in princ. & Celſ. con-
ſil. 55. & 100.

Comprobantur hæc obiecta, per apertum text. d. §.
1260 Lucius, vbi Scæuola cōſultus ſtatuit, rem donatam †
tranſire in donatarium cum onere hipothecæ contra-
ctæ per donantem poſt donationem factam, ſed ante
traditionem.

Attamen his non obſtantibus, vera, & inconcuſſa
redditur noſtra concluſio; cum Bart. Caſtrenſ. & omnes
præcitati authores loquantur in re donata, quæ non fuit
affecta nexu hipothecario, prout & Scæuolam in d. §.
1261 Lucius † ſic loqui patet; ideò non mirum, ſi creditor
hipothecarius poſterior præferatur donatario anteriori
ſolam perſonalem habenti, eò quod creditor regula iu-
ris clara nititur, quam ſtatuit conſultus in l. creditor qui
prior. §. ſi primus, ff. qui potior. in pignor. hab. vbi ſim-
pliciter ſtatuitur creditorem hipothecarium, licèt poſte-
riorem, præferendum eſſe anteriori ſolam perſonalem
habenti, & conſequenter peroptimè firmarunt præci-
tati

1262 tati authores donatorem † ante traditionem poſſe
obligare per hipothecam rem donatam.
1263 Natura enim hipothecariæ † producit ius in re, tali-
ter quod ſi per mille manus res hipothecata tranſierit,
ſemper & inſeparabiliter tranſit nexu hipothecario af-
fecta, vt latè Iaſ Gomeſ. & cæteri in §. omnium inſtit. de
action. & eſt ius afficiens, ſequiturque rem hipotheca-
tam tanquam lepra leproſum, vt eleganter expendit
Regens de Ponte deciſ. collateralis conſ. 34. num. 9. &
quaſi per totam.

Comprobantur hæc per text. d. l. fin. §. Lucius ff. de
donat. qui tex. retorquetur contra præcitatos authores,
& pro noſtra concluſione inducitur, cum ibi probetur,
rem donatam cum onere hipothecæ tranſire tanquam
illo iure reali affecta; meritò ſi altera prior præcedat hi-
potheca ſuper re donata, etiam ſi ſecundo creditori tra-
1264 datur, tranſibit cum primo onere hipothecario, † ra-
tione ex eodem §. Lucius deſumpta & ſuccedit regula,
qui prior. de regul. iur. in 6. l. qui balneum ff. qui pot. in
pign. hab. cum alijs concordantibus; eò quod hipothe-
ca prior ſemel acquiſita ſuper rebus, non autem tollitur
1265 † per ſubſequentem conſtitutam abſque conſenſu il-
lius; cui prima hipotheca fuit acquiſita, ad notata in l. ſi
debitor, & l. voluntate ff quibus mod. pign. vel hipoth.
1266 ſol. quia contractus à principio ſunt † voluntatis, &
demum fiunt neceſſarij, ad text. in l. ſicut ff. de actio. &
oblig. probatque Neguſant. de pignor. par. 2. memb. 4.
num. 143.
1267 Et ſi ad totaliter perficiendam † donationem re-
quiratur traditio, vt tradunt Bart. & cæteri omnes in d.
l. 1. C. de iur. fiſc. lib. 10. & in d. §. Lucius, ad hoc vt ſe-
quens obligatio non teneat, tamen ſecus erit ſi primo
loco hipotheca adiecta fuit, quæ vt operetur ſuum rea-
1268 le nexum † nequaquam traditionem requirit, Negu-
ſant. de pignor. par. 7. memb. 1. num. 1. & 2. & doctiſs.
ac meritiſs. Regens Valenz. conſ. 15. num. 5. iuribus per
eos citatis ſatis notis.

Tertiò neque ſatisfacit diſtinctio deducta per Domi-
num Paſchalem loco citato, eò quia primum caput ſuæ
diſtinctionis reſpicit ſubſtantiam eius; quod in contro-
uerſiam authores deduxerunt, ſcilicet dato donatore
inope; dataque ſui patrimonij modicitate; & ſecundum
caput ſuæ diſtinctionis iudicabitur tanquam indubita-
tum, cum nullus negabit, quemlibet creditorem per ſa-
tisfactionem crediti faciendam ex quibuſuis bonis à pe-
titione debere excludi cum ſatis ſit illi ſolutionem ſui
1269 crediti fieri, vt non concurrat, itaque exiſtente † pa-
trimonio amplo omnes acquieſcunt.

Sed oportebit reſpondere iuribus adductis per eun-
dem dominum poſt Guttier. Molin. & alios ſuperius re-
1270 latos quæ admodum concluſionem † noſtram tur-
bãt, ſcilicet l. inter eos §. is quoque ff. de re iudic. & l. qui
id quod ff. de donat. cum alijs concord. ex quibus con-
ceditur beneficium donatori, modo vt ex eodem domi-
no Paſchali ſuperius adnotauimus, deducto ære alieno,
vt ibi diximus.

Dicas enim ſtudioſe lector, iura prædicta procedere
quando donatarius vrgeret donatorem, qui beneficio
illarum legum vti vellet, quod beneficium cum perſo-
1271 nale ſit † donatori tantum conceſſum dicitur, & ad
eius creditores non tranſibit. l. 4. §. ſi quis. ff. de priuileg.
credit. quibus, & alijs medijs pro reſponſione vtuntur
Pichar. in allegato §. quædam actiones, num. 70. inſtit.
de act. reprehendens in ſpecie Guttier. tanquam ſe mo-
uentem dd. iuribus, quibus ſe moueri nullatenus debuiſ-
ſe dicit, & Amator. Rodriquez de priuil. credit. par. 2.
artic. 1. num. 19. & 20. ſuperius, vterque citatus, & no-
ſtram quam probauimus defendens opinionem; Regu-
1272 la autem, qui † prior de reg. iur. in 6. & tex. l. potior.
ff. qui pot. in pignor. hab. nequaquam limitatur, niſi ex-
preſsè cautum in iure reperiatur, Din. in d. regula; At
beneficium prędictum debetur ex natura donationis, d.
l. qui id, quod, ſed natura hipothecariæ ſeparatum pro-
ducit effectum, vt ſuperius adnotauimus; ideo non re-
gulabitur ſecundum naturam donationis.

Comprobatur reſolutio, nam Doctores tenentes
contrarium, ſequuti ſunt Raphael. Cuman in allegata
1273 l. priuilegia. ff de priuil. cred. & Cumanus † loquitur
de creditoribus ex titulo lucratiuo, qui non habent hi-
pothecam, ſed perſonalem tantum actionem, meritò
aduerſus eos operabitur titulus oneroſus, cum penes
Cumanum nulla de hipotheca mentio ſit, prout ſic
Cumanum loquutum fuiſſe probat Cardin. Mantica de
tacit. & ambig. conuent. tom. 1. lib. 11. tit. 22. nume. 23.
& ſequent.

Ex qua comprobatione infertur, contrariam opi-
nionem non ſolum non eſſe veram ex ſuperius traditis;
1274 ſed nec † etiam communem, quando donatarius
* habet hipothecam; licet ſit vera, & communis quan-
do donatarius non habebit hipothecam, vt ex Cuma-
no, & alijs Cumanum ſequentibus intelligitur.
1275 Meritò cauendum erit à domino † Capiblanc.
meo compatre (viro alioquin eruditiſſimo,) allegan-
te Manticam pro eius opinione, cum Mantica con-
trariam, & noſtram ex diametro probat opinio-
nem.

Idcirco, his ſolutis, pro clariori explanatione hu-
ius articuli duos diſtinguamus caſus, illeque erit pri-
1276 mus, nam, aut donator † donauit abſque hipothe-
ca, & tunc non ſolum poterit bona donata obligare d.
§. Lucius, vbi Doct. & in d. l. 1. C. de iur. fiſci præferun-
turq; creditores ſuper re donata, d. §. Lucius; ſed etiam
habebit beneficium, & habebunt locum iura d. l. inter
eos, §. is quoque, & dict. l. qui id, quod reſpectu donan-
tis; habebitque locum Cumani, & ſequacium opi-
nio.

Aut, & ſecundò donauerit, & pro obſeruantia, &
ſecuritate donationis bona donata, omniaque bona
1277 hipothecauerit, & tunc reſpectu creditorum † erit
locus regulæ, qui prior ſuperius probatæ, vt ex ſuperius
traditis latè patet; & expreſsè probat Cardin. Mantica
citato num. 23.

At ſi reperiretur aliquis duræ ceruicis, ſeu potius ſub-
tilioris ingenij, cui prædicta non ſatisfacerent, & profi-
teretur creditorem præferendum eſſe donatario, mo-
tus forſan diſpoſitione iurium volentium beneficium
conceſſum donatori, deberi deducto ære alieno, quæ
vt vides amicę lector ex ſententia eiuſdem Cumani hu-
ius contrariæ opinionis authoris, procedunt reſpectu
donatarij perſonalem tantum actionem habentis, vt
ſuperius probauimus.

Attamen data, ſed non conceſſa contraria opinio-
ne; illam limitabis, & temperabis, vt nullatenus pro-
1278 cedat, ſi poſſeſſio † rerum donatarum tranſlata fuit
in donatarium mediante clauſula conſtituti, ex qua
transferri poſſeſſionem, & dominium inferius pro-
babitur.

Nec huic limitationi aduerſantur, quæ congerit
D.Capi-

Dom. Capiblanc. vbi ſupra numero 1240. & ſequen.
quia, & ſi conſtitutum ſit acceſſorium, tamen ſepara-
1279 tum producit † effectum ab eo, quem producit
donatio, ideò ſufficit vt à principio validè conſtitua-
tur, vt ſuperius ex Tiraquell. de iur. conſtit. parte ſe-
cunda limitatione ſeptima, numero quadrageſimopri-
mo, verſiculo ſtante ergo; probauimus ad hoc, vt eius
effectus non tollatur; demum nequaquam regulabi-
tur ſecundum naturam principalis contractus dona-
tionis, cum diuerſa ratione nitatur, diuerſumque ef-
fectum producat ex traditis ſuperius, numero 1250.
cum ſequentibus. Prout nec refert, conſtitutum fictè
transferre rei obligatæ poſſeſſionem, quia licèt per
1280 actum fictum † traditio fiet, tamen ex eo vera poſ-
ſeſſio, & propria transfertur iuribus, & authoribus
centenis citatis per Tiraquell. de iur. conſtit. ampliat.
prima tota; parte ſecunda, quodque verum eſt, etiam
ſi in inſtrumento, aut in contractu facta eſſet men-
tio de actuali traditione, & corporali, quia quo ad iu-
1281 ris effectum conſtitutum † ſatisfacit legi contra-
ctus, Tiraquell. eadem parte ſecunda ampliat. ſepti-
ma, & quod per conſtitutum vera poſſeſſio, verum-
1282 que dominium † transferantur, probarunt Hie-
ron. Gabrielius conſilio 141. libro primo, Honded.
conſilio decimooctauo, numero ſexageſimoprimo, li-
bro ſecundo, & Theſaur. deciſione quadrageſimaocta-
ua in fine, & omiſſis generalibus in proprijs terminis
donationis, illam à traditione inceptam eſſe, dicitur,
1283 ſi donator conſtituat ſe nomine donatarij poſſidere.
Auditor Peruſin. deciſione vigeſimanona, tota, & ſpe-
cialius Cardin. Mantica de tacit. & ambig. tomo ſecun-
do libro decimotertio, titulo quarto, numero vigeſi-
mo; & id adeò verum eſt, quod ſi alicui fuiſſet tradi-
ta poſſeſſio rei donatæ per conſtitutum, tunc ſi eadem
poſſeſſio tradita fuerit altero donatario, vel creditori
1284 actualiter, & corporaliter; indiſtinctè † primus,
qui poſſeſſionem per conſtitutum acquiſiuit præfertur,
vt ex receptiſſima opinione, & à nemine controuer-
ſa probat Tiraquell. de iur. conſtit. parte prima in prin-
cipio, numero vigeſimoprimo, verſiculo ideò ſi quis,
cum multis numer. ſequen. & in duobus donatarijs,
probat Peruſin. in citata deciſione vigeſimanona, nu-
1285 mero decimotertio, vbi conſtitutum transferre †
poſſeſſionem etiam ex contractu nullo probat: ex qui-
bus apparet malè ſenſiſſe Grat. conſilio trigeſimoſex-
to, columna finali volumine primo, Gabrielium, de
empt. & vendit. concluſione ſecunda, numero vigeſi-
mooctauo, & Carroc. qui hos probat deciſ. 125. nume-
ro octauo dicentes, conſtitutum in contractu donatio-
1286 nis † interpoſitum vires amiſiſſe, ſi donator rem
donatam alienauerit, & per actualem traditionem tra-
diderit; cum contra communem opinionem eos loqu-
tos fuiſſe, ex traditis patet.

Idcirco, vt prædicta apertius clarificentur, duo erunt
conſiderandi articuli, quorum ille primo loco ſe of-
fert; nam aut donator poſt factam donationem cum
hipotheca, & conſtituto; res donatas obligauerit cum
ſimili hipotheca, ſimilique conſtituto alicui creditori
nulla actuali traditione ſubſequuta, & tunc in pari
1287 cauſa præfertur † primus conſtitutarius, ſeu dona-
tarius, de recepta opinione teſtatur Tiraquell. de iur.
conſtit. parte prima, numero vigeſimoprimo, & ſe-
quen. & ſic habebit locum regula, qui prior, & de iſto
articulo non dubitatur.

Aut ſecundò, donator poſt factam donationem res
donatas nō ſolum obligauerit, ſed actualiter alienauerit
per realem traditionem, medio titulo oneroſo; & tunc,
1288 quia per ſequentem alienationem, poſſeſſio † quæ
vigore conſtituti erat in poſſe donatarij, interuerſa
fuit, ideo, in beneficium primi conſtitutarij, ſeu dona-
tarij proditum fuit remedium. l. fin. C. de acquiren.
poſſeſſio. vt valeat ſuam amiſſam, & interuerſam poſ-
ſeſſionem recuperare, modo vt latiſſimè adnotauimus
in ſeptimo principali quæſito numero 907. cum ſeq.
verſic. vt ad viam, qua, & in fortiori caſu ſuperius nu-
mero 837. cum ſequent. verſic. nec ſecunda hæc con-
cluſio; traditio enim, quæ ex conſtituto inducitur
1289 † veram, fingendo, transfert poſſeſſionem; prout
& ſi donatario actualiter tradita fuiſſet res donata, &
eandem rem donatam, idem donatarius donatori de-
mum conſignaſſet locationis, aut alio detentionis ti-
tulo, donatorque inſuper alienaſſet; tunc nullus nega-
ret competere donatario remedium poſſeſſorium recu-
perandæ proditum in beneficium amittentium poſſeſ-
ſionem bonorum modo prædicto, & alijs ſimilibus per
nonnullas leges; horum exemplo imperator ſtatuit ſi-
mile beneficium poſſidentibus per conſtitutum, ex d. l.
final. C. de acquirenda poſſeſſione, vt ex Menoch. & ex
alijs probauimus in citato ſeptimo quæſito numero
799. cum ſequent. verſicu. expediti de hipothecaria

Ex quibus apparet Dominum Capiblancum loco
citato, contra probatiſſimas deductas regulas fuiſ-
ſe argumentatum, cum per authores per eundem
allegatos non ſolum ſuæ argumentationes non pro-
bantur, ſed potius improbantur, dixit enim requiri
1290 actualem † traditionem, nec ſufficere fictam per
conſtitutum, vt in lucratiuis cauſetur prælatio, ad quod
probandum citat Vrſill. ad Afflict. deciſio. 275. qui in
diuerſis terminis loquitur, nempe in caſu conſuetudinis
Neapolit. requirentis actualem traditionem in dona-
tionibus pro cauſa inferius adducenda; non mirum
itaque ſi requiratur actualis traditio in caſu illius ſta-
tuti, ſic expreſsè ſtatuentis; verum Vrſill. refert,
conſuetudinis prædictæ diſpoſitione, vt ſupra
non obſtante, Sacr. Conſil. iudicaſſe ſatis ſufficere;
1291 etiam in caſu conſuetudinis poſſeſſionem † rei do-
natæ, per conſtitutum eſſe traditam, & ſic etiam
contra illam particularem legem, poſſeſſionem
conſtitutariam fuiſſe approbatam per Sacr. Conſil. ex
Vrſillo deducitur.

Et Molfeſius ad idem per eundem dominum alle-
gatus in eiuſdem conſuetudinis terminis loquutus,
dicit ſtatutum ſic fuiſſe per text. d. conſuetud. vt euita-
1292 rentur † fraudes committi ſolitæ per contrahen-
tes, fingentes facere donationes ad fraudandum
vicinos in iure congrui, vt poſt Napodan. aduertit
Molfeſius citatus per dom. Capiblanc. in tom. ſecundo,
conſuet. Neapol. par. 10. tit. de inſtrum. quæſt. quinta,
ideo iſti authores tanquam loquentes in diuerſis ter-
minis opinionem dom. Capibl. nequaquam probaue-
runt, imò vt dixi expreſsè improbarunt, noſtramque
clarius firmauerunt, vt ex Vrſillo deciſum in Sac. Conſ.
diximus, prout dom. Reg. Valenz. in conſ. 67. num. 45.
nequaquam probat Capibl. opinionem, cum tantum
dicat fictam ſolutionem non ſufficere, vbi vera requiri-
tur, & ſic in diuerſis terminis.

Nec id, quod vltimo loco dixit, nempe conſtitu-
1293 tum † vti fictitium non operari contra creditorem tractantem de damno ex Guid. Papa deciſ. 101. per eum citato probatur, cum Guido loquatur in odioſis, videlicet quando cadat res emphitheotica in commiſſum, quamuis etiam in illis terminis omninò ex ſuperius traditis venit reijciendus, tanquam contra communes regulas loquutus, imò contra eundem Guidonem verius, & receptius per doctores firmari probat additionator ad eundem Guidonem in d. ſua deciſione.

Comprobantur hæc omnia, nam lucrum, quod ex donatione prouenit, per hipothecam, ex qua conſtituitur ius in re, & per conſtitutum, ex quo donatarius conſequitur veram poſſeſſionem, verumque dominium, vt ſuperius ex Tiraquell. Hieron. Gabr. Honded. & Theſaur. probauimus, numero 1282. dicitur radicatum, & acquiſitum, donatario, quo in caſu, de tali lucro idem
1294 iudicabitur, † quod de damno iudicatur, Bald. in l. cum te in principio poſt Cin. C. de donat. ante nupt. ac idem Bal. Ang. & Imol. in l. non amplius §. 1. ff. de leg. 1. & gloſ. Alex. & alij, quos omnes probat Decius in l. in eo, numero 1. verſic. & hoc intelligitur, ff. de reg. iur. idcirco ſi in his terminis iura eodem iudicio vtuntur, tam in tali lucratiuo titulo, quam in oneroſo, meritò nullo alio iure cautum reperitur, in his terminis oneroſum titulum præferri lucratiuo; ſed non mireris lector amatiſſime de domino Capiblanc. viro, vt diximus eruditiſſimæ lectionis; quia ſi prædicta cumulauit, non animo ſic concludendi, dixit, ſed potius excitandi, dum in fine dicti ſingular. primi proteſtatur, vt in occurrenti conſideretur; ſed opinio noſtra dicitur verior etiam data hipotheca tantum, vt ex ſuperius traditis probatum fuit.

SVMMARIVM.

1296 *Creditor anterior etiam in pecunia præfertur.*
Hipotheca etiam in pecunia conſtituitur, ibidem.

1297 *Creditor primus præfertur ſecundo, in pecunia ſecundo ſoluta, & bona fide conſumpta, de veritate num. ſequentibus.*

1298 *Creditor anterior, an præferatur in pecunia ſoluta poſteriori, & bona fide conſumpta; articulus ſatis controuerſus dicitur.*

1299 *Creditor anterior non poteſt auocare pecuniam poſteriori ſolutam, & bona fide conſumptam, quodque vſus forenſis approbauit, licet contrarium de rigore verius, num. 1300.*

1301 *Creditor poſterior exigendo pecuniam à communi debitore, illamque bona fide conſumendo; extinguntur, hipotheca, rei vendicatio, & condictio ex lege, omniſque actio reſpectu anterioris creditoris, & numero 1302.*

1303 *Fiſcus creditor poteſt auocare pecuniam poſteriori creditori ſolutam, & bona fide conſumptam.*

1304 *Fiſcus creditor, non auocat pecuniam, ſolutam poſteriori oneroſum titulum habenti, & bona fide conſumptam, contrarium numero 1305. controuertitur numer. ſequentibus, ſed pro fiſco reſpondetur, numero 1308.*

1306 *Fiſcus in dubijs quæſtionibus, poſtponitur declara, num. 1307.*

1307 *Fiſcus in dubijs quæſtionibus circa penas fiſcales poſtponitur.*

1309 *Fiſcus ſuccedens priuato non auocat pecuniam ſolutam poſteriori, & bona fide conſumptam.*

1310 *Fiſcus creditor penæ, non auocat pecuniam poſteriori ſolutam, & bona fide conſumptam.*
Fiſcus pro pœnis non habet prælationis priuilegium, ibidem.

1311 *Fiſcus pro pœna auocabit pecuniam ſolutam poſteriori creditori de alia pœna; in praxi autem fiet diuiſio, ibidem.*

1312 *Mulier pro dote auocat pecuniam poſteriori ſolutam & bona fide conſumptam.*

1313 *Creditor priuilegiatus auocat pecuniam ſolutam poſteriori, & bona fide conſumptam.*

1314 *Creditor anterior non auocabit pecuniam ſolutam poſteriori, & bona fide conſumptam, ſi vterque pari priuilegio parique cauſa nitatur.*

1315 *Creditor magis priuilegiatus auocat pecuniam poſteriori ſolutam, & bona fide conſumptam.*

1316 *Creditor anterior auocat pecuniam ſolutam, poſteriori, extantem.*

1317 *Pecunia ſoluta cum cautione de reſtituendo dicitur extare.*

1318 *Pecunia liberata per iudicem pendente lite ne maneat otioſa dicitur extare.*

1319 *Pecunia mala fide conſumpta dicitur extare.*

1320 *Pecunia mala fide conſumpta ideò extare præſumitur, quaſi quod per malam fidem dolo deſierit conſumans poſſidere.*

1321 *Pecunia mala fide conſumpta dicitur quando poſterior creditor exigit à debitore, quem ſcit eſſe nõ ſoluendo, & habere anteriores creditores.*
Pecunia mala fide conſumpta quando dicatur, ibidem, & 1322. & ſeq.

1323 *Mala fides non præſumitur, ideò articulanda, & probanda.*

1324 *Creditor poſterior violenter exigens, cogitur reſtituere anteriori per reuocatoriam, aut extorſerit, ibidem.*

1325 *Pecunia ſoluta poſteriori diligentiori per debitorem decoctum, aut debitis implicatum auocabitur per anteriores concurrentes.*

1326 *Pecunia ſoluta poſteriori, ſi cæteri creditores concurrant, quia debitor debitis inuolutus erat, auocabitur etiam ſi iuſſu iudicis ſoluta fuit.*

1327 *Pecunia ſoluta per debitorem vni ex creditoribus petentibus, per gratificationem auocabitur per anteriorem, vbi de materia gratificationis remiſſiuè.*

1328 *Pecunia redacta ex ſocietate, vel negotiatione, ſi ſoluatur vni ex creditoribus eiuſdem ſocietatis, auocabitur per alios, etiam ſi ſolutio iuſſu iudicis facta ſit, declara num. 1329.*

1329 *Pecunia debita pluribus inſolidum, ſi vni ſoluatur, tota extinguitur obligatio, & diuiſioni locus erit.*

1330 *Pecunia ſoluta poſteriori per amicum debitoris de propria eiuſdem amici pecunia; vt debitor, ad inſtantiam illius poſterioris carceratus liberaretur, an auocabitur*

tabitur per anteriores, cum infinitis ſequent.

1331 *Pecunia mutuata tranſitum facit in dominium accipientis.*

1332 *Hipotheca contrahitur ſuper iure, quod momento exiſtit in poſſe debitoris.*

1333 *Pecunia ſoluta per debitorem decoctum fraudem parit.*

1334 *Hipotheca ceſſante ceſſat ipſius priuilegium; & erit locus gratificationi.*

1335 *Hipotheca non datur ſuper pecunia depoſita in odium deponentis, & qualiter.*

1336 *Pecunia depoſita ad vnum finem, illo non ſequuto reſtituitur, & qualiter.*

1337 *Pecunia depoſita per amicum, vt amicus liberaretur qualitercunque tranſeat, id non intereſt amico.*

1338 *Pecunia mutuata carcerato, vt liberationem procuraret, ſi ſit ſoluta poſteriori pro excarceratione, non auocabitur, ſi ſit bona fide conſumpta, & 1339.*

1339 *Pecunia ſoluta poſteriori extra patrimonium debitoris proueniens, non auocabitur per anteriorem, & qualiter, & 1340.*

1341 *Contractus, per modum appoſitum celebratus, modo non ſeruato, diſſoluitur.*

Modo non ſeruato, diſpoſitio reſoluitur, ibid.

Contrahenti non intereſt, vt pecunia mutuata conuertatur in cauſam, ob quam mutuata fuit ibidem, in fine.

1342 *Mutuum recipiens tenetur conuertere pecuniam in cauſam, in quam mutuata fuit.*

Pecunia mutuata cõuerti debet in cauſam, in quam mutuata fuit, ibidem.

Debitor non adimplens modum in mutuo ſibi facto adhibitum, dolum committit, ibidem.

Debitor vni indebitè ſoluens, alijs omiſſis dicitur gratificandi cauſa ſoluiſſe, ibid.

1343 *Gratificatio in debitore ſoluente illo tunc conſideratur, quando pluribus creditoribus inſtantibus, debitor vni tantum ſoluit.*

1344 *Pecunia mutuata debitori pro eius excarceratione, ſi ob talem cauſam ſit depoſita per eundem debitorem, ſubſequutaque fuiſſet excarceratio, poterit capi per anteriores, ſi adhuc extaret, & creditori carceranti non eſſet conſignata.*

1345 *Depoſiti dominium remanet penes deponentem.*

1346 *Pecunia mutuata debitori carcerato, vt pro ipſius liberatione ſolueretur creditori carceranti, ſi ſoluta in hanc cauſam fuit, non auocabitur per anteriores.*

Pecunia exacta iudicis authoritate non auocabitur per anteriores creditores, ibidem verſicul. corroboratur hoc.

1347 *Dolo facere non videtur, qui ſuo iure vtitur.*

1348 *Creditoribus anterioribus, credentibus patrimonij debitoris diminutionem non eſſe latentem, & periculum in mora exigendi abeſſe, negligentia non adſcribitur.*

Intellect. text. l. qui autem, §. apud Labeonem, ff. quæ in fraud. creditor. ibidem, & 1348.

1348 *Solutio debiti de pecunia amici, patrimonium debitoris in damnum creditorum anteriorum non diminuit.*

Depoſitum qua cauſa fit per debitorem, ibidem in fine, & 1349.

1350 *Pecunia ſoluta, vel promiſſa per amicum debitoris carcerati, vel conſumpta, vel extans, vt debitor liberaretur, nunquam auocabitur ad inſtantiam creditorum anteriorum, & qualiter.*

1351 *Conſtituens ſe ſoluturum pro debitore vni creditori; non moleſtabitur ab alijs creditoribus.*

1352 *Hæres cum beneficio l. & inuent. poterit ſoluere poſteriori primo venienti.*

Pecunia ſoluta poſteriori per hæredem cum beneficio l. & inuentarij auocabitur per anteriores, cum ſit liberatus hæres & ibid. & 1353.

1354 *Debitor præſumitur alia bona acquirere.*

1355 *Emptor ab hærede cum beneficio non moleſtabitur per anteriores creditores, cum valeant recuperare à poſteriore, cui pretium rei emptæ fuit ſolutum.*

Pecunia redacta ex venditione rei hæreditariæ venditæ per hæredem cum beneficio; ſoluta poſteriori auocabitur, ibid.

1356 *Emptor rei obligatæ moleſtabitur ab anterioribus creditoribus.*

Pecunia redacta ex re vendita per debitorem, & poſteriori ſoluta, nequaquam auocabitur per anteriores creditores, cum poterit moleſtari emptor ibid.

1357 *Hęres cum beneficio vendens res hæreditarias, & de pretio ſoluens poſteriori ſciens adeſſe anteriores creditores, eſſet in dolo, & teneretur ob malam fidem.*

1358 *Hæres cum beneficio ſoluendo poſteriori debet exigere cautionem de reſtituendo, ſi ſciebat adeſſe anteriores creditores.*

1359 *Pecunia ſoluta poſteriori per hæredem cum beneficio in mala fide exiſtentem non auocabitur per anteriores, cum illis ſit conſultum contra hæredem, niſi omnes creditores concurrerent, & pro ſolutione inſtarent numero 1360.*

1361 *Pecunia ſoluta poſteriori per exequutorem teſtamentarium, an auocabitur per anteriores.*

1362 *Hæres ſoluendo poſteriori de ſua pecunia cum ceſſione iurium ſibi imputat.*

1363 *Emptores rerum hæreditariarum, an moleſtentur, creditore, cui pretium illarum rerum fuit ſolutum, non ſoluendo exiſtente.*

Debitor debitoris ſoluens poſteriori creditori non moleſtabitur ab anterioribus, quamuis ſciat alios adeſſe venditores anteriores, ibid. & 1364.

1365 *Pecunia ſoluta poſteriori, per hæredem, abſque beneficio; & bona fide conſumpta, non auocabitur per anteriores extenditur etiam ſi hæres non erit ſoluendo, ſi omnes creditores non inſtetiſſent ibidem, & numero 1366.*

1367 *Pecunia ſoluta poſteriori creditori per tutorem, an auocabitur per anteriores.*

1368 *Soluentes poſterioribus procurare debent cautionem de reſtituendo in forma, modo vt in Regno paſſim ſeruatur.*

1369 *Pecuniæ auocatio ſi detur, tamen denegabitur aduerſus perſonas priuilegiatas.*

1370 *Pecunia ſoluta poſteriori effecto locupletiori ſemper auocabitur per anteriores, & qualiter.*

1371 *Pecunia ſoluta poſteriori creditori ex cauſa lucratiua
auocabitur per anteriores, & 1372.
1372 *Pecunia ſoluta Hebræis poſterioribus ſemper auoca-
bitur per anteriorem creditorem, cum Hebræi titulo lu-
cratiuo credere, & contrahere dicantur, & 1373.*
*Hebræi dicuntur credere, & contrahere ſemper titulo lu-
cratiuo, ibid.*
1374 *Pecunia quãdo tranſeat in Dominio recipientis, quan-
doque auocabitur remiſſiuè.*

CREDITOR ANTERIOR, AN PRÆFE- ratur poſteriori creditori in pecunia.

EXtenditur tertiò principalis regula, etiam in pe-
1296 cunia, ſuper qua anterior creditor † præfertur
poſteriori cum in illa conſtituatur hipotheca iuribus, &
authoribus relatis per Affl. deciſ. 190. num. 4. ſequitur
Ambroſin. deciſ. 2. num. 15. gloſ & Bar. quos citat idem
Affl. vbi ſupra num. 2. verſ. in contrarium; quodque his,
& alijs relatis probat meritiſs. Regens Valenzuela con-
ſil. 64. num. 20.

Ampliatur extenſio, vt procedat etiam ſi pecunia ſit
1297 bona † fide conſumpta per ſecundum creditorem,
cui fuiſſet per debitorem ſoluta; vt probarunt Iacob. de
Aren. Bald. Ang. Faber, & alij relati per Affl. in d. deciſ.
190. Stracha de decoctor. par. vltima, ſub num. 30. &
ſeq. Vrſill. ad Affl. vbi ſupra, nu. 5. Matth. Brun. de ceſſ.
bonorum, queſt. 24. & iuſtiorem, ac veriorem hanc opi-
nionem dicit Cæſar Manent. deciſ. Mantuana 45. nu. 8.
citatis per eum Strach. Phanuc. Cartar. Surd. Aſin. Am-
broſin. Carroc. Fachin. Couarr. Marta, Borgnin. & alijs,
quamuis æquiorem dicant, præcitati authores, eſſe con-
trariam opinionem; eandemque veriorem opinionem
dicit Felician. de cenſ. libro 3. cap. 5. numero 17. am-
pliat. 9.

Verum articulus iſte perdifficilis vocatur per Peregr.
de iur. fiſc. lib. 6. tit. 6. nu. 8. verſ in hoc perdifficili pun-
1298 cto, valdè † dubitabilem dicit Eugen. conſ. 89. nu. 2.
confusèque per Doctor. fuiſſe pertractatum dicit Flores
de Menna. variar. qq. iur. lib. 1. quæſt. 6. num. 1. intrica-
tum nũcupauit Vincent. Carroc. deciſ. 109. in principio,
quos refert Michael Paſtor deciſ. Aragon. 206. nu. 20.
quæ reperitur inſerta inter deciſiones Seſſæ volum. 2. ac
arduum, & difficilem etiam dicit Gaſpar Theſaur. quæſ.
forenſ. 16. lib. 2. nume. 1. dubiumque exiſtimat Molina
de contract. diſput. 536. nu. 27. Attamen facili negotio
explicabitur.

Idcirco licet Salicet Fab. de Mont. Graſs. Gregor. Lo-
pez, Surd. Coſta, & alij relati per Gaſpar. Theſaur. vbi
ſupra num. 8. dicant ampliationem veram, taliter quod
aliqui communem dicere auſi ſint; Attamen contra
ampliationem, & ſic quando pecunia ſoluta poſteriori
1299 ſit bona fide conſumpta, non poſſe anteriorem, †
auocare eam, reſponderunt Bart. in l. pupillus ff. de pri-
uileg. creditor. vbi etiam Cuman. & Fulgoſ. Affl. citata
deciſ. 190. Gramat. quæſt. 1. nume. 7. Capic. deciſ. 78.
num. 2. Gail. lib. 2. obſeruat. 25. num. 16. Phanuc. de in-
uent. par. 5. num. 174. Roman. conſ. 111. Menoch. conſ.
25. Faber in §. item ſi quis in fraudem inſtit. de action.
Pariſ. conſ. 69. num. 2, lib. 4. Boſſ. titu. de fiſco, num. 34.
Auditor Peruſin. deciſ. 45. num. 4. Couarru. practicar.
cap. 29. Peregr. vbi ſupra num. 8. Aloyſ. de Leo in l. pe-
cunia. C. de priuileg. fiſc. Caualcan. deciſ. 29. lib. 3. nu-
mero 36. qui diuerſos diuerſimodè loquentes de more
citat; Rolan. de inuentar. par. 3. Carroc. in d. deciſ. 109.
Cartar. deciſ. 19. Emannuel Coſta Selectar. queſt. libro 2.
cap. 15. Eugen. d. conſ. 89. Guttier. quæſt. ciuil. libro 3.
quæſt. 101. numero 6. & ſeq. Mar. Antonin. variar. re-
ſolut. libro 2. reſolut. 60. caſ. 15. Vrſill. ad Affl. vbi ſu-
pra Maſull. ad Capic. in allegato loco Gaſpar Theſaur.
citata quæſt. 16. numero 7. & ſeq. Ceph. conſ. 86. Mi-
chael Paſtor ſuperius citatus, Ambroſin. citata deciſ. 2.
numero 15. & 22. Hieron. Laurent. deciſ. Auen. 96.
numero 2. Honded. conſil. 18. numero 66. volum. 1.
Coſta de ſubſidiar. remed. 37. numero 1. Hercul. Ma-
reſcott. variar. reſolut. libro 2. cap. 36. numero 1. & 2.
Cardin. Seraph. deciſ. 174. Regens de Ponte deciſ. 34.
numero 1. & de poteſt. proreg. titu. de Aſſenſ. Regio,
§. 9. numero 18. Ioan. Andr. Georg. alleg. 39. nume-
ro 11. Molfeſ. ad conſuetud. Neap. tom. 1. par. 4. quæ-
ſtione 26. numero 16. & ſeq. qui citat Rebell. & alios,
Ioan. Baptiſta Thoro in compend. deciſionum Regni
verſ. creditor fol. 129. vbi referuntur Riccius, Graſs. &
innumeri, (ſed non omnes vnam profitentur opinio-
nem, idque de ſtilo agit,) Sigiſm. Scaccia de commerc.
& camb. §. 2. gloſ. 5. numero 442. Molin. in citato loco,
Doctiſs. & meritiſs. Regens Valenzuel. citato conſ. 64.
Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 304. nu-
mero 2. Pyrr. Maur. Aretin. de ſolut. cap. 68. Barboſ.
inferius citandus, & Muta Siculus in Rit. & capit. Re-
gni, locis per eundem allegatis, in deciſione 28. nu-
mero 16.

Et ſi inter præcitatos authores circa veritatem arti-
culi reperiatur aliqua diſſentio, tamen omnes conclu-
dunt, hanc opinionem vſum forenſem approbaſſe;
1300 quamuis ampliatio, & ſic contraria opinio † de ri-
gore iuris verior dijudicetur, immo hanc eandem opi-
nionem magna æquitate niti, vnanimiter dicunt, & in
praxi continuò ſeruari, vt inter alios teſtantur Vrſill.
Menoch. Coſta, Gaſpar Theſaur. Michael Paſtor, Ste-
phan. Gratian. Ambroſin. Barboſ. Cæſar. Manent. Pyrr.
Maur. & quaſi omnes, à qua in iudicando, & conſulen-
do nequaquam diſcedendum probant, ideò tu amice
lector omiſſa diſputatione, hanc ſequaris opinionem,
ratione ſolidiſſima probatam, nempe, ne mundus liti-
bus inuoluatur, ac ex infraſcriptis alijs rationibus, imò
etiam de iure veriorem nonnulli ex præcitatis authori-
bus profitentur, ſed omninò melius dicetur receptio-
rem in praxi eſſe; quicquid etiam de iure veriorem di-
cat Gaſpar. Theſaur. in allegata quæſt. 16. numero 11.
per text. in l. pupillus, & l. qui autem §. ſciendum. ff.
quæ in fraud. credit. cum amplius non erit quærendum
1301 de hipotheca ſi pecunia fuit conſumpta, † neque de
rei vendicatione ſi res non extat, nec de condictione ex
lege, ſi debitum fuit ſolutum vero creditori abſque do-
lo, vel fraude inuigilanti ad exactionem ſui crediti cu-
ius dominium fuit translatum, & conſumptione firma-
tum ad notata in l. ſi alieni nummi ff. de ſolutio. gloſ.
Bart. & alij in l. ſingularia ff. ſi cert. petat. notatque
Surd. in allegato conſil. 4. numero 10. 11. & 12. ac
conſil. 528. numero 16. & 29. in primo, & quarto vo-
lumine in caſu maioris difficultatis loquens; ll. enim
pupillus, & qui autem §. ſciendum, licèt loquantur
in priuilegiato creditore, tamen ratio inuigilantiæ in
illis iuribus conſiderata, procedit in vtroque credito-
re,

1302 re, † vt nonnullis authoribus, ac Senat. deciſio-
nibus probat Gaſpar Theſaur.ibi; verum iudicio meo
exactius contraria opinio probatur ex his quæ ſingula-
riter congerit Petr. Barboſ. in l.1.par.6. num.20.vſque
ad numerum 23. verſic.ad perfectam ff.ſolut.matr.ex-
quibus dignoſcitur hanc ſecundam opinionem eſſe in
praxi receptiſſimam, ſed contrariam de iure veriorem
videri.

Subampliatur ampliatio, notata numero 1297. illa-
que tanto fortius procedit in fiſco, qui poterit auocare
1303 † pecuniam poſteriori creditori ſolutam qualiter-
cunque conſumptam, in qua ſententia omnes præcitati
authores conueniunt per tex.in l.deferre §.fin.cum alijs
ll.ſequentibus ff.de iur.fiſc.l.pecunia C.de priuileg. fiſci
adnotat in ſpecie Gaſpar Theſaur. in d.quæſtio. caſ.1.
qui de omnium conſenſu teſtatur.

Modificatur ſubampliatio, vt procedat tantum in
1304 pecunia ſoluta poſteriori lucratiuum † habenti titu-
lum, quia ſi ſolueretur habenti oneroſum, nequaquam
fiſcus auocaret pecuniam, Faber in §.ſi quis in fraudem
numero 23. inſtit. de actio. ac Menoch. Cæph. & alij,
quos probat Peregr. de iur.fiſci lib.6.tit.6.num.8.

1305 Contra modificationem reſpondit † ſapientiſs.Co-
uarruu. practic. citato cap.29. num.3. dicens eam fal-
ſam, cum text. in d.l.pecuniam generaliter loquatur,&
hanc Couarruu.opinionem videntur ſequi doctiſs.Reg.
Valenzuela conſil. citato 64. numero 22. & 23.& Ste-
phan. Gratian. tom. ſecundo diſcept. forenſ.cap. 304.
numero quinto, verſic. ſecundo, verum pro modifica-
tione reſpondit Michael Paſtor in citata deciſ. 206. nu-
mero 51.ideo hæc modificatio dubia redditur, & con-
ſequenter non erit inconueniens in hac dubia quæſtio-
1306 ne † ſequi opinionem contra fiſcum, ad tex.in l.non
puto ff.de iur. fiſci, niſi dicas text.d.l.non puto pluribus
1307 intellect.intricatum procedere in pœnis fiſcalibus,† vt
nonnullis citatis probat Cardin. Mantic. de tacit. &
ambig.conuent. tom.primo, libro 11.titu.25. numero
1308 22.& per hoc puto in praxi contra fiſcum † non ob-
tineri, ſed procedere opinionem Couarruu. quam ve-
riorem dixerunt,Guttier.& Auendan.quos probat Bar-
boſ.in d.l.1.par.6.numero 24.& Carroc.deciſ. 109.nu-
mero 45. quicquid dicant alij.

1309 Modificatur ſecundò in fiſco ſuccedente priuato; †
nam cum agat ex perſona priuati,in cuius locum ſucceſ-
ſit, nequaquam hoc auocationis priuilegium obtinebit,
ad tex.in l.fiſcus ff.de iur.fiſc.ac Bar. & Bal.quos probat
Cardin. Mant. citato lib.11.tit.18. num.30. compro-
batque Amator. Rodriquez de priuil. credit.par.1.art.
2.num.8.verſ.verumtamen.

Modificatur tertiò in fiſco creditore ex pena eidem
1310 fiſco de maleficio debita, qui non auocabit † pecu-
niam ſolutam creditori poſteriori, vt poſt Bart.in l.poſt
contractum ff.de donat. & in l.aufertur §. fiſcus. ff. de
iure fiſci Gugliel. de Cun. & Bal. latè diſtinguentes in l.
reſcriptum.ff.de pact. probat Neguſant. de pignor.par.
2.memb.4. numero 115. ſed clarius Cardinal. Mantic.
in proximo citato tit.18.numero 31. vt indiſtinctè non
habeat prælationis priuilegium pro pœnis reſpectu cre-
ditorum in fine dicti num. 31.& in principio numero
ſeq. ad tex in l.quod placuit ff.de iur. fiſci,& in terminis
auocationis pecuniæ his, & alijs allegatis probat Ste-
phan. Gratian.diſcept. forenſ.tom.2.citato capit. 304.
num.9.& 10.

Declaratur modificatio,vt non procedat,quando fi-
1311 ſcus pro pena † concurrat cum creditore poſterio-
re, cui ſoluta fuit pecunia, & conſumpta, qui creditor
etiam pro pena eſſet, quia in pari cauſa exiſtentibus
creditoribus eiuſdem generis ſemper fiſcus præfertur,
& conſequenter auocabit pecuniam, vt Mantic. nu-
mero 33. & Stephan. Gratian.numero decimo, citatis
locis probant, ſed in praxi diuidetur, vt teſtatur Ca-
ball. reſolut. crimin. tom.2. caſ. 202. num. decimo, &
ſequent. Comprobant omnia prædicta Merer.lib. 2.de
priuileg.credit.tit.5.nu.21.cum ſequent. & Amat. Ro-
driquez vbi ſupra.

Subampliatur ſecundò, (vt ad ſubampliationes re-
deamus,) procedere ampliationem ipſam non ſolum in
fiſco, ſed etiam in dote, pro qua mulier poterit auo-
1312 care † pecuniam poſteriori ſolutam, & cõſumptam,
vt probarunt Couarruu. Capic. Menoch. Cęph. Surd.
Barboſ. Guttier. & alij præcitati authores, quorum
* communem dicunt Barboſ. Couarruu.& Gaſpar.The-
ſaur. ſuperius relati, & pro ea deciſum refert Couarru.
1313 vbi ſupra, idque in omni priuilegiato † creditore
procedere per præcitatos probatur,& in ſpecie per Ma-
reſcott. variar.lib.2.ca.36.numero quinto, & Michael.
Paſtor in allegata deciſ.206.nume. 51. ac Cęphal. con-
ſil.448. nume. 31. & Pirr. Maur. dict. tractat. de ſolut.
cap.68.nu.12. in 3. caſu, clariuſque Carroc. deciſ. 109.
nu.44.& in Eccleſia loquitur Marta vot.42. & in quoli-
bet loquitur Paſtor in citata deciſ.nu.52.

Declaratur ſubampliatio,quando creditores ſunt pa-
1314 res † priuilegio, & cauſæ, tunc indiſtinctè negabitur
auocatio, poſtquam hoc in caſu in ſpecie loquitur iure-
conſ. in d. l. pupillus, ff. quæ in fraud. credit. cum con-
cordant. vt diligenti, & vigilanti in exigendo ſuccurra-
tur, ita Barboſ. in d.l. 1.par.6.nume.21. verſ. & reten-
ta hac opinione; ac Gaſpar Theſaur. allegata quæſt.
num. 6. in 3. caſu, quam declarationem intelligas ſe-
cundum deciſionem text. in l. ſi non expedierit, §. 1.
ff. de bon. author. iud. poſſ. quæ declaratio non proce-
dit quando auocans pecuniam eſſet magis priuilegia-
1315 tus, quia tunc daretur † auocatio, vt Barboſ. &
Theſaur. implicitè firmant negantes declarationem,
quando non ſunt pares; ſed explicitè probat Carroc.
citata deciſ. 109. nume. 18. poſt Iaſ. in l.inter eos, nu-
mero 7. ff. de re iudic. & in creditore priuilegiato do-
ctiſs. Regens Valenzuela inferius citandus numero de-
cimoſexto,& ſequent.ac in caſu huius declarationis nu-
mero quarto.

Comprobatur tamen extenſio notata ſuperius nu-
1316 mero 1296. vt procedat quando pecunia † ſolu-
ta creditori poſteriori extat, illaque conſumpta non
erit, vt loquuntur, & conueniunt vnanimiter omnes
allegati authores deciſum dicit Mareſcott. variar. reſo-
lut.citato cap. 36.numero octauo verſic.verum, ac alij
omnes.

Infertur ex hac comprobatione, vt pecunia dica-
1317 tur † extare ſi ſoluta fuerit creditori poſteriori da-
ta cautione de reſtituendo, cui, quibus, & quando in
forma, Præſ. de Franch. deciſ. 75. nu. 9. & deciſ. 200.
per text. in l. ex facto in fine, ff. de pecul. & l.1. & 2.ff.
de vſufruct. ear.rerum, &c. probaruntque in terminis
noſtris Stracca de decoct.par.1. nu.15. clarius Couarr.
d.practicarum cap.29.num.1.apertius, & fuſius, Nea-
politano, Præſide de Franch. Muſcatello, Andrea Gail,
& alijs allegatis, oculatiſs. Dom. Regens Valenzuel.
conſil.64.nume.24.accedit, & Barboſ. in dict.l.prima

par.6.num.23.verſ.ad perfectam,& Cæſar Manent.de-
ciſ.45. num.10. ac Regens de Ponte deciſ.34. num.20.
in fine.

Extenditur illatio, etiam ſi per creditorem recipien-
tem pecuniam nequaquam ſit præſtita cautio, ſed tan-
tum per iudicem eidem fuerit liberata pecunia penden-
te lite, donec aliàs prouideatur, vt ſingulariter probat
Michael. Paſtor in ſæpius citata deciſ.206. inſerta in ſe-
cundo volum. deciſionum Seſſæ: num.34. cum multis
ſequentibus.

Infertur ſecundò, vt etiam extare dicatur pecunia, ſi
1319 illa dicatur † conſumpta mala fide, Surd.conſ.4.vol.
1.nume.43. & ſeq. quem probat Mareſcott. d.cap.36.
num.8. Surdus enim citato loco dicit, hoc in caſu pecu-
niæ dominium non transferri, ſed ſemper extare eam,
iudicabitur; quodque confirmat pluribus adductis iuri-
bus, & aurhoribus; quaſi quod per malam fidem dolo
1320 † deſierit creditor poſſidere, ideò illa extare præſu-
mitur, ita Surd. vbi ſupra, ſed quando, & quomodo in
hac materia & generaliter in omni alia, dicatur quis de-
ſinens poſſidere dolo, quandoque, & quomodo conce-
datur reuocatoria latè Carroc. in d. deciſ.109. num.2.
cum multis ſeq. Difficultas enim erit ſcire quando pe-
cunia dicatur mala fide conſumpta, verum cõſumptam
1321 † mala fide dicunt authores, quando creditor poſte-
rior exigit à debitore, quem ſcit habere anteriores cre-
ditores, eumque non ſoluendo eſſe, Ioſeph Ludouic.de-
ciſ.citata 45.num.20. Barboſ. vbi ſupra nu.23. verſ.ad
perfectam, Surd.locis citatis, Borgnin. deciſ.29. nu.36.
par.3. & Gaſpar Theſaur. in d.quæſt.num.13. eò quod
per hunc modum videtur ſecundus creditor dolo deſi-
nere poſſidere, vt Surd.& Barboſ.probant; ſed quia exa-
ctio non ſufficit ad cauſandam malam fidem, modo vt
ſupra, niſi in conſumptione etiam acceſſerit mala fides,
ideò tunc ineſſe mala fides in vtroque probabitur, quã-
do ſecundus creditor ſciẽs adeſſe anteriores, eſſeque de-
bitorem non ſoluendo, illicò pecuniam exactam expen-
dit, anteriores eludendo, & defraudando; at ſecundò
diceretur in vtraque mala fide, ſi eidem exigenti ante
1322 exactionem fuiſſet ad inſtantiam anterioris † denun-
ciatum, & denunciatione non obſtante exegiſſet, ſi in
denunciatione fides de credito anteriori facta eſſet; aut
tertiò ſi lite mota per anteriorem exactio fieret per po-
1323 ſteriorem, † dummodo anterior non fuiſſet negligẽs
in proſequendo litem, & ex hoc inſtantia eſſet perem-
pta. Mala itaque fides erit in ſpecie articulanda, & pro-
banda, cum illa non præſumatur; demum quando vio-
1324 lenter exegit dubitans de anteriore omninò † datur
reuocatoria, vt poſt Guttier. Coſt. Surd.& alios, congerit
hæc omnia Gaſpar Theſaur. d.quæſt.16.nu.13.& ſi ſe-
cundus extorſerit vtique ab eo auocabitur Carroc. de-
ciſ.109.nu.29. niſi à debitore fugiente extorſerit, idem
num.30.

Comprobatur ſecundò, quando debitor pluribus de-
bitis inuolutus eſſet effectus non ſoluendo, cõparuerunt
omnes creditores procurantes ſuorum bonorum ſeque-
ſtrationem, aut aliam executionem, modo vt ſit contra
Bancarios, aut alios mercatores tenentes, vulgo, *detta;
ragione*; aut alios decoctores, omneſque inſtant ſibi ſol-
ui; at vnus ex creditoribus cæteris diligentior, & verſu-
tus præuenit in exactione recipiens merces, aut pecuniã
1325 à debitore; tũc ſi ſollicitus ſit poſterior, auocabitur †
ab eo pecunia, aut merces ſi extant, vel ſi cõſumptæ ſint,
tantundem, tanquam mala fide conſumptio facta ſit, vt
Aff. Vrſil. Stracca, & Guttier. allegatis probat Gaſpar
Theſaur.d.q.16. num.14. quam comprobationem ex-
tendit contra Guttier.etiam ſi iuſſu iudicis ſolutio facta
1326 fuiſſet per ſententiam, quia † probata anterioritate
auocabitur vt ſupra, itaque deciſum in illo Senatu re-
fert; & Surd. Cæph. & alijs relatis deciſum dicit in Ro-
ta, nouiſſimè Mareſcot. vbi ſupra num.4. Prout ſi om-
nium creditorum par fuit diligentia, & debitor vnum
1327 per ſolutionem gratificauerit, quia † tunc etiam
auocabitur pecunia quamuis conſumpta, Mareſcott. in
d.cap.36.lib.2. variar.num.3. Carroc. d.deciſ.109.nu-
mero 26. eò quia debitor gratificando videtur dolum
committere Carroc.num.27.ſed quando erit locus gra-
tificationi, idem num.28. modo etiam, & in creditori-
bus eiuſdem negociationis, ac ſocietatis, nam vnius vi-
1328 gilantia pro debiti exactione, † vel à debitore gratifi-
cante, vel à iudice ius ſic dicente, cæteris non præiudi-
cat, Michael Paſtor.d.deciſ.206.num.53.in quinta con-
cluſione, niſi debitum inſolidum deberetur, quia vno
1329 exigente † tota diſſoluitur obligatio, & ſocietas, &
credita exacta diuiduntur, Carroc. vbi ſupra num.31.&
Michael Paſtor num.55.

Retento themate decoctoris, proponitur per Ga-
ſpar. Theſaur. in d.quæſt.16.lib.2.num.15. vnus ſingu-
laris, & curioſus caſus, nam ſi debitor decoctus carcera-
tus eſſet ad inſtantiam ſecundi creditoris, & dum duce-
retur ad carceres, vel eo carcerato, comparuit amicus
quidam dicti debitoris, & ſoluit creditum dicto ſecun-
do creditori, vt liberaretur debitor amicus, qui ſtatim
fuit liberatus, vel depoſuit pecuniam debitam, vt illa
1330 ſolueretur pro liberatione amici, quæ fuit ſoluta, † &
conſumpta; an hoc caſu dabitur auocatio ad inſtantiam
anteriorum; & Romæ deciſum fuiſſe pro anterioribus
creditoribus, refert Theſaurus, his adductis rationibus,
nam pecunia prædicta tanquam ab amico mutuata
1331 communi debitori tranſitum fecit in dominium † ac-
cipientis, ad tex.in l.2.§.appellata.ff.ſi cert. petat. Rot.
Ian. deciſ.26. num.15. ideo hipotheca ſuper ea conſti-
tit, ad notata in l. cum tabernam §. fin. ff. de pignor.
quia ſufficit ius tranſire, & momento remanere penes
1332 debitorem, vt ſuper illo iure contrahatur † hipothe-
ca fauore creditorum Rimin. iun. §. 1. numero 115.
inſt. per quas perſ.nob.acq. Phanuc. de moment.temp.
cap.31. numero 9. & cap. fin. numero quinto, & ſeq.
quæ fortius procedunt dato debitore decocto, cuius
1333 pecuniæ ſolutæ conſumptio fraudem præſumit ex
ſuperius traditis, dataque violenta exactione per carce-
rationem, ex qua fraus prouenit, vt ſuperius notaui-
mus.

Pro creditore ſecundo, exigente deducit Theſaurus;
ſuper pecuniam prædictam nullam eſſe contractam
hipothecam, cum non fuerit in dominio debitoris dum
ſoluta fuerit creditori, vt amicus debitor liberaretur,
1334 vnde ceſsãte hipotheca † nullum ſubeſt priuilegium,
eſtque locus gratificationi, & ſi depoſuit amicus, in de-
poſito præfertur ipſe, ſi cauſa liberationis non ſequatur,
illaque non ſequuta ceſſat cauſa depoſiti, his conſidera-
tis putat Theſaurus malè fuiſſe Romæ iudicatum, &
proinde non moleſtandum ſecundum creditorem, niſi
1335 pecunia † extaret depoſita, & per creditores ſeque-
ſtrata foret, tunc priores eſſent præferendi ſed non in
odium deponentis, qui limitatè depoſuit; vt amicus li-
beraretur, finaliter cogitandum reliquit, quia caſus eſt
ſubtilis, & peregrinus.

Ego autem omiſſis adductis pro ſecundo creditore recipiente ſolutionem, quæ procederent, quando non eſſet ſequuta liberatio, & pecunia depoſita fuiſſet ſeque-
1336 ſtrata, quia † ſine dubio præferetur amicus deponens, ex capite cauſæ non ſequutæ ad text. & ibi notata in l. cum te, C. de pact. int. emp. & vendit. ſed difficultas conſiſtit reperire iudicium, ſi liberatio ſequatur, & ſuper auocatione pecuniæ conſumptæ, vel extantis diſceptetur, ſuper qua diſceptatione intereſſe deponentis, aut ſoluentis nequaquam erit in conſideratione, cũ
1337 ſua non interſit † pecuniam mutuatam peruenire in poſſe anterioris, vel poſterioris, ſed tantum interfuit, vt amicus liberaretur, qui iam fuit liberatus, ideo allegata per Theſaurum pro amico deponente, aut ſoluente inutilia redduntur.

Pro reſolutione huiuſmodi infraſcripti erunt conſiderandi caſus; nam aut & primò, amicus ille pecuniam mutuauit carcerato, vt ipſemet ſe liberaret è carceribus ſoluendo creditori poſteriori carceranti, & tunc ſi pecu-
1338 nia prædicta non extaret, ſed conſumpta † eſſet quãuis per traditionem factam de illa in poſſe debitoris translatum fuit eiuſdem pecuniæ dominium in debitorem d. l. 2. §. appellata, ff. ſi cert. pet. vbi Doct. & proinde affecta fuit hipotheca anteriori, d. l. cum tabernam, §. final. ff. de pignorat. tamen cum ſit conſumpta bona fide auocationem non recipit, ex ſuperius traditis; & quod ſit bona fide conſumpta probatur, nam vt mala fides ineſſe dicatur, requiri diximus, vt creditor exigens ſciat adeſſe anteriores creditores & per hoc exacta per eum pecunia ſtatim illam impendit fraudando creditores; At in iſto caſu nullam commiſit fraudem erga creditores ille, qui exigit, & conſumpſit, cum exi-
1339 git id, quod † non erat in bonis debitoris, & conſequenter non erat eis obligatum, nec per eoſdem ſequeſtratum; fraus enim in hoc caſu illa conſideratur per noſtrates, quãdo per exactionem diminuitur patrimonium debitoris in damnum anteriorum, vt refert Carroc. d. deciſ. 109. num. 25. ac alij omnes ſupponunt, in facto autem nulla iniuria, nulloque intereſſe affliguntur anteriores, ſi poſterior diligens procurauerit ſui crediti ſolutionem extra patrimonium decocti prouenientem,
1340 & ſic de pecunia proueniente ex perſona † & ex re non obligatis, anteriorib. creditorib. vt fuit conſideratũ per Io. And. ad Speculat. relatum per Affl. dec. 190. ante nu. 4. & per Reg. de Ponte deciſ. 34. num. 20. verſic. & magis prædicta procedunt, nec diſplicet huic concluſioni, quod ex aduerſo dictum fuit ſufficere momento fuiſſe in dominio debitoris, vt obligaretur anterioribus, & ſic diceretur ſolutio facta de pecunia anterioribus obligata, quia reſpondetur, quod quamuis dominium pecuniæ mutuatæ tranſierit in debitorem mutuatarium, tamen dominium translatum fuit affectum modali cauſa, vt eadem pecunia ſolueretur creditori carceranti, ideo modus ille † ſi fuit adimpletus, omninò iure
1341 adimpletus fuit, eò quod modo in contractu appoſito non obſeruato, diſpoſitio ex poſtfacto reſoluitur, Bar. in l. quibus diebus §. Termilius, num. 17. & Soccinus Sen. num. 8. in fine, ff. de condit. & demonſtr. Caſtrenſ. conſi. 292. lib 1. Corn. conſ. 311. num. 5. lib. 1. Crauett. conſil. 10. num. 14. in fine, nec aduerſabuntur tex. in l. 1. §. non autem, & l fin. ff. de exercit. action. ac l. liberto, ff. de neg. geſt. cum alijs concordant. ex quibus iuribus probatur, non intereſſe contrahenti, vt eius pecunia mutuata conuertatur in cauſam, ob quam mutuata fuit; quia licèt non interſit amico mutuanti, tamen recipiens mu-
1342 tuũ † diſpoſitione iurium prædictorum tenetur cõuertere pecuniam mutuatam in cauſam in mutuo expreſſam; nam ſi debitor fidem non impleret ſoluendo creditori eum carcerãti modo mutuationis ſeruato, dolum committeret, ad tex. in l. ſicut, §. illud videamus, vbi Bar. num. 1. verſic. nam ſi fidem; idcirco ſi debitor ſoluerit huic creditori pecuniam ſibi ad hanc cauſam mutuatam iuris diſpoſitionem, & fidem mutui ſequeretur nulla gratificationis cauſa intermedia, quæ in huiuſmodi per iureconſultos conſideratur, vt Paul. iureconſ. loquitur in l. ſi non expedierit, §. 1. verſ. quod ſi vtroque, ff. de bon. auth. iudic. poſſid. tunc enim gratificandi cauſa ſoluit debitor, quando indebitè vni ſoluit alijs omiſſis, ad text. in l. ſumma cum ratione, in ſummario, ff. de pecul. debitor ideo gratificando videtur dolum cõmittere, & cum eo, cui ſoluit participare ad text. d. l. ſumma cum ratione, vbi Doctor. & in ſpecie adnotat Carroc. in allegata deciſ. 109. num. 27. in facto nulla doli participatio interuenit, ſed debitor de pecunia ſui amici mutuantis ſoluit, denique gratificatio per conſultos conſi-
1343 derata, illo tunc inſpicitur, † & committi dicitur, quando plures inſtant creditores, & debitor vni ſoluit, meritò ſolutio per gratificationem facta iudicabitur, ita Paul in dict. §. 1. verſic. quod ſi vtroque; ſed in facto vnus tantum creditor inſtetit pro carceratione ergo, &c. hoc idem adnotatur per Carroc. vbi ſupra num. 28. & 26.

Sin autem pecunia extaret, & tunc ſubdiſtinguendũ erit, nam aut pecunia extaret in depoſitum factum per debitorem, pro quo depoſito facto; ſubſequuta fuit liberatio amici debitoris, & hoc in caſu indiſtinctè præfe-
1344 runtur † anteriores creditores in illa pecunia obligata eiſdem, per illam momentaneam acquiſitionem factam ex mutuo, vt ſupra demonſtrauimus, nec refert nõ eſſe ſeruatum modum mutui, cum nihil hoc interſit mutuanti ſi pecunia non ſit conuerſa in cauſam mutuatam ex iuribus ſuperius citatis ſub tit. de exerc. act. & de neg. geſt. quamuis debitor ad id adimplendum erat obligatus, eò quod hæc obligatio non afficit creditores anteriores, qui habent ſtrictiori obligatione debitorem obligatum, idcirco ante conſignationem pecuniæ faciẽdam creditori carceranti intrabit prælatio anteriorum, obſtante regula, qui prior, ſed demum facta conſignatione nequaquam, per aliam regulam in cap. factum legitimè, de reg. iur. in 6. & in l. conſtituta legitimè, ff. de regul. iur. vbi Dec. & Cagnol. itaque ſi probauimus legitimè ſolui pecuniam creditori, ſub hac lege mutuatam; prohiberi poterit initium huiuſmodi actus à principio, ſed ex poſtfacto nequaquam; vt in d. regulis, dominium
1345 ideo pecuniæ depoſitæ † remanet penes debitorem deponentem ad text. in l. licet, ff. de depoſ. vbi Doctor. & l. intereſſe, ff. de acquir. poſſeſſ. ideo præferuntur anteriores.

Sin verò pecunia extaret in poſſe creditoris recipientis, & exigentis, & tunc quia exegit in cauſam, in qua mu-
1346 tuata † fuit, & ſic legitimè dijudicarem, & tenerem nequaquam moleſtandum hunc creditorem ex cauſis, & rationibus congeſtis in primo caſu, cum non interuenerit gratificatio, nec patrimonij debitoris diminutio.

Corroboratur hoc ſecundum diſtinctionis caput; nam hic creditor exegit authoritate iudicis, ideo aduerſus eum nequaquam datur reuocatoria ad text. in l qui autem, §. apud Labeonem, ff. quæ in fraud. creditor. quia

1347 quia † non videtur dolo facere, qui ſuo iure vtitur, l. nihil, ff. de reg. iur. cũ concordant. nec deciſioni huius tex. aduerſatur dictum Ang. in l. pupillus ff. eod. prędicto titulo, quę in fraud. credit. quem probat Carrocc. in d.
1348 deciſ. 109. num. 24. & 25. dicentes text. d. §. † apud Labeonem non procedere, quando negligentia non adſcribitur anterioribus credentibus non eſſe latentem patrimonij debitoris diminutionem, & periculum in mora exigendi abeſſe; nam vt diximus ſolutio per debitorem de pecunia amici ſub hac lege mutuata, nequaquam patrimonij debitoris diminutionem cauſauit, differt enim hic caſus à proximo prçcedẽti, cum in illo pecunia depoſita remanſit in dominium debitoris, per iura ibidem allegata, & probat Molin. de contract. diſput. 523. num. 4. & ſeq. & ſit vt in cuſtodiam depoſitarij maneat, donec iudicetur, cui liberanda erit, meritò inquam pecunia expoſita eſt, vt conſignetur cui de iure iudici videbitur, quaſi quod deponens ideò depoſuit, quia recuſauit voluntariè ſoluere, recuſabatque creditor recipere ſolutionem forſan vinculatam, vt proſequuntur authores in l. acceptam, C. de vſur. & vbique paſſim; quæ non
1349 conſiderantur † in pecunia realiter ſoluta, quæ fortius procedunt, quando cum expenſis carcerare feciſſet debitorem creditor, & vigore decreti ſolutionem reciperet, Cępha. conſil. 555. libro 5. & Pyrr. Maur. Aretin. de ſolut. cap. 68.

Aut verò ſumus in ſecundo caſu principali, veluti quando amicus videns amicum debitorem duci carceratum, vel ductum eſſe in carceribus offerat creditori carceranti, conſtituatq. ſe ſoluturum pro amico pro eius excarceratione quantitatem dicto creditori carceranti debitam; creditor verò recipiendo ſolutionem, ſeu pro-
1350 miſſionem † ab amico conſtituente excarcerare fecit debitorem; tunc vel ſi conſumpta ſit per creditorem exigentem, cui fuit ſoluta, vel ſi extet penes eum vel autem ſi depoſita fuit, vt huic creditori liberetur in omni horum caſuum nequaquam poterit auocari per anteriores hæc pecunia, tum quia ad hunc finem conſtituit ſe ſoluturum pro amico debitore, hic tertius, ideo ſi aliter fieret reſcinderetur ex capite cauſæ, & finis non ſecutę ad notata in l. cum te, C. de pact. int. empt. & ven-
1351 dit. tum, & fortius quia poſtquam vni † creditori fuerit conſtitutum, impeditur facultas ſoluendi alteri correo credendi, quid fortius alteri creditori ex diuerſo credito, ad tex. in l. ſed & ſi filiofam. §. ſi mihi, ff. de conſtit. pecun. vbi Bar. hoc adnotat, cum quibus iunctis quæ dicta ſunt ſuperius in alijs caſibus credo eſſe ſatisfactum reſolutioni articuli per Theſaurum iuniorem iam propoſiti, ſaluo lectoris ingenioſi rectius ſentientis iudicio cui, &c.

Comprobatur tertiò in hærede cum beneficio legis, & inuentarij, qui cum poterit ſoluere cuique creditori
1352 poſteriori † primo veniẽti ad tex. in l. fi. §. & ſi præfatam, C. de iur. deliberandi, vbi omnes authores, dummodo inuentarium fiat vt iuris, modo vt aduertit oculatiſs. Præſ. de Franch. deciſ. 272. num. 4. illa ratione, quia hæres cum huiuſmodi beneficio nequaquam poterit moleſtari ab anterioribus creditoribus, niſi quatenus in hæreditate eſſet vulgatis regulis, & notant præcitati authores in d. l. fi. & conſequenter anteriores creditores actionem, & ſpem recuperandi perderẽt, ideo conſultum eſt
1353 eiſdem agendi pro auocatione † pecuniæ ſolutę poſteriori, ita poſt Barboſ. in ſæpius citato loco, num. 25. probant Gaſpar Theſaur. in citata quæſt. 16. num. 16. & Carroc. in ſæpius allegata deciſ. 109. num. 46. & ſeq. ratio enim differentiæ inter principalem debitorem ſoluentem, & hæredem cum beneficio hæc eſt, quia in hærede procedunt ſuperius dicta, & in principali debitore ſecus, cum remaneat ſemper actio, & ſpes exigendi ab
1354 eo, dum ſufficit debitorem poſſe alia bona † acquirere, quod etiam præſumitur ad text. in l. ſi defunctus, ff. arbitr. tutel. l. cura, §. deficiẽtium, ff. de muner. & honor. vt poſt Bart. Ancharan. Alciat. & Crot. probat Cardin. Mantic. de tacit. libro vndecimo, titul. quarto, numero 32. tomo 1.

1355 Idcirco infertur, emptorem ab hærede † cum beneficio nõ poſſe moleſtari ſuper re hæreditaria empta à creditoribus anterioribus, ſi de precio ſolutum ſit creditori poſteriori, ſed actio datur ad auocandam pecuniam, vt in comprobatione diximus, at ſecus eſſet in emptore à
1356 principali debitore, qui moleſtabitur † à creditoribus ſuper re empta obligata; Gaſpar Theſau. vbi ſupra, & Præſ. de Franch. deciſ. citata. 272. in princ.

Reſtringitur hæc comprobatio, vt non procedat, quando hæres ſciebat adeſſe anteriores, quo in caſu ipſe
1357 teneretur † de ſuo ob malam fidem, ita gloſ. Bar. Salicet. Iaſ. Caſtr. & alij in dict. l. fin. §. & ſi præfatam, Minadous deciſ. 9. num. 1. Gaſpar Theſaur. vbi ſupra num. 17. vbi ita deciſum in illo Senatu nemine diſcrepante teſtatur, quicquid contrarium defendat Phanuc. de inuentar. par. 5. num. 137. data enim ſcientia prædicta, hæres
1358 tenetur † exigere cautionem à creditore recipiente ſolutionem, aliàs ipſe teneretur Carroc. in d. deciſ. 109. nu. 49. & propterea ex his dico ego nequaquam in hoc caſu competere creditoribus anterioribus priuilegium
1359 † aut beneficium auocandi pecuniam ſolutam, cum ipſi habeãt hæredem obligatum ex rationibus ſuperius adductis, nam iſte caſus ab alio exemplificato in debito-
1360 re principali nequaquam differt; niſi omnes † creditores concurrerent, & inſtarent, quo in caſu locum habent adnotata ſuperius nu. 1325. reſtrictione ſecunda, & in his terminis loquitur Theſaur. in d. deciſio. 16. ſeu quæſt. forenſ. num. 19. ſed quid ſoluente exequutore re-
1361 licto † in teſtamento, quod in eo eadem deciſio concurrat, Præſ. de Franch. d. deciſ. 272. numer. 5. quid verò
1362 quando hæres de ſuo ſoluit † creditoribus poſterioribus primò venientibus, à quibus obtinuit ceſſionem iurium contra hæredem, deciſum dicit Præſ. vbi ſupra, nu. 6. an aũtem poſſeſſores emptores rerum hęreditariarum
1363 † poſſint moleſtari creditore, cui ſolutum fuit per hæredem exiſtente non ſoluendo, Præſ. de Franch. vbi ſupra num. 8. & 9. quid autem ſi ſolueret debitor debitoris, ſuper quo petita eſt adiudicatio, dicas indiſtinctè,
1364 eum non moleſtandum, quamuis † ſciat alios adeſſe creditores anteriores, Minado. deciſ. 9. citata, num. 2. & 3. quid verò in hærede abſque beneficio legis, & inuentarij, dicas ſolutam pecuniam per eum creditori poſte-
1365 riori, & bona fide † conſumptam nequaquam auocari poſſe, cum creditores valeãt exigere ab hærede, qui vltra vires hæreditarias tenetur vulgatis iuribus, at ſi hæres nõ erit ſoluendo, vtiq. creditor, qui exegit nullatenus moleſtabitur, niſi omnibus † inſtantibus ad ſolutionem ille ſolus fuiſſet gratificatus, ad text. in l. ſi non expedierit, §. 1. toto, ff. de bon. auth. iud. poſſid. vbi de hærede ſoluente ſermocinatur, itaque intelligitur Gaſp. Theſaurus vbi ſupra num. 19. in 8. caſu, vt ſuperius adnotauimus; procedunt enim cum iſto hærede, quę cumulauimus re-
1367 ſpectu principalis creditoris, idem iudicium † dabitur

tur

tur in tutore ſoluente Gaſp.Theſaut. in d. quæſt. 16.nu. 20.vbi cum Præſ.de Franch.citata deciſ.272.dicit bonã
1368 eſſe cautelam per ſoluentes, vt exigatur † cautio de reſtituendo in forma;& in iudicialibus ſolutionibus paſſim ſemper ſeruatur in Regno, vt Præſ. de Franch. loco citato, finaliter Gaſpar Theſaur.num.21.dicit quod data veritate contrariæ opinionis,vt pecunia regulariter auocetur,tunc aduerſus fiſcum,dotem, vel alterius priui-
1369 legiatum † nequaquam auocatio concederetur , ſed inutilis eſt hic articulus,cum noſtra concluſio ſit receptiſſima,& præcipuè in regno,ideo ſi non datur auocatio contra priuatum non priuilegiatum, quid fortius contra priuilegiatum.

Comprobatur deinde quando poſterior factus eſſet
1370 per ſolutionem locupletior,† quia vltra debitum forſan recepit,vt omnes præcitati authores fatentur,& adnotat ex eis Maur.Aretin.ſæpius citatus num.12. capit.
1371 68.de ſolut.ac etiam quando creditor† poſterior ſolutum recepiſſet ex cauſa lucratiua,Cęph. citato conſil. 555.num.10.libro 5.Maur.vbi ſupra,& Tell. Fernand. l.32.num.9.tenet hoc pro expedito,vt refert Gaſp.Theſaur.in d.deciſ. 16. num.10. Reliquas ampliationes , & reſtrictiones congerunt in ſpecie Theſaur.iun.vbi ſupra, Michael Paſtor citata deciſio.Carroc.in d.pluries citato loco Surd. Aretin. Coſta, & alij relati, ac latius Flor. de Menna,varia.qq.iur.libro 1. quæſtio.ſexta, alijque permulti.

Infertur tamen ex comprobatione,quam deduximus
1372 ſuperius, vt concedatur,& detur auocatio † pecuniæ ſolutæ creditori poſteriori ex cauſa lucratiua;ad inſtantiam anterioris;vt eò fortius concedatur,& concedi debeat aduerſus hebræos poſteriores,qui cum extorquent
1373 cum vſuris pecunias creditas non vocantur† veri creditores,ſed ſemper reputantur titulo lucratino credere, & contrahere,ita Cęſar Manent.deciſ.45.num.4.& ſeq.
1374 ſed quando pecunia tranſit in dominium †recipientis, quandoque auocetur ſingulariter docet meritisſim. Reg.Valenz.citato conſ.64.omninò videndus.

SVMMARIVM.

1375 *Res empta ex pecunia obligata ſuccedit loco rei pecuniæ extenſ.4.*

Subrogatio præſumitur facta ob temporis breuitatem,ibidem.

Res empta ex precio alterius rei pauloante venditæ ſubrogatur in illius locum,ibid.

1376 *Subrogatum ſapit naturam eius,in cuius locum ſubrogatur etiam in particularibus.*

1377 *Res empta confeſtim poſt exactionem factam præſumitur empta de pecunia exacta.*

1378 *Res empta ex pecunia obligata,in particularibus iudicijs,non dicitur obligata.*

1379 *Res empta de pecunia obligata conſtito de voluntate ſubrogandi,dicitur obligata.*

1380 *Res ſuccedit loco pecuniæ, & ècontra , data voluntate ſubrogantis.*

1381 *Pacta,& conuentiones contrahentium ſunt leges contractus.*

Tex.in l.idemque §.ſi tibi,ff.qui pot.in pign.hab.declaratur, ibid.

1382 *Res vt ſuccedat loco precij , & ècontra, de ſubrogantis voluntate coniecturis probari poterit.*

Subrogatio quando præſumatur facta, ibid. & 1383.

1383 *Res empta de pecunia pauloante recepta præſumitur ſubrogata in locum pecuniæ.*

1384 *Pecunia,qua emitur res præſumitur illa pauloante recepta.*

Præſumptio vna aliam non continet, ibid.in fine.

1385 *Subrogatio requirit voluntatem ſubrogantis .*

1386 *Res comparata , de pecunia aliqua, vt ſubrogetur loco pecuniæ,& obligata remaueat,quæ requirantur .*

1387 *Res comparata de pecunia obligata in vniuerſalibus ſuccedit loco pecuniæ,& 1388.*

1388 *Precium ſuccedit loco rei in vniuerſalibus,ſed res non ſuccedit loco precij, nu.1389.*

1390 *Res non ſuccedit loco rei nec èconuerſo,in particularibus .*

1391 *Res ſuccedit loco precij , & èconuerſo in vniuerſalibus.*

1392 *Precium an ſuccedat loco rei, & èconuerſo in vniuerſalibus difficilis extricationis eſt ob varias Doctorum opiniones.*

1393 *Res nou ſuccedit loco precij,nec èconuerſo in particularibus iudicijs.*

1394 *Res ſuccedit loco precij,& èconuerſo in particularibus indicijs,realibus,à rei vẽdicatione, & hipothecaria deſcendentibus,quando, & qualiter.*

1395 *Precium ſuccedit loco rei in particularibus iudicijs realibus in ſubſidium,etiam ſi res extaret, ſed non appareret,cum paria ſunt nou extare,vel extare,& non apparere.*

1396 *Precium ſuccedit loco rei in particularibus iudicijs realibus in ſubſidium data diſtinctione tituli,contra numer. 1397.de veritate num.1398.*

1399 *Subrogatum eiſdem legibus iudicatur , quibus & illud,in cuius locum ſubrogatur .*

Hipothecaria ſi detur ſuper re,data etiam intelligitur ſuper ſubrogata in illius locum , ibid.& 1400.

1401 *Creditor generalem obligationem bonorum debitoris habens , habebit obligatam rem comparatam ex pecunia obligata,& qualiter,& 1402.*

Res empta ex pecunia obligata quando dicatur creditori obligata,ibid.& 1402.

1403 *Res empta ex pecunia redacta ex fructibus perceptis de re ſpecialiter forſan obligata , vel ex precio eiuſdem rei venditæ,non dicitur obligata.*

1404 *Pecunia eſt de genere rerum , quæ recipiunt functionem,ideo res ex illa empta non dicitur ex eadem acquiſita .*

Precium fructuum rei obligatæ venditorum nequaquam ſuccedit loco fructuum obligatorum, ibid.

1405 *Res quando non ſuccedat loco pecuniæ,& èconțra.*

1406 *Precium ſuccedit loco rei in ſubſidiũ circa iudicia particularia contra lucratiuum titulum prætendentem,ſed res nequaquam ſuccedit loco precij,etiam in ſubſidium.*

1407 *Specialia plura circa idem concurrere non poſſunt .*

1408 *Res empta ex pecunia mea non dicitur mea .*

1409 *Menoch.de adipſc.remed.3 .confutatur.*

1410 *Precium ſuccedit loco rei in particularibus quando redigitur ex re obligata loco intereſſe,& qualiter.*

1411 *Subrogatio ſemper cenſetur facta accedente voluntate ſubrogantis.*

1412 *Res ſuccedit loco precij, & èconuerſo,quando expreſſè,vel tacitè conſtaret de voluntate debitoris ſubrogantis .*

1413 *Res*

1413 *Res ſi extaret fruſtra quæreretur de eius ſubrogatione.*

1414 *Res an ſuccedat loco pretij, & èconuerſo in vniuerſalibus.*

1415 *Res permutata per hæredem ſuccedit iu locum rei, cum qua permutata fuit, & 1416.*

1416 *Res permutata in vniuerſalibus naturam rei, cum qua permutata fuit, aſſumit.*

Permutatio tenet ſi vtiliter fiat, etiam inuito fideicommiſſario, ibid. in fine, & num. 1417.

1418 *Permutatio vtilis permittitur, etiam ſi teſtator alienationem prohibuerit, modificatur numero 1419. & 1420.*

1421 *Permutata res per hæredem non ſuccedit loco eius, cum qua fuit permutata, ſi permutatio non eſſet vtilis, ſed incommoda, & intereſſato diſſentiente, & 1422.*

1423 *Permutata res tunc ſuccedit in locum alterius permutatæ, quando agitur contra hęredem, vel eius ſucceſſores non autem cõtra tertium, & qualiter, contra, & verius ibid. & num. 1424. & 1425.*

1424 *Res permutata per permutationem efficitur hæreditaria.*

1426 *Precium ſuccedit loco rei venditæ per hæredem, ſi extet, volente verò intereſſe prætendente.*

1427 *Res empta per hæredem de pecunia per eundem exacta à debitore hæreditario, non expreſſo nomine hæreditario in emptione, non ſuccedit loco dictæ pecuniæ.*

Hæreditarium non dicitur quod teſtatori debetur, ibidem.

1428 *Res empta per circulum, & indirectè nullatenus ſuccedit loco pecuniæ.*

Opiniones variæ circa rem ſubrogatam loco precij in vniuerſalibus conciliantur, ibid.

1429 *Res empta de precio corporis hæreditarij venditi probata voluntate ſubrogandi ſuccedit loco pretij, intereſſati voluntate accedente, idemque ſi ſumus in dubio, nu. 1430.*

1431 *Intellect. text. in l. ſed & ſi lege, §. 1. ff. de pet. hæredit. & 1445. & ſeq.*

1432 *Hæres in dubio videtur potius pro hæreditate negocium gerere, quam ad ſui proprium commodum.*

In dubio quis ſuo nomine agere videtur, ibid.

1433 *Hæreditaria negocia hæredis fidei committuntur.*

1434 *Hæres in dubio hæreditario nomine agere cenſetur, etiam ſi diceret pro ſe, & hæredibus & ſucceſſoribus, & vt proprio nomine agere dicatur expreſſa requiritur proteſtatio, ibidem contra nu. 1435.*

1435 *Hæres vt in dubio, hæreditario nomine agere videatur requiritur aliqua coniectura.*

1436 *Verba pro ſe & hæredibus declarant animum agentis pro ſe eum velle agere.*

1437 *Res empta per hæredem de pretio alterius rei venditæ pauloante per hæredem, ſuccedit loco pretij, ob breuitatem temporis intermediam, & 1438.*

1439 *Res empta ex pretio pauloante recepto ſuccedit loco pretij etiam in particularibus ob breuiatis temporis cõiecturam.*

1440 *Res empta non ſuccedit loco pretij, quando conſtat de contraria intentione ementis.*

1441 *Res empta de pecunia debitoris hæreditarij non ſuccedit loco pecuniæ.*

Pecunia exacta ex debitoribus hæreditarij non dicitur hęreditaria, num. 1427. & 1441.

1442 *Acquirere ſub nomine expreſſo dicitur per modum acquiſitionis, non autem ſubrogationis, ſecus in caſu cõuerſo, num. 1443.*

1444 *Res empta de pecunia hæreditaria, hæreditaria efficitur.*

1445 *Text. in l. ſed & ſi lege, §. 1. ff. de pet. hæred. expenditur, & ſeq.*

1446 *Bonæ fidei poſſeſſor proprium, & non alienum gerere negocium videtur.*

Hæres in dubio videtur gerere negocium hæreditatis, ibidem.

1447 *Fideicommiſſarius, aut alter intereſſatus an rem hæreditariam alienatam, an verò in illius locum acquiſitam ad ſui libitum recuperare poterit.*

1448 *Bonæ fidei poſſeſſor ad ſui libitum poterit, vel rem, vel pretium in terminis ſubrogationis reſtituere.*

1449 *Res data per debitorem hæreditarium loco debiti, efficitur hæreditaria, ſecus in particulari iudicio, & num. 1450.*

ANTERIOR CREDITOR, AN PRÆFERATUR ſuper re empta ex pecunia obligata?

EXtenditur quartò principalis regula, illatiuè ad
præcedentem extenſionem; vt anterior creditor in
caſu, quo poſſit auocare pecuniam ſolutam creditori po
ſteriori, per prælationem, ex anterioritate, vel ex priuile-
gio, ſibi competentem, ex eadem prælatione præferatur
etiam ſuper re empta ex illa pecunia obligata, quæ ſuc-
1375 cedit loco pecuniæ prædictæ, † ſi confeſtim poſt re-
ceptam pecuniam per poſteriorem, idem poſterior con-
uertit eam in emptionem alicuius rei, cum ex breuitate
temporis ſatis probetur velle poſteriorem ſubrogare rē
emptam in loco pecuniæ exactæ, vt in prædio empto ex
precio alterius prædij venditi nonnullis iuribus probat
Tiraquell. de retract. conſang. §. 32. gloſ. vnica, num. 24.
1376 & 25: etiam enim in particularibus ſubrogatum † in
locum alterius ſapit naturam eius, cuius in locum ſubro-
gatur ad tex. in l. ſi donatę res, §. ſi ſponſus. ff. de donat.
inter vir. & vxór. traditque Iaſ. in l. ſi grege, ff. de lega. 1.
vt idem Tiraq. citato loco probat, & cæteri inferius ci-
tandi.

In hac extenſione non dubitatur, prædium emptum
1377 confeſtim poſt exactionem factam † præſumi em-
ptum de pecunia exacta, ad notata per Doct. in l. fin. C.
de pignor. & l. fin. ff. de exercit. act. Bar. in l. ſi veneri, §. ſi.
ff. de priuileg. creditor. & alij paſſim vbique, in ſpecie
autem Menoc. de arbitr. caſ. 432. nu. 38. & de præſump.
lib. 3. præſump. 55. num. 8. ac Capic. deci. 194. num. 15.
& 16.

Dubia verò redditur extenſio quo ad aliud caput,
1378 nempè ſi in particularibus res empta † ex pecunia
obligata remaneat etiam obligata, cum pateat contra-
rium in iure ſancitum fuiſſe, vt per Vlpian. in l. idemque
§. ſi tibi, verſ. non enim multum, vbi gloſ. & Doct. ff. qui
potior. in pign. hab. vbi in noſtris terminis conſultus ne-
gat rem emptam ex pecunia obligata remanere obliga-
tam. Dicas vtramque opinionem diuerſis reſpectibus,
eſſe veram, nam opinio Iaſonis in d. l. ſi grege, quã pro-
1379 bat Tiraq. vbi ſupra, vera eſt quando conſtat, † cre-
ditorem poſteriorem velle ſubrogare in locum pecunię
illam rem emptam de illa pecunia; nam quãdo emptio
fit alicui rei, vt remaneat obligata in locum pecunię, qua

emitur

✱emitur omninò obligata erit, ita gloſſ. & communiter ſcribentes in l. res quę ff. de iure dot. ac ex alijs commun. Regulis relatis per Molin. de primogen. lib. 4. cap. 4. nu. 32. poſt Tiraq. loco citato, quia hanc ex preſſam voluntatem lex approbat, & propter illam approbationem
1380 † res ſuccedit loco pretij, & èontra ad tex. in l. ſi donatæ, §. fi. ff. de dona. inter vir. & vxor. Iaſ. in d. l. ſi grege, cum alijs, quibus hoc probat Petr. Barboſ. in 3. p. rubr. ff. ſolu. matrim. num. 74. quodque dubio totaliter caret, cum contrahentium pacta, & conuentiones ſint leges
1381 † cōtractus vulgatis regulis: & text in dict. l. idemq. §. ſi tibi, procedit quando nullatenus id conuentum ſit inter partes, vt in locum precij ſubrogetur, res comparanda.

Verum adhuc, extenſionis dubietas, viuit, eo quod ſi Tiraq. in extenſione citatus, quem probat Molina vbi ſupra num. 28. ſupponat voluntatem contrahentium, vt
1382 † pretium loco rei ſuccedat, conjecturis poſſe probari; ex quo ſuppoſito, deſumitur extenſio, quam facit Tiraq. vbi ſupra, vt præſumatur id actum inter partes, quādo poſt receptam pecuniam confeſtim conuerſa eſt in emptione alicuius rei, cum ex breuitate temporis ſatis
1383 probetur ſubrogatio ex pretio probante † recepto, argum. text. in l. ſi ventri, §. fin. ff. de priuileg. credit. probauerunt hoc idem Afflict. in c. 1. num. 5. de vaſſall. decrep. ætat. Guttier. ad leges Regni Hiſpan. quæſt. 87. nu. 5. & Petr. Barboſ. in d. 3. par rubr. ff. ſolut. matrim. dict. num. 74. immo Bar. in l. imperator, §. fin ff. de leg. 2. hoc dixiſſe, probant, & ſequuntur Capic. in allegata deciſio. 194. num. 15. Ruin. conſ. 199. nu. 12. lib. 2. & conſ. 152. in fine lib. 5. & Alciat. de præſump. reg. 3. præſumpt. 25. quos congerit Menoch. de præſumpt. citato lib. 3. præſumpt. 50. num. 5. & 6. & in terminis Morot. conſil. 20. num. 4.

Attamen in particularibus iudicijs extenſio hæc iudicio meo omninò dubitabilis redditur, cum præſumptio, quæ oritur ex d. l. ſi ventri, §. fin. ſit tantum, vt pecunia erogata in emptionem prædij, illa præſumatur, quæ
1384 † pauloante recepta fuit, per ementem, idq. probat Bar. in d. l. imperator, §. fin. & omnes vno ore dicunt, vt probauimus ſuperius, num. 1377. verſ. in hac extenſione, ideo hæc præſumptio nequaquam continebit aliam præſumptionem ſubintellectam, vt res cōparata ſit ſubrogata in locum pecuniæ, cum in ſubrogatione requira-
1385 tur † voluntas ſubrogantis, vt ſubrogata remaneat, modò fuit ſupra probatum, & voluntas hæc conjecturis erit probanda in ſpecie ſubrogationis, dum conuentio in ipſa ſubrogatione requiratur Afflict. & alij relati per Anell. de Amat. meritiſſimum fiſci patronum in Regia Camera Summariæ, conſi. 9. num. 5. ad hoc enim vt res comparata de pretio, aut aliqua pecunia remaneat obli
1386 gata creditori, † nō ſolum requiritur expreſſio, quod comparata ſit de illa pecunia, ſed etiam quod res comparata obligata remaneat pro pretio, ad notata in l. licet, C. qui pot. in pign. hab. modo vt ſuperius latè adnotatum fuit, ideo loco illius ſpecialis obligationis ſit ſubrogatio conuenta, de qua ſubrogatione loquuti fuimus in quæſit. 5. nu. 190. cum ſequentibus numer. hoc eod. capite, itaque opinio Tiraq. Guttier. Barboſ. & aliorum vera ex prædictis non videtur, prout idem ſentiunt Alciat. & Menoch. locis proximè citatis, dicentes hodie requiri præfatam ſpecialitatem; veram tamen puto extēſionem
1387 † in vniuerſalibus, quamuis res non ſuccedat loco rei, vt in ſequentibus, modo vt deciſum teſtatur Cardin. Mantica de coniectur. vltim. voluntat. libro ſeptimo, titul. octauo, num. 26. in addit. vt inferius, num. 1439. dicetur.

Comprobatur hæc opinio, nam ſi per noſtrates con-
1388 cludatur in vniuerſalibus † precium ſuccedere loco rei, ad tex. in l. ſi & rem, ff de petit. hæredit. & d. l. imperator, §. fi. ff. de leg. 2. notantque in dd. iuribus Bart. Bal. Alberic. Angel. Imol. Caſtrenſ. Alexand. Platea, & alij relati per Tiraquel. in d. §. 32. gloſ. vnica nu. 21. ad text. quo id expreſſius probatur in l. venditor ex hæreditate, ff. de hæred. vendi. Neguſant. de pignor. par. 5. memb. 1. num. 48 in principio, Capic. vbi ſupra, Moli. loco citato num. 24. Gratian. diſceptat. forenſ. tom. 1. cap. 25. num. 13. & tomo 4. cap. 7. 4. num. 6. Anton. Faber de error. pragm. decad. 61. error. 9. verſ. eo namque caſu, & alij innumeri, quos ſciens prætereo. Tamen rem nequaquā
1389 etiam in vniuerſalibus † ſuccedere loco pretij dixerunt authores ex text. l. ſed & ſi lege, §. 1. vbi Bart. hoc expreſsè notat, ff. de petit. hæredit. ibique Caſtrenſ. ac Bald. in l. ſi cum ſeruum verſ. ſed quid èontra, ff. ſi cert. petat. & idem Bald. ac Cin & Alberic. in l. mater, C. de rei vendic. congerit hos Tiraq. in dict. gloſ. vnica, num. 15. Molin. vbi ſupra numero 25. Guttier. citato loco nu. 9. Caualc. deciſ. 44. num. 126. par. 1. Caldas de renouat. emphit. quæſt. 3. num. 16. Barboſ. in d. 3. par. rubr. num. 73. ver. vnde videmus, Ant. Faber tam in allegato error. 9. quam error. 10. Menoch. conſil. 213. num. 1. Capic. d. deciſ. 194. num. 17. ac Bar. Bald. Ang. Ruin. Cepoll. Capra, Iaſ. & alijs citatis probat Surd deciſ. 15. num. 4. Cęſar Manent. deciſ. 33. num. 6. ac alij plerique, penes quos receptiſſimè id recipitur; ideo ſi in vniuerſalibus res nō ſuccedit loco pretij, quidve fortius in particularibus, in
1390 quibus neque pretium loco rei, neque res loco † pretij ſuccedit, immo contra conjecturam meritò dubitauit Menoch. d. conſ 213. num. 68. ſed iterum de huiuſmodi inferius num. 1414. dicetur, & præcipuè. n. 1439. vbi de veritate.

Contra comprobationem circa ſecundum caput;
1391 † quod firmauimus ſupra, num. 1389. reſponderunt Alexand. in l. ſi cum dotem, §. fin. num. 4. ff. ſol. matrim. & in conſ. 124. num. 11. lib. 4. & conſ. 40. num. 11. Capic. vbi ſupra num. 18. declarans quod dixit nu. 17. Platea in l. 1. C. de caſtrenſ. pecul. milit. lib. 12. Caſtren. conſil. 326. lib. 2. num. 2. Iaſ. conſil. 43. in fine lib. 3. Caſtren. conſ. 360. nu. 2. lib. 1. Pet. Barboſ. prædictos congerens, in d. 3. p. Rubr. ff. ſol. matr. nu. 73. & 74. Menoc. de adipiſc. rem. 3. num. 123. & 125. Cardin. Mantica, de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 27. num. 11. & ſeq. & Morot. conſ. 20. num. 2.

1392 Hic articulus effectus eſt ſatis difficilis † extricationis, & ſolutionis ob allegata hinc inde per duos ſapientiſſimos viros, ſcilicet Ant. Fabrum, qui primam ſingulariſſimis, & validiſſimis rationibus defendit opinionē, inuehēs contra pragmaticos, & in ſpecie contra Menoc. in d. remed. 3. & per Petr. Barboſ. in citato proximo loco, qui defendit hanc vltimam opinionem ęquè validiſſimis fundamentis.

Ego pro harum opinionum conciliatione infraſcriptos conſiderabo caſus; nam aut ſumus in particularibus iudicijs, & tunc omnes præcitati authores conue-
1393 niunt, non ſolum rem non ſuccedere † loco pretij, ſed neque pretium loco rei, ad tex. in l. qui vas, §. fi. ff. de furt. l. Labeo, ff. de verb. ſignific. l. idemque §. final. ff. qui potior. in pignor. hab. Alberic. Platea, & alij, quos probant

bant Tiraq. Molin. Barboſ. & omnes vnanimiter, ſupe-
rius citati authores nemine diſſentiente; vt Bar. & cæte-
ri omnes in l. 1. ff. de diſtract. pignor. ac alij omnes relati
per Surd. deciſ. 306. nu. 1. 2. 3. & 4.

Reſtringitur tamen hæc concluſio, vt non procedat
in particularibus iudicijs realibus à rei vendicatione, vel
1394 hipothecaria † deſcendentibus, in quibus pretium
ſuccedit loco rei contra prætendentem cauſam lucrati-
uam tantum, non autem oneroſam, re verò præſcripta,
vel perēpta, & ſic in ſubſidiū, Bar. gl. & alij in d. l. 1. ff. de
diſtr. pign. idem Bar. in l. qui à debitore, ff. quæ in fraud.
creditor. Ang. & Iaſ. ac alij, quos probat Neguſ. de pign.
citata part. 5. primo memb. num. 48. quæ reſtrictio pro-
1395 cedit etiam ſi res, ex qua redactum eſt precium, † ex-
taret, ſed non appareret, quia paria ſunt non extare, vel
extare, & non apparere, vt Crot. Neuiz. Tiraqu. Alciat.
Bellon. Roland. Cæph. Oſaſch. & Menoch. citatis, pro-
bat Surdus in allegata deciſio. 306. num. 13. & pretium
ſuccedere loco rei in ſubſidium circa particularia, data
1396 † diſtinctione tituli lucratiui, & oneroſi, probat Cę-
ſar Manent. deciſio. 33. num. 15. & conſ. 104. approbat-
que Anton. Faber. in allegato error. 10. in principio, ſed
doctiſsim. Faber in dicto errore decimo, negat non ſo-
1397 lum rem † ſuccedere loco pretij, ſed nec pretium ſuc-
cedere loco rei, immo illam ſubſidiariam actionem non
eſſe realem, ſed perſonalem tantum affirmat, idque ex
Bar. in l. 1. ff. de diſtract. pignor. quod vltimum de actio-
ne perſonali ego non approbo, cum non negetur com-
1398 petere † hipothecariam ſuper re obligata, ideo eam
competere denique ſuper pretio, quando illud legitimè
ſuccedat loco rei; nam ſi pretium ſubrogetur loco rei,
iuris diſpoſitione, eadem iuriſdictione probatur, ſubro-
1399 gatum † eiſdem iudicari legibus, quibus iudicatur
id, in cuius locum ſubrogatur ad text. in l. 1. §. hæc actio,
vbi Bar. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe. l. ſi eum, §. qui iniuria-
rum, vbi Bart. & omnes Doctor. ff. ſi quis caution. cum
alijs concordantibus congeſtis per Nicol. Euerar. in lo-
co à ſubrogatione, quando autem in hipothecaria datur
ſubrogatio rei obligatæ ſemper hipothecaria, quæ datur
1400 ſuper re, datur etiam ſuper ſubrogata † in locum il-
lius rei, ex regula prædicta, vt omnes præcitati authores
fatentur per regulam ſubrogationis, & in ſpecie Barboſ.
vbi ſupra, parte 3. rubr. num. 77. latiuſque Morot. conſ.
20. toto.

Sin autem debitor haberet aliquam pecuniarum
quantitatem, & ex illa emeret prædium, vel aliam rem,
tunc intrat difficultas articuli, an illa res ſuccedat loco
1401 illius pecunię, † vt creditori ſit obligata, ad cuius pro-
poſitionis explicationem infraſcripti ſubdiſtinguuntur
caſus.

Nam, aut creditor iſtius debitoris habebit omnia
bona debitoris obligata, & erit inutilis indagatio, ſi res
ſuccederet loco pecuniæ, cum non dubitetur, rem com-
1402 paratam † etiam ex pecunia non obligata venire in
generali obligatione bonorum, vt ſuperius 5. quæſit. to-
to latè adnotauimus.

Aut, ſemota generali obligatione dubitaretur, an res
1403 comparata ex pecunia redacta † ex fructibus perce-
ptis ex re ſpecialiter forſan obligata, vel ex precio eiuſ-
dem rei obligatæ venditæ ſuccedat in locum illius pecu-
niæ, & tunc cum pecunia illa modo prædicto redacta,
nunquam fuerit in obligatione, taliter quod nec illa ſuc-
ceſſit in locum rei venditæ in particularibus regulariter,
vt ſupra firmauimus; ideo & conſequenter res empta ex
illa pecunia nequaquam in obligationem venit, cum nõ
ſuccedat loco pecuniæ prædictę, vt fatetur idem Menoc.
citato nu. 125. vt ſcilicet pecuniam hanc nunquam fuiſ-
ſe obligatam, & fatentur ex mente Bart. & omnium au-
thorum, Cæſar Manent. dict. deciſio. 33. num. 11. Pe-
regr. deciſ. 2. num. 6. & omnes vbique; pecunia enim eſt
de earum rerum genere, quæ recipiunt functionem, ideo
1404 res, quæ ex pecunia emitur neque ex illa, nec ob illam
acquiritur, vt his, & alijs adductis ſingulariter contra
Menoch. vbi ſup. d. remed. 3. de adipiſc. num. 125. docet
doctiſ. Ant. Faber dicto error. 10. pretiumque fructuum
rei obligatæ venditorum nequaquā ſuccedere loco fru-
ctuum obligatorum, ſtatuit Imperat. in l. 3. C. in quibus
cauſis pign. tac. contra. itaque peroptimè loquitur Ant.
Fab. in d. err. 10. vt non ſolum res empta ex hac pecunia
nullatenus hipothecaria afficiatur, cum non ſuccedat
1405 † loco pecunię. ſed nec illa pecunia ſuccedit loco fru-
ctuum, aut rei obligatorū, ex quibus redacta fuit illa pe-
cunia, & in iſtis terminis non loquitur Barboſ. ſuperius
citatus, nec huic concluſioni contradicunt præcitati au-
thores.

Et ſi pretium etiam in particularibus ſuccedat loco
1406 † rei in ſubſidium contra lucratiuum titulum præten
dentem, vt in reſtrictione diximus, non per hoc ſequitur
rē loco pretij ſuccedere, etiam in ſubſidium, quia ſi pre-
tium redactum ex re obligata in ſubſidium tātum auo-
caretur, modo vt in reſtrictione declarauimus, ſubſidia-
rium itaque remedium nequaquam aliud æquè ſubſi-
1407 diarium producet, cum duo ſpecialia † circa idem
non poſſunt concurrere, ad text. ibique Salicet. & alij in
l. 1. C. de dotis promiſs. vt exactius docet Anto. Faber in
citata decad. 61. err. 9. meritò enim ſtatutum eſt in iure
1408 rem emptam † ex pecunia mea non dici meam, ad
tex. in l. ſi ex ea pecunia, Cod. de rei vendic. cum alijs la-
tius congeſtis per Tiraq. in allegata gl. vnica, §. 32. num.
16. & per Fabr. vbi ſupra, ex quibus dignoſcitur, nulla-
1409 tenus fuiſſe bene loquutum Menoch. † in d. remed. 3.
num. 125. ſupponentem dari hipothecariam in ſubſi-
dium ſuper re empta ex precio redacto ob venditionem
rei obligatæ, dicentemque ſic declarari, d. l. 3. C. in quib.
cauſ. pign. tanquam contra caſus legis loquutum pro-
bat hoc etiam Cæſar Manent. deciſ. 33. num. 11.

Reſtringitur ſecundò caſus hic primus, & principalis
(vt ad reſtrictiones redeam,) illum non procedere quā-
do pecunia redacta ex re obligata non redigitur per ven
ditionē rei, ſed redacta fuit loco intereſſe, vt puta ſi de-
1410 bitor rei, rem conſumpſit, & pretium rei ſoluit † ra-
tione intereſſe, tunc quia intereſſe datur loco rei, reique
vices ſuſtinet, ſemper creditor agere poterit ſuper illo in-
tereſſe actione hipothecaria tanquam ſubrogatum loco
rei, ita Surd. ſatis ſingulariter in citata deciſi. 306. num.
11. verſic. & non obſtat, Comprobatur hoc Surdi di-
ctum, nam intereſſe ſubrogatum fuit loco rei de volun-
tate poſſeſſoris, & debitoris, qua accedente ſubrogatio-
nem obligationem producere ſatis probarūt authores,
vt adnotauimus ſuperius num. 1378. & ſequent. verſic.
1411 pro ſolutione dicas; & eadem † voluntate concur-
rente ſubrogationem cum obligatione fieri, ſtatuit Con
ſultus in citata leg. ſi donatæ res, §. ſi ſponſus, ff. de dona.
int. vir. & vxor. vt alijs etiam medijs hoc comprobat
Surdus dict. deciſio. 306. numero. 12. verſic. ſecundò re-
ſpondeo.

Reſtringitur tertiò, quando expreſſè facto, aut verbis
1412 conſtaret, vel expreſsè, aut tacitè de volūtate † debi-
toris

toris volentis rem pro pretio ſubrogare,dummodo pretium directò ſit obligatum, tunc res ſubrogata erit vice eius,in cuius loco fuit ſubrogata,vel è conuerſo,vt Surd. probat in proximè citato loco, & nos in principio extenſionis,& in num.ſeq.probauimus.

1413 Reſtringitur quartò,quando res obligata † vendita, ex qua pretium redactum fuit, erat immobilis, & ſtabilis,aut quomodocunque extaret, quia tunc in iudicijs iſtis inanis eſſet indagatio;an res ſuccedat loco pretij,cũ creditor habeat ipſam principalem rem obligatam, & iudicium hoc ſi pretium ſuccedat loco rei, tantum locũ habeat,quando res nõ extet,quia ſi extaret fruſtra quæreretur de ſubrogatione.

Secundus caſus principalis erit,circa vniuerſalia iudicia,in quibus ſatis ſuperius num.1388. verſ.comprobatur,probatum fuit pretium ſuccedere loco rei; ſed in his 1414 an res ſuccedat † loco pretij, vt euitetur confuſio relatarum opinionum,infraſcripti conſiderandi erunt articuli, quibus cognitis habebitur vera, & realis veritas quæſtionis.

Articulus primus erit (vt ordinem Peregrini inferius citandi ſequamur,) quãdo in vniuerſalibus vna res cum alia permutatur, vt puta quando hæres hæreditariam rem cum alia permutauerit, & tunc res permutata ſuc-
1415 cedit, † & ſubrogatur in locum rei hæreditariæ, in qua concluſione omnes authores conuenire dicit Peregrin. deciſio.2. num.4. in primo caſu, eò quod hoc adnotarunt Bart.in dict.l.Imperator,§.vltimo,numero 2. ff.de legat.2. vbi cæteri Doctor.omnes,ac Soccin. Bald. Franc.Marzar. Afflict.Tiraquel. Abb.Dec.Luc.de Penna,& Cardin.Mantic.allegatis, firmat Peregr.in proxi-
1416 mo citato loco, res enim permutata † ſubrogatur in locum alterius rei permutatæ ad text. in ſæpius citata l. ſi donatæ res,§.fin.ff.de donat.inter vir.& vxor.cum infinitis congeſtis authoritatibus per eundem Peregrin. de fideicommiſſ.artic.44. num.31. ac naturam rei permutatæ ſuſcipit, Decian.conſil.55.num.75. & 76. libro tertio, congerit alios Cæſar Manent.deciſio.Mant.25. num.3. & 4. ſufficit enim permutationem vtiliter fieri
1417 † vt etiam inuito fideicommiſſario teneat, Peregrin. de fideicom.ar.40.n.25.in fi.& prædicta omnia de permutatione cum alijs ſubſequentibus, ac de re empta, vt in alijs articulis,ſuccinctè,ſed ſingulariter Cardin.Mantica de coniectur.vltim.volunt.lib.7.tit.8.num.28. & Stephan.Gratian.tom.4.diſcep.foren.cap.624.in nonnullis locis dicti capit.

Extenditur hic primus articulus,etiam ſi per teſtato-
1418 rem † fuiſſet prohibita alienatio bonorum hæreditariorum , quia per talem alienationem non eſſet interdicta vtilis permutatio, Angel.Iaſ.Soccin.Decian.Alba. & alij,quos probat Peregrin.d.deciſ.in eodem 1.caſu.

Modificatur tamen extenſio,vt non procedat,quan-
1419 do † conſtaret de præciſa teſtatoris voluntate nolentis bona ſua quoquomodo alienari, vel res permutata eſſet talis, ad quam veroſimiliter teſtator habebat affectionem; Peregr.vbi ſupra,& latius de fideicommiſ.art. 40.num.33.

Modificatur ſecundò,non procedere,quando teſta-
1420 tor† certam rem alienari prohibuit,aut immobilium alienationem prohibuiſſet; ſolummodo in certo caſu vnam ex rebus prohibitis alienari permiſiſſet alienari, quibus in caſibus permutationem etiam prohibitam fore,probat idem Peregr.in d. artic.40. num.34.

Reſtringitur tamen articulus,vt illo tunc procedat,
1421 quando permutatio † eſſet vtilis, quia ſi eſſet damnoſa, aut incommoda, nequaquam permutata ſuccederet in locum permutatę, ita Peregr.d.art.40 num.32. & notatur penes omnes præcitatos authores alias diſ-
1422 ſentiente†intereſſato articulus non procederet,Surd. deciſ.208.num.12.

Reſtringitur ſecundò,vt tunc res permutata ſuccedat in locum alterius permutatæ,quãdo fideicommiſſarius,
1423 †aut alter creditor ageret aduerſus hęredem,vel eius ſucceſſores; at ſi ageret aduerſus tertium poſſeſſorem,in quem alienata fuiſſet res permutata, nequaquam obtineret,Alex.conſ.186.lib.5.cui inclinare videtur Peregr. citata deciſ.2.verſ.notandum,& in d.art.44.num.30.in fine, teneretur enim agere ad vendicationem rei originaliter hæreditariæ,ita Alex. citato loco .

Contra Alex.d.conſ.186.lib.5.reſpondit Burſat.cõſ. 298.nu.18.vol.3.quem citat idem Peregr. in d.deciſ.ac in d.art.& ante Burſatt. reſponderunt Soccin.& Alciat. quos probat,& ſequitur,ac eorum opinionem veriorem dicit idem Peregr.d.art.44.nu.31. verſ.contra verò,illa
1424 ratione,quia per permutationem† res efficitur hæreditaria, ideo &c. quam opinionem ego amplector,cum per regulam ſubrogationis res ſubrogata eiſdem ſubia-
1425 cet legibus, † & oneribus,quib. ſubiacebat illa,in cuius locum fuit ſubrogata Morot.citato cõſ.20.ideo ſuppoſita vtilitate ſubrogationis omninò verior erit hæc opinio.

Secundus articulus erit quando hæres nempè alienat rem hæreditariam , cuius pretium extat in hæreditate, quo in caſu fatentur omnes,pretium illud ſuccedere lo-
1426 co rei † volente fideicommiſſario, aut altero legitimo prætendente,quibus nõ auffertur facultas agendi ſuper re alienata; Peregr.d.deciſ.2.num.5.& hic articulus nullam probabilem dubitationem habet.

Tertius articulus,quando,vt puta hæres exegiſſet nomen forſan debitoris hęreditarij,ex qua pecunia exacta, prædium emeret,nec appareret quod in emptione prædij,hęreditarium geſſiſſet negocium; tunc emptum prę-
1427 dium nequaquam ſuccederet† loco pecuniæ exactæ, cum pecunia illa nequaquam erat hæreditaria, licèt debitor erat hæreditarius,ad text.in l.Quintus Mutius, la 2.§. argento,ff.de aur.& argent. leg. vbi hæreditarium non dicitur,quod teſtatori debetur,cum illud vendicari non poterit, in terminis Ruin. conſ.97.nu.11.vol.3.ſequitur Peregrin.d.deciſ.2.num.6.in tertio caſu,quodq. alia ratione probatur,quia prędium emptum per circu-
1428 lum, & indirectò † acquireretur, ideo per communẽ traditionem res non ſuccedit loco pretij in iſto caſu,
* Bar.in d.l.Imperator,§.fin.ff.de leg.2.num.2. communiter receptus,& in iſto caſu loquitur Doctiſſimus Ant. Faber in d.err.10. vbi dicit, quod ne quidem in vniuerſalibus res ſuccedit loco pretij per tex. in l.ſed & ſi lege, §.primo,vbi Bart.ff.de pet.hæredit. huicque concluſioni conſentit Barboſ. in loco citato,conſentiuntque omnes, & contrariæ conciliantur opiniones; ac de diuerſitate rationis inter iſtum,& ſequentem articulum inferius num. 1441.dicetur,ſic enim intelligendus erit Surd. deciſ.15.tota.

Quartus articulus erit, quando nempè,hæres ex pretio corporis hæreditarij per eum diſtracti, aliud emerit, & tunc tres inſpectiones fieri oportet, quarum illa primo loco proponitur, ſcilicet, quando conſtat corpus

alienatum fuiſſe ad effectum, vt ex illius pretio aliud in
1429 eius loco ſubrogetur, & hoc caſu volente † intereſſa-
to res ſuccedit loco pretij indubitanter, vt ex glo. & Do-
ctor. in d. l. Imperator, §. vltimo, & ex dict. l. ſed & ſi lege
§. 1. Benedict. Caſſan. & Tiraquell. quos probat Peregri.
in quinto caſu, in allegata deciſio. 2. numero decimo,
quodque comprobatur ex regula ſubrogationis ſæpius
ſuperius probata.
1430 Secunda inſpectio erit, quando ſumus† in dubio; &
tunc idem, quod in prima inſpectione concluſum fuit,
hoc in loco concludendum erit, ita Peregrin. d. deciſio.
2. in citato num. 10. in 2. ſubdiſtincto caſu, quicquid in
contrarium dixiſſe Caſtrenſem in d. l. ſed & ſi lege, §. 1.
teſtificetur, cum in libro meo hoc, dixiſſe Caſtrenſem
1431 non inueni, nam conſultus in d. §. 1. † dicit rem non
ſuccedere loco pretij, quam emptor in patrimonium
ſuum conuertit, ideo loquitur, quando expreſsè prote-
ſtatur ſuo nomine eum emiſſe, vt gloſ. in d. ver. conuertit
adnotat, & in his terminis loquitur Caſtren. ibi, vt ſic lo-
qui text. prædictum dicit Barboſ. vbi ſupra. nu. 74.
Comprobatur hæc inſpectio in hærede, nam hæres
1432 præſumitur † potius pro hæreditate in dubio nego-
cium gerere, quam ad ſui proprium commodum arg.
tex. in l. meritò, ff. pro ſocio, quamnis regulariter quis in
dubio ſuo nomine agere videatur, ad text. in l. & magis,
ff. de ſolut. vt poſt Cuman. in d. l. Imperator, §. vltimo,
probat Peregr. in eadem deciſ. nu. 9. verſ. ſed tamen, illa
1433 ratione, quia † hæredis fidei committuntur hæredi-
taria negocia, Surd. citata deciſ. 15. num. 19. & ſeq.
1434 Extenditur comprobatio, etiam ſi hæres † emendo
diceret pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, ratio-
nibus adductis per Cuman. & Peregr. vbi ſupra, & illa
præcipuè, quia contingere poterit rem illam hæredibus
hæredis acquiri, vt dictio, pro ſe, & hæredibus verifice-
tur, quicquid idem Pereg. aliud ſentire videatur in tract.
fideicomm. artic. citato 44. num. 29. cum deciſum con-
trarium dicat in d. deciſ. dicens expreſſam requiri prote-
ſtationem, vt ſuo nomine proprio, & non hæreditario
emptum prædium dicatur; ſed ego veram dico exten-
ſionem, dummodo alia etiam dignoſcatur coniectura,
1435 † vt hæreditario nomine emptio facta ſit, poſtquam
ſatis clarè videtur loqui hæres, dum dicit in emptione
pro ſe, &c. qoia per hæc verba animum ſuum declaraſſe
1436 dicitur, velle eum rem emptam † in patrimonium
ſuum conuertere ad tex. in d. l. ſed & ſi lege, §. 1. ſed vide
proximam coniecturam.
Extenduntur, & ampliantur hęc omnia in iſta ſecun-
da inſpectione dicta, procedere fortius quando hæres
1437 vendendo prædium † hæreditarium ſtatim recepto
pretio illud pretium conuertit in alterius rei emptioné,
quia tunc ex dictis ſuperius in principali extenſione, in
qua allegauimus Tiraquel Guttier. Barboſ. Morot. & ex
alijs adductis per nos, nu. 1382. verſ. verum adhuc, præ-
ſumitur facta ſubrogatio ob breuitatem temporis in-
termediam; nec afficit, quod in allegato loco contrariū
firmauimus, quia ibi loquuti fuimus in iudicijs particu-
laribus, non autem in vniuerſalibus, vt expreſſim dixi-
mus in ſequenti verſ. Attamen; in principio, num. 1384.
& in num. 1387. ſicque expreſsè tenet in his terminis,
Cardin. Mantica ibi allegatus deciſum dicens, quinimo
adeo in vniuerſalibus res ſuccedit loco pretij, vt licet
1438 partes † nihil declarent tamen ex diſpoſitione legis
ſubrogatio cenſetur facta, vt poſt Bart. & Caſtr. probat
per eadem hæc verba Barbo in citata 3. part. rubr. ff. ſo-
lut. matrimon. nu. 74. verſic. quinimmo, verum in par-
1439 ticularibus † in praxi etiam hæc extenſio procederet
quicquid de iure ſuperius numero 1384. aliter verius
ſuppoſuimus, cum receptius per noſtrates tenetur, vt
etiam probat Gratian. tomo quarto, diſceptat. forenſ.
capit. 624. numero 9. 10. & 11. ac ſequenti, vbi ratio-
nes.
Tertia inſpectio illa erit, quando conſtat de contra-
1440 ria intentione † ementis, & tunc dicendum eius in-
tentioni eſſe deſeruiendum; Peregr. in d. deciſio. ſecun-
da, num. 10. in tertio caſu ſubdiſtincto, eò quod, cuius
nomine emptum ſit prædium inſpiciendum erit, quod-
que plenis probationibus, aut coniecturis probandum
eſſe, & poſſe ſuperius adnotauimus.
Ratio autem differentiæ inter iſtum quartum, &
proximum tertium articulum, illa affertur, nam ideo
in illo tertio articulo res empta de pecunia à debitori-
1441 bus † exacta nequaquam loco pecuniæ ſuccedit;
quia ſi daretur ſubrogatio adhuc ſubrogata res, ſapiens
naturam illius pecuniæ, non eſſet hæreditaria, cum pe-
cunia illa nullatenus hæreditaria erat, & propterea me-
ritò non ſuccedit loco pecuniæ, poſtquam ſubrogatio
nullum produceret effectum pro hæreditate, ideo in di-
cto tertio articulo diximus ſubrogationem non fieri, ni-
ſi appareret hæreditario nomine eſſe emptum, quod nō
1442 eſſet per viam ſubrogationis, † ſed per viam acquiſi-
tionis pro hæreditate, cum illo titulo negocietur, toto
tit. inſtit. vbi Doctor. per quas perſonas nob. acq & cla-
rius in l. pro hærede, & l. gerit, vbi noſtrates, ff. de acquir.
hæredit.
1443 In quarto hoc verò articulo ſecus, † cum in eo intrat
regula tam ſubrogationis, quam acquiſitionis ex ſupe-
rius traditis.
Quintus articulus eſt, quando ex pecunia hæredita-
ria, & in hæreditate reperta, fundus emeretur, & in hoc
1444 articulo, quia directè, & non per circulum, † res ac-
*quiritur, recepta & communis Doctorum traditio, ſe
habet, vt res empta hæreditaria efficiatur, ad tex. in leg.
item veniunt, ff. de petit hæreditat. leg. Imper. §. fin. vbi
*Bart. communiter receptus, nu mero ſecundo, ff. de leg.
ſecundo, Caſtrenſ. Alexand. Iaſon. Ruin. & Alciat. quc s
probat Peregrin. in dict. deciſio. 2. numero ſeptimo, in
*quarto caſu, vbi de communi teſtatur, & in iſto articu-
lo loquitur Barboſ. in dicta 3. parte rubr. numero 73. in
fine, & numero 74 ff. ſolut. matrimon. nec ab iſto arti-
culo diſſentit doctiſſim. Anton. Faber, tam in dict. error.
9. quam in 10. eò quod quando ſuppoſuit in dict. err. 10.
in vniuerſalibus rem non ſuccedere loco pretij, allega-
uit text. in dict. l. ſed & ſi lege, §. primo, ff. de petit. hære-
1445 ditat & text. prædictus † ſic communiter interpreta-
*tur à ſcribentibus, vt penes præcitatos authores eſt vi-
dere, immo vt ſuperius diximus text. prædictus loquitur
in emente ſuo nomine, dum conſultus ibi dixit, quam
emptor in patrimonium ſuum conuertit, quæ verba di-
ximus ſuperius, num. 1431. & 1436. cum gloſ. ibi deno-
tare expreſſam declarationem, quod emptor ſuo nomi-
ne emit, & ſi hoc conſtet, quid vltra quærere? dum do-
ctores omnes conueniunt intentioni ementis in huiuſ-
modi eſſe deſeruiendum, vt diximus ſuperius in antece-
denti articulo, inſpectione 3. num. 1440.
Demum, tex. in d. §. 1. loquitur in bonæ fidei poſſeſſo-
1446 re, de quo† nulla ſumi poterit cõiectura, quod alienū
nego-

negocium gerere voluerit, ſed ſuum proprium, ad text.
in l.& magis, ff. de ſolutio. ſecus enim eſt in hærede alie-
nante rem hæreditariam, qui reſpectu fideicommiſſarij,
aut alterius intereſſati in hæreditate dicitur in mala fi-
de, ideo pro iuribus illorum nomine hæreditario in du-
bio eum emiſſe videatur, & conſequenter res empta re-
gulæ ſubrogationis ſubmittenda erit ex prædictis; ideo
in electione intereſſatorum in hæreditate erit, an rem
1447 † acquiſitam an verò alienatam proſequi, vt poſt
Bar. in d.l. Imperator, §. fin. & allegato text. in l. ſi rem,
& pretium, ff. de pet. hęredit. probat Peregr. d. deciſio. 2.
num. 10. verſi. tertius caſus, immo in poteſtate eſt cuiuſ-
1448 que bonæ fidei † poſſeſſoris, vel rem, vel pretium re-
ſtituere in his noſtris terminis, vt probat Barboſ. in dict.
nu. 74. vbi etiam probat text. prædictum loqui in emen-
te, & declarante ſuo proprio nomine emiſſe, vt ſuperius
probauimus.

Extenditur hic articulus, vt procedat etiam ſi debi-
tor hæreditarius dederit hæredi aliquem fundum, vel
aliam rem in ſolutum pro debito, quia tunc fortius erit
locus ſubrogationi, taliter quod res data in ſolutum ſuc-
1449 cedat † loco debiti, vel quod datio in ſolutum æ-
quiparetur vēditioni, vel autem permutationi, cum im-
mediatè abſque circulo hæreditati acquiratur, ad tex. in
dict. l. Imperator, §. fi. cum l. ſequen. qui apertè hoc pro-
bat, & in terminis reſpondiſſe Caſtren Alexan. & Ruin.
teſtatur Peregrin. in allegata deciſio. 2. nu. 8. ſecus enim
1450 eſſet † in datione in ſolutum facta, quæ in particula-
ri iudicio diſceptaretur, Morot. conſil. 37. numero ſex-
to.

Ex quibus omnibus iudicio meo, reſtat totalis ma-
teria ſubrogationis de pretio ad rem, & de re ad pre-
tium, declarata, reſtantque opiniones pugnantes con-
ciliatæ.

S V M M A R I V M.

1451 *Pretium ſuccedit loco rei, & èconuerſo indiſtinctè, in dotibus; contra Bartolum, ex mente Neguſantij.*

Pretium loco rei in dotibus benè ſuccedit, ibid. verſ. pretium, ſed rem emptam ex pecunia dotali ſuccedere loco pecuniæ dubius eſt articulus, num. 1452.

Res empta ex pecunia dotali, non dicitur dotalis, ibidem.

1453 *Res empta de pecunia dotali non efficitur dotalis vxore ignorante.*

1454 *Res empta de pecunia dotali efficitur dotalis etiam vxore ignorante, ſi maritus, vel eius hæredes non eſſent ſoluendo.*

1455 *Res in dotem marito datæ, quæ in pondere, & menſura conſiſtunt tranſeunt in dominium mariti, qui poterit tantundem reſtituere, & per hoc ſi de illis emptum fuerit prædium, non diceretur dotale, ibid.*

1456 *Res empta de pecunia dotali euidenter, dotalis efficeretur.*

1457 *Rem eſſe emptam de pecunia dotali probatur eo ipſo, quod maritus eiuſque hæredes non ſunt ſoluendo, & nu. 1458.*

1459 *Mulier aduerſus rem de ſua pecunia emptam habet vtilem rei vendicationem, & hipothecariam, & qualiter in hoc iudicio iſtæ actiones differant, & ſeq.*

1460 *Mulier agendo hipothecaria ſuper re, quæ ſubrogata fuit in locum pecuniæ dotalis priuilegio prælationis non nititur, ſecus verò ſi vtili rei vendicatione egiſſet.*

1461 *Mulier hipothecaria abſque prælatione agere poſſet, ſuper re empta ex pecunia dotali, ſi modum exigendi pecuniam dotalem aliàs haberet.*

Mulier agens ſuper re empta ex pecunia dotali vtili vendicatione excluditur per oblationem pecuniæ, ibid.

1462 *Subſidiarium remedium ceſſat, ordinario exiſtente.*

1463 *Mulier vtili vendicatione non agit aduerſus tertium poſſeſſorem ſuper re, quæ ex pecunia dotali fuit empta, contrarium num. ſeqq.*

1464 *Mulieri habenti vtilem vendicationem non denegabitur hipothecaria.*

1465 *Hipothecaria tacita mulieri pro dotibus debita, etiam futura continet.*

1466 *Rei vendicatio vtilis, ſi ſit vtilior mulieri non ceſſabit per hipothecariam.*

1467 *Pro dote in dubio reſpondendum.*

1468 *Res empta ex pecunia dotali efficitur dotalis, marito exiſtente non ſoluendo per regulam ſubrogationis.*

Subrogatio facta per legem, aut hominem qualiter procedat, ibid. & 1469.

1470 *Rei vendicatio ideo ſic dicitur, quia ipſam rem ſequitur, & in ſpecie rem ſubrogatam, ob regulam ſubrogationis, num. 1471.*

1472 *Ius offerendi æſtimationem rei emptæ ex pecunia dotali, ſi opponatur per tertium poſſeſſorem aduerſus mulierē agentem, conſequenter mulier poterit agere contra tertium illum.*

1473 *Res empta de pecunia dotali efficitur dotalis, etiam marito exiſtente ſoluendo ſi conſtet, pecuniam fuiſſe dotalem.*

1474 *Res empta de pecunia mea me inſcio poterit condici, & etiam per me vendicari.*

1475 *Pecunia redacta ex venditione rei meæ per te facta, me inſcio, poterit re perempta, vel præſcripta, per me repeti in ſubſidium, venditione ratificata.*

Re empta ex pecunia mea poſſum emptionem ratificare, & vendicare rem in ſubſidium, ibid. in fine, & ſuper illa præferri anterioribus creditoribus, num. 1476.

1477 *Pecuniæ mutuatæ dominium transfertur in mutuatarium.*

Tex. in l. licet. C. qui pot. in pign. hab. declaratur, ibid.

1478 *Dominium ſine facto domini nequaquam transfertur.*

1479 *Res ſi permittatur poſſideri non per hoc eius dominium alienatur.*

1479 *Res empta ex pecunia mea in ſubſidium vendicabitur à me, prout & vendicaretur pecunia.*

1480 *Pecunia, ſi non extat, non vendicabitur.*

Rei vendicatio domino tantum datur, ibidem.

1481 *Mutuator non dicitur amplius dominus rei mutuatæ.*

1482 *Dotes in pecunia numerata tranſeunt in dominium mariti.*

Marito effecto non ſoluendo dominium pecuniæ dotalis reſoluitur ibid.

1483 *Mutuatario effecto non ſoluendo, an in ſubſidium vendicabitur res empta de pecunia mutuata? cum ſequentibus.*

1484 *Res, quæ vendicatur, dicitur in dominio vendicantis.*

1485 *Pignus non cadit in re propria.*

1486 *Pecuniæ dotalis dominium tranſit in maritum, prout & omnium rerum pondere numero, & menſura conſiſtentium.*

Pecuniæ mutuatæ dominium tranſit in mutuatariū, ibid.

1487 *Maritus tenetur reſtituere dotes, in pondere, numero vel menſura conſiſtentes, non in ſpecie, ſed in genere eiuſdem verò qualitatis, & valoris.*

Mutuatarius tenetur reſtituere mutuum non in ſpecie ſed in genere, eiuſdem verò qualitatis, & bonitatis, ibidem.

1488 *Pecunia dotalis, & pecunia mutuata ad imparia non iudicantur, contra num. 1490.*

1489 *Argum. ab æquiparatis validum.*

1490 *Maritus dicitur dominus pecuniæ dotalis, contra num. 1491. de veritate, numero 1492. cum multis ſequentibus.*

1492 *Maritus dicitur dominus rerum dotalium ciuiliter, vxor verò naturaliter.*

Maritus habet exercitium rerum dotalium, vxor verò, retentionem ibid. in fine.

1493 *Dominium rerum dotalium tranſit in maritum quo ad ius adminiſtrandi, & recipiendi fructus ex dotibus, pro oneribus matrimonij.*

1494 *Dominium rei dotalis retinetur per vxorem naturaliter, ſed offuſcatum, & tempore reſtitutionis remouetur offuſcatio.*

Mulieri datur vendicatio pro rebus dotalibus extantibus, ibidem, in fin.

1495 *Pecuniæ mutuatæ dominium tranſit in mutuatarium naturaliter, & ciuiliter.*

Pecunia mutuata, & ſi extaret ad huc vendicari nequit, cum nihil dominij illius retinetur per mutuantem, ibidem.

1496 *Mutuanti quæ detur actio aduerſus mutuatarium.*

1497 *Mutuum, ſi contraheretur, vt eadem ſpecies mutuata reſtitueretur, tunc non diceretur mutuum, ſed in alium tranſiret contractum.*

Mutuans non poteſt ſuper re mutuata agere, ſed in perſonam mutuatarij tantum, ibid. in fine.

1498 *Pecunia ſi non vendicabitur, ita & res de illa empta.*

Subrogatum diuerſo iure non iudicabitur, ibid.

1499 *Mulier poterit vendicare pecuniam dotalem extantem, ita & rem ex illa emptam.*

1500 *Dominium non ſic transfertur marito de pecunia dotali, prout transfertur mutuatario.*

Tex. l. vxor, ff. de donat. int. vir. & vxor. diſpoſitio non procedit in pecunia mutuata, ibid.

Dominus vendicando rem, non indiget prælatorum beneficio, ibid.

1501 *Creditor ſi poterit auocare pecuniam extantem, an valeat auocare rem emptam ex illa pecunia?*

1502 *Specialia plura ad idem non poſſunt concurrere.*

1503 *Pecuniæ dominus ſi vendicabit illam, ſimiliter, & in ſubſidium vendicare poterit, & rem emptam ex illa cum prælatione reſpectu aliorum creditorum.*

1504 *Res empta per maritum de pecunia dotali, muliere cõſentiente, efficitur dotalis, ſi mulieri vtile foret, & tali nomine empta, & 1505.*

1506 *Petr. Barboſius nihil cogitandum in ſuo opere reliquit.*

1507 *Res empta de pecnnia dotali muliere tacitè permittente, ſed mariti nomine, non efficietur dotalis, niſi in ſubſidium.*

1508 *Res empta de pecunia dotali, marito ſic declarante, vt fiat dotalis plura requiruntur, cum ſeq.*

Prohibitio alienationis quælibet, recipit tacitam conditionem; niſi alienatio vtilis ſit illi, in cuius fauorem fuit prohibita, ibid. & 1509.

1510 *Maritus non poteſt aliud pro alio inuita vxore creditrice ſoluere.*

Conditio melior non fit eius, qui diſſentit, ibid.

1511 *Mulier proprio conſenſu ſuam conditionem deteriorem facere non poteſt.*

1512 *Res empta de pecunia dotali fit dotalis, ſi mulieri fuerit vtilis, & ipſa tacitè conſentiat, etiam ſi ſuperueniat ex poſtfacto conſenſus tacitus, nu. 1513.*

Tacitè conſentiens videtur conſentire in fauorabilibus, ibidem.

1514 *Res empta per maritum de pecunia dotali, nomine ipſius mariti, etiam præcedente expreſſo, vel tacito mulieris conſenſu qualiter dotalis efficietur, vel non, numero 1515. & 1516.*

Emptio ſequens videtur facta ad executionem præcedentis conuentionis.

1517 *Res empta de pecunia dotali, vxore ignorante, ſed ipſius vxoris nomine, an illa ratificante; efficiatur dotalis verſ. tertia fiet inſpectio.*

Dominium in emptione quæritur illi, cui quæri venditor voluerit, ibid.

1518 *Res empta vxori tradita eidem quæritur etiam ſi nomen vxoris ſimpliciter tantum contempletur, n. 1519.*

1520 *Molfeſ. de confuſione notatur.*

IN DOTE QVANDO PRECIVM SVCcedat loco rei.

INſuper ex ſupra notatis concluſionibus, Negu. in allegata 5. par. memb. 1. nu. 48. & latius in 2. p. memb. 4. num. 58. & 59. inuehit contra Bar. in l. 1. ff. de diſtrac. pignor. dicentem in dotibus precium non ſuccedere loco rei, & è conuerſo, niſi in ſubſidium, adhibita doctrina, quam ſuperius num. 1394. in particularibus iudicijs adnotauimus; dicens Neguſ. Bar. in his non benè loqu-
1451 tum, † eò quod verius eſt precium loco rei, & è conuerſo ſuccedere in dote, cum illa ex parte mulieris dicatur ius vniuerſale, quod authoritate gl. & eiuſdem Bart. probat, ac nonnullis alijs authoritatibus, idq. receptius ab omnibus tenetur, Precium enim rerum mariti vẽditarum ſuccedere loco rei in dote, ſatis benè probat Neguſ. citato mem. 4. num. 58. & 59. comprobantque Fab. Ann. conſ. 123. vol. 2. num. 11. cum ſeq. & Rimi. iun. in princip. inſtit. quib. alien. lic. num. 91. & 92.

Sed an res empta ex pecunia dotali ſuccedat loco il-
1452 lius pecuniæ, † non tam facilè reſponderi poterit, cũ articulus ſit difficilioris reſolutionis, eò quod Imperat. Dioclet. in l. ex pecunia, C. de iur. dot. expreſsè ſtatuit, rẽ ex pecunia dotali emptam, dotalem non eſſe, cui deciſioni ex diametro videtur aduerſari tex. in l. res quæ dotales, ff. de iur. dot. idcirco pro intelligentia horum iuriũ infraſcripti conſiderandi erunt caſus.

Primus caſus erit quando maritus emerit aliquam rẽ de pecunia dotali vxore ignorante, & tunc res empta nõ
1453 ſuccedit † loco pecuniæ, cum ſatis ſit mulieri habere ſuam pecuniam dotalem, & in iſto caſu procedit text. in dict. leg. ex pecunia, vbi caſus apertus, dum ibi, *Præſes prouinciæ ſatis benè prouidebit, ſi pecunias dotales reſtitui iuſſerit*, ibique vnanimiter Doctores conſentiunt.

Reſtringitur hic caſus, quando maritus, vel eius hæredes non eſſent ſoluendo, quo in caſu in ſubſidium

res

1454 res empta † ex pecunia dotali efficitur dotalis, & tanquam dotalis vendicari poterit per vxorem ad text. in l.vxor ff.de donat. inter vir. & vxor. & probarunt gl. in l.1.ver.conſtitutam,C.ſi quis alteri,vel ſibi,Bart. in l. ſi vt proponis C.de rei vendicat.num.4.Bald.in ca.1.§. & quia vidimus,num.12.de his,qui feud.dar. poſſ. Nouell.de dot.in 7.parte principali, priuil.15. Baptiſta de San.Blaſ. de dot in 2.cent. priuileg.106. num.5. communem dicit Rip.in l.1.num.21.ff.in quib. cauſ. pign. vel hip.&c.Hermonopolus in prompt.iur.lib.4. titul.8. pag.184. in ſcholio,Cuiac.lib.5.obſeruat.c.9.Salicet. in d.l.ex pecunia Guttier.de tutel.par.3.cap.1.num.88.ac idem Guttier.& Greg. Lopez, quos cum nonnullis alijs refert Barboſ.in d.3.par.rubr.ff.ſolut.matrim.num.75. in fine,& num.76. qui veram dicit hanc reſtrictionem, quamuis ex illa nimis violetur generalitas text.in dict.l. res quæ,ff.de iur.dot. probat hoc idem Neguſant. inferius citandus,& latius Cardin.Mantica, de tacit. & ambig.tomo primo, libro 12.titul.27. numero nono, & numero 15.

Subſequitur tamen idem oculatiſſimus Barboſius dicens veram conciliationem dictorum iurium, illam eſſe nempè,quando marito pro dotibus datur pecunia, vel aliquid aliud conſiſtens in pondere, & menſura
1455 tacitè videtur permiſſum eidem † vt de illis ad libitum diſponat & ſoluto matrimonio alia eiuſdem bonitatis, & qualitatis reſtituat ad text.in l.res in dotem, ff.de iure dot.vnde ſi ex pecunia dotali aliquid emitur à marito, dici non poterit eum emiſſe de pecunia dotali, ſed potius de propria, cum dotalis ita data ſit, vt de ea tanquam de ſua diſponat, & ſoluto matrimonio tãtundem reſtituat,ideo in his terminis procedit tex.in d.l.ex pecunia,C.de iur.dot.

Cæterum ſi probetur de pecunia dotali cum effectu fuiſſe emptum prædium, vtique iuxta præpoſita, illud
1456 efficeretur † dotale,& ita procedit regula tex.in dict. leg.res quæ,ff. de iur.dot. ad quod probandum oportebit dare caſum, quando admittatur probatio rem fuiſſe emptam de pecunia dotali, & ſi plures referat Barboſius, tamen vt redeamus ad caſum ad noſtros terminos ſpectantem; nempè ad reſtrictionem, vt ſcilicet illo
1457 tunc cenſetur probatum, † prædium eſſe emptum de pecunia dotali, quando maritus non eſſet ſoluendo, nam tunc ea permiſſio, quæ in ſolutione pecuniæ dotalis fuit à principio data marito, vt de illa diſponat, cenſetur reſoluta cum tantundem non poſſit reſtituere modo vt tenebatur,gl.in l.in rebus,ver.æſtimatæ in fine,C. de iur.dot. ideo cenſetur emptum de pecunia dotali, &
1458 per hoc dotale iudicabitur,†ad tex. in dict. l. vxor in fine, ff. de donat.inter vir. & vxor. & erit locus regulæ de ſubrogatione, vt Barboſ.numero 77.ſubſequitur, & clarius,num.87.

Concluditur itaque in iſta reſtrictione ſic declarata,mulierem in illa re empta habere vtilem rei vendicationem aduerſus maritum, & eius hæredes, dict.l.vxor, vbi Doctor. & in ſpecie Neguſant. de pignor. parte 5. membr.primo, numero 40. vbi declarat, quando vtilis rei vendicatio, quando verò hipothecaria detur, & quomodo in hoc caſu dicatur maritus non ſoluendo, ex qua vtili rei vendicatione notabilis reſultat effectus, & inter eam, & hipothecariam ſingularem in huiuſmodi eſſe differentiam, cum in hipothecaria mulieri compe-
1460 tente nequaquam detur † potioritas iuris reſpectu creditorum hipothecariorum anteriorum, qui ſolent præferri mulieri, ſed mulier agendo vtili rei vendicatione ſuper re de pecunia dotali empta præfertur creditoribus anterioribus expreſſam hipothecam generalem habentibus ita Neguſan. vbi ſupra, Bald.Nouell.de dote, par.8.priuil.8.& Barboſ.hos probans in citato loco, numero 86. verſicul. & in his terminis illum, ac Cardin. Mantica de tacit. citato libro duodecimo, titul. 27.num.20.

Modificatur hæc concluſio, vt non procedat quan-
1461 do mulieri pro illa pecunia†eſſet conſultum alia via, & ſic maritus non eſſet totaliter non ſoluendo, quia tunc hipothecariam mulier tantum exerceret, & anterioribus prædictis non præferretur, cum ceſſaret priuilegium dict.l.vxor,ita Soccin. conſil.223. num.1. libro 2. quicquid in contrarium firmantes adducant Neguſant. loco citato, & Bald.Nouell.parte octaua,priuileg. ſeptimo, eò quod ſententiam Soccini expreſsè probauit Barboſ. vbi ſupr.numer.88. cuius Barboſij opinio comprobatur ex adductis per Couarruu.practicar.capit.28. numero octauo ad finem, Gregor. Lopez, Præſes de Franch. & Bart. citatos per Barboſium, & loquentes in ſimili per eandem Soccini ſententiam, & dicentes,quod ſi in terminis dictę vtilis rei vẽdicationis licitum ſit marito offerre dotes in pecunia, ita & cuilibet tertio, illa ratione, quam ego clarius portabo, quia vtilis rei vendicatio ex dict.l.vxor, dicitur ſubſidiaria, ſubſidiumque
1462 ceſſat, † quando per ordinarium remedium ſubſidiato ſuccurritur,Soccin.vbi ſupra, & latiſſimè Cardin. Mantic.citato tit.27.num.21.& ſeq.

Modificatur ſecundò, vt diſpoſitio dict.l. vxor, procedere habeat aduerſus maritum, vel eius hæredes tantum, non autem aduerſus tertium poſſeſſorem, cum
1463 vendicatio concedatur mulieri † pro rebus dotalibus tantum, ad text. in d. leg. in rebus, Cod. de iur. dot. aliud enim dicendum in rebus, quæ non fuerunt dotales, neque tanquam tales fuerint alienatæ, & quas emptor bona fide poſſidet, ad text. in dict.l.ſed & ſi lege, §.primo, ff.de pet.hæredit. Bald.in l.ſi eum ſeruum, column.2. verſic. ſed quidècontra, ff. ſi cert. petat. ac Tiraquel. & alijs adductis probat Barbo. vbi ſupra, numer.86.verſ.vnde videndum eſt, & prope finem numeri, ſequitur Cæſar.Manent.conſi.104.num.21.& deciſ. Mant.33.num.16.

Quicquid dicant præcitati authores licet mirandæ authoritatis, cum licitum ſit cuique ſuum afferre iudicium, quamuis exiguum, dico ego quod opinio deducta in hac modificatione plenariam mihi ſatisfactio-
1464 nem non tribuit, nam patet, huic mulieri ſi † detur vtilis rei vendicatio in præcitato caſu, non per hoc denegatur hipothecaria pro eius dotibus, vt probat Neguſant. citato numero 40. at hipothecaria hæc tacita
1465 continebit bona etiam futura † in ipſius hipothecatione, vt probauimus ſuperius in quinto quæſito, num. 215. verſ.extenditur,& ſi futura continebit, non dubitatur, mulieri dari hanc hipothecariam aduerſus emptorem illius rei, quæ fuerit in bonis mariti facta prius excuſſione, quo medio mouentur præcitati authores, quaſi quod cum ſit conſultum per hipothecariam mulieri ceſſabit ſubſidiarium remedium. Dico ideo, reme-
1466 dium vtilis rei vendicationis,nequaquã ceſſare cũ ſit vtilius hipothecaria, vt in terminis probat Bal.Nouell. de dote citato priuil.7.& quod ſit vtilius,patet,nam per

hipothecariam mulier nequaquam præfertur præcitatis
anterioribus creditoribus, & per vtilem rei vendicatio-
nem eam præferri, ſuperius nu.1460.probauimus, me-
ritò hoc vtilis rei vendicationis beneficio non priuanda
1467 mulier, cum † pro dote in dubio reſpondendum ad
tex.in l.in ambiguis, ff. de reg.iur.

Comprobatur hoc dictum meliori fundamento,
nam ſi ex eodem Barboſio ſuperius adnotatum fuit,
prædium emptum effici dotale, marito exiſtente non
1468 ſoluendo, † ex tacita ſubintellecta conditione reſo-
lutiua,quam deducit Barboſ.num.87. & num.76.in fi-
ne; illudque prædium per regulam ſubrogationis, ſub-
iacere legi,cui pecunia,in cuius locum ſubrogatum cen-
1469 ſetur,ſubiacebat, quicquid † in ſubrogatione facta
per hominem aliud appareat ſenſiſſe Bal.in l.ſi eum, §.
iniuriarum,ff.ſi quis caut.Iaſ. conſ.78. nu.5.lib.1. Loſ-
fred.conſ.11.num.16.& Natt.conſil.638.num.43. lib.
3. tamē in his caſibus ſubrogationem admittendam ve-
rius,& receptius teneri patet ex eodem Barboſ. vbi ſup.
num.77.conſequenter ideo res ſubrogata ſubiacet obli-
gationi,cui pecunia,ex qua ſubrogata fuit,ſubiacebat,&
ſi alienetur, nexu huius eiuſdem vtilis vendicationis affe
cta alienata tranſibit,quod nulla lege prohibetur;natu-
ra enim directę,& vtilis vendicationis rei,ipſam rem ſe-
1470 quitur,†quamuis per centum poſſeſſores ambulet,vt
probat Iaſ.in §.omnium,num.3. vbi & alij Doctor. in-
ſtit.de action.& effectus ſubrogationis facit, vt res ſub-
rogata perſequatur, vt perſequebatur illa, in cuius lo-
1471 cum ſubrogata fuit ob ſubrogationis † naturam, &
legem,vt idem Barboſ.& omnes authores in hoc ſubro-
gationis articulo ſuperius ſæpius citati loquuntur, & fa-
tentur.

Comprobatur ſecundò, nam ſuperius in 1.modifica-
tione ex Barboſ.Soci.Couar.& ex alijs diximus, non ſo-
lum, maritum poſſe offerre mulieri agenti vtili rei ven-
dicatione,in terminis noſtræ quæſtionis, æſtimationem
ſed etiam quilibet tertius,qui à marito cauſam haberet,
vt latius etiam proſequitur Card.Mant.de tacit. in pro-
ximo citato loco,nu.21.vſque ad num.25.ideo ſi ijdem
1472 authores fatētur,tertium poſſeſſorem†poſſe offerre,
conſequenter ſupponunt, poſſe contra tertium vtili rei
vēdicatione mulierem agere, vel vnū dictum aliud eli-
dit,& propterea modificatio corruit,prout & idem ſup
ponunt expreſſius Greg.Lopez,& alij relati per Guttie.
de tutel.par.3.cap.1.num.89.

Non enim nego,quod ſi hæc opinio noſtra fulciretur
aliqua coniectura,ex qua colligeretur prædium eſſe em-
1473 ptum† pecunia dotali,ſine ſcrupulo procederet,cum
tunc illi locus eſſet,etiam marito exiſtente ſoluendo, ad
tex.in l.in rebus, C. de iur.dot. vt Barboſ. loco allegato
num.86.verſ.ſed circa hanc communem notat; verum
abſque coniectura, ſatis iudicio meo probatum patet,
vtique procedere.

Extenditur tamen reſtrictio poſita ſuperius, numero
1454 procedere non ſolum in muliere pro re dotali ef-
1474 fecta ob paupertatem mariti,ſed etiam † in quacun-
que alia perſona,cuius pecunia res empta eſt, & debitor
non ſit ſoluendo; quia tunc creditor pecuniæ, quamuis
rem emptam ex ea non habeat obligatam,niſi in ſpecie
id actum fuerit,ad tex.in l.licet, C.qui pot.in pign.hab.
vt in princ.huius quæſiti num.1201. verſ. contra hanc,
probauimus,poterit tamen rem eo inſcio de ſua pecunia
emptam condicere,vel etiam vendicare,vt ex gloſſ.fina.
in l.Proculus,ff. de iur.dot.vbi Bald.& Iacob.& ex Ro-
man.ſing.612.probat Barboſ.in ſæpius citata 3.parte
rubr.ff.ſolut.matrim.numer.86.verſ. ſed intelligo text'
quod euidenti ratione probatur,vt per Bald.in d.l.Pro-
culus,aut ancilla,nam ſicut pecuniam redactam ex ven-
1475 ditione rei meæ,per te facta † me inſcio,ego in ſubſi-
dium poſſum, re perempta, vel præſcripta, repetere
habendo ratam venditionem;l.mater, C. de rei vendic.
d.l. ſi eum ſeruum, ff. ſi cert. petat. ſic pariter è contra-
rio, poſſum in ſubſidium repetere, & vendicare rem
emptam ex mea pecunia, ratificando emptionem, vt
ſupra.

Sed an hoc in caſu ego ſim præferendus ſuper illa re
alijs creditoribus etiam anterioribus? pro ſolutione di-
1476 cas † prælationem concedendam non obſtante con-
cluſione receptiſſima ſuperius loco citato in terminis l.
licet,Cod.qui potior.in pignor. hab. relata, quia in illis
terminis pecunia fuit mutuata in ſpecie ad emendum,
& conſequenter dominium pecuniæ per mutuationem
1477 † translatum fuit in debitorem mutuatarium, ad
text.in leg.2.§. appellata, ff.ſi cert.petat.ideo de illa di-
ſponit ad libitum debitor, & diſponendo, ſi ſibi ſpe-
cialiter non cauerit, vt in dict.leg. licet, nequaquam res
empta aliqua obligatione afficitur, nec vendicari pote-
rit, ſed pecunia conſiderata in extenſione erat aliena,
1478 eiuſque dominium ſine facto † domini nequaquam
fuit translatum, l.id quod noſtrum eſt,ff.de regul.iur.&
ſi dominus illius pecuniæ permiſerit eam ab emente poſ
1479 ſideri, non per hoc eius † dominium fuit alienatum
ad tex.in l.non alienat. ff. de regul. iur. ideo non ſolum
pecunia hæc ſi extet vendicatur, ſed etiam vendicabitur
res empta ex illa, ſi pecunia ſit conſumpta, & debitor
non ſit ſoluendo per regulam ſubrogationis, cum ſi po-
terat pecunia vendicari, ita & res in eius locum ſubro-
gata ex ſuperius traditis;quod non recipitur in caſu leg.
licet,Cod.qui potior.in pignor.&c.vbi nec pecunia mu-
1480 tuata vendicatur, eò quod recipit † functionem, &
vendicatio domino tantum datur,ad text. cum gloſſ. in
leg.final.C.de rei vendicat.& toto titul. ff. & Cod. l. ſe-
cunda,& l.ſiue poſſidetis,Cod.de probat.& l. vnica, C.
de alien. iudic. l. in rem actio,ff.de rei vendicat. vt alias
in ſeptimo quæſito adnotauimus; & mutuator non di-
1481 citur amplius dominus † pecuniæ mutuatæ,cum per
mutuum de ſua fuit effecta mutuatarij ad text.in citato
§.appellata.

Attamen ſi prædicta vera ſint, nec dubitationem
habere poſſunt, nequaquam enim ſatisfaciunt, poſt-
quam in caſu reſtrictionis, maritus recipiendo dotes
1482 in pecunia, † ſibi transfertur dominium eiuſdem
pecuniæ ad text. in l. doce ancillam, Cod. de rei vendi-
cat. & vt ſuperius adnotauimus numero 1456. verſic.
cæterum, cenſetur de pecunia dotali emptum præ-
dium, quando maritus effectus eſt non ſoluendo,
taliter, quod ex tali paupertate ſuperueniente do-
1483 minium prædictum reſoluitur, † cum tantundem
non poſſit maritus reſtituere, vt ibi probauimus, ideo
hæc omnia conueniunt mutuanti pecuniam, nam
ſi eius dominium ſit mutuatario, per mutuum
translatum, debet illud reſolui per ſuperuenien-
tem paupertatem cum tantundem reſtitui per eum non
poterit, & conſequenter res empta cum pecunia mu-
tuata in ſubſidium ex regula ſubrogationis vendicari
deberet.

Pro reſolutione dici poterit, concluſionem firmatam in extenſione ſuperius notata nu. 1474. loqui de vendicatione, non autem de obligatione, id enim quod vin-
1484 dicatur; dicitur eſſe in dominio † vendicantis, vt ſuperius firmauimus, & ſi eſt in dominio meritò in illo
1485 non cadit pignus, † ad text. in l. neque pignus, ff. de reg. iur. ideo in extenſione cõcluſum fuit, quod res empta de illa pecunia non erit obligata tanquam propria vendicantis per ſubrogationem, ſed dabitur vtilis vendicatio in ſubſidium, ex text. d. l. vxor. ff. de donat. int. vir. & vxor.

Nec refert, quod ſicut dominium pecuniæ dotalis
1486 transfertur † in maritum, ad tex. in l. doce ancillam, C. de rei vendicat. l. ſi prędium. C. de iur. dot. & in princ. inſtit. quib. alien. lic. vel non, cum alijs concordant. ac cum Barboſ. probauimus ſuperius nu. 1456. & in pecunia, ac in alijs rebus pondere numero, & menſura conſiſtentibus, quarum dominium tranſit in maritum expreſſius ſtatuit Caius iureconſ. in l. res dotem, ff. de iur. dot. ita, & dominium pecuniæ mutuatæ tranſit in mutuatarium, d. l. 2. §. appellata vbi Doctor. ff. ſi cert. pet. imò ſicut maritus tenetur reſtituere pecuniam pro dote datam, vel aliam rem pondere numero, vel menſura
1487 conſignatam, nõ in ſpecie, ſed in genere, † eiuſdemq; generis, & qualitatis, d. l. res in dotem, ita & mutuatarius tenetur reſtituere ſimilem rem eiuſdem generis, & qualitatis, vt ſuo particulari loco dicetur, & probatur in d. l. 2. §. mutui datio. ff. ſi cert. petat. Bart. in eadem l. 2. §. creditum, & Doctor. in d. §. mutui datio, & in l. cum quid, ff. eden. ac paſſim vbique idcirco, ſi in dominij translatione, & in ipſius rei reſtitutione adequantur pe-
1488 cunia dotalis † cum pecunia mutuata, ſemper debitore mutuatario non exiſtente ſoluendo, vt tantundem per ipſum reſtituatur, reſolui debet dominium prædictum, & vendicationem concedi, rei de pecunia mutuata emptæ in ſubſidium, modo, vt res empta de pecunia dotali, vindicatur in ſubſidium, vt ſupra, ex text. d. l. vxor. ff. de don. int. vir. & vxor. per argum. ab æquipara-
1489 tis † validè demonſtrandum, vt ex Euerar. in loco à ſimili; itaque in caſu d. l. licet. C. qui potior. in pignor. hab. ſi res empta ex pecunia mutuata abſq; ſpeciali obligatione, non cenſeatur obligata, tamen ex prædictis deberet poſſe vendicari per text. d. l. vxor. Quia, vt in principio dixi, iſtud non refert, eò quod inter iſtos duos caſus non modica eſt differentia; nam & ſi maritus di-
1490 citur dominus † pecuniæ dotalis per iura ſuperius citata, & ex magis recepta ſententia, quam probauerunt gl. in l. in rebus ver. naturali. C. de iure dot. vbi Cin. Bar.
✱ Bal. Salicet. & alij communiter, alijque cęteri in nõnullis locis, quorum receptam opinionem dixerunt Campeg. de dot. p. 4. q. 7. Bal. Nouell. p. 8. priuileg. 6. Iaſ. in §. fuerat nu. 2. inſtit. de action. Roger. de dot. §. 13. nu. 5. & latius Hipp. Rimin. inſtitut. quib. alien. lic. in princip. nu. 316. cum ſeq. & Menoch. conſ. 88. nu. 39. lib. 1.
1491 Contrariam verò opinionem † defenderunt Moderniores poſt Martin. Gloſatorem relatum à gl. in d. l. in rebus, & poſt gloſ. Caſtrenſ. Zaſium; Corraſ. lib. 5. Miſcellan. c. 14. & in l. naturaliter. §. nihil commune, ff. de acq. poſſ. nu. 33. & ſeq. Balduin. & Bar inſtit. quib. alien. lic. Connan. lib. 8. comment. c. 9. nume. 5. Robert. lib. 3. ſentent. c. 18. Conſtan. de dot. c. 5. nu. 4. Igneus in l. 1. §. ſi vir. num. 175. ff. ad Sillan. Lambertin. de iur. patronat. art. 8. queſt. 5. princip. Roger. à Mota in l. traditionibus, num. 86. C. de pact. Duaren. de dotibus, cap. 1. ad finem Aufrer. ad Cappell. Tholoſ. deciſ. 278. Simanc. in cathol. cap. 9. num. 59. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 23 nu 6. Garzia, tract. de expen. cap. 13. num. 6. Lara. in l. ſi quis à liberis §. ſi quis ex his, nu. 250. ff. de liber. agnoſc. quæ ſecunda opinio probatur tam per tex. d. l. in rebus. C. de iur. Dot. quam per text. in l. quamuis ff. de iure dot. ac l. diuortio §. ſi fundum in fine ff. ſolut. matr. & alijs iuribus concordantibus, quos omnes authores, quæque iura, referunt & congerunt Pinell. in l. 1. par. 3. C. de bon. matern. num. 12. & ſequent. & Petr. Barboſ. latius in l. dotalem in principio, cum multis numer. ſeq. ff. ſolut. matr. quam ſecũdam opinionem receptiorem dicerem (quamuis Barboſ. citato loco primam receptiorem dicat;) imò & veriorem dijudico, eò quod tenentes hanc
1492 vltimam opinionem ſupponunt, vxorem † remanere dominam naturaliter, maritum verò ciuiliter, vt ex d. l. in rebus, hoc apertè probatur, idque deducitur ex authoribus conciliantibus has pugnãtes opiniones, meritò negari non poterit maritum habere exercitium dominij, vxorem verò retentionem, vt in ſequentibus dicitur in bonis mariti, ſed eſt mulieris Ant. Fab. de err. pragm. decad. 10. err. 2. num. 9.

Vera idcirco conciliatio relata per Barboſ. in d. l. dotalem, num. 9. verſ. ex his igitur, illa affertur, nempe quã-
1493 do traduntur † res ex cauſa dotis non videntur tradi ea mente, vt dominium quo ad omnes effectus tranſeat in maritum, ſed tantum quo ad ius adminiſtrandi, & recipiendi fructus ex dote, ad tex. in l. dotes. ff. de iur. Dot. quæ conuertuntur pro oneribus matrimonij, d. l. quamuis ff. eod. ideò dicitur in maritum non transferri naturaliter dominium; verum attenta diſpoſitione d. l. in re-
1494 bus, dominium naturale vxoris † dicitur per ius ciuile offuſcatum, meritò tempore legitimæ reſtitutionis faciendæ remouetur offuſcatio, & cõtinuatur dominium; ſed exactius declarat Gizarell. deciſ. prima, num. 39. idcirco pro reſtitutione rerum dotalium extantium mulieri datur rei vendicatio. l. in rebus. Cod. de iur. Dot. Dominium verò rei mutuatæ tranſit in mutuatariũ na-
1495 turaliter, & ciuiliter, † nec rei mutuatæ aliquod ius dominicale retinetur per mutuantem; imò & ſi eadem pecunia mutuata extaret ad huc vendicari non poterit, neque in ſubſidium cum dominiũ illius tranſiuit in mu-
1496 tuatarium, contra quem datur condictio † certi ſpecialis, ad text. in §. 1. vbi glo. & Doctor. inſtit. quib. mod.
✱ re contrah. obligatio ibique communiter omnes, ac in l. certi condictio ff. ſi cert. petat. & alibi noſtrates; quæ actio eſt perſonaliſſima ad text. in §. appellamus inſtit. de action. imò adeò vera ſunt prædicta, quod ſi mutua-
1497 tor pactus fuiſſet, vt eadem ſpecies † mutuata reſtitueretur, tunc nequaquam diceretur mutuum, ſed in
✱ alium contractum tranſiret, vt ex communi ſcribentiũ opinione probat Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. cõuent. tom. 1. lib. 8. tit. 4. num. 15. 16. & ſeq. itaque ſi eadem res mutuata extaret, actio pro mutuante dirigeretur in perſonam, non autem in rem, cuius dominium effectum fuit mutuatarij; finaliter nullo iure reperitur cautum, vt pecunia mutuata vendicari poterit per mutuantem, data validitate mutui, cum rei vẽdicatio competat domino, vt ſuperius probauimus, & pecuniæ mutuatæ dominium tranſlatum fuit in mutuatarium, vt ſæpius adnotauimus, ideò ſi mutuanti non dabitur pecu-
1498 niæ vendicatio, † conſequenter denegabitur, & rei emptæ ex illa pecunia relaxatio; tanquam ſubrogata in locum pecuniæ, cum ſubrogatum diuerſo iure non iudicabi-

cabitur ex re,in cuius locum ſubrogatur, vulgatis regu-
1499 lis; in muliere autem ſecus,quia cum illa † valeat ex-
tantem pecuniam dotalem, vendicare, tanquam illius
naturaliter domina, ad text. in l.in rebus.C. de iur.dot.
æquo itaque iure poterit, & emptum ex illa eadem pe-
cunia vendicare, ex ſubrogationis regula; vt ex mente
omnium colligitur ex notatis per Barboſ. ad tertiã par.
Rubr. num.86.toto. Creditori idcirco mutuanti dene-
gatur; vt ſæpius dixi; vendicatio tam pecuniæ mutuatæ,
quam rei ex eadem pecunia emptæ, illa diuerſitatis ra-
tione, quia mulier dotalium rerum dicitur naturaliter
1500 domina, mutuator † autem nihil dominij ſuper re
mutuata retinet; non mirum propterea, ſi in pecunia
mutuata nequaquam intrabit diſpoſitio d. l. vxor ff. de
donat.int.vir.& vxor. vendicans enim ſemper ſupponit
dominium, vt extantem rem vindicare valeat, & vindi-
cando, prælationis beneficio non indiget, Barboſ. in 6.
par.l.1.ff.ſolut.matr.num.6.
1501 Nec mutuanti habenti pecuniam mutuatam † obli-
gatam,generaliter,aut quocunque modo,proficeret,di-
cente, eum poſſe auocare dictam pecuniam extantem,
vt ſuperius plenè probauimus, meritò & poſſe auocare
rem emptam ex illa pecunia in ſubſidiũ, ex regulis præ-
citatis; eò quod diuerſi ſunt termini;tum quia huic cre-
ditori competeret hipothecaria ſuper illa pecunia, &
conſequenter ſuper re empta ex illa pecunia, quæ vti fu-
tura veniret in dicta generali obligatione; itaque ſi po-
terit hipothecaria qualitercunque vti, priuabitur bene-
ficio rei vendicationis vtilis, & in ſubſidium conceſſæ,
cum remedium ſubſidiarium ceſſat, exiſtente ordina-
rio, vt ſuperius adnotauimus; & probat Mantic. de ta-
cit.lib.12.titu.27.nu.20. tum & ſecundò,quia huic cre-
ditori non domino, vtilis vendicatio denegatur,vt plu-
ries firmatum fuit; tum & tertiò, quia plura ſpecialia
concurrerent contra communes,& vulgatas diſpoſitio-
nes; nam & primò poſterior anteriori creditori, & hi-
pothecario per vtilem rei vendicationem præferretur
contra iuris regulas; ſecundò, quia creditoribus pro re-
bus creditis daretur rei vendicatio contra alias iuris re-
gulas; & tertiò,quia in particularibus res ſuccederet lo-
co pretij, & pecuniæ contra alias etiam iuris regulas, vt
1502 ſuperius demonſtrauimus, quæ ſpecialia ad idem, †
prohibentur concurrere ad text. in leg.1. Cod. de dotis
promiſſ.

Ex qua tam prolixa, & longa diſceptatione, ſed for-
ſan non inutili; reaſſumitur concluſio pro reſolutione;
quod res empta ex pecunia mea, me inſcio; fit mea in
ſubſidium quando ſcilicet pecuniam alio modo nõ poſ-
ſum vendicare, ad terminos d.l. vxor ff. de donat. inter
vir.& vxor.quæ procedit in omni perſona,ratione ſupe-
1503 rius fuſius adnotata, quia ſi dominus pecuniæ † po-
terat illam vendicare, tanquam dominus non mirum ſi
in ſubſidium in re ſubrogata detur vtilis vendicatio, &
conſequenter ex tali vtili vendicatione præfertur omni-
bus alijs creditoribus etiam anterioribus, & expreſſam
habentibus hipothecam, vt ſuperius probauimus, & in
ſpecie poſt Soccin. & alios Mantic. de tacit. lib.12.titu.
27.num.20.

Secundus principalis caſus eſt, (vt vnde digreſſi ſu-
mus redeamus) quando maritus emiſſet de pecunia ſi-
bi in dotem data rem aliquam vxore conſentiente,quia
1504 tunc res empta † efficitur dotalis,& id probari dicũt
authores,per text.in l.ita conſtante, & l. res quæ, ff. de
iur. dot. vbi gloſſ. ac gloſſ.in l.ex pecunia,C.de iur.dot.
& in l.1.C.ſi quis alteri, vel ſibi ver.conſtituta, proba-
runtque Tiraq. de retract.lign. citato, §.32.gloſſ. vnica
nu.16.Soccin. Reg.343. Fall.4. & Alex.in l.ſi cum do-
tem, §.fi.ff.ſolut.matr. quos omnes probat Guttier. de
de tutel.p.3.c.1.nu.87.quam concluſionem veram eſſe
dicunt,ſi mulieri fuerit vtile Bar.quem probat Fab.An-
nius conſ.123.num.17.& ſi fuerit vtile, ac tali nomine
res empta ſit, Bart.Roman. Bero.& Duaren.quos pro-
bat Cardin. Mantica de tacit. & ambig. lib. 12. tit.27.
1505 nu.4.& 5.ac ſeq.ac exiſtente † conſenſu mulieris, &
ſua vtilitate accedente,probãt Rip.ff.ſolut.matr.in Ru-
br.n.4. ad finem Alciat.n. 21. Crot.l.ſi conſtante 2.le-
ctur.nu.146. Baptiſta de Sancto Blaſio de dot. cent.4.
nu.1.& alij plerique.

Pro clariori intelligẽtia huius ſecundi caſus, tres ſub-
nectam inſpectiones deductas ex doctiſſimo Barboſio
in d.3.p.Rubr.ff.ſolut.matr.num.77.verſ.denique col-
ligitur ex quibus apparebit expreſſius acclaratus hic ca-
1506 ſus,cum † author ille peritiſſimus nihil cogitandum
deſeruit.

Inſpectio prima erit, quando in conuerſione pecu-
niæ dotalis adſit tacitus conſenſus mulieris, tacitaque
permiſſio concurrat, & tunc ſi maritus emat proprio
nomine, non erit dubium, rem emptam non effici do-
talem, ſed remanere marito, quia cum maritus de illa
ad ſui libitum diſponat ad text. in l. res in dotem, ff. de
1507 iur. dot. non poterit † dici predium emptum ex pe-
cunia dotali, niſi in ſubſidium, modo, vt explicauimus
in proximo ſuperiori caſu, nempè quando maritus effi-
ceretur non ſoluendo, lapſuſque fiet facultatibus.

Secunda inſpectio erit quando maritus intendẽs exi-
mere ab obligatione reſtituẽdi pecuniam dotalem,præ-
dium de illa emerit, vt loco pecuniæ ſubrogaretur, &
tunc, vt prædium loco pecuniæ ſubrogetur duo copu-
1508 latiuè requiruntur, † primum ſcilicet, vt talis ſubro-
gatio vtilis ſit mulieri, eidemque expediat, ſecundum
requiritur,vt mulier conſentiat, primumque probatur,
cum omnis prohibitio tacitam recipiat conditionem,
1509 niſi alienatio vtilis ſit illi,in cuius fauorem facta † ſit
ad tex.in l.cum hi.§.eam,ff.de tranſact.& l.quęcunque,
C.de bon.mater. latèque, & notabiliter proſequitur
Molin.de primogen.lib.4.c.4.nu.2.& ſeq.probaturque
apertius per text.in l.ita conſtante, ff. de iur.dot.ſecun-
dum autem probatur per tex.in l.ex Lapidicinis,ff.eod.
de iur.dot.& l.ſi ff.de pact.dotal.cum maritus non poſ-
1510 ſit aliud pro alio † inuita vxore creditrice ſoluere,ad
text.in l.2.§.1.ff. ſi cert. pet. nec aliquo inuito conditio
eius etiam melior fieri non poterit, ad tex.in l.inuito,ff.
de reg. iur. ideo neceſſarius erit conſenſus mulieris, l. ſi
æſtimatis,ff.ſol.matr.vbi Cum.& Imol.probantq; om-
nes citati in hoc ſecundo caſu in princ.nu.1504. ac glo.
Nouell.Corn.Soccin.iun.Capic.Guttier.Tiraq. & Ant.
Gomeſ. quos probat Barboſ. vbi ſupra dicens commu-
* nem opinionem; proprio enim conſenſu mulier condi-
1511 tionem ſuam † deteriorem facere nõ poteſt.l.de die,
ff.de pact.dotal.meritò requiritur etiam, vt eidem mu-
lieri expediat, & ſi expediat, & non conſentiat, vtique
idem, cum hæc duo copulatiuè requirantur, vt ſupra,
conſenſus non ſufficit, ſi vtilitas mulieris non extiterit
Adrian.Neguſ.reſponſ.417.nu.8.

Modificatur hæc ſecunda inſpectio, vt res ſuccedat
loco pecuniæ, ſi emptio mulieri ſit vtilis, licèt conſen-
ſus mulieris non ſit expreſſus, ſed tacitè illa conſentiat,
1512 cum per tacitum conſenſum videatur mulier † con-
ſentire,

ſentire, ad tex. in l. fin. cum gloſ. fin. ff. de iur. dot. ex quo tex. & gloſ. ſic probarunt Bar. conſ. 124. incipient. punctus quæſtionis talis eſt; verſ. circa hoc, & Caſtrenſ. conſ. 360. num. 2. lib. 1. ſufficitque ex poſt facto ſcire, &
1503 tacere, eò quod in iſto caſu ſufficit ratihabitio † tacita, vel expreſſa d. l. ſi æſtimatis in fine, & Alex. in l. ſi cum dotem ff. eod. ſolut. matr. §. fin. num. 4. probatque Barboſ. vbi ſupra.

Infertur ideo ex Barboſ. citato loco verſ. ſed quid ſi mulier, contra Rip. in l. 1. num. 21. ff. in quibus cauſ. pignus Camil. in Rubr. ff. ſol. matr. num. 68. & Gregor. Lopez; quod in caſu huius inſpectionis quantumcunque mulier expreſsè conſentiat, & ſubrogatio ſit vtilis ei, & nihilominus maritus emat nomine proprio; tunc in tali caſu nequaquam erit locus ſubrogationi, cum
1514 maritus † emendo nomine proprio videatur receſſiſſe à prædicta conuentione, & ſuccedit regula tex. d. l. ex pecunia. C. de iur. dot. quodque in fortioribus terminis probat Molin. citato cap. 4. num. 35. verſ. tertius caſus; verum idem Barboſ. ſe declarando, ex dictis eiuſdem Molin. citato cap. 4. num. 34. ac Bal. & aliorum, dicit hoc eſſe verum reſpectu mariti, & venditoris, non autem reſpectu mulieris, reſpectu cuius ob præcedentem conuentionem videtur res empta per maritum, tanquam procuratorem vxoris, Bar. in l. qui in aliena §. ſi is, qui ad finem ff. de acq. hæred. Alex. in l. poſt dotem num. 14. ff. ſol. matr. & Alciat. de præſump. reg. 2. præſump. 24. quo in caſu res empta dotalis efficitur, vt prædictis, ac alijs permultis citatis, probat idem Barboſ. vbi ſupra, idque veriſſimum dijudico, cum emptio ſequens
1516 cenſeatur † facta ad executionem præcedentis conuentionis, vt pleniori folio in ſimilibus probat Menoch. de præſump. lib. 6. præſump. 12. tota.

Tertia fiet inſpectio, quando maritus vxore ignorante emerit prædium de pecunia dotali nomine vxoris, vt eidem vxori dominium quæratur; quæſtio in hac inſpectione erit, an vxor ſi ratam habeat emptionem res empta eidem quæratur, & ſi prima facie ex tex. ſæpius allegatæ. l. ex pecunia. C. de iur. dot. videatur concludendum rem emptam non queri vxori, neque eam dotalem effici, & omiſſis, quæ dicunt in hoc Soccin. & Crot. in Rubr. ff. ſolut. mat. ac omiſſa diſtinctione, quam ex nonnullis authoribus deducit Barboſ. citata. 3. par. Rubr. ff. ſol. matr. num. 80. quamque nonnullis probat iuribus,
1517 tamen ſi maritus nomine † vxoris emat, venditorque tali nomine tradat, cum dominium quæratur in emptionibus, cui per traditionem quæri venditor voluerit, dum venditor ad tradendum cogi non poterit per vxorem iuribus adductis per Barboſ. vbi ſupra, ideo ſi ſpon-
1518 tè nomine vxoris tradit, vxori † dominium quæritur, & res dotalis efficitur, ad tex. in l. multum intereſt in fine. C. ſi quis alteri, vel ſibi, quo tex. allegato, ſic concludit idem Barboſ. vbi ſupra num. 81. verſ. ſed quamuis hæc, itaque intelligi tex. d. l. ex pecunia; idemque eſſe ſi traditio ſimpliciter fiat, dummodo nomen vxoris
1519 † in emptione contempletur, firmat ſingulariter idem doctiſs. Barboſ. num. 82. & 83. Ex quibus ſatis acclaratus remanet articulus, quando pecunia loco rei, reſque loco pecuniæ ſuccedat in dotalibus ad prælationem contra creditores obtinendam, & ſecundum præcedentia intelligendus eſt Molfeſ. ad conſuetud. Neap.
1520 tom. 1. par. 4. de iur. dot. quæſt. 8. confundens † caſum l. res quæ. ff. de iur. dot. cum caſu. l. ex pecunia. C. eod.

SVMMARIVM.

1521 *Creditor anterior, an præferatur poſteriori pupillo, etiam ſuper re de pecunia pupillari empta.*
Res empta de pecunia pupillari nequaquam efficitur pupillaris, ibid. de veritate numer. ſequent.
1522 *Res empta de pecunia pupillari per tutorem, aut alterum legitimum adminiſtratorem nomine proprio, poterit per pupillum vendicari, aut per eundem agi pro pecunia cum vſuris.*
1523 *Res empta de pecunia pupillari ſuccedit loco pecuniæ, & qualiter pupillus in illa præferatur creditoribus.*
1524 *Tutores, & cæteri adminiſtratores tenentur neceſſitate officij pecuniam pupillarem conuertere in emptionibus.*
1525 *Hipothecaria pupillis conceſſa ſuper re empta ex pecunia pupillari, datur cum prælatione, & 1526.*
1526 *Res empta per extraneum nomine proprio, de pecunia pupillari non efficitur pupillaris, ſed ſuper ea agitur hipothecaria cum prælatione contrarium, num. 1527. de veritate verò, nu. 1528.*
1528 *Pupillus habet hipothecam ſuper re empta de ſua pecunia cum prælatione, meritò vendicatione non eget, & 1529. ac 1530. vbi iterum declaratur text. in l. vxor ff. de donat. int. vir. & vxor.*
1531 *Creditor anterior mediante ſcriptura priuata iuxta formam l. ſcripturas. C. qui pot. in pign. habean. præfertur poſteriori.*
1532 *Creditor anterior mediante ſcriptura priuata, prælationem habet à die confectæ ſcripturæ, licet contrarium nonnulli affirment, ibidem.*
Barbatus modernus carpitur in caſu ſingulari, ibid.
1533 *Creditor anterior mediante ſcriptura priuata quando præfertur inſtrumentarijs poſterioribus, à die confectæ ſcripturæ, & qualiter.*
1534 *Creditor poſterior inſtrumentarius illo tunc poſtponitur anteriori chirographario, quando citatus eſſet ſuper recognitione, de veritate numer. ſequentibus.*
1535 *Creditor chirographarius ſufficit eum habere ſcripturam recognitam modis relatis, & ſubſcriptam, vt præferatur inſtrumentarijs poſterioribus, quamuis inſtrumentarij ſuper recognitione non citentur, declara num. 1536. & 1537.*
1536 *Creditor hipothecarius, & ſi poſterior præfertur anteriori non hipothecario.*
1539 *Hipotheca prodeſt tam agendo quam excipiendo.*
Creditor anterior præfertur poſteriori, etiam ſi res poſteriori tradita fuerit, ibid.
1540 *Creditor anterior præfertur, licèt ſecundus tantum pactus fuerit de vendendo pignore.*
1541 *Creditor anterior præfertur etiam in bonis quæſitis poſt contractam hipothecam.*
1542 *Fiſcus poſterior præfertur creditori anteriori in bonis poſtea quæſitis.*
1543 *Creditor anterior cum generali præfertur poſteriori cum ſpeciali hipotheca.*
1544 *Creditor primus tenetur excutere pignus ſpecialiter obligatum prius, & non moleſtare ſecundum in alijs bonis.*
Creditor anterior non tenetur excutere pignus ſpecialiter obligatum ſi habuerit obligationem cum clauſula, vt generalitas, &c.

Ex-

1545 *Excuſſionis materia remiſſiuè.*
1546 *Creditor anterior præfertur etiam fiſco poſteriori, nu. 1546. extenditur, nu. 1547.*
1548 *Fiſcus non præfertur creditori anteriori priuilegiato in bonis poſtea quæſitis.*
1549 *Creditor iuxta terminos. l. licet. C. qui pot. in pignor. hab. præfertur fiſco.*
1550 *Fiſcus agens ſuper bonis poſtea quæſitis tenetur id probare.*
1551 *Creditor anterior præfertur mulieri dotes petenti.*
1552 *Creditor anterior in ſorte præfertur etiam pro vſuris.*
1553 *Creditor anterior ex tacita hipotheca, præfertur poſteriori habenti expreſſam.*
1554 *Creditor anterior quoties præferatur, remiſſiuè.*

PRETIVM EX PECVNIA PVPILLI, an ſuccedat loco rei.

EXtenditur quintò principalis regula, (vt ad exten-
ſiones reuertamur) non ſolum in re empta ex pecu-
nia dotali, in qua præferũtur creditores anteriores tem-
pore, marito exiſtente ſoluendo cum declarationibus
ſuperius latè explicatis, & etiam marito non exiſtente
ſoluendo, modo vt fuit declaratum; ſed extenditur re-
gula procedere vtique ſuper re empta ex pecunia pupil-
1521 lari, in qua anterior † tempore præfertur pupillo po-
ſteriori, poſtquam res illa empta de pecunia pupillari
nullatenus dicitur pupillaris, ſed propria emptoris ad
text. in l. ſi ex pecunia. C. de rei vendic. cum concordan-
tibus citatis per gloſ.

Vt autem veritas huius extenſionis clarius appareat
infraſcripti conſiderandi erunt caſus: nam aut res em-
1522 pta de pecunia † pupillari ematur per tutorem, vel
curatorem, aut alium legitimum adminiſtratorem, no-
mine proprio, & tunc erit in electione pupilli, ſeu mino-
ris vtrum malit rem emptam capere, vel pecuniam cum
legitimis vſuris, & ſic an rem obligatam habere, an au-
tem agere vtili vendicatione ad rem emptam; glo. Bart.
Bal. Salicet. & alij in l. ſi vt proponis. C. de rei vendicat.
Neguſant. in locis citandis Ant. Gomeſ. & Baez. quos
probat Guttier. de tutel. par. 3. cap. 1. num. 63. ad tex. in
leg. 3. C. arbitr. tut. vbi Doctor. Ripa Gregor. Lopez &
Oldrad. quos ſequitur Barboſ. in ſæpius citato loco, nu.
84. & 85. ac omnes vnanimiter, & hoc in caſu, cum do-
minium rei emptæ ſit translatum in minore, meritò res
1523 ſuccedit loco pecuniæ † & minor in illa re præfertur
etiam creditoribus anterioribus cum ſit dominus, mo-
do vt in re dotali diximus; quodque ratione probatur,
1524 nam prædicti adminiſtratores † tenentur ex neceſſi-
tate officij pecunias minorum conuertere in emptionẽ
prædiorum ad text. in l. ita autem in princip. ff. de ad-
min. tuto. & Bald. in l. 1. C. ſi quis alteri, vel ſibi, itaque
neceſſitate officij, & proprietate pecuniæ ſe ſimul adiu-
uantibus, inducitur prædictum ſpeciale, Bal. in d. l. ſi vt
proponis, num. 3. toto, vbi magiſtraliter diſtinguit, &
1525 Barboſ. vbi ſupr. & ſi pupillus elegerit hipothecam †
vtique præfertur anterioribus creditoribus, vt in ſecun-
do caſu probabitur.

Secundus caſus erit quando, extraneus emerit de pe-
cunia pupillari, proprio ipſius extranei nomine, & tunc
indiſtinctè res empta erit emptoris, ſuper qua non dabi-
tur pupillo vtilis vendicatio etiam in ſubſidium, ſed res
1526 illa erit tacitè † hipothecata eidem pupillo pro ſua
pecunia, taliter quod præfertur pupillus creditoribus
hipothecarijs, etiam anterioribus, quicquid in alijs re-
quiratur ſpeciale pactum iuxta terminos. l. licet. C. qui
potior. in pignor. hab. eò quod hoc eſt ex particulari
minorum priuilegio per tex. expreſsum vbi gloſ. Bar. &
alij in l. idemque ff. qui potior. in pignor. hab. vt notat
Neguſant. de pignor. par. 5. memb. 2. num. 19. & in 2.
par. memb. 4. num. 159. in fine & num. 63. in fine, Gut-
tier. de tutel. citato cap. 1. num. 85. & poſt Bero. Barbo-
1527 ſius vbi ſupra num. 85. quicquid in contrarium † di-
cant Thom. de Forliu. ac Bar. in l. ſi vt proponis C. de rei
vend. & in l. filiæ, per illum tex. ff. de ſolut. imò *Bar.* opi-
* nionem communem dicit Gomeſ. in l. 53. tauri ſub nu.
36. ac Cardin. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 16. tom. 1. num.
20. dicentes per tex. d. l. filiæ, & per tex. in l. vxor marito.
ff. de donat. inter vir. & vxor. rem emptam de pecunia
minoris per extraneum nomine proprio in ſubſidium
effici pupillarem, ſeu minoris, cuius pecunia empta res
fuit, quod ego comprobo ex traditis ſuperius nu. 1474.
vbi diximus diſpoſitionem d. l. vxor procedere reſpectu
cuiuſuis perſonæ; Quia his non obſtantibus; concluſio-
1528 nem huius ſecundi caſus † veriorem dixerunt præci-
tati authores, & receptius; Bal. enim in d. l. ſi vt propo-
nis reſpondit d. l. filiæ, ſequiturque Salicet. dicentes non
loqui in hoc caſu, vt comprobant Gregor. Lopez in l.
49. gloſ. Enguarda, & Guttier. vbi ſupra num. 88. verſ.
his tamen; reſpondentes etiam dictæ legi vxor; ſed, Gre-
gorij & Guttierij reſponſio ad d. l. vxor non ſatisfacit
plenè, ideo dicas tex. d. l. vxor, ex qua in ſubſidium vtilis
vendicatio datur, non procedere in pupillo, vel minore,
cum pupillus habeat tacitam hipothecam ſuper re em-
1529 pta † ex pecunia ſua per extraneum nomine proprio,
cum prælatione, ideo ſi aliter conſultum ſit ſibi, non erit
locus remedio ſubſidiario, quod tantum datur, quando
aliter non poterit creditor pecuniæ adiuuari pro ſuę pe-
cuniæ recuperatione, vt ſuperius num. 1462. diximus
ſuper intellectu d. l. vxor, & ſpecialius probat Cardin.
Mantica de tacit. lib. 12. tit. 27. num. 20. prout mulier, &
cæteri habentes hipothecam, qui prælationis beneficio
non nituntur, meritò beneficiantur remedio ſubſidia-
rio vtilis vendicationis per d. l. vxor, verior itaque, & re-
ceptior eſt hæc opinio vt etiam probat *Barboſ.* vbi ſu-
pra num. 86. quæ notabis pro diuerſitate rationis inter
pupillum, & reliquas perſonas in terminis d. l. vxor, ideo
pupillus habet tacitam hipothecam ſuper empta re de
ſua pecunia cum prælatione, etiam reſpectu creditorum
1530 expreſſam & anteriorem † habentium hipothecam
per ſuperius tradita, probatque Molina de contract. di-
ſput. 536. num. 9. ad differentiam mulieris non habentis
prælationem creditoribus habentibus expreſſam ante-
riorem, quod ſecus eſt in pupillo, vt ſupra, & ſuo loco di-
cetur, nempe num. 1967. cum ſeq. & in appendice num.
121.

ANTERIOR TEMPORE VIGORE SCRIPTVRÆ priuatæ, quando præferatur poſteriori inſtrumentario, & hipothecarius non hipothecario.

EXtenditur ſextò principalis regula, vt anterior tem-
pore, etiam mediante ſcriptura priuata, iuſta for-
mam. l. ſcripturas. C. qui pot. in pign. hab. præferatur
1531 poſteriori † creditori inſtrumentario, in caſu, & caſi-
bus per nos relatis ſuperius cap. 2. tit. 8. num. 3036. cum
ſequent. adhibitis, quæ in eodem loco notauimus, num.
1194.

1194. cum ſequentibus, quæ prælatio, vt ibi diximus,
1532 dabitur † à die celebratæ ſcripturæ, quicquid in con-
trarium dixerunt Couarru. Præſ. de Franch. & Gratian.
citato nume. 3194. allegati, prout, & idem probaue-
runt Ang. in l. fideiuſſor. C. de fideiuſſ. & Marſil. ſing.
135. relati per Guttier. inferius citandum, notauerunt-
que Perez in l. 4. tit. 8. lib. 3. ordinam. colum. 1090. verſ.
contrarium in fine, Suarez de Paz in prax. cap. 1. par. 4.
tom. 1. & expreſſius Rota Auenion. deciſ. 146. num. 2.
Cum receptius, & verius teneatur, prælationem conce-
dendam à die celebrati chirographi taliter quod ſi tem-
pore cõcurſus creditorum fiat recognitio dictæ ſcriptu-
ræ priuatæ, illa retrotrahitur ad tempus confectæ ſcri-
pturæ, vt rectius, & receptius probauerunt, doctiſs. Ant.
Faber citatus per nos in allegato loco dicti titu. 8. num.
verò 3196. Rebuff. de chirograph. & Sched. recogn. in
præfat. nume. 81. vſque ad num. 84. Guttier. practicar.
quæſt. lib. 1. quæſt. 125. nu. 3. & 4. Rot. Gen. deciſ. 188.
Decian. conſ. 109. num. 19. volum. 2. Borgnin. deciſ. 27.
num. 29. cum ſeq. par. 2. Neguſant. & Pappon. quos ad
id probandum citat Coſta de ration. rat. quæſt. 121. nu.
5. & Stephan. Gratian. in Appendice ſuper prætermiſſis
ad tom. 3. diſcept. forenſ. in citato cap. 501. ſe ipſum re-
formando, ex quibus patet hanc eſſe veriorem ex ratio-
nibus in d. titu. 8. citatis numeris, adductis; & eſſe rece-
ptiorem ex num. authorum allegatorum, eandemque
receptiſſimam nouiſſimè probat Amator. Rodriquez
de priuil. credit. par. 2. art. 1. num. 15. poſt hæc ſcripta
viſus. His itaque ſic explicatis, Apparet euidenter erro-
re lapſum fuiſſe modernum Barbatum tract. de aſſiſt.
præſtan. gloſ. 12. num. 52. poſt hæc ſcripta viſum, duas
fundantem concluſiones, & illarum vtramque falſam,
malèque perpendentem eminentiſſimum Ant. Fabrum
in codice Fabriano tit. in quib. cau. pig. &c. definit. 8. ex
quo, deducit, dari tacitam hipothecam creditori chiro-
graphario, & ſecundò illam currere à die recogniti chi-
rographi, cùm primum dictum de tacita hipotheca (li-
cet per nonnullos probatum) ſit expreſsè confutatum
per Fabrum in citata definit. 8. exclamantem contra
pragmaticos ita ſentientes, & nos cum alijs authorita-
tibus adductis iam eoſdẽ pragmaticos nominatim con-
futauimus ſuperius cap. 2. tit. 8. num. 3191. & ſeq. & ſe-
cundum dictum non ita accipitur per Fabrum loquen-
tem in chirographo abſque teſtibus, & ſic non ſeruata
forma. l. ſcripturas ſuperius allegatæ, & continente hi-
pothecam expreſſam, ſed ſuſpecto de Antidata tãquam
teſtibus ad formam dictæ legis ſcripturas, non fulcito,
vel eius veritate non probata, vt idem Faber expreſsè
docet in dict. definit. 8. & clarius, & expreſſius de error.
pragm. decad. 1. error. 1. num. 17. & ſeq & err. 3. toto.

Modificatur extenſio procedere tantum in Apoca
1533 confecta † iuxta terminos. d. l. ſcripturas, vt proximè
ſuperius probauimus, & in citato titu. 8. & probant Re-
buff. Guttier. & Gratian. locis citatis, vel ſi Apoca aliun-
de verificetur, vt notauimus. d. titu. 8. numero 3081.
cum ſeq.

Modificatur ſecundò, nam ſi tertius creditor inſtru-
1534 mentarius † iam acquiſierit ius ante recognitionem
chirographi, debet in recognitione omninò citari, Rot.
Florent. penes Magon. deciſ. 122. nu. 13. Surd. conſ. 82.
num. 21. vol. 1. Borgnin. citata deciſ. 27. num. 16. Maur.
Burg. Affl. Paris, & Natta, quos probat Coſta de ration.
rat. quæſt. 121. num. 6. Nec amareſcit modificatio, ſi
dicatur, diſpoſitionem. d. l. ſcripturas nihil aliud requi-
1535 rere, niſi recognitionem † faciendam per illos tres
teſtes ſubſcriptos optimæ famæ, vel alijs modis, vt in d.
tit. 8. retulimus, nec requirere tertij citationem pro ob-
tinenda prælatione; quia hæc procederent in recogni-
tionibus faciendis cum principali debitore, ante con-
curſum creditorum, eò quod ſi in iudicio ſuperueniſ-
1536 ſent creditores inſtrumentarij omninò † audiri de-
berent pro eorum intereſſe ſuper recognitione facien-
da, cum negocium in iudicio agitatum illos tangat, ad
tex. in l. de vnoquoque vbi Doct. ff. de re iudic. Aut ſi re-
cognitio fieret cum debitore decocto recognoſcente,
1537 † quo in caſu creditores citandi erunt, vt aduertit
doctiſs. Coſta in allegata q. 121. nu. 5.

Extenditur principalis regula permultis alijs modis,
1538 nempe, quod creditor hipothecarius † licet tempo-
re poſterior præfertur creditori non hipothecario Ne-
guſ. de pignor. p. 5 membr. 2. nu. 2. qui latè ſuper huiuſ-
modi digreditur, ſatiſq; ſingulariter loquitur, ac Card.
Mantica de tacitis, lib. 11. tit. 22. nu. 20. prædictique hi-
potheca tam agendo, quam excipiendo Neguſ. vbi ſu-
1539 pra nu. 3. ac anterior præfertur, † etiam ſi poſteriori
res tradita fuerit ad text. in l. ſi prior. §. fin. ff. qui pot. in
pign. & Neguſ. nume. 5. & ſi ſecundus pactus fuiſſet de
1540 vendendo, † primus verò nequaquam; quia vtique
primus antefertur Neguſ. nu. 5. in 7. ampl. imò, & præ-
1541 fertur anterior etiã in bonis quęſitis poſt cõtractam
hipothecam ſecundi creditoris, ad tex. in l. fi. in princ. ff.
qui pot. in pignor. hab. vbi Bart. Neguſant. in 8. ampl.
dummodò generalem primus habeat obligationem
Card. Mantic. d. tit. 22. num. 26. ad tex. in l. fi. C. quæ res
pign. oblig. poſſ. cum alijs adductis per Neguſ. & Mant.
1542 quæ extenſio reſtringitur in fiſco ſecundo † credito-
re, qui præfertur primo in bonis quæſitis poſt obliga-
tionem habitam per ipſum fiſcum, ſpeciali priuilegio
fiſci ad tex. in l. ſi is qui, & ibi Bart. ff. de iur. fiſci, Neguſ.
vbi ſupra, & in nu. 42. ac Card. Mant. nu. 29. verſ. quod
tamen; præfertur primus etiam ſi ſecundus ſpecialiter
1543 habeat † rem obligatam, primus verò generalem
ad tex. in l. qui generaliter. ff. qui potior. in pignor. hab.
& l. ſi generaliter, C. eod. & l. 2. ff. eod. Neguſ. nu. 14. &
Mantica num. 28. quodque modificatur, & reſtringitur
1544 quando primus † creditor haberet non ſolum gene-
ralem, ſed etiam ſpecialiter haberet aliquam rem obli-
gatam, quia tunc teneretur primus excutere ſpecialiter
rem obligatam, & non moleſtare ſecundum in alijs bo-
nis, ad tex. in l. 2. C. de pignor. vbi Bart. Cin. Bal. Angel.
& Salicet. latè Oſaſc. deciſ. 159. Couarru. variar. reſolut.
lib. 3. c. 18. toto, & poſt alios Card. Mantic. d. tit. 22. nu-
me. 28. & alij plures.

Subreſtringitur hæc reſtrictio, vt non procedat quã-
1545 do in inſtrumento adeſſet † clauſula, nempe, vt ge-
neralitas ſpecialitati non deroget, nec è contra, quia tũc
primus in omnibus bonis præfertur, Couarruu. vbi ſu-
pra nu. 3. verſ. nono preterea, Oſaſc. citata deciſ. num. 7.
Præſ. de Franch. deciſ. 5. & alij; declarationes verò, quas
deducunt authores ſuper d. l. 2. C. de pignor. congerit,
& declarat Surd. dec. 44. & aliqualiter Oſaſc. deciſ. 159.
ſed de his nos aliàs ſuo loco dicturi ſumus, ibi deducen-
tur omnia ad hanc excuſſionis materiam deſiderabilia.
1546 Extẽditur denique, vt anterior † præferatur etiam
fiſco poſteriori, ad text. in l. res, quæ §. 1. ff. de iur. fiſci
Neguſ. citato loco num. 11. quæ extenſio procedit tam
in creditore anteriore per generalem, aut ſpecialem;
quam per tacitam hipothecam, quia ſemper in bo-

nis

1547 nis † quæſitis ante fiſci obligationem, præfertur fi-
ſco poſteriori Neguſ.nume.42. poſt Din. Bart. & alios;
comprobat Card. Mantica de tacit.citato lib.11.tit.25.
num.5.dicens improbatam eſſe gloſam in l.ſi pignus,ff.
qui pot.in pign. hab. quicquid confusè loquatur Man-
tica in præcedenti tit.22.nu.29.eò quod clarius loqui-
tur in proximo citato tit.25. in quo dubitatio nulla pe-
nes noſtrates valida reperitur.

Id quod ſuperius dupliciter tetigimus,ſcilicet, ante-
riorem creditorem non eſſe præferendum fiſco poſte-
riori in bonis poſtea quæſitis, velim intelligas procede-
1548 re quando anterior hipothecam † ſimplicem tan-
tum haberet; quia ſi cum hipotheca etiam haberet præ-
lationem, vt eſt creditor ex cauſa tutelę, ad tex.in l.fi.in
princ.vbi gl.in l.ſolutione,ff.qui pot.in pig.hab.& glo.
in d l.ſi is qui,ff.de iur.fiſci, vbi etiam Bart.in 1.not.vel
creditor ex cauſa dotis, aut ex altera alia priuilegiata
cauſa circa prælationem,tunc præferretur anterior fiſco
poſteriori,etiã in bonis poſtea quæſitis,vt probat Card.
Mantic.citato tit.25.nu. 10. & 11. prout in eiſdem bo-
1549 nis poſtea quæſitis pręferuntur fiſco,venditor † cum
ſpeciali rei venditę obligatione, ac mutuans ad emen-
dum cum eodem ſpeciali pacto, de quibus in eodẽ hoc
quæſito latius dicemus, vt idem Mantica probat vbi ſu-
1550 pra nu. 12. & ſeq. & agens ſuper † his bonis nouiter
quæſitis tenetur id probare, Neguſant. vbi ſupra nu.43.
& Card.Mantic.d.tit.25.nu.14.& ſeq.

Extenditur etiam aduerſus creditricem mulierem ex
1551 cauſa dotis,cui præfertur † creditor anterior ad tex.
in l. qui res vbi Doctor. ff. de ſolut. & communem dicit
Card.Mantic.d.tit.22.nu.30.

1552 Extenditur procedere tam pro ſorte † principali
quam pro vſuris ad tex.in l.Lucius vbi gl.Bart. & alij ff.
qui pot.in pignor.hab. Neguſ.nu.9. & Cardin.Mantic.
d.tit.22. nu.32. & nos latius probauimus in 10. quæſi-
to verſ.ad ſecundum caſum,nu.1176.ac etiam anterior
1553 in tacita hipotheca † præfertur poſteriori etiam
expreſſam habenti, ad text.in l.hac edictali, §.his illud,
C.de ſecund.nupt. vbi Bald.probatque Neguſ.d.mem-
br.2.nu.9.in 14.ampl.à qua ampliatione nullus diſſen-
tit,pro regula; nonnullis alijs modis extenditur hæc re-
gula penes Neguſ.d.membr.ſecundo 5.par. & Cardin.
Mantic. d. tit. 22. Sed his tantum nos contenti ſumus,
1554 † vt ſtudioſus lector diſputabilia diſputata videat
reliqua autem ſufficere penes congerentes videre.

SVMMARIVM.

1555 *Creditor, qui mutuauit ad reſarciendum, vel reficien-
dum, præfertur etiam anteriori expreſſam hipothecam
habenti.*
1556 *Creditor ex cauſa vecturæ præfertur alijs.*
*Creditor ob affictum horrei, vel qualitercunque ad con-
ſeruandum præfertur omnibus, ibid.*
1557 *Creditor ob mutuum ad ſeminandum omnibus præ-
fertur.*
1558 *Creditor ob cuſtodiam animalium præfertur omnibus.*
*Creditor ob expenſas, & alimonia factas, & facta ani-
mali cuſtodito præfertur omnibus, ibid.*
*Creditor ob cuſtodiam fructuum, & aliarum rerum pre-
fertur omnibus, ibid.*
*Creditor ob expenſas factas in laboreryis, & ob melio-
ramenta præfertur omnibus, ibid. & 1559.*
1559 *Creditor ob impenſam factã in maieſis an preferatur.*
1560 *Creditor ob impenſam neceſſariam factam animali-
bus, & rebus pignoratis prefertur.*
*Creditor pro quibuſuis expenſis neceſſarijs, omnibus præ-
fertur ibid. & 1561.*
1562 *Creditor ob fęnum, aut herbam venditum, vel vendi-
tam, an præferatur omnibus creditorib. 1563. et 1564.*
1565 *Creditor ob expenſas neceßarias, vel ad reficiendum
reſarciendum & conſeruandum, vt omnibus præfera-
tur, quæ requirantur.*
1566 *Aduocati, Iudices, Scholares, Vicarij literati, alijque
omnes, quibus debetur aliquid pro ſalario ſportulis, &
mercede, et qui cauſa ſtudij vacant liberalibus artibus,
& diſciplinis, præferuntur omnibus creditoribus etiam
anterioribus.*
*Medici pro eorum mercede præferuntur creditoribus
omnibus ibid. cum ſeq.*
*Ludimagiſtri pro eorum ſalario præferuntur omnibus
creditoribus ibid. & ſeq.*
1567 *Creditores ex cauſa doctrinæ, et liberalis artis habent
tacitam hipothecam cum prælatione.*
1568 *Pecunia quæ liberatur creditoribus ob cauſam ſtudij,
& doctrinæ, liberatur abſque cautione, & qualiter.*
1569 *Procuratores pro eorum ſalario præferuntur omnibus
creditoribus.*
*Aduocati, & Procuratores rem litigioſam à litibus re-
cuperant, & liberant, ibid.*
1570 *Litigantes recuperant rem litigioſam cum onere ſol-
uendi ſalaria Aduocatis & procuratoribus.*
1571 *Hæres ob impenſam factam contra prætendentes ſe
hæredes præfertur omnibus creditoribus.*
Dotes et cauſa ſtudij æquiparantur ibid. verſ. adeo enim.
1572 *Pater ſicut cogitur dotare filias ſimiliter, & cogitur
ſubminiſtrare expenſas filijs ſtudentibus contra num.
1573. de veritate num. 1574. 1575. 1576. & 1577.*
1574 *Pater à principio non tenetur mittere filium ad ſtu-
dium, ſed ſi filius inceperit, & aptum demonſtret inge-
nium, tenetur 1575. 1576. & 1577.*
1576 *Pater an teneatur filium ſuum mittere ad ſcholam
Grammaticæ.*
1578 *Locator dominus fundi præfertur, in fructibus rei lo-
catæ, cæteris omnibus creditoribus contrarium numero
1579. de veritate num. 1580. cum ſequentibus.*
1581 *Fructus rei locatæ extantes, ſeu mala fide conſumpti
ſemper in obligatione locatoris permanere dicuntur.*
1582 *Conductor dicitur facere fructus ſuos, ſi locatori pen-
ſionem ſoluerit.*
1583 *Fructus ſolo cedunt.*
1584 *Locator non ſolum habet tacitè hipothecata bona in-
uecta, & illata, ſed etiam ſuper eis prælationem habet
& 1585. diſtinguitur, & verius num. 1586.*
1586 *Locator horrei, vel alterius loci ad conſeruandum,
præfertur omnibus creditoribus.*
1587 *Ioſeph Ludouic. notatur.*
1588 *Mulier pro dotibus præfertur omnibus creditoribus
anterioribus habentibus tacitam tantum, extenditur
etiam reſpectu filiorum, & aliorum deſcendentium
mulieris num. 1589.*
1590 *Filij pro dotibus maternis habent tacitam hipothecam
cum prælatione vti filij non vti hæredes.*
1591 *Pater agens nomine filiæ pro dotibus, hipothecam
cum prælatione exercet.*

1592 *Maritus*

1592 *Maritus agens hipothecaria ad dotes non habet prælationem.*

1593 *Extraneus dotando, & paciſcendo ſibi dotes reſtitui, prælatione non iuuatur, cum hipothecam tacitam neque habeat.*

Hipotheca tacita non datur extraneo dotanti, & dotes ſibi reſtitui paciſcenti, nec & prælatio, ibid.

1594 *Hipotheca tacita doti conceſſa, contracta cenſetur tempore promiſſæ dotis, non autem tempore ſolutionis.*

1595 *Dotis augumentum tacitæ hipothecæ priuilegio cum prælatione nititur.*

1596 *Dotis augumentum dicitur ipſa dos.*

1597 *Mulier pro dotibus præfertur anterioribus tacitam hipothecam habentibus, non autem habentibus expreſſam.*

1598 *Mulier pro dotibus præfertur creditoribus anterioribus expreſſam hipothecam habentibus, in bonis quæſitis poſt contractam dotium hipothecam, de veritate verò nu.1602. cum multis ſeq.*

1599 *Fiſcus ſicut præfertur anterioribus creditoribus in bonis poſtea quæſitis, ita & dos præfertur.*

1600 *Creditor priuilegiatus præfertur non priuilegiato in bonis poſtea quæſitis.*

1601 *Dos, & fiſcus paribus ambulant paſsibus.*

1602 *Creditor anterior expreſſam hipothecam habens præfertur doti in bonis poſtea quæſitis, & ſequentibus.*

Dos non præfertur ſuper bonis poſtea quæſitis, creditoribus anterioribus expreßam hipothecam habentibus, ibid. & ſequentibus.

Mulier pro dotibus nequaquam præfertur creditoribus expreſſam hipothecam habentibus ſuper bonis poſtea quæſitis, ibid. & ſequentibus.

1603 *Opinio contra mulierem pro dotibus ſuper bonis poſtea quæſitis fuit iudicata iuſta, & equior, contraria verò dura.*

1604 *Opinio communis, vel magis communis ex nu. Doctorum non erit iudicanda, ſed ex pondere, & authoritate.*

1605 *Opinio vera, & communis dicitur, quæ ex gl. & Bart. deſumitur.*

1606 *Opinio communis illa dicitur, quæ maioribus fulcitur rationibus.*

1607 *Opinio, vt iudicetur communis non erunt in illa connumerandi authores, qui perfunctoriè loquuntur.*

1608 *Opinio, quæ melioribus rationibus nititur præualet communi, illaque tenenda pro qua eſt gloſa, ibid.*

1609 *Opinio communis legibus, & rationibus falſa demonſtrata nullatenus ſequenda.*

Opinio illa ſequẽda, quæ maiori innititur æquitate, ibid.

1610 *Opinio communis omittitur, quando contraria ſubtiliori, & meliori ratione fundatur.*

1611 *Opinio meliori, & equiori ratione fulcita præualet communi.*

1612 *Dotes non cenſentur priuilegiatæ, niſi in caſibus à iure expreſſis; & in non expreſſis ſtabitur regulæ.*

1613 *Dotem, & fiſcum paribus ambulare paſſibus, affirmãtes ſimpliciter allucinantur, cum regula procedat inter ipſos, & quo ad ipſos tantum non reſpectu tertij.*

Intellectus ad tex. in l. 2. C. de priuileg. fiſci, ibid.

1614 *Aequiparatio non producit effectum in equiparatis alio modo, quam per viam regulæ.*

Dos, & fiſcus nequaquam equiparantur per viam regulæ, ibidem.

1615 *Aequiparatio denegatur quando priuilegia competunt de iure ſpeciali.*

1616 *Aequiparatio non conceditur, quando ius commune læditur.*

1617 *Aequiparatorum ratio non procedit, quando lex, vel ſtatutum non habet in ſe aliquam rationem, niſi quia ſic placuit legiſlatori.*

Fiſcus, vt præferatur in bonis poſtea quæſitis nulla ratio redditur, niſi quia ita legiſlatori placuit, ibid.

1618 *Sacr. Conſilij Neap. deciſiones faciunt ius in Regno.*

1619 *Opinio illa tenenda erit, quæ in iudicando ſemel recepta fuit.*

1620 *Mulier pro dotibus habens expreſſam hipothecam prefertur anterioribus habentibus æque expreßam, contra num.1621. pro prima opinione, num.1622. & 1623. de veritate, num.1624. cum ſeq.*

1623 *Mulier tacitam habens pro dotibus hipothecam, an præferatur anteriori creditori habenti expreſſam.*

1624 *Mulier expreſſam hipothecam habens pro dotibus non præfertur anterioribus ſimiliter expreſſam habentibus, cum ſeq.*

1625 *Creditori potentius ius acquiritur per proprium factũ, quam per factum legis ſine facto ſuo.*

1626 *Lex facilius ſuum tollit auxilium, quam illud, quod quis propria conuentione acquirit.*

1627 *Creditoris anterioritas in tempore, acquirit potioritatem facto legis: non facto creditoris.*

1628 *Creditorum anterioritates in tempore, ſi priuilegientur per legem in potioritate hipothecæ, fit vt hominum conuentiones expreſſæ detrimentum non patiantur.*

1629 *Hipotheca expreſſa contrahitur propria hominum cõuentione, proprioq. pacto.*

1630 *Hipotheca dicitur bonorum obligatio, & ſuppoſitio.*

1631 *Hipotheca expreſſa qualiter adiuuetur per legem.*

1632 *Pacta, & cõuentiones hominum ſeruari iubet lex, vt fidei humanæ adſtipuletur.*

1633 *Hipotheca expreſſa dicitur facto hominis, nõ facto legis prouenieus.*

1634 *Hipotheca tacita legis authoritate abſque facto hominum contrahitur.*

1635 *Hominis prouiſio facit ceſſare legis prouiſionem, declaratur in ſeq.*

1636 *Legis prouiſionem naſcituram tolli per prouiſionẽ hominis natam, & 1637.*

1638 *Hominis prouiſio fortior ſuperat prouiſionem legis debiliorem.*

1639 *Facilius tollitur quod iure ſpeciali acquiritur, quam id, quod iure communi quæritur.*

1640 *Mulier ſi ſpeciali iure pro rebus dotalibus extantibus præfertur anterioribus habentibus expreſſam, prohibetur præferri in bonis proprijs mariti.*

1641 *Dotales res, in pondere, numero, & menſura conſiſtentes, functionem recipiunt, meritò reſtituuntur in eadem, bonitate, & qualitate abſque prælatione.*

1642 *Dominus in re ſua omnibus præfertur.*

1643 *Dictiones, ſi tamen, quid importent.*

1644 *Mulier pro dotibus, licèt expreſſam hipothecam habeat, præfertur creditoribus anterioribus tacitam tantum habentibus, nu.1645. & 1646.*

1647 *Mulier de iure antiquo, prælationem in perſonalibus actionibus tantum habebat in dotalibus, & 1648.*

1648 *Intell. ad l. aſſiduis, C. qui pot. in pig. ha. 1649. & 1650.*

1651 *Creditor poſterior quoties præferatur anteriori, remiß.*

1652 *Mulier contra mulierem pro dotibus prælationem non habet, ſed iure sommuni vtitur.*

Dos contra dotem in pari cauſa priuilegium non habet, ibidem.

1653 *Mulier babens rei vendicationem pro rebus dotalibut præfertur aliæ mulieri dotes vtique petenti.*

1654 *Mulier ſecunda vxor uon præfertur filijs primæ vxoris ſuper rebus dotalibus æſtimatis datis per eam.*

1655 *Dotalium rerum æſtimatarum dominium tranſit iu maritum.*

1656 *Res datæ in dotem inæſtimatæ vendisantur per ſecundam vxorem, & in illis ipſa præfertur omnibus ereditoribus.*

Mulier ſuper bonis dotalibus ineſtimatis vti domina omnibus præfertur, ibid.

1657 *Mulier ſuper bonis dotalibus æſtimatis, taliter quod æſtimatio ſaciat emptionem, & ſua habeat requiſita, nequaquam præfertur filijs primæ vxoris.*

1658 *Mulier præſertur omnibus anterioribus creditoribus etiam ob dotes ſuper bonis dotalibus æſtimatis, ſi hæredes mariti uon eſſent ſoluendo.*

Aeſtimatio uon facit emptionem in dotalibus, ſi hæredes mariti non ſint ſoluendo, ibid. exteuditur etiam ſi maritus tempore conſignationis dotium erat inops, nu. 1659. num. 1660. & 1661.

Aeſtimatio quando faciat emptionem, nu. 1657. 1658. cum multis ſequent.

1659 *Mariti inopia ſi renosat venditionem ex æſtimatione ſubſequutam fortius impedit à principio; declara num. 1660. & 1661.*

Aeſtimatio uon facit emptionem in conſtitutione dotis hæredibus mariti exiſteutibus uon ſoluendo, nu. 1658. & 1659. declara, nu. 1660. & 1661.

1662 *Aeſtimatio quando non ſaciat emptionem, remiſſiuè.*

Aeſtimatio dotium quando non facit emptionem; mulier vendicando præfertur omnibus etiam anterioribus, ibidem.

1663 *Aeſtimatio in dotalibus qualiter, & quando faciat emptionem remiſſiuè.*

1664 *Mulier, aut eius filij agentes pro dotibus iure legati, aut alio titulo, quam actione de dote, priuilegium antelationis nou habent.*

1665 *Mulier aut eius filij petentes dotes legatas per virum iu teſtamento iure legati, liset baberet hipothesam legatis sonceſſam, tamen uon baberet tacitam dotalem sum prælatione.*

Mulier ageus actione de dote, præfertur mulieri ſimiliter agenti pro dote vigore legati, quamuis anteriori, ibidem.

1666 *Aduocatus mulieris agendo pro dotibus agere debet actione de dote, non autem actione legati, vt antelationem obtineat.*

1667 *Mulier pro antefato habet bipothecam tacitam abſq. prælatione, declara nu. 1668.*

Antefatum non habet idem priuilegium, quo nititur dos, ibid. declara nu. 1668.

1669 *Hipotheca cum prælatione data doti; nõ sompetit ceſſionario, & qualiter cum multis ſeq.*

Ceſſionarius, uon babet bipothesam cum prælatione in dotibus ceſſis, & qualiter ibid. cum multis ſeq.

1670 *Dotis antelationit priuilegium non eſt tranſmiſſibile, & per conſequens nou erit ceſſibile.*

1671 *Ceſſio ſi fuerit neceſſaria ex vtraque parte facit tranſire in ceſſionarium etiam prælationis priuilegium, ſecus verò ſi ceſſio ſit ex voluntate, nu 1672.*

1673 *Ceſſio an operetur trãslationem priuilegij in ceſſionarium, eſt articulus ſatis dubius, ſatiſque controuerſus.*

1674 *Ceſſio ſi reſpiciat principaliter commodum cedentis, prælationis priuilegium facit tranſire in seſſionarium, ſesus ſi reſpieiat principaliter commodum ceſſionarij.*

1675 *Solueus ſimpliciter sreditori, perſenalem tãtum actionem acquirit sontra debitorem, & in alio iure ſuccedit, & iu quibus ſussedat iuribus, num. ſequent.*

1676 *Hipothesa nou tranſit in ſoluentem, niſi de illa expreſsè actum ſuiſset.*

1677 *Soluens fiſco uon ſussedit in iuribus fiſsi, niſi exprſſè de hos sautum ſuerit.*

1678 *Creditor bipothesarius poſterior ſoluens priori ſussedit in iuribus illius abſque seſſione, 1679. & 1680. ſecus ſi vterque non ſit bipothecarius, ibid.*

1681 *Ceſſionarius etiam in seſſione neceſſaria ex vtraque parte non vtetur priuilegio sedentis, cũ ſibi non ſit illud priuilegium translatum per seſſionem 1682. & ſeq.*

1682 *Ceſſionario, priuilegia perſonalia per ceſſionem non tranſeuut, & 1683.*

Tranſmiſſibile quod non eſt neque ceſſibile erit, ibid.

Priuilegia sauſæ, & non perſonæ data, tranſeunt in ceſſionarium; ibid. & 1683.

1684 *Ceſſionarius fiſcj vtitur priuilegio fiſci, & qua ratione.*

1685 *Bart. in l. poſt dotem num. 35. ff. ſolut. matr. ſequuntur nonnulli, & præcipuè Regeus valenzuela, qui in indieando nou omittendus, nu. 1686. & 1687.*

1686 *Petr. Barboſii, & Reg. Valenzuel. laudes.*

1688 *Priuilegium pupillo sedenti debitum non transfertur iu tutorem ceſſionarium.*

1689 *Fiſso ſoluens vtitur eius priuilegio ſibi ceſſo.*

1690 *Priuilegio antelationis vtuntur illi, quorum pecunia ſoluitur creditori priuilegiato.*

1691 *Text. in l. fiu. C. de priuileg. fiſc. explisatur ad mentem Barboſii.*

Dotes ſoluentes magis adiuuari debent iu ceſſionibus, quam ſolueutes fiſco, & qualiter, ibid.

1692 *Intellectus text. in l. ſi ventri §. corum ff. de priuileg. cred. explisatur.*

1693 *Intellectus, & sonciliatio ll. fin. C. de priuil. fiſci, & ſi veutri §. corum ff. de priuileg. creditor. sum infinitis ſeq.*

1694 *Ceſſionarius uon vtitur priuilegio sonceſſo perſonę sedentis propter perſonam, tanquam non seſſibile, verſ. in primo caſu.*

Cauſa vnica finali remota remouetur effectus illius cauſæ, ibid.

Pupillare priuilegium conceſſum fuit perſonæ propter perſonam, ibid. & 1695.

1695 *Pupillo ſuscurritur propter ætatem, non autem propter bona, & 1696.*

1697 *Ceſſionarius vtitur priuilegio sonseſſo perſonæ cedentis propter cauſam.*

Cauſa quæ contemplatur illa inſpicienda, ibid.

1698 *Dotis priuilegia conceſſa mulieribus, & ſi perſonis cõcedantur, tamen propter dotes soneeſſa cenſentur.*

1699 *Dotis cauſa ceſſante seſſant priuilegia.*

1699 *Dotis priuilegium mulieri conseſſum non extenditur ad alia bona in fine, & nu. 1700.*

1701 *Priuilegium dotale mulieribus conceſſum dicitur ob dotis cauſam sonceſſum, non autem ob muliebrem perſonam.*

Text.

Text. l.ſi ventri, §. eorum, loquitur in priuilegio perſonæ ob cauſam conceſſo ibidem, in fine & nu. 1702. in principio.

1702 *Fiſci priuilegium dicitur ob cauſam conceſſum, non autem ob perſonam, & 1703.*

1704 *Fiſcus, ſaccus interpretatur, & qualiter id explicetur, cum ſequentibus.*

Aerarium dicebatur antiquitus quidam locus, in quo reponebatur pecunia fiſcalis, ibid.

1705 *Fiſcus dicitur, tanquam fidelis pecuniæ cuſtos, ſeu quaſi fixus, & firmus.*

1706 *Aerarium conſtitutum fuit penes antiquos Romanos in æde Saturni, vt ibi publicæ pucuniæ reponerentur.*

Aerarium quod vocabatur tempore Auguſti Imperat. in quo reponebantur pecuniæ ad principem ſpectantes demum peculiari nomine fiſcus denominatur, ibid.

1707. *Fiſcus dicitur à fiſcellis, vel fiſcenis ſparteis vtenſilib. ad maiores ſummæ pecunias capiendas deſtinatis.*

1708 *Aeraria duo antiquitus per Imperatcres conſtituta fuerunt, & qualiter vnum iſtorum fiſcus appellabatur, ibidem.*

1709 *Principes hodie in eorum ærario indiſtinctè ſimul reponi faciunt omnes pecunias, et redditus illoſque in vnũ confundunt; & pecuniæ ſic repoſitæ, illarumque ærariũ, aut conſeruatorium dicitur fiſcus.*

1710 *Fiſcus dicitur pecunia Principis qualitercunque in ærario repoſita.*

Pecunia fiſcalis priuilegiata dicitur, non autem conſeruatorium pecuniæ, ibid. & 1711.

Reſpublica ab hoſtibus defenditur aliæque communes parantur vtilitates per fiſcales diuitias, ibid.

Fiſcali pecunia, quæ parantur vtilitates, ibid.

1711 *Fiſcalis cauſa dicitur priuilegiata, non autem fiſcus interpretatus locus, in quo pecunia fiſcalis reponitur.*

1712 *Priuilegium conceſſum perſonæ propter perſonam non tranſit in ceſſionarium, ſecus in conceſſo perſonæ propter cauſam.*

1713 *Ceſſio neceſſaria dicitur ex parte vtriuſque quando ſolutio fit ex parte ſecundi creditoris, vel cuiuslibet poſſeſſoris, aut cuiuſuis intereſſati.*

1714 *Dotis inſtrumentum præſumitur anterius, & iſtud preſumptionis priuilegium tranſit in ceſſionarium.*

CREDITOR POSTERIOR QVIBVS EX CAVſis præferatur anteriori.

Regula propoſita in principio huius quæſiti, quod prior in tempore ſit potior in iure ampliata, & extenſa, vt in præcedentibus, reſtringitur ſecundum ordinem Neguſantij in prima eius fallentia in d. membr. 2. 5. par. num. 15. vt mutuans pecuniam ad reficiendam
1555 rem, † vel armandam nauem, aut ad quodlibet ędificium reficiendum, vel rem reſarciendam, præferatur etiam anterioribus creditoribus habentibus expreſſam generalem, & ſpecialem, vel tacitam hipothecam anteriorem, ad text. ibique gloſ. Bar. Salic. & alij in l. interdũ ff. qui potior. in pignor. habe. Neguſ. Mant. & Molin. inferius citandi, ac Roderic. de ann. redditibus, li. 2. quæſt. 20. num. 13.

Extenditur limitatio, vt procedat etiam in infraſcriptis cauſis, nempè in cibarijs nautarum, ſine quibus nauis ſalua ad portum peruenire nõ poteſt, vel pro aſpor-
1556 tandis rebus, † aut pro ſoluendo naulo, vel penſione vecturæ dictarum rerum, vel pro affictu horrei, aut loci, in quo res conſeruatæ fuerint; ſi enim in iſtis omnibus impenſum fuerit, aliquiſque in his crediderit, præfertur omnibus creditoribus etiam anterioribus ad text. in leg. huius, ff. qui potior. in pignor. hab. ac Bart. & Salicet. in d. l. interdum, ac probatur in text. §. his conſequens eſt auth. de ęqualit. dot. congerunt Neguſant. vbi ſupra, & Cardin. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 23. in princip. ac Molfeſ. de contract. tit. de pignor. cap. 18. nu. 36. exactiuſque Molina de contract. diſput. 438. num. 11. & diſput. 536. nu. 17. & ſequent. & in iſtis, ac in hoſpite, & in negociorũ geſtore, comprobat Amator. Rodriquez de priuileg. creditor. par. 1. art. 3. num. 19. & ſequent. & artic. 7.

1557 Similiter extenditur in mutuante † ad ſeminãdum, nam is præfertur creditoribus etiam anterioribus Papienſ. quem probant Carroc. de locat. & conduct. tit. de difformitate quæſt. 5. verſ. circa prælationem fol. 256. num. 2. Cardin. Mant. d. lib. 11. tit. 23. num. 11. in princ. Paſchal. de vir. patr. pot. par. 4. c. 6. nume. 65. Tiber. Decian. conſ. 50. lib. 3. Caſtill. Siculus deciſ. 10. to. 1. nu. 6. idemque ſupponit Gaſpar. Theſaur. quæſtio. forenſ. 29. nu. 6. lib. 2. de quibus iterum dicetur inferius.

Ac etiam, & fortius extenditur in cuſtode anima-
1558 lium, † fructuum, vel aliarum rerum pro ſua mercede, pro qua etiam anterioribus quibuſuis præfertur, ac pro alimonijs præſtitis animali cuſtodito, Menoch. Neguſ. Alciat. Natta, Plot. Rom. Decian. & Borgn. qui loquitur in cuſtode fructuum cãperijs, pecorarijs, & vaccarolis, quos omnes probat Carroc. de locat. & cõduct. in loco citato nu. 4. ac etiam expendens pro laborerio
1559 melioramentis, & alijs neceſſarijs † præfertur omnibus creditoribus, idem Carroc. num. 5. & in maieſis factis per colonum deſerẽtem fundum, ſi ſuper illis ſeminauit Dominus fundi præfertur omnibus creditoribus Coloni Carroc. de locat. tit. de inuectis q. 21. num. 6. vbi deciſum dicit fol. 232. prout expendẽs pro equo, aut al-
1560 tera † re pignorata circa neceſſaria præfertur etiam omnibus creditoribus Carroc. de locato, tit. de creditore q. 3. nu. 4. fol. 115. & q. 9. fol. 116. à tergo, latè Surd. citandus, prout de omnibus expenſis neceſſarijs conce-
1561 dendam prælationem † ex text. d. l. interdum, ff. qui potior. in pign. hab. probat Pyrr. Maur. Aret. de retent.
1562 nu. 45. & 46. idemque in vendentibus herbam, † fęnum, aut alia paſcua pro animalibus, quos cęteris omnibus creditoribus præferri dicit Borgn. deciſ. 44. n. 47. p. 1. contrarium verius dixerunt Surd. de aliment. tit. 1. q. 70. nu. 10. in fine, ac tit. 8. priuil. 62. nu. 19. & Steph. Grat. diſcept. forenſ. to. 1. c. 25. nu. 22. quamuis in d. nu. 19. dicat ſeruari in Statu Mediolan. Borgnin. opinionem, & Gratian. vbi ſupra num. 17. ſed quando paſcua venduntur expreſsè ad alimoniam animalium, proce-
1563 dere opinionem Borgnin. ſecus ſi ſimpliciter † venditio, aut locatio facta ſit; teſtantur ijdem Surd. & Gratian. locis citatis, teſtanturque Coſta de retrotract. c. 9. caſ. 1. numero duodecimo, & Giurba deciſ. 40. numero ſexto, ſolent enim paſcua vendi, & locari nominatim pro talibus animalibus, paſcua ſumere debentibus, vt pacta circa modum, & tempus paſcendi, clarius ſeruentur, quo in caſu dominus paſcuorum præfertur omnibus creditoribus ad text. in l. huiuș enim, ff. qui pot. in pignor. hab. Caualcan. Surd. Gratian. Coſta Garſia, Plot. & Menoch. quos probat Giurba in citata

citata deciſ.40. in principio ; prout & ſolitum eſt vendi
fœnum, vel herbam, animalium, nulla facta mentione,
1564 quo in caſu † prælatio non datur cum non concurrat
determinatio in his, quę fit in d.l. huius; comprobat Fe-
lician. de cenſ. tom. 2. lib. 3. cap. 3. num. 12.

Prædicta enim, quæ circa neceſſarias ad conſeruatio-
nem rei expēſas dicta ſunt velim intelligas, infraſcriptis
concurrentibus ; & primò vt pecunia impenſa , vel mu-
1565 tuata ſit † expreſsè ad dictam cauſam cōſeruationis,
vt etiam ſuperius diximus ; quia ſi nominatim ad illam
cauſam mutuatio , locatio , aut venditio facta non fuiſ-
ſet, quamuis erogatum demū eſſet in illam cauſam, prę-
latio non concederetur . Secundò requiritur , vt realiter
erogetur in illam cauſam. Tertiò, vt concluſio procedat
pro illa quantitate erogata tantum, & pro ſola refectio-
nis neceſſitate ; modò vt congerit hæc, & alia, quæ non
refero Neguſant. de pignor. d par. 5. mem. 2. num. 15.
ac Gratian. diſcept. foren. tom. 1. cap. 25. num. 22. & ſe-
quentibus, & deciſum in Sac. Conſ. refert Ioan. Baptiſta
Thoro in compend. ſuar. deciſ. ver. creditor fol. 132.

Et vt reuertamur ad extenſiones huius primæ limi-
1566 tationis , dicas illam procedere in ſalarijs , † trigeſi-
mis, & omnibus ſportulis, & gagijs debendis, Doctori-
bus, ſcholaribus, iudicibus, vicarijs, literatis, Aduocatis,
alijſque omnibus, quibus debetur aliquid pro mercede,
& alijs vt ſupra, ex cauſa ſtudij facti, defendendo, iudicā-
do, aut cauſas, quomodolibet exercendo vacantes libe-
ralibus artibus , & diſciplinis , inter quos connumeran-
tur medici, & aſſeſſores, ac ludimagiſtri, quibus eadem
ratio doctrinæ competit, & ſtudiorum cauſa ſuadet; pro
1567 quibus inducitur per legem tacita hipotheca † cum
priuilegio prælationis, quemadmodum fiſcus, & dos in
plurimis cauſis, ita ex Bar. Ang. Soccin. Sen. Soccin iun.
*Iaſon. Ripa, & Alciat. in l. 1. ff ſolut. matr. communem
dicit Boſcheus de legitim. nupt. lib. 6. num. 42. ſequitur
Horat. Lucius de priuil. ſcholar. priuileg. 34. quibus, &
*alijs congeſtis receptam, & communem opinionem di-
cunt Barboſ. in d.l. 1. par. 7. num. 25. verſ. infertur, & la-
tius, & expreſſius Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom.
2. cap. 257. toto, vbi num. 31. dicit in liberatione pecu-
1568 niæ his facienda † non requiri cautionē de reſtituen-
do in caſu, &c. cum nullus erit creditor, qui his perſonis
præferatur, quod refert, & ſequitur d. Paſchal. in citata
par. 4. cap. 6. num. 67. verſ. idem quoque, at præcipuè in
1569 aduocatis , & procuratoribus † id conſtitutum eſt ,
cum rem litigioſam à litibus recuperant , & liberant ,
exemplo eius, qui rem meliorauit , nam huiuſmodi pa-
trocinia labores, & ſeruitia ſunt rei adeò annexa, & co-
hærentia , vt tantò minus in illa adeſſe videatur , quan-
tum pro dicto ſalario , & mercede ſoluendum ſit , ideò
creditores de dictis bonis ſatisfieri volentes , oportet, vt
1570 illa accipiant cum ſuo onere, † cum eorum conditio
effecta ſit melior ob recuperationē de dictis bonis à ca-
lumnioſis moleſtijs litigantium, vt hæc, & alia adnotat
Gratian. vbi ſupra num. 26 & ſeq. Prout eadem limita-
tio extenditur ad expenſas factas per hæredem pro ip-
1571 ſius defenſione † aduerſus prætendentes ſe ipſos hæ-
redes , quæ detrahuntur priuſquam ſatisfiat omnibus
alijs creditoribus , vt omnes concludunt in l. fina. §. in
computatione, vbi in ſpecie Corn. Ang. & Iaſ. C. de iur.
deliber. Porcell. de inuent. quæſt. 7. in 7. & 8. vtilit. nu. 6.
deciſumq. dicit in Rota Romana Gratia d.c. 257. n. 30.

Adeò enim vera eſt æquiparatio dotis , & cauſæ ſtu-
dij (quicquid in contrarium dixerunt Camill. Pariſ. &
*Bolognett. in d.l. 1. ff. ſolut. matr.) ſecundum commu-
1572 nem firmatam opinionem ; vt ſicut pater † cogitur
dotare filias, ad tex. in l. qui liberos ff. de rit. nuptiarum,
ita & cogitur ſubminiſtrare neceſſaria filijs ſtudenti-
bus, gloſ. in l. ſed Iulianus §. proinde ver. ſolebat ff. ad
Macedon. Bal. Paul. Imol. Felin. Nouell. Rebuff. & cæ-
teri, quos probant Pinell. in l. 1. C. de bon. matern. par.
*1. num. 55. verſ. videmus præterea, vbi communiter eſ-
ſe receptam gloſ. in d. §. proinde dicit Barboſ. in d.l. 1.
ff. ſolut. matrim. par. 7. num. 25. prope finem, & Horat.
Lucius de priuileg. ſcholar. priuileg. 16. & ſi poſt Bart.
in l. 1. §. neque caſtrenſe num. fin. ff. de collat. bonor. &
*alibi, Rom. Iaſ. Rip. Alciat. Boſch. & alios magis com-
1573 muniter contrarium † dixiſſe pateat , cum de hac
magis communi teſtentur Ant. Gomeſ. l. Tauri 29. nu-
mero 18. & Garſias de expenſ. cap. 3. num. 52. Attamen
primam opinionem , vel probabiliorem dicit Barboſ.
1574 vbi ſupra num. 26. vel potius † ſubſequenti concor-
dia conciliandam , nempe , patrem à principio non co-
gendum mittere filium ad ſtudium , quia nulla reperi-
1575 tur lex, quæ patrem ad hoc obliget , † cum ſit in eius
poteſtate, ad quod officium ſuum addicat filiū , quam-
uis nō deſint , qui dicant inuitum teneri patrem ad ſub-
1576 miniſtrandum † filio expenſas pro diſcenda grāma-
tica, ſeu primis literis ſecundum patriæ conſuetudinem;
ſed ſi ſua ſpontè pater miſit filium ad ſtudium prima-
rum literarum , ex quibus dignoſcatur aptum eum ha-
bere ingenium pro ſcientijs adipiſcendis , tunc cogere-
1577 tur pater neceſſarias expenſas ſubminiſtrare , † ita
poſt gloſ. in l. Macedoniani, ff. ad Macedon. ac poſt Bal.
Iacob. Dec. Cranett. Gomeſ. Garſiam, & alios; Barboſ.
vbi ſupra , vbi alia notabilia deducit , ſuper quibus non
immorandum; ac in omnibus enarratis expenſis neceſ-
ſarijs , & in hoſpite , & Negotiorum geſtore id etiam
probat Amator. Rodriquez de priuileg. creditor. par. 1.
art. 3. num. 18. & 19.

Reſtringitur, & limitatur ſecundò principalis regula,
in locatore domino fundi locati, qui pręfertur omnibus
1578 creditoribus etiam † anterioribus tempore, in fructi-
bus rei locatæ, Carroc. de loc. & conduct. tit. de diffor-
mitate quæſt. 5. verſ. circa prælationem, nu. 3. fol. 256.
cum fructus ſint tacitè hipothecati Surd. deciſ. 97. nu. 5.
per text. in l. in prædijs ff. in quib. cauſ. pign. vel hipoth.
tacit. contrah. & latè Neguſant. de pignor. 4. memb. 2,
par. num. 147. & ſeq.
1579 Contrariū verius † dixerunt Gaſpar Theſaur. queſt.
forenſ. 29. lib. 2. nu. 8. in fine, & ante eum Caualcan. de-
ciſ. 27. nu. 23. par. 2. & Carrocio nihil alleganti non cre-
dendum, dixit Theſaur. vbi ſupra nu. 7. in fine; dicentes
creditores conductoris expreſſam hipothecam, & ante-
riorem habentes præferendos eſſe locatori poſteriori ,
idemque probarunt Gabrielius Henriquez, (de quo fiet
mentio inferius, nu. 1996.) & Morla citati per Felicia-
num inferius citandum .

Attamen teneas reſtrictionem tanquam veriorem,
1580 † vt articulo diſputato firmat Stephan. Gratian. in
citato cap. 25. toto , dummodo fructus extent , imò re-
ceptiorem ego dico ex traditis per eundem Gratian.
quam videtur ſequi. d. Paſchal. d. par. 4. capitulo ſexto,
numero 64. & ex notatis per Gratianum patet reſpon-
ſio ad fundamenta Caualcan. & Gaſp. Theſaur. cum
1581 fructus fundi locati extantes , † aut mala fide con-
ſumptos ſemper in obligatione locatoris permanere di-
cantur , licet notetur ſæpius in iure penes noſtrates,
con-

1582 conductorem facere fructus † ſuos; tamen intelligi-
tur ſoluta penſione locatori, vt poſt Gratian. probat
Dom. Anell.de Amat.digniſs. fiſci patron. in Reg. Ca-
mera,conſilio 25.numero primo,& ſecundo, ac nume-
ro ſexto, ad intellectum.l. ſi ſeruus §. locaui ff.de furt. at
fructus ex ſolo nati ſoli domino cedere debent, cum
1583 quicquid ſolo † inædificatur ſolo cedat, ad text. in §.
cum in ſuo inſtit. de rer. diuiſ. quid fortius in eo, quod
ex ſolo naſcitur,idemque probarunt Sebaſt. Monticula
in §. item Seruiana inſt. de act. numero 37. & Felician.
de cenſ.tom.2 lib.3.c.3.num.13.ſed de his iterum infe-
rius num. 1996. & ſeq.
1584 Reſtringitur tertiò in locatore ſuper rebus † inue-
ctis, & illatis in fundo locato, qui non ſolum habet illa
bona tacitè hipothecata, ad tex.in l.eo iure ff.in quibus
cauſ. pign. tacit. contrah. l.item quia. ff. de pact.l.certi
iuris.C.locat.& l.ſi non inducta.C.in quibus cauſis pig.
tacit. contrah. modo vt in vrbanis,& ruſticis declarant
poſt alios Carroc. de locat. ſub tit.de inuect.& illat.&
magis ordinatè Neguſant. de pignor. par. 2. memb.4.
numero 128. cum multis ſequent. ac Cardin. Mantica
de tacitis libro 11. tit. 15. toto; Sed etiam illa obligata
1585 habet cum prælatione † reſpectu omnium credito-
rum pro mercede non ſoluta, eò quod fundus locatus
pro conſeruatione bonorum illatorum,locatus videtur,
vt ſic deducendo concludit Cardin. Mantica d.lib. 11.
titu. 23. num. ſecundo, & ſequent. licèt alleget Bart.in
l.interdum.ff. qui pot in pig. hab.ex quib. hoc deducit.
Attamen ex Bar.in d.l.interdum, deducitur, locato-
rem tunc habere hipothecam cum prælatione, quando
1586 locaſſet fundum † ad conſeruandum bona ibi illata,
vtputa ſi locaſſet horreum, aut alterum locum aptum
ad conſeruandum;ſecus verò ſi locator locaſſet fundum
ad inhabitandum tantum, vel ad aliud exercendum ex-
tra cauſam conſeruationis,quo in caſu haberet hipothe-
cam ſuper bonis inuectis, & illatis abſque prælatione,&
Bartolum ſic diſtinguentem receptius ſequuntur no-
ſtrates,quicquid dicat in contrarium Peregrin.conſ.80.
numero 11. libro tertio,notabiliter concludens,in omni
caſu locatorem præferri, vt eo citato aduertit copioſiſs.
& integerrimus Dom.Paſchal.de vir. patr. poteſt. par.
quarta, capitulo ſexto, numero 68. cum Bartolum ſe-
quantur non ſolum Carroc.& Ioſeph Ludouic. relati
per eundem Dominum Paſchal.ſed etiam Firman. &
Strach.relati per Carroc.ac Iaſ.in d.l.item quia,ac in §.
item Seruiana inſtit.de act. relatus per Ioſeph Ludouic.
in deciſ.84.num.4.tom.2. Additionator ad Iaſonem in
d.§.item Seruiana num.6. verſ. anterioribus,& Neguſ.
de pign.par.2.memb.4.num.141.quem non bene per-
1587 pendit † Auditor Peruſinus, cum in citata deciſ.84.
num.4. dicat Neguſantium hoc non adnotaſſe, vt ad-
uertit Stephan. Gratian. inferius citandus, eandemque
diſtinctionem ſequuti fuerint Carpan. ſuper Stat. Me-
diol.c.232.num.34.par.1.fol.255.& cap.390.num.6.
par.2.fol.160. Mar.Muta ſuper conſuet.Panorm.c.34.
num.6.f.290.Vital.de clauſ.in ver.& ſpecialiter obliga-
uit num.4.in fine,tom.18.fol.378.quos cum alijs citat,
& ſequitur Stephan. Gratian. diſcept.forenſ.to.1.c.68.
nu.4.& tom.4.c.713.nu.1. vſque ad 6. imò & eandem
opinionem ſequi videtur idem Dom.Paſch.loco citato;
tu autem lector beneuole teneas Bartoli diſtinctionem
tanquam receptiorem, & de iure veriorem, vt patet ex
rationibus per præcitatos authores congeſtis, & in ſpe-
cie per Steph. Gratian.citato cap.713.

Sed quid ſi in locatione conſtituatur expreſſa hipo-
theca, an illa cenſeatur repetita in tacita reconductione
cum prælatione,& qualiter;dicetur in fine huius quæſi-
ti nu.2149. verſ.ſed quia.
Reſtringitur quartò generaliter in omnibus, pro
1588 quibus mulieres agentes pro reſtitutione † ob taci-
tam hipothecam eiſdem debitam præferuntur omni-
bus creditoribus, etiam anterioribus habentibus aliam
tacitam hipothecam anteriorem tãtum, ad tex.in vul-
gata l.aſſiduis, C.qui potior.in pign.hab. quam limita-
tionem breuiter proponit Neguſ.d.memb.2.p.5.n.23.
in 7.Fallent. Bart.& cæteri modern. repetentes in l.1.ff.
ſolut. matr. Cardin. Mantica in pluries allegato lib.11.
tit.26.ac omnes inferius citandi.
1589 Extenditur reſtrictio, etiam reſpectu † filiorum, &
aliorum deſcendentium mulieris ad tex.in d.l.aſſiduis,
§.vel verſiculo, exceptis; vbi glo.& in §.fuerat ver.cum
ipſa, inſtit.de action. Bart.in d.l.aſſiduis, & in l.1.ff.ſo-
lut.matr.Neguſ.p.2.memb 4.nu.95.communem dicit
Mantica in d.tit.26. nu.15. taliter, quod filij ex eodem
matrimonio, vel deſcendentes eodem tacitæ hipothe-
1590 cæ priuilegio cũ prælatione nituntur vti filij,non au-
tem vti hæredes, vt poſt Neguſ. infinitis adductis rece-
ptum dicit Barboſ.in d.l.1.par.6.nu.14.& 15.prout,&
patri dotanti, agenti verò nomine filiæ priuilegium hi-
1591 pothecariũ,& prælationis dabitur, gl.in d.§. fuerat,
& Bart.in l.poſt dotẽ,ff.ſolut.matr.quem probat Mant.
vbi ſupra num.35. Verum priuilegium hoc prælationis
1592 denegatur † marito exigenti dotes, cui ſi conceditur
in exactione tacita hipotheca ad text. in l. vnic. §. ple-
nius, C.de rei vxor.action.denegatur antelatio, & præ-
latio cæteris creditoribus anterioribus, Card.Mantic.d.
1593 tit.26..numero 33.prout,& idem prælationis † pri-
uilegium denegabitur extraneo dotanti etiam ſtipulã-
ti dotes ſoluto matrimonio ſibi reddi, quia nec tacitam
habebit hipothecam Ang. & Caſtr.in l.1.ff.ſolut.matr.
quos citat,& probat Card. Mantic.d.tit.26.num.36.ac
reſpectu filiorum, & deſcendẽtium, Molin.de contract.
diſput.438.num.3.& in extraneo, Barboſ.in 3.par.l.1.
num.30.ff.ſolut.matr.& Amator. Rodriquez de priuil.
creditorum p.1.art.1.nu.17 & ſeq.
Extenditur ſecundò,vt tacita hipotheca,cum prædi-
1594 cta prælatione, † contracta cenſeatur, tempore pro-
miſſæ dotis, non autem ſolutionis,vt de veriori, & rece-
ptiori teſtatur Neguſ. p.2.memb.4.nu.80.verſ.contra-
riam, Boer.deciſ.331. Tiraq.de retract.lign.§.1.gl.10.
nu.113.Mant.d.tit.26.nu.12.Barboſ.vbi ſup.nu.32.&
ſeq.latius,Preſ.de Franch.deciſ.677.to.4. Gaſpar The-
ſaur.q.forenſ.34.lib.2.Molfeſ.to.2.cõſuet.Neapol.p.6.
in addit.q.1.num.7.& ſeq.Mar. Muta Siculus deciſ.93.
nu.8.& ſeq.& Senat.Dolan.deciſ.133.n.25. & 26.ſup-
ponentes requiri matrimoniũ eſſe contractũ, ſed de his
iterũ dicetur in appẽdice n.113. vbi alia cumulabũtur.
1595 Extenditur tertiò in augmento dotis, quod † ſimi-
liter tacita hipotheca cum prædicta prælatione nititur,
Neguſ.in d.4.memb.2.p.nu.46. poſt Ang.& Iaſ.ibi al-
legatos,Card.Mant d.tit.26.num.13. & ſeq.aduertens
Neguſ.malè retuliſſe Iaſ.Barboſ.in 3.p. Rubr.l.1.ff.ſol.
matr nu.65.66 & ſeq. Surd.conſ.397.lib.3. nu.17.18.
& 19.faciuntque quæ congerit Preſ.de Franc.dec.613.
1596 to.4.illa ratione,quia dotis † augmentũ dicitur ipſa
dos,vt penes prçcitatos authores habetur,& penes infi-
nitos,quos ſciẽs prætereo;ſed an procedat in augumẽto
dotis cõfeſſato tñ,dicetur inferius lim.5.decl.1.n.1759.

Extenditur quartò; nam & ſi communiter Doctores
firmauerunt in d. l. aſſiduis. C. qui potiores in pignor.
hab. & in d.l.1.ff. ſolut. matrim. ac vbique paſſim infi-
niti authores, quos præcipuè poſt Guttier. & Couarru.
congerit Barboſ.in d.l.1,par.6,num.4.& ſeq.ac & con-
gerit conſiliar. Gizarell. infra citandus, taliter quod ab
hac communi nunquam recedendum dicit idem Giza-
rellus; ſcilicet mulierem nequaquam præferendam cre-
1597 ditoribus anterioribus † hipothecam expreſſam ha-
bentibus,ſed tantum habentibus tacitam,vt etiam pro-
bauerunt omnes ſuperius allegati authores, & mox ci-
tandi; tamen per tacitam hipothecam competentem
mulieri, eidem conceditur prælatio, taliter quod præ-
fertur omnibus creditoribus anterioribus, etiam ex-
preſſam habentibus hipothecam ſuper bonis quæſitis
1598 † per debitorem poſt contractam tacitam hipothe-
cam dotis, ſuper quibus nouiter quæſitis bonis extendi-
tur reſtrictio noſtra, vt paucis citatis, & his, qui parum
ſuper hoc articulo ſcripſerunt; probat Cardinal. Man-
tica de tacit. in ſæpius allegato lib.11.titu.26. num.23.
duabus adductis rationibus, & illarum prima, quia ſi-
cut fiſco idem tribuitur prælationis priuilegium, ad tex.
1599 in l.ſi is qui ff.de iur.fiſc.tribui, & doti deberet; ſecũ-
da ratio, quia cum poſt natam tacitam hipothecã dotis
quærantur bona, ſuper quibus concurrunt priuilegia-
tus, & non priuilegiatus, omninò præferri debet priui-
1600 legiatus, † ex quibus dijudicauit Mantica veriorem
hanc eſſe opinionem: ſed huiuſmodi opinionem prius
firmauerunt Iacob. Butr. Cin.& Salicet. in d.l. aſſiduis,
Ioan.Faber ibi,& in §.fuerat inſtit. de action.qui refert
tantum opiniones, ſed nullam expreſsè approbat,Bald.
Nouell.in rep.l.1.ff.ſolut.mat.& in tract. de dot.par.9.
priuileg.1.& par.10. priuileg 7. num.2.36.& in fine,
ſed dubitatiuè loquitur Ripa in l. priuilegia num 31.ff.
de priuileg. creditor. indubitanter cum hac opinione
pertranſit Pontan. in d.l.1.nu.4. Soccin. nu.8. & Crot.
parum conſtans, num.72. Neguſant. de pignor. par.2.
mem.4.nu.100.verſ.& ſubdit idem poſſe teneri, Troyſ.
in ſuo commentario ad pragm.1. de aſſiſtentia in fine,
Vincent.Maxilla in conſuet.Barenſ.tit.de iur.dot.§ do-
tis cauſam num.4.Euerard.in ſua centuria in loco de fi-
ſco ad dotem,num.3.Montiocol.in §.fuerat, nu.128 &
Oinotom. num.59.Inſtit. de action. peregr.de iur. fiſc.
lib.6.tit.6.num.17.Gregor.Lopez par.5.tit.13.l.33.in
verſ.entonces Barboſ. in d.l.1.par.2. num.17.ff. ſolut.
matr.dicens communem,Guttier.ad ll.Regni in 3.par.
quæſt.99.num.18. Soccin.iun.conſ.10.num.25.vol.3.
Alciat.d.l.1.num.20.& de Ponte conſ.80. vbi ſimiliter
communem dicit, quamuis non neget eſſe diſputabi-
lem; & vnica principali omnes præcitati mouentur ra-
tione, prout illa mouetur Iac. Butrig. anteſignanus hu-
1601 ius opinionis,nempe fiſcum,& dotem † paribus am-
bulare paſſibus, ad text. in l.2. C. de priuileg. fiſc. quia
reliquæ rationes, vel non concludunt, vel nihil ſatisfa-
ciunt, prout non ſatisfacit ratio adducta per Salicet. in
d.l.aſſiduis,num.4.vt hipotheca incipiat ab acquiſitio-
ne bonorum obligatorum, & conſequenter bona quæ-
ſita poſt hipothecam dotalem priuilegiatam, cedunt
muliebri dotali priuilegio, denique dicunt pro hac opi-
nione facere omnia fundamenta, ex quibus permulti
authores concludunt, mulierem præferri creditoribus
etiam expreſſam, & anteriorem hipothecam habenti-
bus,quę inter alios congerunt Bolognett.d.l.1.nu.173.
& Barboſ.in 6.par.num.1.

Contrariam opinionem,vt ſcilicet mulier in iſtis bo-
nis antelationem non habeat, ſed in illis præferendos
1602 † anteriores generalem expreſſam habentes proba-
uerunt Accurſ.in d.l.aſſiduis ver.licet,quamuis per ver-
bum fortè, ac Petr.de Bellapert. ſequens Accurſium ibi
in d.l.col.2.in fine; Iacob. de Aret. relatus à Bart.in l.ſi
is qui ff.de iur.fiſc.ab Alberico in l.fi.C. quæ res pignor.
oblig.poſſ. & à Cino in l.licet.C. qui pot.in pig.& idem
Cinus ibi ſibi cõtrarius, vt ſuperius videtur, à qua opin.
non diſcedit Alber. in d.l.aſſiduis, num.5.verſ.ſuppoſi-
ta pro vera opinione Bulgari; verioremque dicit Crot.
in d.l.1.ff.ſolut. matr.nu.24.& communem dicũt Ma-
rian.Soccin.nu.20.& Bolognett. num.68. idemque fir-
mat Ripa parum ſibi conſtans in l.2.§. ſi ſponſa,nu.20.
ff. de priuil. credit. ac idem Coſmus Nepita ſuper con-
ſuet. Catan. in conſuet. vnic. de conſtit. dotar. titu.13.
num.54.

Quibus duabus opinionibus relatis,congeſtiſque au-
thoribus præcitatis, per Conſiliar. Gizarell. virum ocu-
latiſſimum, deciſ. Sacr. Conſ. prima, deinde nume.17.
idem peritiſſ. author dicit, primam opinionem attentis
rationibus, & authoritatibus tanquam frequentiori, &
communiori calculo probatam debere in Sacro Conſ.
pręualere,Attamen ex dictis per vnum ex dominis con-
1603 ſiliarijs fuit detecta † prima opinio duriſſima,& per-
nicioſiſſima,ſecunda verò iuſta, & æqua, nec referre di-
cebatur illam primam eſſe communiorem, cum cõmu-
nis, aut magis communis ex numero doctorum nequa-
1604 quam † erit dijudicanda,ſed ex pondere Doctorum,
& authoritatum, ad text. in l.1.§. ſed neque. C. de vet.
iur. enudea. & veram communem dici, quæ ex gloſ.
1605 † & Bart. deſumitur Iaſ. in l. ſtipulatio iſta §. alteri
ff.de ver. oblig.illamque dici communem, quæ maiori-
1606 bus † fulcitur rationibus, vt hæc & alia declarantia,
quæ communis, quæ non communis congerit Gizarell.
vbi ſupra,quibus addo, quod ad faciẽdum communem
1607 non enumerantur † authores, qui perſunctoriè lo-
quuti ſunt Becc. Menoch.Pariſ. Neuizan.Alciat. & Ca-
gnol.quos probat Surd. conſ.407.num.10.volum.3. at
in prima opinione nonnulli authores nõ ſolum perfun-
ctoriè, ſed dubitatiuè loquuti fuerunt,& demũ vbi con-
1608 traria opinio melioribus rationibus fundatur † præ-
ualet communi Surd.conſ.2.nu.48. vol.1. & conſ.294.
num.29.volum.2.illaque tenenda,pro qua eſt gloſ. Ri-
min. iunior conſ.417. num.31. quem probat Honded.
conſ.34. num.40.volum.1. in hoc enim articulo ſecun-
da opinio gloſam habet authricem, at communis non
1609 erit ſequenda quando † legibus, & rationibus dete-
gitur falſa Honded. conſ.39. num.37. volum.1. eaque
ſequenda,quæ maiori innititur æquitate, Honded.con-
ſil.29. nume.95. volum.1. & quando contraria opinio
1610 † ſubtiliori, & meliori ratione fundatur, omittitur
communis Curt.iun. conſil.100. quem probat M.Ant.
Amat. deciſ.11.nume.2.& licèt communior ſit,tamen
1611 contraria ſi meliori, & æquiori † ratione nitatur ipſi
præualet Curt.Sen.& Thobias Non. quos probat Hon-
ded.conſ.65.nu.27.idcirco ſubſequitur Gizarell.nu.20.
primam opinionẽ nulla lege probari,quia dos non cen-
1612 ſetur priuilegiata † niſi in caſibus à iure expreſſis, &
in non expreſſis ſtandum eſt regulæ iuris communis, &
communi Doctorum reſolutioni dictanti dotes nõ præ-
ferendas creditori expreſſam anteriorem habenti, vt in
principio extenſionis probauimus,Nec referre dicit do-
1613 tem,& fiſcum † paribus ambulare paſſibus, ſuper qua

prima opinio præcipuè fundatur, cum inhærentes huic
rationi allucinētur,eò quod regula procedit inter ipſos,
& quo ad ipſos,non autem reſpectu tertij,in illiuſq. prę-
iudicium,itaque procedere text. in dict.l.2.C.de priuil.
fiſci,vt inter ipſos conquaſſentur priuilegia,non vt com
municata cenſeantur ad alterius præiudicium, Gomeſ.
in §.fuerat,num.29.inſtit.de action. & Camill. Viſita-
rin. in l.1, ff. ſolut.matrim.num.27. denique probat,ę-
1614 quiparationem † non producere effectum in æquipa-
ratis alio modo, quam per viam regulæ, & in facto ne-
quaquam per viam regulæ fiſcus, & dos æquiparantur,
ſed quo ad quędã,ac æquiparatio denegatur quãdo pri-
1615 uilegia † competunt de iure ſpeciali,vt eſt in fiſco cir
ca bona poſtea quæſita,nec concedenda quando ius cō-
1616 mune † læditur,vt in facto vbi prior tempore nō prę-
ferretur contra regulam.c. qui prior,& ratio æquipara-
torum minus procedit quando lex, vel ſtatutum non ha
1617 bet in ſe aliquam rationem,† niſi quia ſic placuit le-
giſlatori,ad text.in l.ſi verò §.de viro,ff.ſolut.matrimo.
vbi Rom.& Doctor.ac Bal.in l.3.num.10. in lectura 9.
C.de iur.dot.& Euerard.in loco à ſimili in 9.limita.ad-
do ego circa rationem æquiparatorum quæ plenius pro
prædictorum declaratione congerit Farinacc.in fragm.
parte 1 litera E,ver.extenſio,num.188.cum ſequent.&
num.202.cum ſequen.ideo cum nulla ratio reddi pote-
rit cur fiſcus circa bona poſtea quæſita præferatur, niſi
quia ita legiſlatori placuit,nequaquam ratio æquipara-
tionis effectum faciet; ex quibus,& ex alijs centenis ra-
tionibus pro hac ſecunda opinione deciſum per Sacr.
Conſil. dicit Gizarellus,quas referre inutile,& inlauda-
bile eſſet;ex quibus dignoſcitur aberraſſe cũ prima opi-
nione Amator.Rodriquez de priuileg.creditor.parte 1.
art.2.num.5.verſ.2.infert,ſequutum Guttierium vtique
aberrantem, vt dicetur in Appendice.

Idcirco hæc ſecunda tenenda erit opinio vbique,&
1618 fortius in Regno,in quo deciſiones † Sacr.Conſil.fa-
ciunt legem,vt ſępius noſtrates regnicoęl teſtati fuerunt
& vbique,quia illa opinio tenenda erit, quæ in iudican-
do ſemel recepta fuit Dec. & Cannet. quos probat Ma-
ſtrill.deciſio.137.num.25. tomo 2.& probatur per tex,
1619 in l.filius emancipatus,ff.ad l.Corn.de falſ. vbi Paul.
iureconſ. dicit ſic enim inueni Senatum cenſuiſſe, huic
articulo ſatisfacit latiſſimè Gizarel.in citata deci.1.ideo
de illo hactenus.

Extenditur quintò, vt mulier tacitam habens hipo-
thecam, ſicut ex ea præfertur creditoribus tacitam etiã
anteriorem habentibus; ita & præferri eam, dicunt au-
1620 thores,ſi habuerit † expreſſam, vt ex illa præferatur
habentibus æquè expreſſam,licet anteriorem, ad hoc vt
cæteris paribus mulier aliquod habeat priuilegium per
dict.l.aſſiduis;ita Angel.in §.his conſequens auth. de æ-
qualit.dot.quem refert Cardin.Mantic.de tacit. allega-
to libro 11.tit.26.num.24. cum rationibus ibidem ad-
ductis.

1621 Contrarium, & verius † probarunt reliqui dicen-
* tes magis communem opinionem eſſe in contrarium
deſumptam ex glo.in dict.l.aſſiduis,eò quod dict.l.aſſi-
duis nequaquam tribuit priuilegium magis expreſsè,
quam tacitè,vt pluribus congeſtis probat idem Cardin.
Mant.loco citato,illa ratione, quia lex non ſolet nocere
iuri, quod quis ex propria conuentione acquiſiuit, quã-
uis Mantica confuſè loquatur.

1622 Pro extenſione † poſt Angel.in dict.§.his conſequẽs
reſponderunt Aretin.in l.1.ff.ſolut.matrim.Iaſ.in 2.le-
ctura à num.5.Nouell.de dote parte decima, num.36.
& Soccin.iun. dict.l.1.num.242.ac conſ.10.nu.14.lib.
3.quos probat ſubtiliſ.Barboſ.in ead.l.1.part.6.nu.16.
verſ.contrarium.

Comprobatur opinio pro extenſione, nam ſi ſupe-
rius in proxima 4. præcedenti extenſione in principio
probauimus ex recepta opinione,mulierem non præfe-
1623 rendam † creditoribus anterioribus expreſſam habẽ-
tibus hipothecam,attamen contrarium verius videntur
affirmare per plures magni nominis authores dicentes,
tacitam dotis hipothecam præferri quibuſcunque hipo
thecis anteriorioribus, etiam expreſſis, quæ fuit opinio
Martini Anteſignani relati per gloſ.in dict.leg.aſſiduis,
quam opinionem probarunt Petr.Iacob.Aret.& Cin.in
eadem l. aſſiduis Faber Cardin.Panorm.Soccin.iunior,
Crot.Iaſ.Bologn.Ang.Boſche.Antonius Vſil.Miſinger,
Corraſ.Ant.Coſtantin.Petr.Venderan.Vacon, Harme-
nopol.& deciſum dicit Miſinger. centur.4 deciſ.obſer-
uat.13.quos omnes congerit,& ſequitur ſubtil. Barboſ,
in dict.l.1.ff.ſolut.matrimon.parte 6. num, 5. quamuis
plures ex allegatis authoribus fateantur contrariam opi
nionem eſſe receptiorem,idcirco ſi hæc ſecunda opinio,
verior dijudicabitur,conſequenter verior,& veriſſima
erit extenſio hæc, nam ſi tacita poſterior præfertur ex-
preſsè anteriori,quanto fortius præfertur expreſſa; mo-
do vt ſic arguit idem Barboſ.loco citato,num.16.verſi.
contrariam verbo quæ opinio,inter has ideo contrarie-
tates,quid dicendum?

Dicas lector ingenioſe, opinionem contra extenſio-
1624 nem eſſe veriorem,& omninò † receptiorem,& pro-
* inde reiecta extenſione ſequere opinionem contrariam,
quam comprobat Card.Mant.vbi ſup. nu.1621. com-
probantque inferius citandi authores.

Et eſſe veriorem patet ex notatis in l. ſi quid bello
cum gloſ infra de capt.& poſtlim.reuer. vbi gloſ. notat
firmius eſſe quod aliquis proprio facto acquirit, quam
aliunde ſibi proueniat,ideo fortius ius acquiritur credi-
1625 tori † per proprium factum,quam per legem ſine fa-
cto ſuo,faciliuſque lex denegat ſuum auxilium, quam
1626 † tollat illud, quod quis propria conuentione acqui-
rit,vt in ſimili notat gloſ.in l.1. C. ſi aduerſ.vendit. &
comprobat Caſtrenſ. conſil.440. libro primo, colum-
na ſecunda.

Nec tollitur hoc fundamentum per reſponſionem,
quam facit Barboſ.in allegata parte 6.num.9. verſ.non
obſtat tertium, cum ibi dicat prioritatem temporis in
1627 hipothecis † per legem priuilegiari, ideo ſi tollatur
hoc priuilegium, tolleretur legis auxilium, non autem
beneficium obtentum proprio facto per creditorẽ;quia
ſalua pace tanti viri reſponſio non ſatisfacit,nam licet
ipſa lex priuilegiauit hipothecas aduerſus regulam, leg,
priuilegia, ff.de priuileg.creditor.tamen non ſequitur,
auxilium hipothecariũ eſſe immediatè ipſius legis, im-
mo priuilegiando hipothecas,vt illę non afficiantur per
1628 regulam dict.l.priuilegia,videtur lex hoc † facere, vt
hominum prouiſiones expreſsè non patiantur detrimẽ-
tum per priuilegia perſonalibus actionibus conceſſa,cũ
notiſſimi iuris ſit, hipothecas expreſſas contrahi ex pa-
cto,& ex hominum cõtrahentium conuentione, ex quo
1629 pacto, & ex qua † obligatione bonorum oriri hipo-
thecam nullus negabit,toto tit. ff. de pignor. & hipoth,
& in ſpecie in l.contrahitur, ff.eod. vbi etiam Doctores,
nam dicitur hipotheca (latina interpretatione adhibi-
1630 ta,) ſuppoſitio, † ſeu bonorum obligatio,vt in prin-

cipio

cipio huius tituli quæſito 4. adnotauimus, & diuiditur
in expreſſa & tacita, expreſſaque illa dicitur, quando de-
bitor pro obſeruantia contractus, obligat bona ſua per
expreſſam conuentionem, vt in quinto quæſito notatũ
1631 fuit, lex enim † huic expreſſæ obligationi priuilegium
illud tantum tribuit, vt conuentio, & obligatio ſeruetur
cæteris legalibus priuilegijs aduerſus eam non refragan-
tibus circa tempus conuentum fauendo pactis, & con-
uentionibus hominum, vt iuxta ipſorum ſeriẽ ſeruaren-
tur, quaſi adiuuando id, quod fidei humanæ congruum
1632 eſt, † vt ea ſeruentur, quæ contrahentibus placuerũt,
ad text. in l. 1. ff. de pact. idcirco expreſſa hipotheca dici-
tur remedium immediatè facto hominum proueniens,
1633 † non legis, & per hoc difficilius tollitur per legem,
ne contrahentium placita, & leges contra humanæ fidei
requiſita inobſeruentur; tacita autem hipotheca imme-
1634 diatè deſcendit † ex iuris diſpoſitione, contrahiturq.
legis authoritate, quamuis nulla ſuper ea partium con-
uẽtio interueniat, vt in pręcitato 5. quęſit. adnotatũ fuit,
meritò dicitur auxilium legale immediatum, quod faci-
lius per eandem legem tollitur.

Demum vbi aliquis ſibi prouidendo conſuluit, talis
1635 prouiſio † facit ceſſare prouiſionem legis, ad text. in
l. fin. Cod. de pact. conuent. vbi gloſſ. & Doctor. notant
cum concord. ergo hipotheca expreſſa dicitur fortior ta
cita; nec huic motiuo ſatisfacit reſponſio doctiſſim. Bar-
boſ. in dict. 6. part. l. 1. num. 10. dicens prouiſionem ho-
minis non ſemper tollere legis prouiſionem, quia vt ex
eodem Neguſant. mem. 4. par. 2. num. 90. prope finem,
1636 citato per Barboſ. ibi notatur, prouiſionem † legis
naſcituram omninò tolli per prouiſionem hominis na-
tam ergo tacita hipotheca, quę doti per legem concedi-
tur, non oritur, niſi à die dotis promiſſionis, vt ſuperius,
num. 1594. probauimus, probaturque per text. in l. 1. ff.
qui potior in pign. habe. verſ. ſed dies contractæ obliga-
1637 tionis, ideo prouiſio hominis † iam nata nequaquam
tollitur per prouiſionem legis oriundam, ſed vt diximus
expreſſam hipothecam fortiorem eſſe tacita, ideo pro-
1638 uiſio † hominis fortior tollit legis prouiſionem debi
liorem, Neguſan. vbi ſupra, & facilius tollitur quod ac-
1639 quiritur iure ſpeciali, † quam illud quod iure cõmu-
ni acquiritur ad text. in l. eius militis, §. militia miſſus, ff.
de milit teſtamen. ideo facilius tollitur tacita, quam ex-
preſſa.

* Denique magis communis opinio relata in præceden
ti extenſione in principio, redditur indubitata per text.
in l. in rebus, C. de iur. dot. vbi Imper. Iuſtinia. prælatio-
1640 nem tribuit mulieri, † vt illa præferatur creditoribus
expreſſam, & anteriorem habentibus hipothecam in re-
bus tãtum in dotem datis extantibus, in quibus certum
eſt mulierem indiſtinctè præferri tanquam dominam,
vt proſequitur idem Barboſ. citato loco, nu. 6. & 7. ideo
ſi ſpeciale eſt mulierem præferẽdam habentibus expreſ-
ſam anteriorem in rebus dotalibus datis extantibus, &
repetendis, aliud oportet dicere in rebus mariti vxori hi-
pothecatis, vt probat Ripa in l. 2. §. fin. num. 20. ff. de pri
uil. cred. vt idem Barboſ. allegato loco proſequitur, quẽ
probat in his Gizarell. d. deciſio. 1. num. 47. & ſequent.
Nec reſponſio data per eundem Barboſ. releuat, dicens
quod ſi iungatur text. dict. l. aſſiduis verſ. cum enim, vbi
extantes res cum conſumptis æquiparantur, ſequitur,
quod ſicut præfertur in extantibus, ita & in conſumptis:
quia in hoc decipitur ille peritiſſimus vir, eò quod res do
1641 tales, † pondere, numero, aut menſura in dotem con-
ſignatæ functionem recipiunt, tranſeuntque cum obli-
gatione de reſtituendo eas in eadem bonitate, & quali-
tate, ad text. in leg. res in dotem, ff. de iur. dot. ideo ſi vſu
conſummuntur, mulier pro tantundem aget ſuper bo-
nis viri actione hipothecaria non vti domina, & meritò
Imperator in d. l. in rebus dedit & tribuit prælationem
cũ duplici dictione, ſcilicet, (ſi tamen extant,) ſupponẽs
1642 dominium mulieris vendicare debentis, & non † mi-
rum ſi dominus in re ſua omnibus præferatur, immo di-
1643 ctiones illæ, ſi tamen, important † limitationem, &
exceptionem ſuperiorum dictorum, & aduerſantur re-
gulæ poſitæ in eodem genere, retentis eiſdem terminis,
aduerſanturque præcedentibus diuerſificantes vnum
caſum ab alio, includenteſque, quæ determinant, om-
neque aliud excludentes, Benedict. Ægid. in repetit.
leg. ex hoc iure, ff. de inſtit. & iur. Vulpell. de præpoſit.
& aduerb. ſignific. in dictone tamen Menoch. Mar. Ant.
Monach. Farinacc. Cardin. Tuſch. & alij quos citat Au-
guſtin. Barboſ. de diction. diction. 347. ideo enim non
extantibus rebus diſpoſitio l. in rebus non cõuenit, cum
pro illis vendicatio non detur; ex quibus videtur verior
opinio, quam in principio præcedentis extenſionis pro-
1644 bauimus, vt mulier creditoribus anterioribus † taci-
tam tantum hipothecam habentibus præferatur, prout
veriorem dicunt Couarr. variar. lib. 1. cap. 7. nu. 1. verſ.
tertia concluſio, & Molin. diſputat. 438. numero 10. de
contract.

* Quæ opinio quod ſit receptior, & communior patet
ex dictis nonnullorum pręcitatorum authorum contra-
1645 riam defendentium opinionem, † & ſignanter nouiſ
ſimorum, inter quos idem Barboſ. citato loco, num. 10.
verbo nec obſtat, quartum verſ. quod ſi nihilominus, &
num. 16. verſ. ſed & admiſſa, & Gizarell. d. deciſ. 1. num.
33. cum eam probauerunt gloſ. in d. l. aſſiduis Iaſ. in §.
* fuerat inſtit. de action. num. 72. vbi de communi Andr.
Sicul. in cap. ex literis num. 9. de pigno. vbi receptam di-
cit Anton. Gomeſ. in l. tauri 50. nu. 39. Cæph. Rip. Cor-
raſ. Donell. Pariſ. Capella Toloſ. Corn. Gregor. Lopez,
Couarru. Mattienzo, Gregor. Tholoſ. Guttier. & Neguſ.
quos congerit idem Barboſ. in allegata par. 6. l. 1. num.
* 4. magiſque communem dicit Cardin. Mantica d. libro
11. titul. 26. num. 23. in principio, & latius num. 32. vbi
1646 frequentiſſimo † iudiciorum vſu hanc receptam eſſe
opinionem teſtatur, ac Couarru. & Moli. vt ſupra citati
ſed vide in fine huius quæſiti num. 1964. vbi ſingularis
declaratio, alia ad materiã dicentur in Appendice, nu-
mero 114.

Ex quibus, (vt ad hanc quintam extenſionem reuer-
tamur) tollitur comprobatio ſuperius ad eandem exten
ſionem adducta nu. 1623. Nec afficit quod idem Barb.
loco citato num. 16. in fine, & num. 17. dicit, nempè pre-
dictis non obſtantibus, veram eſſe Angel. opinionem in
1647 extenſione † adductam, cum Imper. in d. l. aſſiduis,
reprehẽdit veteres, qui cum dediſſent prælationem mu-
lieri in perſonalibus, eandem ei non tribuerent circa hi-
1648 pothecam; ideo ſi Imper. ibi de tacita † tantum hi-
potheca ſenſiſſet, malè loquutus fuiſſet, cum tacita pro
dotibus in illa tempeſtate non erat adinuenta, ſed noui-
ter introducta fuit per eundem Imper. in l. vnica. §. & vt
plenius, C. de rei vxor. action. Quia & ſi verum hoc ſit,
vt in illo tempore incognita erat tacita dotalis hipothe-
1649 ca, attamen Imperator, † bene reprehendit veteres
omittentes prælationem in hipothecarijs, poſtquã mu-
lier pro dotibus poterat habere expreſſam hipothecam,
& ta-

& tamen non reperiebatur prouiſum, vt ex illa præferatur anterioribus habentibus tacitam.

Idque expreſsè in eodem text. probatur, poſtquam Iuſtin. ibi his ſubſequitur verbis, ſancimus ex ſtipulatu actionem, quam mulieribus iam pro dote reſtituenda dedimus, cuique etiam tacitam donauimus ineſſe hipothecam potiora iura, &c. ac demum ſubſequitur, licèt anterioris ſint temporis priuilegio vallati, ex quibus ver
1650 bis dignoſcitur † Imperatorem velle, de tacitis tantũ hipothecis à dote præferendis loqui, habẽdo reſpectum ad temporis anterioritatis priuilegium tantum, vt peroptimè aduertit gloſ. in eadem leg. aſſiduis, immo idem ſubtiliſs. Barboſ. videns difficultates digreditur ad tacitam dotalem pręferendam expreſsè poſteriori ſupponẽdo ita intelligi per neceſſe communem noſtram ſenten-
* tiam, fateturque contra Angelum communiter teneri, ibi num. 17. immo frequentiſſimè improbatum eſſe Angelum, teſtatur eruditiſſim. Couarr. variar. libro 1. cap. 7. num. 1. verſic. quinta concluſio, latiſſimè verò Neguſant. parte 2. mem. 4. num. 100. cum multis ſequentibus
* ac communiorem opinionem contra Angelum eſſe, teſtatur Molin. citata diſput. 438. nu. 13. quicquid in contrarium deducat Fachin. controuerſ. libro 10. capit. 35. deducatque ſubtiliſſimus Anton. Faber, libro 8 coniect. cap. 11. & ſequen cum contra ſatis receptam opinionem loquantur, licet peritiſs. Faber ſe declaret in tract. de error pragm. decad. 6. tom. 1. erro. 2. num. 6. alia ad hunc articulum dicentur in Appendice num. 114.

1651 Reliquas extenſiones † ad hanc reſtrictionem congerunt Neguſ. d. mem. 4. & Card. Mant. d. lib. 11. tit. 26. ſed non diſceptabiles.

Limitatur tamen præcitata reſtrictio poſita ſuperius,
1652 num. 1588. non procedere in præiudicium † alterius mulieris ſuam etiam dotem repetentis, cum dos contra dotem non priuilegiatur, ſed ſeruabitur regula. ca. qui prior, de regu. iur. in 6. quod apertè probat text. in dict. l. aſſiduis, §. exceptis, & §. in duabus, Neguſant. de pign. parte 2. membr. 4. num. 96. & parte 5. membr. 5. num. 12. & 22. Nouell. de dote 10. par. num. 28. Baptiſta, de priuileg. dotal. centur. 1. num. 22. Barboſ. in d. 6. parte l. 1. num. 15. verſic. vltimò aduertendum, & Cardi. Mantica. d. tit. 26. num. 37. niſi reſpectu alterius extarent res
1653 dotales datæ in dotem, quia in illis daretur † prælatio indiſtinctè per text. in d. l. in rebus, Cod. de iure dot. & aduertunt poſt Aretin. conſil. 32. Neguſant. in dd. locis, & Cardi. Mantic. vbi ſupra & latius num. 42. & ſequent. vſque ad nu. 45. qui verſ. hoc amplius & in verſ. ſequent. duo ſupponit, & illorum primum, quia ſi res datę in do-
1654 tem ſint verè æſtimatæ, ſecunda vxor † contra filios primæ vxoris non habebit hoc priuilegium, vt præferatur, demum ex Aretin. in allegato conſil. 32. probat, ſecundam vxorem non indigere prælatione in dictis bonis, cum vendicare poterit illas extantes res vti ſuas, & ſic ſolo iure communi vtitur per text. in §. 1. authent. vt exact. inſtan. dot. verſ. hinc enim, & in rem, & per alia iura, ex quibus, in ſequenti verſic. deducit, quod ſi ſecunda vxor res per veram æſtimationem exiſtimatas in dotem dederit, tunc in illis prælationem non habebit cum per talem æſtimationem dominium illarum trãslatum fuit
1655 † in maritum, gloſ. in d. l. in rebus in verb. æſtimatę, Cod. de iur. dot. vbi Bald. & Salicet. ideo pro his rebus agendum erit hipothecaria, in qua prælatio non dabitur abſque ſpeciali priuilegio dict. leg. aſſiduis, §. exceptis, & in §. in duabus, & l. 2. C. de priuileg. fiſc. itaque in his rebus ſecunda vxor nullam habebit prælationem, Hæc Mantica.

Tu autem lector ingenioſè clarius prædicta explicabis diſtinguendo infraſcriptos caſus, nam aut res datæ in dotem, inæſtimatæ datæ fuerunt, & tunc caſus ſine difficultate pertranſit, quia omni iure ſecunda vxor illas
1656 † extantes vendicabit, vti domina, & in hac vendicatione, recuperationeq. nequaquam mulier indiget prælationis auxilio; cum ſit vera domina, & cuique in re ſua præfertur d. l. in rebus, vbi gloſ. & Doctor.

Aut verò datæ fuerunt æſtimatæ, & tunc ſubdiſtin-
1657 gue, nam aut æſtimatio fecit emptionem † ad text. in l. quoties, C. de iur. dot. l. cum dotem, C. eodem l. litis æſtimatio, ff. pro empt. l. ex conuentione. C. de pact. cum alijs concord. modo vt poſt Ioſeph Ludouic. deciſio. Peruſin. 10. & deciſ. 89. latius, & exactius explicat Barboſ. in l. æſtimatis cum l. ſequen. ff. ſolut. matrimo. vbi multipliciter declarat, ac Couarruu. citandus, & tunc, ſi æſtimatio cum ſuis requiſitis fecerit emptionem, dominium transfertur in maritum, vt ſuperius probatum eſt, & cõſequenter ſecunda vxor per ſolam hipothecariam tanquam non dominam dictarum rerum nequaquam habebit prælationem, vt receptum dicunt omnes in præcicitatis iuribus, & in ſpecie in d. l. quoties, & l. cum dotem ac in d. l. in rebus probantque, poſt infinitos alios, Auditor Peruſ. & Barbo. vbi ſup. ac Couar. practicar. qq. cap. 28. toto.

Modificatur hic primus caſus, vt non procedat, quã-
1658 do maritus, vel hæredes eius tempore reſtitutionis dotium non eſſet ſoluendo, quia illo tunc venditio, quæ ex æſtimatione facta fuit irritabitur, & mulier poterit res æſtimatas vendicare, cum præſumatur illas ſemper remanſiſſe dotales, ad text. in d. l. in rebus, vbi glo. in ver. æſtimatæ in fine, & probarunt Salicet. ibi Nouell. de dot. par. 8. priuil. 7. Ant. Gomeſ. in l. Tauri 50. num. 44. in fine Baptiſta de S. Blaſ. de priuileg dotal. cent. 2. num. 13. Purpur. in d. l. ex conuentione à num. 48. Pinell. in l. 1. C. de bon. matern. parte 3. num. 15. Maſcard concluſ. 619. ad finem, quos probat Barboſ. in dict. l. æſtimatis, num. 26.

Extenditur modificatio, vt procedat etiam ſi maritus à principio in conſtitutione dotis, & harum rerum æſtimatarum conſignatione erat inops, & non ſoluen-
1659 do, illa ratione, quia ſi inopia † mariti reuocat venditionem ex æſtimatione formali ſubſequutam à fortiori illam impediet à principio, ad text. in l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui. Cremenſ. ſing. 19. Bald. Salicet. Iaſ. Dec. Roger. Soccin. iunior Roland. & alij, quos probat Rimin. iun. in princip à num. 53. inſtitut. quib. alien. lic. vel non, citatque hos Barboſ. in d. l. æſtimatis, num. 26. & ante eum Auditor Peruſin. citata deciſio. 89. num. 7. quicquid in contrarium adducant Couarru. citato cap. num. 8. Auditor Peruſin. & Barboſ. in proximis citatis locis, qui licèt ſingulariter loquantur, & benè, tamen
1660 extenſionem velim intelligas durante † inopia mariti, vel hæredum vſque ad tempus reſtitutionis dotium, quia ſi tempore conſignationis erat pauper maritus, & tempore reſtitutionis eſſet ſoluendo, nulli dubium eſſet, opinionem Couarru. & ſequacium præcitatorum eſſe veriorem, eò quod maritus ſoluendo æſtimationem factam liberaretur, vt clarè, & apertè probant præcitati authores, & præcipuè Couarr. ſed ſi inopia ſuperexiſteret tempore reſtitutionis, ijdem Doctores non negant
1661 † dari vtilem vendicationem, vt expreſsè ſupponunt

omnes

omnes authores citati, tam in modificatione, quam in
extenſione,& expreſſius Barbo.d.num.26.in fine,in his
videndus Amat. Rodriquez de priuileg. creditor. parte
1.artic.1.num.18.& ſequent. aliqua ad materiam con-
gerens.

Aut & ſecundò, (vt ad ſecundum caſum ſubdiſtin-
1662 ctum perueniamus) æſtimatio non fecerit † emptio-
nem,modo vt inter alios docent Couarru.d.cap.28.Pe-
ruſin.dd.deciſio.11.& 89.latiuſque Barboſ. in d.l. æſti-
matis,& tunc indiſtinctè ſecunda vxor per vtilem vendi
cationem præfertur filijs primi matrimonij,vt ex præci-
ratis iuribus,& Doctoribus receptè, & communiter fir-
matur; reliqua ſuper rebus æſtimatis in dotem datis la-
1663 tè poſt præcitatos congerit† ſubtiliter,& ſingulariter
declarando,Barboſ.in d.l.æſtimatis omninò in occurrē
ti conſulendus, & quando æſtimatio faciat emptionem
idque qualiter cognoſcatur vltra citatos authores,docet
Stephan.Gratian.diſceptat.forenſ.tomo quinto, capit.
826.num.73.& ſequen.& latius cap.826. num.56.62.
& 70.

Limitatur ſecundò (vt ad limitationes reuertamur,)
quando dos peteretur vigore legati, aut alio titulo, quā
1664 actione de dote; quia priuilegium antelationis, † ex
dict.l.aſſiduis conceſſum eſt hipothecæ,quæ ineſt actio-
ni de dote l.vnicæ,§.& vt plenius,C de rei vxor.act.& §.
fuerat inſtit.de action.nec conceditur hipothecę,pro le-
gatis conceſſæ,quę regulabitur iuxta regulā c.qui prior,
Soccin.conſil. 269.incip.pro inueſtigatione volumin.2.
num.4.Neguſant.d.part.2.memb.4.num.97. & Cardi.
Mantica,de tacit.d.lib.11.tit.26.num.45.& 46. quam
limitationem veram exiſtimo, eamque probari per tex.
in citata l.aſſiduis,C.qui pot.in pign. hab.ibi in illis ver-
bis nempè, *ſancimus ex ſtipulatu actionem,quam mulie-
ribus iam pro dote reſtituenda dedimus,cuique etiam taci
tam donauimus ineſſe hipothecam*, ecce quomodo idem
Imperator expreſſis verbis aduertendum docet, hipo-
thecam ineſſe actioni de dote, ex qua limitatione infer-
tur,quòd ſi vxor petijſſet dotes ab hæredibus viri eas in
1665 eius teſtamento† legantis vigore legati,tunc licèt ha
beret hipothecam legatis datam,ad text.in l.1. C.com-
mun.de leg.§.noſtra inſtit.de legat. tamen eā non exer-
ceret cum prælatione conceſſa ex d.l.aſſiduis,Neguſan.
vbi ſupra,immo etiam ſi petens dotes vigore legati eſſet
anterior, vtique poſtponeretur petenti alias dotes ſuper
eiſdem bonis actione de dote per text.d.l.aſſiduis, Car-
din.Mantic. vbi ſupra, nu.46. meritò mulierum Aduo-
1666 cati † actione de dote etiam in illa legata vti in peti-
tionibus debent, vt plenius mulieribus conſulatur.

Limitatur tertiò, in donatione propter nuptias,quæ
in Regno vocatur antefatū, in quo & ſi mulier habeat
tacitam hipothecam,vt notat Bald.in l.vbi adhuc.C.de
1667 iur.dot.tamen† illam habet abſque prælatione con-
ceſſa per d.l.aſſiduis,cum prælatio ſoli doti conceſſa ſit,
d.l.aſſiduis,§.vltimo,vbi caſus in terminis Neguſant. d.
2.par.membr.4.num.64.in vndecima ampliat.Cardin.
Mantica d.tit.26.num.49.Vrſill.ad Afflict.deciſio.291.
num.3.vbi ſic in Sacr.Conſil.deciſum dicit,Couarr. va-
riar.lib.1. cap.7. num.1. verſ. eodem pacto,& ante hos
Bald. Aretin.Baptiſta de Sanct.Blaſio,& Gomeſ. quos
probat Barboſ.in 6.par.l.1.ff.ſol.matrimo.num.16.ſed
quid circa bona paraphernalia,vide in Appendice, nu-
mero 115.

Modificatur limitatio,vt non procedat,ſi vxor non
ageret ad antefactum quærens illud lucrari, ſed ageret
ad illud tanquam ſibi ſpecialiter obligatum pro dote,cū
antefactum non ſolum detur propter lucra nuptialia,
ſed etiam pro maiori ſecuritate dotis,ad text.in l.fina.§.
ſancimus,C.de donat.ant.nupt.Bald.in auth. ſiue à me
1668 C.ad Velleian.& Salicet.ibi,quo in caſu† mulier agēs
non ſolum haberet hipothecam,ſed etiam prælationem
ex d.l.aſſiduis, quia iſto caſu potius agere videretur pro
dote,quam pro antefato, Innocen.Abb.& alij,quos ita
declarando ſingulariter probant Neguſant. citato pro-
ximo loco,num.65.& 66.Cardin.Mantic.vbi ſupra nu.
60.& Barboſ.dict.parte ſexta,num.26.verſic.declaran-
do tamen, conferunt quæ nouiſſimè congerit Amator.
Rodriquez de priuileg.creditor.parte.1.artic.1.nu.22.
& ſequen.

Limitatur quartò in ceſſionario mulieris, qui ſi hi-
pothecam ceſſam habebit, illam tamen non exercebit,
1669 † cum antelatione, & prælatione poſtquam antela-
tio conceſſa doti per text.d.l.aſſiduis, reſpicit executio-
nem, neque verificabitur,niſi poſtquam fuerit deuētum
ad cōflictum iudicij, ideo ſi ceſſio facta fuerit nequaquā
ipſa prælatio tranſibit in ceſſionarium,& cum hoc præ-
1670 lationis † priuilegium non ſit tranſmiſſibile, conſe-
quenter non erit ceſſibile,ad tex.& ibi Bar.in l.ex pluri-
bus ff.de admin.tutel. probat Barboſ. in l. poſt dotem,
num.57.ff.ſolut. matrim.

Sed quia video ſtudioſum lectorem conſiderantem,
difficultates, hincinde per noſtrates, ſuper hoc articulo
relatas, muſſitare, dico ſuper eodem articulo,aliter re-
ſpondiſſe Bart.in dict.l.poſt dotem, num.35. qui ſic di-
ſtinguendo reſpondit, nam aut ceſſio eſt neceſſaria ex
1671 † vtraq. parte,tunc priuilegia etiam prælationis trā-
ſeunt in ceſſionarium,ad tex.in l.fin. C.de priuileg. fiſc.
aut verò ceſſio fit ex voluntate, & tunc priuilegia ante-
lationis non tranſeunt in ceſſionarium,quam Bar. reſo-
1672 lutionem † defendunt Claud.in d.l.poſt dotem, nu.
35.cum ſequen. Angel.& Iaſon in §. fuerat, inſtitut. de
action.Afflict.deciſ.306.num.6.& 7.vbi id pro abſolu-
to refert,Caſtrenſ.conſ.222.ad finem,lib.1.Pariſ.conſi.
64.num.11.lib.4.

Attamen vtique video, quod ex præcitata diſtinctio-
ne Doctores non acquieuerūt,cum quęſtio ſit valdè du-
1673 bia, & in ea Doctores vario modo loquantur, ita vt
rectè perpendi non poſſit quę ſit verior,& communis,vt
aduertit Neguſant. de pignor. membr.4. parte 2.num.
107.ac Tiraq.de retract.lign.§.26.gloſ.1.num.81. opi-
niones tantum refert, immo vt idem Negu.notat, Alex.
in d.l. poſt dotem dicit quæſtionem hanc difficilem, &
venenoſam,ac Vrſill.ad Afflict.in citata deciſio.306.re-
fert nonnullos contra Afflict.tenentes, ipſeq. autem ni-
hil determinat.

At Neguſant.contra Bart.diſtinctionem reſpondens
ſequitur nouam alteram diſtinctionem,quam fecit Bal.
Nouellus de dot. parte 12. ex qua deſumitur concluſio
1674 quod ſi ceſſio reſpiciat † principaliter commodum
cedentis, tunc prælationis priuilegium tranſit in ceſſio-
narium, ſin autem reſpiceret principaliter commodum
ceſſionarij, ſecus.

Barboſius in d.l.poſt dotem vir in hac diſciplina, ma
gnæ lectionis, duo diſtinguit capita, & illud primò, in
quo ſcilicet ſuccedat ille, qui creditori ſoluit id,quod illi
1675 debetur,& ſi ſimpliciter† ſoluat perſonalem tantum
actionem creditori competentem acquirit, ad text. in l.

3. C.

3.C.de priuil.fiſci Ripa in l.ſi ventri,§.eorum,num.2.ff. de priuileg.credit.hipothecam autem in ſoluentem non
1676 † transſire,niſi de illa expreſsè actum fuerit, ad tex.in l.Ariſto.ff.quæ res pignor.obligar.poſſ.l.1.C.de his qui prior.creditor.& l.2.C.de iur.Reipub.libro 11.etiam ſi
1677 creditor † recipiens ſolutionem ſit fiſcus.l.4.Cod.de priuil.fiſc.Hieron.Gabriel conſ 82.num.3.& Cuiac.lib. 18.obſeruat.cap.40.ac Conſiliar. Georg. allegat.32.in principio.

Et ſi gloſ.in dict.l.Ariſto.& in l.1. citata dicat, etiam
1678 ſi actum non fuerit de hipotheca,ſoluentem † ſuccedere in illa,ſi ſoluens erat æquè creditor, licèt poſterior, ad text.in l.1.C.qui potior.in pign.hab.l.ſi pupillorum, §.fin.ff.de rebus eorum,& l.potior eſt §.fin.ff.qui pot.in pign.hab.notabiliter Fulgoſ.in l.creditor,§.pen. nume. 4.ff.eod.prox.citato titulo Crauett.conſ 582.num.2.& conſ.706.num.2.lib.4.ac Petr.Gregor.in ſintagm.iuris lib.23.cap.22.nu.2. tamen iurium prædictorum diſpoſitionem,opinionemque gloſ & ſequacium, intelligendum eſſe,dummodo poſterior creditor ſoluens ſit hipothecarius,quia tunc per ſolutionem,vel oblationem pe-
1679 cuniæ factam † priori, ſuam hipothecam corroborat,& potior fiet,etiam ſi non ſit actum, eò quod ſi non haberet ex perſona ſua hipothecam ſecundus creditor ſoluens,nequaquam per ſolutionem, aut obligationem potior erit, quo in caſu neceſſaria erit iurium ceſſiò, ita poſt Neguſan. & nonnullos alios,& ſignanter poſt Bal. in l.1.num.1.Cod.de his,qui prior.credit.notat Barbo.
1680 in d.l.poſt dotem num.61.ſed latius quando † ſecūdus creditor,aut poſſeſſor ſuccedat in locum primi proſequitur Cardin. Mantica de tacit.& ambig. conuent. lib.11.tit.28.26.& 30.per totos, & nos dicemus in materia obligationis in 2 tomo.

Secundum caput conſideratum per Barboſ. in dict.l. poſt dotem,num.62. verſ.ſuccedit,erit quando ſoluens creditori obtineret ceſſionem iurium, quia in eius locū
1681 ſuccedit,tunc † in iſto caſu indiſtinctè dicit Bart. diſtinctionem nequaquam eſſe veram ſupponentis in neceſſarijs ceſſionibus in ceſſionarium tranſire priuilegia prælationis competentia creditrici dotium; cum priuilegium hoc ſit merè perſonale, quod ſi non tranſmitta-
1682 tur, † neque ceſſibile erit per text. in allegata leg. ex
* pluribus,ff.de admin.tutor.quodque communiter teneri contra Bar.teſtatur,& iura ſcilicet,l.ſi ventri, §.eorū, ff de priuileg.creditor.& alia ad idem facientia, ex quibus probatur in ceſſionarium tranſire priuilegia credi-ditori cedenti competentia; intelligenda eſſe de priui-
1683 legijs cauſæ,& non perſonæ † competentibus,quia ſi perſonæ competunt in ceſſionarium non tranſibunt, d. l.ex pluribus & l.vnic.C.de priuil.dot.& in dote pro abſoluto,& recepto tenet Card.Mant.de tacit.libr.11.tit. 30.num.1.2.& 3.

Text.verò.in d.l.fin.Cod.de priuil.fiſci,in quo ſe fundat Bartolus,loqui dicit Barboſius,ſpecialiter in fiſco ad
1684 † hoc vt credita fiſcalia facilius ſoluantur per quemlibet,vt Bart.Salicet.Martin.Laud.Tiraq.Neguſan.& Franc.Lucan.allegatis,probat Barbo.d.num.62.qui ad confuſionem Bartoli diſtinctionis alia probabiliora cōgerit num.58.& ſeq.
1685 Diſtinctionem verò Bart.ſuperius traditam, † vltra præcitatos Authores ſequaces dictæ diſtinctionis, illam probat doctiſſim. Regens Valenzuel.conſil.56. numer. 23. ſed latius conſil.15. numero 39. quid itaque tenendum?

Ego, & ſi vix valeam diſcedere ab opinionibus do-
1686 ctiſſimi† Barboſij ſemper ab omnibus præ manibus, & in honore habendi,tamen in hac limitatione viſo eruditiſſimo Domino Regente Valenz.in citato conſil.15. authoritati cuius ſemper inhærendum, quamuis ipſe Dominus Regens, articulum non diſputet, tamen ob eius authoritatem,anſam dubitandi opinio illius Domini mihi dedit,ideò bene cōſideratis iuribus ſuperius adductis dijudicaui diſtinctionem Bart in d.l.poſt dotem,
1678 num.35. non ſolum æquiorem eſſe, ſed de iure † veriorem, & ab illa in iudicando nequaquam diſcedendum.

* Vis, & fundamentum itaque communis opinionis relatæ per Barboſ.contra Bart.& eiuſdem Barboſ. conſiſtit in diſpoſitione text.in l.ex pluribus,ff.de adminiſt.
1688 tutor. vbi ceſſio facta fuit † ex neceſſitate vtramque partem reſpiciente,& tamen prælationis beneficium,& priuilegium pupillo cedenti debitum,nequaquam tutori ceſſionario ſoluenti transfertur,reliqua iura,quę Barboſ.congerit non ſic ſtringunt.

Fundamentum autem,quo probatur opinio Bar. deſumitur ex text.l.fin.C.de priuileg. fiſci,& ex l. ſi ventri, §.eorum,ff.de priuileg.cred. cum in d.l.fi.probetur pri-
1689 uilegium huiuſmodi prælationis † transferri in ceſſionarium ſoluentem fiſco,& in d.§.eorum expreſsè per Vlpian. Conſultum ſtatuitur, illos priuilegium antela-
1690 tionis habere,†quorum pecunia ad creditores priuilegiatos peruenit,ideò his iuribus conciliatis omnes tolluntur difficultates.

Non autem ſatisfacit id,quod pro reſponſione adduxit Barboſius circa iura dict.l.fin.& d.§ eorum, cum di-
1691 xit legem fin.† loquutam fuiſſe ſpecialiter in fiſco,ex ſpeciali priuilegio fiſci, ad hoc vt credita fiſcalia facilius per quemlibet ſoluantur, eò quod hæc ratio conuenire poterit multo fortius dotibus,vt in ſoluentem eas priuilegia transferantur, vt facilius ipſarum ſolutio fiat, immo hæc ratio facilioris ſolutionis conſequendæ militare debet potius in dotibus,quam in fiſco,cū fiſcus ampliores habenas habeat pro ſuorum creditorum recuperatione,quam paupereculæ mulieres,ideo in hoc facilius beneficari debent,vt ſoluentes inueniantur.
1692 Text. verò in d.§.eorum † neque per reſponſionem Barboſij conciliantur dicentis loqui textum de priuilegijs cauſæ,& non perſonæ competentibus,eò quod litera eiuſdem text.violationem per hanc reſponſionem recipit, cum generaliter de omnibus creditoribus priuilegiatis loquatur quovis priuilegio antelationis fungentibus,immo in titulo ff.de priuileg.credito.tractatur de nonnullis priuilegijs perſonæ competentibus,vt in precedentibus legibus, & præcipuè in l. dabimuſque vbi de hoc muliebre priuilegio tractatur.

Idcirco,vt meum licet exiguum interponam iudi-
1693 cium, pro iurium prædictorum † conciliatione duos conſiderabo caſus,nam & primò, aut priuilegium prælationis conceditur perſonæ propter perſonam, aut & ſecundò priuilegium conceditur perſonæ propter cauſam.

* In primo caſu indubitanter procedit communis opinio contra Bart. vt priuilegium hoc perſonale nequaquam in ceſſionarium ſoluentem transferatur, illa ratione,quia finaliter contemplata eſt perſona,cui priuilegium conceditur,& finali cauſa remota,remouetur effe-
1694 ctus†cauſę,quando vna eſt cauſa finalis,ad notata in §. Affinitatis inſtit. de nupt. & meritò Papinianus conſul-

ſultus in d. l. ex pluribus negauit priuilegij prælationis
translationem in ceſſionarium, ex perſona pupilli cedē-
tis, cum priuilegium illud concedatur per leges propter
1695 perſonam pupilli, cui leges ipſæ ſuccurrunt † natura-
lem æquitatem ſecutæ ob fragilitatem, infirmitatemque
conſilij pupillarium, minorumque ætatis, ad text. in l. 1.
ff. de minor. & vt expreſſius idem Papinianus in dict. l. ex
pluribus ſubſequitur; non enim cauſæ (dicit) ſed perſo-
næ ſuccurritur, immo in tota lege nullatenus inuenitur
pupillaria bona propter ipſa eadem priuilegijs potiri,
ſed vbique pupilli perſona ob ætatis fragilitatem priui-
1696 legiatur † toto tit. de minor. ff. & paſſim in tit. de. reb.
cor. ff. quodque euidenter patet, cum pupillo ſuccurra-
tur pro quibuſcunq. bonis recuperandis, quod non erit
in ſequenti caſu.

In ſecundo verò caſu ſecus, quia canſa contemplatur
1697 † non antem perſona, quamuis perſonæ priuilegium
concedatur, & ſi cauſa contemplatur illa inſpicitur, ad
notata per Bal. in l. non verè ff. ex quib. cauſ. maior. ideo
priuilegia omnia hæc, aliaque nonnulla, quamuis mu-
1698 lieribus concedantur, tamen propter dotes † eis con-
ceduntur, vt apertis verbis ſtatuit Pomponius conſultus
in l. 1. ff. ſolut. matrim. ibi (dotis cauſa ſemper, & vbique
præcipua eſt, nam & reipublicæ intereſt dotes mulierib.
conſeruari) apertèque Iuſtin. in ſæpius citata l. aſſiduis,
C. qui potior. in pignor. habe. ibi, quam mulieribus iam
pro dote reſtituenda dedimus, & ſuperius in eodem tex.
ibi, cum penè mulieribus tota ſubſtantia in dote con-
ſtituta eſt, & ex eodem Iuſtin. Imper. in l. fin. C. ad Sena.
Conſult. Velleian. ibi, cum enim ſcimus fauore dotium,
& antiquos iuris conditores ſeueritatē legis ſæpius mol-
lire, ac vbique paſſim modo, vt latiſſimè adnotant repe-
tentes in d. l. 1. ff. ſolu. matrim. ideo ſi cauſa dotis ceſſat,
1699 † ceſſat priuilegium, vt ibi & in dd. iuribus penes oēs
adnotatur, idque facilè probatur, nam prælationis priui
legium ob dotes conceſſum mulieri nequaquam ex ten-
1700 ditur † pro alijs bonis vltra dotes, quæ mulier habe-
ret; gloſ in l. ſi ego §. dotis in verbo, ſed condici ff. de iur.
dot. Innoc. in c. ex literis de pignor. Salicet. in d. leg. aſſi-
duis num. 13 Alexa. conſil. 36. libro 6. Neguſant. citata
* parte 2. memb. 4. num. 63. verſ. & per conſequens, com-
munemque dicit Couarruu. variar. reſolut. libro 1. capit.
7. num. 1. poſt Cremenſ. Campeg. & alios per eum alle-
gatos, quos omnes probat Cardin. Mantic. de tacit. libr.
11. tit 26. num. 48. itaque concluditur priuilegium præ-
1701 lationis mulieribus † conceſſum eſſe ob dotis cauſam,
non autem ob muliebrē perſonam, ideo cauſa inſpicien
da erit, vt Bald. in d. l. non verè, & meritò Papinianus in
d. l. ex pluribus negauit priuilegij huiuſmodi translatio-
nem in ceſſionarium, cum reſpectu pupilli cauſa non
priuilegiabitur, ſed ipſa perſona, & in his terminis, in
quibus perſonæ ob cauſas priuilegiantur, recipitur diſpo
ſitio text in dict. §. eorum ex l. ſi ventri, ſuperius citata,
1702 recipiturque † recipique debet diſpoſitio l. fi. Cod. de
priuileg. fiſci, eò quod fiſcus nequaquam priuilegiatur in
huiuſmodi ob perſonam rapreſentatam per fiſcum, ſed
ob cauſam, ob quam fiſcus denominatur, nam quali-
1703 tercunque fiſcus interpretetur † cauſam hanc ſigni-
ficat, quia ſi ſequamur gloſſ. in l. in prouincijs ver. fiſca-
lis C. de numerar. & actuar. lib. 12. dicentem quod anti-
quitus penes Romanos pecunia ex tributis habita repo-
nebatur in marſupio, & cum marſupium non ſufficeret,
1704 tunc reponebatur † in fiſco, ideſt in ſacco, quod &
Imperatores obſeruarunt, cum autem poſtea, neque
ſacci ſufficerēt, repoſita fuit pecunia in quadam domo,
quæ vocabatur ærarium, quia ſcilicet æs, ideſt, pecunia
in ea reponebatur, quam gloſę traditionem probāt om-
nes in d. l. in prouincijs, Salicet. in rubr. num. 1. C. de pri-
uil. fiſc. Platea in rubr. C de iur. fiſc. Alciat. & alij relati
per Boſ. de fiſco, & priuileg. eius in principio, aut fiſcus
1705 dicatur quia fidelis pecuniæ † cuſtos dicitur, vel quaſi
fixus, & firmus, vt tradit gloſ in rubr. C. de iur. fiſ. lib. 10.
ſed vt verius dicemus, certum eſſe penes Romanos anti-
quos conſtitutum fuiſſe ærarium publicum in ęde Satur
1706 ni, † vt in eo publicæ pecuniæ reponerentur, modo,
vt docet Alexan. ab Alexand. Genial. dier. lib. 2. capit. 2.
translatoque demum Imperio in Auguſtum remanſit
vtique antiquum ærarium, aliudque nouum additum
fuit, in quo reponebantur pecuniæ, quæ ad principem
pertinebant, idque ærarium peculiari nomine fiſcus ap-
pellatum eſt, quod inobſcurè probatur in l. benè à Zeno
ne, C. de quadrien. præſcript. colligiturque ex Plinio iu-
niore in Panegirico ad Traianum, adnotant Alciat. de
magiſtr. ciuil. num. 16. Brecheu. in l. inter publica num.
12. & num. 22. ff. de ver ſignific. Catell. Cotta in memo-
rial. ver. fiſcus. 1. Corraſius lib. 6. Miſcell. cap. 16. num. 3.
& Reuard. videndus libro 4. variorum, cap 4. aut fiſcus
1707 dicatur à fiſcenis † vel fiſcellis ſparteis vtenſilibus, ad
maiores ſummæ pecunias capiendas deſtinatis, quia ma
ior ſumma pecuniæ dicitur fiſcalis, quam priuata, vt ex-
plicat Aſconius Pedianus in commentar. ad Ciceronem
in 2. Verrina; vel quia demum Imperatores diuiſis pro-
1708 uincijs duo conſtituerunt æraria, † vnum publicum,
in quo reponebantur pecuniæ principaliter ad publicas
neceſſitates deſtinatę, alterum priuatum, in quo repone-
bantur pecuniæ deſtinatæ ad priuatam principis vtilita-
tem, idque peculiari nomine fiſcus appellabatur, vt col-
ligitur ex d. l. bene à Zenone Reuar. dict. cap. 4. ad finem
Spartian. in vita Adriani Budeus in rubr. ff. de offic. quę-
ſtor. & Alciat. in d. l. inter publica; ſed quicquid dicant
præcitati Authores, & alij relati per Barbo. in d. l. 1. par.
7. ff. ſolut. matrim. à num. 7. qui omnia prædicta conge-
1709 rit, hodie principes † in eorum ærario indiſtincto ſi-
mul reponi faciunt omnes pecunias, & redditus, illoſque
in vnum confundunt, & dictæ pecuniæ ſic repoſitæ, illa-
rumque ærarium, ſeu conſeruatorium dicitur fiſcus, vt
idem Barboſ. loco citato numero vndecimo, verſi. cæte-
rum, reliqua congerit Peregrin. de iur. fiſci in ingreſſu
tractat.

1710 Si enim fiſcus propriè dicitur pecunia † principis,
qualitercunque in ęrario repoſita, illa tātum dicitur pri-
uilegiata, (cum per diuitias fiſcales, defenditur reſpu-
blica ab hoſtibus, & alię communes parantur vtilitates)
non autem locus in quo principis pecunia conſeruatur,
itaque intelligitur text. in d. l. fin. C. de priuileg. fiſci, illa
ratione, quia cauſa fiſcalis dicitur priuilegiata, nō fiſcus
1711 † interpretatus locus, in quo fiſcalis pecunia reponi-
tur.

Concluditur itaque pro intellectu præcitatorum iu-
rium, quod ſi priuilegium datum ſit perſonæ propter
perſonam, illud in ceſſionarium non transfertur ad tex.
d. l. ex pluribus, ff. de adminiſtr. tut. ſin autem detur per-
1712 ſonæ † ob cauſam. tunc transfertur ad text. d. l. ſi vē-
tri, §. eorum, ff. de priuileg. credito. & d. l. fin. C. de priuil.
fiſci, & conſequenter prælationis priuilegium mulieri
conceſſum, tanquam dotis cauſa datum transfertur in
ceſſionarium, adhibita Bartoli citata diſtinctione in d.
l. poſt dotem. Nec noſtræ huic concluſioni aduerſatur,

vel

vel obſtabit tex.in §.his conſequens,verſ.vnde volumus auth.de æqualit.dot.vbi muliebris fragilitas in conſideratione ponitur;cum ſtatim Imperator ibi ſubijciat cauſam dotis,ibi,minui autem dotes,ex quo text. probatur noſtra concluſio,videlicet mulieri competere priuilegiũ prælationis ratione perſonę,ſed ob dotes,vt in terminis, ne particularis deſit authoritas probat Adrian.Neguſa. reſponſ.5.num.19.& reſponſ.327.num.18. imò & priuilegium hoc cauſæ dotali conceſſum dixit Gomeſ.in §. fuerat,num.36.licet non benè cum perſonæ fuerit conceſſum ob cauſam,meritò nonnulli contra Gome.reſpõderunt,quos citat,& probat Amat.Rodriq.de priuileg. credit.par.1.ar.1.nu.16.quæ omnia conſiderabis lector amice,& deinde cogitabis.

Et vt nihil intactum omittatur, dum Bart.in d.l.poſt dotem,num.35.ff.ſolut.matrimo.volens in ceſſione neceſſaria ex vtraque parte transferri ius prælationis, ſubdit hæc verba,ſi neſcires exemplificare venias ad me, tu lector ingenioſe omiſſis declarationibus Alexa. & aliorum ſuper hac non expoſita exemplificatione per Bart.
1713 dicas ceſſionem † ſemper dici neceſſariam ex parte vtriuſque, quando ſolutio fit per ſecundum creditorem ad terminos l.fi.C.ſi antiq.cred. vel per omnem poſſeſſorem etiam iniuſtum, aut per alium intereſſe habẽtem ſuper re obligata creditori,aut qualitercunque intereſſatus eſſet ſoluens,tunc diceretur ceſſio neceſſaria, vt colligitur ex ſingulariter notatis (alijs omiſſis) per Sigiſm. Scacciam de commerc.& camb.§.2.glo.5.à nu.81.cum multis ſequent.& per doctiſs. Conſiliar. Georg.allegat. 39.num.13.& ſeq.

Extenditur tamen noſtra concluſio,vt illa tantò fortius procedat quando tractaretur de præſumpta duorũ
1714 inſtrumentorũ prioritate,quo in caſu anterius†iudicabitur inſtrumẽtum dotis ex communiter traditis per Doct.in d.l.1.ff.ſolut.matrimon.tunc iſtud priuilegium indiſtinctè tranſit in ceſſionarium,Bart.cõiter receptus in d.l.1.vbi Barbo.in 2.p.verſ.ampliat.2.ſic teſtatur.

SVMMARIVM.

1715 *Mulier pro dote confeſſata prælationem non habet.*
1716 *Dos confeſſata an habeat priuilegium, dicitur articulus diffuſiſſimè,& latisſimè pertractatus per authores, ideo diſcusſione indiget.*
1717 *Confesſio de dote recepta,præiudicat marito confitẽti.*
1718 *Confesſio probat etiam realem numerationem.*
1719 *Dos confeſſata reſpectu mariti habet priuilegia dotis numeratæ.*
1720 *Statutum loquens de dote data procedit etiam in confeſſata in præiudicium confitentis.*
1721 *Confesſio de dote recepta non ſolum præiudicat marito confitenti,ſed etiam eius hæredibus.*
1722 *Confeſſio de dote recepta præiudicat marito confitenti etiam intra legitima tempora opponendi exceptionem non numerat.dotis,niſi opponeret exceptionẽ,& 1423.*
1723 *Confesſio mariti de dote recepta præſumitur vera receptio,ſi maritus infra legitima tempora non oppoſuerit exceptionem non numeratæ dotis.*
1724 *Exceptione non numeratæ dotis propſita per maritum, onus probandi receptionem incumbit dotanti.*
1725 *Exceptionis non numeratæ dotis tempore elapſo confesſio mariti præiudicabit.*
Confesſio mariti de dote recepta, elapſo tempore opponẽdi exceptionem non numer.dotis præiudicat, ibid.
1726 *Exceptioni non numeratæ dotis,ſi fuerit per maritum confitentem renunciatum tunc,& ſi maritus exceptionẽ oppoſuerit ad huc confesſio præiudicabit contra numer. 1727.conciliatio num.ſeq.*
1728 *Exceptioni non numeratæ dotis,ſi fuerit ex interuallo renunciatum per maritum confitentem,confesſio præiudicabit, licèt maritus oppoſuerit eandem exceptionem, ſecus ſi incontinenti renunciatam fuiſſet,& 1729.*
1730 *Confesſio de dote recepta præiudicat marito confitenti recepiſſe ante contractum matrimonium,ſi exceptio non numeratæ dotis intra legitima tempora,non fuerit propoſita.*
1731 *Confesſio de dote recepta dijudicatur præiudicialis marito confitenti duobus temporibus conſideratis, nempè tempus ante contractum matrimonium,& tempus poſt contractum.*
1732 *Confesſio de dote recepta emanata ante contractum matrimonium prçſumitur facta ob cupiditatem contrahendi matrimonium, meritò marito confitenti conceditur exceptio non numeratæ dotis.*
Confesſio de dote recepta emanata ante contractum matrimoniũ,in dubio facta p̃ſumitur,ſub ſpe futuræ numerationis,& conſequenter exceptio locum habebit, ibid.
1733 *Maritus confitendo recepiſſe dotes ante contractũ matrimonium,recipit diſcuſſionem an poterit apponere exceptionem non num.dotis intra tempora,vel extra,opponendi,& ſi renunciatum fuerit exceptioni ex interuallo,vel incontinenti.*
1734 *Confesſio de dote recepta ante matrimonium contractum emanata, in quam plurimis cauſis præiudicabit marito confitenti,etiam ſi opponatur exceptio non numeratæ dotis in tempore, & qualiter.*
1735 *Confesſio de dote recepta emanata poſt contractum matrimonium,marito nullatenus præiudicabit.*
1736 *Confesſio de dote recepta emanata poſt contractũ matrimonium præſumitur animo donandi facta,quæ morte confirmaretur,ibidem in fine.*
1737 *Confesſio de dote recepta emanata poſt contractũ matrimonium cum præſumatur donatio,cenſetur ſimulata.*
1738 *Confesſio de dote recepta emanata poſt contractũ matrimonium nequaquam præſumitur animo donandi facta,ſed potius ſub ſpe futuræ numerationis, & 1739.*
1740 *Confesſio de dote recepta emanata poſt contractũ matrimonium præſumitur facta animo donãdi, ſi maritus renunciauerit excep.non nu.dot.ex mẽte quãplurimorũ.*
1741 *Præſumptio ſub ſpe futuræ numerationis,in confesſione de recepta dote etiam poſt matrimonium contractum emanata,omnem donationis coniecturam excludit.*
1742 *Maritus confitẽdo recepiſſe dotẽ poſt contractũ matrimoniũ,licèt renunciaſſet except.non numer.dotis ex interuallo,vel incontinenti in vtroq. caſu admittitur excipiendo,vt coniectura donationis tollatur, & qualiter.*
Maritus confitendo recepiſſe dotem poſt contractũ matrimonium ſi renunciauerit,ex interuallo except.non num. dotis,quamuis excludatur ab excipiendo, tamen nõ excluditur à probando exceptionem,& qualiter,ibid.
Exceptio non numeratæ dotis quando proponatur non obſtante renunciatione incontinenti,vel ex interuallo facta,& qualiter ibid.
1743 *Homines hodiernis temporibus vxores vt plurimum non ducunt,niſi cum magnis dotibus,& 1746.*
Donandi animus abeſſe præſumitur,ibid.
1744 *Confesſiones de dote recepta, vt plurimum fieri ſolent poſt contractum matrimonium.*

1745 *Lex ad ea, quæ frequentius accidunt adaptatur.*
1746 *Matrimonia magnis dotibus contrahi ſolent.*
1747 *Confeſſio de dote recepta ſi poſtponatur promiſſioni de dote, etiam ſi facta fuerit poſt contractum matrimoniũ præiudicabit omninò.*
Dos confeſſata poſt promiſſionem de illa factam, priuilegia dotis habebit, ibid.
1748 *Confeſſio de dote recepta ab extraneo dotante, donationis coniecturam excludit.*
1749 *Confeſſio de dote recepta ſub ſpe futuræ promiſſionis, omninò præiudicat marito, & qualiter exemplificetur, modifica, num. 1751. & 1752.*
1750 *Exceptio non numeratæ pecuniæ ceſſat, quando confeſſio fit ſub ſpe futuræ promiſſionis, qua ſubſecuta dicitur impleta cauſa confeſſionis.*
1751 *Confeſſio facta poſt contractum matrimonium de dote recepta ab vxore, vel ab alio, vxoris nomine; vel ipſa conſentiente, etiam ſub ſpe futuræ promiſſionis, marito non noceret, & qualiter agendum, & 1752.*
1753 *Confeſſio de dote recepta facta ſub ſpe promiſſionis ſubſecutæ poſt elapſa tempora opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ omninò, & indiſtinctè præiudicabit marito, & eius hæredibus.*
1754 *Confeſſio de recepta dote facta per maritum nocebit, etiam eius creditoribus iuxtà terminos l. aſſiduis C. qui pot. in pign. hab. de veritate verò, num. ſeqq.*
Dos confeſſata habebit priuilegia dotis numeratæ, ibid. de veritate numer. ſequentibus.
1755 *Dos confeſſata, an priuilegijs veræ dotis nitatur, ſatis controuertunt Doctores, ideo author articulum examinat.*
1756 *Confeſſio de dote recepta facta per maritum; non præiudicat creditoribus intra tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis.*
Creditor nomine ſui debitoris opponit exceptionem nõ numeratæ pecuniæ, ibid.
Exceptio non numeratæ pecuniæ opponitur per creditorẽ, ibidem.
1757 *Creditor mariti non auditur aduerſus vxorem petentẽ dotes confeſſatas, poſt elapſa tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, contra, nu. 1758. de veritate in ſequentibus.*
Confeſſio dotis receptæ præiudicat creditoribus mariti poſt elapſa tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, ibid. contra nu. 1758. de veritate in ſeqq.
1758 *Confeſſio dotis receptæ facta per maritum, etiam elapſis temporibus præſtitutis ad opponendum exceptionẽ non numeratæ dotis, creditoribus mariti non præiudicat 1759. 1760. & 1761.*
1761 *Exceptionis non numeratæ dotis renunciatio facta per maritum eius creditorib. non nocebit, de verit. n. 1790.*
1762 *Intellect. text. auth. ſed iam neceſſe, C. de donat. ante nup. & ſeq. & num. 1769.*
Confeſſio dotis receptæ præiudicabit creditoribus confitẽtis, elapſo tempore præſtituto ad opponendum exceptionem non numeratæ pecuniæ. ibid. cum multis ſeq.
1763 *Fraudis ſuſpicio non eadem conſideratur in confitendo dotem, quæ erit in confitendo augumentum dotis.*
1764 *Dos ſolet ab initio conſtitui, augumentum verò dotis ſecus.*
1765 *Confeſſio dotis receptæ iudicatur veroſimilis cum ſoleat dos à communiter accidentibus promitti, & ſolui.*
Dos poſtquam promiſſa eſt, non ſolet augeri, ibid.
1766 *Dotis, vel ipſius augumenti, inſtitutio differunt.*
Fraus potius præſumitur in conſtitutione augumenti dotalis, quam in conſtitutione dotis, dicto num. 1765. & 1766.
1767 *Bartolus, & cæteri communiter confutantur tanquam malè perpendentes tex. in auth. ſed iam neceſſe, C. de donat. ante nupt.*
1768 *Confeſſio dotis receptæ per maritum facta nulla præcedente dotis conſtitutione, creditoribus non preiudicaret.*
1769 *Confeſſio recepti augumenti dotis, aut receptæ dotis præiudicat creditoribus contrahentibus poſt emanatam confeſſionem, ſecus ſi ex manifeſtis indicijs conſtet de fraudulenta confeſſione, num. 1770.*
1770 *Intellect. text. l. penul. C. de non numerat. pecun. verſi. deinde tex. & nu. 1771.*
1771 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, opponitur per creditores intra legitima tempora etiam ſi debitor non oppoſuerit, ſecus elapſis temporibus, & 1772.*
1773 *Text. l. aſſiduis ad fin. C. qui pot. in pign. hab. & leg. in contractibus, C. de non num. pecun. in princip. ac §. ſi autem collat. 7. Auth. de temp. non ſolut. dot. expenduntur & declarantur, 1774. & ſeq.*
1775 *Exceptio non numeratæ pecuniæ poterit proponi, & probari tam per principalem debitorem, quam per eius creditores, etiam elapſis temporibus præſtitutis ad ipſã opponendum, aduerſus mulierem petentem dotes confeſſatas, vel contra quemlibet, & 1766. contrarium, num. 1777. de veritate numer. ſeq.*
1777 *Exceptio non num. pecuniæ, non opponitur poſt tempora elapſa, etiam ſi opponens velit aſſumere onus probandi pecuniam non numeratam, contrariam opinionem veriorem, & receptiorem dicit author, num. 1778.*
1779 *Pecuniam non fuiſſe numeratam qualiter capituletur, & probetur remiſſiuè.*
1780 *Debitor quilibet, aut alter ſuo nomine indiſtinctè poterit probare exceptionem non numeratæ pecuniæ, etiã elapſis temporibus poſt tamen ſolutionem factam.*
1781 *Leges dicentes, exceptionem non numeratæ pecuniæ opponi non poſſe temporibus præſtitutis ad ipſam opponendam elapſis, intelliguntur quando onus probandi illam eſſet creditoris, non debitoris.*
1782 *Creditores mariti temporibus elapſis excipere non poſſunt de non numerata dote, quod procedit ſi promisſio dotis præcedat, nu. 1783.*
1783 *Confesſio dotis receptę præiudicabit creditoribus viri etiam infra legitima tempora opponendi exceptionem numeratæ pecuniæ, ſi eiuſdem dotis promisſio precedat, & onus probandi illam transferretur in mulierem, & num. 1784.*
1785 *Promisſio dotis ſolet per capitula matrimonialia præcedere confesſionem de ipſa dote.*
1786 *Confesſio de dote recepta poſt lapſa tempora excipiendi de non numerata dote, præiudicat tam marito, quam creditoribus, vel tertio poſſeſſori, etiam ſi dotis promiſio non præceſſerit, declaratur hæc opinio, num. 1787.*
1788 *Donatio an præſumatur per renunciationem exceptioni non numeratæ pecuniæ factam per maritum, articulus eſt ſatis dubitabilis, & 1789.*
Confesſio dotis receptæ, an præiudicet creditoribus viri, ſi renunciatum ſit per ipſum maritum exceptioni non numeratæ dotis articulus ſatis dubitabilis iudicatur, ibidem, & 1789.

1790 *Exce-*

1790 *Exceptioni non numeratæ dotis, ſi fuerit per maritum renunciatum, intra tempora conceſſa ad opponendum nequaquam creditoribus renunciatio præiudicabit, cum poterit illi opponere in dicto tempore, ſecus elapſis temporibus ad opponendum num. 1792.*

1791 *Renunciatio tacita plus iuris operatur, quam expreſſa, & qualiter, ac plus poteſtatis eſt, quam expreſſa.*

1792 *Exceptioni non numeratæ dotis renunciatio facta per maritum, elapſis temporibus ad ipſam opponẽdum præſtitutis, præiudicat creditoribus.*

1793 *Confeſſio dotis receptæ non præiudicat creditorib. mariti etiam elapſis temporibus datis ad opponendum exceptionem non numeratæ pecuniæ, ſi creditores durante tempore prædicto erant abſentes, declara, ſi præcedat dotis promiſſio, aut indicium dotis conſtitutionis n. 1794. vel ſi creditores contraxerint poſt confeſſionem emanatam, num. 1795. ſubdeclara, num. 1796.*

1797 *Confeſſio dotis receptæ, ſi detegatur fraudulenta, vel ſimulata, non præiudicabit creditoribus confitentis tam anterioribus, quam poſterioribus.*

1798 *Confeſſio dotis receptæ, quibus coniecturis fraudulenta, vel ſimulata detegatur, remiſſiuè.*

1799 *Confeſſio mariti de dote recepta facta ante, vel poſt cõtractum matrimonium, ſi aliquibus coniecturis ſuper veritate receptionis nitatur, omninò præiudicabit creditoribus.*

1800 *Confeſſio mariti de dote recepta, præiudicat creditoribus, ſi vxor fuerit alimentata vti talis per maritum, cũ ex his veroſimilis receptio dotium reputetur, & 1802. cum ſequent. contra num. 1805. de veritate verò, num. ſequentibus.*

1801 *Maritus non tenetur alere vxorem, ſi ab ea dotes non recepit.*

1802 *Confeſſio iurata dotis receptæ ob præſtationem alimẽtorum factam vxori, præiudicat creditoribus viri confitentis, de veritate num. ſeqq.*

1803 *Alimenta præſtita nurui arguunt fuiſſe receptas dotes.*

1804 *Alimenta nurui indotatę non ſolent præſtari.*

Patrem non permittere eius filium nuptias abſque dote contrahere vſu receptum eſt, ibid. & 1804.

1805 *Confeſſio mariti de dote recepta, ob præſtationem alimentorum vxori factam nequaquam præiudicabit creditoribus, contrarium verius, num. 1806. cum ſeq.*

1807 *Ioſeph Ludouicus Auditor Peruſinus confutatur.*

1808 *Confeſſio mariti de dote recepta, ſi ob præſtationem alimentorum factam vxori arguat veritatem receptionis, intelligitur, dummodo per maritum non impugnaretur.*

1809 *Confeſſio dotis receptæ, eiuſdem dotis promiſſione præcedente facta præiudicabit creditoribus.*

Exceptio non numeratæ pecuniæ non opponitur per creditores, quando promiſſio dotis præcedit ipſius confeſſionẽ, ibid. dummodo tempora opponendi ſint lapſa, nu. 1810. ſed etiam intra dicta tempora confeſſionem producere effectum, num. 1811. & 1812.

1813 *Confeſſio dotis receptæ præiudicabit creditoribus viri confitentis, ſi de veritate receptionis partim appareat, aut qualitercunq; de veritate in parte appareret, ampliatur, num. 1814. declara num. 1815.*

1816 *Confeſſio dotis receptæ, quas habeat intelligentias, remiſſiuè.*

MVLIER AN PRO DOTE CONFESSATA habeat prælationem.

Limitatur quintò, principalis reſtrictio, vt illa non procedat in dote confeſſata, de qua ſi non conſtat;
1715 niſi per mariti confeſſionem, mulier† pro ea non habebit prelationem ſtatutam ex citata l. aſſiduis Cod. qui pot. in pign. hab. per eundem text. ad finem in ver. datæ vbi gloſ. quam receptam aſſerit Socci. in l. 1. ff. ſolut. matrim. nu. 87. ſequuntur innumeri, quos congerit Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gloſ. 6. num. 14. & deciſum dicit Miſing. cent. 1. obſeru. 61. Iaſ. Cagnol. Maſcar. Guttier. & Valaſc. quos citat Barb. in 6. p. l. 1. ff. ſolu. matr. nu. 25. verſ. ſuccedit igitur, ac alij innumeri, quos ſciens prætereo, & ſignanter Meirer. de pign. lib. 2 de priuil. cred. tit. 51. num. 38. & Amator. Rodriquez de priuil. credit par. 1. artic. 1. num. 28. & ſeq. qui breuibus ſe expediunt.
1716 Sed quia articulus latiſſimè, & diffuſiſſimè tractatur per Doctores, & ſignanter per Nouell. Card Mant. Menoch. & Barb. inferius citandos, & proinde diſcuſſione indiget, ſed non tali, quam prætermiſit Neguſ. in ſæpius citato memb. 4. p. 2. nu. 76. verum, vt moris notabiliora, & neceſſaria tantum referam; ideò ſequutus ordinẽ Nouelli de dote, num. 3. in fine ac num. ſeq. Neguſantij, ac Barboſij vt ſupra citatorum duos cõſtituam caſus, quorum ille prius conſtituetur ſcilicet, vtrum prædicta confeſſio præiudicet marito, ſecundus an præiudicet creditoribus mariti.

Quo ad primum firmabitur concluſio, quod confeſ-
1717 ſio de dote recepta præiudicabit marito† iuſta regulam, l. generaliter, C. de non num. pec. & in terminis ſẽtit glo. in l. 1. C. de dote cauta non numerata, cum con-
1718 feſſio probet etiam realem numerationem, †ad text. in l. pecuniæ, & ibi Bald. C. de ſolut. & l. fin. ff. de inſtitor. action. dos enim confeſſata reſpectu mariti habebit pri-
1719 uilegia † dotis numeratæ, gl. in l. exigere dotem, ver. ✱ dotale, ff. de iudici. vbi Ang. de cõmuni teſtatur Nouell. de dote d. p. 10. num. 4. contra Bal. in l. 1. C. de priu. dot. Bulgari. in l. 1. ff. ſolut. matri. nu. 47. Affli. deciſ. 402. nu. 12. Neguſ. d. num. 76. in 1. caſu, adeo quod ſtatutum lo-
1720 quens in dote data procedit † etiam in dote confeſſata, quatenus ad præiudicium confitentis pertinet, Bart. conſ. 132. Cagnol. in l. 2. nu. 22. C. de pact. inter empt & vend. Cachera. deciſ. 20. nu. 10. quæ concluſio procedit,
1721 etiam reſpectu hęredum† mariti ad tex. in auth. quod obtinet, C. de probat. Crauet. Nouell. Neguſ. Bellon. & Menoch. quos cum alijs præcitatis congerit, & ſequitur Barboſ. in d. l. 1. ff. ſol. matr. par. 6. nu. 26. cui concluſioni conſentiunt omnes citandi authores, ſed adhibeas diſtinctionem temporum, modo, vt inferius num. 1730. & ſequent. dicetur.
1722 Ampliatur concluſio, vt procedat etiam ſi † maritus fuerit intra legitima tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, de quibus temporibus in l. fin. cum auth. ſequent. C. de dot. caut. cum non præſumatur; maritum non recepiſſe dotes, niſi ille intra eadem prædicta legitima tempora opponeret exceptionem non numer.
1723 dotis, qua †non oppoſita prẹſumptio erit contra maritum, ad tex. in l. ſi ex cautione, C. de non num. pecu. ibi (oppoſita exceptione,) antequã enim exceptio opponatur ſemper confeſſio marito, & eius hæredibus præiudicabit, Angel. & Ripa. quos probat Barbo. vbi ſupra, nu. 27. exceptione enim oppoſita non numeratæ dotis in-

1724 cumbit onus probandi † dotanti de numeratione dict.l.ſi ex cautione,probantq. Bar.in l. aſſiduis,nu:21. Cod.qui potior.in pignor.habean.Fulgoſ.Riminald. & Nouell. quos ſequitur Barboſ. vbi ſupra, nam ſi dictum
1725 tẽpus ſit elapſum,confeſſio † præiudicabit,ad tex. in auth.quod locum,C.de dot.caut.non num.Affl.d.deci. 402.n.11.& 12.Guid. Pap.Baptiſta de priu.dot.Anch. Roland.Gozadin.Crauett.& Fulgoſ.quos probat Barb. dict.num.27.itaque intelligendus erit Cardin.Mantica, de tacit.conuent.libro 11.titul.20.numer.4.& pro ampliatione addo Menoch. latiſſimè hanc materiam tractantem de præſumpt.libro 3.præſump.12.num.19. & idem Cardin.Mantica loco citato, num.9.vbi in terminis loquitur, ſatis ſuper hac materia confuſè loquuti ſunt Doctores.

Subampliatur ampliatio, vt procedat etiam ſi maritus intra tempora conſtituta ad excipiẽdum de non numerata dote,oppoſuerit exceptionem, dummodo maritus in inſtrumento dotis renunciauerit dictę exceptioni,
1726 quia cum prædictæ exceptioni renunciauerit† renũciatio nocebit,ad text.in l.pen.Cod.de pact.in terminis gloſ.in l.fin.ver.vel C.de dot.caut. Bart. in d. l. aſſiduis, num.11.Gozadin.conſil.42.num.13.& Menoch. conſ. 7.num.8.lib.1.

Contrarium verius dixit gloſ.in d.l.ſi ex cautione, C. de non num.pec.Portius,& plures alij relati per Rebuffus,& Caballin.quos citat Barb d.loco ante nu.28.adeo quod ex Speculat.& Bald.refert confeſſionem dotis per
1727 maritum factam eidem†non nocere intra conſtituta tempora,etiam ſi faciat pactum de non opponendo exceptionem non numeratæ dotis,ex qua Speculator. & Bal.concluſione fortificantur dicta per Card.Manti.loco proximè citato;& hæc 2.opinio probatur per text.in l.doli,§.diuerſum.ff.de nouat.
1728 Concordantur opiniones,nam prima opinio† procedit, quando renunciatio facta fuerit ex interuallo ex ſententia Bar.& aliorum in d.l.ſi ex cautione Socc. in d. l.1.ff.ſolut.matr. nu.76. ſecunda verò opinio procedit, quando renũciatio fieret incontinenti, & ſic in eodẽ in-
1729 ſtrumento,quia tunc renunciatio non noceret†ex ratione d.l.doli,§.diuerſum & l.ſi mulier 2.C.ad Velleian. ita concordant,Socci.vbi ſupra Bolognet.in eadem l.1. num.252.Nouell.vbi ſup.nu.25.Ant.Gomeſ.in l. tauri 50.nu.52.Valaſc.conſult.5.nu.12.& Barboſ. vbi ſupra, nu.28.qui prædicta congerit,idemq. probant Menoch. d.præſump.12.num.17.& 18.& Cardi.Mant.d.lib.11. tit.27.nu.9. ſed adhibenda eſt circa omnia prædicta tẽporis diſtinctio,vt in ſequentib. probantq. latius Carol. de Graſſ.de excep.except.43. & Muta Siculus deciſi.71. num.18.

Concluſionem autem firmatam ſuperius verſ.quoad primum,& ſic in iſto primo caſu velim intelligas proce-
1730 dere in primo tempore† ex duobus temporibus,quæ in hoc articulo conſiderauerunt authores, & ſignanter, Soci.in d.l.1.nu.70.cum mul. ſeqq.ff.ſol.matr.quem in hoc ordine ſequitur Menoc.lib.3.de prçſum.citata prçſump.12.in princ.eò quod duo conſiderantur tempora
1731 † per præcitatos authores vnum,& primũ ante contractum matrimonium,ſecundum verò poſt contractũ, ideo prędicta concluſio procedit habito reſpectu ad primum tempus, in quo cum præſumatur confeſſio facta ex cupiditate contrahendi matrimonium Port. in §. 1. num.4.ad medium inſtit.de liter.oblig.ideo conceditur prædicta exceptio,cum declarationibus ſuperius adhibi-
tis Barboſ.vbi ſupra nu 29.eò quod quando non cõſtat maritum voluiſſe donare ex illa confeſſione, in dubio
1732 confeſſio præſumitur facta† ſub ſpe futuræ numerationis, & conſequenter maritus poterit opponere exceptionem non numeratæ dotis,Specul.Io.Andr. Salicet. Aret.Ang.Alex Bar.Bal.Soccin.& Nouell.quos probat Couar.var.reſol.c.7.nu.6.verſ.eſt item hoc, ac Ruin. & Crauet.quos probat Menoch.citata præſ.12.nu.7. verſ. ſecundus eſt caſus;et in iſto tempore intrant lapſus tem-
1733 poris † opponendi, & renunciatio exceptionis ex interuallo,vt ſuperius adnotauimus, & ſi promiſſio dotis præcederet hanc confeſſionem,vt inferius dicetur,vel ſi
1734 confeſſio†fieret in inſtrumento guarentigiato;vel apparerent indicia numerationis, aut ſi renunciatum eſſet cum iuramẽto huic exceptioni ex interuallo, vel mediãte conſignatione rei immobilis, aut ſi confeſſio fieret in fraudem creditorum; vt latius proſequitur Menoc.in d. prçſump.12.à nu.17.(ſufficit enim loca tetigiſſe,vt ſtudioſo lectori ſatisfaciat, ne tractatus huiuſmodi confeſſionis compiletur) tũc in iſtis caſibus confeſſio de recepto præiudicaret.

Quo autem ad ſecundũ tempus, & ſic qñ confeſſio de
1735 † dote recepta fieret poſt contractũ matrimonium, & tunc marito indiſtinctè nullatenus præiudicare, nec modo aliquo nocere confeſſionem iſtam,reſponderunt Bulgar.Nouel.& alij relati per Rolan.conſ.74.n.1.libr. 4.& Valaſc.conſult.5.nu.3.& 15.vt adnotat Barb.d.n. 29.omiſſis opinionibus relatis per Menoc.vbi ſup.à nu. 37.licet conferant,quæ Menoc.congerit ad demonſtrãdum, quando conſtet maritum velle per talẽ confeſſionẽ donare, quę ſtudioſus lector de per ſe videre poterit, cũ nos loquamur,quando ſimpliciter maritus confiteatur,& ſic in dubio reliqua congerit Maſcard.concluſio.
1736 566.nu.8. & in dubio animo donandi† eam factam fuiſſe confeſſionem in noſtro caſu probauerunt Ioan. Andr. Bart. Aretin.Alexand. Imola Soccin.ſenior,Marian.Soccin.Nouell. Claud. Seiſſell. Abb. & Felin. quos citat Couarru.variar.reſolut.citato capit.ſeptimo,numero quarto,verſicul.primum ſicut Curt.Ruin. Bellon. & Monterent. quos congerit Menoch.vbi ſupra numer. 58. ac Paleott.deciſio.131.Mohedan.deciſio. ſecunda, numero primo, de confeſſis Caputaquenſ.deciſio.12. in manuſcript.libro primo, Creſcent. deciſio.2. de confeſſ Aretin.Gozadin.Ruin.& Natta, quos congerit, & nouiſſimè ſic in Rota deciſum dicit Hercul. Mareſcott. variar.reſolution.libro primo,capit.octauo toto,& ſubſcribit Aufrer. ad Capell.Tholoſ. deciſio.271. itaque ſi animo donandi facta fuerit ſubſequitur neceſſariò dicere, hanc donationem inter coniuges non tenere, niſi morte illa confirmetur, vt Authores præcitati proſequuntur,at talis confeſſio cum præſumatur donatio,cẽ-
1737 ſetur † ſimulata, tanquam inter perſonas prohibitas emanata ad text.in leg.qui teſtamentum cum gloſ.ff.de probation. & conſequenter nihil marito nocere debet. Bart. & alij,quos probant Guttier.Soccin.Rub.Bellon. Grat. Gozadin. Ruin. Loffred. & Crot. relati per Barboſ.in dict.ſexta parte, l. prima, numer.29. quam opinionem receptiorem dicunt, quaſi omnes nouiſſimi, & in ſpecie, Couarru.Menoch. Cardin.Mantica,& alij in-
* ferius citandi, magiſque communem in ſpecie dicit Cardin.Mantic.d.tit.20.num.7.in fine,licèt,numer.19. referat Gabrielium conſ.163.lib.2.dicentem non facile poſſe diſcerni,quæ opinio ſit verior,& receptior; ac Menoc.d.prçſ.12.dicit difficile eſſe poſſe recedi ab hac opinione

nione in forenſibus,hocque affirmat,num.66.eandem-
que probat,& receptiſſimam fatetur Molin. de contra.
diſput.439. num.9. & alij innumeri relati per Auditor.
Peruſin.deciſ.66.par.2.in principio,& per Surd. conſil.
489. in princ. vol.4. dicentes nullum reperiri contradi-
ctorem, vt Peruſ. ibi.

1738 Contrarium,& verius probauerunt † poſt Bart. ge-
neraliter loquentem in dict.l. aſſiduis, Cod. qui potior.
in pign.hab.num.11.Alex.Aretin.Felin.Rolan.Rimin.
Purpurat.& Bolognett.quos probant,& ſequuntur Co-
uarruu.variar.reſolu.lib.1.cap.7.num.4.verſi.ſed quod
etiam,quam opinionem veriorem putat,num.5.in prin
cipio,quamuis exceptioni non numeratæ dotis maritus
renunciaſſet contra Nouell. & alios citandos, & latius
probat,& ſequitur Barboſ.citato loco,num.30.dicentes
hanc confeſſionem conſtante matrimonio factam po-
1739 tius iudicandam ſub ſpe numerationis † futurę, quã
animo donandi, & conſequenter omnia dicta circa pri-
mum tempus ſcilicet ante contractum matrimonium,
procedere in iſto caſu, (quicquid dicãt Nouellus de do-
te citata parte 10.num.6.& Aretin.Alex.ac Socci.quos
ſequitur Cardi.Mantic.d.tit.20.nu.20.verſ. & hæc con-
feſſio volentes eò fortius iudicari animo donandi factã
1740 † confeſſionem, ſi maritus renunciauerit exceptioni
non numeratæ dotis,quod receptum dicit Alexan.con-
ſil.142. libro 5.) cum præſumptio, vt facta dicatur ſub
1741 ſpe futuræ numerationis omnem donationis † con-
iecturam excludat,ad tex.& ibi notata in l ſi cui.* aurũ,
ff.de ſolut.& ſi per renunciationem maritus vti excluſus
ab ea(quando ex interuallo facta fuerit)cenſetur animo
1742 donandi † confiteri, tamen vt donationis coniectu-
ra tollatur, maritus non totaliter excluditur; poſtquam
ſi incontinenti facta fuerit renunciatio, probauimus nõ
per hoc maritum excludi,vt ſupra numer.1729.per tex.
in l.doli §.diuerſum, ff.de nouat. ſin autem ex interual-
lo,quamuis excludatur ab excipiendo,non tamen exclu
ditur à probando, aſſumendo maritus ſibi onus probã-
di doté nõ fuiſſe numeratã,Salic.in d.l.ſi ex cautione, n.
17. & 23. ac ibi Coſta lim.1.nu.1.C. de non num. pec.
cum alijs reſolutionibus exactius adhibitis per Bologn.
in d.l.1.ff.ſolut.matrim.num.252.Barboſ.ead.l.1.part.
6.num.33.& Couarruu.dict.cap.7. num.5.immo idem
Menoc.citata præſump.12.nu.66.& n.77.ver.cæterum
fatetur hanc opinionem veriorem, quam ego veriſſimã
exiſtimo, cum his temporibus homines nequaquam v-
1743 xores †ducunt,niſi magnis dotibus matrimonia per-
ficiãtur,& per hoc deſumitur coniectura excludens ani-
mum donandi,quem abeſſe ſemper pręſumendum erit,
ad notata in l.cum de indebito, ff.de probat. immo, vt
frequentius accidit, ſimiles confeſſiones fieri ſolent, vt
1744 † plurimum poſt contractum matrimonium, itaque
cum ita frequentius contingat, veriſimile erit, quod de
his confeſſionibus intellexerint Imperatores in dict. tit.
1745 C.de dot.caut.non num.cum lex† ad ea,quę frequẽ-
tius accidunt magis adaptetur l.nam ad ea,ff.de legibus
vt hoc vtitur argumento.Menoc.vbi ſup. num.62. verſ.
Nec repugnat,& verſic.ſeq.& ad noſtram coniecturam
1746 ſcilicet, vt matrimonia † cum dotibus magnis con-
trahi ſoleant Mareſcott.d.cap.8.num.11.

Et ſi aliquis velit opinionem communem, (quam ir-
rationabilem dijudico) amplecti, illã tamen limitabit,
1747 quando promiſſio † dotis præcederet confeſſionem
de recepto,ad tex.in l.in contractibus §.ſed quoniam in
3.caſu,C.de non num.pecun. idque communiter teneri
teſtatur Couarr.d.cap.7.num.6.Afflict.deciſ.402. & in
articulo maioris difficultatis probabitur in ſequenti ca-
ſu reſpectu creditorum viri; idemque Cardin.Mantic.d.
tit.20.num.12.& Mareſcot.vbi ſupra nu.13. & inferius
latius probabitur.

Secundò limitabit,eam non procedere reſpectu fra-
tris,aut alterius extranei dotantis mulierem, quo in ca-
1748 ſu † vera numeratio probabitur per confeſſioné ma-
riti de recepto,Couarr.vbi ſupra num.6.verſ.eſt & alia,
Menoch.d.præſumpt. 12.num.78.verſi.cęterum,& pro
certo comprobat Barboſ.d.parte 6. num.32. verſ.illud
certum,& Cæſar Manent.deciſio.Mantuan.40. num.3.
& conſequenter nocebit confeſſio, Mareſcott. citato
cap.8.num.8.& Muta Siculus deciſ.71. num.12. & ſeq.
cum declaratione tamen, quam facit ſingulariter Barb.
d.par.6.num.48. ver.vlt.ad complementum cum num.
ſequentibus.

1749 Tertiò limitabit,quando confeſſio de recepto†facta
fuerit ſub ſpe futuræ promiſſionis, & eſt quando fit in-
ſtrumentum dotale de recepto,& demum fit inſtrumẽ-
tum mutui dependentis ab illo de recepto, vt quotidie
ſeruatur, & præcipuè in ciuitate Neapolis, quo in caſu
cenſetur facta confeſſio ſub ſpe illius futuræ promiſſio-
nis,& præſumitur facta nouatio,periculumque erit ma-
riti recipientis illud nomen debitoris, ſub nomine mu-
tui,aut cenſus,Soccin conſil.130.num.19.verſ. & poſi-
to lib.4.quem probat Menoch.d.pręſump.12.num.90.
verſ.his conſtat,comprobat Cardi.Manti.de tacit. con-
uent.lib.11. citato tit.20. num.33. ex qua promiſſione
1750 ſubſecuta ceſſabit beneficium † exceptionis non nu-
meratæ pecuniæ,quia impleta eſt cauſa confeſſionis, vt
poſt Bar.in l.pen.§.ſi vir,ibique Caſtrenſ.ff.ſol.matr. ac
poſt Abb.& Felin.probat Cardin.Mantic.d.loco,num.
33.in fine,qui num.ſeq.modificat non procedere quan-
1751 do confeſſio facta† eſſet de recepto ab vxore,quę in-
continenti,aut ex interuallo demum promiſiſſet,quo in
caſu marito non noceret, idque extendit Menoch. dict.
præſump.12.nu.91.etiam ſi dicta confeſſio de recepto
fieret cum ſocero,vel quolibet extraneo,muliere conſen
1752 tiente,& ſui reſpectu,quo in caſu † heredes mariti ce-
dendo actiones liberarentur,cum alijs declarationibus,
quas colligit idem Menoch. loco allegato,limitatio ta-
men notata ſupra num.1749.indiſtinctè procedit,quã-
do promiſſio ſubſecuta facta fuiſſet ex interuallo poſt
elapſa tempora opponendi exceptionem non numeratę
dotis, quia tunc hæredes viri abſque controuerſia tene-
1753 rẽtur†reſtituere,ita Rom.& Afflic.quos probat Me-
noch.ex mente Bar.& omnium; in citata præſumpt.12.
num.95.alia habebuntur in ſequenti caſu, aliaq. Afflic.
deciſ.323.

Secundo caſu principali, ſubnectitur concluſio,quod
1754 confeſſio de recepto facta per maritum † noceat ẽt
creditorib. mariti,iuxta priuilegium d.l.aſſiduis, C. qui
pot.in pign.hab.quam probauerunt poſt glo. & Bart.in
dict.l.aſſiduis numero 11.ac gloſſ.in l.neque. Cod. de
compenſat.vbi Fulgoſ.num.7. ſubſcribit Alexand. in d.
l.1.ff.ſolut.matrim.num.35.& conſil.90.num.quinto,
* libro 3.aſſerit communem opinionem Nouell.de dote,
d.par.10.num.12.verſ.quidam,Soccin.conſil.91.num.
1.libro 1.Ant.Rube.conſ.78.num.4.& 5. Afflict.citata
deciſ.402. Gozad. conſ.42. num.13.Ant.Gomeſ.l.50.
tauri,nu.52.Rolan.conſ.74.nu.10.lib.4. Iſern.in feud.
tit.de ſtatut.& conſuet.nu.23.& Fulgo.conſ.132.nu.1.
congerit hos Barboſ.d.l.1.par.6.nu.34.verſic.ſuccedit,

Cardin. Mantic. dict. lib. 11. tit. 27. ante num. 1. ac alij plures.

Verum ſcio contrariam opinionem defendi per infinitos alios authores, quos recenſere potius eſſet laborioſum, quam vtile idcirco, iudicaui ſatis ſufficiens eſſe
1755 congerere † ſequentes declarationes, & modificationes ac ſubdeclarationes, ex quibus non ſolum habebitur diſceptata tota huius articuli materia, ſed etiam conciliabitur vtraque opinio, articuluſque clarificabitur, poſtquam contrariam opinionem probant infiniti, cui nullum contradicere dicit Peruſin. auditor deciſ. 66. nu. 1. & 2. par. 2. & firmat Surd. conſ. 489. in princ. ſuperius citati.

Declaratur primò, concluſio prædicta, vt non procedat intra tempora conceſſa marito ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, infra quod tempus
1756 † poſſunt creditores eandem opponere exceptionẽ, ad text. in l. ſicuti, C. de non numer. pecun. & dictis temporibus elapſis creditores non eſſe audiendos aduerſus
1757 † prælationem vxoris, probauerunt Bart. Angel. & Salic. in dict. l. aſſiduis, C. qui potior in pign. hab. Alexã. Aretin. Rube. Afflict. Crauett. & alij quos refert Couarruu. variar. reſolut. cap. 7. lib. 1. num. 6. verſ. de creditoribus, Roland. conſ. 74. ſub num. 10 libr. 4. & Cæſar Manent. deciſ. citata 40. num. 2. primum caput declarationis omnes Doctor. amplecti, teſtatur Molina de contr. diſp. 440. num 3.

Quo verò ad ſecundum caput declarationis, in quo diximus creditores non audiendos contrariam ſenten-
1758 tiam probauerunt † Imol. in l. ita ſtipulatus §. Chriſogonus ff. de verb. obligat. num. 11. Roman. con. 445. & idem Roman. ac Aretin. & Angel. Aret. cum Soccin. in l. 1. ſolut. matrimon. Iaſ. in §. fuerat inſtit. de action. num. 75. & Felin. quos etiam refert Couarru. d. cap. 7. d. num. 6. verſ. in contrariam, moti ex text. auth. ſed iam neceſſe, Cod. de donat. ante nup. vbi, dote conſtituta, mariti cõ-
1759 feſſionem † de augumento dotali in rebus mobilibus factam creditoribus non nocere, ſtatuitur, quaſi in fraudem creditorum iudicatam, ac ex text. l. ſi cui. C. de non num. pecun. vbi cautum eſt, creditores poſſe vti exceptione non numeratæ pecuniæ aduerſus alium creditorem, etiam ſi debitor ea vſu non fuerit, igitur decurſis temporibus opponendæ exceptionis non numeratę do-
1760 tis poterunt † creditores eadem vti aduerſus vxorem, quamuis ea vſus non fuerit maritus intra legitima tempora, ex quibus iuribus, & ex alijs præcitati authores dicunt confeſſionem mariti de recepta dote etiam elapſis temporibus ad opponendum exceptionem de non numerata dote, creditoribus non præiudicare.

Quam ſecundam ſententiam alijs etiam adductis iuribus probauerunt Bulgarin. in d. l. 1. num. 50. & Valaſ. conſult. 6. à num. 12. & Ruin. ac Bellon. citatis ſequitur Menoch. de præſump. lib. 3. præſumpt. 13. nu. 30. ac pro recepta ab omnibus eandem opinionem ſequitur Card. Mant. de tacit. & ambg. citato lib. 11. tit. 27. num. 10. & ſeq. quãuis loquatur in confeſſione mariti emanata poſt contractum matrimonium.

Ego autem omiſſa temporũ diſtinctione, ſcilicet ante contractum matrimonium, & poſt contractum, indiſtinctè loquar, cum declarationes omnes adducendæ comprehendant vtrumque tempus, vt Menoch. d. præſ. 13. proſequitur.

Et vt ad ordinem inceptum reuertar, præallegati authores defendentes hanc ſecundam opinionem pro creditoribus, extendunt eam procedere etiam ſi tempo-
1761 ra † data ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis ſint elapſa, quia maritus ea labi paſſus ſit, vt ex Couar. d. num. 6. ver. quamobrem breui, probat Menoch d. præſump. 13. num. 31. prout extendunt etiam ſi maritus renunciauerit exceptioni prædictæ, quam exceptionem creditoribus non præiudicare; contra Butrig. Rainer. Bar. Salic. & Angel ac Caſtre. & Campeg. reſpõdiſſe verius Alex. Ang. Imol. Bened. Plumbin. & Gozad. teſtatur Menoch. vbi ſupra num. 5. vbi latius probat, & Bellon. conſ. 48. nu. 1. & 2. citato comprobat idem Menoch. allegato loco, num. 32. latiuſque defendit Cardin. Mantic. d. tit. 27. num. 12. ſed de his iterum, num. 1782. & 1788.

Tu lector ingenioſè teneas declarationem de iure veriorem, quam Molin. de contract. diſpu. 440. numer. quarto, magis receptum dicit, & proinde iura in contrarium adducta non obſtant, & primo non obſtat text.
1762 † in citata auth. ſed iam neceſſe cum text. ille procedat quando maritus confiteatur recepiſſe aliquid mobilium in augumentum dotis, poſt conſtitutam dotem,
1763 ideo non eadem † eſt ſuſpicio fraudis in confitendo dotem, quæ erit in confitendo augumentum,
1764 eò quod dos initio ſolet integraliter † conſtitui, quod ſecus dijudicabitur in augumento ſolito conſtitui ex ſimilitudine, & cautela potius, ita Couarruu. dict. num. 6. verſic. in contrariam in fine, & inter dotem, & augumentum dotis manifeſtam eſſe differentiam, circa huiuſmodi, cum à communiter accidentibus dos
1765 ſolet promitti, & ſolui, ideo confeſſio † de recepta veroſimilis iudicatur ad text. in c. inſpicitur de regul. iuris in 6. at dos poſtquam data eſt non ſolet augeri, ideo ex inſolitis facilius fraus præſumitur argu. l. 3. C. de nauicul. libr. 11. nam & ſi conſtet, vxorem dediſſe augumentum dotis in mobilibus, adhuc fraus præſumeretur, d. auth. ſed iam neceſſe, & tamen ſi conſtaret dotem datam, vel promiſſam in immobilibus, nullus dubitaret maritum,
1766 ad dotis reſtitutionẽ † eſſe obligatum, vt omnia hæc probantur per Imperat. in auth. de æqualit. dot. §. aliud quoque collat. 7. verſic. ſi autem, & verſic. quod enim ab initio, & in toto §. in quo expreſſis verbis adnotatur differentia inter augumentum dotis, & ipſam dotem circa noſtros terminos, quam differentiam adnotauerunt Couarruu. vbi ſupra, & in principio verſic. ſequentis, & prius adnotauerunt Andr. Iſernia in feud. titul. de ſtatutis, & conſuet. num 23. Dec. conſil 96. numer. 2. Bulgarin. in dict. l. 1. ff. ſolut. matrimon. numero 54. Aretin. conſil. 86. num. 3. ad finem, & Ruin. conſil. 137. num. 5. libro 4. quos omnes congerit ſubtilius expendendo more ſuo Barboſ. in dict. leg. 1. parte 6. num. 38. & 39 ex quibus, & ex diſpoſitione text. dict. §. aliud quoque, dignoſcitur, clarius ſe decepiſſe Bart. in dict.
1767 † auth. ſed iam neceſſe, ac in l. ſi conſtante numero
✱ 100. dict. titul. ſolut. matrimon & communiter alios, dicentes text. in dict. authent. ſed iam neceſſe procedere etiam in dote promiſſa, de cuius numeratione non conſtet, vt teſtantur Bellon. conſil. 47. numero quarto, Couarruu. vbi ſupra numero ſeptimo, vbi tantum refert, & Viui. libro ſecundo commun. opin. opin 69. cum patet, eos loquutos fuiſſe contra text. dict. §. aliud quoque, vt egregiè expendit Barboſius dict. numero 38.

✱ Verum opinio illa communis cum Bar. in d. authent. ſed iam neceſſe, & in dict. leg. ſi conſtante procederet

indi-

indiſtinctè, quando ab initio nequaquam fuerit dos cō-
1768 ſtituta, † ſed nulla dotis cōſtitutione apparente, ma-
ritus conſtante matrimonio ſimpliciter confiteretur, vt
idem Barboſ. num. 39. aduertit, cum eadem fraus præ-
ſumeretur in dote iſta confeſſata, quam diximus præſu-
mi in augumento, quodque comprobarunt Bulgarin. in
d. num. 54. Fulgoſ. conſ. 216. colum. 2. & Io. Baptiſta de
ſancto Blaſio de priuil. dot. cent. 2. num. 20. & nos infe-
rius latius probabimus declarat tertia, nu. 1797.
Modificatur tamen hæc reſpōſio data ad tex. d. auth.
ſed iam neceſſe, vt non procedat reſpectu creditorum,
qui contraxerunt poſt emanatam cōfeſſionem de rece-
1769 pto augumento dotis, † quia tales creditores poſtpo-
nuntur vxori, cum text. d. auth. procedit tantum reſpe-
ctu creditorum anteriorum; niſi ex manifeſtis indicijs
1770 conſtet de fraudulenta confeſſione, † ita Ioan. Fab.
Bar. Iaſ. Ang. Aret. Bal. Nouell. & Căpeg. allegatis pro-
bat Couarru. d. num. 7. & Fulgoſ. Rimin. Gozad. & alijs
citatis apertius probat Barboſ. d. 6. par. l. 1. nu. 20. verſ.
illud certum, ac comprobat Cardin. Mantic. de tacit. &
ambig. in ſæpius citato lib. 11. tit. 20. num. 37. verſ. & ſi
maritus in fine.
Deinde text. in allegata l. ſi cui, penult. tit. C. de non
num. pecun. nequaquam noſtram concluſionem per-
turbat, cum ex ea lege, tantum notetur, creditores viri
poſſe pro eorum intereſſe proponere exceptionem non
numeratæ dotis, quamuis maritus ea vſus non fuerit,
1771 † etiam inuito marito, vt adnotant ibi gloſ. Bal. Sa-
lic. & Caſtr. & expendit Rolan. d. conſil. 74. lib. 4. non
ideò infertur, creditores poſſe opponere de hac exce-
ptione etiam elapſis temporibus, per quorum lapſum,
maritus fuit excluſus, cum expreſſis verbis Imperator in
d. l. ſi cui in finalibus verbis ſtatuit; ſupponens intra le-
1772 gitima tempora hoc fieri † permiſſum eſſe creditori-
bus, idque probauerunt Salicet. ibi, ac Fulgoſ. in l. neque
num. 2. C. de compenſat. Alex. in d. l. 1. ff. ſolut. matrim.
num. 35. Bulgarin. num. 58. Ant. Rub. conſ. 78. num. 4.
Ant. Gomeſ. in l. Tauri 50 num. 52. Iſernia omninò vi-
dendus in loco ſuperius citato, num. 24. Rolan. d. conſ.
74. colum. penult. ad finem, & Valaſc. conſult. 6. num. 4.
quos probat Barboſ. d. par. 6. num. 37. verſ. non igitur,
dicens, mentem illius legis non ſatis fuiſſe perceptam à
Roman. conſ. 445 num. 10. Gozad. conſ. 28. num. 19. &
à Valaſc. d. conſult. 6. num. 14. iſtudque ab omnibus re-
ceptum, dicit Molin. de contract. diſput. citata 440. nu.
3. verſ. vbi habetur, nec negare potuit Mantic. d. tit. 27.
num. 16. & 17.
1773 Legi verò † aſſiduis ad finem. C. qui potior. in pi-
gnor. hab. & l. in contractibus. C. de non num. pecun. in
principio, ac §. ſi autem coll. 7. Auth. de tempor. non ſo-
lut. dotis; inter alios reſpondit Barboſ. in d. l. 1. par. 6.
num. 35. verſ. cui minime; dicens quo ad l. aſſiduis ad fi-
nem, ſatis conſtare dotem eſſe datam per mariti confeſ-
ſionem ad text. in l. pecuniæ. C. de ſolut. & elapſa ſint
tempora opponendi exceptionem prædictam.
Quo verò ad d. l. in contractibus, meritò dixit ibi Im-
per. ſucceſſoribus confitentis tantum præiudicare con-
1774 feſſionem, quia his indiſtinctè nocet; creditoribus †
autem confitentis non ita indiſtinctè, ſed ſeruatis decla-
rationibus adductis, & adducendis.
Quo autem ad tex. in d. auth. de temporibus non ſo-
lutę dotis §. ſi autem, illum intelligi, vt creditores etiam,
temporibus ad excipiendum de nō numerata dote ela-
1775 pſis, valeant eandem exceptionē proponere, † dum-
modo onus illam probandi ipſi creditores aſſumāt, ſci-
licet, quod dos non fuerit numerata marito, poſtquam
ex veriori, & receptiori opinione etiam marito hoc be-
neficium competere, ſcilicet probando dotem ſibi non
1776 fuiſſe † numeratam; idque eidem permiſſum, etiam
tempore opponēdi dictam exceptionem elapſo; ſtatuit
gloſ. in d. l. in contractibus ver. nullo modo, & in princi-
* pio inſtit. de liter. obliga. & communem opinionem di-
cit Fulgoſ. in l. ſub ſpecie. C. de poſtul. Soccin. conſil. 68.
num. 4. Caballin. milleloquio 673. quos probat Barboſ.
citato loco num. 36. vbi aliam ſingulariorem etiam ad-
ducit reſponſionem ad eundem text. d. §. ſi autem.
Sed quod elapſis legitimis temporibus ad opponen-
dum exceptionem non numeratæ pecuniæ non poſſit
1777 † proponi eadem exceptio, etiam ſi proponens velit
aſſumere onus illam probandi; probauerūt hoc Odofr.
Riccard. Oldrad. Iacob. Butrig. & Din. quos refert, & ſe-
quitur Alberic. in l. ſi ex cautione nu. 2. C. de non num.
pecun. Faber inſtit. de liter. oblig. num. 6. in princ. Petr.
& Bal. in d. l. ſub ſpecie, num. 2. C. de poſtul. & in l. cum
quis nu. 22. C. de iur. & fact. ignor. ac in l. ſi non ſinguli,
vbi Salicet. num. 4. C. ſi cert. pet. Imol. in c. vlt. de ſolut.
ac in c. ſi cautio, vbi etiam Felin. de fid. inſtrum. Specul.
de reſtit. in integr. §. 2. Emanuel à Coſta in d. l. ſi ex cau-
tione in vltĭma fallentia, Rimin. iun. conſil. 272. lib. 3.
num. 1. cum multis ſeq. qui alios congerit, Duaren. de
non num. pec. cap. 4. colum. 2. Iaſ. in d. l. cum quis num.
28. & in l. qui pecuniam num. 7. ff. ſi cert. pet. quem citat
& probat Marſ. ſing. 277. in fine, quorum opinionem
* veriorem, & communiorem dicit Duena reg. 261. non
ſolum de iure ciuili, ſed etiam iure canonico, & nonnul-
lis iuribus adductis; in ſpecie text. in l. in contractibus
ſuperius pluries alleg. in fine ibi, nullo modo & c. probat
hanc communem Fachin. controuerſ. iuris lib. 2. capi-
tulo 81. toto.
Attamen lector amatiſſime, non diſcedas à prima
opinione tanquam veriori æquiori, & receptiori, quam
1778 vltra ſuperius citatos authores † probauerunt Vgol.
Ioan. & gloſ. in l. generaliter, & l. ſi ex cautione, & in l. in
contractibus ſuperius citatis; Innoc. in c. quia plerique
de immun. eccleſ. Hoſt. in d. c. vltimo de ſolut. Io. Andr.
& Din. in c. locupletari in fine de reg. iur. in 6. qui dicunt
æquiorem eſſe opinionem, Petr. & Cin. in l. aſſeueratio
de non num. pecun. Bar. in d. l. ſi ex cautione in 2. lectu-
ra nume. 10. in fine, vbi hanc veritatem eſſe dicit, vbi ſe-
quuntur Angel. Salicet. & Fulgoſ. Caſtrenſ. conſ. 233.
nume. 3. lib. 2. Aretin. in §. idem iuris inſtit. de except.
Soccin. in l. 2. §. vltimo num. 8. ff. de excep. & in conſ. 68.
* num. 4. lib. 4. qui communem profitetur Iaſ. in l. 3. § iu-
rari num. 8. verſ. ſed tu caue, & in l. manifeſtæ num. 6. ff.
de iur. iur. Claud. in l. ita ſtipulatus § Chriſogonus, num.
14. ff. de verb. oblig. Dec. in l. iure naturæ, num. 5. ff. de
reg. iur. Emanuel à Coſta in citata l. ſi ex cautione in vl-
tima fall. & Emanuel Soarez in Theſaur. recept. ſentent.
in ver. exceptio de non num. pec. num. 172. qui iuſtius,
* & verius dicit hanc communem opinionem; quos om-
nes authores vtriuſque opinionis, refert Card. Mantic.
de tacit. & ambig. conuent. tom. 2. lib. 18. tit. 2. toto, qui
cōtrarijs iuribus reſpondit, & hanc receptiſſimam pro-
bat, quamuis referat plures authores ſibi contrarios; ve-
rum hanc eandem opinionem ſequuti fuerunt Anton.
Gomeſ. variar. de contract. cap. 6. num. 7. & ibi Soarez
in addit. Eguinar. Baro inſtit. de liter. obligat. Petr. Ni-
colaus Mozius de contractibus titu. de mutuo nume. 9.

Aſſi.

Affl.deciſ.110. vbi ſic in Sacr. Conſ. deciſum refert, & deciſ.402.num.12. & alij relati per Carol. de Graſſ. de excep.excep.43. Laderch.conſ.113. num.8. Peregr. in ſuo lib. varior. tract. in §. part. tit. de pact. & conuent. num.120.& ſeq.Muta Siculus tangit deciſ.71.num.20. licet contrarios congerat more ſuo Sigiſm. Scaccia de commerc.§.2.gloſ.8.nu.2. Adrian. Neguſ. reſponſ.50. num.10. & ſeq. & Cæſar Manent. conſ. 124. num. 40. quam opinionem eſſe receptiſſimam omnibus patet; at
1779 quando proponitur hæc negatiua, † qualiter probabitur,& capitulabitur, Cardin.Mantic.in d.tit.2. verſus finem, & Cæſar Manent. vbi ſupra poſt Bar. in d.l.ſi ex cautione, & d.l.in contractibus: vnum tamen notabis,
1780 quod poſt ſolutionem factam indiſtinctè † debitor, aut alius intereſſatus poterit probare hanc exceptionē, Vrſil. ad Affl.d.deciſ.110.

Leges autem, quas in contrarium allegant authores contrariæ opinionis,& quas poſt Bar in d.l.ſi ex cautione congerit latè Cardin. Mantica ac & Fachin.in locis citatis; procedere eas dixit Bart.d.l.ſi ex cautione num.
1781 12.& 13.in 2. lectura quando onus probandi † numerationem transfertur in creditorem, ſed quando illud aſſumatur per proponentem non loqui eas firmat, vt latius Mantica vbi ſupra.

His ſic explicatis (vt ad viam, ex qua digreſſus ſum
1782 reuertar)falſa etiam redditur extenſio † probata per Menoch.citata Præſ.13. num.31. quam notauimus ſuperius numero 1761.verſ.& vt ad ordinem; nam ſuperius num. 1771. verſ. deinde; probauimus creditores poſt tempora elapſa nequaquam audiendos ex text. aperto.l.pen.C.de non num. pec. veriſſimum hoc dicit Barboſ.in d.l.1.par.6.num.37.verſ. non igitur,& num. 40.& alij perplures relati per Mutam Siculum deciſ.71. num.20.latius, & exactius Surd. conſ.489. num. 36.& ſequentibus,vol.4.

Verum velim hæc intelligas quando promiſſio dotis
1783 † præcedat confeſſionem de recepto, quo in caſu ſi lapſa fuerint tempora opponendi de non numerata dote, creditores nullatenus audiuntur, Affl.deciſ.402.
1784 num. 12.qui etiam infra tempora prædicta † illos non audiri, ſi onus probandi exceptionem velint transferre in aduerſariam mulierem; firmat Gabriel.latè tit. de iur dot.concluſ.4.tota vbi infinitos more ſuo congerit, & receptum ab omnibus dicit Ruin. conſ. 183. col. pen.ad finem lib.1 & expreſſius comprobat Barboſ.vbi ſupra num.39.verſ.poterit ſanè,& num.40.toto,ac demum verſ. quinimò, vbi declarando Soccin. & Afflict. dicit ſufficere, vt dotis promiſſio præcedat confeſſionē dotis,etiam matrimonio conſtante, vt de veriori, & receptiori ibi Barboſ. teſtatur,ſed ſolitum eſt præcedere
1785 † promiſſionem per capitula matrimonialia ante contractum matrimonium, & demum eo contracto fieri confeſſionem de recepto, vt probat Vrſil. ad Affl. allegata deciſ.402. num.1. quamuis etiam poſt lapſa
1786 tempora dicat confeſſionem præiudicare, etiam † ſi promiſſio dotis non præcedat, idemque probaſſe gloſ. Bar.Ang.Speculat.Bal.Ant.de Butr. Imol.Caſtr.Gozadin.Affl.Bald. Nouel & alios, teſtatur Ant.Gabriel.de
✱ iur.dot.citata concl.4.num.8.qui hos refert, & communem opinionem dicit, ac Bart. gloſ. Aretin. Cranet. & Caputaq. citatis probat Steph. Gratian.diſcept.forenſ. tom.2.cap. 362. num. 16.& in deciſ.103. num. 18. ex quibus firmat confeſſionem de recepta dote poſt lapſa tempora excipiendi de non numerata dote præiudicare tam maritò, quam creditoribus,& tertio poſſeſſori, etiā ſi non præceſſerit dotis promiſſio, eandem opinionem probaſſe Surd.deciſ.285.Maſcard.concluſ.362.nu.8.& 9. & Theſaur. iuniorem ad deciſionem paternam 112. quem ſic pluries deciſum retuliſſe, refert Molfeſ.ad cōſuetud.Neapol.to.1.p.6 q.9.num.16.quamuis in libris meis nō inueni omnes ex allegatis per eum hoc firmaſſe; verum ex diametro contrarium probat Molin. de contract. diſput.440.nu.6. in quinta concluſione: ego
✱ autem admitterem Iſerniæ,& communem opinionem,
1787 ſi aliqua probabilis coniectura concurreret † ſuper dotis conſtitutione, ex illis, quas congerit Mantica de tacit.lib. 12.titul.14. cum dotis conſtitutio coniecturis probetur, Mantica vbi ſupra, & Gratian. deciſ. 103. in addit.nu.7. vel ſi nulla illarum coniectur. concurreret, & pariter non concurreret aliqua fraudis præſumptio, concurrente dotis veriſimilitudine, Surd.dict.conſ.489. nu.15. tunc opinio communis procederet ad notata in l.pecuniæ.C.de ſolut. Altera autem modificatio ad hāc extenſionis reuocationem ſubnectetur inferius n.1793. verſ.declaratur ſecundò.

Secundò (vt ad reſponſiones reuertamur) dubitabilis redditur ſecunda extēſio relata per nos ſuperius nume. 1761. verſ. prout extendunt, quicquid pro illa reſponderunt authores ibi citati, & in ſpecie Card.Mant.
1788 d.lib.11.tit.20.nu.20.verſ.& hæc confeſsio,† vbi ex tali renunciatione argui potius donationem firmat, & iterum tit.27. nu.12. cum contra extenſionem reſponderunt, Butrigar. Rainer. Bart. Salicet. Ang. Caſtrenſ.& & Campeg. relati per Menoch. de præſumpt. præſ. 13. nu.5.lib.3.& expreſſius Bart.in d.l.aſſiduis nu.11.Bulgarin.in d.l.1.ff.ſolut.matr.num.62. Camill.Viſitarin. num.161. & tanquam receptum defendit Bolognett. à nu.266.& ſequuntur Ant. Gomeſ. in l.tauri 50.nu.52. ac Gozadin.conſ.42. nu.13. refert Barboſ.d.l.1.par.6. nu.42. verſ.ad complementum autem materiæ, & numer. ſeq. quamuis pro extenſione reſpondiſſe etiā Mattheſ.ſing.192. Alex.Soccin.Iaſ.& Valaſc.teſtatur idem Barboſ.rationibus latè congeſtis per eundem doctiſs.
1789 virum; & renunciationem hanc † reddere confeſſionem ſuſpectam de animo donandi, vltra præcitatos authores, probant Auditor Peruſin. in ſæpius citata deciſ.66.nu.39.& Surd.conſ.489.nu.3.ſuperius allegato, qui alios congerunt, & ſi idem Surd. huic reſponſioni replicet in toto conſ. tamen negari non poterit, hanc extenſionem reddi dubitabilem.

Idcirco illam intelligas,prudens lector; vt ſcilicet re-
1790 nunciatio non noceat † creditoribus intra tempora conceſſa ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis,quia per renunciationem mariti nullo modo præiudicabitur creditoribus, cum non ſit in eius facultate præiudicium illis afferre, ad text.in l.fin.ff. de pact.& l. debitor, C. eodem, notatque ſimile Bart. in l. ſi perluſorio,§.1.nu.4.ff.de appell.non obſtante itaque renunciatione, creditores poterunt infra legitima tempora opponere de non numerata dote, vt expreſſis verbis ſic loquitur Mattheſil.citato notab.192.loquunturque reliqui ſuperius citati, probatque Barboſ.d.p.6.n.43.44. & 45. nec mirum, ſi plus iuris reſultat ex tacita renunciatione, quæ prouenit ob temporum lapſum, quam ex
1791 expreſſa, quia tacita habet fomentum legis, † expreſſa verò hominis facto tantum nititur, vt Barboſ. vbi ſupra num.44 verſ.& retenta, reſpondit, reſoluitque ibi alia contraria, & plus poteſtatis eſſe tacitam hanc renuncia-

nunciationem quam expreſsè pluribus exemplis, & me-
dijs probat Surd. d.conſ.489. num.32.verſ. & dum ali-
qui,cum alijs ſequentibus; at elapſis temporibus prædi-
1792 ctis renunciatio præiudicium † affert, & conſequen-
ter hoc in caſu admitti poterit contraria opinio, vt de
receptiori teſtatur Molin.de contract. citata diſpu.440.
num.5.in 4.concluſ.

Declaratur ſecundò principalis concluſio, vt nõ pro-
1793 cedat,creditoribus abſentibus,& ignorãtibus, † qui-
bus nullum reſultat præiudicium per temporis opponẽ-
dæ exceptionis non numeratæ dotis lapſum,eò quod illi
reſtituuntur aduerſus illud temporis lapſum, Alex. in d.
l.1.ff.ſolut. matr.num.35. Soccin. nu.90.in fine, Ruin.
conſ.185.num.3.lib.1.Gozadin.conſ.28.num.20. An-
char.iun.familiar. quæſt q.32.nu.11. Auditor Peruſin.
citata deciſ.66.nu.40. Barboſ.in d.par.6. nu.45. & 46.
articulum doctè expendens, Cardin. Mantic. d.tit.20.
num.43. & Mareſcott. variar.reſolut.lib.1.d.cap.8.nu.
20. dummodo ignorantia ſit probabilis, & iuſta,Surd.
d.conſ.489.num.36.in fine,& num.37.

Subdeclaratur declaratio, vt non procedat concur-
1794 rentibus † indicijs pro conſtitutione dotis,vel ſi pro-
miſſio de dote pręcedat confeſſionem,vt de vtraque in-
ferius dicetur.

Subdeclaratur ſecundò, vt non procedat quãdo cre-
ditores contraxerunt eorum creditum poſt confeſſionẽ
1795 dotis de recepto † emanatam, nam hoc in caſu non
reſtituuntur, cum non habeant vnde conqueri, vt ſin-
gulariter docet Surd.d.conſ.489.nu.37.vſque ad finem
conſilij.

Reſtringitur ſubdeclaratio, vt non procedat in cre-
1796 ditoribus † contrahentibus confeſſionem prædictã,
intra verò tempora opponendi exceptionem non nu-
meratæ dotis, Surd. vbi ſupra nu.39.

1797 Declaratur tertiò, quando confeſſio mariti † dete-
geretur fraudulẽta,& ſimulata,vt omnes authores præ-
citati aduertunt,quia tunc indiſtinctè, nequaquam cre-
ditoribus nocebit tam anterioribus, quam poſteriori-
bus,toto tit.ff.quæ in fraud.credit.& adnotatur per no-
ſtrates in citata auth. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante
nup.deducuntque Bar.& alij in l.poſt contractum.ff.de
1798 donat.coniecturas verò fraudis,& ſimulationis† cõ-
gerunt Cardin. Mantic. d.titu.20. num.37. Menoch.d.
lib.3.præſumpt. præſ.13.nu.26. & ſeq. deducitque Co-
uarruu.d.lib.1.variar.cap.7. probatque Audit.Peruſ.d.
deciſ.66. num.36. & alij, quos ſciens prætereo, ſed non
omitto Barboſ.in d.l.1. par.6.nu.47.verſ. denique ſub-
infertur,& num.ſequen.vbi ſingulariter de ſimulatione
agit,ac Stepha.Gratian.diſcept.forenſ.tom.3.cap.489.
num 22.idem Mantica.d.tit.20.num.27.& ſeq.

Modificantur omnes declarationes, omniaque ſupe-
rius deducta, vt ſi pro confeſſione mariti poſt, vel ante
1799 matrimonium emanata concurrerent indicia, † &
coniecturæ probabiles, tunc confeſſio prædicta de rece-
pto vera præſumeretur, etiam in præiudicium credito-
rum, Crau.conſ.40. num.4. Neuizan.conſ.57. num.8.
Menoch. conſil.7.num.10.lib.1. quos citat, & ſequitur
Barboſ. d.par.6.nu.41. verſ. illud denique, latius Surd.
conſ.citat.489. volum.4. num.7. Marc.Ant. Amat.de-
ciſ.98.num.12.in fine Mohed.deciſ.2.nu.2. de confeſſ.
Bald.Soccin. Purpur. Dec.Curt. Sen.Alex. & Ber. quos
probat & pluries deciſum dicit Mareſcot.variar.reſolut.
lib.1.cap.8.ſuperius citato nu.9. Menoch.d.præſumpt.
13.lib.3. num.19. & pro recepto ſupponunt omnes, vt
pro abſoluto,citat Stephan. Gratian.diſcept. forenſ.to-
mo 2.citato cap.362.num.17.verſ.maximè.

Inter alias coniecturas, deducunt authores præcitati
1800 nempe ſi maritus vxori præſtitiſſet † alimenta tan-
quam tali, nam ex hoc redditur veriſimile dotem rece-
piſſe, vt confeſſus eſt, quia aliàs credendum eſſet, quod
illam à domo expelleret; ad text.in l.fin.C.ad Velleian.
aut eidem denegaret alimenta, ſi abſque dote eam in
vxorem duxiſſet gloſ. in auth. de non elig. ſecund.nub.
ver.onera collat.1.ſubſcribunt Dec. conſ.536. aut 537.
num.10. & Emanuel Coſta in d. l. ſi ex cautione. C. de
non num. pecun.7.fallent.nu.2. illa ratione,quia ſi do-
1801 tem non habuiſſet † alimenta præſtare maritus vxo-
ri non teneretur,glo.Cin.& alij in l.quod in vxorem. C.
de neg.geſt. Doct. in §.pen. d.auth. de non elig. ſecun.
nub.ita arguit Bal.in l.vnica,num.4.ver.vnde quęritur.
C.de priuileg.dot. Soccin,conſ.82.num.3. volum.3.di-
ſcedens ab his,quæ dixerat in loco inferius citãdo,Bero.
conſ.47. num.19.volum.1. & conſ.60. num.43. vol.2.
Neuizan.Natt.Campeg.Tiraq. Lancell.Purpur.Gram.
Crauett.Rimin. Ceph.Mazol.Ludouic.Maſcar.Berrett.
Menoch.Rol.& alij, quos probat Surd. conſ.489. ſupe-
* rius citato num.10.& 11.vbi de communi opinione te-
1802 ſtatur, eamque dubitatione † carere data confeſſio-
ne iurata.

Extenditur hæc coniectura procedere tanto magis
1803 quando maritus † habuerit patrem, cum quo habi-
taſſet vnà cum vxore,eò quod vſu recipitur patrem ma-
riti non permittere eius filium, indotatam in vxorem
1804 ducere, & per hoc non eſt veriſimile † ſocerum ali-
menta præſtare nurui indotatæ, ita ſingulariter Surd.
loco citato,num.12.verſ.confirmatur,& nu.13.

Contra hanc coniecturam reſpondit Soccin.in d.l.1.
1805 ff.ſolu.matr.nu.80.& 94.quem † ſequuti ſunt Felin.
Crot.Gozadin.& Couarru.idemque ſentit Bal. Nouell.
& ſequitur Menoch.d.præſumpt.12.lib.3.nu.22.& 23.
qui alios prædictos congerit, congeritque Barboſ. qui
addit Bellon. conſ.48. in d.par.6. num.41. verſic. illud
denique.

1806 Verum coniectura communiter † tenetur,& pro ea
* ſæpius fuiſſe deciſum dicit Soccin.citato conſ.82.dicens
id,quod firmauit in d.l.1.diſputando dixit,ideò non in-
* tendit recedere in iudicando à communi;comprobant-
que eam Barboſ. in d.par.6. nume.41. proximè citato,
* qui communem dicit,& non ſolum Soccinum diſceſſiſ-
ſe à dictis per eum in d.l.1.aduertit,ſed etiam Gozadin.
vt ipſemet Gozadin. conſ.42. num.13.fatetur;Cardin.
Mantic.d.lib.11.titu.20.num.17. Marc.Ant. Amat.d.
deciſ.98.num.12.in fine, & in conſideratione habitum
per Rot.Roman.teſtatur,& ſequitur Hercul. Mareſcot.
variar.reſolut.cap.citato 8.num.12.vbi addidit Aret.in
§.fuerat ſub num.45 inſtit.de act. & Purpur. conſ.461.
nu.11.ſequitur idem Soccin.in tract. fallent. in reg. do-
tis cau.lim.4. Crauett. & alij, quos probat Surd. de ali-
ment tit.8.priuil.22.num.17. ac veriorem opinionem,
& in iudicando ſemper ſequẽdam dicit Steph. Gratian.
diſcept. forenſ.tom.2. cap.362. ſæpius citato, num.19.
quod iterum comprobat in additionibus ad d.ſuam de-
ciſionem 103.num.6. ex quibus confunduntur,quæ ſu-
1807 per hac coniectura † de decennio dixit communiter
* teneri, Auditor Peruſin. allegata deciſ.66.nu.22.

Quę velim intelligas procedere quando maritus non
impugnauerit ſuam confeſſionem; quia hæc tacita rati-
1808 ficatio † cum præſtatione alimẽtorum omninò præ-

ſumi

ſumi faciunt, veram confeſſionem, & conſequenter no-
ciuam creditoribus; ita colligitur, & ſingulariter ex di-
ctis per Barboſ. in citato loco nume. 42. verſ. neque ob-
ſtant, & ad hanc coniecturam M. Ant. de Amat. deciſ.
Ferrar. 8. num. 40.

Secundò modificantur omnia iam dicta, quãdo pro-
miſſio dotis præceſſit confeſſionem de recepto ſubſe-
1809 quutam, quia tunc confeſſio receptæ dotis arguit †
dotem verè fuiſſe numeratam, etiam in præiudicium
creditorum, nec poterunt hoc caſu creditores oppone-
re exceptionem non numeratæ dotis, vt Caſtrenſ. Ro-
* man. Ioan. And. & alijs citatis, communem opinionem
dicit Afflict. d. deciſ. 402. nu. 9. verſ. ſed in contrarium,
ſequitur Vrſill. ibidem nu. 6. & probari hanc modifica-
tionem per tex. in l. in contractibus, §. ſed quoniam, C.
de non num. pecun. quem text. ſic intellexerunt; profi-
tenturque ibi Petr. Cin. Fulgoſ. Salicet. & Caſtrenſ. ac
Io. Andr. Bart. Rom. Caſtrenſ. Alex. Anchar. Ang. Socc.
Bal. Nouell. Afflict. Ant. Rub. Crauett. & alij, quos pro-
bat, & ſequitur Couarruu. variar. reſol. lib. 1. d. c. 7. n. 6.
1810 & meritò poſt lapſa tempora opponẽdi † exceptio-
* nem non numeratæ dotis; hanc modificationem com-
muniter teneri, & ſic procedere; dixit Afflict. in d. de-
ciſ. 402. num. 10. verſ. item vera concluſio, vt tolleretur
obiectum aduerſus hanc communem ſententiam, quod
adducit Aret. in l. 2. §. creditum, ff. ſi cert. petat nu. 27.
quem refert Couarruu. loco citato, probarunt eandem
ſententiam innumeri authores relati per Ant. Gabriel.
tit. de iur. dot. concluſ. 4. in princ. & in fine num. 1. dicit
* hanc magis communem opinionem, Io. de Amic. conſ.
136. nu. 2. & 4. ac Grat. Ruin. & alijs citatis, probat Au-
dit. Peruſin. deciſ. citata 66. num. 25. vbi poſt Bellon. &
Alciat. probat valere confeſſionem hanc ſubſequutam,
1811 etiam intra tempus opponendi † de non numerata
dote, M Ant. Amat d. deciſ. 98. nu. 42. & Roman. Aret.
Ruin. Guid. Papa Alciat. & alijs citatis probat Mare-
ſcott. variar. reſol. citato c. 8. num. 13. quam approbaſſe
Rotam Romanam coram Ludouiſio teſtatur; nulliſq;
etiam citatis ex ſententia omnium dominorum Audi-
torum in Sacro Auditorio ſic eſſe deciſum refert, & ſe-
quitur Card. Mantic. de tacit. allegato tit. 20. nume. 12.
quod comprobat deinde, tit. 27. num. 6. firmatque Me-
noch de præſumpt. allegata præſumpt. 13. nume. 21. &
ſeq. quamuis diſtinguat, vt inferius dicetur, receptiſſi-
mam hanc opinionem dicunt Bellon. conſ. 4. num. 7. &
Phanut. de lucro dotis gl. 10. nu. 3. ac receptiſſimam, &
* communiorem dicit Barboſ. d. l. 1. p. 6. nu. 50. in fine, &
à nu. 51. infra, vbi alios etiam cumulat reſpondens ſatis
ſingulariter impugnationibus Aret. in d. l. 2. §. creditũ,
ff. ſi cert. pet. & Coſtæ in d. l. ſi ex cautione Fallent. 15.
C. de non nu. pecun. ac iuribus per illos adductis, hocq;
reſoluit nu. 53. & 54. omninò videndus, ex cuius dictis
* colligitur magis communiter teneri hãc receptiſſimam
1812 opinionem procedere etiam intra tempora † exci-
piendi de non numerata dote, denique receptã, & veriſ
ſimam dicit Molfeſ. in ſuperius citata p. 6. ad conſuetu-
dines Neapol. quæſt. 9. nu. 14. & ſeq. ſequitur Sanch. de
matr. lib. 6. diſput. 9. num. 10. ac tota, & idem Molfeſ. in
additionibus ad citatam quæſt. 9. num. 6. ac Cæſar Ma-
nent. deciſ. Mantuana, 40. num. 20. alios perplures alle-
gandos ſciens prætereo, ſed præterire nolui Peregr. de-
ciſ. 141. nu. 11. qui videndus, in tota deciſione, Sanch. de
matr. lib. 6. diſput. 9. à nu. 2. ac Gratian. diſcept. forenſ.
to. 5. cap. 984. nu. 21.

Vltimo (vt ad finem huius tam contradictorij arti-
culi perueniam) modificantur omnia prædicta, quando
1813 de veritate confeſſionis † mariti pro parte conſta-
ret; vt puta, ſi pars dotis ſoluta appareret, aut alio modo
de veritate partis appareret, quia tunc tota vera præſu-
meretur, gloſ. & doctor. in l. 2. C. de non num. pecun. ita
arguit Soccin. conſ. 82. nu. 2. verſ. confirmo lib. 3. Crau.
conſ. 158. num. 6. in fine, Dec. conſ. 536. num. 10. Natta
conſ. 547. num. 26. Auditor Peruſin. in ſæpius citata de-
ciſ. 66. num. 24. Menoch. de præſump. lib. 3. d. præſ. 12.
num. 25. vbi de veritate remittit lectorem ad eundem
in præſump. 58. ſed tu lector beneuole videas, quæ nos
latiſſimè cumulauimus ſupra cap. 2. titu. 3. de libr. mer-
cat. num. 131. & ſeq. in locis ibi remiſſis, vbi plenior hu-
ius præſumptionis deciſio habebitur, & redeundo ad
noſtram modificationem, eandem probat Hercul. Ma-
reſcot. variar. reſol. citato cap 8. num. 14. & ſequent. vbi
1814 ampliat, etiam ſi ſolutiones illæ particulares non ex-
primerent nomen dotis, neque aliud nomen; proſe-
quuntur Cardin. Mantic. de tacit. d. tit. 20. numero 14.
& prædicta hæc modificatio indiſtinctè vera dijudica-
1815 bitur quando in contrarium † non appareat aliqua
repugnantia, aut probatio, Adrian. Neguſ. reſponſ. 46.
num. 6. & nos latiſſimè demonſtrauimus in loco re-
miſſo.

Nonnullæ aliæ declarationes, & modificationes con-
geruntur per Doctor. articulo ad magnam controuer-
1816 ſiam reducto, quas † videre poterit ſtudioſus lector
penes citatos authores, & ſignanter penes Audit. Peruſ.
Surd. Menoch. Mareſcot. Cardin. Mantic. & Barboſium,
eò quod intendimus ad viam ex qua digreſſi fuimus re-
dire, alia cumulant Sanch. de matrim. in loco citato, &
M. Ant. de Amat. deciſ. Ferr. num. 8.

SVMMARIVM.

1817 *Mulier pro dotibus nequaquam præfertur mutuanti ad emendam militiam.*

1818 *Mulier ex tacita hipotheca nullatenus præfertur habentibus æquè tacitam priuilegiatam.*

1819 *Dotis priuilegia circa prælationem remiſſiuè.*

1820 *Creditor poſterior præfertur anteriori conuicto de mendacio ſuper poſſeſſione pignoris.*

1821 *Regula dolo facis petere, quod ſtatim reſtituturus es, expenditur.*

1822 *Mendacium producit poſſeſſionis priuationem in anteriore creditore.*

Creditor poſterior fit anterior ob eiuſdem anterioris mendacium, d. nu. 1821. & 1822.

1823 *Creditor ob impenſam funeris præfertur anterioribus creditoribus.*

1824 *Creditor ob impenſam infirmitatis præfertur anterioribus creditoribus.*

1825 *Pupillus ſuper re empta de ſua pecunia præfertur omnibus creditoribus anterioribus.*

1826 *Creditor poſterior cum inſtrumento realis ſolutionis præfertur anteriori cum inſtrumento confeſſionis tantum contrarium, & verius numero 1827. vbi diſtinguitur.*

1827 *Creditor poſterior intra tempora præſtituta ad opponendum, poterit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ aduerſus primum creditorem.*

Exceptio non numeratæ pecuniæ opponitur per poſteriorem

rem creditorem nomine debitoris aduerſus primum, ibidem.
1828 *Fiſcus poſterior præfertur creditoribus anterioribus.*
1829 *Fiſcus nititur tacita hipothecа cum prælatione.*
1830 *Fiſcus pro tributis, & collectis, ac pro primipilo, tacitam habet hipothecam cum prælatione.*
1831 *Fiſcus præfertur anterioribus creditoribus in bonis quæſitis per debitorem poſt contractam fiſci obligationem.*
Gabellarius pro gabella non præfertur alijs creditoribus cum neque hipothecam habeat, ibid.
1832 *Bonæ fidei poſſeſſor in fructibus perceptis præfertur anteriori creditori.*
1833 *Creditor poſterior præfertur anteriori in pignore ſibi per debitorem dato.*
1834 *Creditor poſſeſſor, cæteris paribus, præfertur alijs creditoribus.*
Poſſidentis conditio in dubio melior iudicatur, ibid.
1835 *Cedens, & ceſſionarius, ſi alter ipſorum non poſſideat pro pari cauſa ſimul ſuper re obligata concurrunt.*
Cedens pro reſiduo, & ceſſionarius pro rata ceſſa ſuper pretio bonorum ſubhaſtatorum pariter graduantur, ibidem, & 1836.
1837 *Ceſſionarij duo dependentes ex eodem cedente, & ex eadem cauſa, ſed diuerſis temporibus obtinentes ceſſiones, an alter eorum præferatur ſuper bonis debitoris ceſſi.*
1838 *Ceſſionarius primus, licet ex eadem cauſa, cum prius hipothecam ceſſam præoccupauit, præfertur ſecundo.*
Ceſſio in incorporalibus eſt loco traditionis, ibid.
Ceſſionarius eſt loco poſſeſſoris, ibid.
1839 *Creditor, cui primo loco fuerunt hipothecata bona debitoris præfertur.*
Ceſſionarius primus tanquam primo loco acquirens, ſecundo præfertur, ibid.
Ceſſum ſecundo inutiliter, & inefficaciter ceſſum dicitur, ibid. in fine.
1840 *Creditori ſecundo obligatum cenſetur quod ſupereſt, deductis primis obligationibus.*
1841 *Cedens cedere videtur iura talia, quæ habet.*
Cedens videtur cedere ſecundo ceſſionario concurſum, quem habebat cum primo, ibid.
Ceſſionarius ſecundus vtitur iure cedentis, ibid.
Ceſſionarius ſecundus concurrit cum primo, & à pari iudicantur, ibid. verſ. & ſi grauiſſimè.
1842 *Ceſſio in incorporalibus loco traditionis iudicatur, & ceſſionarius loco poſſeſſoris.*
1843 *Conſtitutum ſimplex transfert naturalem, & ciuilem poſſeſſionem.*
1844 *Ceſſionarius dicitur poſſidere vigore conſtituti pro rata ceſſa; & pro reſiduo dicitur poſſidere cedens, aut ſecundus ceſſionarius, ideò vterque pro rata concurrit, ibidem.*
1845 *Poſſidere duo inſolidum qualiter dicantur remiſſiuè.*
Ceſſionarius primus omninò præfertur ſecundo, ſi vtraque ceſſio facta fuit de toto, ibid. in fine.
1846 *Ceſſionarius vterque pro ſua rata repræſentat cedentem vnum, vnamque cauſam, meritò pariter vterque concurrit.*
1847 *Creditores ſe ipſos repræſentantes, diuerſaſque cauſas; tunc temporis priuilegio nituntur.*
1848 *Creditor in maiori ſumma, cæteris paribus, præfertur creditori in minori ſumma.*
1849 *Ceſſio an operetur contra cedentem, & ſeq.*
1850 *Ceſſio fieri debet, etiam contra cedentem, quando ceſſionarius fulcitur titulo oneroſo.*
Ceſſionarius ſi fuerit fideiuſſor, tertius poſſeſſor, aut alter intereſſatus procurare, & petere poterit ceſſionem, etiã contra cedentem inuitum, ibid. etiam ſi bona communis debitoris penes cedentem peruenirent, nu. 1851.
1852 *Creditor poſterior cum aſſenſu præfertur anteriori ſine aſſenſu ſuper feudo.*
1853 *Ceſſionarius poſterior in credito, ſed anterior in aſſenſu præfertur ſuper feudo.*
1854 *Creditor poſterior cum aſſenſu ſpecialiter expedito præfertur alijs generalem aſſenſum habentibus ſuper feudo titulato.*
1855 *Feuda non exequuntur ad inſtantiam creditorum abſque aſſenſu.*
Horatij Viſconti laus, ibid.
1856 *Feudorum fructus tantum exequuntur ad inſtantiam creditorum abſque aſſenſu, & perſonalem tantum habentibus, ſed qualiter.*
Feudi fructibus exequutis, debent de illis ſeruari portiones pro ſeruitio, & pro alimonia feudatarij, ibid.
1857 *Feudatarius poterit cogi ad vendendum feudum ad inſtantiam creditorum aſſenſu carentium, ſi fructus feudi pro creditoribus non ſufficiunt.*
1858 *Creditores poſteriores cum aſſenſu, auocant pecuniam ex feudo prouenientem ſolutam anteriori cum aſſenſu per verbum fiat; ſi anterior in biennio non curauit expediri facere aſſenſum in forma cancellariæ, dummodo cum cautione de reſtituendo ſoluta fuerit, & non ſecus, num. 1859.*
1860 *Creditor poſterior hipothecarius præfertur fiſco pro pœna.*
Fiſcus pro pœna nullam habet hipothecam, ibid.
1861 *Fiſcus, & ſi hipothecam haberet ad huc pro pęna non præferretur, ſecus contra delinquentes.*
1862 *Creditores poſteriores quando præferantur, remiſſiuè.*
1863 *Creditor habens inſtrumentum cum die, & hora præfertur habenti inſtrumentum eodem die confectum, ſed abſque expreſſione horæ.*
1864 *Probatio dubia non infringit certam, contra num. ſequent. de veritate verò nu. 1871. & ſeq.*
1865 *Hora non ſolet deſcribi in inſtrumentis.*
Horam in ſcriptura exprimens redditur ſuſpectus, ibid.
1866 *Inſtrumentum, quod non continet horam præſumitur anterius illo, in quo continetur hora.*
1867 *Inſtrumentum per expreſſionem horæ non iudicabitur anterius.*
1868 *Inſtrumentum confectum de nocte continere debet horæ expreſſionem.*
1869 *Scriptura continens beneficij collationem, horæ expreſſionem habere debet.*
1870 *Suſpicio falſi, ex diuerſitate ſtili, & ex inſolitis cautelis oritur, contra nu. 1876. & ſeq.*
1871 *Cardin. Mantic. ſenio confectus non valuit videre plures ſcribentes.*
1872 *Creditor habens inſtrumentum cum horæ expreſſione præfertur habẽti ſine hora, ſed eodem die, & 1874.*
1873 *Creditor priuatus habens inſtrumentum cum expreſſione horæ præfertur mulieri pro dotibus habenti inſtrumentum ſine hora.*
1874 *Probatio certior ſemper præferenda.*
1875 *Creditori dicenti poſſe contigere, vt ſuum inſtrumen-*
tum

tum eodem die confectum ſit anterius,onus hoc probandi incumbit.

1876 *Suſpicio falſi nequaquam oritur per inſolitam cautelam, aut diuerſum ſtilum, ſi ex illis certior reſultaret temporis probatio,cum iuſtè, & laudabiliter id fiat.*

1877 *Diligentia nimia, licet imaginem doli quandoque habeat,tamen ſi fuerit vtilis laudabilis dicitur.*

Quibus caſibus poſterior præferatur priori creditori.

LImitatur ſextò,quarta hæc reſtrictio, (vt ad limitationes reuertar)vt non procedat reſpectu militiæ emptę
1817 de alterius pecunia † expreſſim, pro hac emptione mutuata, ſuper qua mulier poſterior nequaquam præfertur,ad tex.in l.fin.C.de pignor.cum auth.quæ ſubijcitur, vbi Bald. Ang. & Salic. Neguſ. de pignor. par.2. mem.4.num.164. & latius par.5. memb.2. num.20.& ſeq.Card.Mantic.de tacit.lib.11.tit.26. num.38. ac alij paſſim vbique, illa ratione,quia tacita hipotheca cōceſ-
1818 ſa in emptis militijs eſt priuilegiata ; & mulier † ex tacita ſua hipotheca nequaquam præfertur alijs tacitis
* priuilegiatis, ita communiter Doctores tradunt, vt teſtantur Bolognet. in d.l.1.ff.ſoluto matr. num. 205. & Barboſ.in ſexta par.num.2.& hæc limitatio extenditur, vt inferius propè finem quæſiti.

Reliquas extenſiones, & limitationes ad hanc reſtrictionem circa dotis priuilegia ſatis abundè cumulaue-
1819 runt † authores citati, & præcipuè Neguſant.d. memb.4.2.par. Cardin. Mantica, d.lib.11 tit. 26. & ſequent & Barboſ. in dicta l.1.ff. ſolut. matrim. ideo de his hactenus.

Reſtringitur quintò regula, qui prior, (vt ad reſtrictiones reuertamur) non procedere quando prior creditor poſſidet,& conuentus hipothecaria per ſecundum creditorem poſteriorem etiam iniuſtè agentem,negauit rem per eum poſſeſſam, fuiſſe communis debitoris,quia
1820 probato demum hoc per poſteriorē,punitur primus, priuatione poſſeſſionis,& poſſeſſio conſignabitur poſteriori ad penam mendacij ; & cogitur primus de nouo incohare ſuam actionem, nec auditur opponēs, eum eſſe anteriorem vt translatio poſſeſſionis impediatur, per regulam dolo facis petere, quod ſtatim reſtituturus es
1821 iuxta.l.1.ff.quor. legator. quia dicta regula non admittitur in hoc iudicio, in quo in eadem inſtātia fit poſſeſſionis prædictæ translatio abſque alia ſententia,& à principio agere cogitur primus creditor,ad tex.in auth. item poſſeſſor.C.qui pot.in pign.hab.vbi gloſ. Bar.Bal. Salicet. & alj omnes, vt colligit Neguſant. dicta par. 5.
1822 memb.2.nu.26. & in iudicio rei vendicationis idem deciſum dicit Affl. deciſ.18. tota, idcirco in hac reſtrictione datur caſus, in quo prior tempore fit poſterior in poſſeſſione ob ſuum mendacium, poſui hanc reſtrictionem tanquam notabilem,licet non controuerſam.

1823 Reſtringitur ſextò in creditore † ex impenſa funeris, qui omnibus creditoribus etiam anterioribus præfertur ad tex.in l.impenſa funeris,penul.ff.de religioſ.& ſump.funer.l.fin.§.in computatione.C.de iur.delib.l.at ſi quis.ff.d.tit.de relig.& ſumpt.fun.Neguſant.d.mem. 2.num.28.

Extenditur reſtrictio vt procedat etiam in credito-
1824 re ex impenſa infirmitatis, † vt poſt Neguſant. d. memb.2.par.5. num.28. in fine latius Pręſ. de Franch. deciſ 51. de qua reſtrictione, & eius extenſione latius tractabitur inferius nume.1910.verſ.ſe offert. ſecundò, vbi dicetur quibus creditoribus hoc creditum præferatur; & in ſpecie de medicamentis,& alijs ſumptibus factis pro valetudine defuncti, vt tangit Cardin.Mant.de tacit.d.lib.11.tit.23.nu.26.& adnotant omnes citandi in loco remiſſo.

1825 Reſtringitur ſeptimò in re empta ex pecunia † pupillari,ſuper qua pupillus præfertur anterioribus creditoribus etiam habentibus expreſſam, modo vt declarauimus ſuperius in extenſ.5.num.1521.ſeq.

1826 Reſtringitur octauò in creditore poſteriore † habente inſtrumentum verę numerationis, qui præfertur anteriori creditori habenti inſtrumentum de nuda tantum confeſſione,ad tex.in l.Titius ff. quæ res pignor.vt nonnullis adductis probat Decian.conſ. 22.nu.1.lib.3. refert alios Tiraquell.de retract.conſang. §.glo. 18.numero 82.

1827 Contrariū verius † defendit Card. Mant.d.tit.23. nu.27. diſtinguendo tempora, nempe ſi adhuc duraret tempus præſtitutum debitori ad opponendū exceptionem non numeratæ pecuniæ,tūc creditor poſterior admitteretur ex perſona debitoris ad eandem exceptionem opponēdum ; ſin autem elapſum eſſet tempus opponendi, ſuccederet diſpoſitio ex regula, qui prior in tempore potior erit in iure, & ſic contra reſtrictionem ; tu autem lector amatiſſime vide, quæ ſuper hac reſtrictione latius cumulauimus ſuperius, cap.2.tit.3.numero 516. cum multis ſequentibus, quæ his addenda erunt.

1828 Reſtringitur nonò, in fiſco creditore,† qui creditoribus etiam anterioribus præfertur, ad text.in l.quod quis ff.de priuil.cred. imò tacita vtique hipotheca niti-
1829 tur fiſcus † l.2.& 3.C.de priuileg.fiſc.l.2. C. in quib. cauſ.pign.tacit.contrah. & l.aufertur,§.fiſcus,ff.de iur. fiſc.illamque cum prælatione habet l. priuilegia vbi Ripa ff.de priuil.cred.& expreſſius gl. in l.eos C. qui pot. in pign.hab.& in l.ſi pignus, ff.eod.ac Bal in l.aſſiduis, C.d.tit.nu.10.quos probat Card.Mant.de tacit.lib.11. tit.25.num.1. & fortius pro tributis, & collectis, Bal.in l.1.C.ſi propter pub.penſit.& Rolan.conſ.79.nume.1.
1830 lib.4.& Mant.vbi ſupra nec non,& pro debito † primipili, Neguſ.de pign.p.5.membr.2.nu.27. ad tex.in l. ſatis notum, C.in quib.cauſ.pign.tacit.contrah.ac etiā,
1831 & pro bonis quæſitis poſt fiſci † obligationem, pro quibus fiſcus præfertur anterioribus l.ſi is, qui ff.de iur. fiſci,vbi ſcribent. Neguſ.d.membr.2.nu.42.& Mantic. d.lib.11.tit.26.num.8.& ſeq.de quo alias pluries diſceptatum fuit, & de primipilo dicetur inferius, nu.1898. verſ.declaratur quartò, cum pluribus nu. ſequentibus, ac de alijs citatis in principio reſtrictionis dicetur,& de veritate,inferius n.1888.& n.2050. cum multis ſequētibus, ſed an creditor pro Gabella habeat hipothecam cum prælatione ; videndus erit Felicianus de cenſ.ca.3. lib.3.to.2.nu.11.decidens pro negatiua, rationibus, & authoribus quamplurimis adductis.

Reſtringitur decimò in fructibus perceptis, in qui-
1832 bus bonæ fidei † poſſeſſor præfertur creditori anteriori, vt probauimus ſuperius in octauo principali quæſito verſ.quarto adnotatur,nu.1069.

1033 Reſtringitur vndecimò in creditore poſſidente † pignus loco pignoris ſibi per debitorem datum, in quo poſſidens præfertur anteriori creditori in illo pignore, vt probauimus in proximo citato 8. quæſito nu. 1067. verſ.tertio adnotabitur.

Reſtrin-

Reſtringitur duodecimò in creditoribus paribus tē-
1834 pore, & priuilegio, quia tunc præfertur, † qui poſſi-
det, eò quia melior eſt in dubio conditio poſſidentis, c.
ſi à ſede de preb. in 6. l. in pari, ff. de reg. iur. Din. in regu-
la, qui prior de reg. iur. in 6. congerit alia iura; & Docto-
res Neguſant. de pignor. par. 5. membr. 2. ſub num. 31.
Cardin. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 22. num. 15. Gaſpar
Theſaur. quæſtio. forenſ. 106. libr. 3. quæ reſtrictio exa-
ctius, & in noſtris terminis potius probatur per text. in
l. ſi debitor, ff. de pignor. per quem tex. ſic deciſum dicit
Præſ. de Franch. deciſ. 260. numero quarto, & ſequent.
vbi habetur, concurrere cedētem pro reſiduo vnà cum
1835 ceſſionario pro rata ceſſa † ſuper re obligata pro de-
bito, cuius rata fuit ceſſa, ſi alter ipſorum nō poſſideat,
ac etiam ſi in ceſſione adſit clauſula, vt ceſſio non ope-
1836 retur contra cedentem, quando agitur ſuper † pre-
tio bonorum debitoris ſubhaſtatorum, vtique cedens,
& ceſſionarius pariter graduātur, vt deciſum dicit Præſ.
de Franch. citata deciſ. in fine, quod ſingularibus ra-
tionibus, & graui doctrina explicat Regens de Ponte
deciſ. 34. num. 23. quomodo teneatur cedere creditor,
dicetur inferius nume. 1849. verſ. & dum ſuperius cum
ſequent.

Sed articulus difficilioris explicationis proponitur
per eundem dominum Regentem in eadem deciſ. nu-
mero 24. verſ. punctus, nempe ſi concurrant duo ceſſio-
1837 narij † ab eodem cedente dependentes, ſed diuerſis
temporibus ceſſiones obtinentes, quis ipſorū præferen-
dus? & relatis rationibus pro, & contra relinquit cogi-
tandum.

Pro primo ceſſionario congerit nonnulla fundamē-
ta, & præcipuè, quia qui primo loco ceſſionem obti-
nuit prius ius hipothecæ contra debitorem acquiſiuit,
1838 locumque † præoccupauit, & ceſſio in incorporali-
bus eſt loco traditionis, ad text. in l. fin. C. quando fiſc.
vel priuatus, vbi glo. & Angel. in conſ. 208. itaque ſi ha-
betur loco quaſi poſſeſſoris ſuccedit regula text. d. l. ſi
debitor, vbi gl. & Bart. & Præſ. de Franch. d. deciſ. 260.
num. 4. & ſeq.

Secundò, nam ſi debitor prius hipothecam contra-
xerit cum vno, & denique cum altero eadem hipothe-
cauerit bona, nequaquam negabitur primum præfer-
1839 ri, quia primus credidit † pecuniam ad text. in l. po-
tior ff. qui potior. in pignor. hab. eò quod primus fuit
in acquirendo hipothecam, ergo ſi primus ceſſionarius
primo loco acquiſiuit hipothecam de ſua pecunia ſol-
uens debitum ceſſum acquiret, & acquirere etiam de-
bet potioritatem, ex dict. l. potior; & quod inſuper fuit
ceſſum ſecundo, inutiliter, & inefficaciter, ceſſum vide-
tur: ſicut dicimus in obligante bona pluribus credito-
1840 ribus diuerſis temporibus, vt intelligatur † obliga-
tum ſecundo id, quod remanet deducta prima obliga-
* tione ad communiter tradita per Doctor. vt refert Ne-
guſant. de pignor. d. membr. 2. par. 5. ſub nume. 31. ite-
rum ſuperius citato, modo vt latius explicat idem Re-
gens allegata deciſ. 34. à numero 24. dicens nume. 29.
ſic conſuluiſſe Intrigl. conſ. 26. numero 25. & ſequent.
volum. 1.

Quæ verò faciunt pro ſecundo ceſſionario turbant
ſpiritum diſceptantis, vt idem Regens incipit dicto nu-
1841 mero 29. dicens cedentem cedere illa iura, † quæ
habet, & talia qualia ſunt, & inter cetera iura habet
concurſum cum ceſſionario; vt ſuperius ex Præſid. de
Franch. notatum fuit, ergo cedendo ſecundo ceſſiona-
rio concurſum, quod habebat ceſſiſſe eum, dicetur;
ideò caſus deciſus inter cedentem, & ceſſionarium mi-
litare debet inter iſtos ceſſionarios, cum ſecundus ceſ-
ſionarius cedentis iure vtitur non ſuo, ex quibus tollun-
tur fundamenta pro primo ceſſionario.

Et ſi grauiſſimæ authoritatis ille vir; cogitandum re-
liquit, ſuper hoc articulo ſatis bene deciſo per ipſum,
quamuis cognoſcam mei exigui ingenij vires non ſuffi-
cere, vtique non diffiteor meam probare opinionem,
ex qua cenſeo, ſententiam pro ſecundo ceſſionario, ve-
riorem de iure eſſe, vt ille graduetur, & concurrat cum
primo ceſſionario. non enim dubitatur eſſe vera, quæ
1842 pro primo ceſſionario dicta ſunt, cum ceſſio † in in-
corporalibus loco traditionis reputetur, iuribus, &
authoritatibus concordantibus adductis per Tiraq. de
retract. lign. §. 1. gloſ. 7. numero 12. & paſſim vbique
alij, itaque ſi poſſeſſionem, quam habebat cedens ob
conſtitutum appoſitum in contractu, translatam fuiſ-
ſe in ceſſionarium, concedamus; ob quam ſuccederet
regula d. l. ſi debitor, vt melior iudicetur conditio poſ-
1843 ſidentis (conſtitutum ſimplex † transferre poſſeſ-
ſionem ciuilem, & naturalem in creditorem conſtitu-
tarium ſatis probauimus ſuperius in ſeptimo principa-
li quæſito, verſ. expediti de hipothecaria, nume. 799.)
tamen non totius rei obligatæ poſſeſſio translata fuit,
1844 ſed tantū pro rata † ceſſa, vt probauerunt Parlador.
libro 2. rerum quotidianar. cap. fina. par. 4. §. 1. in fi-
ne, & Roderic. de ann. reddit. quos probat Baptiſta
Coſta de ratione ratæ quæſtione 115. numero 10. ideò
ſi pro rata ceſſa ceſſionarius dicitur poſſeſſor, eadem
ratione, & cauſa reſtat poſſeſſor cedens pro reſiduo, &
conſequenter dicuntur in ſolidum poſſidere, ideò ſi ce-
dens ſecundo loco ceſſit, cedere dicitur creditum cum
ſimili poſſeſſione, & propterea ſi ambo illi ceſſionarij
habito reſpectu ad eorum ratam dicantur poſſidere,
vterque pro rata concurrit; dixi quod dicuntur ambo
1845 in ſolidum † poſſidere, hoc ſanè velim intelligas
modo, vt declarat Bart. in l. poſſideri §. ex contrario.
ff. de acqu. poſſeſſ. vbi magiſtraliter docet, quomodo
duo dicantur poſſidere: ſecus eſſet ſi ceſſio fieret duo-
bus de toto, quia primus præferretur Præſ. de Franch.
deciſ. 75.

Conſequenter ideò ſi ambo poſſident habito reſpe-
ctu ad ratas, vterque parem habet conditionem, pa-
remque prælationem; nam ſi creditor ceſsiſſet prius
pro rata non nè admitteretur idem creditor cedens ad
concurſum vnà cum ceſſionario nullatenus inter eos
prælatione intercedente, vt ex Præſ. de Franch. cita-
ta deciſione 260. ita & ſecundus ceſſionarius, cum vter-
1846 que † perſonam vnam, vnamque cauſam repræſen-
tat Baptiſta Coſta de ratione ratæ quæſtione 115. to-
ta, latè Surd. conſil. 22. numero 16. lib. 1. adnotatque
meritiſs. Regens Valenzuel. conſil. 15. nume. 33. cum
multis ſequen. nam ſubrogatus iuribus ſubrogantis vti-
tur, ita præcitati authores.

In contrarium adducta procedunt in duobus credi-
1847 toribus proprias eorum perſonas repræſentatibus, †
& diuerſas cauſas, meritò in eis habebit locum priuile-
gium temporis.

Reſtringitur decimotertio in creditoribus paribus
tempore, & priuilegio, ſed diſparibus ſummis, quia cre-
1848 ditor † in maiori ſūma cæteris paribus præfertur cre-
ditori minoris ſummæ, ad text. in l. maiorē, vbi Doctor.
ff. de pact. Ripa in l. 1. nu. 17. verſ. vltimo nota, & in l.

cum bona,nu.17.ff.de priuileg. credit. ad notata in l.fi.
C.qui bon.cedere poſſ. Aſini.de execut. §.7.c.50.Gaſp.
Theſaur. q.forenſ.106.lib.3.nu.4.& Stephan. Gratian.
diſcept. forenſ.tom.2. cap.222. num.18. probaturque
in d.l.1.in fine.

Et dum ſuperius diximus, clauſulam poſitam in ceſ-
1849 ſione, † vt ceſſio non operetur contra cedentem, nõ
operari in caſu expreſſo in allegata deciſ.260. Præſ. de
Franch.in fine,velim vt notes,creditorem teneri cedere
1850 etiam contra ſe ipſum,quando ceſſio fit † ſoluenti ti-
tulo oneroſo fulcienti, puta fideiuſſori tertio poſſeſſori,
aut cuiuis intereſſato, Dec. & alij,quos probat Baptiſta
Coſta de ratione ratæ d.q.115.num.6.& 7.& ante eum
Neguſant. & alij, quos probant Regens de Ponte conſ.
82.nu.25. & clarius doctiſs.Rouit.conſ.53. nu.7.etiam
ſi penes cedentem bona communis debitoris peruene-
1851 rint, ex text.l.ſi culpa ff. de rei vend. quem cum alijs
iuribus expendit doctiſs. Rouit.vbi ſupra.

Reſtringitur 14. in creditore poſteriore cum aſſen-
1852 ſu,† qui ſuper feudo,prefertur anteriori ſine aſſenſu,
Affl.deciſ.286.in prin.Vrſill.ad eũ, Freccia de ſubfeud.
lib.2.q.30.n.3.& 15.Præſ.de Franch.deciſ.64. & deciſ.
75.& indubitatũ tenet Regius Conſil. Georg. alleg.18.
in principio, quod procedit etiam in ceſſionario poſte-
1853 riore, ſed prius impetrante † aſſenſum, vt Præſ. de
Franch. d. deciſ.75. licet erratum ſit in concluſione di-
ctæ deciſionis, vt idem oculatiſs. Præſ. in additionibus
ad eam aduertendum docuit.

Extenditur reſtrictio etiam ſi omnes creditores ha-
berent aſſenſum ſuper feudis, attamen ageretur ſuper
1854 feudo titulato,tũc ſuper illo prefertur creditor † ha-
bens ſpecialem aſſenſum ſuper feudo titulato,reſeruato
iure cæteris creditoribus ſuper alijs feudis non titulatis;
vt ita deciſum in Regia Camera Summariæ teſtatur D.
Anell.de Amat.digniſſimus fiſci patronus in eodem ſu-
premo tribunali, conſil.95, poſt completum conſilium
verſ.præcedens controuerſia,

1855 Feuda enim nequaquam exequuntur ad inſtantiã †
creditorum non habentiũ aſſenſum,quicquid aliter an-
tiquitus ſeruabatur, vt docet Præſ.de Franch.deciſ.704.
nu.2.& 3.& ſequitur doctiſs. Rouit.in nouiſs.commen-
tar.ad pragm 3.de ordin.iudicior.nu.9 adnotatque D.
Viſcontus vir doctrina non mediocris lectionis,ſed me-
moria fecundiſſimus,cui conuenit illud Ciceronis, nihil
genuit natura fecundius; adnotat ille vir in ſuis conclu-
ſionibus ad huc nõ viſis, vt idem teſtatur ad prædictam
deciſionem Præſidis. Verum quicquid etiam dixerunt
exteri, & antiqui authores, vt exequutio fiat ſuper cor-
pore feudi,tamen omnes Regnicole,& exterorum non-
1856 nulli admittunt † tantũmodo ſuper fructibus feudi,
& in ſubſidium nõ ſolum per creditores carentes aſſen-
ſu, ſed etiam per illos perſonalem tantũ habentes actio-
nem,& ſic ex primo decreto,& ex ſecundo, vt omnibus
congeſtis probat peritiſs.Rouit.ad dictam pragm.3.nu.
12.& ſequentibus;quamuis ſi fructus non ſufficiant (cũ
deduci debeant portiones pro preſtando ſeruitio,& pro
alimonia feudatarij) poſſit feudatarius ad inſtãtiam di-
1857 ctorum † creditorum aſſenſu carẽtium, cogi ad ven-
dendum feudũ, vt de illius pretio ſatisfiat creditoribus,
vt deciſum dicunt Præſ.de Franch. d.deciſ.704.doctiſs.
Rouit.vbi ſupra n.14 & 15.ac Reg.de Ponte de poteſt.
proreg. titu. de aſſenſ. Reg. ſuper dot.§.1. numero 23.
fol.263.

Extenditur ſecundò, hæc decimaquarta reſtrictio,vt
procedat etiã ſi creditor anterior habeat aſſenſum per
verbum fiat, cum quo ageret ſuper feudo, & excluderet
poſteriores cum aſſenſu in forma cancellariæ; ſed facta
ſibi ſatisfactione ſui crediti de feudo, non iurauit aſſen-
ſum expediri in forma cancellariæ infra biẽnium ſerua-
ta forma regiarum municipaliũ prouiſionum, quia tũc
1858 poſteriores excluſi habentes aſſensũ in dicta forma †
præferũtur etiam in pecunia ſoluta anteriori prædicto,
cum per regiam allegatam pragmaticã aſſenſus annul-
latur, ſi in biennio nõ completur in forma Cancellariæ,
eò quod pecunia prædicta reuocabiliter ſoluta videa-
tur,vt ſic deciſum in Sacr. Conſ.iũctis tribus aulis refert
Franc de Amic. in repet, c.1. de his qui feud. dare poſſ.
car.16,quam deciſionẽ ſicco pede relatam, probat pal-
pabilibus fundamentis Reg.de Pont.de poteſt. proreg.
tit,de aſſenſ.Reg.§.9.num.5.cum pluribus ſeq.vſque ad
finem fol.351.

Modificatur tamen extenſio per eundem Regentem
1859 ante nume,18. vt illa non procedat ſi ſolutio † facta
fuiſſet,abſque cautione de reſtituendo,per tertium poſ-
ſeſſorem, aut quomodocunque abſque cautione, eò
quia dicetur pecunia irreuocabiliter ſoluta, vt latius per
eum.

Reſtringitur decimoquintò in omnibus creditoribus
1860 poſterioribus hipothecarijs; nam hi præferũtur † fi-
ſco pro pena,ad text.in l.nõ poſſunt ff.de iur.fiſci,& no-
tatur per Doctor.in l.1.C.penis fiſcal.credit. præfer.lib.
10.quibus iuribus adductis ꝓbat,doctiſs.Præſ.D.Anell.
Amat.conſ.55.nu.14.eò quod fiſcus pro pena nullã ha-
bet hipothecam gloſ.in l.aufertur §.fiſcus ff.de iur.fiſci,
& Platea in d.l.1. vt probat idem Dom. citato conſ.55.
nu.15 & conſequenter hipothecarij omninò præferen-
di veniũt,ad tex.in l.eos.C.qui pot.in pig.hab.quæ om-
nia prius probauit Afflict. deciſ.186. num.1. latè Surd.
conſ.199.à n.7.lib.2.latius Neguſant,de pignor.par.2.
mem.4.nu.115.Peregrin. de iur.fiſci lib.6. tit.6.nu.32.
latèque etiam Card. Mantic.de tacit.& ambig.conuen.
lib.11.tit.18.à nu.31. vſque ad finem tituli; imò etiam
ſi fiſcus haberet hipothecã, adhuc poſtponeretur in pe-
1861 na cæteris hipothecarijs creditoribus, † quamuis cõ-
tra delinquentes ſecus;Stephan.Gratian.diſcept.forenſ.
tom.2.cap.304.à nu.9.& demũ à nu.15. & generaliter
Farinacc.q.25.num.189. & Gaſpar Theſaur.q.3.lib.4.
de his autem dictum fuit ſuperius, nu.1306. cum mul-
tis ſequen.

Omittuntur reliquæ reſtrictiones tanquam nõ diſce-
1862 ptabiles, ſed de ſe planæ, † quas curioſus lector pote-
rit habere penes præcitatos authores,& præcipuè penes
Neguſ.in ſepius citata par.5.mem, 2.toto,& Card. Mã-
tic.de tacit.d.lib.11.titu.23. & in alijs ferè titulis; volui
tamen vnam aliã non prætermittere,vt pro viribus ſuc-
curram laboribus ſtudioſi lectoris,nẽpe,quod poſt Soc-
cin.tam ſenior.quam iun.Dec.& Cranett.inferius citan-
dos;adnotat Card.Mant.d.lib.11.tit.22.nu.11.& ſeq.
ideò ſubnectitur infraſcripta alia reſtrictio.

Reſtringi poterit regula noſtra, & eleganter, (vt
proponitur per Manticam citato loco,) quæ non pro-
1863 cedat in creditore habente inſtrumentum † cum
die, & hora, qui præfertur habenti inſtrumentum eo-
dem die confectum, ſed abſque expreſſione horæ, eò
quod, qui certitudinalius probat hipothecam, & tem-
pus, præferri debet ei, qui ſine certo tempore probat,
Bald.in lege creditor,qui in principio ff. qui pot. in pi-
1864 gnor hab. nam dubia probatio † nequaquam in-
frin-

ſtringit certam ad text. in cap. in præſentia de probat.l.
non hoc.C.vnde legit.Soccin.Sen.in caſu ſimili conſ.67
num.2.lib.3.& in l.1.ff.ſol.mat.num.12.& ſeq.ſequun-
turque Iaſ.num.6.& Dec.conſ.169.num.6.

Contrariam opinionem veriorem dicit idem Manti-
ca poſt infra citandos authores,quam infraſcriptis pro-
1865 bat medijs , nam hora † in inſtrumentis non ſolet
deſcribi gloſ.in c.duobus in verbo appareat de reſcript.
& in c.ſi à ſede de præb. in 6. & ideo qui eam exprimit
propter nimiam diligentiam redditur ſuſpectus gloſ. in
l.ſi quis ſub conditione , ff. de condit. inſtit. ergo in illa
non debet fieri fundamentum.

Secundò , ſi fuiſſet expreſſa in inſtrumento hora vi-
geſima quarta,aut tertia diei veriſimile eſt aliud inſtru-
mentum, quod ſine hora ſcriptum fuit prius fuiſſe con-
1866 ſcriptum,† ergo ex eo ſolo,quod hora ſit expreſſa nõ
debet ſequi prælatio ex alio inſtrumento,ſed quod veri-
ſimilius eſt ſequi debemus.l.ſemper ff.de reg. iur.l.non
eſt veriſimile ff. quod met. cauſ. & Soccin. iun. in d.l.1.
num.57.ff.ſol. matr.

In terminis verò , quod ex appoſitione horæ inſtru-
mentum nequaquam iudicabitur anterius,probant Soc
cin.Sen.in d.conſ.67.num.4.& Felin.in c.paſtoralis nu.
1867 6.de reſcrip.& quicquid diſtinguendo deducat Dec.
in d.c.paſtoralis nu.19.verſ. & ad hoc facit,tamen opi-
nionem Soccini indiſtinctè probant Soccin.iun.in d.l.1.
nu.53.& 57.Alciat.ibidem, prout ſe refert conſ.40.nu.
16.& 17.lib.5.& Crauet.conſ.557.n.48.& comprobat
1868 Mantica vbi ſupra , quod ſecus eſſet ſi inſtrumenta †
conficerentur de nocte,quia tunc horæ mentio fieri con
ſueuit,ita Crauet.vbi ſupra , prout in collatione benefi-
1869 ciorũ,in qua † apponi ſimiliter conſueuit hora, ideo
in his horarum appoſitio dolum non arguit ; adnotat
etiam Polidor. Rip. de nocturn.tempor.cap.161.

Comprobari poterit Mantic.opinio,nam quaſi nun-
1870 quam hoc, expreſſionis horæ ſtilo vtuntur † notarij,
ideo ex diuerſitate ſtili , & ex inſolitis cautelis ſuſpicio
falſitatis orietur , modo , vt infiniti authores docent,
quos citat,& probat Farinac. de falſit. quæſt.153. p.9.
num.159. & 162.

His verò non obſtantibus contrarium verius adnota
uerunt num. & authoritate plures doctores, quos ſenio
1871 † confectus Mantica commodè non valuit videre ;
adnotarunt ideo contrariam opinionem,vt ſcilicet præ-
feratur habens inſtrumentum cum certificatione horæ,
1872 habenti ſine hora , quamuis † eodem die vtrumque
inſtrumentum ſit confectum , Mart.Sil.Cin.Bal.Salyc.
Plat.Parpalia,Ripa,Ruin. Curt.iun.Dec.Marſ.Cattell.
Cotta,Matt. Pac.Soccin.Felin. & Alciat.quos congerit
Tiraq.de retract.lign.§.11.gloſ.1.nu.10. ac Neguſant.
de pign.par.5.mem.2.nu.45.Ant.Gomeſ.in l.tauri 50.
* nu.40.communem dicit Caſſador.de præbẽd.deciſ.20.
Menoch.de arbitr.caſ.48.nu.28.Nouel.de dot.p.9.pri-
uil.2.ad finem,& Peguer. deciſ. Catalon.48.nu.4.quos
probat eruditiſs. Barboſ. in 2. par.l.1.ff.ſol.matr.nu.8.
verſ.limita 3.imò maior pars præcitatorum doctorum,
& in ſpecie Barboſ.loquuntur contra dotem,vt ſi priua
1873 tus habeat inſtrumentum † cum appoſitione horæ
præferatur mulieri ſine horæ expreſſione habenti inſtru
mentum,& ſic in caſu maioris difficultatis,quicquid fa-
uore dotis reſpondiſſe Crot. Alciat.Pontan.Soccin.iun.
Bologn.Rebuff.Fel. & Corraſ.dicit Barboſ.ibi, cũ con-
tra cõem,& veriorẽ loquutos fuiſſe probat,probareque
* dicit hanc cõem Affl.dec.387.& Carauit. Rit.186.n.5.

1874 illa precipua ratione, quia ſemper certior † probatio
præfertur ad tex.in c.iuuenis de ſponſ.Comprobat ean-
dem opinionẽ vnico verbo Adrian. Neguſ. reſpõſ.250.
nu.10. comprobaruntque Menoc. de adipiſc. remed.4.
nu.792. & Gonzal.ad regul.8. Cancellar.in proœm.§.3.
nu.100.& gl.2.nu.74. & 75. & in quocunque actu hãc
* opinionẽ eſſe receptiſſimam, & per Rotam Romanam
approbatam teſtatur Steph.Grat.diſcept.forenſ.tom.4.
c.742.nu.72.& 73.eandemq; opinionem infinitis cita-
tis probat Muta Siculus deciſ.24.in princ. prout, & no-
uiſſimè firmat Modernus Barbatus poſt hæc ſcripta vi-
ſus, tract.de aſſiſt.præſta.gl.12.nu.64.paucis adductis;
& ex his ita intelligendus erit Præſ.de Franch.dec.649.

Et ſi Mantica dixit poſſe contingere, vt inſtrumentũ
1875 † ſine hora prius fuerit confectum;tamẽ qui hoc di-
cit ꝓbare tenetur l.de rebus, C. de donat.ante nupt.vbi
Bal.& reliqui,ac Barboſ.citato loco, n.9.verſ.ad tertiũ.
1876 Neque ſuſpicio oritur † ob inſolitã cautelã per ap-
poſitionẽ horæ adinuentã cum fuerit illa cautela adhi-
bita,vt certior tẽporis probatio reſultaret,& ſic iuſtè,&
laudabiliter, vt poſt Rimin.iunior.probat Farinacc.vbi
1877 ſup.n.163.& 164.imò hæc nimia † diligentia,ſi fue-
rit vtilis ea vtenti,quamuis haberet imaginem doli, ad-
huc laudabilis erit,ad tex.in l.qui autem verſ. ſciẽdum,
ff.quæ in fraud.credit. & l.nullus videtur, ff. de reg.iur.
reliqua ſuper hac vltima reſtrictione cõgerunt Menoc.
d.caſ.48 & Barboſ.vbi ſupra,penes quos nonnullæ illa-
tiones videntur,illos conſulas.

S V M M A R I V M.

1878 *Creditoribus omnibus priuilegiatis concurrentibus
quis potior ex eis erit.*
*Vendicans rem propriam præcedit omnes concurrentes
creditores, ibid.*
1879 *Dos, & fiſcus paribus ambulant paſſibus, ſed qualiter
num.ſeq.*
1880 *Fiſcus regulariter non dr̃ priuilegiatus,dos verò ſecus.*
1081 *Dos quandoque fiſco;fiſcus quandoque doti præfertur.*
Dos, & fiſcus non ſemper pari paſſu ambulant,ibid.
1882 *Dos,& fiſcus pari paſſu ambulant regulariter.*
1883 *Inſtrumentum dotis anterius præſumitur inſtrumen-
to fiſci eodem die confecto , & conſequenter præfertur ,
declara, num.1889.*
1884 *Dos in præſumpta anterioritate dicitur potior in pri-
uilegio,quam fiſcus,declara nu.1889.*
1885 *Fiſcus in caſu l.1.C.de iur.fiſci non præfertur doti.*
1886 *Fiſcus, aut alter etiam priuatus habens inſtrumẽtum
cum expreſſione horæ præfertur mulieri pro dote, habẽ-
ti inſtrumentũ eadẽ die confectũ ſine expreſſione horæ.*
1887 *Dos præfertur fiſco habenti inſtrumentum eodem die
confectum, & conſequenter creditoribus habẽtibus ta-
citam anteriorẽ ſimul cum fiſco, & dote concurrentibus.*
1888 *Fiſcus poſterior nequaquam præfertur creditoribus
tacitam anteriorem habentibus hipothecam.*
Fiſcus anterior præfertur doti, ibid.in fine, & num.ſeq.
1889 *Dos non præfertur fiſco habenti inſtrumentum eodem
die confectum , ſi de eodem tempore confectionis probe-
tur, aut qualitercunque conſtet de tempore.*
*Fraudis præſumptio ceſſat in anterioritate , ſi illa probe-
tur, ibid.*
Anterioritatis præſumptio ceſſat probatione data, ibid.
*Anterioritatis præſumptio non ex priuilegio , ſed ex iu-
ris communis præſumptione oritur, ibid.*
1890 *Fiſcus tempore anterior præfertur doti .*

Creditores anteriores præferuntur fiſco poſteriori, ibid. verſ. ſecundo nam, &c.

1891 Excluſus ſemel dicitur perpetuò excluſus, alterumque non excludit, & 1892.

Hipothecæ iure extincto extinguitur concurſus creditorum, ibid.

1892 Dote, fiſco, & creditoribus, anteriorem tacitam hipothecam, habentibus, ſimul concurrentibus, tunc præfertur dos.

1893 Text. l. 2. C. de priuil. fiſci explicatur.

1894 Dotis priuilegium non debet ad inſtantiam fiſci per indirectum contra dotem operari, & 1895.

1896 Fiſcus in bonis quæſitis poſt ſuam obligationem, non præfertur doti anteriori.

1897 Priuilegiatus non vtitur priuilegio cõtra pariter priuilegiatum, ſed inter eos ſeruabitur ius commune.

1898 Fiſcus pro debito primipilari præfertur doti, & rebus dotalibus extantibus, ac filio prefertur, immo & ipſe filius tenetur ad primipili paternum debitum, licet hæres patris nequaquam eſſet, nu. 1899.

1899 Filius tenetur pro patris debito, contra nu. 1909.

1900 Primipili declaratio ſatis diffuſa, nu. 1900. cum ſeq.

Primipilarius, aut primipilus quis dicatur ibidem, & numer. ſequent.

1901 Primipilus propriè quis dicatur 1902. cum ſeq.

1903 Primipilari præfecto annona militaris diuidenda antiquitus concedebatur.

1904 Couarru. & Barboſ. notantur per Eſcobar.

1905 Reipublicæ euerſio ſuccedere facilè poterit ob non ſolutionem ſtipendiorum militarium, & qualiter.

Vxor, & filij pro debito primipilari tenentur, ibid. contra num. 1909.

1906 Primipilaris officium, dicitur fiſcalis pecuniæ adminiſtratio.

1907 Theſaurarius generalis pri͂cipis poterit dici primipilus.

1908 Primipilaris cauſa cuique anteriori, & priuilegiato credito præfertur de veritate verò, num. ſeq.

1909 Primipilaria officia, & priuilegia hodie non ſeruantur, ſed ab aula receſſerunt.

Funeris, medicorum, & Aromatariorum, ac totius infirmitatis expenſæ parificantur, ibid. verſ. ſe offert ſecũdo.

1910 Funeris, & infirmitatis expenſæ, omnibus etiam anterioribus creditoribus præferuntur.

1911 Solet, verbum, quandoque, & non ſemper ſignificat.

1912 Funerarium creditum doti, vel fiſco, nec cuique alio priuilegiato nequaquam preferendum, & 1914. contra num. ſeq.

Prælationis priuilegium contra pariter priuilegiatum non operatur, d. nu. 1912.

1913 Anterioritas temporis inter pariter priuilegiatos attenditur.

1914 Fun. .arium creditum non præfertur doti, & fiſco anterioribus, contra num. ſeq.

1915 Funerarium creditum poſterius præfertur doti tacitam hipothecam habenti, & etiam expreſſam habenti.

1916 Funeraria cauſa dicitur vtilitas publica in communi, & in quolibet particulari.

1917 Funeraria cauſa vtilis dicitur, ne homines ſepultura careant, & in infirmitate relinquantur, & tanquam deſperati moriantur.

1918 Vtilitas publica principaliter præfertur publicæ ſecundariò.

Funeraria cauſa dicitur publica vtilitas principaliter dos verò, & fiſcus dicuntur publica ſecundariò, ibid.

Dos dicitur publica vtilitas ſecundariò, ibid.

1919 Priuilegiatus maiori priuilegio præfertur cæteris priuilegiatis.

1920 Funeraria cauſa ſi præferatur doti, fortius præfertur fiſco.

1921 Funeraria cauſa non ſolum præfertur creditoribus anterioribus habentibus tacitam, ſed etiam habentibus expreſſam.

1922 Sacri Conſ. Neap. Deciſio Preſ. de Franch. 51. non ſeruatur in regione Pedemontana.

1923 Funeralium & vltimę infirmitatis expenſæ, quę nam ſint, remiſſiuè.

1924 Hæres circa funeralium expenſas, cæteris creditoribus præfertur.

Text. in l. fin. §. in computatione. C. de iur. deliber. & l. penul. ff. de relig. & ſump. funer. expenduntur, ibid. cũ ſeq.

1925 Dictiones, ſemper, & omne, quodlibet creditum comprehendunt.

1926 Dictio ſemper quæ contineat.

Dictio omnis quid contineat, ibidem.

1927 Verbũ ſolet, denotat verbũ conſueuit, quaſi non ſe͂per.

Verbum ſolet regulabitur ſecundum naturam Dictionum adiunctarum, nu. 1927.

1928 Verbum ſolet prolatum à lege importat neceſſitatem, quando non incidimus in contrarietatem.

1929 Verbum, ſolet, cuique diſpoſitioni adiectum vniformem habet rationem.

1930 Funerariæ cauſæ prælatio rationem vniformem habet tam reſpectu tacitæ quam expreſsæ hipothecæ creditorum anteriorum.

1931 Regnicolæ non poſſunt tutè recedere ab opinione, cum qua deciſum eſt in Sac. Conſilio.

1932 Funeraria, & infirmitatis vltimæ cauſa prefertur doti, & fiſco, etiam anteriorem, & expreſſam habentibus hipothecam, declara num. 1933. & 1934.

1933 Dos fauorabilior dicitur quam fiſcus.

Funeraria, & infirmitatis vltimæ, cauſa in Regno præfertur doti, & fiſco anteriorem tacitam tantum habentibus, ibid. & 1934.

1935 Creditor ob expenſas factas in confectione inuentarij, & teſtamenti omnibus præfertur.

Expenſæ pro teſtamento, & pro inuentario factę, iure funeralium iudicantur.

1936 Hæres ob impenſas factas pro defendendo, ſe eſſe hæredem, omnibus creditoribus præfertur.

1937 Expenſæ hæreditatis teſtamenti, & inuentarij veniunt appellatione funeralium.

1938 Creditor in terminis. l. licet. C. qui pot. in pignor. hab. præfertur doti, & cuilibet alio priuilegiato, contra nu. 1939. cum ſeq.

1939 Creditor iuxta terminos l. licet. C. qui pot. in pign. hab. nequaquam præfertur doti.

1940 Regula, ſi vinco vincentem te tanto fortius vinco te; qualiter interpretetur.

1941 Creditorem iuxta terminos. l. licet. C. qui pot. in pign. hab. præferri doti, opinionem probabilem eſſe, æquiore͂, ſed illam tenentes confunduntur, & contra caſum legis loquuntur, nu. 1942.

1943 Venditor in venditione rei ſuæ legem quam voluerit apponere poterit, & res vendita aliqua lege obligatiua affecta, à quocunque poſſeſſore aufertur, ad inſtar pacti manus iniectionis.

Ven-

Venditor, & mutuans ad emendum cum ſpeciali obligatione iuxta terminos l.licet, C.qui pot.in pign. hab. pariformiter iudicantur, ibid.

1944 *Venditor iuxta terminos l.licet, C.qui pot.minori priuilegio nititur, quam mutuans ad emendum.*

1945 *Dos nititur publicæ vtilitatis priuilegio, mutuantes, aut vendentes, priuata tantum vtilitate nituntur.*

1946 *Dos poſterior nequaquã præfertur mutuanti ad emẽdum, vel vendenti iuxta terminos l. licet, C. qui pot. in pign. hab. ſed inter ipſos erit locus regulæ, qui prior, num. 1947.*

1948 *Creditores iuxta terminos l.licet. C.qui pot.in pignor. habean. præferuntur fiſco.*

1949 *Fiſcus præfertur creditoribus iuxta terminos. l. licet, C.qui pot.in pig.hab.in perſonalibus actionibus tãtum.*

1950 *Funeraria cauſa, præfertur credito, iuxta terminos l. licet, C.qui pot.in pign.hab.contra, nu. 1952. cum ſeq.*

1951 *Funeraria præfertur creditoribus anteriorem expreſſam hipothecam habentibus.*

1952 *Creditor ex priuilegio l.licet, C. qui pot.in pign.hab. præfertur cauſæ funerariæ, vel infirmitatis, verſ. ſed omiſſis.*

Funeraria non cenſentur priuilegiata aduerſus alios priuilegiatos, ibid.

1953 *Dictio omnis modificatur per verbum ſolet.*

1954 *Creditor ex priuilegio l.licet, C. qui pot. in pign.hab. præfertur anteriori etiam priuilegiato.*

1955 *Funeralia ſi præferantur fiſco, & doti, ex particulari ratione fit, & 1956.*

Fiſcus in hipothecarijs prælationis priuilegio non nititur, ibidem.

1956 *Vxor tenetur alere virum infirmum, illumque mortuum ſepellire, quando alio modo his conſuli nõ poterit.*

Vxor quando grauatur in proprijs bonis facilius grauari poterit in bonis viri ſibi obligatis, ibid.

1957 *Publicus fauor non ſemper priuato anteſertur.*

Priuatus poterit ſuum fauorem conſeruare aduerſus publicum, dummodo ſine dolo fiat, ibid. & 1958.

1959 *Funeraria cauſa in Regno non præfertur creditori ex priuilegio, l.licet, C.qui pot.in pign.hab.cũ in illo, præferatur tantum anterioribus habentibus tacitam, & creditor ex priuil.l.licet habet expreſſam, & anteriorẽ.*

1960 *Creditor ex priuilegio l.licet, C. qui pot.in pign.hab. dicitur etiam anterior tempore reſpectu omnium.*

1961 *Creditor ex priuilegio l.licet, C. qui pot. in pign.hab. cum dicatur habere anteriorem expreſſam, præfertur doti, quæ tacitam, & non priuilegiatam tantum habenti præfertur, num. 1962. 1963. 1964. 1965. & 1966. vbi quid in praxi tenendum adnotatur.*

1967 *Pupillus ſuper re empta de ſua pecunia præfertur doti fiſco, cauſæ funerariæ, & cuilibet priuato, 1968. & 1969.*

1969 *Pupillus ſuper re empta de ſua pecunia duplicatum priuilegium habet.*

1970 *Creditor venditoris rei emptæ de pecunia pupilli pręfertur pupillo.*

1971 *Pupillus ſuper re empta partim de pecunia pupillari, partimq; de pecunia maioris ſpecialiter eam obligãtis, præfertur maiori pro ſua rata, ſed de veritate, num. ſeq.*

1972 *Priuilegiatus maiori priuilegio, cęteris paribus ſemper præfertur, ſed ſecus in creditore iuxta terminos l. licet, C.qui pot.in pign.ibid.*

1973 *Creditor ex cauſa refectionis conſeruationis, & aliarum ſimiliũ notatarum hic, pręfertur fiſco, funeralibus, & nitentibus priuilegio l.licet, C.qui pot. in pign.hab.*

1974 *Creditores cauſa refectionis conſeruationis, & aliarum ſimilium triplici priuilegio nituntur.*

1975 *Hipotheca quantumuis priuilegiata extinguitur extincta re obligata.*

1976 *Hipotheca extincta extinguitur creditum reſpectu rei peremptæ.*

Creditor impendens ad refectionem iudicatur primus, & anterior, & qualiter ibid. & 1977.

1978 *Creditor ob impenſas neceſſarias factas præfertur domino ſuper re meliorata, quidue fortius creditori anteriori, & 1979.*

Malæfidei poſſeſſor retinet rem ob impenſas neceſſarias, ibi per eum factas d.num. 1978.

Dominus propriam rem petens non auditur, niſi refectis expenſis neceſſarijs; quiduè fortius creditor, d.numero 1978. & 1979.

1980 *Creditor ob impenſam factam pro refectione rei, aut ipſius conſeruatione, non præfertur doti.*

Dos præfertur reficienti rem, vel conſeruanti ibid.

1981 *Legibus non creditur his calamitoſis temporibus, niſi illæ Doctorum authoritate comprobentur.*

Dos præfertur impendenti ad refectionem poſteriori, licet expreſſam habenti hipothecam, ibid. in fine.

1982 *Tex. §. his conſequens auth. de æqual. dot. deciſio dura, & ſatis controuerſa iudicatur.*

Dotale prædium diminutionem in valore patitur, ſi in illo neceſſariæ impenſæ factæ fuerint, pro quibus poterit retineri, ibid. & 1983.

1984 *Impenſæ neceſſariæ, ſi diminutionem proprij dotalis prædij pariunt, fortius & diminutionem bonorum obligatorum cauſare deberent.*

1985 *Impenſæ neceſſariæ qualiter diminuant valorem dotis remiſſiuè.*

1986 *Impenſa neceſſaria facta ſuper aliqua re conſeruat rem creditori, taliter quod deducta impenſa remanet aliquid eidem creditori, ſecus enim eſſet ſi tota res deperderetur.*

1987 *Creditor ex cauſa refectionis, vel conſeruationis, & dotes, concurrunt ſeruata inter eos regula iuris communis. cap. qui prior de reg. iur. in 6.*

Hipotheca priuilegiata non præfertur aliæ priuilegiatæ, ibid.

Creditor ex cã refectionis triplici nititur priuilegio ibid.

1988 *Tex. §. his conſequens diſpoſitio ſpecialiter inducta fuit ideo non extendenda.*

1989 *Extenſio legis denegatur in his, quæ diuerſa ratione iudicantur.*

1990 *Creditor. ex cauſa cuiuslibet vecturæ, aut pro cibarijs datis animalibus, aut nautis, conducentibus, præfertur doti, fiſco, funeralibus, & mutuanti iuxta terminos l.licet. C. qui pot. in pign. hab. cum reſpectu dotis priuilegium illius ex §. his conſequens Auth. de ęqual. dotis, tãquã ſpeciale ad hunc caſum non trahitur, nu. 1991. eò quod creditor iſte, licèt in numero reficientium includatur, diuerſa cauſa iudicatur num. 1992.*

1993 *Creditor ex cauſa vecturæ mercium, aut aliarum rerum deſeruit, tam ad conſeruationem commercij terreſtris, quam maritimi.*

1994 *Commercia terreſtria, & maritima neceſſaria ſunt ad Reipublicæ conſeruationem, & ſine illis ſocietas hominum conſiſtere nequit.*

1995 Commercia ſi tollerentur oporteret, homines fame, & nuditate perire, & aliena rapere.

Creditoribus pro vectura, ſi dos, aut alter præferretur, pauci, aut nullus inueniretur, qui conducerent commercibilia, in Reipublicæ damnum, ibid.

1996 Locator an ſuper fructibus rei locatæ doti præferatur, vbi quod non, etiam ſi dos erit poſterior, ſed de veritate inferius.

Gabrielius Henriquez Pater meritiſſimi Regentis Henriquez laudatur, ibid.

1997 Locator ex veriori opinione præfertur doti etiam anteriori in fructibus rei locatæ, & 1998.

Locator in fructibus rei locatæ dicitur habere dominium actu permanens, ibid.

Auguſtinus Morla, in concurſu locatoris, & dotis ſuper fructibus rei locatæ tranſcripſit fundamenta ſui præceptoris illius nomine ſuppreſſo, ibid.

1999 Locator an præferatur doti, quæ ſolet præcedere omnes anteriores tacitam habentes, dicitur articulus dubitabilis, verſ. verumtamen, ibid.

Felicianus de cenſibus dicens dotem poſteriorem præferendam locatori anteriori ſuper fructibus rei locatæ reprehenditur, ibid.

Dos non præfertur creditoribus anterioribus tacitam priuilegiatam habentibus hipothecam, ibid.

2000 Locator præfertur doti ſuper fructibus naturalibus rei locatæ, ibid.

2001 Fructus naturales acceſſorij ad fundum iudicantur, & ad ipſius dominium, ideò diuerſo iure non cenſentur, & 2002.

2003 Locator dicitur habere dominium in hipotheca ſuper fructibus rei locatæ.

2004 Fructus induſtriales pendentes, prout naturales iudicantur, cum pars fundi ſint, & ſi ſuper eis non conſtituatur hipotheca tanquam proprijs; dicũtur tamen exiſtere in dominio locatoris, nu. 2005. & 2006.

2006 Locator habet hipothecam ſuper fructibus perceptis, & è ſolo ſeparatis, non autem ſuper pendentibus, quorum eſt dominus, ideò obligatione non indiget.

2007 Locator, & dos paribus ambulant paſſibus ſuper fructibus induſtrialibus perceptis, & è ſolo ſeparatis abſque dolo, ibid.

2008 Creditor pro ſemine præfertur locatori ſuper fructibus rei locatæ, contrarium, & verius in eodem num. verſic. quibus non obſtantibus, ibid.

Fructus ſine ſemine non naſcuntur, ibid.

Semen loco expenſarum venit, ibid.

Fructus iure ſoli, non autem iure ſeminis percipiuntur, d. verſic. quibus non obſtantibus, ibid.

D. Franciſcus Merlinus Pignatellus authoris amicus laudatur, ibid.

2009 Fructus quando non dicantur deductis expenſis.

Conductor non poteſt deducere expenſas ſuper fructibus induſtrialibus, aduerſus locatorem creditorem penſionis, ibidem.

Locator, & creditor ſeminis, quibus creditoribus præferantur, ibid.

Seminis creditor, quibus creditoribus præferatur, ibid.

Gaſpar Theſaurus notatur, ibid.

Horatius Barbatus notatur, ibid.

2010 Creditores pro cuſtodia animalium, fructuũ, aut aliarum rerum cuſtodia indigentium, ſeu pro alimonia animali pignorato, vel cuſtodito data; præferuntur doti, fiſco, funeralibus, & quibuſuis creditoribus anterioribus concurrentibus ſuper rebus cuſtoditis, vel alimentatis.

2011 Impenſæ neceſſariæ ſemper minuunt valorem rei, & proinde deducuntur.

2012 Impenſæ neceſſariæ factæ in cultura prælationem tribuunt.

2013 Impendentes pro colligendis fructibus non ſolum preferuntur omnibus priuilegiatis, ſed esiam domino fundi, & mutuanti ad ſeminandum, cum fructus ſine his non dicantur, vbi quid in ſalario famulorum.

2014 Vendentes fœnum, aut herbam pro animalibus, ſuper illis præferuntur omnibus creditoribus, quantumuis priuilegiatis, declara, vt ibi remiſſiuè.

2015 Creditor ob patrocinium, vel alterius ſalarij debiti ratione ſtudij, vel artis liberalis, prefertur omnibus etiam anterioribus, quibus, & dos præfertur.

2016 Dotis cauſa, & Aduocatorum, vel iudicum ſuper bonis in litigio non ſuppoſitis pari paſſu ambulant, ſecus ſuper bonis litigio ſuppoſitis, & liberatis, ſuper quibus indiſtinctè defenſores, & iudices præferuntur.

2017 Creditores ex cauſa ſtudij, vel ex liberali arte non præferuntur creditoribus, quorum pecunia res fuit empta cum ſpeciali obligatione, vel refecta, aut conſeruata, cum reſpectu illarum non intrat æquiparatio cum dote.

2018 Frater, aut ſocius impendentes in re communi, altero fratre, vel ſocio renitente impendere, & demum refundere quod impenſum fuit pro ſua rata intra menſes totam rem retinebit, illo exclefo.

2019 Creditor ob militiam emptam omnibus priuilegiatis antefertur.

2020 Creditor, cuius pecunia empta fuit militia, vel emptum fuit quodlibet publicum officium, omnibus priuilegiatis præfertur.

CREDITORES PRIVILEGIATI SI SIMVL concurrant, quis eorum præferatur?

His ſic explicatis deuenio ad ſubſequentis articuli
explicationem, quam nouam, & penes alios ad-
huc non viſam, nec propoſitam, putabam, ſcilicet in cõ-
curſu creditorum hipothecam cum prælationis priuile-
1878 gio habẽtium, aut prælationem ex priuilegio, † quis
ex illis præferatur; ſed poſt hæc ſcripta vidi infra proxi-
mè citandos authores Hiſpanos ex profeſſo artienlum
iſtum pertractantes, tamen non diffiteor tractationem
hanc iam conſcriptã tibi amico lectori præſentare, ſciẽs
penes te tranſcriptã nullatenus dijudicari, & in Appen-
dice demum relatis prædictis Hiſpanis eadem tractatio
perilluſtrabitur; in concurſu enim horum omnium cre-
ditorum, illum præferendum eſſe, tanquam certiſſimũ,
& indubitabile videlicet, qui ſuam vendicat, & antepo-
nendum quibuſcumque alijs creditoribus ex quacũque
cauſa, & titulo venientibus, vt tetigimus hoc eodẽ quæ-
ſito ſuperius, nu. 1460. ad tex. in l. ſi ventri, verſ. ſi tamen
ff de priuileg. credit. cum alijs concord. vt probant Pic-
card. in §. quedã actiones inſt. de act. nu. 88. & Amator.
Rodriquez de priuilegijs credit. part. 1. art. 6. num. 50.
& iterum, nu. 126. authores Hiſpani magnæ eruditio-
nis, & nos iterum in Appendice.

Primo itaque diſceptationi, & certamini offeruntur
dos, & fiſcus, quorum prælationis priuilegium pari paſ-
1879 ſu ambulare, † ſtatuit gloſ. in l. 2. C. de priuileg. fiſci,

&

& in l. dotis tuæ. C. de iur. dot. per illa iura, quam opi-
nionem probauit Bar. in l. 1. ff. ſolut. matr. nu. 26. quem
* clarius explicatum cõmuniter omnes ſequuti fuerunt, vt
teſtantur Parpalia in d. l. 1. num. 36. Socci. iun. nu. 260.
& Barboſ. in 7. par. d. l. 1. num. 16. verſ. concluſio ſecun-
* da ſit, teſtaturque de hac communi Card. Mant. de taci.
lib. 11. tit. 25. num. 3.

Attamen noſtrates ijdem in alijs locis dixerunt, fiſ-
1880 cum † regulariter non dici priuilegiatum, niſi in cer-
tis caſibus, dotem verò regulariter eſſe priuilegiatam,
patet ex text. dict. leg. prima, ff. ſolut. matrimon. vbi Soc-
cin. iunior, & reliqui, quos probat Menoch. de pręſump.
libro 2. præſumpt. 72. num. 2. & ſequent. verum vt ex ſe-
quentibus apparebit, quandoque dos fiſco, quandoque
1881 † autem fiſcus dotis præfertur, & conſequenter a-
dæquatio prædicta perpetuò vera non erit, vt adno-
tat Fab. Annius conſilio 123. tomo ſecundo, numer.
24. meritò firmabo regulam cum infraſcriptis declara-
tionibus.

1882 Regula ſit quo dos, & fiſcus † paribus ambulant paſ-
ſibus in huiuſmodi prælatione dd. iuribus, & d. commu-
* ni opinione ſuperius adductis.

Declaratur primò, regula non procedere in duobus
inſtrumentis eodem die confectis, vnum ſcilicet dotis,
aliud autem fiſci, quorum illud dotis anterius reputabi-
1883 tur, † & ſic dos præferetur, Bald. in d. l. dotis tuæ, C.
de iur. dot. Nicol. de Neap. Alex. Soccin. ſen. Soccin. iun.
Bulgarin. Rip. & Alciat. in d. l. 1. ff. ſolut. matrimo. Boſſ.
de fiſco num. 77. Alciat. de præſump. reg. 3. præſum. 41.
num. 2. & alij, quos probant Couarruu. variar. libro 1.
cap. 16. num. 6. Menoch. de præſumpt. allegata præſum.
72. num. 18. Peregri. de iur. fiſci lib. 6. tit. 6. num. 33. con-
gerit, & ſequitur Conſiliar. Annius citato conſil. 123.
num. 21. & 22. eandem opinionem receptiorem, & ve-
riorem dixit Neguſan. de pignor. par. 2. membr. 4. num.
108. & 109. illamque probauerunt Ruin. in d. l. 1. num.
11. Pontan. num. 4. Soccin. iun. conſil. 10. num. 26. libro
3. Baptiſta de priuil. dotal. centur. 2. num. 59. Guttier. in
3. part. ad ll. Hiſpan. quæſt. 99. num. 15. & latè diſcuſſo
articulo probat Barboſ. in 2. part. d. l. 1. num. 21. verſic.
vnde infertur, & num. 22. ex qua declaratione infertur
1884 dotem † potiorem in priuilegio hoc eſſe fiſco, vt ean-
dem declarationem tanquam receptiorem probat Car-
din. Mant. vbi ſupra tit. 26. num. 34. vide iterum in Ap-
pendice.

Infertur ex hac declaratione, fiſcum non præferri do-
1885 ti † in caſu l. 1. C. de iur. fiſc. libro 10. cum dos in hac
pręſumpta prioritate ſit magis priuilegiata quam fiſcus
vt poſt Socc. in d. l. 1. num. 17. Pariſ. num. 16. & Guttier.
d. quæſt. 99. num. 14. Neguſ. d. 4. memb. num. 109. pro-
bat Barb. vbi ſup. num. 22.

Modificatur hæc prima declaratio, vt non procedat
1886 quando fiſcus, † aut alter priuatus contendens cum
dote circa præſumptam prioritatem. quia inſtrumenta
eſſent vno, & eodem die confecta, haberet ſuum inſtru-
mentum cum expreſſione horæ, quia tunc præſumptio
anterioritatis tolleretur ex latè traditis ſuperius, in vlti-
ma reſtrictione nu. 1863. cum multis ſeq.

Declaratur ſecundò, quando concurreret dos, & fiſ-
cus habentes inſtrumenta eodem die confecta, & ſic idẽ
temporis priuilegium, & cum iſtis concurrerent alij cre-
ditores anteriores tacitam hipothecam habentes, tunc
1887 omnibus præfertur dos, † tum quia fiſco in pari tem-
pore demonſtrato per illa duo inſtrumenta eodem die
confecta, dos præfertur ob præſumptam prioritatem, vt
in præcedẽti declaratione probauimus, tum etiam, quia
dos præfertur pręcitatis creditoribus, vt etiam probaui-
mus in 4. reſtrictione per text. d. l. aſſiduis C. qui potior.
in pignor. hab. & fiſcus anterioribus creditoribus etiam
1888 tacitam habentibus hipothecam † nequaquam præ-
fertur, ad tex. in l. ſi pignus ff. qui potior. in pignor. hab.
& l. vnica, C. rem alienam gerent. in fin. vbi gloſ. & Do-
ctor. & contra gloſ. in d. l. ſi pignus, & proinde pro no-
ſtra concluſione reſponderunt Bart. in l. ſi is, qui ff. de iu
re fiſc. Din. in l. priuilegia, ff. de priuil. credito. & in c. qui
prior ff. de reg. iur. in 6. Neguſan. parte 5. membr. 2. nu.
42. Soccin. in l. 1. ff. ſolut. matrion. num. 6. communem
* opinionem dicit Nouell. de dote parte 10. num. 2. Co-
uarruu. variar. libro 1. cap. 16. num 6. verſ. nam & in hi-
pothecis Guttier. ad 3. par. ll. Hiſp. c. 99. numer. 16. Me-
noch. de præſumpt. libro 2. præſumpt. 72. num. 22. Car-
din. Mantica lib. 11. de tacit tit. 25. num. 4. & 5. & Bar-
boſ. d. l. 1. parte 2. num. 21. verſ. ſed extra prædictum ca-
ſum: tunc enim ius commune ſeruabitur inter dotem, &
fiſcum ſecundum diſpoſitionem text. d. l. 2. C. de priuil.
fiſci, quando fiſcus erit anterior dote, in ſua tacita hipo-
theca, vel pro fiſco probaretur, vnico momento, & eodẽ
1889 tempore, † quia tunc ceſſaret præſumptio fraudis,
quæ præſumptio non conceditur ex priuilegio, ſed ex iu
ris cõmunis præſumptione, vt ſingulariter declarat Bar-
boſ in d. l. 1. par. 2. num. 2. ideo ſi conſtat, vel de priori-
tate, vel autem de eodem tempore, ceſſabit pręſumptio,
vt diximus in proxima præcedenti modificatione. &
probatur per tex. in l. continuus §. cum ita ff de ver. obli.
& deducunt authores illud tritum, nẽpè in claris, & cer-
tis non eſſe locum præſumptionibus.

Dubia redderetur hæc declaratio, ſi fiſcus eſſet ante-
rior dote, & per hoc attenta diſpoſitione d. l. 2. C. de pri
uil. fiſc. potior illa eſſet, nunquid ſuper re obligata, ſuper
qua concurrunt dos poſterior fiſco, ac ipſe fiſcus, & in-
ſuper creditores anteriores fiſco, & dote, qui tacitã tan-
tum haberent hipothecam, dos an non ſolum præfera-
tur creditoribus prædictis per text. d. l. aſſiduis Cod. qui
potior. in pign. hab. ſed etiam præferri deberet fiſco, li-
cèt ipſa dote anteriori; pro negatiua eſt text. in d. l. 2. C.
de priuil. fiſci, vbi inter dotem, & fiſcum Imperator ſta-
1890 tuit eſſe locum regulæ, qui prior, ideo cum fiſcus † ſit
anterior tempore præfertur doti.

Secundò, nã licèt fiſcus excludatur à prædictis credito-
rib. anteriorib. d. l. ſi pignus in fi. ff. qui po. in pig. hab. ta-
men creditores prædicti excluduntur per dotem, meritò
ſemel excluſi nequaquam admittuntur ad excludẽdum
1891 fiſcum, cum ſemel excluſus † perpetuò dicatur exclu
ſus vulgatis regulis, itaque ſi creditores excluſi per dotẽ
ius habent extinctum excludendi fiſcum, dum ſuper re
illa auocata per mulierem ex priuilegio; deſinant eſſe
creditores, quia extinctum habent ius crediti in illa re ad
notata in l. qui res, §. aream. ff. de ſolut. ſequitur propte-
rea fiſcum non impediri in concurſu cum dote d. l. 2. C.
de priuil. fiſc.

His verò non obſtantibus contrarium verius exiſti-
mo, nam ſi fiſcus in re obligata excluditur per credito-
res anteriores; d. l. ſi pignus, ſemel excluſus dicitur ſem-
1892 per excluſus † ad text. in cap. 1. §. quin etiam titulo E-
piſcop. vel Abb. vbi omnes feudiſtæ notant, ideo argu-
mentum pro fiſco contra eũ retorquetur, & conſequen-
ter vti excluſus ſemel ab vno ex concurrentibus, ſuper
vna re, amplius ad illam non admittitur, & text. d. l. 2.

loquitur,

loquitur, quando eſt quæſtio inter fiſcum, & dotes tan-
tum contra communem debitorem, alio contradictore
non exiſtente, qui fiſcum excludat, imò noſtra hæc opi-
1893 nio probatur per eundem text. d. l. 2. † per quem tex.
* communis regula, qui prior, comprobatur, meritò exi-
ſtente creditore tempore anteriore fiſco, ex deciſione
eiuſdem tex. ſeruabitur ius anterius.

Finaliter priuilegium prælationis conceſſum doti
per text. d. l. aſſiduis, vt illa præferatur creditoribus an-
terioribus tacitam habentibus hipothecam per indire-
1894 ctum operaretur † in fauorem fiſci contra ipſas do-
tes, nam ſi creditores anteriores non excluderentur per
mulierem, ob dictum prælationis priuilegium, omninò
excluderent fiſcum, d. l. ſi pignus, & mulier allegando
priuilegium excluderet creditores, & admitteret fiſcum
ipſaque excluderetur, & conſequenter priuilegium indu
ctum in eius fauorem, in eius odium operaretur contra
1895 † regulam l. quod fauore. C. de legibus, itaque con-
cludo, dotem hoc in caſu fiſco præferri.

Declaratur tertiò, nam & ſi fiſcus habeat prælationẽ
ſuper bonis debitoris quæſitis poſt fiſci hipothecam, l. ſi
is qui ff. de iur. fiſc. tamen in illis nequaquam præfertur
1896 doti † habẽti anteriorem hipothecam, illa ratione,
1897 quia priuilegiatus non vtitur priuilegio † contra pa-
rem priuilegiatum, ſed in illis ſeruabitur diſpoſitio iuris
communis, ad tex. in l. ſed & milites ff. de excuſ. tut. in-
ducitur que deciſio l. 2. ff. qui pot. in pign. hab. & l. fin. ff.
eod. & probant Capic. deci. 129. num. 12. poſt Bar. in d.
l. ſi is qui, Cardi. Mant. d. tit. 25. ex lib. 11. de tacit. num.
10. & ante eum Neguſant. de pignor. part. 5. membr. 2.
num. 42. verſic. adde tamen, in terminis verò dotis ſic re
ſponderunt Soccin. in d. l. 1. ff. ſolut. matrimon. num. 6.
& 17. Soccin. Iun. conſil. 10. à num. 27. libro 3. Barboſ.
in d. l. 1. par. 2. num. 23. & Cardin. Mant. d. libro 11. tit.
26. num. 11. quamuis in his fiſcus dicitur magis priuile-
giatus, quam dos, cum dotem in his quæſitis bonis non
eſſe priuilegiatam, probauimus ſuperius in reſtrictione
4. extenſ. 4. nu. 1597. & ſequentibus, & ſignanter, num.
1602. cum ſeq.

Declaratur quartò, non procedere, quando fiſcus
1898 agit pro debito primipilari, quia tunc doti † pręfertur
ad text. in l. pen. C. de primipilo lib. 12. & l. ſatis notum,
C. in quibus cauſ. pign. & comprobant omnes in dd. iu-
ribus, probantque repetentes in d. l. 1. ff. ſolut. matrimo.
Capic. d. deciſ. 129. num. 13. Couarru. variar. libro 1. d.
capit. 16. numer. 6. & 7. Alciat. de præſumpt. regul.
tertia, præſum. 41. ad finem, & vltra authores ibi addu-
ctos; probant Barboſ. in d. l. 1. par. 2. num. 21. verſi. non
obſtat quartum, & num. 24. ac latius in 7. par. d. legis in
principio, Cardin. Mantica de tacit. libro 11. titul. 18.
num. 9. & tit. 26. num. 40. Neguſant. parte 2. membr. 4.
num. 109. Regens de Pont. de poteſt. proreg. tit. de Re-
gal. impoſit. §. 8. fol. 219. num. 5. Menoch. de præſump.
libro 2. citata præſumpt. 72. num. 24. & 25. Peregrin. de
iure fiſci libro 6. tit. 6. num. 43. Neguſant. parte 5. mem.
2. nu. 27. Aſin. de execut. §. 7. c. 54. fol. 179. Gregor. Tho
loſ. ſintagm. iur. libro 24. cap. 8. num. 5. Maſtrill. de ma-
giſtr. tomo 2. libro 5. cap. 9. num. 91. Eſcobar. de ratio-
cin. cap. 39. num. 9. & Stephan. Gratian. diſceptat. foren.
tom. 4. cap. 733. in principio, quod ſpeciale priuilegium
extenditur contra dotes, & res dotales, & contra filios,
1899 † quamuis non fuerint hæredes patris, l. fin. Cod. de
primipilo libro 12. vbi filius tenetur pro patre cum alijs
ſpecialiſſimis prælationibus enumeratis per Doctor. ci-
tatos, & præcipuè per Barboſ. in dict. ſeptimâ parte,
numer. 1.

Conueniens enim erit aliqua deducere ex præcitatis
authoribus, & ex alijs adducendis ſuper declaratione hu
iuſmodi primipilaris crediti, ideo præſciendum erit, pri-
1900 mipilum, † antiquitus penes Romanos illum propriè
dici, qui Vexillum Reipublicæ portabat, ſeu Vexillo, aut
Aquilæ præerat, primumque locum in hoc habebat, in
exercitu, & qui in prima acie exercitus quatuor guber-
nabat centurias, eiuſque milites primipilares nuncupa-
bantur, in ſummoque honore habebantur, cum ſemper
maximi honoris fuit primę exercitus parti pręeſſe (quod
hodie vulgò dicitur vanguardia,) iſque primipilus tan-
quam caput, commoda, & ſtipendia totius legionis pe-
nes ſe habebat, vt ex Veget. libro 2. de re milit. cap. 8. ex
quo tradunt Alexand. ab Alexand. genial. dierum libro
1. cap. 5. Alciat. in rub. C. de primopilo libro 12. Corraſ.
libro 5. miſcellan. cap. 4. Couarruu. in d. cap. 16. num. 7.
Lucas de Penna in d. l. penul. & in rubr. C. d. tit. de primi
pilo Gregor. Lopez l. 16. tit. 9. part. 2. gloſſ. 2. & Anton.
Auguſ. lib. ſing. ad modeſt. pag. 345. quos congerit Bar-
boſ. in d. par. 7. dict. l. 1. num. 2. & Petr. Gregor. Tholoſ.
vbi ſupra libro 19. cap. 3. nu. 22. & proinde dictum fuiſ-
1901 ſe primipilum † comitem primi ordinis, & præfectum
legionis Dioniſ. Halycarnaſ. lib. 9. de antiq. & Pompon.
Lætus de Magiſtr. Roman. quos probat Eſcobar. vbi ſu-
pra verſ. Dioniſius.

Ar propriè dicebatur ſignifer, ſeu Alferius maior, aut
1902 vexilliter totius exercitus, † vt ex l. Hiſpan. 16. titu. 9.
part. 2. probat Eſcobar. vbi ſupra ver. ego autem, dicens
& olim, ac hodie ſic fuiſſe, & eſſe primipilum, dicebatur-
que non ſolum, qui fuerat ſub centurione primipili, ſed
etiã, qui hac dignitate olim inſignitus erat, vt ex Quin-
til. adnotat Calepinus in hoc ver.

Subſequitur Alciat. in d. rubr. C. de primipilo, quod
1903 huic primipilari præfecto concedebatur † etiam an-
nona militaris diuidenda per capita militum, cui ſubſcri
pſerunt Pirr. in d. rubr. Bolognett. in d. l. 1. ff. ſolut. matr.
num. 202. Claud. Cotare de iur. & priuileg. milita. capit.
22. Cuiac. in l. 3. C. de cohortal. libro 12. Couarruu. vbi
ſupra, Rota deciſ. 812. part. 1. in nouiſſim. quos probat
Barboſ. citato num. 2. ver. addit Alciat. per nonnulla iu-
ra, quæ iura etiam congerit Eſcobar, vbi ſupra numer.
9. in principio, comprobatque Cardi. Mantic. d. libr. 11.
tit. 18. num. 11. quicquid aliter dixerunt Abb. in cap. ex
parte in fine de conſuetud. Corra. vbi ſupra, Veget. cap.
9. & Anton. Auguſtin. pagin. 346. ad finem, & quicquid
præſupponat Eſcobar, vbi ſupra verſ. ego autem, dicens
1904 erudiſſimos † Couarr. & Barboſ. locis citatis non de-
cerpſiſſe veritatem huius articuli ex legib. partitis, poſt-
quam ſi hodie primipilus eſſet Alferius maior, illeq. an-
tiquitus erat, nulla bona ratio aſſignari poterit, quare
pro debito primipili vxor, & filij tenerentur, niſi eidem
dignitati adiuncta fuiſſet adminiſtratio annonæ milita-
1905 ris, ad hoc vt ſi primipilus fraudaſſet † ſtipendia mi-
litaria, militumque præmia non exoluiſſet, in quo con-
ſiſtit Reipublicæ euerſio cum milites ſtipendijs, & præ-
mijs priuati ſigna, & exercitum deſerũt, quo tota reſpu-
blica defenditur ideo, vt metu pęnę territus primipilus,
vt officio ſuo benè vteretur conſtitutum fuit, vt pro
mala adminiſtratione vxor, & filij tenerentur, Alciat.
Donell. Balduin. Corraſ. Bolognett. & alij, quos probat
Barboſ. vbi ſupra, num. 3. ideo verior, & receptior pro-
bata fuit opinio Luc. de Penna in d. l. vtilitas, C. de pri-
mipilo

1906 mipilo libro 10.dicentis primipilaris † officium eſſe pecuniæ fiſcalis adminiſtrationem, vt probat idem Barboſ.num.2.in fine,& num.3.in principio,Cardi.Manti. d.tit.18.num.11.quod practicari poterit in theſaurario
1907 † generali Principis Angel.in d.l.1.C.de primipillo, Capic.d.deciſ.219.nu.15.Bologn.in d.l.1.ff.ſol.matr. num.202.in fine,Peregrin.vbi ſupra num.43.Stephan. Gratian.d.cap.733.num.6.vbi innumer.refert,Barboſ. citato loco, num.3.in fine, & Regens de Ponte in loco
* citato,num.9.10.& 11.vbi de communi opinione,cau-
1908 ſa enim primipilaris † omnibus creditoribus etiam expreſſam,& anteriorem hipothecam habentibus præfertur, ac & cui vis alio priuilegiato creditori, vt penes præcitatos authores habetur, alia de primipilari fauore congerunt Meiret.de priu.cred.tit.3.de priu.fiſc.n.6.& 7.& Amator Rodriq.de priuil.credit.parte 1.art.2.n.4.

Sed quicquid dicant omnes præcitati authores de hoc primipilari credito, tamen eius priuilegia, nec eius officium hodie ſunt in vſu,quia receſſerunt ob aula, vt
1909 † poſt Caſtren.in d.l.1.C.de primipil.lib.12.probarunt Barboſ.& alij, & expreſſius priuilegia primipilaria non ſeruari,ita quod creditores anteriores vxor, & filij ſemper fiſco præferuntur adhibita iuris communis diſpoſitione ex regula qui prior de reg.iur.in 6.& aliorum iurium,teſtatur in practica Reg.de Ponte,d.§.8.numer. 17.fol.220.prout in Statu Veneto, nec ſeruari dicit Pereg.vbi ſupra relatus per de Ponte loco citato,idemque in praxi ſeruari, vt priuilegia iam dicta receſſere ab aula,refert in Regno Siciliæ Maſtrill.d.cap.9.num.91.ſed fiſcum præferri doti, ac alijs creditoribus dicetur inferius,num.2050.& ſequent.vbi aliud prælationis fiſci priuilegium deducetur,& in Appendice, num.116.

Se offert ſecundò creditum funerarium, vel ob expenſas factas in vltima infirmitate,vt puta medicorum, aut circa medicinalia,aromatariaque, quæ in omnibus parificantur,vt Surd. Præſ.de Franch. Caſtill. & omnes inferius citandi authores notant; & tetigimus in 6. reſtrictione.

Creditum enim iſtud præferri creditoribus omnibus
1910 habentibus tacitam hipothecam,licet† anterioribus, vt poſt glo.in l.penult.ff.de religioſ.& ſumpt.funer.Neguſ.de pignor.par.5.mem.2.num.28.fallen.13. Odofred.Ang.Zaſ.Bald.Nouell.Petr.de Bellapert.Connan. Caualcan.Foller.Vit.& Gregor.Lopez,iudicatum dixit in Regio collat.conſil.Præſ.de Franch.deciſio.51.tota, reſpondens iuribus pro contraria opinione facientibus,
1911 & ſignanter dict.l.penul. vbi dicit,ſolet † præcedere ideo,ſi ſolet,quandoque ſolet,& non ſemper.

Eandem probarunt opinionem Viui.deciſi.307. lib. 2.in fine deciſionis,Guttier.in repet.l.nemo poteſt, nu. 95.ff.de leg.1.& à prædicta deciſione non eſſe recedendum dicit Fab. Annius ad patrem,ſingul.258. verſ. impenſa,eandemque opinionem probaſſe Ripam,Aſiniũ, Caualcan.Phanuc.& Sebaſt.Medic.refert Surd. deciſio.
* 255.num.4. communemque opinionem dicit Ripa citatus,in l.2.num.7.ff.de priuileg. creditor. ſequiturque nouiſſimè Cardin.Mantic.de tacit.& ambig. lib.11.tit. 23.num.23.& ſeq.& Boccac.ad conſtitu. Marc. vt minorum glo.9.num.17.videturque idem probare Iacob. Nouell.reg.21.num.7.

Ex quibus facilè ſequitur,creditum hoc non præferri
1912 †doti,nec fiſco,cum priuilegium prælationis nequaquam operatur contra pariter priuilegiatos, vt ſuperius num.1897.diximus,probantque authores in l.aſſiduis, §.exceptis,C.qui pot.in pign. hab. dos enim pariter tacitam habet hipothecam cum prælatione ſimili, d.l.aſſiduis,ideo in concurſu attenditur temporis prioritas, ita
1913 † probat Bal.Nouell.de dote part.10.limita.9.num. 29.& in l.1.num.149.ff.ſolut.matrimo. quem ſequitur Cardin.Mantica in loco proximè citato,num.24. & fiſcus,nec poſtponitur doti ad text.in l.2.C. de priui.fiſci, modo vt in ſuperioribus declarauimus, ergo funerariũ
1914 creditum, † doti & fiſco tacitam habentibus hipothecam nullatenus præfertur.

Contra Bald.Nouellum prius probauit Bart.in dict. l.1.num.26.quem ſequutus fuit Neguſan.vbi ſupra,di-
1915 cens funerariam impenſam præferri † doti tacitam anteriorem hipothecam habenti, quam opinionem ſequuti fuerunt Surd.d.deciſ.255.num.18.Caſtil.deciſio. 103.Caualcan.deciſ.32.tota lib.1.Thom.Actius,de infirmitat.par.2.ver.creditor, Auditor Peruſin.deciſi.78. num.22.libro 2.Adrian.Neguſant.reſponſo 182.toto, & omnes citandi pro ſequenti contraria opinione, qui ſupponunt etiam doti expreſſam hipothecam habenti funeralia præferri, ideo in tacita nullus contradicit exceptis Nouello, & Mantica, ac alij hanc probant opinionem citandi inferius nu.1920.

Quæ opinio euidenti ratione probatur, nam cauſa
1916 † funeraria dicitur vtilitas publica in communi, & in quolibet particulari, cum non parum intereſt homi-
1917 nes ſepelliri,†& ne in infirmitate derelinquantur, & vt beſtiæ tanquam deſperati moriantur, qua prima vtilitate conſiderata,probat Bar.in d.l.1 ff.ſolut.matrimo.
* num.26.communiter ibi ab omnibus receptus,& quod publica vtilitas ſit funeraria actio, aut infirmitatis vltimæ impenſa,probatur ex text.l.Neratius, ff.de relig. & ſump.funer. ibi, (quia pacto hoc publicum ius infringi non poſſit,) proſequitur Surd.d.deciſ.255.num. nono,
1918 & ſequen.& publicam vtilitatem† principaliter pręferri publicę ſecundariò,vt eſt cauſa dotis,cõiter firmãt
* Authores in d.l.1.ff.ſolut.matrimon.ſequuti Bart. in d. num.26. itaque ex his confunduntur dicta Nouelli, &
1919 Manticæ ſuperius citatorum poſtquam maior † priuilegiatus præfertur minori priuilegio nitenti, ex traditis per repetentes in d. l. 1. ſi enim funeralia præferun-
1920 tur doti, eò fortius † præferuntur fiſco minori priuilegio nitenti,cum ille anterioribus creditoribus etiam ſolam tacitam habentibus non præferatur l.ſi pignus,ff. qui potio.in pign.hab. & latius adnotauimus ſuperius, meritò inquam funeraria præfertur doti, vt ſuperius probauimus,& comprobant Gregor.Lopez, Azeued.& Meieres,quos ſequitur illos citando Amat. Rodriquez, de priuil.credit.par.1.art.3.num.2.

Contrariam opinionem,ſcilicet cauſam funerariam præferri non ſolum creditoribus habẽtibus tacitam an-
1921 teriorem,†probauerunt magis communiter, & rece-
* ptius Caſtren.& Corn.in d.l.penult.ff.de relig.& ſump. funer.ac omnes; quos probant, & ſequuntur Caballin. milleloq.677.par.2. Rolan.conſil.14.num.23.libr.primo, Auditor Peruſin.deciſio.78.num.22.par.2.Caualc. deciſio.3.de contract.& deciſio.citata.32.tota,libro 1. Duen.regula 397.verſ.ſeptimo creditor, num.7. Ripa de peſte,verſ.2.procedit,Aſin.in l.& ſiquis,§. hæc actio, ff.de relig.& ſump.funer.Gomeſ.in l.tauri,30.nume.2. Grego.Lopez,in l.12. (de la prima partida,tit.de la expenſas,)in gloſſ.tit.deudam.tit.13.parte prima, & in l. 30.eodem titulo 13.parte 1.Flores practic. qq. libro 1. quæſt.6.num.11. Surd.dec.255.melius loquutus,quam in

in deciſ. 112. Maſtrill. deciſ. 10. parte 1. Caſtill. Siculus,
Thomas Actius, & Adrian. Neguſant. in locis citatis,
Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 83. & de ratione ratæ,
quæſt. 73. in principio dicens ex receptiſſima opinione,
quibuſcunque creditoribus præferri, Marius Muta ad
conſuetud. Panorm. cap. 38. Carpan. ad conſtit. Mediol.
c. 287. num. 10. vſque ad num. 17. Rebuff. de ſent. præ-
iudicial. ſeu prouiſion. nu. 65. latè Io. Garzias de expenſ.
& meliorat. c. 8. num. 23. vſque ad num. 28. Gaſpa. The-
ſaur. quæſt. foreſ. 24. libr. 4. in fine, qui dicit in Pede-
1922 montana Patria non ſeruari † deciſionem Præſid. de
Franch. 51. & veriorem, ac magis receptam probat Ste-
phan. Gratian. diſcept. forenſ. tomo 1. cap. 94. à princip.
vſque ad num. 20. quæ nam veniunt in huiuſmodi fune-
1923 ralibus, & infirmitatis† vltimæ expenſis, habetur per
nonnullos ex præcitatis authoribus, & in ſpecie per Ca-
ſtill. & Gratian. ſed latius docent Maſtrill. deciſio. 203.
parte tertia, & Adrian. Neguſant. reſponſo 98. toto, &
alij idem probant, quos citabimus in Appendice, nu-
mero 117.

Mouentur præcitati authores præcipuè per text. in l.
1924 fin. §. in computatione, C. de iur. delib. † vbi hæredi
datur retentio eius, quod in funus defuncti impendit,
quo ad reliqua hæredis credita, hæres graduabitur cum
cæteris creditoribus, itaque pro funeralibus omnibus
præfertur hæres; & ſi Præſes de Franch. reſpondendo di-
cit text. illum loqui in hærede cum beneficio legis, & in-
uentarij, tamen ratio tex. includit etiam alium creditorē
ex cauſa funeris, Gratian. vbi ſupra, num. 10. Sed ſi re-
ſponſio, & replicatio ſuper d. §. in computatione patian-
tur controuerſiam, mouentur denique, qui ſecundam re
ceptiſſimam profitētur opinionem, ex text. d. l. pen. ff. de
religioſ. & ſumpt. funer. vbi dicitur, ſemper de hæredita-
te deducendum hoc creditum, quod omne aliud ſolet
præcedere, ideo conſideratis dictionibus ſemper, & om-
1925 ne, † meritò comprehenduntur credita priuilegiata,
& expreſſam hipothecam habentia, vt ſingularius, quā
alij probat dictas dictiones Surd. d. deciſ. 255. num. 6. 7.
& ſequen. ſequunturque alij ſuperius citati; prout de di-
ctione ſemper, quæ vniuerſalitatem, affirmatiuam, om-
1926 ne tempus, & caſum, † perpetuitatem, temporū con-
tinuationem, & alia, ad propoſitum continet, & inclu-
dit, vt poſt centena iura, centenoſque authores, cente-
naſque deciſiones, probat Auguſtin. Barboſ. de diction.
in prædicta diction. num. 310. & dictionem, omnis, eſſe
vniuerſalem, nihil excludentem, alijs infinitis authorita-
tibus citatis probat idem Barboſ. in prædicta dictione,
num. 207. Nec ſatisfacit reſponſio Præſid. de Franchis,
dicentis modificari hoc ex verbo ſolet, quod denotat
1927 conſueuit, quaſi non ſemper, quia † verbum illud re-
gulabitur ſecūdum neutram dictionum ſemper, & om-
ne, poſitarum in eadem lege, nec mirum, cum verbum
1928 ſolet, † prolatum à lege importat neceſſitatem, quā-
do non incidimus in contrarietatem, & in quolibet caſu
1929 cui adijcitur, habet † rationem vniformem, vt magi-
ſtraliter docet Bart. in l. 1. Cod. quomodo, & quando iu-
dex, num. 8. & ratio, ob quam funeraria præcedit, vide-
1930 licet, ob publicam neceſſitatem, eſt vniformis † tam
reſpectu tacitæ, quam reſpectu expreſſæ, vt probant om-
nes præcitati authores, & in ſpecie Surd. d. deciſ. 255. nu.
23. notes enim hanc reſponſionem, illamque addas illi,
quam refert Surd. d. nu. 23.

His ſic explicatis apparet hanc ſecundam opinionem
eſſe veriorem, & receptiorem, quamuis in Regno iudi-
1931 ces † inferiores tutè non poſſunt recedere à prima
ſecundum quam in ſupremo Collaterali deciſum fuit,
quicquid cōtra eam nouiter poſſent decidere Sacr. Con-
ſil. aut idem collaterale, ideo tu Regnicola attendè.

Ex qua receptiſſima colligitur funeralia huiuſmodi,
1932 † vel infirmitatis expenſas præferri doti, & fiſco, etiā
anteriorem expreſſam hipothecam habentibus, vt cla-
riſſimis verbis adnotant omnes allegati Authores, & ſi-
gnanter Surd. Caualcan. Thom. Actius Caſtill. & Muta,
ac ex infinitis alijs colligit Stephan. Gratian. d. cap. 94.
num. 7. qui ſi loquantur in dote, eò fortius procedit in
1933 fiſco, cū fauorabilior ſit dos, † quam fiſcus vt in ſu-
perioribus firmauimus, verum in Regno præfertur fu-
neraria impenſa ſolummodo doti, & fiſco anterioribus
tacitam tantum habentibus ob prædictam deciſionem,
ideo illud maioritatis priuilegium, quod habet cauſa
1934 funeraria † obtinebit in Regno contra tacitas tan-
tum, & anteriores hipothecas, Sed de ratione inferius,
num. 1956. & de his iterum in Appendice, num. 117.

Extenditur prædicta concluſio procedere etiam in
1935 expenſis † pro teſtamento, & inuentario factis, vt ex
omnibus authoribus colligit Gratian. d. cap. 94. num. 7.
nec non, & in expenſis factis per hæredem ad ipſius de-
1936 fenſionem contra alios prætendentes † ſe hæredes,
vt probauimus in primæ reſtrictionis extenſionibus, ver
ſic. prout eadem limitatio, nu. 1571. quia enim iſtę ex-
1937 penſæ † veniunt appellatione funeralium, vt pro-
barunt Adrian. Neguſan. & Maſtrill. locis citatis quam-
uis generalius.

Tertiò ſe offerunt, venditor ſpecialem hipothecam
ſuper re vendita pro precio habens, vel mutuans ad emē
dum cum eadem ſpeciali hipotheca, attenta diſpoſitio-
ne l. licet, C. qui potior. in pign. hab. ac mutuantes ad re-
fectionem, & conſeruationem, vel impendentes ad re-
fectionem, conſeruationem, alimenta, & ad alia relata
ſuperius in prima reſtrictione, & in eius extenſionibus.

Venditor enim, vel mutuans ad emendum cum ſpe-
1938 ciali hipotheca vterque præfertur doti, & † cuilibet
alio priuilegiato, vt de dote expreſsè firmant Cepolla
cautela 124. incipiente vulgaris, & Neguſ. de pign. par.
5. membr. 2. num. 17. ac de omni alio priuilegiato poſt-
ponendo loquitur Stephan. Gratian. tom. 4. diſcept. fo-
renſ. cap. 730. numero primo, licèt Doctores, quos citat
(exceptis Cepolla, & Neguſ.) nequaquam hoc dicant.
1939 Contrarium, & verius ac receptius † reſponderunt
Bart. in l. interdum ff. qui potior. in pignor. habea. gloſſ.
Specul. Cin. Alber. Fulgo. Ang. Salicet. Caſtrenſ. Iaſ. No-
* uell. Soccin. & alij, quorum non ſolum communem opi-
nionem dicit Cardin. Mantic. de tacit. libro 11. titu. 26.
num. 17. & ſequen. ſed etiam probat per tex. apertis ver-
* bis hanc communem probantem, in §. his conſequens
auth. de æqualit. dot. probatque Afflict. deciſ. 306. num.
4. verſic. huic motiuo, & num. 5. Couarruu. variar. reſol.
libro 1. cap. 7. num. 2. & 3. nec amareſcit hæc receptior
opinio ex illa regula deſumpta à l. de acceſſionibus, ff.
de diuer. & temp. præſcript. ſcilicet, ſi vinco vincentem
1940 † te, tanto fortius vinco te, quia in dote fiſco, & in
alijs priuilegiatis diuerſa eſt ratio, modo, vt elegantius
reſpondit Couarru. d. num. 3. vbi latius probat, & hanc
* communem apud tribunalia magis receptam dicit.

Et ſi primam opinionem ſequantur etiam Nouel. de
dote, parte 10. num. 3. (quicquid aliud ſentire videatur
in decimaquinta fallentia, num. 35.) Greg. Lopez l. 36.
titu. 13. partita 5. verbo *il poſtrimero*, quorum opinio-
nem

1941 Item † probabilem dixit Alciat.in l.1.ff.ſolut. matri.
num.21. illamque tanquam æquiorem ſequatur Mat-
tienzo l.7.tit.16.libro 5.ordinam.gloſ.5. num.8. Atta-
1942 men hos confundi † dixit Barboſ.in d.l.1.p.6. num.
12.per text.d.§.his conſequens,ideo peritiſſim.Gizarel.
deciſio.1.num.49. & 50. dixit, præcitatos authores lo-
quutos fuiſſe contra caſum legis,idcirco ſecundam opi-
nionem(quam ſequuti fuerunt omnes citati per Couar-
ruu.& Mantic.in ſuperius citatis locis, probantque Soc-
cin.iun.conſil.10.num.11.lib.3. & Parpalia d.l.1.num.
36.)eſſe receptam,& tex.d.§.his conſequens roboratam
teſtantur,& ſequuntur Barboſ.& Gizarell.citatis locis;
nec refert quod text.in d. §. his conſequens loquatur in
mutuante ad emendum, ideo comprehendere non de-
1943 beret venditorem,qui in alienatione† rei ſuæ legem,
quam voluerit poterit apponere, & res illa affecta illa
ſpeciali obligatione poterit auferri à quocunque poſſeſ-
ſore ad inſtar pacti manus iniectionis, vt poſt Bald.in l.
Titius in vltima additione, ff. de ſeruis exportar.probat
Stephan.Gratian.d.cap.730.Quia reſpondetur, vendi-
torem, & mutuantem ad emendum cum ſpeciali hipo-
theca in vnum iudicantur per Doctor. per eandem di-
ſpoſitionem l.licet,C.qui potior. in pignor.hab. vt pro-
batum fuit in principio huius quæſiti,num.1208. verſi.
Infertur ex hac receptiſſima, immo ex Barboſio in ſe-
quenti verſ.contra &c.num.1209.probatum fuit vendi
1944 torem minori † priuilegio niti,quam nitatur mutuãs
ad emendum cum in primo non concurrant eadem pri
1945 uilegia. Demum dos fulcitur priuilegio, † ius publi-
cum ſecundariò reſpiciente,vt probant Authores in d.l.
1.ff.ſolut.matrimo.in his verò priuilegium reſpicit, vti-
litatem priuatam,meritò Iuſtin.Impera. conſtituit hoc
priuilegium in d.§.his conſequens,vt eſt videre in verſi.
vnde volumus.

Declarabis tamen hanc concluſionem procedere, ſi
1946 dos fuerit † anterior; quia ſi fuiſſet poſterior omni-
nò per hos creditores vinceretur, vt de mente omnium
declarant Cardin.Mantic.d.tit.26.num.18. & Barboſ.
num.12.& 13.probarique dicit in d.§.his conſequens,
* & communem dicemus inferius,num.1987. concludi-
tur itaque venditorem, aut mutuantem ad emendum
cum ſpeciali hipotheca non præferri doti attenta diſpo-
ſitione,d.§. his conſequens; ſed inter eos habere locum
1947 † regulam iuris communis, qui prior tempore,vt ex
d.§. his conſequens colligunt Barboſ. Mantica,& ſupe-
rius citati,non obſtante diſpoſitione l.licet,C.qui potio.
in pign.hab.qui text. patitur modificationem ex prædi-
cto,§.his conſequens, vt præcitati authores notant, ſed
contrarium verius eſſe dicetur inferius num.1961.verſ.
infertur, vbi de veritate clarius habebitur, & de his ite-
rum in Appendice,num.120.

1948 Fiſco autem præfatos creditores præferri,†ſatis no-
tum eſt, cum fiſcus in hipothecis prælationem non ha-
beat,l.ſi pignus ff.qui potior.in pignor.hab.& probaui-
mus ſuperius num.1888. verſic.declaratur ſecundo,nec
diſpoſitio d.§.his conſequẽs de fiſco loquitur, ideo pro-
cedit contra eum diſpoſitio l.licet C.qui pot.in pignor.
hab.ſuperius citata,vt in terminis probat Bald. Nouell.
in l.1.ff.ſolut.matrimon. quem refert & ſequitur Card.
Mantic.de tacit.allegato libro 11.tit.25.num.12.& 13.
immo ſemota conſtitutione d. §. his conſequens,credi-
tores iſti præferrentur etiam doti,quicquid filius in per-
1949 ſonali † actione iſtis creditoribus præferatur, vt in l.
quod quis,ff.de priuileg.credit. itaque in actione perſo-
nali, ſi fiſcus executionem procurauerit excepta illa re
hipothecata, præfertur his creditoribus, qui in illa tan-
tum re obligata prælationem habent.

An autem iſti creditores cum prælatione deſumpta
1950 † ex d.l.licet præferantur cauſæ funerariæ,(hoc opus
hic labor erit) nam firmauimus ſuperius cauſam fune-
rariam præferendam eſſe doti, & fiſco cum leges inſe-
runt eam ſemper, & omni credito præferri, ideo à for-
tiori præferri debet,& his creditoribus tum per diſpoſi-
tionem l.fin.§.in computatione C.de iur. delib. & l. pe-
nul.ff.de religioſ.& ſump.funer. tum etiam & per regu-
lam allegatæ l.de acceſſionibus, ff. de diuerſ.& tempor.
præſcrip.

1951 Immo probauimus in ſuperioribus,funeralia †præ-
ferri creditoribus etiam expreſſam,& anteriorem habẽ-
tibus hipothecam.

1952 Sed omiſſis ſuperfluis,concludo creditores † ex pri-
uilegio d. l. licet C. qui pot.in pign. hab. præferri cauſæ
funerariæ, vel infirmitatis, eò quod iura nec Doctores
dicunt funeralia præferri creditoribus priuilegiatis, ſed
tantum dicunt præferri omni credito,at creditor ex pri-
uilegio d.l.licet, generalius procedit cum Imperator ibi
1953 dicat,omnibus creditoribus anteferri,& dictio† illa,
omnis,poſita in d.l.pen.ff.de religioſ.& ſump.funer.mo
dificatur per verbum ſolet, ibi poſitum, ſed in d.l. licet
indiſtinctè Imperat. ſtatuit omnibus creditoribus hunc
ante ferri,taliter quod Doctor.in dict.l.licet,& in ſpecie
1954 Cin.dicit etiam priuilegiatis creditoribus †anteferri,
idque ex alijs authoribus etiam probat Stepha. Gratia.
tomo 4.diſcept.forenſ.citato cap.730.in princip. com-
probatque Regens de Ponte,deciſione Collateral.conſ.
34. num.10. quæ prælatio non reperitur data funerali-
bus,vt illa etiam priuilegiato anteriori præferatur, licèt
aliqui affirment.

Nec refert,ſi ſuperius probauimus funeralia præferri
fiſco,& doti,cùm ſatis oſtendimus fiſcum in realibus nõ
1955 habere † priuilegium,& dotem diuerſa ratione poſt-
poni,eò quod & vxor tenetur ſepellire,& infirmum ale-
1956 re † virum, quando alio modo his conſuli non pote-
rit,vt probat Maſtrill.deciſ.203.num.7.& 8. par.3.poſt
Duenuam,regul.397.nu.8.verſ.ſed mulier,ac poſt Ro-
man.Caſſa.& Pappon.citatos per eundem Maſtril.ideo
ſi vxor grauatur in bonis proprijs,fortius debet grauari
in bonis viri,in quibus ſolummodo hipothecam habet,
vt arguit Surd.deciſ.255.nu.15.quæ non conſiderantur
in huiuſmodi creditore.

Nec ſecundò obſtat, quia funeralia publico fauore
1957 nitantur,eò quod non ſemper † publicus fauor præ-
fertur priuato,vt latè docent authores in l.1.ff.ſolu.ma-
trimon. immo quilibet priuatus poterit ſuum fauorem
1958 conſeruare aduerſus publicum, † dummodo ſine do
lo fiat,vt poſt Zaſium,& alios probat Barbo.in dict.l.1.
num.21. parte 7. & hanc opinionem omninò veram
dico, quicquid in contrarium abſque ratione ſentire vi-
deantur Piccard.in d.§.quædam actiones,in fine, & A-
mator.Rodriquez de priuileg.credit. parte prima,artic.
3.cum vterque generaliter,& ſine lege loquatur.

Sed ſi prædicta difficultatem haberent,attenta opi-
nione, quod funeralia præferantur etiam creditoribus
expreſſam anteriorem hipothecam habentibus, (prout
difficultatem habere ex ſuperius traditis non poſſunt,)
tamen ſi teneretur altera opinio,quæ viget in Regno,vt
funeralia præferantur ſolummodo anterioribus haben-
1959 tibus tacitam, hæc noſtra † opinio nullam dubita-
tio-

tionem habebit; nam creditorem ex d.l.licet,expreſſam
& ſpecialem habere hipothecam nullus dubitabit; ac &
ſecundò illam reputari etiam anteriorem tempore, nec
dubitari poterit, cum in his conſiderabitur anterioritas
cauſę,ſeu temporis acquiſitionis,eò quod antequam res
acquiratur debitori,afficitur illa ſpeciali hipotheca, ta-
liter quod res illa antequam obligetur alijs creditoribus
1960 † emptoris afficitur hipotheca illa ſpeciali, & conſe-
quenter creditor illam ſpecialem habẽs dicitur anterior
tempore habito reſpectu ad tempus acquiſitionis,vt ele
ganter probat Reg.de Pont. dec. citata 34. nu.8.& 10.

Infertur ex proximè traditis non eſſe veram com-
* munem opinionem,quam probauimus ſuperius, num.
1961 1947. verſ. concluditur itaque poſtquam † creditor
ex d.l.licet dicitur anterior, & expreſſam habens hipo-
thecam,ac priuilegiatus,vt ſupra,& vt inferius,eò quod
dos nequaquam præfertur, nec anteriori tacitam priui-
legiatum habenti hipothecam, nec expreſſam non pri-
1962 uilegiatam † anteriorem habenti,vt eleganter com-
probat Barboſ.in dict.leg.prima ff.ſolut.matrimo.par-
te 6.num.13.

1963 Comprobantur hæc,nam dotem non præferri † an-
teriori habenti tacitam priuilegiatam; receptam, & cõ-
* munem opinionem dicit Bolognett.in d.l.1.num.205.
ac Barboſ.in d.par.6.num.2.illamque non præferri,ex-
1964 preſſam anteriorem habenti, † probant omnes vna-
nanimiter,tam in d.l.1.quam in l.aſſiduis,C.qui potio.
in pignor.habea. & nos comprobauimus pluries in hoc
quæſito,quid enim fortius non debet præferri huic cre-
ditori expreſſam anteriorem, & priuilegiatam habenti
hipothecam, ideo in puncto iuris tenerem, hunc credi-
torem ex priuilegio dict.l.licet tanquam anteriorem in-
terpretatum, & expreſſam habentem hipothecam ſim-
1965 pliciter præferendum † eſſe doti; & ſecundum hanc
opinionem ſæpius fuiſſe deciſum in Regio Senatu Val-
liſoletano teſtatur Roderic.de ann.redd. lib.2.quæſtio.
20.num.6.quamuis ratio adducta per eum nu.7. quod
text.§ his conſequens loquatur reſpectu tacitæ hipothe-
cæ mutuantis ad emendum,eſt omninò falſa, cum non
1966 reperiatur in iure cautum, mutuantes † ad emẽdum
habere tacitum pignus,vt magiſtraliter declarat Bar.in
l.interdum,ff.qui potio.in pign.hab.& ſuperius proba-
uimus,ideo in conſulendo,& iudicando non facile rece-
* derem à contraria magis communi vt ſupr.quam com-
probat Morot.conſ.54.toto.

Extenditur concluſio, vt creditor,cuius pecunia emi-
tur res,tanto fortius præfertur doti,fiſco,& funeralibus,
1967 ſi ipſe creditor † fuerit pupillus, vt in ſeptima reſtri-
ctione tetigimus,& in quinta extenſione declarauimus,
ideo ſi pupillus agat vtili vendicatione in caſu, quo hac
vtili agere poterit vt in dicta 5.extenſione explicauimus
tunc ſine aliqua dubitatione extenſio trãſit, quia domi-
1968 nus rei anterioritate non indiget † in re ſua, in qua
nullus concurrere poterit, vt ſæpius ſupra probauimus,
& omnes conſentiunt,ſin autem agat hipothecaria,vti-
que maiori priuilegio nititur,quam maior, cum duplex
1969 † priuilegium habeat in re empta de ſua pecunia, v-
num quia tacitam habet hipothecam, quod non eſt in
alio, alterum quia præfertur etiam anterioribus, vt no-
tabiliter docet gloſ.in l.idemque ff.qui potior.in pigno.
habea. ideo tantò fortius præfertur, ſed de his latè ſu-
perius extenſio.quinta,num.1522. cum multis ſequen.
ſed an præferatur doti, & fiſco dicetur in Appendice
num.121.

Modificatur extenſio, vt procedat reſpectu credito-
1970 rum† emptoris debitoris,non autem reſpectu credi-
torum, qui rem emptam ex pecunia pupillari per prius
habebant obligatam, quia iſti præferuntur pupillo, vt
declarat Bar.& cęteri, in d.l.idemque.

Sed dubitatur,an ſi res fuiſſet empta partim de pecu-
nia pupillari,partimq. de pecunia maioris, cum ſpeciali
obligatione,quis deberet præferri,maior forſan per tex.
d.l.licet,C.qui potior.in pignor.hab.an minor,per text.
d.l.idemque, concluſiuè reſpondeas lector amatiſſime,
1971 debere † præferri pupillum, eò quia pupillus maiori
nititur priuilegio, vt ſuperius diximus; & conſequenter
1972 magis priuilegiatus † ſemper præfertur cæteris pari-
bus,Bar.in auth.quas actiones num.3.C.de Sacr. ſanct.
Eccleſ. Iaſ.& alij, quos probat Barboſ.in 7. parte l.1.
ff.ſolut.matrimon.nu.17. ſed id velim non ſic recipias,
ſed audacter teneas maiorem præferri non tãquam ma-
gis priuilegiatum, ſed tanquam anteriorem, ex notatis
ſuperius num.1959. cum ſequent.ſed vide in Appendi-
ce,num.121.

Quo verò ad mutuantes ad refectionem, vel conſer-
uationem,aut ad alimonia,vel ad omne illud, quod la-
tius explicauimus in prima reſtrictione,& in eius exten-
ſionibus,de quibus, aut de maiori parte loquitur Vlpia.
in l.interdum & l.ſequenti,ff. qui pot.in pigno.habe.di-
1973 cas indiſtinctè † præferri fiſco,funerariæ cauſæ,& cre
ditoribus nitentibus priuilegio l.licet C.qui pot.in pign.
hab.& l idemque, ff. eod. illis duabus rationibus addu-
ctis per Vlpia.in l.huius ff. d.tit.qui pot. nempè quia to-
tius pignoris cauſam pecunia impenſa ad has conſerua-
tiones, & refectiones ſaluam fecit, ac & ſecundò, quia
ſaluari res obligata nullo modo poterit abſque tali im-
penſa.

Denique probabitur ex gloſ.in d.l.interdum, ex qua
deducitur hos mutuantes triplex habere priuilegium,
1974 † & conſequenter vti magis priuilegiatos præferri,vt
ſuperius probauimus.

Inſuper inuincibili ratione probatur,nam ſi res obli-
gata cuicunque ex præcitatis authoribus, perempta fuiſ
1975 ſet,tunc obligatio,& hipotheca † quantumuis priui- *
legiata, & anterior,ac ſpecialis,eſſet totaliter extincta,
ad text.in l.ſicut,ff.quib.mod.pign.vel hipot. ſolu. & ſi
1976 extingueretur hipotheca extingueretur, † & credi-
tum reſpectu rei peremptæ,d.l.ſicut,ideo ſi res per refe-
ctionem ſaluaretur,meritò in ipſius rei ſalute,ſi fuit pri-
1977 mus reficiens,conſequenter primus iudicandus †erit
in hipotheca, & obligatione,eò quod tẽpus acquiſitio-
nis inſpicitur,vt in d l.huius,vt Caſtren.Vanderan.Con-
nan.Zaſ. & Balduin. quos probat Amator.Rodriquez,
de priuil.creditor.parte prima,artic.ſeptimo, num.17.
& Picchard. in §. quædam actiones inſt.de act.nu.79.

Comprobatur ſecundò,nam expenſas neceſſarias, ex
1978 quibus res meliorata eſt,recuperabit † expendens,ét
ſi fuerit malæ fidei poſſeſſor,illaſque deducet retinendo
rem aduerſus dominum rei,ad text. in l. domum. C. de
rei vendic.Bart.Alciat.& alij, quos probat Menoch. de
recuper. remed.15. num.537. quidve fortius aduerſus
creditorem;ideo ſi venditor vendiderit rem,& pro pre-
tio ſpecialiter obligatam habuit,non per hoc præfertur
1979 † reficienti, aut in illa neceſſaria facienti per tex. d.l.
licet,nec mutuans ad emendum, cum non præferrẽtur
ſi non vendidiſſent,aut non mutuaſſent, ſed propriam
rem peterent, adhuc illa res diminueretur in valore ob
impenſas neceſſarias ibi factas omninò deducendas, vt
in

in ſequenti caſu in articulo maioris difficultatis probabitur.

1980 Reſtat videre an reficiens præferatur † doti, & non præferri ſatis apertè ſtatuit Imper. in d. §. his conſequẽs, auth. de æqual. dot. nec indiget doctorum allegatione hæc concluſio, cum per apertum probetur textum licèt ſit noſtrorum temporum iniqua calamitas, & imperitia

1981 vt legibus non credatur, † niſi doctorum authoritate comprobentur, vt in his proprijs terminis aduertunt Soccin. iunior conſil. 10. num. 11. lib. 3. & Card. Mantic. de taci. & ambig. lib. 11. tit. 23. num. 7. & 8. quæ concluſio procedit, quamuis reficiens expreſſam haberet hipothecam, ſed poſteriorem, Morot. de communi, conſ. 54. num. 8. ſupracitato.

1982 Verum deciſio illius tex. ſatis † dura ſatiſque controuerſa ſemper reputata fuit, tanquam nonnullis iuribus alijs, contradicens, nam & ſi corpus dotale diminutio-

1983 nem in valore † patitur, ſi in illo neceſſariæ impenſæ factæ fuerint, poſtquam pro impenſis factis retinebitur, ad tex. in leg. ſi is, qui Stichum, §. quod dicitur ff. de iur. dot. & l. quod dicitur. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. cur magis diminutionem cauſare non debent huiuſmodi impenſę in rebus mariti doti obligatis; nam & ſi in re pro-

1984 pria dotali † ſimiles impenſę priuilegiantur, quid fortius in re pro dote obligata? vt in ſimili arguit Surd. deciſ. 255. num. 15. verſ. quod ſi fauore, & quomodo im-

1985 penſæ † diminuant valorem dotis, expendunt repetentes in d. l. 1. ff. ſolut. matrim. ſed elegantius Barboſ. in 3. par. rubr. ſolu. mat. nu. 19. cum multis ſeq. ad declarationem d. §. quod dicitur, & d. l. quod dicitur.

Imò ex ratione deducta per Imperatorem in d. §. his conſequens verſ. vnde volumus ibi, (minui autem dotes nullo modo ſinimus,) deducitur deciſio contra cõmunã ſententiam, poſtquam ſi domus non eſſet renouata, & refecta, totaliter dos deperdita eſſet, at ſi reficeretur remaneret aliquid, ex quo in parte doti ſatisfieret, quod

1986 † ſecus eſſet ſi in totum deperdita eſſet, & per hoc vt dos in totum non deficiat impenſa ad refectionem, & conſeruationem pręferri deberet ratione eiuſdem tex. d. §. his conſequens, & probatum fuit ſuperius, nu. 1977.

Attamen in iudicando non erit recedendum à communi, & recepta opinione, ex qua deducitur, text. §. his conſequens ſuperius citati diſpoſitionem intelligi, vt dos, & refectionis, ſeu conſeruationis impenſa, pari in hu-

1987 iuſmodi † priuilegio nitantur, taliter quod in eorum concurſu ſeruabitur regula iuris communis, c. qui prior de reg. iu. in 6. vt docet gl. in d. §. his cõſequẽs ver. poſte-

* rior, communiter recepta, quodq. teſtantur Mattienzo, l. 7. tit. 16. lib. 5. ordinam. gloſ. 5. num. 8. & Barboſ. in d. l. 1. par. 6. nu. 8. & nu. 12. ff. ſolut. matr. comprobaruntq. Molin. de contract. diſput. 438. nu. 12. & clarius Cardin. Mantic. de tacit. d. tit. 23. num. 10. lib. 11. quamuis Saliceti opinionem contrariam, nẽpè, vt dos poſterior, præ-

* feratur huic creditori anteriori, communiorem dixerũt Couarr. variar. lib. 1. cap. 7. num. 3. ver. hoc ipſum oſtenditur, & Morot. in citato conſ. 54. nu 6. quia contra tex. d. §. his conſequens, & contra aliam receptiſſimam opinionem loquuntur, ex qua diſpoſitum eſt, dotem non præferri anteriori tacitam priuilegiatam habenti, vt teſtatur poſt alios Barboſ. in d. par. 6. nu. 2. & probauimus ſup. num. 1818.

In terminis autem noſtris, huiuſmodi creditores triplici priuilegio nituntur vt docet gloſ. Bart. & reliqui in l. interdum, ff. qui pot. in pign. hab. & diximus ſup. num. 1974. imò præferuntur habentibus expreſſam anteriorem, quibus dos non præfertur, ideo de his ſatis.

* Quam communem ſententiam velim intelligas in caſu expreſſo in dicto §. his conſequens, & ſic reſpectu refectionis, conſeruationis, & reparationis domus, in infraſcriptis autem caſibus notatis in ſubſequentibus illatio-

1988 nibus, nequaquã, tum quia diſpoſitio † d. §. his conſequens ſpecialiter inducta fuit per Imperatorem, & conſequenter non trahenda ad aliorum conſequentiam, vt Moder. in d. l. 1. ff. ſolut. matri. ac Regens de Ponte, poſt Bar. Fulg. Speculat. Rip. & Cuma. in ſæpius allegata dec. 34. nu. 6. tum & fortius, quia diuerſa ratio concurrit, &

1989 data † rationis diuerſitate nunquam extenſio conceditur, etiam in ſimilibus, & æquiparatis; vt ex Euerar. in eius topica, loco à ſimili, & plenius ex Farin. in fragm. parte 1. lit. E, verſ. extenſio; prout de diuerſitate rationis dicetur inferius nu. 1993. cum ſeq.

Infertur primò, quod creditores pro vectura rerum obligatarum, vt ſunt muliones, & cæteri, qui cum animalibus conducunt prętia mercede, res ad vecturam, ac omnes nautæ pro vectura maritima, vel per flumina nauigabilia, nec non, & impendentes, pro cibarijs nautarum, ſine quibus nauis ad portum ſalua peruenire non

1990 poterit, omninò præferuntur, † non ſolum creditori ex priuilegio, d. l. licet, C. qui potior in pignor. habea. ſed etiam fiſco funeralibus, & doti; nam quo ad reliquos ſatis probauimus ſuperius, nu 1973. verſ. quo verò ad mutuantes cum ſeq. reſtat probare quo ad dotem, pro qua diximus loqui text. dict. §. his conſequens authen. de æqual. dot. diſponentem dotem pari priuilegio concurrere cum impendente ad refectionem, & domus conſeruationem, ſiue renouationem, ſed hoc priuilegium tan-

1991 quam ſpecialiter conceſſum † nequaquam ad alias cauſas ſimiles trahi, quæ diuerſam haberent rationem, ſed creditores iſti, quamuis includantur in numero reficientium, vt habetur in dict. l. huius. ff. qui pot. in pigno.

1992 habeã. tamen diuerſam † impenſam fecerunt, diuerſoſque labores locauerunt, meritò caſus ſpecialis d. Authen. de æqual. dot. §. his conſequens tanquam exorbitans ad iſtum non trahitur.

Comprobatur hæc illatio, nam diuerſa etiam ra-

1993 tione nituntur, cum ſimiles perſonæ deſeruiunt † ad conſeruandum tam commercium terreſtre, quam maritimum, ſeu nauale ad text. ca vltim. diſtinct. ſecunda, vbi de vtroque hoc commercio fit mentio; quæ com-

1994 mercia ſunt omninò neceſſaria † ad Reipublicæ conſeruationem, vt ſine illis ſocietas hominum conſiſtere non poterit Conrad. Brun. de ſeditioſ. libro quinto, capit. ſeptimo numero primo, & ſi talia tollerentur commercia oporteret homines aliena rapere, vt ſubſtenta-

1995 rentur, † aut fame, & nuditate, ac alijs miſerijs perire, vt aduertit Medina in ſuis tractat. tomo ſecundo, titul. de rebus reſt. quæſtio. 30. verſic. tertio illud, prout hæc, & alia de commercijs congerit eleganter Sigiſmund. Scaccia, de commerc. §. primo, quæſt. prima, numero 68. & in alijs locis, ideo ſi hiſce perſonis, quibus intermedijs, commercia conducuntur, & conſeruantur pro ſubſtentatione vitæ hominum, alij creditores præferrentur in vectura, & in præcitatis expenſis neceſſarijs, & pro mercede laborum, & expenſarum factarum lites pro pecunia haberent, & nullus, aut pauci inuenirentur, qui hanc curam habe-

haberent conducendi bona commercibilia ſic neceſſa-
ria, & conſequenter reſpublica totaliter damnificare-
tur.

Infertur ſecundò, nam & ſi locator habeat hipothe-
cam cum prælatione ſuper fructibus natis in re locata, vt
probauimus ſuperius in ſecunda principali reſtrictione,
ver. attamen nu. 1580. cum ſeq. rationibus ibi adductis;
dubium tamen erit an doti anteriori præferatur, illumq.
1996 † non præferri, deciſum dixit Gaſpar Theſaur. quæſt.
forenſ. 29. libr. 2. idemque probauit Caualcan. deciſ. 27.
num. 23. parte tertia, probaruntq. famoſiſſimus Gabr.
Henriq. iam primarius profeſſor iuris Cæſarei in Salmã-
ticenſi Academia, digniſſimus Pater meritiſſimi Domi-
ni Regentis Henriquez, relatus per Felicianum inferius
citandum, & Auguſtin. Morla in emporio p. 1. tit. 10. q.
3. nu. 5. loquentes in caſu maioris difficultatis, ſ. concur-
rentibus creditoribus anterioribus non priuilegiatis, in
terminis autem hanc probauit opinionem Felicia. de cẽ-
ſib. tom. 2. lib. 3. tit. 3. nu. 14. extendens concluſionem,
etiam ſi dos fuerit poſterior, vt in fine numeri conclu-
dit.

1997 Contrariam defenderunt opinionem nonnulli, † nõ
contemnendę eruditionis, vt fatetur idem Felicianus lo-
co citato, quam ſententiam veriorem cẽſendam ſemper
affirmarem, illo potiſſimum fundamento, quia locator
reſpectu ſoli habet dominium actu permanens in hipo-
theca, vt ex Bal. in l. in rebus C. de iur. dot. in principio,
& ex alijs iuribus probauimus in citato num. 1580. cum
ſeq. nec ſatisfaciunt reſponſiones, quas facit præcitatus
Dom. Gabriel. Henriquez, quas congerit Morla loco ſu-
1998 periori adductus, † illas trãſcribẽs tacito, & ſuppreſſo
nomine ſui præcitati præceptoris, vt aduertit Felicia. al-
legato num. 13. dicens eas ſatisfacere num. 14. verſi. nec
obeſſe, quia præcitatas reſponſiones replicando, tollit
Steph. Grati. diſcep. foren. tom. 1. cap. 25. toto, ad quem
lectorem remitto.

Verumtamen, non nego, articulum eſſe dubitabilem
1999 † cũ dotis prælationis priuilegium firmiter procedat
reſpectu anteriorum creditorum tacitam habentium hi
potbecam, vt conſiderat Felician. citato loco; quamuis
in terminis noſtris non benè loquatur Felicianus, pro-
bans, dotem poſteriorem præferri locatori, quia contra
cõmunes regulas eum loquutũ fuiſſe, patet, ex eo, quod
ſuperius citauimus, & per Felicianum non negatur, loca
torem prælationis priuilegium habere, vt ex receptiſſi-
ma probatum fuit dicto num. 1580. cum ſequent. ideo
ſequitur dotem poſteriorem nequaquam præferendam
creditori anteriori tacitam priuilegiatam habẽti, vt per
aliam receptiſſimam probauimus ſuperius, num. 1962.
& 1963. idcirco, vt amaritudines tollerẽtur infraſcripta,
ac vterer diſtinctione, ſi ſtudioſo lectori videatur, quam
veriſſimam dijudico, nam aut tractatur de fructibus na-
turalibus, & tunc indiſtinctè teneas, in illis pręferendum
2000 † eſſe locatorem, cum in eis nullas expenſas, nullam-
que induſtriam cõductor erogauit, cum nec ex facto ſuo
tales fructus naſcantur, ad text. in l. fructus ff. de vſur. in
fine, quia exiſtente locatore domino fundi, ex quo tales
2001 fructus naſcuntur, ijdem fructus † tanquam eiuſdem
dominij acceſſorij iudicantur, Stephan. Gratia. tomo 2.
diſcept. forenſ. cap. 400. num. 4. & latius cap. 712. num.
2002 11. tomo 4. ideo diuerſo iure † cenſeri non debent à
fundo locato, cui accedunt, ad text. in l. fina. §. quoniam
verò comperimus C. de re militar. lib. 12. cum alijs con-
cordantibus adductis per Surd. conſil. 128. num. 16. lib.
1. & Stephan. Gratian. diſceptat. foren. capit. 649. num.
19. & 20. tomo 4. nam ſi fundi dominium eſt locatoris
domini, ita & fructuum, ex præcitatis, meritò dicitur
2003 locatorem ſuper fructibus † habere dominium in hi-
potheca, vt ſuperius probauimus.

Aut tractabitur de fructibus induſtrialibus, pro qui-
bus quærendis, colligendis, & conſeruandis conductor
impenſas feciſſet; & tunc taliter ſubdiſtinguas, nam aut
tractatur de pendentibus, & extantibus in ſolo, & hoc in
caſu ad inſtar naturalium iudicantur, & fortius, cum illi
2004 pars fundi † iudicentur, ad tex. in l. fructus pendentes
ff. de rei vendicat. cum alijs concord. nec ſuper eis tan-
2005 quam proprijs conſtituitur hipotheca † ad text. l. ne-
que pignus, ff. de pignor. ſed illi reperiuntur in dominio
2006 locatoris, † ideo non obligantur creditoribus condu-
ctoris, vt ſingulariter more ſolito, adnotat Anton. Faber
de error. pragm. decad. 1. error. 1. num. 35. & ſequen. di-
cens pignus pro locatore tacitè contrahi ſuper fructibus
perceptis per conductorem, & è ſolo ſeparatis, non ſuper
pendentibus, qui in dominio locatoris reperiuntur, ideò
ſui omninò; idque expreſſius probat Senatus Dolan. de-
ciſ. 51. num. 19. ac latius, & clarius poſt Regen. de Ponte
conſil. 32. in caſu difficiliori loquentem, Cæſar Manent.
deciſ. Mant. 34. num. 34. & 35. contra Surd. deciſ. 97. re-
ſpondens, & ex Neguſ. nouum intellectum d. l. neq. pi-
gnus, dando, num. 36.

Aut verò tractabitur de fructibus induſtrialibus per-
ceptis, & è ſolo ſeparatis abſque dolo, & in iſtis dicerem
2007 locatorem, & dotem † concurrere habito reſpectu ad
tempus, vt ſit locus regulæ, qui prior, cum vterque in
his fructibus priuilegio prelationis gaudeant ex ſuperius
adductis; quorum diſtinctionum capita notabis amice
lector, cum Theſaur. iunior, & reliqui ſuperius citati ar-
ticulum potius confundunt, ipſiuſque veritatem negli-
gentes. Sed de his iterum dicetur in Appendice, nume-
ro 122.

Sed fortius dubitabitur, an locatori præferatur, mu-
tuans ſemen conductori, vel dos, aut quilibet alius, con-
ductoris ſemen ſerentis creditor, & præferri creditorem
2008 pro ſemine, † reſpondit Cardin. Mantica de tacit.
libro 11. titul. 23. num. 11. ad 20. cum fructus ſine ſemi-
ne non naſci pluſquam manifeſtum eſt, & ſemen expen-
ſarum nomine venire etiam notum eſt, ideo fructus de-
ductis expenſis dicuntur, ita Mantica in citato lo-
co.

Quibus non obſtantibus contrariam opinionem
probauerunt Decian. conſil. 50. numero tertio Caſtill.
Siculus deciſi. 10. numero ſeptimo, volumin. primo, An-
ton. de Ball. relatus per Domin. Paſchal. copioſiſſimum
authorem de vir. patr. pot. parte quarta, capit. ſexto, nu-
mero 66. qui hanc ſequi videtur opinionem, & alij, quos
ſciens prætereo, quam veriſſimam, & receptiorem dico,
receptior eſt cum eam plures numero ſequantur, & ve-
riſſimam, cum illa probetur per expreſſum text. in leg.
qui ſcit, verſicul. quia omnes fructus, & in §. in alieno,
verſic. quoniam in percipiendis fructibus, ff. de vſur. vbi
Iulianus Conſultus dicit, omnes fructus iure ſoli non iu-
re ſeminis percipi.

Quem text. didici à Domin. Dom. Franciſco Merlino
Pignatello, Regio Auditore in Prouincijs Princip. citra,
& Baſilicatæ, digniſſimo conſanguineo meritiſſ. Mar-
chion. Tapiæ, & in noſtra diſciplina doctiſſimo, ac labo-
rio-

rioſiſſimo iuuene, & in iudicijs ferendis, & populis gu-
bernandis integerrimo, meo Domino, quamuis demum
vidi de eadem lege in his terminis mentionem fieri per
Felician. & Ant. Fabrum in citatis locis, ac per Morlam,
allegato loco, & nouiſſimè per Amator. inferius citãdũ,
nec obſtat obiectũ Mantic. dicentis fructus dici deductis
2009 expenſis, quia † non procedit in conductore pẽſionis
debitore, vt poſt Negu. probat Gratia. citato c. 25. nu. 9.
& 10. ſed in huiuſmodi præfertur cauſa ſoli, d. l. qui ſcit,
ideo concluditur, locatorem præferri doti funerariæ, &
cauſæ ſeminis, ac quibuſuis alijs in fructibus extantibus,
& poſt eũ præferri creditorem ac ſemine, cum ſemen ſit
cauſa efficiens fructuum poſt ſolum, vt notauimus num.
1557. quicquid alij dicant, de prælatione verò locatoris
latè contra, ſcripſit Amator. Rodriquez de priuileg. cre-
dit. par. 1. art. 8. prout nos iterum dicemus in Appendi-
ce, num. 122.

Infertur 3. in expenſis factis ad cuſtodiam, & alimoniã
animalis pignorati, aut exequuti, aut ad cuſtodiã anima-
lium fructuum, & aliarum rerum cuſtodia indigentium,
2010 quia creditores † pro hac cauſa præferuntur ſuper re-
bus alimentatis, & cuſtoditis, doti cauſæ funerariæ, fiſco,
& omnibus alijs creditoribus ſuper illa re concurrentib.
eò quod impenſæ tales neceſſariæ minuunt valorem re-
rum prædictarum ex ſuperius traditis, nec diſpoſitio tex.
d. §. his conſequẽs trahitur ad iſtos, ex cauſis, & rationi-
2011 bus circa neceſſarias impenſas deducendas, † & ex di-
uerſitate facti ſuperius traditis, difficilius enim huiuſmo-
di hominum commoditates, circa humana commercia
inuenirentur, ſi in ſolutione excluderẽtur *iſti* creditores
per anteriores, cum tales & *ſimiles* expenſæ ſemper de-
ducantur iuribus *ſuperius* adductjs, idem iudicium da-
bitur reſpectu quarumuis expẽſarum neceſſariarum fa-
2012 ctarum † in cultura, pro quibus dabitur eadem præ-
latio, comprobat hoc Felician. de cenſ. tom. 2. lib. 3. cap.
5. num. 12. poſt Caualcan. & Decian. per eum citatos.

Idcirco ſi cuſtodes fructuum concurrerent cum do-
mino fundi, vel cum mutuante ad ſeminandum præfer-
2013 rentur † indiſtinctè cum fructus, ſuper quibus fiet
concurſus, dici non poſſunt, niſi deductis impenſis d. l.
fructus, ff. ſolut. matrimon. ſed an idem iudicium dabi-
tur pro ſalario famulorum, videas Felician. de cenſ. loco
proximè citato nu. 12. verſ. ſed eximiam ſubtiliter, ſed
non practicabiliter loquentem, at de hoc vide in Appẽ-
dice, num. 122.

Infertur quartò, in vendentibus fœnum, ſeu herbam
pro animalium paſcuis, qui præferuntur ſuper eiſdem
2014 animalibus † omnibus præcitatis creditoribus, cum
valor animalium æſtimetur deductis expenſis prædictis
ex eiſdem citatis iuribus, verum controuerſia hæc nun-
quam, aut rarò contingere poterit, cum paſcua ſoluun-
tur indiſtinctè etiam per creditores exequentes, ſed hæc
intelligas cum declaratione, quam retulimus in prima
reſtrictione num. 1562. cum ſeq.

Infertur quintò, in ſalarijs trigeſimis, & alijs relatis
per nos in prima reſtrictione, quorum creditores præ-
2015 feruntur, † his quibus dotem præferri diximus, cum
priuilegia dotis ſint communicanda cauſæ ſtudij, Bart.
in l. 1. ff. ſolut. matrimon. in fine Ang. in fine Iaſ. nu. 51.
Rip. num. 139. Alciat. num. 8. & receptum ab omnibus
tradit Boſcheus de legit. nupt. lib. 6. num. 42. Horat. Lu-
cius de priuileg. ſchol. priuil. 34. Soccin. iunior in dict. l.
1. num. 277. & Barboſ. num. 24. & 25. part. 7. quicquid
Viſitarin. Pariſ. & Bolognett. contradicant; alios hanc
receptiſſimam opinionem probantes cumulauimus ſu-
pra in 1. reſtrictione verſ. & vt reuertamur num. 1566. &
nouiſſimè probat Amat. Rodriq. de priuil. creditor. par.
1. art. 3. num. 18.

Ego autem in hac illatione reſpectu iudicum pro tri-
geſimis, & ſportulis, & aduocatorum, duos conſtituam
caſus, nam aut prælatio controuertitur ſuper bonis, quæ
2016 non fuerunt litigio ſuppoſita, & tunc omninò † cauſa
huiuſmodi, & cauſa dotis à pari procedũt, ſed circa alios
dicetur, num. ſeq.

Aut, & ſecundò tractatur de prælatione, & concurſu
ſuper bonis in iudicio deductis, & tunc indiſtinctè dico,
hanc cauſam cæteris omnibus per nos congeſtis præfer-
ri, cum iſti creditores, rem litigioſam à litibus liberarũt,
& recuperarunt, ac per alias rationes citatas per nos in
prima reſtrictione allegato verſic. & vt reuertamur, vbi
etiam procuratores hoc niti priuilegio diximus.

Modificantur ea quæ in illatione iſta diximus, non
procedere reſpectu creditorum, iuſta terminos, leg. li-
cet, C. qui pot. in pignor. hab. & l. interdum cum l. ſeq. ff.
2017 eod. quibus, ſi dos † non poſtponetur per diſpoſitio-
nem §. his conſequens auth. de æqual. dot. tamen diſpo-
ſitionem illam non excedendam, diximus ob rationes
adductas ſuperius num. 1988. cum ſequent. propter ip-
ſius ſpecialitatem, & rationis diuerſitatem, meritò dico
illos creditores per generalitatem dictarum legum, præ-
ferri iſtis ex cauſa ſtudij, ſuper rebus emptis, ſpecialiter
obligatis, aut ſuper refectis, vel conſeruatis, dummodo
eadem bona è litibus per hos creditores non ſint redem-
pta iuxta diſtinctionem, in reliquis verò procedit æqui-
paratio cũ dote, proceditque illatio cum diſtinctione.

Vnum pro nunc velim notabis, in materia refectio-
nis, & conſeruationis, nempè ſi res communis egeret
refectione, aut alimonia, & frater, aut ſocius recuſaret
2018 † pro ſua rata reficere, aut conſeruare, ſi alter ſocius,
frater de ſua pecuna refecit, vel conſeruauit; ſin autem
ratam renitens intra quatuor menſes, vnà cum legitimis
vſuris non reſtituet impendenti, priuabitur parte ſua, ita
eminentiſs. Papinianus in l. ſi fratres §. idem reſpondit
ſocius, ff. pro ſocio, quem tex. probant glo. in l. creditor,
vbi Iaſ. nu. 7. ff. ſi cert. pet. probauitq. Aretin. in §. actio-
num inſtit. de actio.

Accedunt etiam (ne hæc omittantur,) vt mutuans ad
emendum militiam omnibus præcitatis creditoribus,
2019 † præferatur ex traditis per Imperat. in citato §. his
conſequens auth. de æqual. dot. & probant, ac expendũt
Salicet. in auth. quo iure, C. qui pot. in pig. ha. Alciat. Bo-
ſcheus, & Bolognet. relati per Barboſ. in d. l. 1. p. 6. num.
2. & 3. ff. ſolut. matrimon. dummodo mutetur, vt expli-
cat idem Imper. vbi ſup. & clarius, Connan. lib. 4. com-
ment. c. 25. nu. 2. & Barboſ. vbi ſup. num. 3.
2020 Extenditur concluſio in mutuo facto † ad emẽdum
quodlibet publicum officium Bologn. in d. l. 1. nu. 206.
& Barboſ. loco citato.

SVMMARIVM.

2021 *Eccleſia præfertur omnibus creditoribus anterioribus, de veritate num. 2023. cum ſequentibus, & præcipuè num. 2028.*
2022 *Eccleſiæ fauor præfertur doti, & cuilibet fauori.*
2023 *Eccleſia non habet bona debitoris tacitè obligata.*

Eccleſia hipothecam habet in caſu §.ſcire; auth. de non alien.

Eccleſia hipothecam habet ſuper bonis prælati, eius bona adminiſtrantis, ibid.

2024 *Eccleſia non habens hipothecam, fortius non habebit prælationem.*

Eccleſia habet hipothecam, & prælationem ſi directò tractetur de ipſa eccleſia, eiuſque Sacerdotib. ibi. & 2025.

2026 *Eccleſiæ communicata ſunt minorum priuilegia, minorumque priuilegijs ipſa vtitur.*

2027 *Minores, licèt habeant hipothecam ſuper bonis eorum adminiſtratorum, tamen illam habent abſque prælatione, niſi ſuper re empta de ipſorum pecunia.*

2028 *Eccleſia non ſolum habet tacitam hipothecam ſuper bonis prælati, aut alterius adminiſtrantis eius bona, ſed etiam prælationẽ ſuper illis quo ad alios creditores, quãtumuis anteriores.*

2092 *Prælatus eccleſiæ adminiſtrans eius bona non tantum reputatur quaſi tutor, ſed reputatur quaſi maritus eccleſiæ, & 2030.*

2031 *Argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale valet.*

2032 *Eccleſia habet tacitam hipothecam ſuper bonis prælati adminiſtrantis tanquam ſui mariti, ſicut & mulier ſuper bonis eius viri.*

2033 *Eccleſiæ fauor dicitur omnibus vtilior.*

2034 *Eccleſia habet hipothecam cum prælatione in bonis ſui prælati adminiſtrantis.*

2035 *Eccleſia in bonis prælati adminiſtrantis præfertur doti.*

Eccleſiæ fauor dicitur dignior, & communior dotis fauore, ibidem.

Matrimonium ſpirituale dicitur dignius carnali, ibidem & 2036.

2036 *Eccleſia præfertur omnibus creditoribus, quibus dos præfertur.*

2037 *Funeraria cauſa præfertur eccleſiæ, ſuper bonis prælati mortui.*

Eccleſia tenetur funus facere ſuo prælato, ibid.

2038 *Hoſpitale ſuper bonis eius, qui hoſpitalis bona adminiſtrauit habet hipothecam, cum prælatione ad inſtar eccleſiæ, extenditur in adminiſtratore bonorum pauperum num. 2039.*

2039 *Eccleſia tanquam magis pia hoſpitali præfertur.*

2040 *Eccleſia ſuper bonis debitorum, exceptis bonis adminiſtratorum, non habet nec prælationem, nec hipothecam.*

2041 *Eccleſiæ non erit fauendum cum alterius iniuſtitia nec illa locupletari debet cum aliena iactura, & 2042.*

2043 *Eccleſiam habere hipothecam cum prælatione ſuper bonis debitorum iure cautum non reperitur.*

ECCLESIA AN PRÆFERATVR OMNIbus creditoribus?

2021 Eccleſia autem an præferatur omnibus creditoribus, † affirmatiuam videntur ſentire gloſ. in c. ex literis in verbo obligata, de pign. Abb. ibi, num. 11. ac alij, quos probat Sayr. libro 10. Clau. Reg. nu. 18. & refert, ac ſequitur Molfeſ. conſil. 13. nu. 9. illa ratione, quia fauor eccleſiæ præfertur omni alio fauori, & præcipuè
2022 † præfertur fauori dotis tanquam dignior, & cõmunior ad tex. in l. ſunt perſonæ in fi. ff. de relig. & ſump. funer. probat Soccin. iunior in l. prima, ff. ſolut. matrimon. num. 259.

Sed quicquid dicant præcitati authores, & præcipuè
2023 Molfeſ. nequaquam reperitur † iure cautum, vt bona debitoris ſint tacitè hipothecata pro debitis eccleſiæ, vt ſingulariter probat Alberic. in l. 2. C. in quib. cau. pig. vel hip. tacit. contrah. quem refert, & ſequitur Greg. Lopez in l. 25. tit. 13. par. 5. gloſ. ver. obligadas, per tex. in l. 1. ff. ſolut. matrim. par. 7. num. 16. de Alberico, & Gregorio nulla facta mentione, & ego addo etiam Bald. in leg. fin. C. de Sacroſanct. eccleſ. num. 15. vbi dicit, eccleſiam tacitam non habere hipothecam, niſi in vno caſu notato in auth. de non alien. §. ſcire, ſequitur Paul. Montan. de tutor. cap. 31. effect. 2. num. 33. licet dicat habere hipothecam in bonis prælati ad inſtar tutoris adminiſtrãtis, ex quibus non incongruè, ſed ſatis aptè concluditur fortius non habere prælationem, quia ſi non habet hi-
2024 pothecam † tanto fortius non habebit prælationem, cum id nequaquam in iure cautum reperiatur, vt his nõ adductis, ſed ſimpliciter poſt Bolognett. in d. l. 1. numer. 193. firmat Barboſ. ibidem in loco proximè citato, quãuis concludat competere eccleſiæ, vtrumque priuilegiũ, quando ageretur de ſacerdotibus, & eccleſia, directò, &
2025 † immediatè, quibus tanquam talibus priuilegia deberentur, idque probat ex Caieta. & Nauar. per eundem citatis.

Comprobatur hæc opinio, nam ſi eccleſia vtatur iu-
2026 re † minorum, minorumque priuilegijs nitatur, cum vtrique communicata ſint eadem priuilegia, vt infinitis congeſtis probarunt Nicol. Euerard. in ſua topica argumentorum, in loco à minoribus ad eccleſiam, & Tiraquell. de priuileg. piæ cauſæ priuileg. 142. probauitque gloſ. in leg. libertas C. de excuſ. tutor. & alij plerique, & minores, licèt habeant tacitam hipothecam ſuper bonis eorum adminiſtratorum, tamen eam non habent cum prælatione, quia id cautum in iure non reperitur d. l. ſimile, ff. ad muncipal. & probatur in l. pro officio, Cod.
2027 de adminiſt. tut. cum concord. vbi datur priuilegium tacitè, ſed non conceditur prælatio, niſi quando res ſit empta de pecunia pupillari ad tex. in l. idemque, vbi Doctor. ff. qui potior in pignor. hab. & nos latius in hoc eodem quæſito explicauimus, num. 1521. extenſione 5. idcirco ſi eccleſia minoris priuilegio vtatur, nequaquam ex eo prælationem habebit ex prædictis.

Attamen re melius penſata, dico affirmatiuam opinionem, ex qua adnotatur, eccleſiam ſuper bonis præla-
2028 ti habere tacitam hipothecam, † non ſolum eſſe veriorem, æquiorem, & receptiorem, ſed etiam illam extẽdi, vt eccleſia habeat prælationem, quo ad alios creditores, etiam anteriores.

Et eſſe receptiorem probo non tantum ex præcitatis authoribus relatis per Molfeſ. & Sayr. ſed etiàm ex gloſ. in ca. ſimiliter 16. quæſt. prima, Neguſan. de pigno. parte ſecunda, membr. quarto, numero 120. Palat. Rubeus in repet. rubric. de donat. §. 66. numero 21. Iaſon de action. §. item ſeruiana, num. 76. verſ. & idem dicunt Canoniſtæ, Felin. in ca. accepimus, nu. 9. de fid. inſtrument. & in ca. 1. num. 12. de præſcript. Pequius in tractat. de eccleſ. reparan. c. 4. num. 3. reſoluens, in iſto articulo ſeruandum ius Canonicum, Molin. de contract. diſput. 536. nu. 7. Balb. de præſcrip. par. 2. principal. quæſt. 5. num. 4. Azeue. in l. 2. tit. 13. lib. 9. recopil. nu. 5. quibus congeſtis hanc probat opinionem Franc. Eſcob. de ratioc. c. 39. n. 13. itaque in Regia Cãcellaria Pinciana, eo patrocinãte, deci-

deciſum dicens,eandemque opinionem alijs etiam citatis,probat Cardin.Mantica de tacit. & ambig.libro 11. titul.16.num.21.ex quibus patet hanc eſſe receptiorem opinionem.

Illam demum eſſe veriorem opinionem,non tantum
2029 probatur,quia prælatus,aut clericus malè † adminiſtrans bona eccleſiæ reputetur,quaſi tutor,ſed quia repu
2030 tatur tanquã maritus † eccleſiæ,vt ex c.ſicut vir, & c. ſicut alterius 7.q.1. probarunt Palat.Rub.citato loco,& Eſcobar vbi ſupra, & ſi quaſi maritus reputetur, conſe-
2031 quenter valebit argumentum † de matrimonio carnali ad ſpirituale,vt comprobarunt Palat. Rubeus, & Eſcobar per text. in c. inter corporalia de translat. Epiſcop.ac ante eum Roderic.Suarez in l.1.tit.*de las ganancias*, libro 3. fori, & alij, quos citat Baldeſius ad Roderic.ibi.

Idcirco ſi valet hoc argumentum,vt præcitati authores probauerunt & ante eos latius Nicol. Euerar.in eius topica legali,loco à matrimonio carnali ad ſpirituale, tunc & eodem modo,quo vxor carnalis habet tacitam
2032 hipothecam † in bonis mariti pro dote reſtituenda, ita & Eccleſia vxor ſpiritualis habebit idem priuilegium,vt in terminis decidit gloſ.in citato c.ſimiliter, & his adductis deciſum dicit Eſcobar vbi ſupra,quam opinionem,& deciſionem in omnibus prædictis probat, & ſequitur Amat.Rodriquez de priuil.credit.par.1.arti.5. num 11.cum ſeqq.

Eſſe autem æquiorem nullus dubitabit cum fauor
2033 † Eccleſiæ ſit omnibus alijs vtilior, modo vt dicetur inferius.

Denique hæc concluſio extenditur, vt procedat etiam cum prælatione,quod facili negocio probatur,nam ſicut vxor præfertur habentibus tacitam anteriorem, ex l.aſſiduis C.qui pot.in pign.hab. ita & eccleſia vxor ſpi-
2034 ritualis† in bonis prælati ſui viri ſpiritualis præfertur omnibus tacitam habentibus hipothecam anteriorem, vt allegata d. l. aſſiduis ſentit idem Eſcobar loco citato, licet non ſic explicitè,ratione æquiparatorum, vulgatis regulis.

Extenditur ſecundò, vt eccleſia in bonis prælati præ-
2035 feratur † etiã doti,cum fauor eccleſiæ ſit dignior, & communior, quam ſit fauor dotalis, vt in terminis aduertit Soccin.iunior in d.l.1.ff.ſolut.matr.num.259.ſuperius iterum citatus,& matrimonium ſpirituale eſt dignius carnali,vt probat Tho.Triniſan.de priuileg.ſponſal.priuil.11.numer.30.ideo & conſequenter præfertur
2036 † omnibus creditoribus,quibus præfertur dos, vt ſuperius explicauimus in diſcurſu creditorum priuilegiatorum.

Et ſi in eodem loco num.1932. diximus funerariam
2037 cauſam præferri doti,dicas vtique præferri † eccleſiæ in bonis prælati mortui,cum eadem eccleſia teneatur de ſuo proprio funus facere ſuo prælato pauperi, vt poſt alios notant Surd.deciſ.255. num.12. verſ. tertiò videmus,& Maſtrill.deciſ.203.num.13. tomo 3.

Extenditur tertiò in bonis adminiſtratoris hoſpitalis,
2038 ſuper quibus hoſpitale† idem habet priuilegium, Neguſ.in citato 4.membr.num.123.& Crauet.Plot.Ioſep. Ludouico,& Euerar.citatis,probat Eſcobar, vbi ſupra, num.14.quodque comprobat Card.Mant.citato li.11. tit.16.nu.23.idque in adminiſtratore bonorum pauperum,etiam extendunt Crauet.& Eſcob.ſed eccleſia tan-
2039 quam magis pia,hoſpitali† præfertur,Maſtrill.deciſ. 280.nu.99.tom.3.& Amat.Rodr. vbi ſupr.num.12.

Modificatur,& reſtringitur eadem concluſio, vt non
2040 procedat† reſpectu aliorum debitorum eccleſiæ, bona quorũ nec tacitè hipothecata ſunt,nec prelatio ſuper eis datur Neguſant.d.memb.4.num.121. & Barboſ. ac Montan.vbi ſupra,ratione vt ex Barboſio colligitur; ac
2041 etiam,quia eccleſiæ nequaquam fauendum erit, † cũ alterius iniuſtitia,Maſtril.deciſ.citata 280. num.21.nec eccleſia locupletatur cum aliena iactura Manent.conſil. 107.nu.34.& illa omnibus maiore,quia iure cautum nõ
2042 † reperitur, vt eccleſia hipothecam priuilegiatam cũ prælatione habeat reſpectu aliorum debitorum,vt Barboſ.loco citato probat,itaq. intelligendus erit,& probat Amat.Rodriq.citato art.5.nu.13.ſed an vniuerſitas ha-
2043 beat hipothecam cũ prælatione vide in appe.n.125.

SVMMARIVM.

2044 *Creditores perſonalem tantum habentes actionem, æqualiter concurrunt,& inter eos prælatio ratione temporis,locum non habebit.*

2045 *Creditor priuilegiatus in perſonali præfertur alijs perſonalem tantum habentibus.*

2046 *Creditor magis indigens præfertur inter perſonalem habentes tantum actiones vteris paribus.*

2047 *Opinio æquior præualere debet,ibid.*

2048 *Creditores perſonalem tantum habentes actionem, nõ poßunt moleſtare eum, qui ex ipſis vti diligens exegerit à communi debitore.*

Creditor cui primo loco ſoluitur,dicitur anterior in perſonalibus, ibid.

2049 *Creditorum concurſus remiſſiuè.*

2050 *Fiſcus in perſonalibus præfertur omnibus creditoribus etiam anterioribus, ſed non priuilegiatis.*

2051 *Author ne vitio cõtrarietatis notetur duas relatas opiniones,circa fiſci prælationem concordat, & conciliat.*

2052 *Fiſcum præferri anterioribus creditoribus procedit in tributis,& collectis,vel in perſonalibus.*

2053 *Fiſcus pro collectis, & tributis,vel quibuſuis functionibus fiſcalibus præfertur omnibus creditoribus etiam priuilegiatis,& ſic doti,& omnibus alijs quibuſuis prælationis priuilegio munitis.*

2054 *Fiſcus in ſolutionibus fiſcalibus qualitercunq. exigendis dicitur anterior tempore omnibus alijs creditoribus.*

2055 *Tributorum fiſcalium præſtatio temporis antiquitate omnem contractum precedit.*

2056 *Fiſcus anterior in hipotheca dicitur alijs priuilegiatis poſterioribus potior.*

2057 *Collectarum,ſeu tributorum fiſcalium exactiones præſtabantur de iure communi,fiſco etiam Romanorum tpe.*

Fiſcus etiam penes antiquos Romanos tributa fiſcalia exigebat, ibid.

2058 *Collectarum exactio,vel aliarum fiſcalium functionũ iura,inſtituta quando fuerint in hoc Regno.*

Collectarum,ſeu aliarum functionum fiſcalium in Regno quantitas pro quolibet foculario quanta ſit,ibid.

Fiſcalium functionum exactio in Regno fit per focularia, & qualiter,ibid.

2059 *Fiſcales exactiones loco collectarũ,& indicti fiunt, & ſunt onera realia,& patrimonialia,et q̃liter imponũtur.*

2060 *Fiſcus anterior tempore præfertur alijs omnibus cũ duplici priuilegio potiatur,temporis,ſcilicet, & cauſæ.*

2061 Bona cuiuslibet ſubditi non exempti, afficiuntur onere fiſcalium functionum; & cum eodem onere tranſeunt.

2062 Funeraria cauſa præfertur fiſco etiam in exactione tributorum fiſcalium.

2063 Funeraria cauſa in Regno non præfertur habenti anteriorem expreſſam.

2064 Bona ſubditorum ſunt expreſſè obligata in Regno, pro ſolutione fiſcalium functionum, & qualiter.

Hipotheca expreſſa qualiter contrahatur, ibidem, & 2065.

Fiſcus in Regno habet expreſſam hipothecam ſuper bonis ſubditorum pro functionibus fiſcalibus, ibidem, & 2065.

2066 Fiſcus poſtponitur creditoribus pro ſemine, cuſtodia, refectione, conſeruatione, alimonia, & pro vectura, & qualiter.

2067 Fiſcus non præfertur creditoribus ex cauſa ſtudij, vel patrocinij ſuper rebus è litibus redemptis.

2068 Prælatio in perſonalibus non datur, cum actio perſonalis perſonam non egreditur.

2069 Actiones perſonales quandoque ad inſtar realium exercentur, remiſſiuè.

2070 Creditor perſonalem actionem tantum habens in ſubſidium agit ſuper bonis per tertium poſſeſſis fauore vltimæ voluntatis.

2071 Creditores perſonalem actionem tantum habẽtes, poſſunt in ſubſidium agere ſuper rebus per ſingulares ſucceſſores titulo lucratiuo poſſeſſis.

2072 Creditor inſtrumentarius cum hipotheca ſcripta in inſtrumento poſterior præfertur inſtrumentario anteriori non habenti hipothecam ſcriptam in inſtrumento dubitatur, & dubium reſoluitur in ſequentibus.

2073 Notarius cenſetur rogatus apponere clauſulas conſuetas.

2074 Notarius non cenſetur apponere clauſulas, quæ augẽt, aut minuunt obligationem, licet conſuetas, & numero 2075.

2076 Facti quæ ſunt nullatenus præſumuntur.

2077 Text. l. fin. C. de fideiuſſ. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua ff. de ędilit. & c. cum M. Ferrarienſis de conſtit. procedũt in his, quæ ſunt de natura contractus, & quæ non ſupplent, aut minuant obligationem.

2078 Hipothecæ, & conſtituti clauſulas de natura contractus eſſe, vel non, diſcutitur, cum ſeqq.

Clauſulæ conſtituti, & Hipothecæ an ſint de natura contractus ibidem.

Naturalia contractus, quæ nam ſint, ibid.

2079 Naturalia contractus ſemper iuris effectu cenſentur ineſſe.

2080 Neguſantius dicens clauſulam hipothecariam de natura contractus eſſe, de errore notatur.

2081 Clauſulas hipothecarias, & conſtituti de ſubſtantia contractus non eſſe, cum ſeq.

Subſtantialia contractus quæ nam ſint, ibid. & ſeq.

2082 Clauſulæ hipothecariæ, & conſtituti ſunt de accidentalibus, cum poſſint abeſſe à contractu, & 2083.

2084 Clauſulæ hipothecariæ, & conſtituti ampliant obligationem, & ſtrictius obligant debitorem.

2085 Obligationi quod adijcitur, licet ſolitum ſit apponi, tamen ſi non apponatur, appoſitum non cenſetur.

2086 Contractus abſque hipotheca, & conſtitutione præcarij nullum producit effectum circa realem obligationem.

Clauſulæ hipothecariæ, & conſtituti ſunt de ſubſtantialibus contractus reſpectiuè quoad realem obligationem, ibidem.

2087 Horatium Barbatum perfunctoriè fuiſſe loquutum demonſtrat author.

2088 Hipotheca cenſetur cõſtituta ex pacto ingrediendi propria authoritate in contractu appoſito.

2089 Horatij Barbati iactatio circa effectum pacti de ingrediendo ab alijs non ſic declaratum.

2090 Horatius Barbatus laudatur, ſed circa pacti de ingrediendo effectum, cum defeciſſe in ſuis ſcriptis, demõſtrat Author.

2091 Creditor ſi vigore pacti de ingrediendo petat licentiam ingrediendi à iudice, debet citare debitorem, ſecus ſi petat familiæ aſſociationem, & 2092.

2093 Creditor vigore pacti de ingrediendo, abſque iudice, & propria authoritate poteſt ingredi poſſeſſionem bonorum obligatorum, licet adeundo iudicem vrbanius ageret.

2094 Creditor adeundo iudicem pro licentia non exercebit pactum de ingrediendo contra debitorem incitatum.

2095 Creditor ad exercendum pactum de ingrediendo, de neceſſitate non tenetur adire iudicem.

2096 Creditor petendo aſſociationem familiæ pro ingrediendo poſſeſſionem bonorum debitoris, vigore pacti, non tenetur citare debitorem, contrarium, & verius, n. 2097. & ſequent.

2097 Horatius Barbatus allegauit pro ſua opinione Cæſarem Argellum, qui contrariam opinionem firmauit.

2098 Debitor aduerſus executionem pacti de ingrediendo cum aſſociatione petita poterit docere non eſſe locum pacto, & conſequenter erit citandus.

2099 Iudex non debet omninò credere creditori, debitore inaudito.

2100 Creditor petendo licentiam ingrediendi vigore pacti, tunc actus ingrediendi fundatur ſuper illa licentia, & meritò debitorem citari facere tenetur.

2101 Aſſociatio familiæ petita per creditorem vigore pacti de ingrediendo non fundatur in actu iudicis, ſed in iure creditori competenti, & vt rixæ vitentur.

2102 Conſenſus pertinens ad aliquem ratione publici officij, dicitur authoritas.

2103 Iudex concedendo aſſociationem familiæ vigore pacti de ingrediendo, dicitur authorari ſuper eodem ingreſſu.

2104 Aſſociatio familiæ conceſſa creditori vigore pacti de ingrediendo cum importat authoritatem, requirit debitoris citationem.

Debitor debet citari in aſſociatione familiæ petita per creditorem vigore pacti de ingrediendo, dict. nu. 2103. & 2104.

2105 Aſſociatio familiæ non conceditur creditori vigore pacti de ingrediendo abſque cauſæ ſummaria cognitione præcedente, & conſequenter requirit debitoris citationem.

2106 Iudex procedendo contra partem incitatam cenſetur vti priuatus procedere.

2107 Pactum de ingrediendo non exercetur contra hæredem debitoris incitatum, & ſeq.

2108 In-

2108 *Iudex,coram quo nihil deductum fuit, nihil mandare poterit.*
2109 *Pactum de ingrediendo non exercetur negotio illiquido exiſtente.*
Pactum de ingrediendo qualiter diuerſimodè exerceatur in rebus generaliter obligatis, & in rebus ſpecialiter obligatis, ibid. & ſequent.
2110 *Pactum de ingrediendo, ſi exerceatur contra ſingularem ſucceſſorem, ſub qua diſtinctione concedatur, & 2111.*
2112 *Pactum de ingrediendo contra ſingularem ſucceſſorem,aut contra quempiam ſuper bonis tam generaliter, quam ſpecialiter obligatis non exercetur contra debitorem incitatum cum multis ſeq.*
2113 *Pactum de ingrediendo an exerceatur contra ſingularem ſucceſſorem incitatum quando manifeſtè conſtet, ſingulari ſucceſſori non competere defenſionem, & ſeq.*
2114 *Notorij probatio difficilis.*
Citatio ſemper facienda erit, licèt ex aduerſo proponeretur notoriè conſtare, defenſionem non competere citando, cum notorium difficiliter probetur, ibid.
2115 *Singularis ſucceſſor non obſtante pacto de ingrediendo ſemper erit citandus.*
2116 *Poſſeſſor rei ſpecialiter obligatæ ſemper citandus, cum poterit proponere ius anterius ex ſui parte.*
2117 *Debitor quare ſuper re ſpecialiter obligata prohibetur refricare dominij quæſtionem,& ſuper re generaliter obligata ſecus,cum ſeq.*
2118 *Poſſeſſor rei ſpecialiter obligatæ debet citari aduerſus creditorem intendentem vti pacto ingrediendi propria authoritate, cum dolo, vel mendacio nequaquam afficiatur.*
2119 *Poſſeſſor licèt iniuſtus abſque citatione ſua poſſeſſione non priuandus.*
2120 *Horatij Barbati diſtinctiones circa exercitium pacti de ingrediendo dubitabiles demonſtrantur.*
2121 *Text.l.3.C. de pignor. deciſio procedit de vrbanitate, non autem de neceſſitate ſecundum Doctorum ſententiam, ſed de veritate in ſequentibus.*
Debet, verbum vrbanitatem, & decentiam in caſu.l.3. C. de pignor.importat,ſecundum doctorum opinionem, ibidem.
2122 *Debet verbum importat neceſſitatem ſecundum ſubiectam materiam.*
2123 *Attamen, Dictio, quem producat effectum, cuiuſque naturæ ſit, nu.2124.2125.& 2126.*
2127 *Conditionis implementum dicitur de forma, ſine qua actus corruit.*
2128 *Conditio actui appoſita neceſſitatem parit, vt diſpoſitio teneat.*
2129 *Modalis diſpoſitio, & ſi à conditionali differat inſpecto initio, tamen exitu conſiderato ambo conueniunt.*
2130 *Debet,verbum iunctum cum dictione, tamen; omninò neceſſitatem importat, licet abſque tali coniunctione, quandoque decentiam importaret, & 2131.*
2132 *Text.l.3.C. de pignor. malè notatur per Barbatum de mendoſitate,malèque ab eodem interpretatur.*
2133 *Text.l.3.C. de pignor. intellectus,ſingulariter,& notabiliter expenditur cum multis ſequentibus.*
2137 *Eſſe in poſſeſſionem, vel in illam intrare differunt.*
2138 *Poſſeſſio acquiritur per pactum.*
2139 *Pactum de ingrediendo effectum producit debito non ſoluto,quod coram iudice conſtare debet, nu.2140.*
2141 *Debiti probatio licèt appareat per publicam ſcripturam, tamen aduerſus illam nonnullæ admittuntur exceptiones promptuariæ, & 2142.*
2143 *Pactum de ingrediendo locum obtinebit quando ſolutionis implementum iudici non conſtet, & ſi ſecus iudex tanquam priuatus procederet,& 2144.*
2145 *Legis intellectus ille ſumendus, qui ab obſeruantia, & à praxi recipitur.*
2146 *Pactum de ingrediendo propria authoritate non exercetur in Sacro Conſ.M.C.V.& in Regno; contra incitatum,& 2147.cum ſeq.*
2148 *Stilus,& obſeruantia contra ſtilum,& obſeruantiam Sacri Conſ.in Regno dicuntur nullus, & nulla cum ſtilus Sacri Conſ.pro lege ſeruatur.*
2149 *Hipotheca expreſſa in locatione cenſetur repetita in ſequentibus tacitis reconductionibus.*
2150 *Hipotheca repetita in tacita ſequenti reconductione abſque prælatione procedit,contra,nu.2151.& 2152. de veritate in ſequentibus.*
Locator cum hipotheca tacitè repetita in reconductione non præfertur alijs creditoribus, qui ante reconductionem contraxerunt ibidem,de veritate verò in ſeqq.
2153 *Hipotheca repetita eiuſdem qualitatis eſt eius, cuius vigore repetita fuit.*
2154 *Hipotheca,vt repetita cenſeatur,nouum requirit conſenſum.*
2155 *Reconductio tacita nouum præſumit conſenſum.*
2156 *Creditori per ſuperuenientem obligationem nequaquam præiudicatur.*
2157 *Durare, verbum interpretatur renouare in materia tacitæ relocationis.*
2158 *Lex vna per aliam interpretatur.*
2159 *Reſpectu tertij, cui quæſitum fuit ius, ſemper nouus contractus reputatur.*

INTER CREDITORES PERSONALEM tantum habentes quando ſeruetur æqualitas, & quando fiſcus præferatur, & alia in praxi non iniucunda.

SED antequam huic quæſito extremam manum imponam, duxi opere pretium adnotare frequētiſſimum eſſe in praxi,regulamque generalem eſſe,vt in concurſu creditorum,perſonalem tantum actionem habentium,
2044 æqualitas ſeruetur, cum in eis prelatio locum nō obtineat, iuxta notata in l. priuilegia ff.de priuileg.credit. vbi gl.& cōiter Doctores,nec temporis anterioritas;ante hos tractari debuit de creditoribus priuilegiarijs, ideo videas, quæ notabimus in appendice nu.136.

Modificatur tamen hæc regula ſic in praxi recepta,
2045 vt non procedat reſpectu creditorum † in perſonali priuilegiatorum, prout iſti adnotantur in pluribus locis præcitati tituli de priuileg. credit. adnotanturq; per Rip.in d. l. priuileg. quoniam iſti præferuntur, vt ſatis commodè videri poterit per laborioſum lectorem.
2046 Modificatur ſecundò ſi inter creditores † concurrentes extiterit magis indigens, quia illi indigenti prælationem concedendam probauit ſingulariter, & ſatis
2047 doctè Molfeſ.conſ.13.num.10.quam opinionē†veram exiſtimo, cum illa euidēti nitatur æquitate, illaque meritò ſequenda,& amplectenda, & de æquiori, & benigniori opinione probat inter alios Honded. conſ.29. num.95.vol.1.

Modificatur tertiò quando vni, & diligentiori prius ſolutum

ſolutum fuit, quia tunc reliqui perſonalem tantum habentes nihil moleſtię exigenti dare poterũt, quia in per-
2048 ſonalem † habentibus is dicitur potior, cui primo loco ſoluitur, ad text. in l. ſi non expedierit §. ſi pupillus. ff. de bon. auth. iud. poſſid. & l. pupillus ff. quæ in fraud. credit. Affl. Gail. & alij, quos in hoc probat Coſta de ratione Ratæ q. 74. nu. 4. & circa creditores perſonalem actionem habentes alia dicemus inferius, nu. 2068. vſque ad finem quæſiti, & circa depoſiti priuilegia dicetur in Appendice, nu. 124.

2049 Reliqua ſuper his terminis tanquam plana, & indiſceptabilia, inueniet lector ſtudioſus, penes præcitatos authores, quos paſſim in totius huius quæſiti explicatione allegauimus; & nonnulla alia ſingularia circa perſonalem actionem notabis in fine huius quæſiti, verſ. pro complemento.

Vnum hoc in loco non omittam deducere, pro quarta modificatione ad concluſionem firmatam ſuperius,
2050 nu. 2044. ſcilicet fiſcum † in perſonalibus actionibus præferri alijs creditoribus etiam anterioribus, ſed non priuilegiatis, ad text. in l. quod quis ff. de priuil. cred. vbi gloſ. in verſ. poſt fiſcum: verum quia in nona reſtrictione, num. 1828. cum ſeq. ſimpliciter firmauimus, fiſcum præferri etiam anterioribus creditoribus, tacitam habẽtibus hipothecam, per glo. in l. eos. C. qui pot. in pignor. hab. & per Bald. in l. aſſiduis C. qui pot. in pign. hab. nu. 10. vt refert Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 25. nu. 1. qui ſimpliciter pertranſit vltra Rip. & alios, cum quibus gloſ. in l. ſi pignus. ff. qui pot. in pignor. hab. & demum ſuperius, num. 1888. verſ. & fiſcus; probauimus per infinitos authores receptius firmantes, fiſcum in ſua tacita hipotheca prælationem nõ habere, quodque ex eodem Card. Mant. citato loco, nu. 5. com-
2051 probauimus; idcirco ne vitio cõtrarietatis penes benignum lectorem notemur; dico opinionem per nos relatam in citato, nu. 1888. eſſe veriorem, & receptiorẽ, vt ex ibi citatis authoribus patet, & quæ diximus in allega-
2052 ta nona reſtrictione procedunt in actione † perſonali, & in tributis, vel collectis, quod ſi non expreſſius explicauimus, tamen virtualiter, & implicitè ſatis explicatum fuit, cum remiſimus lectorem ad hunc locum; licèt re vera Card. Mantic. admodum variè loquutus fuit in eadem columna.

2053 Diximus fiſcũ in collectis, & tributis † præferri omnibus creditoribus hipothecarijs etiam anterioribus, & ſuperius num. 1909. verſ. ſed fiſcum, diximus etiam doti præferendum, ſed remiſſiuè ad hunc locum; ideò lector amatiſſime dicas, fiſcum quo ad collectas ſubrogatas in locum ſolutionum fiſcalium, ſeu tributorum, & penſitationum publicarum fiſco debitarum, omninò, & indiſtinctè doti, & cuilibet alio creditori præferendum, vnica, & indubitata ratione per nos adducenda; alijs omiſ-
2054 ſis; quia fiſcus † in iſtis tributis fiſcalibus eſt anterior tempore omnibus alijs creditoribus, qui fiſco anteriores
2055 eſſe non poſſunt, cum tributorum præſtatio † omnẽ contractum temporis antiquitate, præcedat, vt poſt Cinum adnotat Bal. in l. 1. C. ſi propter publicas penſitat.
2056 nu. 2. & ſi fiſcus in huiuſmodi † eſt anterior tempore meritò potior eſt in iure, & doti poſteriori præfertur, ad text. in l. 2. C. de priuileg. fiſc.

Probatur ſequela, nã functiones fiſcales, hæcque, tributorum, & fiſcalium collectarum iura, præſtabãtur de
2057 iure communi; fiſco etiam Romanorũ tempore, ad text. in l. ſi pendẽtes §. ſi quid cloacarij in fin. ff. de vſufr. l. ſi functiones. C. de donat. & l. ſi minor. C. de actiõn. empt. quibus iuribus ſic probat doctiſſimus Rouit. ad pragm. 1. de iur. & exact. fiſcal. in principio, quæ initium
2058 ſolutiones in hoc Regno † inſtitutę fuerũt ann. 1442 tempore Alphonſi primi Regis, vt videtur inter cap. & priuileg. Neapol. vt fiant pro quolibet foculario ad rationem carolenorum quindecim, vt poſt alios Regnicolas adnotat idem dom. Rouit. in allegata prag. 1. nu. 65. idcirco nullus creditor reperitur, qui tempore præcedat fiſcum in his exactionibus, comprobantur hæc ex traditis per Amator. Rodriquez de priuil. credit. par. 1. art. 5. à num. 16. cum multis ſeq.

2059 Exactiones enim iſtæ fiſcales † loco collectarum, & loco indicti fiũt, ſuntque onera realia, & patrimonialia, quę imponũtur perſonis propter bona, ſuntque ſolo cohærentia, taliter quod ex bonis, & ſuper bonis exigũtur, vt poſt Andr. in c. 1. verſ. extraordinaria, verſ. de collecta nu. 61. quæ ſint regalia, Affl. ibi, Luc. de Penn. in l. 1. C. de indict. lib. 10. Bal. in d. cap. 1. Alex. conſ. 52. nu. 8. vol. 5. Dec. conſ. 694. nu. 8. Iaſ. in l. placet nu. 3. in fi. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Loffred. in paraphr. tit. quę ſint regal. in fi. Antibol. de muner. & honor. §. 2. primæ diuiſ. n. 28. in fine Salicet. in l. fin. C. ſine cenſ. &c. Chaſſan. in conſuet. Burgund. rubr. 11. tit des cenſes §. 6. in verſ. contre l'aſſignal, nu. 2. & alibi, ac poſt alios probat idem eruditiſſ. Rouit. in citato loco nu. 68. cum multis ſeq. & Petra, Pcregr Belluga, & alijs omiſsis, idem adnotauit dom. Capiblanc. de Baron. ad pragm. 10. nu. 10. cum multis ſeq. meritò cõcluditur, fiſcũ in huiuſmodi exactionibus tan-
2060 quam anteriorem hipothecariũ, præferri † quibuſuis creditoribus, cum notum ſit, fiſcũ habere duplex priuilegium, temporis ſcilicet, & cauſæ. d. l. 2. C. de priuileg.
2061 fiſci, vbi ſcribentes, bona enim cuiuſlibet ciuis † non exempti ſunt onere fiſcalium functionum affecta, & cõſequenter tranſeunt cum eodẽ onere penes quempiam iure poſſeſſionis, crediti, aut dominij, vulgatis regulis, & per hoc nullus conqueri poterit, & his non conſideratis,
✱ ſed præſuppoſitis, de receptiſſima opinione teſtatur Felician. de cenſ. lib. 3. cap. 3. num. 10. & ſeq. tom. 2. ſed de his iterum in Appendice, num. 116.

Reſtringitur hæc concluſio, vt nõ procedat reſpectu
2062 † cauſæ funerariæ, quæ præcedit fiſcum, quamuis anteriorem ex hac tacita hipotheca per ea, quæ diximus ſuperius nu. 1910. cum alijs ſequentibus.

Modificatur reſtrictio, nã ſi ſumus in Regno, in quo habebit locum opinio relata in d. nu. 1910. ratione de-
2063 ducta n. 1931. verſ. his ſic explicatis; vt ſcilicet cauſa funeraria nequaquam præferatur anterioribus expreſſam hipothecam habentibus; tunc quia in eodem Re-
2064 gno expreſsè per habentes † poteſtatem fuit impoſitum onus ſoluendi fiſcales functiones intercedente publico parlamento, ac publica voluntate ſubditorum, vt in d. cap. apparent, & referunt inter alios, Dom. Rouit. & Capiblanc. citatis locis; eò quod hipotheca contrahi-
2065 tur modo prædicto, † & alijs ſimilibus, vt latius declaratum, & adnotatum fuit in ſexto principali quæſito; meritò enim concluditur, fiſcum in huiuſmodi habere expreſſam, & anteriorem hipothecam, & conſequenter præferendum eſſe cauſæ funerariæ, vt in ſuperius remiſſis locis probauimus.

Reſtringitur ſecundò non procedere ſuper rebus, ad
2066 quarum conſeruationem neceſſariam † impenſum fuit, vtputa pro ſemine, pro cuſtodia, pro refectione, pro alimonia, & pro vectura, modo vt ſuperius ſigillatim de

iſtis

iſtis explicatum fuit, rationibus ibidem adductis; & in proprijs terminis collectarum huiuſmodi, probauerunt Bald. Angel. Cuman. Affl. Tiraquel. Vrſil. & alij, quos citat, & ſequitur Maſtril. deciſ. 112. numero 28. & ſeqn. illa ratione, quia bona, & redditus dicuntur deductis
2067 expenſis, prout non procedit reſpectu rerum † è litibus liberatarum per defenſores pro patrocinio, & ſportulis, vt adnotauimus ſuperius num. 2015. cum ſequentibus, eiſdem citatis rationibus.

2068 Pro complemento materiæ actionis perſonalis, de qua ſuperius numero 2044. diſceptatum fuit, & numer. ſequent. adnotandum erit, quod licet ex illa non detur prælatio, vt ibi probauimus; cum perſonam tantum ſequatur & ab ea nequaquam ſeparetur, & proinde bona non ſequitur, iuribus, quæ congeruntur per Aretin. Iaſ. Gomeſ. & omnes in §. omnium inſtit. de action. Atta-
2069 men quandoque † ad inſtar realium exercentur perſonales, vt poſt Specul. in tit. de ijs quæ vi met. ve cauſa, §. 1. adnotant præcitati authores, & præcipuè Gomeſ. num. 3. ſed latius nouiſſimi ſuper. d. §. omnium.

2070 Denique, fauore vltimæ voluntatis creditor perſonalem tãtum habens in ſubſidium agit ſuper bonis per tertium poſſeſſis, ad text. in l. planè §. qui rogatus ff. de legat. 1. vbi ſcribentes omnes; quam concluſionem extendit Imol. in d. §. qui rogatus, in omnibus alijs caſibus citra vltimam voluntatem contra ſingularem ſucceſſorem titulo lucratiuo nitentem, quodque Bart. Caſtrenſ.
2071 Soccin. Dec. & Purpur. citatis, probat Cardin. Mantic. lib. 5. tit. 11. num. 20.

Inſuper, in dubio reuocabitur, num, ſcilicet, anterior
2072 † creditor inſtrumentarius, qui clauſulam hipothecariam non habeat in inſtrumento, cuius forſan appoſitio omiſſa fuerit per Notarium; preferatur hipothecario poſteriori, qui de hipotheca cauit; pro cuius articuli reſolutione ſufficit, remittere beneuolum lectorem ad ea, quæ pleniori folio diſceptauimus, hoc eodem titulo, quæſito ſexto, numero 233. cum infinitis ſequentibus, quo in loco concluſum fuit, clauſulam hipothecariam omiſſam non cenſeri appoſitam, rationibus ibi, latè, adductis, & ſi non cenſeatur appoſita, conſequenter poſterior cum hipotheca præfertur anteriori abſque illa.

Sed aduerſus illam negatiuam opinionem firmatam, & comprobatam ſuperius dicto quæſito ſexto, inſurrexit nouiter quidam ingenioſus author nuncupatus Horatius Barbatus tractat. de reſtitutor. interdict. ſuper pragmat. prima de Aſſiſtent. gloſ. 7. numero 34. & ſeq. poſt hæc, & illa ſcripta viſus, qui deciſiuè concludendo dicit, affirmatiuam opinionem; ex qua in dicto quæſito
2073 ſexto, retulimus, notarium cenſeri † rogatum apponere omnes clauſulas conſuetas; adeo veram eſſe, vt contra eam nihilum in contrarium vrgeant adducta per Muſcatell. & alios, negatiuam defendentes, cum illa ſint contra tex. in l. fin. C. de fideiuſſor. & c. cum M. Ferrarienſis de conſtit. vbi Felin.

Attamen quicquid ille Modernus dicat, ex congeſtis per nos in d. quæſito ſexto, apparet de veritate noſtræ negatiuæ opinionis deſumptæ ex tot, & tantis grauiſſimæ lectionis authoribus, nequaquam loquentibus contra iura allegata per Barbatum; cum ex dictis iuribus,
2074 notetur tantum conſueta † apponi cenſeri appoſita, in inſtrumento; quæ recipiuntur per authores, adhibita diſtinctione eorum, quæ ſunt de natura contractus, & illorum, quæ ſunt de ſubſtantia, vel quæ accidentaliter ponuntur, taliter quod illa quæ de natura ſunt; ap-
2075 poſita cenſentur, non autem † alia, quæ augent aut minuunt obligationem, modo vt in ſæpius citato quæſito ſexto latè demonſtrauimus, cum hæc vltima, alijs comprobantur iuribus, Nempe per text. l. quæcunque §. vlt. ff. de public. act. & l. aſſeueratio. ff. de non numer. pecun. ex quibus iuribus deſumitur, ea ſcilicet quæ facti
2076 ſunt † nullatenus præſumi.

Verum, vt magis ſpecialiter, obiectum reſoluatur, di-
2077 cas amice lector, text. † in d. l. fin. C. de fideiuſſ. & cap. cum M. Ferrarienſis de conſtit. ac & text. l. quod ſi nolit §. quia aſſidua. ff. de ædilit. edict. (ex quibus iuribus mouentur omnes, tenentes contrariam opinionem,) procedere in his quæ ſunt de natura contractus, non autem in his, quæ ſunt de ſubſtantia contractus, vel quæ obligationem ſupplent, vt ſingulariter aduertit Alex. conſ. 28. numero primo, & ſequentibus libro ſecundo, quem ſequuntur Neguſant. Cotta, Ludouic. Molina, & alij, quos probat Præſes de Franch. deciſio. 302. numero octauo, ſequunturque Dec. in l. ſemper in ſtipulationibus numero 13. verſ. & pari ratione, ff. de reg. iur. ac additionator in litera. G. Couarruu. variar. reſolut. libro primo, cap. 15. ſub numero 9. ac alij quam plures, quos probat Cardin. Mantica de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 9. num. 33. cum multis ſeq. & ſignanter num. 34. verſ. neque; & num. 37. & num. 78.

Difficultas oriri poterit, in huiuſmodi; inueſtigare, videlicet clauſulas hipothecæ & conſtituti, de natura contractus eſſe, an autem de ſubſtantia, pro cuius dubij breui reſolutione concluſiuè dicas de natura contractus
2078 non eſſe, † cum, naturalia contractus à lege indita, ſunt, & concomitantur contractum, ſuntque qualitates quædam innatæ, ex quibus virtus contractus proficiſcitur, & ſemper ineſſe videntur, niſi pacto tollantur, vt poſt infinitas authoritates declarat, Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 13. toto; clauſulæ enim iſtæ nequaquam de natura vocantur, poſtquam nulla lege ca-
2079 uetur, vt diſpoſitione † iuris cenſeantur ineſſe, prout, & naturalia, quæ ſemper iuris effectu, cenſentur ineſſe, vt Mantica citato loco; ex quibus patet, euidenter
2080 errore lapſum fuiſſe Neguſant. † de pignor. par. 3. membro primo, numero 24. & ſeq. ſupponentem, clauſulam hipothecariam eſſe de natura contractus, ideo rectius ſenſiſſe videtur iudicem illum relatum per Cottam. in ver. Notarius ſimpliciter in fine; ſupponentem, hipothecam tacitè in contractibus non ſubintelligi.

Nec de ſubſtantia contractus has clauſulas reputari poſſe fatendum fortaſſe erit, cum ſubſtantia contractus
2081 dicatur principalis † ipſius eſſentia, qua ſubmota, contractus nullius eſt momenti; vel ſit communis, vel autem propria; vt omnes vno ore fatentur, quos eleganter colligit, & probat Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. libro primo, titulo 12. & huiuſmodi clauſulæ
2082 poſſunt abeſſe, & ſine illis contractus † nullatenus inualidantur, cum ſeparationem recipiant; idcirco fatendum eſſe dicerent omnes, clauſulas has eſſe de accidentalibus contractus, cum illæ nec ad naturalia, nec ad ſubſtantialia pertineant, vt poſt Bald. & alios, differentiam accidentalium huiuſmodi, docet Cardin. Mantica, citato libro primo, titulo 14. toto. & conſequenter, concludendum eſſet, clauſulas iſtas non ſubintelligi

in

2083 † in contractu tanquam accidentalia ipſius reſpicientes, Maſcard. de probat. concluſ. 1102. numero 15. & 16.

At ego, duplici medio demonſtrabo, has clauſulas non ſubintelligi, neque operari, ſi illæ non exprimantur; & primò, nam nullus negabit clauſulas hipothe-
2084 cæ, & conſtituti † ampliare obligationem, debitor enim ſine iſtis perſonaliter tantum obligatur, cum iſtis verò realiter, & ſtrictius, ideo illud quod adijcit obligationi, licet ſolitum ſit apponi in contractu, tamen ſi
2085 non fuerit † appoſitum, nequaquam ſubintelligitur, niſi probetur, vt ſingulariter poſt gloſ. docet Bald. in l. ſi fundus, §. in commiſſoria, ff. de lege commiſſor. ſic reſtringens text. dict. l. fin. C. de fideiuſſor. & alia iura concordantia, Baldumque probat Cardin. Mantica vbi ſupra libro tertio titulo nono numero 78. alijque etiam relati per eundem Mantic. eodem tractat. libro ſecundo titulo nono numero duodecimo, de quibus loquuti fuimus hoc eodem titulo quæſito ſexto nu. 255. cum ſeq.

Secundò demonſtrabo; nam vt contractus operetur effectum hipothecarium, vel conſtitutarium ſuper bonis debitoris, de eſſentia requirit has clauſulas, ſine qui-
2086 bus † nullam efficaciam realem ſuper bonis debitoris haberet, & ſi nullius momenti contractus eſſet, circa effectum, quem iſtæ clauſulæ producunt, conſequenter fatendum ſimpliciter erit, has clauſulas eſſe de ſubſtantialibus, eiuſdem contractus, ſine quibus ſubſiſtere non poſſet reſpectiuè, vt ſuprà; meritò tanquam de ſubſtantialibus contractus, reſpectiuè nequaquam vti ſolitæ cenſentur appoſitæ, ſi de illis non appareat, vt ſuperius firmauimus, cum ſint hæ clauſulæ de ſubſtantialibus contractus reſpectiuè quo ad realem obligationem.

2087 Ex quibus dignoſcitur, perfunctoriè † potius fuiſſe loquutum Barbatum dicentem nihil vrgere in contrarium ſuæ opinionis.

2088 Sed ſi in inſtrumento fuiſſet appoſitum pactũ † ingrediẽdi poſſeſſionem bonorum debitoris propria authoritate, iuxta terminos l. 3. C. de pignoribus, tunc ex hoc pacto cenſebitur conſtituta hipotheca abſque alia expreſſione, vt probauimus in ſexto quæſito nu. 284.

Cuius autem pacti occaſione, ad comprobationem eorum, quæ conſcripſimus in ſeptimo quæſito nu. 834. cum infinitis ſeq. putaui quædam alia adnotare, vt lectori ſtudioſo ſatisfiat, ob ſcripta in contrarium, per Horatium Barbatum in tract. de reſtitutor. interdic. ad pragmat. 1. de Aſſiſt. gloſ. 6. nu. 16. cum multis ſeq. poſt
2089 illa ſcripta viſo; qui trãſcriptis † infraſcriptis diſtinctionibus, vnico fundamento per ſapientiſs. Rouitum, in citato loco per nos allegatum, confutatis, concludit fundamenta Domini Rouiti non tollere difficultatem, nec impugnare ipſius Barbati reſolutionem, & finaliter dicit ſua dicta eſſe notanda tanquam quotidiana, nullumque quem viderit ſic diſtinxiſſe, ſed omnes confundiſſe ſpecialem, & generalem obligationem per ipſum tantummodo conſideratas.

At nos pro confirmatione opinionis Dom. Rouiti, probatæ per eum in pragm. 1. de conſeruator. vltra relata per nos in ſuperius citato loco, demonſtrabimus, modernum Barbatum (iuuenem alioquin ſatis ingenioſum, & morigeratum, vt ex eius ſcriptis apparet) nõ
2090 ſolum defeciſſe in probatione † ſuarum diſtinctionum, ſed etiam non reſoluiſſe, nec quicquam enodaſſe fundamenta doctiſſimi Rouiti, referens ſolummodo ea, quæ ſoluta fuerint per eruditiſſimum Rouitum; & demum paucis oſtẽdam, capita diſtinctionum per Barbatum relata, deſtrui, tum per text. d. l. 3. C. de pignor. tum per receptam praxim.

Incipit Barbatus, quod quando pactum ingrediendi exercetur aduerſus debitorem principalem; tunc diſtinguendo dicit, quod aut creditor petat à iudice licen-
2091 tiam ingrediendi bona † ſui debitoris vigore pacti, aut autem petat tantum aſſociationem familiæ, vt ſua authoritate valeat vigore pacti ingredi, vt euitentur rixæ: in primo capite diſtinctionis concludit requiri citationem debitoris, in ſecundo autem nequaquam.

2092 Probat primum † caput per gloſ. Bart. Salicet. Cottam. Neguſant. Affl. Vrſill. Alex. Iaſ. Ant. Gabr. & per Cęſarem Argel. inferius citandum, licet hic vltimus corruptè per ipſum allegetur, vocando hunc, Angelum &c. errore impreſſionis forſan firmat enim Barbatus, diſtinctionum harum Capita, ſupponendo prius, & denique
2093 confirmando, creditorẽ † abſque iudice poſſe vigore pacti ingredi bona debitoris, ſed ſi velit adire iudicem, vt vrbanius ageret, tunc his diſtinctionibus articulum decidi dicit.

Primum itaque caput diſtinctionis, quando ſcilicet,
2094 iudex aditur, † pro licentia obtinenda, ad hoc pactum exercendum, non ſolum veriſſimum, & ab omnibus receptum in vſu forenſi videtur, vt teſtatur Menoc. de recuper. remed. 8. nu. 97. & 98. teſtanturque, vltra citatos per Barbatum, Soccin. Ruin. Dec. Io. Sichar. Boer. Riminal. iunior, & Zuchar. quos probat Cæſar Argel. de legitimo contradict. quæſt. 10. artic. 8. nu. 110. comprobaruntque eandem receptam opinionem, Farinacc. de furt. quæſt. 175. par. 4. num. 218. & Cardin. Mantica de tacit. & ambig. tom. 1. lib. 11. titu. 5. num. 16. & ſeq. ſed etiam pro ſimpliciter neceſſario, idem caput diſtinctionis recipitur per doctiſs. Rouit. vbi ſupra; quicquid in contrarium dicant Menoch. remed. 5. de recuper. num. 29. & alij relati per Farinacc. dicto loco nu. 29. ac citati per eundem Menoch. cum non omnes vnum, & idem dicant, & in ſpecie Affl. in deciſ. 326. citatus per Menoc. qui expreſsè hanc diſtinctionem firmat: ſed licet opinio hæc ſit omninò vera, non tamen Barbatus aperit, ſi cre-
2095 ditor teneatur adire iudicem † pro obtinenda hac licentia, quamuis ſupponat creditorem non teneri, ex dictis Doctorum, quos allucinatos dixit dom. Rouitus, ideò ſpecificè tenebatur reſpondere fundamentis Rouiti, & aliquo altero fundamento dicta doctorum comprobare, ſed de his inferius dicetur.

2096 Secundum caput diſtinctionis, † licèt verum dicant Salicet. Alberic. Affl. Vrſill. Magon. Ann. Viui. M. Anto. Amat. Cotta, Gabr. Imol. & Iaſ. quos cõgerit idem Barbatus, & ego addo Neguſ. de pignor. par. 4. num. 24. & Menoch. de adipiſc. remed. 5. nu. 150. & remed. 6. num. 10. dicens receptiorem, de recuper. remed. 8. nu. 97. & ſequentibus; ac Farinacc. loco proximo citato nu. 224. quorum doctorum anteſignanus eſt, qui ſic diſtinxit; Salicet. in d. l. 3. idemque comprobauit Perſonal. de adi-
2097 piſc. nu. 407. Attamen contrariam opinionem † frequentiori vſu in praxi receptam, & per Rotam Romanam approbatam dixit Cæſar Argel. de legit. contradict. in ſuperius citata quæſt. 10. artic. 8. num. 118. cum multis ſequent. qui pro prima opinione fuit allegatus per Barbatum, ſed forſan illum non legit, vel ſi legit,

inad-

inaduertenter dicta illius Barbatum, perpendiſſe diiu-
dicabitur) teſtanturque Farinacc. & Cardin. Mantica,
quos idem Argel. citat, nempe Farinacc. deciſ.785. &
Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. tom.2. lib.22. titu.
22. nume.14. qui omnes ſic ſæpius in Rota deciſum di-
2098 cunt; illa præcipuè ratione, quia debitor † poſſet do-
cere non eſſe locum pacto, & proinde requiri citatio-
nem dicunt, allegans; ad huiuſmodi corroborationem
poſt Bart. Affl. deciſ.97. Gabriel. conſil.88. nume.23.
libr.1. Guid. Papa deciſ.107. Rebuff. ad conſtit. Gall.
gloſ.5. num.64. & deciſiones Rotæ nonnullas, nu.120.
ſed clarius hoc probat Cardin. Mantic. vbi ſupra.
2099 Comprobatque Argellus; nam iudex non debet †
credere aſſertioni factæ per creditorem aſſerentem ſibi
competere ius ingrediendi propria authoritate, vigore
pacti, cum debitori competere poſſunt oportunæ exce-
ptiones, quæ ſuaderent non ita de plano creditorem
debere ingredi, ideò citationem requiri dicit, iuribus
per eum adductis.
Comprobatur hæc Argelli, & recepta opinio; nam
ratio diuerſitatis, qua mouentur Salicet. & ſequaces, vt
in licentia ingrediendi requiratur citatio, & in aſſocia-
tione familiæ petita ab eodem iudice nequaquam, illa
per eoſdem authores deducitur, nempe quando petitur
2100 † licentia à iudice, tunc actus ingrediendi fundatur
ſuper illa iudicis licentia, ideò pars citāda erit; at quan-
do petitur aſſociatio exponitur iudici, quod creditor in-
tendit ſuo iure ingrediendi ex conuentione vti, itaque
2101 ad euitandas rixas inſtat eum aſſociari; tunc † iſta
ingreſſio non fundatur in actu iudicis, & conſequenter
dicunt, iudicem debere concedere aſſociationem, præ-
uia ſummaria cognitione de prædictis; ad comproba-
tionem idcirco dico, quod euidenter decipiuntur præ-
citati authores, cum in vtroque caſu ingreſſio ſit iudice
2102 authore, eò quia omnis conſenſus, † qui pertinet ad
aliquem ratione publici officij dicitur authoritas, vt
poſt Innoc. docet Bald. in l. cum non ſolum §. neceſſi-
tate. C. de bon. quæ liber. num.26. in fine, numeri; ac
notant Doc. in cap. cum nos, de his quæ fiunt à præl.
ſine conſ. capituli, & iudex requiſitus, concedendo aſ-
2103 ſociationem familiæ † in ingreſſu faciendo videtur
facto conſentire, & expreſſius; meritò dicitur authora-
ri, & ſi illo authore ingreſſio ſit, omninò concluden-
2104 dum erit, (vt ingreſſio teneat,) requiri † partis citā-
tionem ad text. in l. iuſtè poſſidet ff. de acquir. poſſeſſ.
* qui text. ſic communiter interpretatur, vt Bart. Alex.
Iaſone, & alijs citatis, teſtatur doctiſs. Rouit. ad dictam
pragm.1. de conſeruator. num.3. verſ. nequaquam; &
centenis locis adductis probat Menoch. recuper. poſſeſſ.
remed.8. num.8. & ſequentibus, immo & ijdem autho-
res dicunt requiri ſummariam cognitionem, vt aſſocia-
2105 tio concedatur, ideò ſi cauſæ cognitio † requiritur,
conſequenter neceſſaria erit partis citatio, cum ſine illa
2106 iudex diceretur procedere tanquam priuatus, † Dec.
in l. factum à iudice, num.1. vbi additionator. ff. de reg.
iur. ac Menoch. vbi ſupra, & expreſſius dom. Rouit. lo-
co citato.
In ſecundo autem caſu Barbati, quādo pactum exer-
2107 cetur † contra hæredem, ſeu vniuerſalem ſucceſſo-
rem debitoris, vltra citatos per eundem Barbatum, la-
tius explicant Gabriel. titu. de acquir. poſſeſſ. concluſ.8.
nume.31. Menoch. de adipiſc. remed.5. numero 106.
quæſt.17. Farinacc. d. quæſtio.175. part.3. ampliat.9.
num.191. & Cardin. Mantic. de tacit. tom.1. lib.11.
titu. quinto, numero nono, & ſeq. ſed vt in ſuperioribus
probauimus requiri citationem; fortius requiri dicimus
aduerſus vniuerſalem ſucceſſorem, cum reſpectu eius
probari debet, an bona, ſuper quibus ingreſſio facienda
2108 erit ſint hæreditaria; ideo iudex † aditus, cui nihil
probatum fuit, nihil mandare poterit, ad text. in l. hæc
autem. §.1. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſs. eatur; & nego-
2109 cio non liquidato † pactum huiuſmodi non exerce-
tur, vt centenis authoribus adductis probat Farinac. vbi
ſupra par. ſexta tota, cum declarationibus ibi adductis,
quodque non negat Barbatus, ſed ex ſuo capite ſubdi-
ſtinguit hoc procedere in obligatione generali tantum,
ſuper qua fundatum eſt pactum iſtud; ſecus in ſpeciali
obligatione; non videns quod in ſpeciali obligatione
vtique oportebit videre, ſi hæres à defuncto cauſam ha-
buit, vt idem Barbatus hoc requiri in ſuperiori caſu di-
xit; ſed de hac ſubdiſtinctione, in ſequenti caſu dicetur,
num.2115. cum alijs ſequent.
In tertio verò caſu propoſito per Barbatum, ſcilicet
quando pactum huiuſmodi exercetur contra ſingula-
2110 rem ſucceſſorem, adhibetur † per eum eadem diſtin-
ctio, de licentia, & de aſſociatione ſuperius declarata;
ſubdiſtinguendo demum idem dominus, de generali, &
de ſpeciali hipotheca, taliter quod ſi pactum de ingre-
diendo fuerit fundatum ſuper generali obligatione,
2111 tunc in ipſius exercitione ſemper † requiritur cita-
tio, at ſi fundetur ſuper ſpeciali obligatione, nequaquā
citationem requiri, concludit.
Tu autem lector beneuole dicas, omninò in hoc caſu
2112 requiri citationem ſecundum † opinionem, tam do-
ctorum, quos citat idem Barbatus, quam aliorum num.
infinitorum, quos poſt alios congerunt, Menoch. de
adipiſc. remed.5. numero 111. cum multis ſeq. Cartar.
deciſ.12. numero 5. Farinac. de furt. d. quæſt.175. par.
7. numero 282. & Cardin. Mantica de tacit. & ambig.
lib.11. tit.5. num.11. cum multis ſeq. ac alij, quos ſciens
prætereo. Et ſi ijdem Doctores dicant hoc reſtringen-
2113 dum quando manifeſtum eſſet, ſingularem † ſucceſ-
ſorem habuiſſe cauſam à debitore, & conſtaret, poſſeſ-
ſori nullam competere defenſionem, vt omnes poſt
Bart. in d.l.3. C. de pignor. in 2. lectura, vno ore affir-
2114 mant, ſed quia difficiliter † conſtare poterit de hoc
manifeſto, & notorio, meritò tutius ſemper tertius erit
citandus, vt ſingulariter aduertit M. Ant. de Amat. de-
ciſ.48. in fine; imò indiſtinctè contra omnes præcitatos
auth. docet ſubtiliſs. Ant. Faber de error. pragm. decad.
2115 57. error.8. toto, ſingularē ſucceſſorem † ſemper ci-
tandum, quando contra eum pactum de ingrediendo
exercetur, quamuis clauſulæ conſtituti, & præcarij iun-
gerentur cum pacto, contra aliorum ſententiam.
Quo verò ad diſtinctionem generalis, & ſpecialis
obligationis factam per eundem dominum, dico, illam
fuiſſe omiſſam fieri per noſtrates, cum diuerſa ratio aſ-
ſignari non poterit, eò quia poſſeſſor rei ſpecialiter
obligatæ quamuis conuincatur ipſum habuiſſe cauſam
2116 à debitore, tamen poterit per eundem proponi † ius
anterius, & potentius, ex quo cauſam habuit, vt in ſi-
ſimili ex mente omnium adnotat Tiraq. de iure conſti-
tut. parte prima numer.47. & Neguſant. de pignor.
parte ſecunda membr. primo numer. 2. citatus per
Barbatum, loquitur in caſu ſatis diuerſo, qui diuerſa
ratione nititur, eò quod debitor in illo caſu ſuper
re ſpe-

2117 re ſpecialiter obligata meritò non † poterit refricare dominij quæſtionem, & ſuper re generaliter hipothecata ſecus, quia conuinceretur de mendacio, & doloſus reputaretur ſpecialiter hipothecãdo rem alienam vti ſuam, quod non conſideraretur in generali obligatione, quæ res debitoris tantum includit, vt idem Neguſant. aduertit, at in caſu noſtro nulla mendacij, &
2118 doli ratio inueſtigari † poterit, ſed tantum dicimus requirendum, & citandum tertium poſſeſſorem, vt valeret ſua proponere iura.

Finaliter ſi ſingularis iſte poſſeſſor fuiſſet iniuſtus occupator rei poſſeſſæ, vtique ex regula l. authoritate, & l. meminerint. C. vnde vi, c. literis de reſtit. ſpoliator. ac aliorum iurium concordantium nequaquam pote-
2119 rit † per eundem debitorem dominum rei ſpoliatum idem poſſeſſor abſque citatione expelli, vt probat Rouit. in ſępius citata pragm. 1. de conſeruat. probaturque per text. in ca. inter quatuor de maiorit. & obedie. & vt latius expendit Menoc. de recuper. remed. 8. conſequenter, nec expelli poterit abſq; citatione per creditorem medio huiuſmodi pacto, vt hac argumentatione, & alijs è longè melioribus, probat Ant. Faber de err. pragmat. Decad. 57. error. 10.

Ex quibus omnibus apparet diſtinctiones, & ſubdi-
2120 ſtinctiones † Barbati non eſſe ex omni parte tutas, ſed omninò dubitabiles, & controuerſas, & ab infinitis excitatas.

Verum, quia diſtinctiones prædictæ, & ſequela opinionis Barbati, ſeu potius ex noſtratibus; Afflicti, in citata deciſ. 326. procedunt data veritate opinionis Doctorum in d. l. 3. C. de pignor. dicentium, iudicem in ca-
2121 ſu illius text. adeundum † eſſe de vrbanitate, non autem de neceſſitate, cum verbum, debent, prolatum in d. l. 3. importare vrbanitatem, & decentiam, dicant præcitati authores; idcirco ſemoto huiuſmodi fundamento, illoque ſublato; euaneſcunt, & tolluntur diſtinctiones, & ſubdiſtinctiones relatæ per Barbatum, meritò vltra dicta per nos in citato quæſito 7. nume. 834. cum multis ſequent. alia ad intellectum d. l. 3. adnotare voluimus pro confirmatione opinionis in dicto loco relatæ.

Et ſi dicant authores in d. l. 3. & omnes per nos in allegato loco citati, verbum, debent, prolatum in d. l.
2122 importare † vrbanitatem, noſque ibi diximus neceſſitatem inducere ſecundum ſubiectam materiam, vt latius poſt doctiſs. Rouit. in loco citato demonſtrauimus; tamen in præſentiarum dico; verbum illud omninò neceſſitatem importare, cum iungatur cum dictione; Attamen, quæ præcedit hoc verbum, quæque
2123 dictio † non ſolum dicitur limitatiua, & ſuperiorum exceptiua, vt pluribus iuribus probant Menoch. conſil. 146. numero octauo Vulpell. de præpoſ. & aduerb. ſignificat. in dictione, tamen, fol. mihi 121. Monach. deciſ. Lucenſ. 67. numero decimoquinto, & M. Anton. variar. reſolut. libro primo reſolut. 27. numero ſexto, ſed
2124 etiam † aduerſatur in eodem genere; retentis eiſdem terminis, Farinacc. deciſ. 75. numero quarto tomo
2125 primo par. 2. & includit, quod determinat, † omneque aliud excludens, Benedict. Aegid. in repet. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. parte prima capit. octauo numero 64. Cardin. Tuſc. concluſ. 387. numero primo, & ſecundo lit. D. Octauian. Vulpell. vbi ſupra verſ. & venit; imò & quod fortius ſtringit concluſionem noſtram, dictio
2126 † huiuſmodi importat conditionem, & modum, vt probat Marc. Anton. variar. reſolut. citato libro primo reſolut. 51. numero quarto, quæ & quos refert, & probat Auguſtinus Barboſ. de diction. dictione 347. tota.

At ſi conditionem importat, tunc conditionis im-
2127 plementum † dicitur de forma, ſine qua actus corruit, Affl. deciſ. 355. nu. 5. actuſque conditionalis, conditione non impleta; nihil operatur; ad tex. in l. cum ab eo. ff. de cõtrah. empt. Affl. Caſſador. Rolan. & Cacher. quos probat doctiſs. Rouit. conſ. 64. nu. 6. ac conditio,
2128 quæ actui adijcitur, neceſſitatem † parit, vt diſpoſitio teneat; Io. Andr. & Alex. quos idem dom. Rouit. citato loco, nu. 8. ſequitur.

Idemque ſtatuendum, ſi hæc dictio modum, & non
2129 conditionem importaret cum modalis † diſpoſitio, & ſi differat à conditionali, inſpecto initiò, tamen exitu conſiderato, nequaquam differunt, ſed totaliter conueniunt, eò quod illæ, qui conditioni non paret, nullatenus diſpoſitionis conditionalis effectum reportabit, ſimiliter, & qui modo non paret; prout ex gloſ. in l. 1. C.
* de his, quæ ſub modo, communiter recepta, & ex alijs probat idem eruditiſs. Rouit. in d. conſ. 64. num. 11. &
2130 12. ex quibus concluditur, verbum, debent, † quo vtitur Imperator in d. l. 3. C. de pign. ſimpliciter, & omninò importare neceſſitatem, vti iunctum cum dictione, attamen, cum leges, quæ probant verbum, debet,
2131 importare vrbanitatem, & conſilium, † quas congerit gloſ. in d. l. 3. diuerſam contineant materiam, & dictione aliqua conditionali, vel modali nequaquam vtantur, ideò noſtræ concluſioni non officiunt.

His itaque comprobatis non obſtat contradictio, quam authores dicunt oriri in d. l. 3. ſi ibi verbum, debent, importaret neceſſitatem, ſuper qua contradictio-
2132 ne Barbatus figendo pedes audet dicere tex. † d. l. 3. eſſe mendoſum, & proinde verbum, debent, interpretandum; deberent, vt conſilium importaret, & contradictio tolleretur, quam oriri dicunt, dum Imperator in
2133 primo reſponſo. d. l. 3. † dicat vim facere non videri creditorem ex pacto bona creditoris ingredientem; & in ſecundo reſponſo negare cenſeatur iubens de neceſſitate iudicem adeundum, in exercitio pacti. Ego autem ſi non allucinor, nullam in d. l. 3. contradictionem video, cum Imperator in primo reſponſo loquitur tantum de violentia, quam creditores propria authoritate bona debitorum ingredientes committunt,
2134 † ex regula text. l. extat. ff. de eo quod met. cau. & l. creditores. ff. ad l. Iul. de vi priu. qui ſi ingrederentur ex pacto huiuſmodi nullum violentiæ delictum committerent ex reg. text. d. l. 3. vt in primo illius. l. reſponſo ſtatuit Imperator, Demum in ſecundo reſponſo nequaquam de hac violentia loquitur Imperator, ſed tantum de bonorum debitorum poſſeſſionis acquiſitione, quã adito iudice fieri debere decreuit; itaque quid commu-
2135 ne habet pęna violentæ ingreſſionis, † quæ ex pacto tollitur; cum poſſeſſionis acquiſitione, certè nihil? nam Impe. in primo legis reſponſo, per hoc pactũ penã violẽtiæ tolli decidit, & in ſecundo reſpõſo bonorũ poſſeſſionis acquiſitionem adito iudice tantum fieri, cum vnum ab altero differat, vt omnes in d. l. 3. affirmant; hic au-
2136 tem intellectus † conuenit illi, quem probauit Bart. in eadem leg. 3. lectura ſecunda, num. 4. verſic. ſed ego oſtendo, ſequiturque Neguſant. de pignor. par. 4. nu. 9. quicquid in contrarium deducat Menoch. de adipiſcen. remed. 5. quæſt. 1. cum Bartolum ſequi etiam videatur

Card.

Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 5. nu. 4. & 5. diximus conuenire cum intellectu Bart. eò quia
2137 non idem eſt; cum Bar. ſupponat, differentiã † eſſe inter eſſe in poſſeſſione; & in illa intrare, & deinde concludat poſſe etiam acquiri poſſeſſionem ex pacto; at nos licèt hæc non negamus, tamen dicimus tex. d. l. 3. in primo reſponſo loqui tantum de pœna violentiæ, quę ex pacto tollitur, & in ſecundo reſponſo de modo acquirendi poſſeſſionem; non quia dubitamus, poſſeſſio-
2138 nem acquiri poſſe per pactum, quam † acquiri fatemur; ſed in hoc tantum aliquantulum diſſentimus à Bart. quia ſi poſſeſſio per pactum acquiratur, tamen pactum tunc factum intelligitur, illudque effectum habe-
2139 re cenſetur, quando debitum non ſit ſolutum †, vt probarunt Salic. in d. l. 3. & alij relati per Menoch. in d. rem. 5. n. 60. & probat Card. Mant. d. tit. 5. n. 6. in princ. meritò enim firmandum erit pactum circa poſſeſſionis
2140 acquiſitionem effectum nõ producere † ſine iudicis authoritate, coram quo cõſtare de debet debiti ſolutio-
* ne, & liquidatione, vt omnes communiter in d. l. 3. poſt Bar. firmant, quos latè congerunt Menoch. in d. rem. 5. quæſt. 9. nu. 47. cum multis ſeq. & Farinac. d. q. 175. par. 6. dicentes liquidationem debiti fieri coram
2141 iudice, quæ liquidatio, licet † appareat per publicam ſcripturam, tamen non poterit negari, etiam aduerſus hanc pleniſſimam probationem competere debitori exceptionem ſatisfactionis promptuariam, vt præ cęteris ſatis probat Carauit. in Rit. 166. & nos probauimus in 3. cap. in nonnullis locis, prout non negabitur cõpetere alias peremptorias exceptiones, vel dilato-
2142 rias, de quibus loquuntur authores citati per dom. Rouit. in Rubr. de inſtrum. liquid. num. 31. ſin autẽ de iſtis tractabitur coram iudice, conſequenter etiam ſtante pacto, vt poſſeſſio capiatur, & acquiratur per cre
2143 ditorem, adeundus erit iudex † vt videatur ſi conditio ſolutionis non factæ ſubintellectæ, in pacto vt ſuperius probauimus, fuerit impleta; & proinde debitor ſemper citandus, ne ſuper his aditus iudex abſque cita-
2144 tione procedendo priuatus, & non iudex † cenſe-
* retur, ex cõmuniter per doctores traditis, quos probant doctiſs. Rouit. in d. pragm. 1. de conſeruator, & Menoch. ante eum citato rem. 5. num. 148. de his iterum in Appendice.

Et hic intellectus tanquam ſecundum verba, & ſecũdum mentẽ. d. l. 3. prout iacet, vt Bar. d. verſ. aduertit, omninò tenendus erit, & præcipuè in Regno, cum ſecũdum illum ex inueterata conſuetudine ſemper ſit taliter obſeruatum, vt inferius demonſtrabitur, nam ille intel-
2145 lectus legis ſumendus erit, qui ab obſeruantia, † & à practica receptus fuit; vt probarunt Bal. Caſtr. Dec. Cranett. Aretin. Soccin. & Menoch. quos congerit, & ſequitur Steph. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 608. num. 15. 16. & 17. tom. 4.

In Regno idcirco, & potiſſimũ in Sacro Cõſ. & in M. C. V. opinio Doctor iuxta deciſionẽ Affl. 326. relata per
2146 Barbatũ, receſſit ab aula, ſed ſẽper citatur debitor, † vel poſſeſſor, vt teſtantur Anna ſing. 189. Foller. in c. Regni item ſtatuimus tit. de lit. & cler. clarius quàm alij, additionator ad Franc. Ant. de iudice Rober. delinquid. inſtrum. conſiderat. 4. in additione incipiente, inſtrumentum, quod aliàs & Dom. Rouit. in ſæpius allegata prag. 1. de cõſeruator. nec negat Vrſil. ad Affl. in d. deciſ. 326. & Viui. deciſ. 263. cum pactũ ſeruari extra ciuitatem Neapol. dicant, at ego licet viderim in aliqui-
2147 bus locis Baſilicatæ hoc pactũ ſeruari † vidi denique in M. C. V. & in ſacro conſilio, in quibus cauſæ per appellationem fuerint introductæ, poſſeſſiones reuocatas, & ſecundum noſtram opinionem ſeruatum, prout & in eadem prouincia Baſilicatæ, & in qualibet parte Regni poſt ſcripta doctiſſ. Rouiti, inuiolabiliter in praxi
2148 ſẽper debitor † & poſſeſſor fuerint, citati imo ſtilus, qui per reliquas Regni Curias ſeruaretur, contra ſtilum Sacr. Conſil. nullus & inualidus iudicaretur, cum ſtilus Sacri Conſ. in iudicando pro lege ſeruandus erit, vt proſequitur Carauit. Rit. primo; concluditur itaque, Barbatum contra receptam praxim fuiſſe loquutum, & ſuper articulo inutili, & inſęcundo, eius opinione inſpecta. Sed de his iterum in appendice.

Sed quia in hoc eodem quæſito, reſtrictione tertia, num. 1584. cum ſequentibus propoſuimus, an locator habeat tacitam hipotecham cum prælatione, & num. 1585. dubitauimus quid in tacita reconductione, ideo dicas amice lector. quod ſi locator ſibi de expreſſa hipotheca cauerit; tunc illa expreſſa hipotheca cen-
2149 ſetur repetita in ſequentibus † tacitis reconductionibus, modo vt declarat Vlpian. Conſultus in l. item quæritur §. qui impleto ff. locat. & poſt Affl. aliquę de tacita reconductione congerentem, deciſ. 363. probant & declarant Anton. Fabr. in eius Cod. titul. de locat. defin. 45. Polidor. Ripa obſeruat. 154. Cornazan. deciſion. Lucenſ. 177. & Barbat. de aſſiſtent. præſt. gloſ. fin. numer. 70. cum pluribus ſequentibus poſt hæc ſcripta viſus, qui prædictos congerit, ſed tu amice lector videas Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tom. 1. lib. 5. tit. 15. toto, latius omnia ſuper huiuſmodi dicta per præcitatos authores decla-
2150 rantem, attamen dicta hipotheca † non præferretur tertio, qui contraxerit poſt hipothecam locatoris expreſſam, ſed ante tacitam reconductionem, & ſic poſt poneretur creditoribus contrahentibus ante tacitam reconductionem, vt firmarunt Bellon. conſil. 87. Cornazan. & Barbat. citatis locis; quicquid in contrarium deducat Polidor. Rip. d. obſeruat. 154. qui mouetur ex tex. dicti §. qui impleto, ibi, *pignoris videtur durare*
2151 *obligatio*, ex quibus verbis colligitur † hipothecam primam adhuc durare, & conſequenter præferri alijs poſterioribus, qui poſt illam contractam contraxerint, cum ex tacita reconductione non noua, ſed eadem hipotheca cenſetur perſiſtere, vt bene ponderat Barbatus in citato loco numer. 74. poſt Polidor. Ripam ſuperius citatum.

Comprobari poterit hæc Ripæ opinio, nam Bar. & cæteri tam in d. §. qui impleto, quam in l. legem. C. locat. reſtringunt ſolummodo diſpoſitionem intium præ-
2152 dictorum, quando tertius † pro conductore promiſiſſet in prima conductione, & hipothecam conſtituiſſet, quo in caſu nequaquam eadem duraret hipotheca, ſine nouo conſenſu illius tertij, vt cõprobat Negulant. de pignor. part. 3. memb. 1. num. 22. Molin. de contract. diſput. 498. num. 18. & Cardin. Mant. in loco ſuperius adducto num. 21. & conſequenter quo ad conductorem durare cenſetur.

* Quibus non obſtãtibus verior, & communis eſt Cornazani, opinio, quæ ex allegatis per eum, tum etiam quia
2153 doctor in d. iuribus vnanimiter dicunt, primã † hipothecã eſſe repetitam in ſecunda tacita conductione, quã eiuſdem qualitatis eſſe, cuius & expreſſa, probãt, vt Bal. Ang. & Io. de Anan. citatis concludit Card. Man. vbi ſupra

ſupra num. 19. ideo ſi repetita cenſetur, fatendum
2154 erit, in repetitione nouum requiri † conſenſum, locatoris ſcilicet, & conductoris, cum in reconductione nouus requiratur conſenſus, vt facta locatio cenſeatur, ad tex. in l. 1. ff. locat. & l. conſenſu ff. de act. & obligat. ideo in tacita reconductione conſenſus præſumi-
2155 tur † vt probatur in d. §. qui impleto, & in d. l. legem, & proſequuntur inter alios Molin. & Mantic. diſputatione, & titulo citatis; ſi enim requiritur nouus conſenſus, meritò creditor, qui ante præſtationem huius noui conſenſus cum conductore contraxerit præfertur locatori in mercede ſibi debita ex tacita recondu-
2156 ctione; cum per ſuperuenientem † obligationem eidem creditori nullatenus preiudicatum fuit, vt tot. tit. ff. & C. qui pot. in pign. hab. idcirco bene concluditur, verbum, durare, poſitum in d. §. qui impleto, interpre-
2157 tandum fore, ſcilicet renouare, tum ex dictis Bell. in allegato conſ. 87. tum etiam quia in eiſdem terminis verbo, renouare, vſus fuit Imperator in d. l. legem,
2158 & vna lex † per aliam interpretatur, Bar. in l. in ambiguo num. 2. ff. de reb. dub. & hæc eſt veritas. Denique verbum, durare, intelligitur quo ad eoſdem contrahentes, vt ex alijs notant, Molina & Cardin. Mantica vbi Supra. At quo ad intereſt tertij, cui per prius
2159 erat ius quæſitum, reputabitur † nouus contractus, vt in ſimili docent Mareſcott. variar. reſolut. libr. 1. capit. 5. & Cæſar Manent. deciſion. 31. numero 17.

SVMMARIVM.

2160 *Pignus, & hipotheca qualiter extinguantur, & remittentur, remiſsiuè.*
2161 *Pignus, & hipotheca extinguuntur per expreßam pignoris remiſsionem factam per creditorem.*
2162 *Pignus, & hipotheca extinguuntur per tacitam remiſsionem.*
2163 *Creditor videns bonorum debitoris ſubhaſtationem, & non contradicens cenſetur remittere pignus, & hipothecam,*
Præſens, & tacens an conſentire videatur remiſsiuè ibidem.
2164 *Creditor præſens ſubhaſtationi creditoris, & non contradicens, vt ſibi præiudicet quæ requirantur, & 2165.*
2166 *Creditor tacens qualiter fauore fiſci, & piæ cauſæ ſibi præiudicet in venditione bonorum debitoris eo preſente facta.*
2167 *Creditor ſe ſubſcribens tabulis venditionis bonorum debitoris tacitè videtur remittere pignus.*
2168 *Creditor vti teſtis ſubſcribens ſcripturam venditionis bonorum ſui debitoris tacitè remittere videtur hipothecam, niſi ſe deceptum probauerit.*
2169 *Creditor reſtituens cautionem, vel chirographum debitori cenſetur tacitè remittere hipothecam, & pignus, ac liberationem debiti facere.*
2170 *Creditor reſtituens rem debitoris pro ſuo credito executam, videtur tacitè remittere hipothecam ſuper illa re.*
2171 *Bona obligata, & per creditorem exequuta, ſi debitori reſtituantur non reincidunt in obligatione.*
2172 *Res, quæ ſemel obligationem exiuit, amplius in illa non reincidit.*
2173 *Bona ſi redeunt in poſſe debitoris facto creditoris in priſtina hipotheca non reincidunt, cum illa per conſenſum ſemel extincta fuit.*
2174 *Bona executa, ſi ex eadem cauſa redeant in poße debitoris reincidunt in prima obligatione, & qualiter, aut ſi eadem bona reuerterentur vigore pacti reſolutiui num. 2175*
2176 *Iudex poterit aſsignare bona debitoris decocti poſterioribus creditoribus, anterioribus excluſis, ſi illi citati fuerint, & qualiter.*
2177 *Pignus, & hipotheca remittuntur quouis modo res obligata deſierit eſſe debitoris.*
2178 *Reſoluto iure datoris cenſetur reſolutum ius acceptoris, & 2179.*
2179 *Hipotheca qualiter extinguatur, contractu reſoluto, per pacta reſolutiua, & in quibus cauſis, & ſeq.*
2180 *Tex. l. lex vectigalis. ff. de pignor. & hipoth. declaratur.*
2181 *Hipotheca qualiter extinguatur per ceſſionem iuris luendi.*
2182 *Pignus, & hipotheca qualiter extinguantur remiſsiuè.*
2183 *Creditor quando per conſenſum præſtitum ſuper alienatione rei ſibi obligata nequaquam in futurum excludatur, & 2184.*
2184 *Conſenſus præſtitus per creditorem fauore emptoris tantum non præiudicat conſentienti, ſi res alienata reuertatur ad debitorem.*

QVÆSITO XII.

DVodecimum, & vltimum quæſitum modicā in hoc loco habebit diſceptationē, paucisque explicabitur, cum de illo latius dicetur ſuis particularibus titulis,
2160 nempe pignus, & hipotheca † extinguuntur, & remittuntur ſolutione, compenſatione, pacto liberatione, acceptilatione, nouatione, delegatione, præſcriptione, adiudicatione, & alijs de cauſis in ſecundo tomo, Deo permittente, & fauente, in vno capite, declarandis, quomodo autem his caſibus pignus ſoluatur, & extinguatur, ibi non iniucundè habebitur.
2161 Pro nunc pro certo teneas amice lector, pignus † & hipothecam omninò extingui per expreſſam pignoris remiſſionem factam per creditorem, toto tit. C. de remiſſ. pignor.

Extenditur concluſio etiam procedere, per tacitam
2162 remiſſionem, vt puta ſi creditor † præſens patiatur rem obligatam alienari per iudicem præcedentibus ſubhaſtationibus, ad tex. in l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pignor.

Verum, vt extenſio, diſpoſitioque tex. d. l. ſi eo, procedant infraſcripta requiri dicunt noſtrates, cum præ-
2163 ſens † & tacens in præiudicialibus nequaquam conſentire videtur, vt latius hanc regulam explicauimus ſuperius capit. 2. tit. 3. a numero. 741. vſque ad num. 766.
2164 Primò requiritur, vt creditores certi † perſonaliter citentur ad dicendū quicquid aduerſus dictam alienationem; & incerti per proclama, ſeu per edictū, ſecundo requiritur, vt completis dictis citationibus per legiti-
2165 mos actus, † ſubhaſtentur bona obligata; his enim concurrentibus, extenſio procedit, vt Ang. Bal. Bar. Salic. & alij docuerunt in d. l. ſi eo tempore deducit Neguſant. de pign. par. 6. memb. 3. n. 23. & ſeq. ex cuius

dictis

dictis hæc colliguntur, licet non ſic clarè; Surd. deciſ.
302. quos, & quæ congerit, ita declarando Molfeſ.
ad conſuet. Neap. tom. 2. part. 8. quæſt. 3. numer.
10. Magiſtraliter enim hæc probat Cardin. Mantica
de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 31. num. 42. & ſequent.
& ante eum Bar. in l. fin. C. de remiſſ. pign & in l. ſi-
cut §. non videtur ff. quib. mod. pign. vel hipoth. ſolu.
probaruntque Moderni in l. quæ dotis ff. ſolut. ma-
trimon.

2166 Modificantur predicta fauore libertatis † fiſci, &
piæ cauſæ, modo vt declarant Neguſant. de pignor.
par. 6. d. memb. 3. & num. citatis, ac Cardin. Man-
tic. vbi ſupra num. 39. & ſeq. nam fauore prædictarum
cauſarum cenſetur adhibitus creditoris preſentis, &
non contradicentis, conſenſus.

2167 Secundo remittitur pignus † per tacitam remiſſio-
nem, ſi creditor ſe ſubſcripſerit in tabulis venditionis,
ad tex. in d. l. ſicut §. non videtur. ff. quib. mod. pign.
vel hipot. ſol. aut pro teſte ſe ſubſcripſerit, nec contra-
2168 dixerit, tunc tacitè † hipotheca remiſſa cenſetur,
per tex. in d. §. non videtur, niſi creditor ſe deceptum
probauerit, vt poſt Neguſant. loco citato. nu. 18. pro-
bant Cardin. Mantic. d. tit. 31. num. 38. & Molin. de
contract. diſput. 537. num. 5.

Tertiò per tacitam remiſſionē pignus remiſſum cen-
2169 ſetur, ſi cautio † vel chirographum debitori red-
datur, ad tex. in l. creditricem. C. de remiſſ. pignor.
* vbi Bal. ac communem ſententiam dicit Neguſ. d. lo-
co num. 19. vt ex reſtitutione chirographi cenſeatur
facta liberatio, idque paucis probat Cardin. Man-
tic. vbi ſupra num. 36. & probauimus ſuperius in 2. c.
tit. 1. num. 247.

Quartò & eleganter remiſſa cenſetur hipotheca per
2170 reſtitutionem rei obligatæ exequutæ † vt colligitur
ex traditis per Neguſant. in d. par. 6. mem. 3. nu. 20.
per tex. ſic intellectum per gloſ. & Bar. in l. 1. ff. de li-
ber. leg. comprobat Cardin. Mantic. de tacit. d. tit.
31. num. 36. idem ſupponere videtur Molfes. de con-
tract. cap. 18. tit. de pignor. & hipot. num. 86. in prin.
conferunt dicta per Præſid. de Franch. deciſ. 708. late
Petr. Auguſt. Morl. in empor. iur. p. 1. tit. 11. quæſt.
8. & Molin. citata diſput. 537. num. 6. vbi eleganter
expendit.

2171 Et ſi res illa pignorata, ſeu exequuta perueniat † in
poſſe debitoris nequaquam reincidit in obligationem
generalem, aut ſpecialem eiuſdem creditoris reſtituē-
tis, ad text. in l. fin. C. de remiſſ. pignor. modo vt expē-
2172 dit Surd. deciſ. 163. eò quia res, quæ ſemel † exi-
uit obligationem amplius in illam non reincidit, Bar.
& cæteri in d. l. fin. Surd. deciſ. 163. qui quamplures
congerit; illa alia ratione, quia tempore, quo res reuer-
ſa fuit ad debitorem iam per conſenſum erat extincta
2173 obligatio, ſeu hipotheca †, ideò in priſtino iure ex-
tincto nō reincidit, vt poſt Iac. de Aren. & Cin. probat
Surd. in citata deciſ. idemque comprobant Cardin.
Mant. d. tit. 31. num. 60. Molin. de contract. diſput.
537. num. 16. & Molfeſ. d. tit. de pignor. num. 86. ac
omnibus clarius. Negus. vbi ſup. num. 21.

Reſtringitur tamen hoc dictum procedere quando
2174 ex diuerſa cauſa reuerteretur † res exequuta ad de-
bitorem, & ſic quando ſibi reſtituitur voluntate credi-
toris, aut alia cauſa diuerſa, quia ſi reuerteretur ad debi
torem ex eadem pignoris cauſa, vt puta ſi fuiſſet exe-
quuta, & executio nulliter procederet, tunc diceretur

reuerſa per eandem cauſam, & originem, & reincide-
ret in prima hipotheca, in illaque reintegraretur, ita
colligitur ex. d. l. fin. C. de remiſſ. pignor, vbi Bart.
& cæteri Doctor. veluti etiam ſi reuerteretur ad debi-
2175 torem † vigore pacti de retrouendendo, aut per viā
reſolutionis contractus, modo vt declarant Neguſant.
vbi ſupra, & Molin. citata diſput. 537. dicto num. 16.
& breuius pertranſeunt Cardin. Mantica, & Molfeſ. lo-
cis allegatis, & Cardin. Seraph. deciſ. 356. num. 12. &
1335. quem citat Molfeſius vbi ſupra.

Ex quibus omnibus redditur inconcuſſa opinio, quā
defendit Molfeſ. ad conſuet. Neapol. tom. 2. part. 8.
quæſt. 3. ſuperius citata num. 12. cum multis ſequen-
tibus, & præcipuè ex traditis ſupra num. 2154. verſ.
primò requiritur, & ex eleganter traditis per eundem
Molfeſ. dicentem, aſſignationes factas per iudicem de-
2176 legatum † ſuper cauſis banci decocti, aut perſonæ
decoctæ, in beneficium poſteriorum creditorum, au-
ditis omnibus creditoribus anterioribus, vt d. numer.
2154. notauimus, eiſdem anterioribus omninò præiu-
dicare, niſi legitima producatur excuſatio, quam opi-
nionem intelligas, ſi debitæ contumaciæ in citationi-
bus ſint incuſatæ; qua cautela adhibita, eandem proba-
uit opinionem Cæſar Manent. deciſ. Senat. Mantuani.
36. num. 22. & ſeq.

Remittitur denique pignus, & hipotheca, quouis
2177 modo † res pignorata deſierit eſſe debitoris ex illa
vulgata iuris regula, nempe quod reſoluto iure
2178 † datoris, cenſetur reſolutum ius acceptoris; ad tex.
in l. lex vectigali ff. de pignor. & hipoth. ex qua re-
gulā infertur, quod ſi res vendita reuertatur ad vendi-
torem vigore pacti de retrouendendo, vel alterius pa-
cti reſolutiui, aut res emphitheotica reuertatur ad do-
2179 minum, † vel feudum ad dominum directum,
aut res donata ad donantem, tunc omnes hipothe-
cæ medio tempore contractæ reſoluuntur, ita iuri-
bus quamplurimis adductis poſt Bartol. Bal. Sali-
cet. Caſtr. Alexandr. Soccin. Alciat. Tiraq. Negus.
Pinell. & alios, receptum ab omnibus teſtatur Car-
din. Mant. dict. titul. 31. numero 68. vſque ad fi-
nem tituli, vbi decem illationes deducit, ex quibus
reſoluitur ius vtriuſque in occurrenti illum conſulas,
probaruntque Præſ. de Franch. deciſione 64. nume-
ro, 4. & ſequentibus Cagnol. Gloſ. Pariſ. Padill. &
alij, quos probat Annius conſil. 81. numer. 18. Mol-
feſ. de contract. dict. titul. de pignorib. capit. 18. nu-
mer. 90. latè Caballin. milleloq. 159. & omiſſis
alijs comprobat Doctiſſ. Rouit. conſ. 81. numer. 5.
2180 qui dupliciter regulam. dict. l. lex vectigalis † re-
ſtringit, vno modo quando ius in primo inſtanti fuit
perfectum, alio modo quando extinctio facta fuit per
viam tranſmiſſionis Præſ. de Franch. in hoc. 2. dec.
216. & alijs citatis per prædictum doctiſſ. virum in d.
conſ. num. 12. & 13.

Infertur ex prædictis, quod in Regno hoc adin-
uentus eſt modus vtilis ad contrahendum, ſcilicet ſi
quis velit tutè habere annuos introitus titulo emptio-
nis, vel ſecurioris obligationis, contrahit cum ceſ-
2181 ſione iuris luendi, † vt puta ſi annui introitus re-
periuntur empti per Titium à Regia Curia cū pacto de
retrouendendo in forma, tunc Mæuius intendens e-
mere dictos annuos introitus à Titio pro eodem
pretio, vt ſecurius illos poſſideat reſpectu credito-
rum Titij, procurat ceſſionem à Regia Curia iuris

luendi prædicti ex pacto ſpeciali habito cum Titio, ex qua praxi omnes hipothecæ contractæ ſuper illis annuis introitibus in beneficium creditorum Titij totaliter reſoluuntur, vt probat Regens de Ponte deciſ. 28. ſub nu. 18. & Molfes. in 2. tomo ad conſuetud. Neap. par. 4. quæſt. 26. num. 7.

Reliquos modos, quibus ſoluitur, & remittitur hipotheca, latè congerunt authores in titulo ff. quib.
3182 mod. pig. vel hip. ſolu. ſolu. † &. C. de remiſſ. pignor. in ff. & C. de diſtract. pignor. latius per Neguſant. citata par. 6. tota, Molin. de contract. allegata diſput. 537. tota, ac latiſſimè per Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 31. toto, & nos pluſquam latiſſimè in locis citatis in principio huius quæſiti reponendis Deo fauente in 2. tomo.

Et dum in principio huius quæſiti firmauimus hipo-
3185 thecam extingui per expreſſum conſenſum † creditoris, clarius dicas benigne lector remitti hipothecam ſi creditor conſentiat alienationi, & venditioni rei obligatæ, ad tex. in l. fin. C. de remiſſ. pignor. ſuperius citatum vbi Bar. Bal. & Salicet. Attamen amice lector velim, hæc intelligas, niſi conſenſus fuerit præſtitus
3184 † fauore emptoris tãtum nam eo caſu ſi res alienata reuertatur ad debitorem omninò reincidit in obligationem priſtinam, quia conſenſus limitatè conceſſus fuit, ita ſingulariter docet, & probat Surd. deciſ. 153. tota.

SVMMARIVM.

1 *Aſſiſtentiæ nomen, ius inſiſtendi rei ſignificat ab ethimologia vnius ex diffinitionibus poſſeſſionis.*
2 *Inſiſtere verbum nihil commune habet cum verbo aſſiſtere.*
3 *Aſſiſtentiæ remedium prouenit ex remedio l. 3. C. de pign.*
4 *Remedium ex l. 3. C. de pignoribus dicitur adipiſcendæ.*
5 *Aſſiſtentia, ſi ex verbo inſiſtere deſcenderet, retinendæ remedium eſſet, & conſeruandæ poſſeſſionis.*
Aſſiſtentia non continet retinendæ remedium ibid.
6 *Aſſiſtentiæ vox non tribuitur verbo inſiſtere.*
7 *Aſſiſtentia eſt imploratio officij iudicijs, vt aſſiſtat captioni poſſeſſionis vigore pacti de ingrediendo, ſecundum Barbatum.*
8 *Aſſiſtentia idem eſt, quod iudicis aſſociatio quod probabiliter verum dicit author.*
9 *Iudicis aſſiſtentia requiſita in iudicio aſſiſtendi non tantum captioni poſſeſſionis deſeruit, ſed etiam exercitio cuiuslibet ex remedijs contentis in eodem iudicio.*
10 *Horatius Barbatus, in quibus notetur de errore.*
11 *Aſſiſtentia qualiter oriatur à iure inſiſtendi rei.*
12 *Horatius Barbatus de errore notatur, & quare.*
13 *Poſſeſſionis definitio, ex qua dicitur eam eſſe ius inſiſtendi rei, reſpicit poſſeſſionem in eſſe productam.*
14 *Poſſeſſionem capientes ſemper dicuntur inſiſtere firmiter in illa ſtantes.*
Inſiſtendi ius conuenit cuique ex remedijs poſſeſſorijs in eſſe productis ibid.
15 *Hipothecarium remedium, licet ſit petitorium, tamen datur ad auocandam poſſeſſionem.*
16 *Aſſiſtentiæ nomen ortum habuit ab effectu iuris inſiſtendi.*
Maranta, & dom. Rouitus in deſcriptione aſſiſtentiæ defenduntur ab impugnationibus Barbati, à numero 11. cum infinitis ſequentibus.
17 *Aſſiſtentiæ nomen probabiliter oriri potuit tam à verbo aſſiſtere, quam à verbo inſiſtere.*
18 *Nomina licèt ponantur ad libitum, tamen ſi fuerint iudicialia, oportet, vt ſint conſona rei.*
19 *Authorum Antiquorum dicto ſtatur de ſignificatione vocabuli antiqui.*
20 *Robert. Marantæ laudes.*
21 *Scipio Rouitus laudatur.*
22 *Horatius Barbatus duplici errore notatur.*
23 *Horatius Barbatus conuincitur de contradictione in ſuis ſcriptis. 24. & ſequentibus.*
25 *Aſſiſtentiæ iudicium per neceſſe exercetur coram iudice; & in iudicio parte omninò citata 26. & 27.*
28 *Aſſiſtentiæ iudicium, vt procedat vigore Regiæ pragmaticæ 1. de aſſiſtent. requirit nonnullorum remediorum, (expreſſorum per eandem Reg. pragmaticam) concurſum, prout & authores citati in contrarium fatentur. & 29.*
30 *Aſſiſtentiam oriri ex pacto ingrediendi tantum dicentes contradictionis vitio laborarent, & qualiter num. 30. ſed ex cumulatis remedijs ortum habuiſſe notatur, & Sacr. Conſ. præſtaſſe aſſiſtentiam, etiam ſi inſtrumentum careat prædicto pacto capiendi, num. 31.*
31 *Aſsiſtentiæ iudicium ſi complicatum haberet remedium aliquod petitorium, haberet an ne ſententia appellabilem.*
33 *Aſſiſtentiæ ſententia ob remedia petitoria in illa complicata, ſit appellabilis ſecundum Barbatum non obſtante prag. & ſeq.*
34 *Cauſæ ſi fuerint duæ inſimul complicatæ, quarum vna, appellationem admittit, altera verò denegat; tunc ratione complicationis vtraque ſit appellabilis, ſi vnica ſententia terminentur.*
35 *Aſſiſtentiæ ſententia quo ad caput adiudicationis, vel venditionis eſt omninò appellabilis, non obſtante prag. ſecundum Barbatum, & ſeq.*
Remedium adiudicationis, & venditionis ex. l. vetuſtiſsimam. C. de iur. dom. impetr. eſt petitorium, & conſequenter appellabile ibid.
36 *Aſsiſtentia ſimplex dicitur remedium poſſeſſorium.*
37 *Aſsiſtentiæ iudicium dupliciter poterit exerceri, & qualiter.*
Sententia prolata in iudicio aſsiſtentiæ continens explicitam auctoris hæredis declarationē forſan eſſet appellabilis ibid. verſ. in primo caſu ſecus, ſi hæredis declaratio ſtaret in ſententia, enunciatiuè, & qualiter ibidem. verſ. Attamen, & num. 38.
39 *Sententia non omne verbum poſitum à iudice, vim ſententiæ obtinet.*
40 *Sententia aſsiſtentiæ, & ſi declarationem hæredis contineat adhuc inappellabilis redditur, & quare.*
41 *Sententia aſsiſtentiæ continens condemnationem conuenti vti hæredis debitoris, an ſit appellabilis.*
42 *Aſsiſtentiæ, ſententia ſi contineat condemnationem conuenti, & ipſius aſsiſtentiæ præſtationem, pro quantitate, pro qua conuentus fuit condemnatus, dicitur continere capita ſeparata.*
43 *Sententia lata ſuper reſtitutione poſſeſsionis, & fructuum perceptorum an ſeperata capitula continere cenſeatur.*

Senten-

44 *Sententia continens vnum tantum capitulum habens annexam cauſam petitorij, & poſſeſſorij totaliter eſt appellabilis.*
45 *Aſſiſtentiæ ſententia continens condemnationem in perſonam heredis debitoris, & præſtationem eiuſdem aſſiſtētiæ, duo continere dicitur capitula.*
46 *Connexitas, vel ſeparatio capitulorum non conſiderantur in verbis, vel in ſtructura orationis, ſed ex parte rerum.*
Verborum ars non attenditur, ſed connexitas, vel ſeparatio rerum ibidem.
47 *Sententia aſſiſtentiæ ſi plura contineat capitula, tamen ſi vnum tantum proſequatur illud circa appellationem attendendum.*
48 *Horatium Barbatum dicentem Aſſiſtentiam quo ad caput adiudicationis, vel venditionis appellabilem obtinere ſententiam, euidenter aberraſſe demonſtratur.*
49 *Aſſiſtentia in Regno continuo petitur cum facultate adiudicandi, vel vendendi ex communi formula, & præcipue quo ad caput adiudicationis, ennuciatum per R. pragmaticam* 1. *de aſſiſtentia, num.* 50.
51 *Regiam pragmaticam* 2. *de appellat. intelligi de aſſiſtentia adiudicationis, venditionis, & alia remedia continente, & ſic de formali aſſiſtentia.*
52 *Horatius Barbatus dicens Reg. pragmaticam* 2. *de Appellat. loqui de ſimplici aſſiſtentia abſque remedio adiudicationis, & venditionis chimericè loquitur.*
53 *Aſſiſtentiam ortam fuiſſe ex pacto de capiendo tantum, malè concluſum eſſe per Barbatum ſæpius probauit author.*
54 *Sententia lata ſuper poſſeſſorio habēte indiuiſibiliter admixtam cauſam proprietatis vtiq; inappellabilis redditur.*
55 *Aſſiſtentia nunquam præſtaretur vigore clauſularum, ex quibus ortum illam habuiſſe pluries notatum fuit, nĕſi præcedĕte obligatione bonorum, aut altero alio contractu, &* 56.
57 *Aſſiſtentiæ iudicium continet etiam hipothecarium remedium, licet ex eo poſſeſſio auocetur. num.* 58.
59 *Sententia ſuper hipothecaria eſt appellabilis.*
60 *Hipothecaria actio in omni iudicio aſſiſtentiæ præcedere debet.*
61 *Aſſiſtentia, licet indiuiſibiliter habeat remedia poſſeſſoria cum petitorijs complicata, tamen principaliter ſundatur ſuper poſſeſſorijs meritò producit ſententiam inappellabilem.*
62 *Aſſiſtentiæ forma, quæ nam ſit in Regno ſolita ſemper proponi.*
63 *Creditor poterit aſſiſtentiam petere ſuper bonis obligatis loco pignoris detinendis ſub inſolita forma tamen ſi illam petat cum facultate adiudicandi, vel vendendi vtilius petit, num.* 64.
65 *Regia pragmatica* 2. *de Appellat. reperitur poſita immediatè ſequens poſt prag.* 1. *de aſſiſt.*
66 *Ordo ſcripturæ in dubio attendendus.*
67 *Diſpoſitio ſequens regulabitur in dubijs ſecundum præcedentem.*
68 *Diſpoſitio adaptanda erit ad ea quæ vt plurimum accidunt, &* 69.
70 *Regia pragmatica* 2. *de Appellat. ex antiqua obſeruantia in Regno interpretata fuit, vt procedat in aſſiſtentia, etiam quo ad caput adiudicationis.*
71 *Statutum ſecundum receptum vſum erit intelligendum.*
72 *Legis intellectus ille ſumendus erit, qui per aliam legem datus fuit.*
73 *Sacri Conſ. Neap. deciſiones pro legibus ſeruantur in Regno.*
Sacr. Conſ. Neap. non admittit appellationes à decretis aſſiſtentiæ quo ad caput adiudicationis. ibid.
74 *Horatius Barbatus loquutus fuit contra receptam praxim, & contra tex. Regiæ prag.* 2. *de Appell.*
75 *Remedium. l. fin. C. de acq. poſſeſſ. eſt recuperandæ poſſeſſionis.*
76 *Remedium. l. fin. C. de acq. poſſ. non eſſe recuperandæ, nec adipiſcendæ, aut retinendæ, ſed reuocatorium ſecundum Barbatum.*
77 *Recuperare, verbum dicitur, quo id quod à nobis per iniuriam ſublatum eſt recuperamus.*
78 *Horatius Barbatus, & ſi ingenioſus, tamen contra propriam ſignificationem verbi recuperare, loquitur.*
79 *Recuperare, verbū dicitur propriè rem amiſſam recipere.*
80 *Recuperare, verbum, recuperationem rei per iniuriam ſublatæ etiam continet.*
81 *Violentia expulſiua dupliciter conſideratur, vno modo tempore realis expulſionis, altero tempore negationis reſtituere poſſeſſionem.*
82 *Remedium recuperandæ vtile competit creditori agenti iure aſſiſtēdi, cum eidem fiat violentia expulſiua per denegationem reſtituendi poſſeſſionem.*
83 *Doctores vtentes verbo, reuocare, in remedio. l. fin. C. de acq. poſſ. affirmant remediū illud eſſe recuperādæ. n.* 83.
84 *Aſſiſtentiæ iudicio agenti, cōpetit remedium ex d. l. fin. C. de acq. poſſ. contra tertium, cui per traditionem res alienata fuit; contra num.* 85. *de veritate in ſequentibus.*
86 *Poſſeſſio acquiſita traditione eius, qui nomine domini detinet qualiter differat ab ea, quæ vti derelicta, vel dolo prodita fuit.*
87 *Doctores dicentes remedium l. fin. C. de acq. poſſeſs. competere creditori agenti aduerſus tertium poſſeſſorem per traditionem acquirentem, lapſos fuiſſe ſecundum Barbatum num.* 87. *cum ſequentibus.*
88 *Prodere, verbum idem denotat, quod dare, & tradere.*
89 *Prodere, verbum poſitum in l. fin. C. de acq. poſſeſs. intelligendum de proditione doloſa.*
90 *Prodere, verbum ſemper importat doloſam traditionem, etiam ſi abſque expreſſione doli proferatur &* 91.
92 *Tex. l. fin. C. de acq. poſſeſs. loquitur tantum quando is, cuius nomine poſſidetur priuatur ſua poſſeſſione ex dolo, vel negligentia eius, qui illius nomine poſſidet.*
93 *Dolus detentoris ſolummodo conſideratur per Imper. in l. fin. C. de acq. poſſ.*
Dolus præſumitur in alienante ſcienter rem creditori obligatam, vt poſſeſſio creditoris interuertatur. ibidem.
Debitor conſtitutus precario nomine poſſidere rem creditori obligatam, illam alienando videtur interuertere creditoris poſſeſſionem ibidem.
94 *Interuertere, verbum interuertentis dolum arguit.*
95 *Dolus ex mendacio arguitur.*
96 *Dolus ex facto inducente læſionem arguitur.*
Remedium. l. fin. C. de acq. poſſ. competere creditori agenti iure aſſiſtendi, etiam contra tertium præuia traditione acquirentem. ibidem.
97 *Remedium recuperandæ ex. d. l. fin. C. de acq. poſſ. non competere creditori agenti contra tertium aliquo titulo acquirentem, ex alio probat acutiſſ. Faber, &* 98.

99 *Detinere, verbum importabit etiam detentionem per traditionem obtentam.*

100 *Horatij Barbati opinio ſi authoritate, & rationibus Antonij fabri ſulciretur in puncto iuris omninò tenenda eſſet.*

101 *Prodere, verbum in terminis. l. fin. C. de acq. poſſ. in foro, & in praxi denotat tradere, vel dare.*

102 *Temporis non cauſæ ratio habebitur in creditorum concurſu, contra num. ſeq.*

103 *Temporis ratio, & non cauſæ in realibus conſideratur, ſecus verò in perſonalibus. & 105.*

104 *Tempus, & non sauſa attenditur etiam in perſonalibus.*

106 *Hipothecaria actio nullum continet, niſi temporis priuilegium, perſonalis verò priuilegijs gaudet.*

107 *Tex. in l. in operis. ff. locati declaratur.*

108 *Hipotheca ſi hipothecæ præferatur hoc ex priuilegio perſonæ conceſſo procedit, non autem ratione hipothecæ, ibidem, ſed contra, declara num. ſeq.*

109 *Prelationis priuilegia cauſæ, & perſonæ conceduntur, non autem hipothecæ, & 110.*

111 *Fiſcum, & dotem qualiter paribus ambulare paſſibus, adnotatur remiſſiuè.*

112 *Dotem non præferri in bonis poſtea quæſitis ad inſtar fiſci probatur, & defenditur.*

113 *Dotis priuilegia competere à die dotis promiſſæ defenditur.*

114 *Mulier pro dotibus præfertur anterioribus tacitam tantum habentibus, licet expreßam habeat, vbi defenditur.*

115 *Mulier tacitam habet hipothecam etiam pro paraphernalibus bonis à die adminiſtrationis.*

116 *Fiſcum qualiter præferendum pro tributis.*

117 *Expenſæ vltimæ infirmitatis præferuntur creditoribus expreſſam anteriorem habentibus hipothecam,*

118 *Funeraria etiam creditoribus expreßam hipothecam habentibus, & anteriorem præfertur,*

119 *Hipoteсha tacita cum prælatione an detur ſoluenti pro alicuius redemptione ab hoſtibus,*

Reuerſi ab hoſtibus bona, an ſint hipothecata cum prælatione pro ſolutis pro eius redemptione ibidem.

120 *Ceuallos Hiſpanus circa hipothecam dandam mutuanti ad emendum abſque expreſſa conuentione, confunditur, & confutatur.*

Ant. Pichard. Hiſpanus confunditur, & notatur circa intellect. & materiam §. his conſequens auth. de æqual. dotis, ibidem.

Amator. Rodriquez notatur circa intellect. §. his conſequens auth. de ęqual. Dot. ibidem.

Gaſpar Rodriquez notatur circa intellect. §. his conſequens auth. de æquali dotis. ibidem.

121 *Pupillus quando præferatur ſuper re empta ex eius pecunia, diſtinguitur, & declaratur ibid. verſ. ſed ſi res, diſcutitur, quid quando partim ex pecunia pupillari, partim alterius.*

Pupillo competit tacita hipotheca etiam ſuper bonis protutorum, ibidem verſ. inſuper.

122 *Locatorem ſuper fructibus rei locatæ præferendum cæteris creditoribus diſtinguitur, & declaratur.*

Tex. l. fructus pendentes. ff. de rei vendic. declaratur. ibidem verſ. inter alias.

Hipotheca, aut vendicatio quando detur ſuper re propria, ibidem.

Tex. ſingularis. l. qui ſcit. ff. de vſur. declaratur, & explicatur dict. num. 122. verſ. inter alias, & verſ. & ſi nos.

Lex ampliatur per rationem in illa expreſſam, quæ ſit largior lege d. num. 122. verſ. & ſi nos.

Dictionis vniuerſalis, & indefinitę virtus, ibidem.

123 *Salarium famulorum, an habeat hipothecam cum prælatione.*

Salarium negociorum geſtoris, an habeat hipothecam cum prælatione ibidem.

124 *Depoſitor quando præferatur pro depoſito alijs creditoribus, & 126. verſ. inter iſtos.*

125 *Reſpublica idem ſignificat quod ſignificat ciuitas, vel vniuerſitas, & an hipothecam cum prælatione habeat. ibidem.*

Vniuerſitas an habeat hipothecam cum prælatione ſuper bonis adminiſtratorum, & debitorum ibidem verſ. Rempublicam.

126 *Priuilegiarij creditores cauſam non tempus in conſideratione habere debent.*

Creditorum concurſus non datur aduerſus vendicantem rem propriam. d. numer. 124. & numer. 126. verſ. inter iſtos, ac in hoc 4. capit. quæſito 11. numer. 1878.

Creditores qualiter, & ſecundum qualem ordinem concurrunt num. 126. toto.

Sponſa pro eius dotibus quam actionem tantum habeat ibidem, verſ. tertio loco.

Dotis ſponſæ priuilegium quale ſit. ibidem.

Creditores priuilegiarij eiuſdem cauſæ, & tituli æqualiter ad tributum concurrunt d. num. 126. verſ. prædicti.

Creditorum priuilegiariorum diligentior in obtinenda ſententia, aut ſolutione, vel executione præfertur ibid. verſ. At ſi, & verſ. ſeq.

127 *Creditores perſonalem tantum habentes actionem faciunt partes per concurſum, & alter alteri non præfertur, niſi diligentior fuerit, & qualiter.*

128 *Creditores perſonalem tantum habentes ſeparatim vocantur inſpecta cauſa, & qualiter inter eos detur prælatio in huiuſmodi.*

129 *Creditores hipotecharios ſemper ceteris preferendos, & qualiter.*

130 *Creditores priuilegiarios, poſt hipothecarios vocari, & inter eos magis priuilegiatum.*

131 *Creditor perſonalis quando legatarijs hipothecarijs pręferatur, & quando alijs hipothecarijs.*

132 *Fabri pro eorum mercede præferuntur cuilibet creditorī anteriori.*

133 *Creditor, ſi obtinuerit ſententiam, vel executionem, an ex tali diligentia ſemper cæteris præferatur.*

134 *Hipotheca tacita cum prælatione datur in bonis furis, aut alterius doloſi adminiſtratoris ad proprium vſum domini pecuniam conuertentis, & 135.*

Creditor damnificatus habebit hipothecam ſuper bonis furis, aut adminiſtratoris conuertentis pecuniam ipſius ad proprium vſum pro reſtitutione rerum ablatarum d. num. 134. & 135.

136 *Aſſiſtentia an præſtetur ſuper bonis debitoris debitoris, & ſic ſecundi debitoris, latè diſputatur vſque in finem.*

APPENDIX Cap. 4.

Eorum, quæ prætermiſſa fuerunt in locis in-
ferius citandis.

DIXIMVS in ſeptimo quæſito capi-
tulo quarto, nume. 707. aſſiſtentiæ
1 nomen ſignificare ius inſiſtendi† rei
ab ethimologia vnius ex diffinitio-
nibus poſſeſſionis, quæ per Docto-
res ponuntur, quam ſignificatio-
nem deduximus, & mutuo acce-
pimus à Maranta, & à ſapientiſſimo Rouito ibidem
allegatos; contra hæc faciunt infraſcripta, videli-
2 cet; nam verbum inſiſtere, † nihil commune habet
cum verbo, aſſiſtere, nec ex alluſione vocabuli, nec
3 ex vi ſignificationis, eòque fortius, quia remedium † l.
3. C. de pignor. vnde deſumitur ius aſſiſtendi in Regno,
dicitur remedium adipiſcendæ, vt ex eodem text. pro-
4 batur, † cenſuitque Menoch. de adipiſc. remed. quinto,
idcirco ſi verbum, aſſiſtere, capiatur pro verbo, inſiſte-
re, eò quod creditor inſiſtit rei hipothecatæ, vt ex Ma-
ranta ſuperius allegato deſumitur; non eſſet remedium
5 adipiſcendæ, ſed retinendæ, † & conſeruandæ poſſeſ-
ſionis aliàs adeptæ, itaque cum in iudicio aſſiſtentiæ
de remedijs retinendæ non agatur, meritò vox aſſiſten-
6 tiæ † nequaquam tribuitur verbo, inſiſtentiæ, & proin-
de aſſiſtentiam nihil aliud eſſe, niſi implorationem of-
7 ficij † iudicis, vt aſſiſtat captioni poſſeſſionis, vigore
pacti de capiendo in inſtrumento appoſiti; quibus ad-
ductis ſic probat Horat. Barbat. de aſſiſtent. præſtan-
da, ſeu de reſtitut. interd. gloſ. 1. numero quinto, & 6.
poſt noſtra ſcripta viſus, quam vocabuli ſuam hanc ſi-
gnificationem probaſſe dicit Capici. deciſ. 51. nume. 3.
probarique affert ex dictis per Afflict. in Conſtit. Re-
gni, eorum fraudibus num. 22. ſed in libro meo, nu. 14.
verſ. ſeptimus caſus; & quod aſſiſtentia idem ſit quod
8 iudicis aſſociatio † dicit etiam probari ex eodem Affl.
deciſ. 26. tota, & finaliter hoc apparere ex formula, &
clauſulis, quibus antiquitus libellantes vtebantur.
Ego tamen fateor nomen aſſiſtentiæ ortum habuiſ-
9 ſe probabiliter à iudicis aſſociatione, † & præſentia, eſ-
ſeque conſonum rei, & veriſimile, cum imploratio hu-
iuſmodi iudicialis officij mercenarij in hoc iudicio, ſit
quædam iudicialis requiſitio, vt iudex aſſiſtat, non tan-
tum captioni poſſeſſionis, vt præſupponit Barbatus,
ſed etiam in exercitio cuiuſlibet remedij ex his, quæ in
iudicio aſſiſtentiæ continentur; idque probatur ex di-
ctis per Afflict. in conſtit. eorum fraudibus, & per Ca-
pic. deciſ. 51. vtrumque citatum per eundem Barba-
tum; Afflictus autem ibi, numero mihi 14. verſ. ſepti-
mus caſus vtitur verbo aſſiſtere ſuper huiuſmodi officij
imploratione, habito reſpectu ad captionem poſſeſſio-
nis vigore conſtituti precarij, & pacti de capiendo, Ca-
picius autem ſupponit aſſiſtentiam iudicis, deſeruire
debere cuilibet ex quatuor remedijs eiuſdem iudicij,
cum imploratio officij huiuſmodi, ex qua aſſiſtentiam
oriri dixit Barbatus, deſeruit omnibus dictis reme-
dijs, vt Capicius probat, & euidenter patet, cum
in hoc iudicio iudex aditus aſſiſtit vſque ad capturam
poſſeſſionis rei obligatæ adiudicatæ, vel venditæ; ideo,
10 manifeſto † errore labitur Barbatus concludens aſſi-
ſtentiam oriri ab aſſociatione petita vigore pacti de in-
grediendo, vt clarius inferius demonſtrabitur; licet ſa-
tis ingenioſè ſuam probet opinionem.
Denique nequaquam laudo refutationem opinionis
Marantæ, & doctiſſimi Rouiti dicentium, aſſiſtentiam
11 denominari à iure inſiſtendi rei, & ſic † ab inſiſtentia,
de qua mentionem fecit Iac. de Are. quem citat Barto-
lus in l. 1. ff de acquir. poſſeſſ. num. 6. dico refutationem
factam per Barbatum ſupponentem verbum, inſiſtere,
12 importare poſſeſſionis aliàs adeptæ † retentionem, &
conſeruationem, & remedium retinendæ nullatenus
dari in iudicio aſſiſtentiæ; cum iudicio meo non parum
aberrat, poſtquam verbum inſiſtere, quo vtuntur au-
thores in definitione poſſeſſionis, & ſi contineat reten-
tionem, & conſeruationem poſſeſſionis iam adeptæ
iure optimo, & ſatis ſecundum eius vocabuli ſignifica-
tionem bene continet, cum Doctores ſic definientes
13 † definire intendant poſſeſſionem in eſſe productam,
vt penes Bart. & alios in d. l. 1. ff de acquir. poſſeſſ. vide-
tur, idcirco poſſeſſionem capientes, vel ex recuperan-
dæ, vel autem adipiſcendæ, aut ex quouis altero poſ-
14 ſeſſorio, ſemper ſuper poſſeſſione † inſiſtunt firmiter in
ea ſtantes, ciuiliter, vel naturaliter, cum ſignificatio hu-
iuſmodi verbi id importet, meritò enim Maranta au-
thor tanti nominis ſuppoſuit, vocem aſſiſtentiæ ortam
fuiſſe ab hoc iure inſiſtendi, eò quod hoc ius inſiſtendi
conuenit cuilibet ex remedijs aſſiſtentiæ, etiam hipo-
15 thecariæ remedio, quod licet ſit petitorium, † tamen
datur etiam ad auocandam poſſeſſionem, vt fatetur
idem Barbatus in præfatione ſui tractat. & probat do-
ctiſſ. Rouit. in pragmat. 1. de aſſiſtent. num. 17 per tex.
l ſi cum venditor in principio, ff de euict. idcirco ius in-
ſiſtendi adaptatur cuilibet ex remedijs aſſiſtentiæ, quã-
do creditor poſſeſſioni captæ inſiſtit, & proinde aptè
dicitur aſſiſtentiæ nomen ex hoc proueniſſe, ſcilicet ab
16 effectu huius verbi, qui effectus † cuilibet ex præcita-
tis remedijs aſſiſtentiæ conuenit, reſpexit enim Maran-
ta effectum poſſeſſionis captæ in hoc iudicio, non au-
tem actionem, ſeu modum agendi in iſto eodem iudi-
17 cio, & conſequenter reprehendi non debuit † per Bar-
batum, quia negari non poterit aſſiſtentiæ nomen po-
tuiſſe oriri tum ex iudicis aſſiſtentia ſuperius, inuentio-
ne eiuſdem Barbati conſiderata, ſed modo, vt nos de-
clarauimus, prout & potuiſſe vtique oriri ex iure inſi-
ſtendi conſiderato per Marantam, cum vtraque cauſa
ſit huic iudicio conſona, vt ex ſuperius traditis apparet,
& cum nomina ponantur ad libitum, Bart. in Rubr. ff.
18 ſolut. matr. num. 2. & ſi iudicialia ſint† ſufficit eſſe con-
ſona rei, Afflict. in conſtitut. Regni inconſutilem nu. 6.
tamen ſtante antiquitate huius vocabuli in hoc Regno
19 ſtabitur de eius nomine † dicto antiquorum, Bart. in l.
ſi chorus, §. his verbis, ff. de leg. 3. & conſequenter ſta-
20 bitur dicto Marantæ authoris antiquæ praxis † huius
eiuſdem Regni, & magnæ, ac grauis fidei, & lectionis,
vt cuique patet, cuius dictum deinde probatur autho-
21 ritate ſapientiſſ. Rouiti theoricæ, ac practicæ † grauiſ-
ſimi, & fideliſſimi teſtis, in noſtra diſciplina.
Et ſi ſuperius numero decimo notauimus Barbatum
de errore, dicentem aſſiſtentiam oriri ex pacto ingre-
diendi propria authoritate, quod in inſtrumẽtis poni-
tur, vigore tex. l. 3. C. de pign. & Regiæ prag. 1. de aſſi-
22 ſtent. idque ille firmat † in citato eius tract. de aſſiſtent.
præſt. gloſſ. 1. nume. 3. quod notaſſe dicit Capicium d.
deciſ. 51. numero 3. & additionatorem ad Cauenſ. ſu-
per d. pragmat. 1. de aſſiſt. ac firmat idem Barbatus in
præ-

præfat.operis n.2.& in d.gloſſ.1.numero quinto,& nu-
me.6.ac num.40. & 41.in fine, nec non & alibi, putans
indubitatum eſſe; Attamen nos probabimus duplici er-
rore Barbatum fuiſſe lapſum.

23 Primò enim aberrauit Barbatus cum ſibi ipſi † con-
tradixit; nam in citatis locis firmat, aſsiſtentiam oriri
ex præcitato pacto, quodque iterum firmat gloſſa ſex-
ta in principio, & demum in eadem gloſſa ſexta
firmauit creditorem vigore pacti prædicti non teneri
petere aſſociationem familiæ, iudicisque aſſiſtentiam;
ſed illam ex vrbanitate, & conſilio peti, cum creditor
valeat ſua propria authoritate ingredi bona debitoris
vigore eiuſdem pacti, modo vt eundem Barbatum re-
tulimus ſuperius in fine vndecimi quæſiti,& ſic pactum
24 ingrediendi poſſe exerceri, vel ſine iudicis † aſſociatio-
ne, vel cum iudicis aſſociatione, ſed contra debitorem
incitatum, ita Barbatus in d.gloſſ.6.tota, ſi enim iudi-
cis aſſociatio exercetur contra debitorem incitatum, &
de conſilio non de neceſsitate petitur, ſecundum Bar-
batum; conſequenter talis aſſociatio, taleque pactum
nullatenus potuit producere aſsiſtentiam, cum ex di-
ctis eiuſdem Barbati in toto ſuo tractatu, & ex inuete-
25 rata praxi, ac ex euidenti ſtilo, aſsiſtentia † ſine iudice
nequaquam exercetur, & ipſius iudicium debitore, aut
poſſeſſore omnimodè citato proſequitur, quod Barba-
tus non negat. nec negare poterit, ideo de contrarieta-
tate conuincitur; nam cum aſsiſtentiæ iudicium, vel
contra debitorem principalem, vel contra tertium in-
tentatum, exerceatur de neceſsitate cum iudicis præ-
26 ſentia, † & authoritate, & parte ordinariè citata, nul-
latenus eius nomen potuit oriri ex pacto ingrediendi,
quod ſecundum opinionem Barbati exercetur ſine iu-
dice, & ſi cum iudice,contra incitatum; ad hoc vt no-
27 men ſit rei conſonum, † vt ſuperius probauimus pro-
bauitque Bal.in §.eſt & aliud inſtit. de donat.

Secundò fallitur Barbatus cum aſſumptum hoc non
ſolum non probetur per Reg. pragmat. 1. de aſsiſt.nec
per Capicium, aut additionatorem ad Cauené, quibus
probari dixit Barbat.in d.gloſ.1. nu. 3. ſed potius con-
trarium euidenter probatur; nam text.pragmaticæ di-
28 cit, aſsiſtentiam præſtandam † pro executione inſtru-
menti continentis bonorum obligationem pactum de
capiendo, cum conſtitutione precarij; itaque text. po-
tius probat aſsiſtentiam oriri vigore hipothecę pacti de
capiendo, & clauſularum conſtituti, & precarij, taliter
quod iſtarum clauſularum omnium concurſum requi-
rit pragmatica, vt aſsiſtentia præſtetur.

Additionator Cauenſis demum nihil aliud dicit,niſi
quod proponens vnde aſsiſtentia oriatur, ad hoc reſol-
uendum, citat Capic.in dict deciſ.51.num.3.& Capic.
expreſsis verbis, dicit, decretum aſsiſtentiæ fundari ſu-
per iudicis officio mercenario deſeruiente; hipothecæ
Saluiano interdicto,cōdictioni ex l.fi. C.de acquir.poſſ.
& certi condictione, quæ naſcitur ex pacto capiēdi; ita-
que ex his authoritatibus clarè probatur, aſsiſtentiam
oriri ex omnibus prædictis clauſulis, & remedijs, prout
29 ex his oriri vnanimiter dicunt † omnes noſtri Regni-
colæ, nemine diſſentiente.

Imò ſi ex tali pacto aſsiſtentiam oriri, aliqui ex no-
30 ſtratibus, dicerent, vitio contradictionis † etiam labo-
rarent, cum omnes vno ore dicant(exceptis his quos in
vndecimo quæſito cumulauimus nu. 2146. & ſeq.) pa-
ctum ingrediendi ſine iudice exerceri poſſe, & ſi vrba-
nius agendo iudicis aſſociatio petatur, hoc incitato de-
bitore fiet; itaque aſsiſtentiæ iudicium ex hoc pacto
nullatenus oriri poterit, cum adito iudice, & in omni-
bus parte citata exerceatur; vt nomen cōſonum rei po-
natur ex ſuperius traditis; Concludas itaque beneuolus
lector, aſsiſtentiæ nomen in Regno non ſolum ortum
31 fuiſſe † ex omnibus remedijs iunctis in hoc iudicio,quę
in ſeptimo quæſito declarauimus, ſed omninò include-
re ſub eius ſignificatione eadem omnia prædicta reme-
dia: Denique per Sacr. Conſ.fuit deciſum poſſe pręſta-
ri aſsiſtentiam, etiam ſi in inſtrumento crediti non fue-
rit poſitum pactum de capiēdo, vt notauimus in ſepti-
mo quæſito num.925.& ſequent.

Ex qua noſtra concluſione; reſoluta redditur quæ-
ſtio,quę reſolutioni proponitur per eundem Barbatum
in citata gloſ.1.nume.39.dicens, ſatis doctè, & ſubtili-
32 ter, an ſi cum iure aſsiſtendi, † cumularetur aliqua alia
actio diuerſa, & demum præſtetur aſsiſtentia, vtrum
ſententia aſsiſtentiæ, quæ commixturam habeat, vt ſu-
pra, ſit appellabilis, vel non, & procedat Regia prag-
matica ſecunda de appellat.incip. M.C.V.rit. vel non;
cum actio complicata reſpiciat petitorium, à cuius ſen-
tentia datur appellatio, & aſsiſtentia ſit poſſeſſorium,
à cuius ſententia prohibetur appellatio ſuppenſiua; di-
cit Barbatus hanc quæſtionem non reperiri ab aliquo
ex noſtris Regnicolis tactam, & bene dicit, demum,
numeris ſequentibus, pro quæſtionis reſolutione, con-
cludit aſsiſtentiam, ſeu ſententiam aſsiſtentiæ habens
33 relatas per eum mixturas eſſe appellabilem, † & per ap-
pellationem ſuſpendi, præcitata Regia pragmatica non
* obſtāte, ex illa communi Doctorum reſolutione; nem-
34 pe ſi duæ ſint cauſæ inſimul complicatæ † quarum vna
appellationem reſpuit, altera autem admittit,& ſentē-
tia eſt ſimul lata, tunc ſuper vtraque, ratione complica-
tionis, & mixturæ, datur appellatio ſuſpenſiua; quam
reſolutionem probaſſe Bal.Iaſ.Contard. Menoch. Cot-
ta, Pacian. Nicell. Cacher. Maſtrill. M. Ant. de Amat.
M.Ant.Variar. Ant. Monach. & Giurbam; refert idem
Barbatus in d. gloſſ.1. nume. 50. inſuper nonnulla alia
congerit non inſubtilia ad eius præcitatam opinionem
probandam,& quædam contraria ſoluendo,concludit,
35 ſententiam aſsiſtentiæ † pręſtitā quo ad caput adiudi-
cationis, vel vēditionis omninò eſſe appellabilem cum
remediū l. vetuſtiſsimam C.de iur. dominij impetr. ex
quo deſumitur adiudicatio, & venditio, ſit petitorium,
& conſequenter appellabile; ſed aſsiſtentia, quæ tātum
36 oritur ex pacto ingrediendi dicitur † remedium poſſeſ-
ſorium, & non appellabile, meritò ratione connexita-
tis appellatio admittitur, hæc Barbatus, ſed fuſius.

Ego verò ex dictis Barbati duos conſtituam caſus,
37 quorum ille erit primus, nempe quando in iudicio † aſ-
ſiſtentiæ petitur aſsiſtentia ex parte actoris tanquam
hæredis creditoris, ſic declarari petentis, aut petitur ad-
uerſus reum vti hęredem debitoris, ſicque declarari etiā
petitum, vt idem Barbatus exemplificat in dict.gloſſ.1.
numero 40.

Secundus caſus erit in mero iudicio aſsiſtentiæ con-
tinente remedium adiudicationis, vel venditionis vigo-
re text. d.l.vetuſtiſsimam, vt indiſtinctè in omni huiuſ-
modi iudicio præcitatum remedium continetur.

In primo caſu, quamuis ex præcitata reſolutione
Doctorum ſequentium Bal.in conſ.141.numero ſepti-
mo libr.1 quos omnes congerit Giurba deciſ. 101. ci-
tatus per Barbatum, appareret vera opinio Barbati,
dummodo in ſententia explicitè explicaretur caput de-

claratio-

clarationis hæredis, vt ſingulariter declarat Gratian.in
additionibus ad deciſ.136. Attamen, & ſi in ſententia
fieret mentio de hærede, nempe ſi diceretur præſtãdam
aſſiſtentiam ad inſtantiam talis, hęredis talis; quia tunc
ſententiæ verba reſpectu qualitatis hæreditariæ reſpi-
cientis petitorium, ſtarent enunciatiuè, & non diſpoſi-
38 tiuè, † & conſequenter non facerent ſententiam appel-
labilem, cum non omne verbum iudicis in ſentẽtia pro-
39 latum vim ſententiæ † obtinet, Rota diuerſ. deciſ. 34.
nume.11.in fine verſ.quia omiſſis, & Contar.in l.vnica
limit.2.§.5.nume.19. C. ſi de moment.poſſ.& Rot.vbi
ſupra nu.12.verſ.non omne verbum, quos citat, & pro-
bat Sigiſm.Scaccia de appellat.quæſt.17.limit.6. mem-
br.9.nume.9. ſed ſi diceretur in ſententia, aſſiſtentiam
40 præſtandam contra talem, vti hæredem talis, † tunc nõ
erit laborandum ſuper diſceptatione articuli cum ſuffi-
ciat eſſe probata aſſiſtentię extrema ſuper bonis, nem-
pe, quod erant in bonis debitoris, &c.

Difficultas verò erit in caſu exemplificato per Bar-
41 batum citata gloſ.1.nu.40. quando petitur † condem-
nari talem vti hæredem debitoris pro tali ſumma, &
pro illa præſtari aſsiſtentiam, an in hoc caſu ſententia
proferenda ſit appellabilis. Barbatus in citato loco hu-
iuſmodi articuli deciſionem omittẽs digreditur ad ter-
minos ſecundi caſus per nos ſuperius nume.37, verſ. ſe-
cundus caſus propoſiti, intendens vnica ſolutione vtrũ-
que ſoluere.

Tu autem benigne lector concluſiuè reſpondeas,
ſententiam prædictam continere capitula ſeparata,
42 cum aliud ſit † condemnare Seium ad centum, aliud-
que autem pro eiſdem centum poſſeſſorium aſſiſtentiæ
impetrare, eademque capita ſeparationem recipere, &
* conſequenter habere locum illam communem opinio-
nem per eundem Barbatum relatam, de ſententia lata
43 ſuper poſſeſſorio, & fructibus, quam probauerunt † Me-
noch.de adipiſc.remed.4.nu.869.& 870.Marant. Affl.
Vrſill. Bald.Rip.Præſ.de Franch.Niger, Contar.& Co-
uarr. quos congerit idem Barbatus d. gloſ.1.nume.55,
idemq; probauerunt Creſcent.Veſtri.Marcheſ.& Bara.
quos ſequitur alios congerens Sigiſm. Scaccia de appel-
lat.quæſt.17.limit.6.membr.9.num.23.

Nec amaritudinem recipit hæc noſtra concluſio ex
reſponſione data per Barbatum d.gloſ.1.num.56.verſ.
fateor quidem, & nume.57. quam ante eum dederunt
Contar.ibi allegatus, ac Ruginell. de appell.§.2.cap.3.
ſub nume.723.Marcheſ.de commiſſ.par 2.in commiſſ.
appellat.num.59.& 60.fol.41.& Veſtr.lib.7.cap.3.ſub
44 nume. 8. dicentes, quod quando in ſententia † vnicum
tantum continetur capitulum, habens annexam cau-
ſam petitorij, & poſſeſſorij, tunc à tota ſententia ap-
pellatur, quia dupliciter reſponſio tollitur, & primo,
45 nam in facto, duo apparent capitula in ſententia, † vnũ
condemnationis in perſonam hæredis, & aliud in præ-
ſtatione aſſiſtentiæ, & ſic præcitati authores pro nobis
loquuntur. Secundò, quia Contar.loco citato prolixè
loquutus fuit, vt teſtatur Scaccia inferius citandus, cum
46 verior ſit opinio, quod connexitas, vel ſeparatio † capi-
tulorum non conſiderentur in verbis, vel in ſtructura
orationis, ſed in rebus, ſeu ex parte rerum, ideo ſi di-
uerſa inter ſe ſint capitula, diuerſæque cauſæ, vel actio-
nes in ſententia, licet per vnam orationem decreten-
tur, & decernantur, tamen quot ſunt capitula, & actio-
nes diuerſæ, tot ſunt cauſæ; quia non attenditur ars ver-
borum, ſed connexitas, aut ſeparatio rerum, ita Abba-
te, Card. Alex. Dec. & Franch.citatis ſingulariter pro-
bat Sigiſm.Scaccia in citato membr.9.num.36. at con-
demnatio hæredis eſt ſeparata ab aſſiſtentia, vt patet,
ideo procedit noſtra concluſio. Denique, ſententia
huiuſmodi recipit diuiſionem, tum ſeruata forma pe-
titionis, tum etiam ſeruata forma ſententiæ, in quibus
47 dicitur † vnica ſolutione contentus; ideo ſi detur ap-
pellatio à condemnatione hæredis, ſi illud proſequere-
tur caput; prohiberetur appellari ab aſſiſtentia ſi pri-
mo omiſſo hoc proſequeretur caput, vt in ſimili adno-
tat idem Sigiſmund. Scaccia loco citato nume.8.in ter-
tio caſu.

In ſecundo verò principali caſu, nempe reſpectu ad-
iudicationis, vel venditionis, quæ in iudicio aſſiſtentiæ
48 indiuiſibiliter continentur, dico, Barbatum † euidenter
aberraſſe, quodque multiplici fundamento probabo.

Primò enim cuique patet in Regno, aſſiſtentiã quo-
49 tidie peti, & deinde præſtari † cum facultate adiudicã-
di, vel vẽdendi in forma, ſicque formaliter in omni Cu-
ria Regni ſeruari, ob formam per peritiores Aduocatos
obtentam teſtatur Præſ. de Franch. deciſ. 120. ſed aſſi-
50 ſtẽtiæ forma † quo ad caput adiudicationis ortum ha-
buit multo prius, cum ex Regia pragmatica prima de
aſſiſtentia hoc probetur, probauitq; Afflict.deciſ.383.
num.6. & probarunt omnes, vt idem Barbatus in præ-
fatione ſui operis nume.3.fatetur; ſin autem in formali
iudicio aſſiſtentiæ cumulatur remedium adiudicatio-
nis ortum ex d.l.vetuſtiſſimam C.de iur. dom. impetr.
(quod in tali iudicio indiuiſibiliter cumulatur) ortum-
que à Regia allegata pragmatica prima de aſſiſtent. &
ab antiquo cumulatum in aſſiſtentia, vt teſtantur om-
nes Regnicolæ; meritò, & conſequenter Rex Ferdinan-
dus in alia pragmatica ſecunda de appellat. loquendo
51 de aſſiſtentia † ſuppoſuit neceſſariò loqui de formali,
& ſolita aſſiſtentia, quæ cum dicto adiudicationis re-
medio cumulabatur, nec de alia aſſiſtentia loqui pote-
rat, cum non appareat in Regno, fuiſſe aliter, quam in
præcitata forma petita, & præſtita aſſiſtentia, & cum
Barbatus dicat Regiam pragmaticam ſecũdam de ap-
52 pellat. loqui de ſimplici aſſiſtentia † chimericè loqui-
tur poſtquam in Regno, tam ante citatam pragmati-
cam aſſiſtentia in alia forma nequaquam petita, nec
præſtita apparet, vt inferius nu.63.declarabitur.

Comprobatur hoc aſſumptum, nam ſuperius nu.22.
cum ſequentibus, probauimus malè fuiſſe loquutum
53 Barbatum ſupponentem aſſiſtentiam ortam fuiſſe † ex
pacto de capiendo; meritò hoc in loco, idem ſupponẽ-
do, eundem peius loquutum, cuique patet.

Tertiò comprobatur, quia etiam de iure communi,
54 † ſententia lata ſuper poſſeſſorio habente indiuiſibili-
ter admixtam cauſam proprietatis, ſit inappellabilis, vt
poſt Contar.in d.l.vnica limit.2.§.9 ſub num.2.C.ſi de
moment.poſſ.verſ.aliud iuris, probat Sigiſmun.Scaccia
de appell.in ſępius citato remed.9.nume.8 verſ.primus
caſus; ideo ſic in noſtris terminis, cum adiudicationis
remedium indiuiſibiliter cumulatur in aſſiſtentia ſecũ-
dum ſolitum.

Comprobatur quartò; nam clauſulæ, ex quibus ori-
55 tur aſſiſtentia, nequaquam operarentur, † niſi præce-
deret, bonorum obligatio, vt poſt Tiraq. probat do-
ctiſs.Rouit.ſuper citata pragm. 1.de aſsiſt.num.21.ante
56 alter alius præcedat † contractus, idque etiam com-
probat Barbatus in d.tract.gloſ.5. in principio, proba-
turque clarè ex eadem citata pragmat.1.ibi, pro execu-

tione

tione inſtrumenti, continentis obligationem bono-
rum, &c. quaſi quod hipothecæ remedium debeat an-
tecellere; imò ex Afflict.deciſ.383.& clarius ex doctiſs.
Rouito in loco citato numero decimoſeptimo, ac ex co-
pioſiſs. Paſchal.de virib. patr. poteſt.parte prima capi-
tulo octauo numero 144. & ex omnibus Regnicolis,
prout ex eodem Barbato id vtique probatur, in præfat.
operis, numero quarto deducente hoc ex text. Regiæ
pragmaticæ; notatur in aſſiſtentia cumulari præcipuè
57 remedium† hipothecæ; (quod nullus negabit,) itaque,
ſi hoc verum erit, veriſſimum conſequenter etiam erit,
remedium hipothecarium eſſe iudicium petitorium ad
58 text. in l.pignoris, ff.de pignor. † licet ex eo, poſſeſſio
auocetur; vt probant omnes, & præcipuè Dom.Rouit.
vbi ſupra numero decimoſeptimo, ac idem Barbatus
loco proximè citato, & in terminis, in quibus loquimur
poſt Bart. Rotam, & Neguſant. latius probat Sigiſm.
Scaccia de appellation. quæſtione decimaſexta limit. 6.
59 membr.9.numero 87.ideo † ab eo datur appellatio, vt
poſt Bar.in l.1.numero quarto, ff.de Saluian.inter.Bal.
Salicet. Corn. Aret. Iaſ. Nicell.Neguſant. Oſaſc. Con-
tard.& Rot.probat idem Scaccia loco citato nume.86.
& ſi datur appellatio quaſi nunquam ſententia aſſiſten-
tiæ eſſet inappellabilis, & forſan nunquam haberet lo-
cum dict. Regia pragmatica ſecunda de appell. cum in
60 omni † indicio aſſiſtentiæ præcedat cauſa hipotheca-
ria; idcirco pro ſolutione dicas, quod licet adſit in hoc
iudicio mixtura hipothecæ, tamen ſententia principa-
61 liter fundatur in clanſulis poſſeſſorijs † habentibus in-
diniſibiliter illam mixturam, meritò fiet inappellabilis,
& habebit locum Regia pragmatica, vt ſingulariter in
ſimili mixtura declarat Scaccia in citato membro nono
numero ſexto additis, quæ dicit numero octauo in pri-
mo caſu finaliter, cum in Regno non appareat aliqua
62 † alia forma aſſiſtentiæ, vt ſuperius numero 51. & 52.
diximus, niſi cum appretio, &c. ſeruata forma Regiæ
pragmaticæ primæ de aſſiſtentia, & ſeruata antiquiſſi-
ma forma relata per Afflict. citata deciſ. 383. numero
ſexto; dico non apparere aliam formam ſolitam pro-
63 poni; quia non nego, poſſe creditorem † petere aſſi-
ſtentiam ſuper bonis obligatis, illaque demum loco pi-
gnoris, & hipothecæ retinere, donec ſibi de fructibus
fuerit ſatisfactum, vel aliunde; cum ad ſui libitum cre-
ditor hoc faciet, & cum miniſterio ponuntur tam in li-
bello, quam in ſententia, cum facultate adiudicandi,
vel vendendi ad eius electionem, vt doctiſs. Rouit. in
d. pragmatica prima de aſſiſtent notat numer. 33. ſed
quia petitio aſſiſtentiæ ſemper fuit facta cum dicta fa-
64 cultate, itaque ſemper præſtita, † & in ore cauſidico-
rum dicitur aſſiſtentia in forma tanquam magis vtilis,
& proficua creditori, meritò Rex in d. pragmat. 1. de
aſſiſtentia, de iſta formali fuit loquutus, & proinde ſe-
quens alia pragmatica ſecunda de appellat. intelligitur
65 de iſta aſſiſtentia, cum in antiquis pragmaticis reperi-
tur poſita hæc pragmatica immediatè ſequēs ad prag-
maticam primam de aſſiſtentia, conſequenter tum ſe-
66 cundum ordinem ſcripturæ qui † in dubijs attenditur,
Bart.in l.2.§.prius numero ſeptimo, ff.de vulgar.& pu-
67 pill.tum etiam, quia ſequēs diſpoſitio immediatè † po-
ſita, regulabitur ſecundum præcedentem in dubijs ad
tradita per Doctor. in l. ſi quis ex argentarijs, §. ſi ini-
tium, ff. de eden. nec loqui poterit hæc ſecunda prag-
matica de ſimplici aſſiſtentia per nos ſuperius num.63.
notata, cum illa, vt plurimum non ſit ſolita proponi in
68 iudicijs, & proinde diſpoſitio † adaptatur his, quæ vt
plurimum accidunt, vt ſimilia congerit Euerard.in eius
69 topica in loco † à communiter accidentibus.

Comprobantur hæc omnia; nam Regia pragmati-
70 ca ſecunda de appellat. ſic ſemper fuit † interpretata
per communem Regni obſeruantiam, vt Præſ.de Fran-
ch. deciſ.120.teſtatur, Afflict.Paſchal.Rouit.& omnes
Regnicolæ, ac in ſpecie idem Barbatus in allegata gl.1.
numero 66. verſ. ſuſpicor. & ſi ſic vſu forenſi recepta
71 fuit, meritò † ſic intelligenda; Honded. conſil. 1. nu-
mero 37.volum.2.& alij, quos probauimus in vndeci-
mo quæſito num.2145. Deinde ille intellectus ſumen-
72 dus erit in aliqua lege, qui † per aliam legem datus
fuit, Bart. in l.in ambiguo numero ſecundo, ff. de reb.
73 dub. At deciſiones Sacri Conſ. ſunt leges † in Regno,
vt notant vbique paſſim noſtrates Regnicolæ; quæ de-
ciſiones intellexerũt Regiam pragmaticam ſecundam
de appellat. in aſſiſtentia formali, vt ſupra, meritò ſic
ſemper erit interpretanda; idcirco Barbatus, & ſi ſatis
74 ingenioſè, præcipuè † in hoc articulo loquatur tamen
ipſe non ſolum contra praxim loquutus fuit, vt idem
etiam fatetur, ſed contra text.d.Regiæ pragmaticæ, &
contra alias ſuperius citatas regulas.

Probauimus in ſeptimò quæſito, numero 799. cum
pluribus ſequentibus, remedium ex l.fin. C. de acquir.
75 poſſeſſ. † eſſe recuperandæ poſſeſſionis idque commu-
*niter ab omnibus teneri, teſtatur Menoch. de recuper.
*remed. 14. numero nono, quam communem compro-
bat ſubtiliſſimus. Anton. Faber de err. pragmat. tomo
primo Decad. 4. err 2. numero decimoquarto, & er-
ror.3.nu. 14. At poſt illa ſcripta vidimus Barbatum de
aſſiſt.præſt.in præfat. ſui operis, nu.51. & 52.& ſeq.(vt
titulus de reſtitutorio interd.& de reuocan.poſſeſ.quo
in dicto tractat. ille vtitur; comprobaretur, & ſubſti-
neretur) dicentem, remedium ex d.l.fi.competens cre-
76 ditori contra tertium non eſſe recuperandæ, † nec adi-
piſcendæ, nec retinendæ; ſed eſſe remedium reuocato-
rium ad inſtar actionis Paulianæ in factum; illa præci-
pua ratione, quia verbum recuperare, illud dicatur,
quo, id quod à nobis per iniuriam ſublatum eſt, recu-
77 peramus, adnotante Cicerone penes Calepin. in verbo
recuperator.

Et ſi Modernus ille ingenioſè more ſuo confutando
78 receptiſſimam opinionem ſic loquatur, † tamen, con-
tra propriam ſignificationem dicti verbi recuperare,
ſatis apertè etiam eum loqui patet; cum verbum recu-
79 perare, † propriè ſit rem amiſſam reciperare, vt pluri-
bus authoribus adductis probat Calepinus in verbo
recuperare, nec negabo, hoc idem verbum recupera-
tionem rei per iniuriam ſublatæ ſcilicet per expulſiuam
80 † violentiam, etiam continere, & conſequenter aptè,
& induſtrioſè doctus Barbatus adaptauit Ciceronis di-
ctum in frument. penes Calepinum in ver.recuperator,
quod ante eum deduxit Menoch. de recuper. in prælu-
dijs, numero 36. ſed quia violentia expulſiua duplici-
81 ter † conſideratur, vno modo, tempore realis expul-
ſionis; altero verò modo, ſcilicet tempore, quo iniu-
ſtus poſſeſſor in iudicio negat reſtituere rei poſſeſſio-
nem domino, vt hunc ſecundum modum explicat, &
& probat Afflict.deciſ 40. numero decimoquarto poſt
Cin.Bart & alios per eum citatos, comprobatque hanc
diſtinctionem idem perſpicaciſs. Barbatus in præfat.
operis numero vigeſimoprimo, & ſequent.idcirco ſi
idem dominus fatetur vim expulſiuam committi in

deno-

denegando reſtituere poſſeſſionẽ iniuſtè detentam, cõ-
82 ſequenter fateri cogitur recuperãdæ † remedium vtile
competere creditori, non interdictum reuocatorium,
ſpoliato, & vi expulſiua deiecto per citatam denega-
tionem, vt ex Afflict. & ex eodem Barbato notauimus,
cum idem Barbatus d. n. 21. & 22. concludat creditori
deiecto recuperandę remediũ dari, quod vtile dicitur.

Nec curandum de Doctoribus, quos allegat, vtenti-
83 bus verbo, reuocare, cum illo verbo vtantur † non in-
tendentes competere aliquod reuocatorium interdi-
ctum, ſed tantum ad firmandum, quod creditor pote-
rit reintegrari in ſua poſſeſſione, imò, & Maranta in
par. 4. ſui Speculi diſtinct. 7. num. 59. citatus per Barba-
tum, ſi vſus fuit in principio hoc verbo reuocare, demũ
in fine vtitur verbo, recuperare, in eodem numero dum
dicit competere creditori ſuper re alienata condictionẽ
ex l. fin. C. de acqui. poſſeſſ. ad recuperandam poſſeſſio-
nem, inſuper omnes authores, qui vtuntur hoc verbo,
* reuocare, non ſolum non diſcedunt à communi, ex qua
concluſum fuit competere remedium recuperandæ, ſed
etiam in eiſdem locis citatis hoc firmant, vt eſt videre
penes citatos per Tiraquel. de conſtitut. par. 1, num. 54.
& in ſpecię penes Afflict. deciſ. 40. numero 13. citatum
per Tiraquell. ibi, & Menoch. de recup. rem. 14. nume-
* ro 28. allegatus per Barbatum paulo ante communem
ſequutus fuit, ideo Doctores citati per Barbatum ne-
quaquam de hoc articulo loquuntur.

Suppoſuimus etiam in d. 7. quæſito n. 799. cum pluri
bus ſequentibus, remediũ recuperandæ condictione ex
84 l. fin. C. de acquir. poſſeſſ. dari † creditori aduerſus ter-
tium, cui per traditionem res alienata fuit, cum per ta-
lem traditionem poſſeſſio interuerſa fuit, vt ibi pro ab-
ſoluto habuimus, & de receptiori opinione teſtatur Me
noch. de recuperan. remed. 14. n. 17. quæſtione quinta,
prout pro abſoluto idem ſuppoſuit doctiſs. Rouit. ad
pragmaticam primam, de aſſiſtent. num. 27. ſuper quo
idem Barbatus, vt nomen ſui tractatus ſubſtineretur,
85 † amplexus fuit opinionem Aret. in l. exitus, ff. de acq.
poſſeſſ. Alexand. in l. peręgrè. §. quibus num. 3. ff. eod. &
Crot. Grat. Corn. Tiraq. Alfan. Bellam. Vrſill. & Dom.
Rouit. quos pro opinione Aretin, in d. l. exitus, congerit.
Barbat. licet ego, vt videre potui, vidi, non omnes ex
prædictis hanc ſubſtinuiſſe opinionem, & aliquos de
hac re nequaquam loquutos; prout præcipuè de Bella-
mer. deciſ. 104. allegato per Barbatum, qui de rigore
iuris tantum dicit opinionem relatam vim obtinere;
Vrſill. in deciſ. 139. numero ſecundo, nihil de hoc lo-
quitur, & Dom. Rouitus in d. pragmat. num. 21. ſeu po-
tius numero 28. verſ. aut tertio vtique citatus per Bar-
batum, in tertio poſſeſſore non habente cauſam à debi-
tore, loquitur; ſed opinionem Aretin. verè profitentur
authores citati per Menoch. in dict. recuper. remed. 14.
numero 22. & per Tiraquell. de conſtitut. par. 1. nume-
ro 59. cum alijs ſequent. ſed Tiraq. & Menoch. dicunt
* magis receptam noſtram ſententiam: omiſſis funda-
mentis, quibus vtuntur authores, pro confirmanda hac
contraria opinione, referam vnum tantum, quo vtitur
Barbat. & quod ſuſtentabilius, & irrefragabile ſuppo-
nit; nempe differentiam eſſe inter poſſeſſionem acqui-
86 ſitam † traditione coloni, aut alterius nomine domini
detentoris, & illam, quæ acquiratur vti derelicta, vel
dolo prodita ab eiſdem detentoribus; cum in ſecunda
concurrat dolus, aut clandeſtinitatis vitium, & proinde
ad ipſam reuocandam competere remedium reuocan-
dæ condictione ex d. l. fin. quod contra doloſos, & clan-
deſtinos poſſeſſores datur; in prima autem ſecus, cum
putet poſſeſſor, tradentem eſſe dominum; ad quod aſ-
87 ſumptum probandum; dicit lapſos fuiſſe authores, † &
* inter illos Menochium (ſequentes magis communem
opinionem, vt etiam in caſu traditionis locum habeat
cõdictio ex d. l. fi. C. de acq. poſſeſſ.) conſtituentes vim
in verbo, prodere, quo vtitur Imperat. in d. l. fi. cum prę-
fati authores dicant verbum, prodere, idem denota-
88 re, † quod dare, & tradere, ad text. in l. proditores, &
in l. omne delictum §. exploratores. ff. de re militar. & in
c. nolite vndecima quæſtione tertia, vt Menoch. in ſu-
perius citato numero 22. congerit, dicit itaque Barba-
tus dicta iura probaſſe intẽtionem Doctorum, ſed quia
in d. l. fin. verbum prodere adiunctum fuit cum dolo;
89 ibi, *vel alij prodiderit, deſidia forte, vel dolo*; ideo † non
de ſimplici proditione tex. d. l. fin. loquutus fuit, ſed de
proditione doloſa, idque in pluribus verbis d. l. fin. pro-
bari dicit; meritò ceſſante dolo in traditione, tex. d. l. fi.
in caſu propoſito locum non habebit.

Verum parcat mihi Barbatus, cum ipſe potius erro-
re labitur, non autem authores, bene probantes ver-
90 bum, † prodere, denotare tradere, vel dare, vt idem fa-
tetur Calepinus in hoc verbo; nec refert, quod in d. l. fi.
adijciatur dolus, quia & ſi additus non fuiſſet, ego tene-
91 rem verbum hoc importare † traditionem doloſam,
vt ex probatis per Calepin. dicto loco videtur, ad hoc,
vt clarius ſuppoſito Barbati ſatisfiat; ſed quia tex. d. l. fi.
in traditione nihil aliud requirit, niſi dolum tradentis,
92 † vt expreſſis verbis probatur, ibi; *circa quem negligen-
ter, vel doloſè verſatus eſt*; referendo ad detentorem
poſſeſſionis doloſè tradentem; ideo text. dict. l. fi. in illo
tantum caſu procedit, quando is, cuius nomine poſſi-
detur, priuatur ſua poſſeſſione ex dolo, vel negligentia
eius, qui illius nomine poſſidet, vt expreſſim conſuluit
Corneus conſ. 27. lib. 4. & conſ. 55. num. 4. lib. 3. & an-
te eum expreſſius practic. Papienſ. quos probat doctiſs.
Rouit. in d. pragmat. 1. de aſſiſtent. numero 28. idemq;
defendit acutiſs. Ant. Faber de err. pragmaticor. tom. 1.
Decad. 4. err. 5. vbi eleganter aſſumptum hoc ex d. l. fin.
probat.

Sin verò ſolius debitoris alienantis dolus conſidera-
93 tur † in terminis d. l. fi. & dolus in alienante rem credi-
tori obligatam, omninò præſumitur, & violenter pro-
batur; cum debitor alienando rem obligatam, & natu-
raliter, ac ciuiliter per creditorem mediante conſtituto
poſſeſſam, poſſeſſionem interuertere videatur, vt om-
nes vno ore, tam in d. l. fin. quam alibi fatentur, & poſt
illos probant Menoch. d. remed. 14. quæſt. 6. num. 24. &
ſequent. de recuper. & Dom. Rouit. d. pragmat. 1, de aſ-
94 ſiſtent num. 27. at vi, & virtute dicti verbi † interuerte-
re, dignoſcitur probatio doli, vt ex Cicer. & alij penes
Calepin. in hoc verbo interuento, adnotatur, itaq; DD.
intelligunt; omitto mendacium debitoris dicentis in in-
ſtrumẽtis alienationũ rem alienatam eſſe francam, &c.
vt ſolitũ eſt ſcribi pręcipuè in Regno; & ex mẽdacio do
95 lus † arguitur, & colligitur, ad tex. in l. ſi quis affirma-
uerit §. 1. & l. eleganter §. item Pomponius ff. de dolo,
96 ac ex alijs cauſis cauſantibus † lęſionem creditoris ad
tradita per Doctor. citatos præcipuè per Peruſin. deciſ.
18. idcirco concluditur, benè ſcripſiſſe authores ſectan-
* tes non ſolum communem opinionem noſtram, ſed

commu-

✱ communnem opinionem noſtram, ſed communem pra-
xim; dicentes remedium d.l.fi.competere creditori ad-
uerſus tertium cauſam habentem à debitore, & ita vſus
forenſis obſeruat.

Attamen ex alio, acutiſſimus, & ſubtiliſſimus ille vir,
Ant.Faber citata Decad.4.error. ſecundo probat, text.
97 d.l.fin.non habere locum, quando debitor † aliquo ti-
tulo transfert poſſeſſionem bonorum obligatorum cre-
ditori conſtitutario; idque firmat ex text.d.l.fin.in illis
verbis videlicet, *prodiderit, deſidia fortè, vel dolo, vt lo-
cus aperiatur alij eandem poſſeſſionem detinere*; quaſi
quod occupandæ poſſeſſionis cauſa facultatem deten-
tor per proditionem, præbeat; quam ſequelam nequa-
98 quam conuenire debitori tradenti aliquo † titulo, con-
cludit, ſed creditori competere interdicta reſtitutoria,
aut actiones in locum interdictorum ſubſtitutas, dein-
de docet.

Verum ego, & ſi ſubtiliter id concludat Faber; diſce-
dere à communi nullatenus tamen intendo; cum ver-
ba illa poſita in d.l. fin. videlicet, *vt locus aperiatur alij
eandem poſſeſſionem detinere*, conueniant etiam tradi-
tioni cum titulo faciendæ, poſtquam mediante titulo
tranſlatiuo aperitur locus tertio detinere dictam poſ-
ſeſſionem; nam verbum, detinere detentionem media
tranſlatione etiam importabit, vt ex Terent.penes Ca-
✱ lepin.in verbo, detineo, adnotatur, cęterum commu-
nis ſententia, quam nos ſectamur, per forenſem vſum
recipitur; ſed non negabo, magis probatum demon-
100 ſtraſſe † Barbatum eius aſſumptum, ſi authoritate
Ant.Fabr.in d.error.2. illud ipſe Barbatus comprobaſ-
ſet, quia ſi vtriuſque authoris dicta iungerentur, in pun-
cto iuris opinionem Barbati omninò tenendã dicerem.

Quicquid enim dicant Faber, & Barbatus, tamen ex
receptiori opinione receptum eſt penes omnia tribuna-
101 lia verbum, prodere, in terminis d.l.fi.denotare † tra-
dere, vel dare, & proinde remedium d.l.in his præcita-
tis caſibus indiſtinctè datur.

Temporis non cauſæ habebitur ratio in concurſu
102 † creditorum, vt notatur per Imper. in l. quamuis
C. de priuileg. fiſci, & in l. aſſiduis. C. qui pot. in pi-
gnor. hab. verſic.duabus, & ſi dicatur, conſultum in l.
priuilegia. ff.de priuileg.creditor.dixiſſe cauſam, & non
103 tempus † in huiuſmodi attendendam, tamen pro reſ-
ponſione Accurſ. in d.l.aſſiduis, dicit text.l.quamuis &
l.aſſiduis procedere, & loqui in realibus, tex.autem d.l.
priuilegia procedere in perſonalibus; ſed amice lector
adhuc remanet difficultas cum obſtet diſpoſitio text. l.
104 in operis.ff.locat.vbi † etiam in perſonalibus tempus,
& non cauſa attenditur, quibus difficultatibus, vt oc-
✱ curratur communiter diſcrimen authores conſtituunt,
inter perſonalia, & realia priuilegia, cum in primis cau-
105 ſa, † in ſecundis verò tempus attendatur, ita Bar.in d.
l. priuilegia, & Alberic. Cuman. & cęteri, quos refert
Piccardus Hiſpanus iuris Cęſar. in Salmaticenſ. ſchola
primarius interp.in §. quædam actiones inſtit.de actio.
✱ à num.5.vſque ad 10.adducens pro communi text.in l.
cos.C.qui pot.in pign.hab.

Attamen eleganter probat Piccardus vbi ſupra nu-
mero decimo, & ſequent.diſtinctionem præcitatam nõ
eſſe veram, dicens hoc diſcrimen non dari, cum hipo-
106 thecaria † nullum contineat priuilegium, niſi tempo-
ris, ſed perſonali tantum actioni priuilegia conceduntur,
tur, circa prælationem; & contraria ſingulariter ſoluit,
& ſignanter text. d. l. in operis, quem ex alio, quam ex
temporis priuilegio procedere, dicit, cum ibi eodem
107 tempore res locata † non debuit, nec poterat duobus
ſatisfacere, & ſeruire, vt ex gloſſ. hoc notabiliter de-
ducit Piccardus vbi ſupra numero 20. & ſi hipotheca
hipothecæ per text.d.l. aſſiduis, præferatur, id non ra-
tione hipothecæ, ſed ex particulari priuilegio mulieri
conceſſo, quod perſonam non egreditur, procedit,
ita Piccard. vbi ſupra numero decimoquinto, & deci-
moſexto, quodque ego confirmo per eundem text.d.l.
aſſiduis verſ. temporis priuilegio vallati, quaſi quod
temporale priuilegium non hipothecarium nuncupe-
tur; Verum enimuerò adhuc non modicè remanet ir-
reſoluta difficultas, cum ex nonnullis iuribus patet pri-
108 uilegium prælationis etiam † hipothecis eſſe conceſ-
ſum, vt videtur in l.interdum cum l.ſequent.ff. qui po-
tior.in pignor.hab.& in l.licet. C.eodem, ac in nonnul-
lis iuribus concordant, vbi hipotheca poſterior præfer-
tur anteriori, & tamen nullo modo dici poterit, priui-
legium prælationis in dd.iuribus concedi perſonis.

Sed reſpondetur, priuilegium antelationis in dd. iu-
ribus conceſſum, concedi cauſæ, ob quam creditum
ibi fundatur, vt notatur per Bart. & alios in d.l. inter-
109 dum, ideo negari non poterit † priuilegium concedi
perſonis, & cauſæ, vt clarè colligitur ex text.l. priuile-
gia.ff.de reg.iur. itaque defenditur opinio Piccardi, vt
priuilegium non concedatur, niſi perſonæ, vel cau-
110 ſæ † non autem hipothecæ, quæ ſolo temporis priui-
legio nititur, vt ſuperius probauimus, & videtur in-
nuere Amator. Rodriquez. de priuileg.creditor.par.2.
artic.1.nu.primo, qui in prima parte nu.29.& ſequent.
varias priuilegiorum diuiſiones congerit, ſed de his
ſatis.

Piccardus, & Amator. locis citatis diuerſo ordine à
noſtro, collocarunt creditores circa eorum antelatio-
nem, nos autem in hoc concurſu primo loco poſuimus
diſceptationi dotes, & fiſcum, vt videtur in vndecimo
quæſito huius quarti capitis nume. 1879. non quia cę-
teris ſimpliciter dos, & fiſcus præferantur, ſed vt videa-
tur quis ex eis, & inter eos præferatur; propoſuimus,
111 ideo regulam, quod dos, & *fiſcus paribus † ambu-
lent* paſſibus, ibi numero 1882. quam ſatis abundè de-
clarauimus numer.ſequentibus; Declarationem itaque
primo loco per nos ad dictam regulam poſitam cum
illationibus, & modificationibus Piccardus non infi-
ciat, & Amator.de priuileg.creditor. parte prima arti-
culo ſecundo numero tertio, & ſequent.citatis Gregor.
Lopez, Mattienzo, Molina, Meirer. & alijs, expreſſius
confirmat, & comprobat.

At cum in declarat.tertia firmauimus, fiſcum in bo-
112 nis poſtea quæſitis † non præferri doti anteriori, licet
in his maiore fiſcus nitatur priuilegio; tamen Amator.
in allegato art.2.p.1.nu.5.verſ.2.infert, dotem præfer-
ri in bonis poſtea quæſitis ad inſtar fiſci, quod nos ibi
negauimus, & negatiuam, per veriorem ſententiam,
probauimus ſuperius reſtrictione 4. extenſ.4.nu.1602.
vſque ad nume.1618.excluſiuè, vbi ſic deciſum in Sacr.
Conſ.diximus.

Et ſi quæſito vndecimo nu. 1594. probauimus à die
113 dotis promiſſæ, † non à die ſolutionis dotalem hipo-
thecam cum prælatione competere mulieri, quam opi-
✱ nionem receptiorem eſſe dicunt non ſolum Doctores
ibidem citati, ſed etiam Cęphal.Surd. & Roman. quos
probat

probat Stephi. Gratian.inferius citandus,quicquid Gut-
tier.Molin.& alij,quos ſequitur Amator.Rodriq.de pri-
uil.creditor.par.1.art.1.nu.27.verſ. veruntamen, con-
trariū afferant; difficu.·· ːs tñ oritur,an prædicta recepta
opinio procedat, matrimonio contracto tpe promiſſio-
nis, an verò procedat ēt ante contractū matrimonium,
hæc.n.difficultas diſcuſſa fuit in Sacr.Cõſ. penes Præſid.
de Franch.deciſ.677.citata in allegato loco,in qua ſi di-
catur eſſe pluries deciſū, vt promiſſio operetur ēt ante
contractū matrimoniū; verū idē Præſes in fine deciſio-
nis oſtēdit eaſdē deciſiones dubias, & ex alio capite la-
tas, imò & ſi rõnes adductæ per Præſ. in d.deciſ.ſcilicet
conditionē nō contrahendi dependere à poteſtate:ma-
riti non mera, nec libera,ſed incõmoda, & ſcandaloſa;
tñ contrariā opinionē receptiorē, & veriorē dixerunt,
poſt citatos p Præſid.de Ponte conſ.80.nu.5.lib.1. Ca-
ualcan.deciſ.15.nu.14.p.4. Barboſ.in l.1.p.3.nu.34.ff.
ſol.mat.& Pacif.de Saluian.inſpect.3.cap.4.num.43.ac
Steph. Gratian.diſcept. forenſ.cap.804.tom.5.
114 Mulierē pro dotibus præferendā eſſe anteriorib.†ha-
bentibus tacitā tñ probauimus hoc capite quæſito 11.
nu.1624.cū infinitis ſeq.quod numer. ſequent. extenſū
fuit ēt ſi mulier habuerit expreſſā contra Angeli opinio-
nē, & licet contra iſtas ſatis receptas opiniones reſpon-
derunt Meirer de pignor. & hipoth.lib.2.tit.5.nu.6.ac
Cin.Petr.Marian. Soccin. Bolognet.Vacon.Baud.Van-
deran. Mudeus Nicol. Valla Cuiac. ac Balduin. & iudi-
catum dixit Coraſ. quos ſequitur, & congerit Piccard.
ad d.§.quædā actiones inſt. de act.nu.10. & ſeq. tñ pri-
*māquā probauimus opinionē, cõmunem veriorē,pra-
xique obſeruatam dixit Pax in praxi 3. tomo c. 6.§.12.
nu.10.teſtanturque Caſtil. & alij, quos citant,& eandē
comprobant opinionē tanquā receptā vbique,Amator.
Rodriquez de priuileg. credit.p.1.art.1.nu.6.& nu.13.
cum ſeq.ac Gabriel. Pereira deciſ.Portugal.39.
Sed cum diximus in hoc capite quæſito 11.nu.1667.
& ſeq. antephatum gaudere priuilegio tacitæ hipothe-
cæ, & quandoque prælationis, omiſimus dicere quid in
115 bonis paraphernalibus,in quibus dicas cõpetere†mu-
lieri ius tacitæ hipothecæ à die adminiſtrationis,& rece-
ptionis faciendæ per virū,ad tex.in l.fin. verſ.ſunt autē.
*C.de pact.conuent.vbi Bar. Bal.Salicet.& communiter
alij, vt probant Neguſant. Gomeſ. & Guttier. quos ci-
tant,& ſequuntur Meirer lib.2.de priuil.credit.tit.5.nu.
46.& Amat. Rodriquez de priuil. credit.par.1.artic.1.
num.20.abſque tamen prælatione.
Non enim negamus nos in pluribus locis dixiſſe do-
tem magis priuilegiatā eſſe fiſco prout,& in eodem quę-
ſito 11.diximus nu.2050. & ſeq. fiſcū præferri doti vbi
loca deſignauimus,& materiam declarauimus, demum
nu.2053.cū multis ſeq. concluſimus fiſcū anteponendū
116 †eſſe doti,& cuilibet creditori ēt apparenter anteriori
viſo rationibus ibidē adductis; tñ Meirer. de pignor. &
hipot.lib.2.tit.3.de priuil.fiſci nn.12. & tit.5.nu.18. ac
Amator.Rodriquez de priuileg. credit. art.2.p.1.nu.8.
ſupponunt fiſcū pro tributis & fiſcalibus exactionib. nō
præferri creditoribus habentibus expreſſā anteriorē, &
fortius reſpectu illorū,qui ſunt priuilegiati,tu autem di-
cas eſſe verā opinionē, qñ fiſcus eſſet poſterior, quē nos
anteriorem diximus in citatis locis,rõnibus ibidē addu-
ctis; alia circa fiſcalē prælationē pro tributis congerit
Pereira deciſ. Portugal.23.nu.4. ſed pro noſtra opinio-
ne idem reſpondit Amator.Rodriquez vbi ſupra art.ve-
rò 5.nu.16.cum infinitis ſeq.
Et ſi diximus hoc eodē capite quęſito 11.à nu.1910.
vſque ad nu.1938. funerariā in Regno præferri credito-
rib. habentib. tacitā tñ,cui cõcluſioni addas pro decla-
117 ratione amice lector,expēſas † infirmitatis(quas eodē
priuilegio potiri ibidē notatū fuit) præferri creditoribus
ēt habentib.anteriorē expreſſā;ſi illæ erogatæ fuerint in
vltima infirmitate; vt deciſū dicit Viſcõtus ad Præſ. de
Franch. deciſ.51. imò ſic iuris eſſe dixerūt Iaſ. Ludou.
Gomeſ.Ant.Gomeſ.Mattienzo,Guttie.Azeued.& Aior.
quos citat Piccard. in d.§. quædam actiones inſt.de act.
num.3.vltra citatos per Viſcontum vbi ſupra.
Verū extra Regnū veriorē, & receptiorē diximus, vt
118 funeraria†præferat̄ oībus creditorib. ēt expreſſā ante-
riorē habentib. hipothecā, quā opinionē vti vſu receptā
nouiſſimè probāt Ant. Piccard.doctiſſ.Hiſpan.ī §.quæ-
dā actiones nu.23.& ſeq.inſt.de act. & in §.cū aūt rō in-
ſtit.de l.falcid.Meirer,de pignor.& hipoth.lib.2.de pri-
uil. credit. tit.3.nu.3.cū ſeq. Amator.Rodriq.de priuil.
creditor.art.3.p.1.nu.4.verſ.qua propter,Ægid.Rami-
rez de Arellan.in relect.l.quæſitū 2. in princ.ff.de priuil.
credit.& poſt Aſin. M.Ant.de Amat. pauca quædam in
deciſ. Ferrar.8.n.3.qui oēs, & ſignāter Ægid.Piccard.&
Amat.dicūt hoc ꝓbari lege humana naturali,& diuina,
ex cā publicæ vtilitatis: ſed in his illud aduertendū erit,
nēpe,impēdentē pro funeralib. tanq̄ negociorū geſtorē
& recuperādi aīo,feciſſe oportet,ſecus ſi pietatis,religio-
nis,aut miſericordiæ officio ille tribuēs fecit,vt pluribus
iuribus ff. de religioſ. & ſump. funer. probari dicunt Pi-
ccard. d.§. quædam actiones nu. 29. & d.§. cum autem
nu.13.& Amator.Rodriquez d.art.3.num.13.
An aūt ſoluēs pro redimēdo captū ab hoſtib. pēdēte
reſtitutione ſoluti habeat tacitū pignus;& dari tacitam
119 hipothecā,† probat̄ ex tex.l.2.C.de poſtlim.reuerſ.cū
alijs cõcord.adductis p gloſ.ibi;dubitat̄ tñ an hęc tacita
hipotheca ſit cū prælatione;& eā abſque prælatione eſſe
reſpondit Amator.Rodriquez de priuil.credit.p.1.ar.3.
nu.16. licet inclinare videat̄ in contrariā opinionē, nu.
17.ego aūt dicerē omninò hipothecā hāc cū prælatione
dari ad inſtar funerariæ,nō ſolū ex idētitate rõnis,ſed ex
maioritate forſan,cū libertas redēpta à ſeruili,& infideli
obſeſſione,ſit prætioſior oī ſepultura; & vt rectius dicā,
& ſecurius reſpōdeā: ſepultura facilius inuenitur, eò qđ
pietas ſepelliēdi nō tñ exercet̄ in oī loco abſque sūptu,
vt cuilibet patet,ſed ēt ad hāc religionē exercēdā vbique
sūt erectæ cõgregationes & cõfraternitates id continuò
exercētes,imò & ſi nō eſſēt q curā haberēt circa has ſe-
pulturas mortuis dādas,teneret̄ iudex ex officio curare,
vt mortuus ſepulturæ tradat̄,ad tex. in l.ſi qs ſepulcrū §.
fi.ff.de relig. & sūpt. funer.ſed vt dixi,vt plurimū pieta-
tis officio hoc tribuitur, vt ſupra; quod non ſic expeditè
habetur in redemptionibus,ſed cogita.
Dotē cõcurrere cū creditore mutuāte ad emendū,vel
cū vēditore, cõcluſū fuit quæſito 11.nu.1947. vbi dixi-
mus ꝓcedere,dūmodo res empta in ſpecie obligata fue-
rit ꝓ credito,aut pretio,vt idē ꝓbauimus ſuperius eodē
quæſito 11.nu.1201.cū plurib. ſeq. ex quib. concluſio-
120 nibus†cõfundunt̄ Ang.Alex. Bal. Cāpeg.Caſſan.Na-
uar.& Molin.dicētes ſufficere pecuniā mutuari,aut ſim-
pliciter ad emendū dari,vel vēdere, vt res empta ex tali
pecunia maneat obligata cum prælatione ſine aliqua
contrahentiū cõuentione, quos citat, & eorū opinionē
in conſulendo,& iudicando omninò ſequendam aſſerit
Cæuallos practicar.qq.com.contra comun. quæſt.744.
articulum diſputando, quem etiam refert Amator. Ro-
driquez de priuil. credit.p.1.art.7. nn.12. ſed illum im-
pugnat nu.13.& 14.vbi reſpondit argumentis pro con-

traria adductis, & expreſſius firmat art. 1. nu. 10. verſ. 3.

Sed confunduntur etiam Picchardus in d. §. quædam actiones nu. 73. Amator. Rodriquez de priuileg. credit. par. 1, art. 1. citato verſ. tertio, & Gaſpar. Rodriquez de ann. redd. lib. 2. quæſt. 20. num. 6. de quo mentionem fecimus quæſito 11. num. 1965. & ſeq. cum Picchardus expreſsè firmet ex text. §. his conſequens auth. de æqual. dot. verſ. quia verò, creditorem hunc anteponi, & præferri doti, non videns text. d. §. clariſſimè decidere dotem, & hunc creditorem regula iuris communis niti. c. qui prior de reg. iur. in 6. cum concord. iuribus, vt adnotauimus d. quæſito 11. nu. 1946. & notant omnes poſt gloſ. in d. §. verſ. poſterior; licet, vt adnotauimus eodem quæſito nu. 1961. cum pluribus ſeq. hic creditor deberet iudicari anterior rationibus ibidem adductis, & clarius num. 1959. & 1960. d. quæſiti 11. & Amat. Rodriquez citato verſ. tertio, vbi ſupponit dotem præferri huic creditori per text. eiuſdem §. his conſequens, & ſic contrarium eius, quod deducit Picchardus; ideò vt diximus cũ ex illo tex. paribus ambulent paſſibus, apparet vtroſque errore lapſos, prout & errore labitur Gaſpar Rodriquez ſupponens eundem text. §. his conſequens probare, mutuantem ad emendum tacitam habere hipothecam, & præferri doti, cum in his omnes præcitati tres authores allucinantur.

Sed ſi res empta fuerit pecunia pupillari tũc circa hipothecam, & prælationem ſatis abundè diſcuſſum fuit hoc capite quæſito 11. nu. 1521. cum pluribus ſeq. & iterũ nu. 1967. & ſeq. attamen dicto n. 1967. & ſeq. nõ cla-
321 rificauimus ſi pupillus † præferatur doti, fiſco, aut alicui altero priuilegiato, quando res fuerit empta per extraneum nomine proprio, ſed de pecunia pupillari; concludas itaque amice lector, quod quãdo tutor, aut curator, vel alter pupilli adminiſtrator emerit, ſemper pupillus præfertur, non tantum ex vtili vendicatione (quo in caſu nullum eſſet dubium, cum dominus in re ſua anteriorem nõ habeat, vt notauimus ſuperius, nu. 1878.) ſed etiã ſi hipothecam, ſeu ſi hipothecaria ageret, vt firmauimus in ſuperius citatis locis, & conueniunt omnes, quam opinionem probo, quia pupillus in his terminis haberet dominiũ in hipotheca, vt in ſimili docet Bal. in l. in rebus C. de iur. dot. in prin. & cõcluſionẽ probat nouiſſimè Gratian. diſcep. forenſ. tom. 5. c. 955. n. 8. & ſeq.

Sin autem res ematur ab extraneo, eiuſdem extranei nomine, tunc nequaquam præferẽdum pupillum in illa re empta, doti, nec fiſco, anterioribus, ſed circa eos ſeruabitur regula, qui prior, vt in dote probatur in authen. quo iure C. qui pot. in pign. hab. & in §. his conſequens, vnde ſumitur; vbi Imperator indiſtinctè voluit dotem præferri his creditoribus, quorum pecunia res emitur, ſi poſteriores fuerint, vt in ſuperiori num. declarauimus, & reſpectu fiſci idem dicendũ, in caſibus, qñ fiſco competit hipotheca cũ prælatione, vt notãt Bar. & reliqui in l. fi. ff. qui pot. in pign. hab. & ĩ terminis ſic decidũt Aegid. Ramirez ad l. dabimus §. ſi qs cũ tutor ff. de priuil. credit. & Amator. Rodriquez de priuil. credit. par. 1. art. 4. nu. 22.

Sed ſi res empta fuiſſet partim de pecunia pupillari, partim autẽ de pecunia alterius maioris ſpecialiter ſibi prouidentis de obligatione ad terminos. l. licet C. q. pot. in pign. hab. vt propoſuimus hoc capite n. 1971. & ſeq. & pretium rei non ſufficeret pro vtroque creditore quis præferretur, ad cuius articuli reſolutionem dico ſatis eſſe notum vtriuſq; pecuniam nequaquã deſeruiſſe pro pretio totius rei, ſed vniuſcuiuſq; pecunia pro rata pretij deſeruiuit, ideò non irrationabiliter diceretur quẽlibet pro rata admittendum, cum priuilegium antelationis leges aſſignauerunt pro illa parte tantum, pro qua pretiũ fuerit ſolutum, At rectius reſpondendo dicas, quod ſi pars pretij ſoluta fuerit per pupilli adminiſtratorẽ; tunc quilibet ex his pro rata admitteretur, & per cõcurſum partes fierẽt, cum vterque pro rata priuilegium habeat; nec turbatur hoc dictũ ex notatis per glo. in l. idemque ff. de pignor. dicẽtem pupillum maiori priuilegio niti, quam nitatur maior iuxta terminos d. l. licet, cum pupillus habeat priuilegium in perſonali, & habeat tacitam; quia maior vtique priuilegium habet in perſonali ad text. vbi gl. l. quod quis ff. de priuil. credit. & probat Neguſ. mem. 2. par. 5. ampl. 4. & ſi non habeat tacitam hipothecã, tamen priuilegiatur in expreſſa per tex. d. l. licet, cuius priuilegium nõ iudicatur minoris valoris illo, quo pupillus fulcitur, cũ ibi Imperator indiſtinctè præferri omnibus hunc creditorem affirmet, ideò nulla rationis diuerſitas conſiderari poterit inter vnum, & aliũ caſum, ac meritò pro eis vnũ, & idem iudicium dabitur ex ſuperius dictis.

Aut verò pars pretij vt ſupra ſoluta eſſet per extraneũ nomine proprio, & tunc dico creditorem maiorẽ iuxta terminos l. licet, præferri debere, cũ ille habeat hipothecam expreſsã pro tota re, & priuilegiũ clarũ ex d. l. licet, pupillus autẽ hoc in caſu nullã particularẽ legẽ hoc dicentẽ habet, niſi text. l. idemque ff. qui pot. in pign. hab. quæ loquitur in adminiſtratoribus ementibus tantum.

Inſuper tacita hipotheca competit pupillo etiam reſpectu protutorum, & debilibus perſonis reſpectu eorũ adminiſtratorum ex cõmuni opinione relata per Capic. deciſ. 129. nu. 3. & Neguſant. par. 2. mem. 4. nu. 6. quicquid in cõtrarium firmet Picchard. in §. quædã actiones inſtit. de action. nu. 50. cum fundamentis adductis per Picchardũ ſatis bene reſpondit, illaque reſoluit Amator. Rodriquez vbi ſupra nu. 9. cum pluribus ſequentibus.

Denique eodem quæſito 11. firmauimus nu. 1973. cũ plurib. ſeq. creditorẽ ex cauſa refectionis præferri omnibus, ſecus verò reſpectu dotis, vt ibidẽ, Demũ, nu. 1996.
322 & ſeq. probauimus locatorẽ † ſuper fructibus præferri doti, & cuilibet alio, vt ibidem declarauimus, ſed contra opinionẽ per nos probatã, in d. loco rñdit Amator. Rodriquez de priuil. cred. p. 1. art. 8. à nu. 12. cum pluribus ſeq. ſequutus opinionẽ Gab. Henriquez ſui præceptoris, de quo mentionẽ fecimus d. n. 1996. & ſeq. dicentis, locatorem nõ habere prælationem, nec pro fructibus naturalibus, nec induſtrialibus, nec pendentibus, nec è ſolo ſeparatis, vt per eũ, quem referũt Morla citatus in allegato loco, & Amator. vbi ſupra; nitentes reſpõdere iuribus pro noſtra opinione adductis, quibus, vt in eiſdem locis diximus, ſatisfacit Steph. Grat. diſcept. forenſ. to. 1. cap. 25. toto, quod idem comprobat nouiſs. cap. 953. tomo 5.

Inter alias reſponſiones datas per Amator. poſt Gabrieliũ, & Morlam, dicit, & ſi fructus pendẽtes ſint partes rei ad text. in l. fructus pendẽtes. ff. de reivendic. cum concord. procedere domini fundi voluntate non concurrente; at in noſtris terminis voluntas locatoris concurrit ergo, &c. cui obiectioni, & ſi Gratian. & alij ſatiſfaciunt, & bene, tamen ego dico voluntatem locatoris in perceptione fructuum concurrere conditionaliter, ſi penſio ſoluatur, vt Gratian. & alij ſupponunt nonnullis adductis iuribus, & ſi Amator. Rodriquez poſt prædictos dicat in contractu locationis dominium acquiri ante pretij ſolutionem, & cenſeri habitam fidem de pretio, quibus datis, ſed non ſic facilè conceſſis, vtique concluſioni noſtræ non obſtabunt, cum vo-

luntas domini ad dominij tranſlationem, & ad fidem habendam de pretio concurrat reuocabiliter, ſi penſio ſoluta fuerit, vt bene exponit gl. communiter ab omnibus recepta in l.ſi ſeruus communis §. locaui ff. de furt. communiter ab omnibus recepta, vt idem Amator. d. art.8. nu.19. fatetur; imò (vt funditus obiectum tollatur) conductor, aut eius creditor ſuo nomine in percipiendis fructibus ſemper rationem ſoli præferre debet, ad text.in l. qui ſcit, inferius citandum, meritò ſi dominium in huiuſmodi transferatur, tranſlatum dicitur cum onere iurium ratione ſoli ſpectantium ad dominũ eiuſdem ſoli, modo vt proximè infra dicemus in explicatione d. l. qui ſcit; & ſi dicatur pignus in re propria non contrahi ad tex.in l.neque pignus, ff.de reg.iur.tamen fructus pendentes vendicabuntur actione rei vendicationis, vt ex Ant. Fabro adnotauimus in d. quæſito 11.nu.2005.cum ſeq.& probat gl.in d.§.locaui; vel cũ ſperetur hos fructus abire, & auocari per alios creditores cõductoris,datur hipotheca, Duen.reg.18.lim.3.

Et ſi nos eodem loco nu.2008. verſ. quibus non obſtãtibus,noſtram opinionem comprobauimus per text. in l.qui ſcit,verſ.quia omnis fructus, & §.in alieno verſ. quoniam in percipiẽdis,ff.de vſur.tamen Amator. Rodriquez vbi ſupra nu. 18.verſ. nec obſtat, reſpondendo dicit text. non procedere domini voluntate accedente; at in terminis noſtris voluntas locatoris interfuit,ergo. Quia ex tali reſponſione,ratio adducta in text.totaliter deſtruitur, nam & ſi in d.l.qui ſcit, voluntas domini nõ concurrebat, tamen ratio, quia ibi Iulianus conſultus mouetur ad ſic decidendũ eſt amplior,& generalior dicto, cũ primo loco dicit Iul. *quia omnis fructus non iure ſeminis,ſed iure ſoli percipitur*,& in §.in alieno; ſubiungit, *quoniã in percipiẽdis fructibus magis corporis ius ex quo percipiuntur,quã ſeminis,ex quo oriuntur inſpicitur*, qñ ratio ideo legis eſt vniuerſalior dicto operatur, vt diſpoſitio prẽcedẽs amplietur ſm naturã rationis expreſſę in tẽpore,rebus,& perſonis; vt ex Bar.& ex infinitis notat Vincen.Fuſar. de fideicom.ſubſt.q.351.n.24.latius Euerar.in eius Topica loco à ratione legis,&c.ac etiam vtitur cõſultus in eadem l. oratione vniuerſali videlicet oĩs fructus, quæ cõprehendit etiam caſus diſſimiles circa fructuum perceptionẽ,& qui non comprehenderentur,vt probauimus c.3.tit.1.num.868.& ſeq.imò in ſecundo reſponſo d. l. vtitur conſultus oratione indefinita,quæ æquipollet vniuerſali,vulgatis regulis;ex quibus conſtat noſtram opinionem eſſe veriorem.

Sed à prædictis non diſcedendo dubitatur,an pro ſa-
123 lario famulorũ † detur tacita hipotheca cum prælatione;& pro reſolutione videndus Amator. Rodriquez de priuil. credit.p.1.art.3.à nu.21. reprobans Felician. per nos citatũ in quæſito 11.huius c.nu.2013.ſatis eleganter, concludens autem cum Feliciano circa ſalaria debita negociorũ geſtori, ſeu tabernæ, vel Apotecæ inſtitori,qui ob ſuum laborẽ habet hipothecam cum pręlatione,quam opinionem veriſſimam dico,eò quod hic inſtitor reputatur quaſi cuſtos,ſeu conſeruator rerum in negociatione deductarum, & in cuſtode ſatis hoc probatum fuit d.quæſito 11.nu.2010.cum ſeq.

Et cum hoc c.quæſito 11.remiſſiuè ad hunc locũ tetigimus priuilegia circa prelationem reſpectu aliorum creditorum; cõcluſiuè ideo dicas deponentem præferri
124 ſuper† rẽ depoſita extante,cuilibet,depoſitarij creditori, quantumuis anteriori, & priuilegiato, cum deponens ſuam vendicat rem, ad tex.in l. ſi ventri §.in bonis in fine.ff.de priuileg. creditor. cum alijs concord.in his enim caſibus nullus poteſt creditorum concurſus dari, eò quod res depoſita in dominio deponentis remanet, vt de receptiſſima Meirer lib.2. de priuileg. creditor.tit. 8.num.81. cum ſeq. & hic caſus indiſtinctè procedit, vt comprobat Amator. Rodriquez de priuil.creditor.par. 1.art.6.nu.50.& iterum nu. 126.verſ.inter iſtos.

Et ſi pecunia, ſeu res depoſita non extet, tunc cum dominium rei depoſitæ ſit depoſitario trãſlatum,etiam ſi adſit pactum, vt tantundem reddatur, adhuc actio depoſiti competit, & etiam hipothecaria, vt poſt Pacif. de Saluian.c.2,inſpect.3.num.83.& alios multos adnotat Gratian.diſcept.forenſ.tom.5.cap.943.num.4. Verum abſque prælatione actiones prædictæ dantur,ſed vt inferius dicetur; Attamen ſi pecunia depoſita fuiſſet multorum deponentium, & confuſa fuerit,omnes concurrunt ſimul, & ad tributum admittuntur, l.procuratoris §. planè. ff. de tribut. action. & alijs creditoribus pręferuntur,quia dicitur pecuniam extare reſpectu omnium, vt comprobat Amator. Rodriquez vbi ſupra numero 51. At ſi pecunia depoſita non extaret, quia conſumpta eſſet, vel confuſa, taliter quod non inueniatur in bonis depoſitarij; tunc depoſitor quatenus eſt tempore prior, alijs priuilegiarijs creditoribus præfertur; etiam ſi habeant expreſſas hipothecas tempore poſteriores, ſecus ſi creditores anteriores hipothecas haberent; quia ſi chirographarij eſſent, & perſonalem tantum haberent, ſemper depoſitori poſtponerentur, vt multis iuribus probat Amator. Rodriquez de priuileg. creditor. loco citato num.46. poſt Doct.in l.ſi ventri §. in bonis.ff. de priuileg. creditor. probat etiam hæc omnia Piccard. in §. quædam actiones num.41. 42.43. & 44. inſt.de action.

Propoſuimus hoc capite quæſito 11. num.2043. an ſcilicet Reſpublica, ſeu vniuerſitas habeat hipothecam cum prælatione ſuper bonis adminiſtratorum; & huic loco reſolutionem remiſimus, pro cuius articuli explicatione; præmittendum erit Rempublicam idem importare, quod importabit nomen vniuerſitatis, cum
125 Reſpublica quandam ciuitatem ſignificat † habentem in ſe perfectam congregationem multorum municipiorum, aut multorum ciuium, quibus ad neceſſariam vitæ conſeruationem nihil deficiat, ſeu Rempublicam eſſe ciuium, aut eorum, qui ciuitates gubernant ordinem; vel eſſe patrimonium ciuitatis, aut oppidi; vt ex Ariſtot.lib.2.politic.cap.2.& lib.3.c.1. ac lib.4.c.1. Cicer. pro Seſtio, ac de Repub. diuo Auguſtin. lib.19. de ciuit.Dei cap.21. & in Epiſtol.5. Simanc. de Repub. cap.1. Sigon.de Antiquo iur. Ital. cap.8. Bouadilla lib. 1.c.1.num.30.ſuæ politicæ,& ex text.l.cum Rempublicam.C.qui pot.in pignor.hab.vbi gloſ. l.ſed & ſi §.1.ff. de publican. & vectigal. l. vltima, & tot.C. de iur. Reipubl.lib.12. & toto.C. de debitor. ciuit. lib.11. ex quibus hæc notat Amator. Rodriquez de priuil. creditor. par.1.art.5. nume.2. ſupponens hanc ſic ſignificatam Rempublicam, vt pupillum reſtitui, & infraſcriptum habere priuilegium.

Rempublicam autẽ modo prædicto ſignificatã, & vt clarius penes noſtrates loquar,vniuerſitatẽ, habere tacitam hipothecã cũ priuilegio in bonis ſui adminiſtratoris poſt gl.in l.2.C.de debit.ciuit.lib.11. probaſſe Io.de Platea Rip. Neguſan. Vãderan. Gregor. Lopez, Auil. Alphonſ. de Mõtaluo, Auendan.Molin.Bouadill. Azeued. Flores Menn. & Eſcobar, ac cõiter oẽs authores, refert

Amatór. Rodriquez de priuileg. creditor. par. 1. art. 5. num. 3. qui reſpondendo. l. 2. C. de iur. Reipub. lib. 11. in ſeq. numeris, ex quo text. & ex text. l. eum qui vectigal. ff. de verb. ſignific. expreſſis verbis totum contrarium deducitur, nempe Rempublicam, aut ciuitatem nullum habere ſpeciale ius pignoris, aut hipothecæ, neque priuilegium, ſed dumtaxat perſonalem actionem in bonis ſui debitoris, & ciuitates loco priuatorum reputari; reſpondendo itaque cum communi Amatorius vbi ſupra dicit, Rempublicam, ſeu ciuitatem non habere hipothecam, nec priuilegium in bonis eius debitorum, & ſic intelligi iura contraria; ſed habere hipothecam ad inſtar minorum ſuper bonis eius adminiſtratorum, & proinde in huiuſmodi procedere communem opinionem relatam; Comprobantur hæc omnia per Io. Paul. Montanar. de adminiſtr. vniuerſ. ad pragmaticas Regni; pragm. 5. §. 8. nu. 7. & 8. per Mexiam in pragm. taxæ panis concluſ. 7. nume. 14. & notauerunt Caſtill. de Bouadill. in ſua politica lib. 3. cap. 3. nu. 50. & lib. 3. cap. 8. num. 91. & Eſcobar de ratiocin. cap. 39. num. 7. quorum opinionem non ſolum communem, ſed veriſſimam dico, cum illam nonnullis iuribus authores citati comprobarunt, quibus non datur cauillatio, quæ inter alios latius congeruntur per Amator. Rodriquez loco citato, ideò non refero.

Verum in Regno hoc expreſſum eſt per Regiã pragmaticam 10. de admin. vniuerſ. in qua diſponitur ciuitates, & vniuerſitates habere tacitas hipothecas ſuper bonis adminiſtratorum; imò ex verbis dictæ pragmaticæ dignoſcitur compilatores illius, illoſque dominos Regentes ſenſiſſe, vniuerſitates in huiuſmodi de iure communi habere niſi perſonalem; cum in eadem pragmatica his verbis id exprimitur videlicet (*per diſpoſitione di ragione ſono obligati in attione perſonali à dar conto*) ſed vt diximus verius ſuperius de iure communi id probatum aliter fuit.

Cum hoc in capite quæſito 11. nu. 2044. remiſimus huic loco, quæ circa ordinem priuilegiariorum creditorum, & illorum habentium perſonalem tantum; meritò breuiter dicas amice lector circa priuilegiarios credito-
126 res, quorum cauſæ † habenda erit in conſideratione, non autem tempus ad text. in l. priuilegia ff. de priuileg. creditor. vbi Ripa, & cæteri moderniores.

Inter illos enim primo loco obtinebunt depoſitores, ſi res depoſitatæ extent, vt diximus in hac appendice, num. 124. & probant Herman. Meirer. lib. 2. de priuil. creditor. titu. 11. num. 12. & poſt Molin. Mattienzo, & alios expendit Amator. Rodriquez de priuileg. creditor. par. 2. art. 2. num. 2. quia ſemper qui vendicat præfertur omnibus, ad text, in l. ſi ventri §. in bonis ff. de priuileg. cred. l. procurator §. plainè ff. de tribut. action. cum concord. & in iſto caſu depoſitor præfertur etiam hipothecarijs, & quibuſuis alijs qualitercũque temporis, & cauſæ priuilegio nitentibus; cum ſuam rem vendicat, ſed ſi res non extet, tunc cæteri priuilegiarij depoſitori præferuntur, vt expendit Amator. Rodriquez vbi ſupra verſ. ex quo colligitur.

Secundo loco adſcribitur inter iſtos funeris impenſa, quam præferendam diximus, & qualiter, hoc eodem cap. quæſito 11. nu. 1910. cum infinitis ſeq. & demum in Appendice num. ſupra 117. loca illa conſulas.

Tertiò loco adſcribitur priuilegium dotis datæ per ſponſam ſponſo, quæ priuilegium habet inter alios creditores perſonales tantum, ad tex. in l. ſi ſponſa. ff. de iur. dot. l. 2. §. ſi ſponſa ff. de priuil. creditor. cum concord. nam quæ datur ab vxore marito non pertinet ad hunc articulum, eò quod illa dicitur vera dos, & hipothecam habet, ad tex. l. 1. §. ſed vt plenius C. de rei vxor. act. & de qua ſatis in Appendice hac, & in quæſito 11. quaſi toto loquuti fuimus; nam receptum eſt communiter per noſtrates, priuilegium l. aſſiduis C. qui pot. in pign. hab. ad dotem hanc ſponſalitiam non pertinere, vt poſt Bart. de communi teſtantur Ripa, & Zaſius in d. §. ſi ſponſa, & comprobant Vanderan. de priuil. cred. cap. 4. & Amator. Rodriq. eodem tractatu, par. 2. art. 2. nu. 5.

Quarto loco concurrunt impendentes ad reſtaurationem neceſſariam rei, qui inter priuilegiarios non ſolum præferuntur ad tex. in l. quod quis ff. de priuil. credit. ſed iſti habent tacitam hipothecam cum prælatione etiam, ideo de tali prælatione videnda ſunt, quæ notauimus in 11. quæſito num. 1973. cum ſeq. & iterum in Appendice num. 122.

Prædicti autem priuilegiarij, ſi concurrant ex eodem titulo, & cauſa, vt puta ſi omnes eſſent eiuſdem cauſę, & tituli, tunc æqualiter ad tributum admittuntur d. l. priuilegia ff. de priuil. credit. vbi gloſ. Bar. & cæteri omnes; ſed ſi concurrant priuilegiarij ex diuerſis titulis, ſed ignoratur, cuius ſit maior, ſeu potior cauſa, vtique ſimul ad tributum admittuntur, Flores de Menn. lib. 1. variar. quæſt. iur. quæſt. 6. art. 3. nu. 38. & Amator. Rodriquez vbi ſupra num. 7. verſ. vltima ſuccedit regula.

At ſi alter ex ipſis diligentior fuerit in ſolutione conſequenda, ſeu ſententia obtinenda, tunc alijs præfertur ſecundum gloſ. in l. inter eos ff. de re iud. cum concord. & probant Ripa in d. l. priuilegia num. 57. Amator. Rodriquez vbi ſupra, & Ant. Piccard. in §. quædã actiones inſtit. de act. num. 57. & 84. ac Gabriel. Pereira inferius citandus num. 2. ſed circa ſententiam videnda ſunt, quæ dicentur inferius num. 133.

Vltimo loco admittuntur, & vocantur creditores perſonalem tantum habentes actionem, qui per concur-
127 ſum faciunt partes, † & alter alteri non præfertur, vt infinitis iuribus probant Picchardus, vbi ſupra num. præced. & Amator. Rodriquez loco citato artic. 3. num. 2. & nos probauimus in 11. quæſito num. 2043. cum ſeq. ac ita pro regula conſtituunt noſtrates in d. l. priuilegia, vt nouiſſimè etiam comprobat Gabriel. Pereira decifionibus Portugal. deciſ. 16. num. 1. & inter hos creditores ſemper præferendus erit ille, qui prius per ſententiam, aut alium legitimum modum præoccupauit, vt in præcedenti verſiculo probauimus, & latius Gabr. Pereira vbi ſupra num. 2. & ſeq. vbi articulum ſatis bene explicauit, ſed vide quæ dicentur num. 133. inferius.

Illud autem in perſonalibus vltimo loco erit obſer-
128 uandum, nempe, quod ſi plures eſſent † creditores ex diuerſis negociationibus, veluti ſi vnus ex cauſa vnius ſpeciei mercium, alter verò alterius diuerſæ ſpeciei; vel ſi eiuſdem ſpeciei, ſed in diuerſis tabernis, aut hipothecis, tum quilibet admittitur ſeperatim, reſpectu habito ad creditam ſuam negociationem, ſeu ad creditam mercem, in qua cæteris præfertur, ad tex. in l. procurator §. ſi plures. ff. de tributor. action. & probat Pereira vbi ſup.

Quibus omnibus creditis explicatis, tam in 11. quęſito toto, quam in hac appendice, ex eadem explicatione patet de ordine prælationis cum ſatis declaratum fuit ibi, & præcipuè à numero 1878. vſque ad finem quæſiti, quo in loco videtur, dotem quandoque, quandoque funerariam, & quandoque fiſcum,

vel

vel quandoque alterum ex ibi adnotatis creditoribus
prælationem habere, nouo ordine, & pleniori diſcuſſio-
ne; licet pro regula obſeruandum ſit Hipothecarios
129 † creditores ſemper cæteris præferendos, ad text. in l.
eos C. qui potio. in pignor. habea. & inter ipſos priorem
tempore ex regula, qui prior, ſæpius in quæſito citata,
quam regulam non ſemper veram demonſtrauimus, vt
in dd. locis tam reſpectu dotis, funerariæ, & fiſci, quam
reſpectu aliorum ibidem enarratorum: demum poſt hi-
pothecarios præferri diximus in hac appendice, priuile-
130 giarios, † & inter eos magis priuilegiatum, & finaliter
creditores perſonalem tantum habentes, modo vt in
quæſito 11. nu. 2043. cum multis ſequent. & in hac Ap-
pendice demonſtrauimus; licèt funerariā, quæ ſola per-
ſonali priuilegiata nititur actione hipothecarijs præfer-
ri diximus ſuis locis; & creditores perſonalem tantum
131 habentes † præferantur legatarijs hipothecarijs, quā-
do creditum eſt hæreditarium, ad text. in l. creditori-
bus iuncta gloſ. & in l. quoties, ff. de ſeparat. aut in caſu
ſeparatio.us bonorum, in quo creditor perſonalis præ-
fertur hipothecarijs, ad tex. in l. 1. §. ſciendum, ff. eod. de
ſeparat.

Finaliter omittendum non erit, quod cum in d. 11.
quæſito pluribus in locis probauimus creditorē ex cauſa
refectionis præferendum eſſe, ad text. in l. interdum cum
l. ſequent. ff. qui pot. in pignor. habea. & nonnullos cu-
mulauimus creditores priuilegio dd. iurium nitentes, vt
ibi videtur; inter quos omiſimus collocare fabros, quo-
132 rum † labore, & opera ædificium eſſet refectum, vel
ſtructum, ad text. in §. certè inſti. de rer. diuiſ. cuius tex.
vigore iunctis d. l. interdum, & ſequen. fabri eandem hi-
pothecam cum prælatione habent, vt probarunt in ter-
minis Hermann. Meir. de priui. credi. libro 2. tit. 9. num.
21. & Amator Rodriquez de priuileg. credit. part. 2. art.
4. num. 12. dicentes eodem potiri priuilegio fabros pro
mercede.

Concluſimus ſuperius num. 126. verſ. at ſi alter, &
num. ſequen. inter priuilegiarios creditores, & perſona-
lem habentes, præferri diligentiorem, obtinentem forsā
ſententiam, vel executionem, vt ibidem firmauimus, quę
133 velim intelligas procedere in ſententia † ſuper veris cre
diti probationibus lata, ſecus tamē in illa, quæ fuit lata,
vigore debitoris, confeſſione; quia tanquam frandulen-
ta caret omni pręlatione, & conſequenter creditor vigo-
re talis ſententiæ cæteris poſtponitur, vt poſt Tiraquell.
Gamm. & Barboſ. probat, & deciſum dicit Gabr. Pereir.
deciſ. Portugall. 107. num. 2.

Hipotheca tacita datur in bonis delinquentis, puta
134 † furis pro reſtitutione bonorum furto ſubſtractorum,
tam ſuper bonis poſſeſſis per eundem furem, vel eius hę
redes, quam per tertios poſſeſſores, ita Bal. & Salicet. in l.
furti, C. de furt. & probarunt Neguſan. de pign. parte 2.
membr. 4. num. 124. & Rebuf. de conſt. reddit. art. 1. gl.
14. num. 28.

Quam concluſionem extendunt authores procedere
etiam reſpectu procuratoris negociorum geſtoris, & cu-
iuslibet alterius adminiſtratoris, prædonis ad vſum pro-
prium pecunias domini cum dolo conuertentis, & ſub-
135 extendunt dari tacitam hipothecam † cum prælatio-
ne, etiam reſpectu dotis, & aliorum priuilegiariorum cre
ditorum; vt contra Manticam de tacit. lib. 11. titul. 14.
nu. 10. & 11. communiter reſolui reſponderunt Peregr.
conſ. 38. nu. 10. & 19. lib. 6. Rimin. iun. conſ. 587. nu. 14.
& 15. lib. 5. & Gratia. diſcep. foren. tom. 5. cap. 935. toto.

Quicquid in loco, in quo huic appendici, hæc dicen-
136 da remiſimus, dictum fuit, ſcilicet bona debitoris non
eſſe obligata creditori, creditoris; pro pleniori intelligē-
tia notabis amice lector, ſæpe ſæpius, id in Sacr. Conſil.
eſſe controuerſum, & in dubium reuocatum, cum appa-
reat penes noſtrates deciſum, bona debitoris, debitoris
mei, eſſe mihi obligata, ſi debitor meus obligauerit mihi
bona omnia iura, & actiones in forma ampla, conſtituē-
do ſe præcario nomine poſſidere, &c. & idem debitor
conſimilem obligationem habeat aduerſus eius debito-
rem; nam & ſi vigore præcarij tantum debitor meus bo
na ſui debitoris poſſideat, tunc cum ciuilis dumtaxat poſ
ſeſſio per præcarium ſit in creditorem debitorem meum
translata, Bart. in l. creditores, Cod. de pignor. in l. quod
meo, & in l. interdum, ff. de acquir. poſſeſſ. ac alibi, quem
omnes communiter ſequuntur relati per Tiraq. de iur.
conſtit. in principio, num. 4. & nos ſæpius in hoc quarto
capite probauimus, meritò debitor meus habens ciui-
lem agere non prohiberetur iure aſſiſtendi contra ſuum
debitorem pro acquiſitione naturalis poſſeſſionis re-
manſæ penes prædictum eius debitorem in legitimo ca-
ſu agendi, quo creditores vigore præcarij agere valent,
vt in hoc capite latè docuimus, conſequēter ideo & ego
virtute ciuilis poſſeſſionis mihi per debitorem meum
translatæ vigore prædictarum clauſularum non prohi-
bebor nomine mei debitoris, ſimiliter iure aſſiſtendi a-
gere ſuper bonis debitoris debitoris, vt ſupra.

Ciuilis enim poſſeſſio nequaquam prohibetur obli-
gari, & per conſtitutum in creditorem transferri, Bar. &
cæteri in dict. l. quod meo, num. 3. & ſequent. & in dict.
l. interdum §. vltimo, ſin autem ciuilis poſſeſſio transla-
ta fuerit in me, quæ erat penes meum debitorē credito-
rem ſui debitoris vt ſupra, cur non potero recuperare
naturalem remedio iuris aſſiſtendi, modo vt idem cre-
ditor meus debitor poſſet agere, vt latius in hoc capite
pro primo creditore notatum fuit.

Sed quia quando naturalis omittitur videtur omiſſa
ciuilis Bar. in l. Celſus ff. vſucap. & in l. interdum §. vlti-
mo, ſæpius citato, ac communiter omnes, vt teſtatur
Tiraq. de iur. conſtit. limit. 14. num. 8. quicquid Bart. in
d. l. creditores numero 25. & quidam alij in contrarium
afferant, cum ab initio ciuilis poſſeſſio ſine naturali ſta-
re non potuit, vt penes præcitatos authores notatur,
ideo opinio, ſeu concluſio dubitabilis redditur.

Verum ſi debitor debitoris mei per ſimplex conſtitu-
tum conſtituit ſe nomine ſui creditoris poſſidere, tunc
cum per ſimplex conſtitutum ciuilis, & naturalis fuerit,
in creditorem poſſeſſio translata, Bar. in citatis locis, &
omnes in d. l. quod meo, quorum communem dicit Ti-
raq. de iur. conſtit. in principio tractat. numer. 4. probat
Menoch. de recuper. remed. 14. nu. 25. & nos latius pro-
bauimus in hoc quarto capite; meritò tamen cum in
translatione ciuilis, & naturalis poſſeſſionis, dominium
translatum dicatur, vt nos in hoc eodem capite 4. pro-
bauimus, ideo nulla lege prohibetur ciuilis, & naturalis
poſſeſſio, & ſic dominium poſſe obligari, & in alium
transferri, itaque debitor meus habens naturalem, &
ciuilem poſſeſſionem bonorū ſui debitoris per ſimplex
conſtitutum in ipſum translatam, omni iure poterit per
idem conſtitutum eandem duplicem poſſeſſionem mi-
hi tradere, & validè transferre, vt pro abſoluto ſic docet
Bart. in dict. l. quod meo, ff. de acquir. poſſeſſio. numero
tertio, verſic. viſis contrarijs, per illum text. ac cæteri
alij.

Nec

Nec noſtra concluſio conturbaretur, ſi per Notarium vtraque clauſula in inſtrumento poneretur, ſcilicet conſtituti, & pręcarij, quaſi vna per aliam vitiaretur propter earum repugnantiam, vt aduertit Caſſan. conſi. 7. num. 36. & ſequent. cum ex veriori opinione, quam poſt Ant. Fabr. & Fontanell. probauit Paſchalis de vir. pat. poteſt. part. 1. cap. 8. nu. 151. & nos comprobauimus in hoc 4. cap. ex qua notatur clauſulam conſtituti præualere, nulla de præcario habita ratione, ideo noſtra concluſio firma remanebit quicquid, alijs citatis, nouiſſimè in contrarium firmet Horat. Barbat. de aſſiſt. gloſ. 5. num. 39. eò quod validè iure aſſiſtendi agitur, ſuper bonis debitorij debitoris prædictis adhibitis.

Quæ omnia facili negocio comprobantur, cum in quolibet inſtrumento crediti ponuntur illæ clauſulæ, videlicet, cedens omne ius, &c. & ponens in locum ſuum &c. ac conſtituens eum procuratorem, velut in rem propriam &c. per quas clauſulas, ſi agatur nomine ceſſo, iudicium aſſiſtentiæ ſine difficultate procederet, cum per illas clauſulas transferuntur in ceſſionarium omnes actiones, omniaque iura, quas & quæ exerceri potuiſſent per cedentem, vt poſt aliqua, quæ tangit Bar. in l. planè, ff. famil. herciſc. notant Bertaz. de clauſ. clauſul. 28. gloſſ. ſecunda, ac Gratian. diſceptat. forenſ. tomo primo, cap. 20. numero 20. & ſequent. ac alij per illos relati.

F I N I S.

Angelus Cantinius I. V. D. Corrector.

- 320566 -

REGESTVM.

*, a b c d e f g h i

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp
Qq Rr.

Omnes ſunt Terniones, præter †, & R r, Duerniones, & i, Quaternio.

VENETIIS, APVD IVNTAS.

M DC XXVI.

Digitized by Google